


D. THOMÆ
DE ROSA
CAVENSIS, OLIM EPISCOPI S. ANGELI; ac deinde Polycaſtrenſis,

TRACTATUS
DE EXECUTORIBUS
LITTERARUM APOSTOLICARUM
Tam Gratiæ, quàm Juſtitiæ.

CUM ADDITIONIBUS AD QUÆLIBET CAPITA, ſeorſim aliàs impreſſis; necnon Tractatu de Executoribus Litterarum Remiſſorialium in ordine ad Proceſſus pro SANCTORUM Canonizatione, unà cum Praxi, ſuis locis apprimè accommodatis.

OPUS ECCLESIASTICIS CURIIS VALDE UTILE, ac neceſſarium;

CUM NONNULLIS DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ Romanæ; & Indice Materiarum locupletiſſimo.





V E N E T I I S,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCXXXVI.

Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

AUTHOR
Ad Benevolum Lectorem.



Um Apostolicas Litteras, in hoc præsertim Neapolitanorum Regno, præcipuè illas quæ Gratiam continent, nulliter, perperamque exequi, experientia comprobassem, & exinde innumera evenire nocumenta; operæ pretium esse putavi, quæ sparsim à Doctoribus in subjecta materia scripta fuere, in unum integrum tractatum cumulare. Id feci ad DEI Opt. Max. Gloriam, animarumque salutem, nec aliquid proprium in hoc, nisi laborem cumulando suscipio. Vale.

INDEX CAPITUM
PRIMÆ PARTIS HUJUS TRACTATUS.

INDEX CAPITUM PARTIS SECUNDÆ.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo licenza di poterfi riftampare il Libro intitolato: *Thomæ de Rosa Tractatus de Executoribus Litterarum Apostolicarum*, giufto l' efemplare ftampato in quefta Città nell' anno 1697.
Dat. 1. Aprile 1736.


(Zan Piero Pafqualigo Rif.
(Michiel Morofini Kav. Rif.
(

Agoftino Gadaldini Segr.

Regiftrata nel Magiftrato Eccellentiffimo contro la Beftemmia li 19. Giugno 1736.

Angelo Legrenzi Segr.

D. THO-



D. THOMÆ DE ROSA TRACTATUS DE EXECUTORIBUS LITTERARUM APOSTOLICARUM.

Pars Prima.

LITTERÆ APOSTOLICÆ POSSUNT CONTINERE vel Gratiam, vel Justitiam: Ideo tractaturum de executoribus Litterarum Apostolicarum, de utrisque Executoribus agere me oportet. Incipiam igitur ab Executoribus Litterarum Apostolicarum continentium Gratiam; Postea vero de Executoribus Litterarum continentium Justitiam: Breviterque quantum possumus, Deo operante, ad ejus gloriam Tractatum hunc pro viribus mihi superius collatis, absolvere conabor: Et primò agam de illis quæ pertinent ad Executores in genere, deinde de unoquoque Executore in specie, & cujuslibet Gratiæ usu frequenti.

CAPUT PRIMUM.

De supplicatione, in qua Gratia perficitur, & quando dicatur Gratia facta, & in Jure esse perfecta:

SUMMARIUM.

1 *Ut obtineri possit Gratia, oportet, ut concipiatur Supplicatio humilis.*
2 *Supplicatio scribitur in medio folio papyri, vel in folio, prout materia suadet.*
3 *Supplicatio scribitur charactere Italico, sive Gallico, & Latino sermone.*
4 *Supplicatio dividitur in duas partes.*
5 *Supplicatio porrigitur D. Datario, qui est vel Prælatus, vel Cardinalis.*
6 *Datarius dat Supplicationem Officialibus Dataria, a quibus in calce Supplicationis fit Summarium.*
7 *Summarium in supplicatione secundum Amayden fit vel a D. Subdatario, vel ejus Substituto in plica Supplicationis.*
8 *Facto Summario in Supplicatione, fit fasciculus Supplicationum qui defertur a D. Datario, vel Subdatario Sanctissimo nostro Papa, qui lecto Summario, firmat Supplicationes.*
9 *Papa firmat Supplicationes in duabus partibus proprio nomine Baptismatis.*
10 *Papa firmat Gratias per verbum* fiat.
11 *Quare Papa firmat Supplicationes nomine proprio, in Litteris vere desuper expediendis apponatur nomen quod assumpsit in electione.*
12 *Refertur opinio Sarnensis usque ad numerum 15.*
16 *Refutatur opinio Sarnensis usque ad numerum 20.*
20 *Non omnibus qua à Majoribus nostris facta sunt ratio assignari potest, sed stylo acquiescendum est.*
21 *Cur Papa in prima Signatura subscribat* fiat, ut petitur? *in secunda vero tantum* fiat; *& refutatur Doctrina Amayden, qui tres congruentias affert.*
22 *Refellitur tertia congruentia, seu ratio Amayden.*
23 *Multa Supplicationes non firmantur per Papam, sed per aliquem Prælatum, vel S.R.E. Cardinalem, qui habet Signaturam per concessum.*
24 *Signatura per concessum fit in Beneficiis exigui valoris, & pro Regno Gallia.*
25 *Signata Supplicatione per Papam, traditur Supplicatio Revisoribus revidenda.*
26 *Si pro Gratia est solvenda Componenda, Officiales apponunt in calce litteram C. id est componat.*
27 *Officialis parva Data apponit in Supplicatione Datam diei, & mensis, ac annum Pontificatus absque particula* Datum.
28 *Soluta Componenda si solvenda est, Supplicatio remittitur ad D. Datarium, qui apponit Datam magnam, quæ est attendenda.*
29 *Postquam D. Datarius apposuit Datam magnam in Supplicatione, illa mittitur ad Officialem de Missis, qui aufert Datam parvam.*
30 *Ab Officiali de Missis Supplicatio mittitur ad Registrum.*
31 *Supplicatio postquam est registrata auscultatur à Magistris Registri, qui illam mittunt ad Cancellariam.*
32 *Supplicatio in Cancellaria distribuitur inter Abbreviatores.*
33 *Abbreviatores majoris Residentia qui, & quale eorum officium.*
34 *Quid solvatur Dominis Abbreviatoribus pro confectione minuta, & quid remittatur remissive.*

35 *Abbreviatores vocantur periti Supplicationum.*
36 *Abbreviatores possunt vigore suarum facultatum addere, detrahere, & mutare in Supplicationibus, non alterata substantia Gratia.*
37 *Nova praxis signandi, & expediendi Supplicationes.*
38 *Princeps solo verbo facit Gratias.*
39 *Gratia in Principis lingua.*
40 *Cum Papa non soleat concedere Gratias solo verbo, requiritur ejus subscriptio.*
41 *Gratia Papa consistit in Signatura illa* fiat.
42 *In Beneficialibus sola Signatura sufficit ad essentiam Gratia.*
43 *Perfectio Gratia incipit currere a Data, quam in Supplicatione ponit Datarius.*
44 *Supplicatio censetur signata eo die, quo apponitur Data, & tunc incipit operarì.*
45 *Trahitur Signatura ad diem Data.*
46 *Data non perficit Gratiam, sed solum ostendit tempus in quo est facta.*
47 *Papa scit in Supplicationibus signatis apponendam esse Datam per Dominum Datarium.*
48 *Munus Datarii pracipuum est in Supplicationibus signatis diem apponere.*
49 *Officium Datarii pra cateris prostantius, & sublimius.*
50 *Cum Datarius est S. R. E. Cardinalis, subscribit Prodatarius.*
51 *Datarii munus non solum in Datando consistit, sed etiam in suggerendo Pontifici, qui sunt in Curia digniores, & mandat Beneficia simplicia minima per concessum provideri.*
52 *Cardinalis Sacratus fuit Datarius Gregorii XV.*
53 *Datarius tenetur manu propria Datam extendere.*
54 *De origine, & antiquitate Datarii, remissive.*
55 *Datarius dicitur habere Oraculum mentis Papa.*
56 *Dicta, & scriptura Datarii standum est, nec admittitur probatio in contrarium.*
57 *Gratia est perfecta, postquam est signata, & ex ea acquiritur jus, si in forma Gratiosa fuerit signata.*
58 *Papa signat Supplicationem ea conditione, ut per Officiales corrigatur, reformetur, & registretur.*
59 *Conditio hac dicitur resolutiva, non suspensiva, & supponit jus quesitum ab initio.*
60 *Supplicatio antequam registretur per Officiales, corrigi, mutari, & quandoque lacerari solet.*
61 *Quoad validitatem Gratia attenditur tempus Data, quoad vero jus impetrantis tempus Registri.*
62 *Antequam Supplicatio sit registrata, non acquiritur Parti jus considerabile, sed resolubile.*
63 *Supplicatio antequam registretur, habet implicitum statum validitatis.*
64 *Antequam Supplicatio sit registrata, non est locus Regula de jure quesito non tollendo.*
65 *Supplicatio nunquam traditur parti ante Registrum.*
66 *Cassatura qua reperiuntur in Supplicatione, censentur facta ab Officialibus.*
67 *Cum Supplicatio pervenit ad Officium componenda, datur facultas Partibus inspiciendi Supplicationes, & liberandi.*
68 *Cum partes sunt extra Curiam, Expeditionerii, & Solicitatores ante Solutionem Componenda, & antequam Supplicatio registretur, solent accipere copiam Supplicationis, & mittere Partibus.*
69 *In Registro datur facultas videndi Supplicationem.*
70 *Datarius etiam post Registrum potest Supplicationem corrigere.*
71 *Supplicatio antequam registretur bene excutitur ab Officialibus Dataria.*
72 *Registrata Supplicatio non potest amplius lacerari, nec est amplius resolubilis.*
73 *Registrata Supplicatione, acquiritur titulus Canonicus.*
74 *Ex Registratantum sequitur quod pars non possit Gratia privari, nec Supplicatio lacerari, non tamen ex illo Gratia recipit perfectionem.*
75 *Registratio fit ad commodum partium.*
76 *Cum Papa facit Gratiam, tunc Supplicatione registrata acquiritur jus in re, secus vero si in forma Commissaria, vel in forma Dignum, quia tunc jus ad rem.*
77 *Ut acquiratur jus, requiritur ut intercedat acceptatio partis.*
78 *Sufficit acceptatio prasumptiva, & qualis, num. 79. & 80.*
81 *Debet tamen concludenter probari.*
82 *In materia favorabili sufficit pro acceptatione Supplicationis porrectio.*
83 *Gratia censetur concessa motu proprio, cum Papa ita subscribit.*


Ractaturum de Executoribus Litterarum
Apostolicarum continentium Gratiam, o-
portet ab initio exordiri, eamque à radi-
ce inchoare; Siquidem reminisci necesse
est, quod & ipsis Tyronibus notum est nem-
pe, ut a Summo Pontifice Gratia aliqua ob-
tineri possit, oporteat ut Supplicatio concipiatur, in qua 1
Gratia ipsa petitur humiliter ab ipso Papa, ut dixit practi-
cus sane vir Petrus Rebuff. *de signat. Gratia in vers. supplic.*
à quo omnes Recentiores accipere scribitur. Hæc Suppli- 2
catio in medio folio papyri, vel in folio, prout materia
suadet, advertunt Parif. *de resignationib. lib.* 8. *q.* 7. *n.* 19.
& ante ipsum Petr. Rebuffus *in reg. can.* 34. *vers. secundo
dicom Papyro, fol.* 491. Pyrrus Corradus *in praxi dispen-
sat. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 20. Theodor. Amayden. *lib.* 1. *de stylo
Dataria c.* 32. *num.* 7. & alii passim: & scribitur charactere 3
Italico sive Gallico, & Latino sermone: & Supplicatio
dividitur in duas partes, in una petitur substantia Gratiæ, 4
in altera verò exponitur modus expediendi, & cum quibus
clausulis: attamen scriptura hujus secundæ partis non ex-
tenditur usque ad extremum folii, uti prima pars, in qua
petitur ipsa Gratia. Formata Supplicatione, porrigitur 5
ipsa D. Datario Papæ, qui semper, vel est unus de primis
Prælatis Curiæ, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis,
de cujus Officio aliqua, uti materia suadebit, dicemus.
Hic Dominus Datarius Supplicationem ipsam tradit Of- 6
ficialibus ad id deputatis, a quibus in calce Supplicatio-
nis apponitur Summarium ejus, quod petitur in ipsa,
quod solet legi, vel referri ab ipso Domino Datario, Sum-
mo Pontifici, ut possit illam firmare, seu signare, Parif.
& Corradus *loco cit.* Dicit tamen Amayden. *loc. cit.* quod 7
Summarium perficitur a Domino Subdatario, vel ab ejus
Substituto sub plica dictæ supplicationis: in calce enim
supplicationis debet fieri plica, ait hic practicus Doctor:
Formulas verò supplicationum afferunt Paris, Rebuffus,
Corrad. Amayden. & alii, & explicant unumquodque 8
verbum ipsarum, quod nostrum non est. Facto Sum-
mario in supplicationibus signandis, fit fasciculus suppli-
cationum, & singulis fere diebus, Dominus Datarius,
vel quandoque Subdatarius, qui aliquando solet esse Præ-
latus, defert illas Sanctissimo Domino Papæ, qui illas,
lectis, vel auditis Summariis uniuscujusque singillatim,
firmat in duabus partibus, primo in vacuo illo inter pe-
titionem gratiæ principalis, & petitionem formæ, sub
qua Litteræ expediendæ sunt, cum quibus scilicet clau-
sulis, & firmat hoc modo, *fiat ut petitur*, cum una lit- 9
tera Nominis proprii Pontificis, nempe tempore Urba-
ni, cujus nomen proprium Baptismatis, erat Maphæus,
fiat ut petitur, M. idest Maphæus, sic tempore Innocen-
tii, quia erat ei nomen Joannes Baptista, firmabat *fiat
ut petitur* J. tempore Alexandri firmabat *fiat ut petitur* F.
id est *Fabius*. Cum fuit Clemens *fiat ut petitur* J. voca-
batur enim Julius, Clemens Papa X. *fiat ut petitur* Æ.
idest Æmilius. Nunc verò Innocentius Papa XI. quem
Deus Divinum lumen servet firmat *fiat ut petitur* B. id-
est Benedictus notant omnes practici Scriptores, Ludovic.
Gomesius Episcopus Sarnen. *in compendio utriusque signa-
tura post regulam de non judicando fol. mihi* 145. *vers. Po-
stremo*, Parif. *dict. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 21. Amayden.
dict. cap. 32. *num.* 7. Corradus *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. & 4.
qui mos fuit Cæsar. ut ex Nicolao Alemano dicit Lotter.
lib. 10. *quæst.* 1. *num.* 11. Firmat etiam secundo loco in
fronte secundæ partis, sed in hac Signatura firmat hoc
loco *fiat* M. vel *fiat* I. quod omnes citati advertunt: & 10
in primis notandum est, quod quasi semper Summus Pon-
tifex firmat Gratias per verbum *fiat* ad instar Dei, cujus
vicem gerit in terris; omnia enim Deus in principio fe-
cit per verbum *fiat*, notant Citati, præsertim Petr. Re-
buffus *de Signatura part.* 2. *num.* 15. Sarnen. *in dicto com-
pendio signatura gratia in principio, & in regul. de non judi-
cand. quæst.* 1. Parisius, & alii. Investigare tamen posset 11
quis, quare Supplicationes firmat Papa cum subscriptio-
ne Nominis proprii, in Litteris vero desuper confectis
apponitur Nomen quod assumit in Pontificatu, tractant

multi

multi hanc quæstionem, præsertim Sarnen. *in dict. loco*,
Corradus *in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. *&* 4. & alii, &
multas afferunt congruentias: & Sarnen. per hæc verba
12 resolvit quæsitum. (Dici potest ad denotandum utranque
personam, sive utrunque nomen factum fuisse; nam in
Supplicatione nomen proprium generationis ponit, in
13 Bullis verò nomen sui Pontificatus, idest regenerationis,
& sic duplicem personam, videlicet privatam, & publi-
14 cam repræsentat: vel dici potest, quod in Supplicatione
ideo proprium nomen ponit, quia illud verum natura-
le, & originale nomen est; nomen vero Pontificis in-
15 ductivum, & accidentale: & quia in Supplicatione verus
scribendi actus attenditur, quia, ut talis verus, & non
repræsentativus homo scribit, ideo vero nomine utitur;
in Bullis vero quia Papa non scribit, nec manum suam i-
pse apponit, sed per Officiales expediuntur, ideo in illis,
16 officii sui nomen, idest Papatus ponitur.) Hæc Sarnen.
quem sequitur Corradus, & alii. Sed neutra ratio allata
mihi satisfacit. Non prima, quia adhuc restat investiga-
re, quare utrunque nomen retinet, nec Papa postquam
ad hunc apicem supremæ dignitatis evectus est, est amplius
persona privata, & inseparabilis, & una ab alia persona, &
Supplicationes firmat, non uti Benedictus, sed uti Inno-
centius, quia uti talis facit Gratias. Sic eadem ratione nec
placet secunda; nam licet nomen generationis, & pro-
prium verum sit Benedictus, & nomen inductivum, &
17 accidentale sit Innocentius: tamen non operatur amplius
uti Benedictus, sed uti Innocentius, & facit Gratias uti
Innocentius, & non uti Benedictus. Ideo si omnes ope-
rationes facit uti Pontifex est, sic uti Innocentius; ergo
semper uti debet nomine quod assumpsit, cum ad talem
Dignitatem electus fuit. Nec facit ille ratio, quod Bullas,
18 seu Litteras Papa non subscribat, & expediantur per Offi-
ciales, bene tamen Supplicationes; nam adhuc illas sub-
scribit, ut homo repræsentativus, seu uti Papa, non uti
privatus; ergo semper uti debet Nomine Papæ, quia uti
talis semper operatur in his Gratiis concedendis, & eo ma-
gis in Supplicationibus, quas ipse firmat, nam tunc, ut
sæpe diximus, facit Gratias.

Nec etiam placet alia ratio, seu solutio, Andr. Gamb.
19 *de auth. Legati a Latere*, *lib.* 8. *tit. de potestate Legati in
Judicialibus*, *num.* 280. ne scilicet nomen in vili schedula
descriptum reperiatur, cum interdum Supplicationes si-
gnatæ lacerentur, quia nomen illud privatum, quoque
nomen Pontificis est, & signat Supplicationes ut Papa,
& sic semper eadem ratio est. Deinde etiam videmus Bul-
las ipsas, in quibus est nomen Pontificis scriptum, &
Plumbum Sanctorum Petri, & Pauli, lacerari, & in ter-
ram projici, & liquefieri, nec per hoc aliqua irrogatur
irreverentia Pontifici, neque Sanctis illis, nam non in
eorum vilipendium hoc fit.

Igitur nullam aliam certam rationem hujus rei invenio,
20 nisi illam, de qua Juris Consultus *in l. non omnibus ff. de le-
gibus*, dicens non omnibus, quæ a Majoribus nostris fa-
cta sunt, ratio assignari potest: sic fuit introductus usus,
sic practicatur ab omnibus Pontificibus Summis, cui sty-
lo & nos acquiescere debemus.

Item alia insurgit investigatio, quare Summus Pontifex
21 in prima Signatura subscribit, *fiat ut petitur* B. in secunda
vero solum *fiat* B. hujus quæsiti optimam meo judicio red-
dit rationem Amayden. *loc. cit. num.* 9. relictis aliorum re-
sponsionibus ex condicto, ne in re parvi momenti mul-
tum immoremur; dicit enim Amayden, quod subscriptio
clausularum seu secundæ partis Supplicationis, fit solum
per verbum *fiat*, quia clausulæ non continent principa-
liter Gratiam, & licet petatur, admitti clausulas, tamen
hæc admissio nunquam negatur, & est generalis, & pro-
pria; ideo Papa subscribit per simplex verbum *fiat*, quasi
dicat, servetur stylus: at prima subscriptio respicit peti-
tionem individuam (ut eisdem verbis Authoris utar (nem-
pe collationem talis, & talis Beneficii, vel alterius Gra-
tiæ, cui individuæ petitioni non bene respondetur, nisi
per verbum *fiat ut petitur*: allegat hoc consilium Butrii 49.
num. 1. Item affert aliam rationem, quia sufficit, ut se-
mel sit rescriptum *fiat ut petitur*, & per secundum cense-
22 tur, repetiisse, ut prima vice (petitur.) Tertiam addit,
quam necessariam dicit, quia in latere clausularum spa-
tium, quod remanet in albo, non est capax hujus sub-
scriptionis *fiat ut petitur*, B. Sed certe hæc mihi non pla-
cet, quia semper vidi in Supplicationibus remanere tan-
tum spatium in albo, quantum ad hoc sufficeret. Ul-
tra quod potest mandari Scriptoribus Supplicationum,
quod remanere faciant tantum in albo, quantum satis
est pro hujusmodi subscriptione; placet ergo prima ra-
tio.

Antequam ulterius progrediamur, hic adnotare licet, 23
quod multæ Supplicationes non firmantur per Summum
Pontificem, sed per aliquem Dominum Prælatum, seu
Cardinalem, qui habet Signaturam per Concessum, &
signat ita: Concessum, in præsentia nostri Papæ: &
apponit suum nomen Prælati. Summus etiam Pontifex ad
alleviandos suos labores dat facultatem uni Prælato Cu-
riæ, ut possit firmare aliquas Supplicationes, nempe Be-
neficiorum exiguorum, & in Beneficiis Galliæ, pro qui-
bus in regno illo non expediuntur Bullæ, sed sufficit so-
la Signatura: notat breviter Rebuff. *in secunda parte Si-* 24
gnatura fol. 97. Corradus *lib.* 2. *cap.* 2. *num* 33. magis
accurate Amayden *lib.* 1. *cap.* 6. *numer* 5. optime Lotte-
rius *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 12. *&* 13. qui ad id inducit tex-
tum *in cap. institutionis* 25. *quæst.* 2. Nullum quoque di-
scrimen adest an Gratia sit signata a Papa, vel facta per
Concessum; nam signata supponitur in ejus præsentia,
Rota *decis.* 227. *n.* 11. *part.* 13. & habetur expresse *in d.
cap. institutionis*.

Signata Supplicatione per Papam, quia in illa possunt 25
committi errores in scribendo, vel apponi clausulæ inso-
litæ, & contra stylum, ideo de novo remittitur Supplica-
tio ad Officiales Datariæ, seu ad Dominos Revisores pro
revisione, ut dixit etiam Ubertus *de citationibus dict. cap.*
10. *num.* 332. *vers. & quia* (de officio autem Revisoris
meminit Corradus *in prax. dispen. l.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. *&*
lib. 3. *cap.* 8. *prax. benef.* Amayden *l.* 1. *cap* 5.) & si 26
pro Gratia solvenda est Compositio, quæ in eleemosy-
nam erogatur, Officiales solent apponere in calce litte-
ram C. idest componat, & transmittitur ad Officialis par- 27
væ Datæ, & Officialis parvæ Datæ ponit Datam diei,
& mensis, ac annum Pontificatus, & dicitur parva Da-
ta, ut dicit Amayden *lib.* 1. *capit.* 6. quia parvis chara-
cteribus in extrema margine Supplicationis apponitur abs-
que illa particula Datum, &c. sed solum Kalendis, &c.
anno, &c. & dixit Corradus *in prax. lib.* 2 *cap.* 7. *num.* 28
29. *&* 30. & traditur Officialibus præpositis super Com-
positionibus, & solvitur Compositio, si Gratia, seu ma-
teria hoc exigit, & solvenda sit Compositio, qua solu-
ta remittitur ad eundem Dominum Datarium, qui appo-
nit Datam in Gratiis illis quæ Compositionem desiderant,
in aliis vero Subdatarius, vel Officialis per obitum deno-
minatus, & istam Datam vocant magnam, & scribit
(Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem) si Pa-
pa habitat in Quirinali, vel (apud Sanctum Petrum) si
in Palatio S. Petri, Idibus, &c. anno, &c. Et notes,
quod attenditur Data magna, non parva, quæ nullam
facit fidem de Gratia concessa, sed tantum apud D. Data-
rium, ut si ei videatur, possit eam extendere, & Gratiæ
dat tunc perfectionem, Cocchier. *in regul. de dictionibus
num.* 12. Amayden *d. cap.* 6. *n.* 7. Corrad. *in prax. dispen.
lib.* 2. *c.* 7. *n.* 31. Sed Data magna nihil aliud est, quam ex-
tensio parvæ Datæ, & notatur sub eadem die, qua fuit ap-
posita Data parva, Rota apud Eminentissimum Celsum
dec. 191. *num.* 12. Supplicatio postquam est datata remit-
titur ab Officiali Datarum ad Revisores, & deinde, ut di-
cit Amayden, mittitur ad Officialem de Missis, a quo in
eadem supplicatione scribitur in calce Missa die tali, & hic 29
Officialis de Missis aufert Datam parvam, & Summarium,
& Supplicatio mittitur ad Registrum, de cujus Officio et- 30
iam meminit Amayden *lib* 1. *cap.* 5. & postquam est regi-
strata auscultatur a Magistris Registri, qui illam mittunt in 31
Cancellariam ad Notarium Regentis Cancellariæ, qui Re-
gens Cancellariæ est Prælatus: & fit distributio inter Ab- 32
breviatores, ut notant Paris. *dict. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 22.
& 23. Corrad. *lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 20. Amayden *lib.* 1.
cap. 6. *num.* 10.

Abbreviatores autem Majoris Residentiæ sunt quidam 33
Prælati in Cancellaria, qui faciunt minutas Bullarum,
habentque potestatem ampliandi, & limitandi, & mul-
ta addunt in minutis, quæ non sunt in Supplicatione, 34
Corrad. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 2. *&* 20. Amayden *lib.* 1. *c.* 26. *sub
n.* 5. ubi sic ait: *Abbreviatores de parco majore ratione sui
officii teneantur conficere minutam super Supplicationibus
in turno sibi distributas, ad cujus formam conscribitur Bulla*,
& ibi explicat Amayden, quid solvatur illis Abbreviatori-
bus, & quid ab eis dimittatur: Vide ipsum circa hanc ma- 35
teriam. Illud certum est, quod Abbreviatores vocantur
Periti Supplicationum, Rota *decis.* 592. *part.* 3. *lib.* 3. *di-*

vers. & ipsi conficiunt minutas, ut dictum est, & præter
Corradum, & Amayden notaverunt Vestr. in prax. lib. 1.
36 c.4. & Lotter. lib.3. cap.9. n.34. & ut diximus, possunt ali-
qua mutare, detrahere, vel addere, juxta suas facultates:
attamen hoc intelligitur citra substantiam Gratiæ, nec pos-
sunt ita minuere uti Gratia non prosit, & destruatur, aut
minuatur totaliter, Cavaler. decis. 225. n.9. & 285. n. 2.
Lotter. d. quæst.1.n.36. sic possunt extendere clausulas, sed
non ultra substantiam, Amayden cap.32. sub nu. 75. vers.
quoad secundum, & alii communiter. Plura de his Ab-
breviatoribus, de eorum Collegio, institutione, facul-
tatibus, vide Corradum lib. 2. cap. 8. & alibi.
37 Hæc, quæ diximus de modo signandi, & expediendi
Supplicationes secundum ea, quæ tradunt Corrad.
Amayden & alii citati, secundum moderniorem praxim,
sunt in aliqua parte immutata, & ita hodie practicatur:
Fit Supplicatio in folio, vel dimidio folio, secundum
qualitatem materiarum, & porrigitur D. Subdatario,
exceptis vacationibus per obitum, sive certo modo, quæ
porriguntur Domino Officiali per obitum nuncupato, a
quorum Substitutis apponitur Summarium ejus, quod
petitur, & confici solet sub plica Supplicationis, & de-
fertur a dictis Dominis Subdatario, & per obitum in Con-
gregationem Datariæ; & si Gratia est resolubilis fit fascicu-
lus Supplicationum a Sanctissimo signandarum. Signata
Supplicatione dicitur Gratia facta, sed non consummata,
idest non perfecta usquequo registretur. Supplicatio si-
gnata mittitur ad primum Revisorem, deinde ad Officia-
lem parvæ Datæ, qui apponit Datam diei, mensis,
ac anni Pontificatu parvis characteribus in extrema
margine Supplicationis: deinde ad secundum Reviso-
rem: deinde remittitur ad Dominum Subdatarium, qui
distinguit materias; & si pro gratia solvenda est compo-
sitio, ponit in extrema margine Summarii C. quod signi-
gnificat Componat, & traditur Præfecto Componenda-
rum, cui taxata materia, solvitur compositio: qua so-
luta trahitur ad Dominum Datarium, qui apponit Da-
tam magnam: deinde trahitur ad Officialem de Missis,
a quo adnotatur in libro, & Supplicatio mittitur ad Re-
gistrum; & postquam est registrata auscultatur a Magistris
Registri, qui illam mittunt in Cancellaria ad Notarium
Regentis Cancellariæ, & fit distributio inter DD. Abbre-
viatores de Parco majori, a quibus, vel eorum Sub-
stitutis conficiuntur minutæ Bullarum, & habent facul-
tatem vigore clausularum generalium Supplicationes
ampliandi, & diminuendi, prout opus fuerit; & sic
hodie practicatur.
38 Pro nunc hæc, quæ de Supplicatione adnotavimus,
ad nostrum propositum necessaria scitu. Equidem ve-
ro quamvis Princeps faciat gratias solo verbo, ut pro-
batur ex Clem. dudum de sepult. circa finem, §. nos ete-
nim, nec indigeat scriptura, seu signatura, cum ta-
39 men scriptura sit potius ad futuram rei memoriam,
& ad probationem, ut dicunt communiter nostri Ca-
nonistæ in Rubr. de constitut. in cap. restitutus de rescri-
ptis, & assentatum est apud omnes Doctores, ita ut
Gratiam in Principis lingua consistere plerique dixe-
40 rint, Gonz. glos. 12. n.47. & alii; attamen dixit Amayden
hoc non procedere, quando Papa omnium Principum
Princeps non solet concedere Gratias solo verbo, sed
scripto; tunc enim requiritur Signatura, ita advertit
Amayden lib. 1. de stylo Datariæ cap. 32. num. 13. & ci-
tat Felin. in cons. 6. nu. 1. sed latius id probat Melchior
Lotter. dicti Amayden contemporaneus lib. 3. quæst. 1.
a num. 4. cum sequentib. ubi docet, quod non aliter Gra-
tiæ conceduntur per Papam, quam per illius Rescri-
ptum propria manu firmatum, ad textum in l. Sacri
afflatus C. de divers. Rescript. licet tamen forma Re-
scripti, de qua in d. l. non servetur.
41 Gratia igitur Papæ consistit in illa Signatura, seu
subscriptione, quam facit, fiat ut petitur, seu fiat,
tunc enim Gratia est perfecta quoad substantiam, nam
ex tali Signatura suum recipit esse, textus est in capit.
tanta de rescriptis, vers. quod nullatenus, ubi Zaball.
num. 7. Abbas num. 5. Felin. num. 18. & idem Felin.
in cap. Rodulphus de rescriptis num. 26. Rebuff. de si-
gnatura part. 2. num. 15. Sarnen. in reg. de non judi-
cando quæst. 1. vers. tamen, Cassador. dec. 4. num. 2.
de causs. possess. & propriet. Cochier. in reg. de non judi-
cando num. 24. Rota penes Merlin. dec. 281. & part. 1.
recent. 418. & 583. num. 2. & 554. part. 2. recent.
tom. 1. num. 8. Paris. de resig. lib. 8. quæst. 2. num. 9. &
lib. 8. quæst. 7. n. 74. Rota in Valentina Rectoriæ 17. Martii
1651. coram Bichio, apud Tond. de pens. 75. in ordine n. 4.
& apud eundem Bichium 455. & apud eundem Bichium
decis. 658. n. 24. post scripta visum, & apud Dunozett. dec.
208. n. 80. & 82. tom. 1. & decis. 34. num. 2. & 51. num.
6. tom. 3. apud Duran. 324. numer. 26. Lotter. de
re benef. lib. 3. q. 1. n. 15. Corradus in prax. disp. lib. 2. c. 3.
n. 39. Amayden lib. 1. c. 32. n. 11. Gonzal. reg. 8. glos. 15. §. 2.
n. 32. Rota apud Arguelles decis. 46. n. 218.
Præsertim in beneficialibus materiis; nam in his sola 42
Signatura sufficit ad essentiam, & substantiam Gratiæ,
ut Paris. lib. 8. quæst. 2. num. 8. Ubertus de citationi-
bus ex num. 332.
Recipit quidem perfectionem, & esse Gratia, præ- 43
sertim in beneficialibus, ex sola Signatura Papæ: atta-
men hæc perfectio incipit, seu currit a Data, quam
in Supplicatione apponit D. Datarius; quod quidem 44
non repugnat; ex illo enim die incipit habere perfe-
ctionem; nam Supplicatio censetur signata eo die, quo
Dominus Datarius apponit Datam, etenim Data fa-
cit, ut Gratia dicatur in rerum natura, & tunc incipit
operari, Felin. in cap. causa, de rescriptis n.18. Seraph.
decis. 341. n. 9. Merlin. decis. 281. Rota penes Carillum
decis. 250. n. 2. & 3. & apud Dunozett. tom. 1. decis. 319.
n. 2. & 3. Uber. de citat. 45. tom. 2. ex num. 330. & 45
trahitur signatura ad illum diem, ut Gabriel cons. 193.
num 2. lib. 2. Grat. cap. 191. Merlin. decis. 281. n. 7. non 46
tamen per hoc Data est, quæ gratiam perficit, sed so-
lum ostenditur tempus, in quo facta fuit gratia, & per-
fectio dilatatur in illud tempus, textus est in l. si qua be-
neficia, C. de divers. requisitis, Seraph. decis. 341. n. 9.
Merlin. dec. 281. n. 12. Verall. decis. 88. part. 3. Carill. dec.
250 n. 2. Ubertus de citationibus, cap. 10. n. 336. Lotter.
de re benef. lib. 2. quæst. 23. a num. 10. & num. 31. cum
sequentibus, & hoc ex voluntate ipsius Summi Ponti- 47
ficis evenire dicendum est; nam bene scit per suum
Dominum Datarium apponendam esse Datam in Sup-
plicatione ab ipso signata: & ideo ex eo tempore,
quo Datarius apponit Datam, velle censetur, quod
tunc, & eo tempore voluerit facere Gratiam, ut pon-
derant Corrad. lib. 3. cap. num. 46. Praxis beneficialis,
Merlin. d. decis. 281. Munus enim præcipuum Datarii
est, Supplicationes signatas a Sanctissimo notare, seu 48
in illis apponere diem, in quo signatæ, & firmatæ
fuerint a Papa; ideo hoc officium præ cæteris præ- 49
stantius, & sublimius censetur, Gonzal. glos. 63. num.
61. Corrad. lib. 2. cap. 7. num. 32. prax. dispens. & alii:
quare semper Prælatus est præstantior Romanæ Curiæ,
& quandoque S. R. E. Cardinalis: ut de præsenti est
omni laude dignissimus Eminentiss. & Reverendiss. D.
Gaspar Cardinalis de Carpineo Sanctissimi D. Nostri
Clementis Papæ X. Prodatarius, ac etiam ejus in
Alma Urbe Vicarius: & tunc subscribitur Prodata- 50
rius, ut observant Paris. de resig. libr. 8. quæst. 7. nu-
mer. 23. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 8. Munus au- 51
tem Datarii non solum in datando consistit, sed etiam
in suggerendo Pontifici, qui in Curia sint Digniores,
quibus Beneficia conferri possunt, quæ Gratiæ conce-
dendæ. Soletque mittere per concessum nonnullas
Gratias, quæ ordinariæ vocantur, & aliquando etiam
majores, prout a Sanctissimo habet jussum, recipit.
Ideo dicit Amayden, non solum a datando, sed etiam
a dando ejus etymologiam, & denominationem pro-
venire, quia etiam concurrit ad dandum, & multa
Papa concedit ad intentionem ipsius Datarii (quod
consideravit Corradus mox citandus) & inducit etiam
argumentum: quia Cardinalis Sacratus fuit Datarius 52
Gregorii XV. & non ipse, sed Subdatarius firmabat,
ita Amayden lib. 1. cap. 1. sed quod teneatur manu
propria datare, Datamque extendere, Rota decis. 68. 53
part. 5. recent. Corad. lib. 3. prax. benef. cap. 8. nu.26.
De origine autem, & antiquitate Datarii consule Amay- 54
den lib. 1. cap. 2. & alios.
Tanta tamen est ejus præeminentia, & dignitas, de 55
qua etiam Amayden lib. 1. c. 3. & Corrad. in prax. benef. lib.
3. c. 8. ut habere dicatur Oraculum mentis Papæ, & omnes 56
vocant Organum Papæ, ejusque dicto, & scripturæ
standum sit, nec in contrarium probatio admittatur,
ut optime Gabriel. cons. 197. num. 3. & 10. Gratian. cap.
191. Merlin. d. decis. 281. Rota recent. part. 5. dec. 68.
Carill. d. dec. 250. num. 3. Corrad. in prax. benef. lib. 3.
cap. 8. n. 47. sed de hac re Amayden late agit.

Perfe-

57 Perfecta licet sit Gratia, postquam fuit Supplicatio si-
gnata a Summo Pontifice, vel per ipsum, vel per con-
cessum, & ex ea acquiritur jus, Verall. *dec.* 301. *num.* 4.
par. 3. Mohed. *dec.* 9. *sub tit. ut lite pendente circa finem*, Pa-
ris. *lib.* 2. *de relegat. quæst.* 24. *a n.* 3. & alii, quos citat, &
sequitur Garzia *de benef. par.* 4. *c.* 2. *n.* 10 & 11. Amayden
d. cap. 32. *n.* 17. præsertim si fuerit in forma gratiosa, ut
idem Garzia *ibi num.* 17. Rota *recent. part.* 3. *tom.* 1. *dec.*
356. *num.* 15. & penes Rub. *part.* 2. *tom.* 3.
58 Tamen quia Papa signat Supplicationem, ea condi-
tione signat, ut per Officiales corrigatur, reformetur,
& registretur: quæ conditio licet non sit apposita Gratiæ,
59 sed tantum ejus executioni, & dicitur conditio non sus-
pensiva, sed resolutiva, quæ supponit jus purum quæsi-
tum ab initio, ut loquitur Ubertus *de citationibus d. cap.*
60 10. *sub d. num.* 332. & Supplicatio ante Registrationem per
Officiales possit non solum corrigi, mutari, & emenda-
ri, sed etiam lacerari, & magis per D. Datarium, Gonza-
lez. *ad reg.* 8. *glos.* 63. *n.* 59. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 23. *n.* 27. Pa-
ris. *de resig. lib.* 2. *q.* 24. *n.* 7. Corrad. *d. lib* 2. *cap.* 1. *a n.* 31.
cum seqq. Rota *in Burg Abbatia* 2. *Aprilis* 1592. coram Car-
dinale Aragonio, quam ad verbum refert in puncto pro
hac materia Amayden *lib.* 1. *cap.* 5 *n.* 11. *de stylo Datariæ*,
& Sarnen. *in regula de jure quæsito non tollendo quæst.* 20.
vers. quia antequam, Rota *recent. part.* 10. *decis.* 115. *n.* 10.
61 (quoad enim validitatem Gratiæ, attenditur Datæ tem-
pus; quoad vero jus impetrantis, an sit, vel non resolu-
bile, attenditur tempus Registri, ut optime idem Ubert.
ex num. 340.)
62 Ideo sequitur, quod antequam Supplicatio sit registra-
ta non requiritur impetranti jus considerabile, cum sit in
manu Papæ, & ejus Officialium illam lacerare, sed reso-
lubile, Paris. *d. lib.* 2. *q.* 24. *n.* 7. Sarnen. *in d. reg. de jure quæ-
sito d. q.* 20. *in fine*, Gonzalez *glos.* 15. §. 2. *n.* 33. Garzia *de
benef. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 16. ubi allegat Rotæ decisionem *in
Osimen. Archipresbyt.* 6. *Aprilis* 1576. quam ad hunc etiam
finem allegavit Gonzalez *in reg.* 8. *glos.* 15. §. 2. *n.* 33. ubi
idem firmat, & novissime Rota *in Asten. Coadiutoria* 21.
Junii 1652. coram Eminentiss. Celso, *vers. tandem*, quam
affert Tond. *in ordine n.* 13. & est penes ipsum *dec.* 155. *n.* 15.
63 & iterum penes eundem Eminentissimum Celsum *decis.*
161. *n.* 9. & 13. ubi dicitur, quod habet implicitum sta-
tum validitatis, Amayden *lib.* 1. *cap.* 10. *q.* 10. *n* 13. Cor-
rad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. perbelle Ubertus
64 *d. cap.* 10. *de citat. sub d. n.* 332. & 333. Quod adeo verum
est, ut ante Registrationem non sit locus Regulæ de jure
quæsito non tollendo, ita ut illi derogare non sit necesse,
sed tantum postquam est registrata, Sarnen. *loc. cit.* Rota
in d. Asten. coram Eminentiss. Celso *in d. vers. tandem n.* 16.
Ubertus *loc. cit. d. cap.* 10. *n* 333. Amayden *loc. cit. n.* 17.
quia Regula tantum intelligitur de jure firmo, & radica-
to, ut probat late idem Amayden *lib.* 1. *cap.* 33. *sub n.* 17.
quare non tribuit Supplicatio, antequam registretur, jus
certum, & firmum, sed tantum resolubile; nam potest al-
teri beneficium provideri, si talem gratiam continet, vel
65 lacerari, ut in dicta *Asten. coadiutoria*, & *in Compostellana
coadiutoria* coram Zarate *de anno* 1653. *quæ est* 313. *n.* 26.
part. 11. *recent.* Inde consuevit stylus, ut nunquam Suppli-
catio tradatur partibus, antequam sit registrata, & o-
mnes hucusque citati advertunt, & hoc quando expeditio
66 litterarum fit per Cancellariam, nam per Cameram tra-
ditur partibus absque Registro, Amayden *lib.* 1. *c.* 36. *de
registro n.* 26. & ex quo non traditur parti ante hoc tempus
67 fit, ut castaturæ, quæ ibi inveniuntur censeantur fa-
ctæ ab Officialibus Datariæ, ut advertit Ubertus *nu-
mer.* 334. *d. cap.* 10. Bene verum est, quod cum Sup-
plicatio pervenit ad Officium Componendarum datur
facultas partibus inspiciendi suas Supplicationes, & tem-
pus deliberandi, ac cogitandi, an eo modo restricti-
væ, & cassaturæ sibi placeant, & si quid addendum,
68 vel minuendum, ad partis, vel Sollicitatoris instan-
tiam, dummodo substantiam non immutet, quod fit
a DD. Revisoribus: & cum Partes non sunt Romæ, so-
lent Expeditionerii, & Sollicitatores practici, antequam
solvatur Componenda, si erit solvenda, vel ante Regi-
strum desumere copiam Supplicationis cum omnibus
69 suis restrictivis, & cassaturis, illamque Partibus trans-
mittere, ad hoc, ut deliberent, an ita expediat Gra-
tiam expedire, ut docet practicus Corradus *in praxi
dispens. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. sic etiam in Registro datur
facultas videndi, & inspiciendi Supplicationem partibus,
antequam registretur, quia post Registrum non potest
amplius replicari ad restrictivas, & cassaturas ab Offi-
cialibus, nec potest amplius aliquid corrigi, ut obser- 70
vat idem Corrad. *loc. cit. n.* 22. qui etiam dicit, quod D.
Datarius in Supplicatione registrata aliquid corrigere
possit, quod corrigit in eodem tempore in quinterno
ultimus Registri, & id ex Gratia peculiari fieri dicit, &
quando modicum est, corrigendum est, aut nec patitur
dilationem, ut suppleri possit per Gratiam reformato-
riam, quod repetit idem Doctor *in prax. benef. lib.* 3. *c.*
8. *num.* 35. ubi docet, posse D. Datarium de stylo non
solum mutare, & retinere Supplicationes, nedum post
Registrum, & cum pervenerit in manum Abbreviato-
ris, ad quod allegat Marches. *de comm. tit. de signat. gratiæ*,
c. 2. *n.* 30. contra opinionem Glossatoris antiqui.
Sed etiam si Parti esset tradita, tamen Litteræ non 71
sunt expeditæ, ut corrigatur aliquis error, & citatur
Veral. *dec.* 239. *part.* 1. Imo aliquando etiam postquam
Litteræ sunt expeditæ. Vide ipsum pro tunc, non ali-
bi; certum enim est, quod Supplicatio antequam regi-
stretur, bene excutitur, & ponderatur ab Officialibus
Datariæ, Cavaller. *dec.* 255. *lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 47.
Registrata Supplicatione per suos Officiales (quando 72
autem fiat registratio, & quomodo subscribat, vide
Amayden *lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 10. *vers. his notis*, & solu-
ta Componenda, si solvenda sit, non solet amplius
Supplicatio lacerari, Rota *decis.* 554. *tom.* 1. *n.* 9. *part.*
2. *recent.* nec amplius est resolubilis, Ubertus *loc. cit. ex
n.* 337. & ex eo jus quæritur perfectum. Unde dicunt 73
nostri, quod ex Supplicatione registrata acquiritur ti-
tulus canonicus, non minus, quam per Bullas expedi-
tas: omissis multis, Corrad. *lib* 2. *cap.* 3. *num.* 39. Amay-
den *d. cap.* 32. *num.* 27. Garzia *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Gon-
zalez *glos.* 12. *num.* 45. retrotrahitur tamen Registratio ad
diem concessionis, & Signaturæ, Rota *in Cæsaraugusta-
na pensionis* coram Peuting. 17. *Martii* 1653. *num.* 5. pe-
nes Tond. *post tract. de pens.* 17. *in ordine*.
Sed advertas, quod quamvis diximus, quod ante 74
Registrationem non quæratur jus considerabile haben-
ti Gratiam, bene tamen post, non sequitur, quod gra-
tia recipiat perfectionem a Registro, quia Gratia di-
citur perfecta in eo momento, quo signatur Supplica-
tio, ut dictum est supra, allegatis adde Duran. *decis.*
324. *num.* 26. & Bichium *decis* 658. *numer.* 20. Co-
var. & Canonistæ *in cap. eam te*, *per illum textum de
rescrip.* & in reintegratione nullum intervenit factum
Papæ, sed solum Officialium ad evitandas fraudes: Un-
de a Data, & non a Registro sumit substantiam Gra-
tia, Rota penes Merlin. *decis.* 281. *numer.* 6. *& in Com-
postellana Coadiutoria* 9. *Maii* 1653. coram Zarate,
quam affert Tondut. *post tract. de pension.* 33. *num.* 27.
est apud eundem Zarat. *decis.* 34. post scripta Ubertus
loc. cit. d. capit. 10. *num* 334. Sed tantum ea Registra-
tione consequitur, quod habens Gratiam non possit
ea privari, nec possit amplius lacerari Supplicatio, &
possit Litteras super ea expedire, ut observavit Amay-
den *lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 26. Registratio autem non pro-
batur, quod fuerit facta eo tempore, quo fuit adnota-
ta Supplicatio; nam Supplicationes non solent semper
statim describi, sed post aliquod tempus, Rota tam 75
in d. Tolent. numer. 18. & 19. quæ decisio etiam ho-
die reperitur *part.* 11. *recens. decis.* 381. quam *Com-
postellana coadiutoria num.* 27. apud Zaratem, qui ibi
etiam dixit Registrationem ad commodum partium fieri.
Acquiritur jus in re per Supplicationem signatam per 76
Papam, & post Registrationem desinit esse resolubile:
attamen intelligitur cum Papa ipse facit Gratiam, &
sic signet Supplicationem in forma gratiosa, & secus
si tantum in forma dignum, vel in forma commissa-
ria, per quam Signaturam, ut dicunt nostri, tantum
conceditur mandatum de providendo, seu dispensan-
do, & committit alteri, ut idoneo existente Oratore
provideat; nam tunc cum dependeat ab idoneitate
futura detegenda, vel a causa verificanda per Execu-
torem, per talem Signaturam acquiritur jus ad rem
eventuale, & resolubile, Garzia *part.* 4. *capit.* 2. *nu-
mer.* 17. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 5. *nu* 29. Rot.
part. 2. *recent. decis.* 523. & 569. *num.* 22. Cavall. *decis.*
447. & penes Rub. *tom.* 3. *decis.* 92. & *alibi*, de qua re
fusius in sequenti capite dicemus.
Ut acquiratur hoc jus illi, cui Gratia conceditur, 77
sive beneficium confertur, oportet, ut acceptatio ex
parte ejus intercedat; sicuti enim donatio non cense-
tur

tur perfecta, nisi & donatarii intercedat consensus, ut do-
cent Juristæ *in l. 1. per illum text. expressum ff. de pact.*
ita & eodem modo in hac materia Gemin. *in c. præ-
senti, de Præbend. in 6. sub num. 2.* Covarruv. *variar.
lib. 3. quæst. 1. n. 16. & lib. 2. quæst. 24. à num. 77. cum*
78 *seq.* & ante ipsum Gonzal. *glos. 26. n. 13.* hoc tamen in-
telligitur sano modo, requiritur acceptatio, sed non ex-
igitur positiva, & individualis, ut ita loquar, sufficer-
ret enim ille actus, unde concludatur acceptatio, ex so-
la enim scientia infertur ad actum acceptationis, ut non
refutatio includat, & vim habeat acceptationis, Lot-
ter. *loc. cit.* Gonzal. *d. glos. 26. sub n. 25.* & regulare est,
quod ubi agitur de lucro captando, sola scientia suffi-
ciat, ut late per DD. quos citat, & sequitur Surd. *dec.
206. n. 11.* & Belt. ad Ludovis. *dec. 97. sub n. 8.* & adest
decisio Seraphini 1184. *n. 12.*

Hæc scientia conjecturis bene deduci potest, quæ de-
ducendæ sunt ex aliquo actu positivo, qui necessitatem
concludat, & importet scientiam, dicit Lotter. *d. lib.*
79 *3. quæst. 1. num. 31. v. præsentia*, in Curia non deduci
hanc scientiam subdit Lotter. ibi, etiam si Supplicatio
fuerit signata, & registrata, quia ad hujusmodi Gratias
impetrandas non exigitur aliquod mandatum; idem ad
inducendam hanc scientiam Lotter. se remittit ad ea,
quæ scripsit *in lib. 2. q. 28. à n. 81. cum seq.* in quo loco
Lotter. se fundat, quod ex simplici ostensione Suppli-
80 cationis Signaturæ non inferatur ad consensum Oratoris
in Supplicatione nominati, nisi ostendatur aliquid vere
fuisse solutum pro Gratia expedienda, quod non sit mo-
dicum, & in homine privato sufficere scutum unum ad
inducendum mandatum, & consensum, debet tamen hoc
concludenter probari, & clare, quia præsumptio non
81 potest ex præsumptione probari; quod latius explicat
ibi per plures numeros: sed in materia proficua censetur
porrecta Supplicatio ab impetrante etiam absente, & eo
magis cum expensa facta est, fundat Amayden *lib. 1. c.
32. à n. 18.* & sic hodie practicatur, ac pro sufficienti
acceptatione habetur, præsertim in materia beneficiali,
82 quod supplicatio fuerit signata ad alicujus instantiam: &
si absens a curia sit Orator, sufficiet, ut Romæ scriba-
tur alicui Solicitatori, sive Speditionario, qui possit
dare Supplicationem D. Datario. Sic etiam in materia
difficilis concessionis Supplicatio præsumitur impetrata
ab eo, ad cujus favorem cantat, Oliver. ad Ludovis. *dec.
331. n. 19.* Dunoz. *tom. 2. dec. 8. 1. n. 7. & 966.* sic et-
iam quando cum magna impensa expeditæ fuerunt Lit-
teræ, ut *in d. dec. 811. n. 7.* Hæc tamen præsumptio non
habet locum in materia objectiva, sive odiosa, in qua
requiritur plena, & concludens probatio, quod Suppli-
catio fuerit porrecta ex parte Oratoris, Rota apud Ca-
vall. *decis. 59. in fine.*

Illud tamen notandum est in hac materia, quod quan-
doque Gratia conceditur motu proprio a Summo Ponti-
fice, & sit cum Papa subscribit, *Fiat motu proprio*, vel
placet motu proprio; Subscriptio enim hæc facit, ut Gra-
tia motu proprio concessa dicatur: Nec refert, si hæc
clausula sit in schedula, quam ad hunc finem facit sibi
porrigere Papa, vel in Supplicatione: quia non atten-
83 ditur, quod petitur in Supplicatione, vel schedula, sed
quod Papa concedit. Unde etiamsi Supplicationem si-
gnet Papa cum subscriptione motu proprio, erit talis
judicanda; & vice versa, si in schedula, in qua adest
in corpore clausula motu proprio, Papa subscribat, *Fiat
ut petitur*, non erit censenda, quod sit concessa motu
proprio, quia (ut dixi) attenditur ad Papæ Signatu-
ram, quod latius, & accuratius probat, & explicat Lot-
ter. *lib. 3. q. 1. n. 41. cum pluribus sequentibus*. Utilitas
hujus rei patebit suo loco.

ADDITIO

Ad Caput I. Primæ Partis.

SUMMARIUM.

Supplicatio limitatur secundum Papæ intentionem, & ex clausulis dignoscitur quid Papa voluerit concedere, n. 1.

Cassaturæ præsumuntur factæ ex voluntate Pontificis, eod. n. 1.

Gratia recipit substantiam à signatura Papæ, numero 2.

Gratia quando dicatur perfecta? n. 3. & 4.

Signata una supplicatione, possunt signari aliæ sub eadem data, n. 5.

Quid sit titulus, cui prius? *n. 6.*

Non admittitur probatio, quod supplicatio non fuerit signata sub eadem data, n. 7.

Non potest objici de jure quæsito medio tempore, numero 8.

Litteris expeditis, non potest signari nova supplicatio sub eadem data, n. 9.

Quæ differentia inter gratiam signatam per Fiat, *&, per* Concessum? *n. 10. 11. & 12.*

Num, & quæ acceptatio in gratia requiratur? n. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

Non requiritur mandatum ad expediendas gratias, numero 18.

Plures gratiæ sub eadem supplicatione expediri possunt, dummodo non sint invicem pugnantes, n. 19.

Datarij potestas quæ? n. 20.

Quale tempus attendatur pro anterioritate, vel posterioritate gratiæ? n. 21.

Cui magis credendum regesto, an supplicationi? numero 22.

AD ea, quæ scripsimus in hoc primo capite, infra-
scripta addenda videntur; diximus, quod porrigi-
tur supplicatio, quæ in Dataria limitatur secundum Pa-
pæ intentionem, & gratia regulatur a Papæ signatura,
quicquid fuerit in corpore positum, & ex dispositiva,
& clausulis, attenditur quid Papa voluerit concedere, 1
& cassaturæ in supplicatione præsumuntur factæ, ante
vel post signaturam, non autem post registrationem;
nam post registrationem non potest alterari, & cassa-
tura: vel additio est contextualis cum data, ita ut cas-
sata censeatur denegata, addita concessa, nec potest
dari probatio in contrarium, Rota *decis. 369. n. 4. &
118. n. 3. part. 18.* In quantum, quod gratia recipiat sub- 2
stantiam ex signatura Sanctissimi, & ex data, ad quam
fit retrotractio, præter citatos adde novissimam Rotæ
decisionem *in part. 16. recentiorum decis. 112. n. 36. 37.
& 38.* ubi etiam citantur alii Doctores: adde etiam *de-
cisiones* 808. *n. 12. & 13. part. 18. tom. 2. & 372. n. 13.
& 14. part. 19. recent.* post scripta emanatas. Et quam- 3
vis diximus, quod gratia non dicatur perfecta, nisi
quando supplicatio est signata, & registrata: hoc tamen
intelligendum est, quando medio tempore Papæ volun-
tas fuisset mutata, Rota apud Celsum *decis. 161. n. 12.*
apud Zarat. 12. *& part. 18. recent. decis. 118.* vel quan-
do gratia ab initio non haberet statum implicitum vali-
ditatis, Cavaler. *decis. 283.* apud Cocc. 1721. *& dicta
decis. 118. part. 18. recent.* Habet vero statum implici-
tum validitatis ab initio, quando narrata sunt vera, ve- 4
luti in resignatione, si Resignatarius est idoneus: quia
tunc gratia ab initio, & statim ac fuerit signata suppli-
catio, dicitur perfecta, ita ut successiva registratio, &
expeditio litterarum censeatur inesse usque ab initio, Pe-
tingerius *decis. 465.* Cels. 155. *& decis. 118. n. 20.* Ex so-
la autem signatura Sanctissimi in beneficialibus materiis
initiatur affectio, quæ ligat manus Ordinarii, ut ibidem
dicitur, & in *decis. 313 part. 12. recent.*

Notandum nunc noviter est, quod signata supplica-
tione sub parva data, si aliquo vitio illa laborat, pro 5
illius sanatione possunt sub eadem data ex stylo Curiæ
aliæ supplicationes signari, quæ a prima data dependen-
tes dicuntur, & sub eadem data expediuntur postea lit-
teræ, Lotterius *de re benef. lib. 2.* Rota penes Bichium
decis. 360. n. 11. & decis. 455. n. 24.

Advertit practicus sane Lotterius *loc. cit.* quod, ne hoc
per errorem factum fuisse censeri possit, inscribitur in
principio supplicationis titulus hic *cui prius*, ad demon- 6
strandum, illam esse novam signaturam pro eo *cui prius
est provisum*, ac propterea recipere datam præceden-
tem, a qua dependet.

Quod adeo verum, quod scilicet possint signari plu- 7
res supplicationes, si prima aliquo vitio laboraverit,
ut neque admittantur articuli ad probandum, quod se-
cunda supplicatio non fuerit signata sub eadem data
primæ supplicationis, Gratianus *capit. 191. numero 1.
& 2.* Rota penes Bichium *dicta decis. 360. numero 12.
& decis. 114. num. 2. parte 3. divers.* Et neque objici
possit de jure, medio tempore quæsito: quia gratia, 8
præsertim Provisi, semper pendet a sola parva data
primæ

primæ supplicationis, donec perfecte expediatur, Rota *d. decis.* 514. *n.* 6. *&* 7. *part.* 3. *divers.* & apud Bichium *d. decis.* 360. *n.* 13.

Hæc autem procedunt litteris non expeditis super gratia;
his autem expeditis, si impetrans comperetit gratiam ob-
9 tentam aliquo vitio laborare, ut dubitet sibi non esse pro-
fecturam, tunc sibi succurrere necesse est per novam gra-
tiam, seu rescriptum perinde valere, seu Revalidatorium,
& tunc imponitur, clausula, *Dummodo alteri medio tem-
pore non sit jus quæsitum*, de qua te *infra suo loco*.

Numero 24. diximus, quod nulla differentia est inter
signaturam a Sanctissimo factam, per verbum *Fiat*, &
10 signaturam per *Concessum* factam a Prælato, deputato a
Papa ad signandas has supplicationes: quia, ut diximus,
supponitur signata in præsentia Papæ. Declara tamen
hoc juxta regulam Cancellariæ 34. in qua expresse habe-
tur, quod concurrentibus eadem die super quocunque
11 beneficio per *Fiat*, & per *Concessum* signatis ea eis per *Fiat*
etiam, ut petitur habens, alteri per *Concessum* etiam mo-
tu proprio habenti præferatur, etiamsi in illa per *Conces-
sum* prægnantiores, ot quantumlibet privilegiatæ essent
clausulæ, quam regulam exornant Scribentes *super Rega-
lis Cancellaria*, præsertim Alphonsus antiquus Glossator,
Cocchier. & alii; & meo judicio bene eam limitat Al-
phonsus, ut non procedat quando in signatura per *Con-
cessam* adesset hora: tunc si habens signatura per *Conces-
sum*, probaret prioritatem signaturæ per horam, licet
eadem die, debet præferri alteri habenti per *Fiat*, &
quando possit hoc probari per testes, & assignat ratio-
nem: quia Papa non intendit tollere jus quæsitum alicui.
Vide illum, quem sequitur Cocchier, & Mandos. quod
limitat quoque Alphonsus, si impetrans per *Fiat*, impe-
trasset subreptitie.

Demum in *n.* 77. *cum sequentibus* scripsimus, quod
12 requiritur acceptatio gratiæ ab eo, cui facta est, quæ
acceptatio ex conjecturis bene deduci potest; Nunc autem
addendum ducimus, quod in hac materia adsunt duæ Ro-
tæ decisiones, quas tunc non vidimus. Prima est *in Bono-
nien. Beneficiorum* 29. *Martij* 1645. coram Bichio, *quæ est
penes ipsum* 421. in qua dictum fuit, quod, licet gratia
13 Protonotariatus facta motu proprio ad effectum reserva-
tionis, non requirat acceptationem; attamen cum ad
partis instantiam facta est, bene requirit talem accepta-
tionem, & consensum: quia gratia non fit in invitum;
& *numer.* 13. *cum sequentibus* dicitur, quod acceptatio gra-
tiæ non satis probatur ex supplicatione, & regesto,
quia utrunque fieri potuit ab expeditore, vel amico abs-
que mandato principalis; & quamvis ea impensa etiam
unius scuti in homine privato quandoque mandatum
præsumatur, ut in *decis.* 407. *sub n.* 6. *v. Et etiam unius
14 ducati*, & 529. *numer.* 5. *part. prima recent.* tamen ea
præsumptio non militat, nisi talis impensa probetur ali-
unde, ita ut non sufficiat allegare consuetum solvendi
pro registratione supplicationis: quia inde resultat sola
præsumptio, quod fuerit solutum, quæ non potest pa-
rere præsumptionem mandati: cum non liceat adducere
præsumptionem ex præsumptione, & factum, ex quo
15 oritur præsumptio mandati, seu quævis alia, debeat non
præsumptione, sed concludenter probari, & eo magis
cum agitur in concursu Provisorum Ordinarii, & Posses-
sorum beneficii; quo casu, quia reservatio est concluden-
ter probanda, & ipsa consistat in Protonotariatu, ejus-
que acceptatione, sequitur, ut de utraque, tanquam de
16 causa reservationis, plene, & concludenter constare de-
beat, non autem per præsumptiones; affirmat tamen ibi
Rota *numero* 20. quod ex expeditione Bullarum solet re-
sultare præsumptio juris, & de jure, quod præcesserit
mandatum, & acceptatio supplicantis: quia semper sol-
vuntur expensæ pro expeditione, & ibi allegantur ad hoc
aliæ Rotæ decisiones.

Secunda decisio, quam vidimus in hac materia, est no-
17 vissima in *Varmien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1669. co-
ram Bevilaqua est 14. *in part.* 16 *Recentiorum*, quæ est et-
iam in subiecto Protonotariatus; & *n.* 4. dicitur, quod,
aut quis per ipsum supplicavit, & cessat omnis extiatio;
vel ab alio ejus nomine fuit impetrata cum successiva litte-
rarum expeditione, quod, cum fieri non soleat sine con-
siderabili impensa, inducit præsumptionem mandati, &
acceptationis, & allegatur ibi decisio Putei Castadori *re-
cent.* 407. *part.* 1. & consilium Spadæ 53. *lib.* 2.

Non est prætermittendum, quod Pyrrus Corradus *in
sua praxi dispensationum lib.* 7. *c.* 5. *num.* 101. docet, quod
ad impetrandas dispensationes, sive quascunque gratias, 18
nullum neque generale, neque speciale mandatum requi-
ratur, ad textum *in lege Vniversalis*, *Codice de prec. Imp.
offer.*

Diximus supra, quod sub eadem data possunt expediri
plures supplicationes; Nunc addimus, quod sub eadem 19
supplicatione possunt expediri plures, & diversæ gratiæ,
dummodo non sint invicem contrariæ, & incompatibi-
les, sed una in alterius corroborationem, Rota *decis.* 402.
n. 11. *&* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & apud Bichium *dec.*
455. *n.* 33. *&* 360. *n.* 14. *&* 15. & magistralis est decisio in
hac materia 1313. apud eruditissimum Coccinum, in qua
n. 5. fuit dictum, quod diversæ gratiæ expediri possunt sub
eadem supplicatione, & quod ita semper fuit practicatum
& observatum. Et quamvis Paris. *in cons.* 77. *n.* 8. *lib.* 4. con-
trarium scripserit; attamen procedit doctrina Parisii,
quando gratiæ sunt invicem contrariæ, & refert Cocci-
nus, quod sacrum illud Auditorium coram Lancellotto ju-
niore, cum denegaverit immissionem cuidam Proviso, ex
quo, cum non justificasset totam gratiam, sub prima sup-
plicatione, expedivit gratiosam subrogationem, verifi-
catisque tribus solitis requisitis, obtinuit immissionem:
quia sacra Rota pro indubitato habuit, sub eadem suppli-
catione posse expediri plures gratiæ.

Insuper *in hoc eodem c.* diximus, D. Datarium habere
omnem potestatem. Nota, posse Datarium addere, mi- 20
nuere, & corrigere supplicationem, & alia quæcunque
facere, etiam lite pendente, ut dixit sacra Rota *in decis.*
379. *n.* 18. *part.* 18. *recent. tom.* 1. attamen non potest
ponere manus in regesto absque speciali facultate Sum-
mi Pontificis, obstantibus constitutionibus Apostolicis.

Demum nota, quod ad effectum dignoscendi de ante-
rioritate, vel posterioritate supplicationis, & gratiæ, at- 21
tenditur tempus datæ, non autem registrationis, sive ex-
peditionis, Seraph. *decis.* 318. *n.* 1. Eminentiss. Cerrus
196. *n.* 12.

Cum vero discordat data supplicationis a data regesti, attendenda venit data supplicationis; nam in concursu magis standum est originali, quam regesto, & secundum originalem supplicationem omnes aliæ scripturæ regulari debent, idcoque magis, quando cum originali supplicatione concordat parva data; & præsumendum est potius errarum fuisse in regesto, quod ab uno solo viro conficitur, quam in supplicatione originali, firmata a Papa, visa per Dominum Datarium, & ejus manu datata, & examinata diligenter, per tot Officiales, Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 158. *n.* 1. 2. 3. 4. *&* 5.

C A P U T II.

De Litterarum necessaria expeditione; de multiplici modo expediendi; ac de ipsarum divisione, ac differentia.

S U M M A R I U M.

1 *Regula* 27. *Cancellariæ disponit, quod non possit judicari secundum formam Supplicationis, sed secundum formam Litterarum.*
2 *In Concilio Lugdunen. sub Gregorio IX. fuit prohibitum ne Electus ante confirmationem electionis, & expeditionem Litterarum se immisceat in administratione, & officio ad quod fuit electus.*
3 *Bonifacius VIII. statuit, ut omnes Prelati, & Superiores Regulares, & Seculares expedire debeant Litteras Apostolicas cum provisio fit à Sede Apostolica.*
4 *Sixtus IV. & Julius II. statuerunt, ut etiam Litteras super dispensationibus retentionum Beneficiorum, cum de illis provideatur per Consistoriam.*
5 *Leo X. confirmavit has Constitutiones, & de novo addidit aliquid plus.*
6 *Clemens VII. omnes antedictas Constitutiones innovavit.*
7 *Paulus III. prohibuit, ne Romana Curia Judices, & Notarij concedere valeant transumpta Supplicationum super provisionibus Beneficiorum, & alijs Gratiis, nisi Litteris desuper expeditis.*
8 *Refertur Constitutio Julij III. in qua mandatur, quod Littera expediantur super Gratijs concessis,*

pra-

præsertim in Beneficialibus, nec aliter possessio capta juvat.

9 *Paulus III. confirmavit Concilij Lugdunensis Constitutionem Clementis VII. n. 10.*

11 *Idem Julius in eadem Constitutione confirmavit Bullam Pauli III. & denuo statuit, quod provisi de quibuscumque Beneficiis à Sede Apostolica, possessionem capere non possint, nisi Litteris desuper expeditis sub pœna privationis ipso jure, nec posse juvari Regula de triennali.*

12 *Omnis Gratia præsertim Beneficialis sine Litteris dicitur infirmis, nec prodest.*

13 *Papa facit Gratiam ex intentione, ut Littera desuper expediantur.*

14 *Expeditio Litterarum non est de substantia intrinseca Gratiæ.*

15 *Littera sunt necessaria quoad usum extrinsecum, & probationem.*

16 *Authoris sententia quoad Litterarum necessariam expeditionem.*

17 *Gratia dicitur facta, quando Littera sunt probata.*

18 *Sola Supplicatio signata, & registrata licet non tribuat titulum perfectum, efficit, ut Gratia non expiret per mortem Pontificis.*

19 *Vnusquisque Pontifex statim ac est electus facit Regulas Cancellariæ, inter quas est illa, quæ dicitur Rationi congruit.*

20 *Gratia est facta, & perfecta statim ac signata est Supplicatio.*

21 *Quod factum est ab uno Papa, non est æquum, ut à Successore revocetur.*

22 *Regula Rationi congruit fundatur super honestate, justitia, & jure naturali.*

23 *Gratia per mortem Papæ silet, & ejus effectus suspenditur.*

24 *Mortuo Papa, Datarius omnes Supplicationes signatas à Defuncto, Collegio Cardinalium deferre debet.*

25 *Expeditio sub Regula Rationi congruit habet locum, cum Supplicatio fuit signata, non autem cum Supplicatio non fuit signata per incuriam Oratoris.*

26 *Littera Successoris Pontificis super gratia facta à Prædecessore non tribuunt novam Gratiam, sed factam probant, contra Amayden.*

27 *In Litteris expeditis sub Regula Rationi congruit nullum jus de novo conceditur.*

28 *In dictis Litteris nihil omninò immutari potest.*

29 *In Litteris probatis vivo Pontifice concedente non habet locum Regula Rationi congruit.*

30 *Littera, quæ expediuntur per Cancellariam, non mittuntur ad plumbum, nisi totaliter sint expedita, & scrutata per Abbreviatores.*

31 *Adveniente morte Pontificis, Littera quando plumbantur in albo.*

32 *Tempus sex mensium de quo in Regula restringitur ad gratias Prædecessoris non immediati.*

33 *Sola Supplicatio signata, & non registrata operatur, ut non possint impetrari beneficia viventium.*

34 *Sola Supplicatio sufficit ad docendum de jure civ. eij.*

35 *Jus Authoris rectè probatur per solam Supplicationem.*

36 *Sola Supplicatio secundum Mandos. non sufficit in judicio manutentionis.*

37 *Secundum authorem sufficit.*

38 *Regula de non judicando secundum formam Supplicationis non habet locum in possessorio.*

39 *Possessio accepta absque Litteris cum sola Supplicatione sufficit in judicio retinendæ.*

40 *Datur manutentio in Beneficialibus absque titulo colorato.*

41 *Sine titulo potest dari possessio,*

42 *Possessor non tenetur ad Gratiæ justificationem.*

43 *In possessorio judicio solum factum attenditur.*

44 *Respondetur ad motivum Mandosii.*

45 *In pensionibus in judicio possessorio, seu manutentionis, sufficit sola Supplicatio.*

46 *Sufficit, ut Littera perveniant ad plumbum, ut pensio exigi possit.*

47 *Lottherius distinguit inter modum petendi manutentionem, exigendi pensionem, & modum petendi manutentionem exigendi certam quantitatem.*

48 *Lottherius ipse tenet, quod sufficit titulum justificare ex sola Supplicatione.*

49 *Sententia Authoris.*

50 *Datur manutentio Pensionario absque Litterarum productione.*

51 *Non requiritur in judicio manutentionis productio Supplicationis signatæ.*

52 *Datur manutentio contra successorem, qui nunquam solvit.*

53 *Aliter sentit Lottherius, qui distinguit.*

54 *Decisio Mantic. 300. interpretatur a Postio.*

55 *Jus metitur ex persona Actoris.*

56 *Hæredes Pensionarij mortui opus est, ut sint in quasi possessione exigendi, ut manuteneantur.*

57 *Respondetur ad objectum quod in supplicatione adest clausula, quod non possit exigi pensio absque Litteris.*

58 *Respondetur ad regulam de non judicando secundum supplicationem.*

59 *Lottherius tenet, quod nec in possessione recuperandæ locus est Regula de non judicando.*

60 *Respondetur ad decis. 179. Farinacij post tom. 2. consil & 72. part. 4. divers.*

61 *Sola Supplicatio supplet defectum publicationis secundum Mandos. quod temperat Amayden numero 62.*

63 *Litterarum expeditio fit quandoque per Cameram, & quando.*

64 *Officium Summatoris quale, & a quo cum Vicecancellariato unitum.*

65 *Differentia, quæ inter utrunque modum expediendi.*

66 *Expediuntur Litteræ quandoque per Breve, & quomodo tunc expediantur; & quæ differentia inter utrunque modum, n. 67.*

68 *Littera expedita per Breve sunt vere Littera Apostolica, & plenam fidem habent, & executionem paratam.*

69 *Quandoque provisiones Beneficiorum expediuntur per Breve.*

70 *Expeditio Litterarum in Beneficialibus, vel fit in forma gratiosa, vel in forma dignum; & quæ differentia, n. 71. & 72.*

73 *Dupliciter fit in forma dignum, antiqua, & nova; & qualis differentia inter utrunque modum.*

74 *Forma dignum mutari potest in formam gratiosam; & traditur modus.*

75 *Per provisionem in forma dignum tantum jus ad rem requiritur eventuale.*

76 *Male provisus, si impetrat novam provisionem a Sede Apostolica in forma dignum non potest continuare possessionem vigore primæ collationis invalidæ; secus si in forma gratiosa, numero 77.*

78 *Per provisionem in forma dignum non dicitur consumpta vacatio.*

79 *Per solam signaturam Supplicationis acquiritur jus perfectum, cum signatura est in forma gratiosa; secus si in forma dignum.*

80 *Beneficium non dicitur vacare per obitum illius, qui habet solam Supplicationem signatam in forma dignum secundum Datariam.*

81 *Gratia in forma dignum ante executionem non suffragatur proviso ad effectum excludendi provisum ab Ordinario.*

82 *Si contingat obitus resignantis antequam resignatarius acquirat possessionem, non censetur inducta vacatio per obitum resignantis, sed durat vacatio per resignationem.*

83 *Gratia, seu provisio in forma dignum non est conditionalis, sed tantum suspensiva quoad executionem, & n. 84. secundum Rotæ sententiam.*

85 *Contrarium videtur sentire Ubertus.*

86 *Declaratur sententia Uberti.*

87 *In Sacra Dataria non solet dari provisio aliqua de Beneficio, nisi cum Litteris testimonialibus Ordinarii: qui stylus fuit immutatus tempore Sanctæ Memoriæ Clementis Noni.*

88 *Dis-*

88 *Dispensationes, & Brevia super alienationibus nunquam conceduntur in forma gratiosa.*

Inter multiplices Cancellariæ Apostolicæ Regulas antiqua est illa. De non justificando juxta formam Supplicationum signatarum super quibuscumque impetrationi-
1 bus, vel concessionibus, sed juxta formam Litterarum super eis impetrationibus, & concessionibus factarum: Legitur in Regula 27. quæ sic habet: *Item cùm ante confectionem Litterarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinavit idem Dominus noster, quòd Judices in Romana Curia, & extra eam, pro tempore existentes, etiamsi sint S. R. E. Cardinales causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicunque alii, nam juxta Supplicationum signaturam, super quibusvis impetrationibus, nisi in dicta Curia duntaxat sint commissiones justitiam concernentes per placet, vel per S. R. E. Vice-Cancellarium, juxta facultatem per hoc sibi concessam signata, sed juxta Litterarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confectarum tenores, & formam, judicare debeant; decernentes irritum; & si Litteræ ipsæ per praeoccupationem, vel aliàs minùs benè expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi teneret, & formas restringere convenit ad formas debitas reducenda.* Hæc sunt verba Regulæ modernæ, & sic etiam sunt verba Regulæ antiquæ, de qua Gomesius, & alii: diversa tamen videntur verba Regulæ, quam refert Cochier. Gregorii XIII. nam non incipit, Item cùm ante confectionem Litterarum gratia Apostolica sit informis, sed incipit, Item voluit, statuit, & ordinavit.
2 Suppoendum est, quòd præter hanc Regulam Cancellariæ in Conc. Lugdunen. sub Gregorio IX. fuit interdictum, ne Electus ante confirmationem suæ electionis, & expeditionem Litterarum immisceat se ad ea, quæ pertinent ad dignitatem, & administrationem, ad quam electus fuit, etiam sub Oeconomatus prætextu, ut legitur
3 *in cap. avaritiæ cæcitas, de elect. in 6.* Et Bonifacius VIII. *in extravag. injunctæ de elect. inter Com.* statuit, ut omnes Prælati, & Superiores, sive sæculares, sive Regulares; qui apud Sedem Apostolicam promoventur, Litteras Apostolicas expedire debeant, aliàs si secus præsumpserint se ingerere in administratione, vel officio, totum sit irri-
4 tum, & inane. Imò Sixtus IV. & Julius II. statuerunt, ut provisi de beneficiis consistorialibus, etiam per modum Commendæ, non possent expedire Litteras provisionis, vel Commendæ, absque Litteris super dispensatione retentionis beneficiorum, ne Camera Apostolica, & Collegium Cardinalium defraudentur emolu-
5 mentis, & annatis: quas duas Constitutiones enunciavit Leo X. in sua Constitutione, quæ incipit, *Cum Sixtus IV.* 35. in ordine.

Quas Constitutiones confirmavit Leo in dicta Bulla, & mandavit de novo, ut in schedulis provisionum, & Commendatum Beneficiorum Consistorialium, sive Regularium fieri deberet mentio de retentionibus, & dispensationibus, nec seorsim Supplicationes dictarum retentionum, & dispensationum signandas Litteras separatim expediri posse; aliàs expeditio Litterarum nullius sit momenti; nec provisis aliquatenus suffragari posset; imò posse per alios impetrari: & mandavit S.R.E. Cardinali Vicecancellario, & aliis Officialibus Cancellariæ, ut ita observent, & observari faciant in futurum: Similemque Constitutio-
6 nem promulgasse fertur Adrianum VI. Has Constitutiones Sixti, Julii, Leonis, ac etiam Adriani innovavit Clemens Papa VII. in sua Constitutione, incipit, *Cum dudum*, 8. in ordine.
7 Paulus III. in ultima sua Constitutione, incipit, *Cùm nobis, &c.* statuit, ac ordinavit ne Romanæ Curiæ Judices, & Notarii concedere possint transumpta Supplicationum super provisionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliis gratiis signatarum, & registratarum, ut vigore ipsarum Supplicationum signatarum possessio beneficiorum capi possit Litteris non expeditis; & apposuit decretum irritans, & excommunicationem latæ sententiæ contra quoscumque Officiales Romanæ Curiæ, præterquam tamen si Supplicatio habeat clausulam, quòd sola signatura sufficit, ut ibi latiùs continetur.

Julius verò III. edidit Constitutionem, seu Motum proprium super hujusmodi materia, tenoris sequentis, videlicet: *Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Julius Divina providentia Papa III. cui nuper innotuit, quòd licèt aliàs fel. rec. Gregorius X. in generali Concilio Lugdun. sua generali Constitutione sanciverit, quòd nullus ex tunc de cætero administrationem Dignitatis, ad quam electus esset, priusquam celebrata de ipso electio confirmaretur sub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium, pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos, qui secus fecissent jure, si quod illis per electionem quæsitum foret decernens eo ipso privatos.* Et piæ memor. Bonifacius Octavus etiam sua perpetua valitura Constitutione sanciverit, ut Episcopi, & alii Prælati Superiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri Monasteriorum regimina exercentes quocumque nomine censeantur, qui apud Sedem Apostolicam promoverentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperent, ad commissas eis Ecclesias, & Monasteria, dictæ Sedis Litteris eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem hujusmodi continentibus non confectis, accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum Litterarum ostensione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quòd si forsan contra præsumptum fuisset, quòd per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios regimina exercentes Monasteriorum prædictorum medio tempore actum foret, irritum haberetur, nec quisquam interim iidem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Ecclesiarum, vel Monasteriorum eorumdem proventibus perciperent, & rec. mem. Pauli III. Romani Pontificis prædecessoris nostri, quibuscumque Tabellionibus publicis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibuerit, ne ex tunc de cætero de transumptis Supplicationum, præterquam habentium clausulam, quòd earum sola Signatura sufficeret, ac decreto, & concessione Litterarum, sed mandatorum possessionem Beneficiorum Ecclesiasticorum vigore Supplicationum hujusmodi apprehendi, rogari deberent, neve illa scribere, aut quovis modo authenticare, vel partibus tradere præsumerent; Volens, & Apostolica authoritate statuens inter cætera, quòd partes transumptis, seu Litteris, aut mandatis hujusmodi ex tunc deinceps utentes, ac illorum prætextu possessionem hujusmodi apprehendentes, fructus quos ex illis pro tempore perciperent, suos non facerent. Quinimò ad Beneficia in eisdem transumptis, & Litteris, ac mandatis expressa efficerentur ipso facto perpetuò inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in utroque foro tenerentur; Decernens sic judicari debere, ac irritum. Et successivè Sanctitas sua, attendens quòd ante confectionem Litterarum Gratia Apostolica est informis, inter alia voluerit, statuerit, & ordinaverit, quòd Judices in Romana Curia, vel extra eam pro tempore existentes, etiamsi essent S. R. E. Cardinales, vel causarum Palatii Apostolici Auditores, aut quicunque alii non juxta Supplicationum super impetrationibus signatarum tenores, & formas judicare deberent, etiam decreto irritanti adjecto; Nihilominus diversi Episcopi, & alii Prælati, Superiores, & Abbates Litteris, super dispensatione retinendi Beneficia per eos antequam promoverentur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta per prædictam Sedem pro tempore concessis minimè confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diversæ aliæ personæ Ecclesiasticæ possessionem Beneficiorum Ecclesiasticorum eis dicta auctoritate conferri, seu commendari, vel in eorum favorem uniri, aut aliàs disponi concessionis Litteris Apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt, inhabilitatem, & alias pœnas in sanctionibus, & inhibitione, ac voluntate, & statuto prædictis contentas damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum: Volens periculis animarum hujusmodi latius occurrere, sanctiones, & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum hujusmodi, quorum tenores Sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum insererentur, haberi voluit pro expressis, approbans, & innovans, ac perpetuò observari debere decernens, & sanctiones ipsas ab inferiora beneficia Ecclesiastica quæcumque, & quomodocumque qualificata amplians, & extendens hac sua in perpetuum valitura Constitutione statuit, & ordinavit, quòd omnes, & singulæ personæ tam sæculares, quam quorumvis ordinum regulares, cujusvis status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiamsi Episcopali,

vel

vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel alia majore dignitate præfulgeant, quæ de cætero Litteræ super dispensatione retinendi beneficia per eos antequam promoveantur, aut eorum electione confirmentur obtenta eis per Sedem eamdem pro tempore concessis minimè confectis, beneficia ipsa retinere, aut possessionem alicujus, seu aliquorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, vel sine cura sæcularium, vel quorumvis ordinum regularium quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum, eis dicta auctoritate Apostolica conferri, seu commendari, aut in eorum favorem & commodum uniri, seu aliàs disponi, concessionis Litteris Apostolicis super collatione, seu commenda, aut unione, seu alia dispositione hujusmodi non expeditis per se, vel per alium, seu alios ejus nomine, etiam Supplicationum, seu sumptorum, vel transumptorum hujusmodi, aut collationi eis postmodum de ipsis beneficiis tamquam etiam tunc certo modo in Supplicatione expresso vacantibus ordinaria, vel alia quavis auctoritate factarum prætextu apprehendere præsumpserint, aut per alios apprehensam, ratam, & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri, & nudi detentores, ac violenti, & sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur; nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, ut præfertur, teneantur, & obligati existant; Constitutiones, seu dictæ Cancellariæ Regulæ de annali, & triennali possessore in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragentur, quinimò beneficia per eos tempore promotionis suæ, aut eorum electionis confirmationis obtenta, Litteris super dispensatione ea retinendi sibi concessa non expeditis, retinentes, aut possessionem beneficiorum Litteris Apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam ratam, & gratam habentes, beneficia sic retenta, aut apprehensa, & omne jus quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque, & illo privati, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuò inhabiles, nec illa ulteriùs, & prætextu novi tituli, aut novæ commendæ, vel unionis, seu alterius dispositionis etiam Apostolica auctoritate factæ assequi valeant, sed beneficia ipsa tamquam de jure, & facto vacantia aliis conferri, seu commendari, & per quosvis tam ab eorum Ordinariis collatoribus, quàm à Sede prædicta liberè impetrari possint; & si beneficia ipsa litigiosa fuerint, collitigantes in omni jure, & ad omne jus quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus hujusmodi in eisdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipso absque aliquo juris, aut hominis ministerio subrogentur, & subrogati esse censeantur, ac in eorum favorem causa desuper pendens advocata, & lis extincta fuisse, & similiter esse censeatur. Quod de cætero Supplicationes etiam manu nostra, & motu proprio signatæ nisi habuerint clausulam, quòd eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam quam per Litterarum super illis conficiendarum fidem, aut probationem faciant, seu præsentent, nec ulla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit. Decernentes sic, & non aliter tam in eadem Curia, quàm extra eam, & in partibus per quoscumque Judices, & Commissarios quavis etiam Apostolica authoritate prædicta fungentes, etiam Causarum Palatii hujusmodi Auditores, & ipsius Romanæ Curiæ Cardinales, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi authoritate, & facultate judicari, & diffiniri debere, ac irritum.

Placet, publicetur, & describatur I.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, die verò sabbati vigesima septima mensis Maji Pontificatus prælibati Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Julii Divina providentia Papæ III. anno Quarto.

9 In hac Constitutione Julius, ut patet primo loco confirmavit Constitutionem Concilii Lugdunen. de qua in cap. *avaritiæ cæcitas*, eandemque extendit etiam ad beneficia non Consistorialia; ibi: & *Sanctiones ipsas*,
10 advertit Lottherius *lib. 3. quæst. 19. in principio*, item Constitutionem Clementis VII. ut scilicet promoti ad Consistoria cum retentione obtentorum non possint retinere Litteris super retentione, vel dispensatione non expeditis, ut ibi: Hac sua in perpetuum valitura constitutione.

Insuper confirmavit Constitutionem Pauli III. atque 11
addit, ac de novo statuit, ut omnes provisi Apostolici de quibusvis etiam non Consistorialibus, possessionem prædictorum beneficiorum capere non possint ante Litterarum expeditionem sub pœna privationis ipso jure, ac eos qui sic sine Litteris possessionem apprehenderint, non posse juvari Regula de triennali, ac etiam obtentis privavit, ac intrusos declaravit.

Joannes Antonius Novarius *in summa Bull. in tit. de beneficiorum possessione capienda*, dicit, quòd B. Pius V. edidit similem Bullam in qua prohibuit, quòd non possit accipi beneficiorum possessio absque Bullis, & dicit, quòd Bulla incipit, *Sanctissimus*, verum ego talem Bullam in editis à dicto Pontifice non inveni.

Omnes nostri Doctores, qui de hac re scripserunt, 12
concludunt expeditionem Litterarum super gratiis, præsertim beneficialibus, esse pernecessariam, ac cum supplicatione tantùm gratiam esse informem, præsertim attenta Regula Cancellariæ, in qua expresse cavetur, & dicitur gratiam sine Litteris esse informem, & dicunt comparari tunc gratiam homini in utero existenti matris, donec per expeditionem Litterarum in mundum dedocatur Supplicatio, ita Sarnen. *in reg. de non judicando quæst. 1.* Mandos. *ibidem*, Cochier. *in eadem reg. numer. 27.* Lotther. *lib. 3. quæst. 2. in principio, & num. 19.* Paris. *de resig. lib. 10. quæst. 1. numer. 10.* Cortad. *in prax. dispens. lib. 2. cap. 3. in princ. & lib. 8. cap. 1. num. 15.* Tond. *tom. 1. p. 1. cap. 26. num. 20.*

Cùm enim Papa facit Gratiam, ea intentione facit 13
ut Litteræ super eadem gratia expediantur, justa consuetum stylum, Sarnen. *loc. cit. quæst. 1.* Paris. *lib. 10. quæst. 1. num. 10.* Ubertus *d. cap. 10. num. 332.* Ideò cùm Gratia in exercitium deducenda est, oportet Litteræ super ea conficiantur, & expediantur; ut dicunt Doctores citati.

Advertunt tamen Doctores nostri, quòd licèt requira- 14
tur expeditio Litterarum ad complementum Gratiæ, & Supplicatio dicatur informis absque Litteris expeditis; hoc tamen procedere non ad substantiam intrinsecam ipsius gratiæ, ita ut sine litteris non sit perfecta ex sola Supplicatione signata, sed tantùm quoad substantiam extrinsecam; ad simplicem nempè usum extrinsecum; & exequibilitatem respectu personæ cui providetur; nam respectu istius usus non potest dici perfecta, nisi ea perfectione, quæ se habet potentia ad actum, ut dicit Lotther. nam usus sic extrinsecus atque exequibilitas sumit initium ex rescripto; sed ex Litteris perfectionem, & sunt Litteræ loco institutionis, & tituli, sine quibus beneficia obtineri nequeunt, ut in *cap. 1. de reg. Juris in 6. & ibi*
glos. verb. obtineri, sic Litteras non esse de substantia 15
Gratiæ, nec de forma essentiali intrinseca, sed tantùm necessarias quoad usum, & probationem extrinsecam, & hoc modo sola Supplicatio dicitur Gratia informis, ita Sarnen. *in d. reg. de non judicando, quæst. 1. vers. tamen*, Mandos. *ibidem*, Cochier. *ibidem in d. reg. de non judicando num. 27.* Lotter. *d. lib. 3. quæst. 2. in princip.* Paris. *lib. 8. quæst. 2. num. 10.* Rota apud Veralium *dec. 173. p. 2. & 267. 3. p. & recent. p. 1. tom. 1. decis. 356.* Seraph. *decis. 775.* Mohedan. *decis. 28. num. 3. sub tit. de renunciat.* Ubertus *in prax. Judic. p. 6.* ubi de justificatione, & executione Litterarum Apostolicarum *fol. 250.* Merolla *in Opere Morali 12. disp. 4. cap. 6. num. 552.* Sanchez. *lib. 8. de Matrim. disp. 29. num. 3.* Matescott. *lib. 2. var. cap. 40. num. 42.* Tond. *de pens. cap. 37. num. 19. 20. & 21.* Cortad. *lib. 1. cap. 6. num. 7. prax. dispens.* latè etiam Amayden *lib. 1. cap. 32. à num. 11. cum seqq.* qui *num. 20. cum seqq.* dicit, quòd conclusio illa quòd Supplicatio perficitur expeditione Litterarum; & quòd sola non sufficiat, juxta Additionem ad Mohedan. *decis. 4. sub tit. de fide Instrumentorum littera B.* procedat quoad justificationem, & canonizationem gratiæ, & post scripta Rota penes Guglielmum Dunozettum *dec. 34. num. 3.* & apud Amatum Dunozettum *dec. 208. num. 8. tom. 1.* & apud Eminentiss. Celsum 395. *num. 8. ac est Decis. 153. p. 10. recent. num. 12.* in qua dicitur, quòd Litteræ non sunt necessariæ pro validitate tituli.

Videtur dicendum, quòd stante Constitutione supra in- 16
serta Julii III. non solùm quoad executionem, & probationem Gratiæ Litterarum expeditionem esse necessariam; ut dicunt Doctores citati, sed etiam concurrere ad

ejus

ejus validitatem, & esse partem non quidem substantialem intrinsecam, sed integralem extrinsecam Gratiæ, & formalem, sine qua non moveor; quia Julius III. in dicta sua Constitutione eos qui non expeditis litteris possessionem beneficiorum à S. Sede Collatorum acceperint, vocat meros, & nudos detentores ac violentos; & sine aliquo titulo, & intrusos, nec facere fructus suos, neque juvari posse Regula de annali, vel triennali; & decernit beneficia vacare, privando eos omni jure quod super eis habebant: Ergo litteræ requiruntur non solùm ad probationem, & executionem, sed etiam constituunt partem integralem gratiæ, quia litteris expeditis gratia dicitur integra, & in esse completa, & exequibilis; & ita in puncto docet Paris. *lib.* 10. *quæst.* 1. *n.* 30. *cum seq.* ubi sic dicit: & secundum has Regulas litteræ non solùm requiruntur quoad probationem, & executionem Gratiæ, Gem. *cons.* 106. *n.* 3. *vers. in contrarium*, Sarnen. *d. q.* 1. *in reg. de non judicando juxta formam Supplicationis*, sed etiam ad validitatem, Mandos. *in rub. de const. n.* 49. *&* 50. Riminald. Jun. *nu.* 131. hæc Paris. Unde non solùm ad probationem, sed etiam ad validitatem Gratiæ requiri litterarum expeditionem post scripta, vidi *dec. Sac. Rota in Cæsaraug. pensionis Peut.* 465. & penes Bich. 658. in quibus decisionibus videtur dictum per illos Patres litterarum expeditionem solùm requiri ad probationem Gratiæ, non ad substantiam, quia Regula Cancellariæ tantum disponit gratiam litteris non expeditis non suffragari, & non dicit gratiam non valere. Insuper in dictis decis. præsertim 658. dicitur litteras quandocunque expediri posse, & retrotrahi ad tempus Supplicationis signatæ, etiamsi res non esset in-
17 tegra. Tunc verò dicuntur expeditæ litteræ quando fuerint plumbatæ, ut omnes concludunt, Paris. *d. lib.* 10. *quæst.* 1. *n.* 34. Sarnen. *in reg. de non judicando quæst.* 1. *vers. tamen Ulterius*, Garzia *par.* 4. *cap.* 2. *num.* 56. Merlin. *decis.* 20. Rota penes Duran. *decis.* 324. *num.* 27. Lotther. *lib.* 1. *quæst.* 37. *nu.* 11. Ludovis. *decis.* 440. *num.* 5. ubi Olivet. Ridolf. *in prax. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 141. quod intelligit Amayden *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 30. dummodo expeditio fiat per Cancellariam.

18 Fateor tamen multa operari Supplicationem signatam absque expeditione litterarum, & inprimis sola supplicatio signata, & registrata licet non tribuat titulum perfectum, efficit tamen ut Gratia facta per Supplicationem signatam non expiret per mortem Pontificis qui eam concessit, sed expedienda sit per successorem, per regulam rationi congruit in puncto Amayden *d. cap.* 32. *num.* 27. Rota *in Cæsaraugustana pensionis coram Peuting.* 17. *Martii* 1653. penes Tond. 17. *post tractatum de pensionibus in princip.* est apud *eundem Peutingerium* 464.

19 Unusquisque Pontifex statim ac electus, & assumptus est ad Papatum facit Regulas Cancellariæ, & inter has facit illam quam de litteris dicunt in forma Rationi congruit expediendis, in qua sic ordinatur: Item voluit idem D. N. Papa, quod concessa per fel. record. Alexandrum VII. prædecessorem suum, & de ejus mandato expediantur in forma Rationi congruit, & die Coronationis suæ, ut moris est, & idem quoad concessa per piæ memor. Innocentium X. prædecessorem suum ad sex menses duntaxat ab ipso die
20 Coronationis incipiendos observari voluit. Quia enim per supplicationem signatam jus est quæsitum, & gratia Principis est ex se perfecta, nec potest extingui per ejus mortem, & quæ fecit unus Papa, non debent à successore revocari, *ut in can. si ea*, 25. *quæst.* 2. in quo *can.* Gregorius
21 rescribens Felici Episcopo, ait: ea destruere quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse justè comprobaret: melior textus in *c. litteris de rescriptis*, & quia successores ligantur factis prædecessorum, & tenentur rata habere quæ prædecessores egerunt, ut *in Rub. qui successores*, ideò optima ratione, & jure quidem Pontifices invenerunt hanc regulam, per quam mandatum est ut illæ gratiæ factæ à Prædecessore, & super quibus morte
22 præveniente Pontificis litteræ non fuerunt confectæ, expediantur per successorem Pontificem; & incipiunt litteræ: Rationi congruit, & honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt ejus superveniente obitu Litteræ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum, ita quoque debet observare in gratiis factis à suo Prædecessore: & sicuti sibi displiceret si gratias factas à se successor suus revocare, & non habere effectum decerneret; ita debet curare ut factæ à Prædecessore debitum sortiantur effectum: quod fundamentum habet in illa Regula, quod tibi fieri non vis alteri ne feceris; & ita conservatur jus Oratori acquisitum per illam Supplicationem signatam ac conventionem inter Pontificem prædecessorem, & successorem, latiùs, & accuratiùs Rebuff. *in prax. rub. de gratia Rationi congruit, fol. mihi* 235. *glos. antiq. in hac regula*, ubi etiam Mand. Cochier. & alii, Amayden *lib.* 1. *cap.* 21. & alii. Gratia enim per mortem 23
Pontificis silet, & suspenditur donec alius successor superveniat, Cassad. *decis.* 35. *n.* 6. *par.* 2. Amayden *loc. cit. n.* 3. & successor tenetur illam executioni demandare, & litteras concedere, si justa fuerit, ut idem Amayden, & ante ipsum Paris. *de resig. lib.* 10. *quæst.* 1. *n.* 36. qui multos citat, Corrad. *lib.* 2. *cap.* 8. *sub n.* 14. ubi citat Francum *in proœmio Decretalium lib.* 6. §. *fin. num.* 2.

Ideò statutum fuit à Pio IV. in sua Constitutione, *In* 24
eligendis 63. in ordine, §. Datarii, quòd Datarius cujus officium mortuo Papa expirare voluit, quòd statim omnes supplicationes gratiarum, & justitiæ penes eum, aut ejus ministros adhuc existentes, etiam si datatæ fuerint, Collegio Cardinalium statim sub sigillo clausas præsentare teneatur, futuro Pontifici reservandas, quod advertit Corrad. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 37. *prax. benef.*

Hæc expeditio sub Regula Rationi congruit, regulariter 25
habet locum, cùm supplicatio fuerit signata, ut dicunt omnes, Rebuff. *loc. cit. num.* 8. dicit, quòd tempore Clementis VII. vidit unam expeditionem in forma Rationi congruit, super gratia viva voce facta, jure tamen probata, sed Mandos. *in hac regul. quæst.* 11. dicit, quòd si Papa concessa gratia ore tenus statim obiit, vel æger factus est, habere locum hanc regulam, secus verò si diu supervivat, nam sibi imputet, nam vigilantibus jura subveniunt: tangit hanc prædictam quæstionem Cochier. *in d. reg. nu.* 15. & Mandosii, & Rebuffi dictum refert, ipse verò non concludit: attamen Amayden *n.* 18. *&* 19. dicit, quòd non habet locum in gratia non signata, supposito, quòd requirat signaturam, & dicit, quòd hæc Regula concernit tantùm gratias signatas, quæ sunt aptæ, ut super iis expediantur Bullæ, sed Corrad. *in prax. disp. lib.* 2. *cap.* 8. *sub num.* 14. tenet, quòd in gratiis solo verbo concessis, & expediendas litteras sub reg. Rationi congruit, & tenet cum Mandosio, & dictis, nam ut ait Mandos. *quæst.* 11. *sub n.* 2. ratio hujus reg. non magis militat in gratia super qua supplicatio signata est, quam super gratia verbo tantum facta: & in fine addit, quod si Papa mandaret expediri litteras in forma Rationi congruit, super gratia olim verbo facta, & per testes probata, jure procederet, verùm si id negaret, nemini injuriam faceret, resistente Cancellariæ stylo qui litteras in forma Rationi congruit nunquam concedere solet, nisi super Supplicatione signata: quodque si Papa prædecessor supervixit post gratiam verbo concessam, verùm sibi imputet qui dum gratiam obtinuit non curavit super ea signare supplicationem, & propterea nullo modo est audiendus: illud tamen notes quod licet Rota *in d. decis. penes Bich.* 658. videatur sentire, ni fallor, quod cùm gratia dicatur facta, signata supplicatione litteræ possint expediri mortuo Pontifice per successorem, per hanc regulam Cancellariæ Rationi congruit, secus autem si gratia sit facienda per executorem, attamen in contrarium practicatur, quia signata supplicatione super gratia, sive dicatur perfecta, sive facienda per Commissarium, litteræ expediuntur per hanc regulam, ut vidimus in dispensationibus, quæ conceduntur in forma commissaria, & in aliis gratiis, quæ executoribus committuntur faciendæ.

Dicit Amayden *sub nu.* 7. quod hæc regula tribuit secun- 26
dam gratiam primam perficientem, sed has litteras successoris non esse propriè gratias, sed probationem, & executionem gratiæ antecessoris, cujus magis factum censetur exequi, quia in istis litteris obtinendis successori nulla nova super prima porrigitur supplicatio, sed sola antiqua cum signatura prædecessoris exhibetur, censuit Rota *in d. Cæsaraugustana pensionis coram Peuting. penes ipsum* 465. *n.* 6. *&* 7. & fuit opinio Joan. Andr. *in cap. cum sunt partium, de reg. Juris in* 6. *col.* 3. Mandos. *in d. quæst.* 10. & Paris. *d. lib.* 10. *quæst.* 1. *n.* 43. hanc etiam sententiam tenet Corrad. *in prax. disp. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 14. ubi sic dicit: Et sic patet, quod per hanc concessionem expeditur in dicta forma; nam inducitur confirmatio, seu comprobatio gratiæ per prædecessorem factæ, quia Papa successor in expeditionem litterarum hujusmodi solum attestatur super gratia jam facta, & litteræ expediuntur, & hoc ut illa possit executione de- 27
mandari: certū enim est, quod nullum jus de novo conceditur per dictas litteras in forma Rationi congruit, ut dixit Rebuff. *loc. cit. n.* 19. Rot. *dec.* 158. *n.* 8. *p.* 1. *rec.* Ubert. *in prax. p. 6. in tit. de justificatione, & executione Litter. Apostol. fol.* 250. *vers. litteræ in forma Rationi congruit*, Merl. *dec.* 20. *n.* 8.

Sicu-

28 Sicuti certum est, quod in dictis litteris, quæ expe-
diuntur per hanc regulã nihil omninò mutari, aut minui
potest, quod mutet substantiam, ut Amayden *loc. cit. sub
num. 6. vers. quapropter*, Ubert. *loc. cit.* aliàs dici posset
de subreptione gratiæ, de qua tamen dici non potest, cùm
nihil immutetur, ut dicitur in decis. penes Peuting. 658.
numer. 42. *&* 43.

29 Litteris tamen plumbatis tempore Pontificis qui gra-
tiam concessit, licet Cochier. *in hac regul. num.* 7. dicat
expediri sub hac formula Rationi congruit, tamen contra-
rium dicendum videtur, tunc scilicet non intrare hanc re-
gulam Rationi congruit, nam ut benè observavit Theod.
Amayden *loc. cit. cap.* 21. *n.* 12. *&* 13. Bullæ quæ expediun-
tur per Cancellariam non mittuntur ad plumbum, nisi sint
30 totaliter expeditæ, nam Abbreviator, cui revisio à Domi-
no Regente Cancellariæ commmissa est, scrutatur an Bul-
la respondeat Supplicationi, & si repetit conformem, &
quod nullam mendam contineat, reddit eamdem eidem
Domino Regenti, qui eam notat tribus litteris L. C. F. sci-
licet lecta, correcta, Franciscus, quod est nomen Vice-
cancellarii nunc viventis, videlicet Eminentiss. & Reve-
rendiss. D. Francisci S.R.E. Cardinalis Barberini, cujus me-
rita toto orbi penè nota sunt: & quando mutatur Vice-
cancellarius, ultima mutatur littera, ut nomen se habet ip-
sius Vicecancellarii, ac Bullam ita signatam tradit Plumba-
tori, & deinde nihil potest addi, vel minui nec quidem litte-
ra. Cùm ergo Bulla sit plumbata plumbo Pontificis qui si-
gnavit supplicationem, successor Pontifex nullam in ea par-
31 tem habere potest: benè tamen advertit idem Doctor, quod
quandoque adveniente morte Pontificis, quia reperiuntur
multæ gratiæ non expeditæ; solent plumbari Bullæ in albo,
vel partim cœptæ non tamen absolutæ: & tunc Plumbator
respicit notam istarum Bullarum quas reddit scriptoribus,
ut absolvant, & ipsi Plumbatori illas absolutis restituat, qui
postea exhibet Officialibus, ut eas expediant in Cancella-
ria etiam post mortem Summi Pontificis, quia tunc expe-
diunt gratiam perfectam, & non est opus tunc nova gra-
tia in forma rationi congruit.

Et tamen benè verum est, quòd tunc hæ litteræ, quæ
nondum fuerunt præsentatæ Executori revalidantur alia
reg. Cancellariæ, ut suo loco dicemus.

32 Ex verbis Regulæ duo notes, primum tempus sex men-
sium restringendum ad gratias Prædecessoris non imme-
diati sibi, sed prædecessoris antea, nam ad gratias prædeces-
soris immediati nullum tempus apponitur, Mandos. *in regul.
quæst.* 4. Cochier. *ibid. n.* 8. & etiam tenere videtur Amay-
den *loc. cit. dec.* 21. *sub n.* 17. Alterum quod notandum est,
quod data apponenda est in litteris, non illa, sub qua gratia
facta fuit, sed à die Coronationis Pontificis successoris, ut
clarè dicitur in dicta regula, ibi, *Et sub die Coronationis sue.*

33 Secundùm quod sola supplicatio etiam si non sit registrum
operatur ut sit locus Regulæ de non impetrando beneficia
viventium, Sarnen. *in dict. regul. de non impetrando quæst.*
5. ibidem etiam Mandos. *quæst.* 9. Cochier. *sub num.* 13.
Rota apud Seraphin. *decis.* 975. *num.* 1. *&* 2. Amayden *dict.
lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 15. *&* 16.

34 Item sola Supplicatio signata in Judicio producta suffi-
ciens est ad docendum de jure tertii, Bellam. *decis.* 608.
num. 1. Cassador. *decis.* 8. *num.* 13. *de restitut. spoliat.* Amay-
den *loc. cit.*

35 Si jus Authoris rectè probatur per solam Supplicatio-
nem signatam, cùm non agatur de canonizando titulo
Authoris, Mandos. *regul.* 27. *quæst.* 8. Vetal. *decis.* 235. *p.* 3.
Garzia *de benef. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 21. Puteus *decis.* 337. *lib.*
1. Amayden *d. cap.* 31. *num.* 29. 30. *&* 31.

Venit tamen discutienda illa quæstio diu inter nostros
agitata. An sola supplicatio sufficiat in Judicio manuten-
tionis, ut scilicet illa sola sufficiat ad obtinendum in pos-
sessorio.

36 Equidem Ludovic. Mandos. *in regul.* 27. *quæst.* 3. mordi-
cus tenet, quod post Bullam Julii Tertii sola Supplicatio
non prosit nec tribuere poterit facultatem retinendi bene-
ficium possessori, quia clarè disponitur *in d. Constitutione*,
quod retentiones beneficiorum in vim supplicationis tan-
tum fieri, & permitti non possunt: addit Mandos. quod
licet Rotæ stylus aliud suadeat, attamen quia ille est fun-
datus in decisione Cassadori 8. *de restit. spol.* hic tamen
scripsit ante Constitutionem Julii III. ideò contrarium o-
mninò tenendum docet Mandos. quod idem videtur sen-
tire Paris. *de resignatione lib.* 13. *quæst.* 5. *num.* 106. nam
cùm antea dixisset, quod in possessorio sufficit sola sup-
plicatio, quia spoliatus non tenetur ostendere litteras,
addit duo verba; Licet de stylo ex Constitutione Julii III.
non servetur.

At dicendum existimo in judicio possessorio, seu reti- 37
nendæ non opus esse possessionem litteris justificare, nec
producere litteras expeditas, sed sufficere solam Supplica-
tionem, ad hoc ut possessor obtineat absolutionem, sive
manutentionem, ita Cassad. *decis.* 2. *de re judicata*, *&*
decis. ult. de causa possess. & proprietat. Mohed. *decis.* 9.
sub tit. ut lite pendente in ultimis verbis, Put. *decis.* 366.
lib. 10. Sarnen. *in reg. de non judicando*, *quæst.* 1. *per to-
tam*, *præsertim in fine*, ibi, & sic semper Rota omnes re-
gulas requirentes litterarum expeditionem in petitorio,
non autem in possessorio procedere intellexit, Mascardus
de probat. conclus. 845. *num.* 35. Garzia *de benef. par.* 4. *cap.* 2.
à num. 23. *cum sequentibus*, *& par.* 6. *cap.* 5. *num.* 446. ubi
affert Rotæ *decis. in Anconitana pensionis* 25. *Junii* 1587.
coram D. Platto, optimè Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.*
37. *num.* 55. *ibi num...* ideò nulla est necessaria litterarum
expeditio pro titulo, sive consideremus naturam judicii,
ut jam dictum est, sive regulas Cancellariæ, illa enim de 38
judicando juxta formam Supplicationis patentes non ap-
plicatur, procedit enim in illis possessoriis in quibus neces-
sarius est titulus saltem coloratus, de quibus supra dictum
est, secùs verò in hoc in quo nullus prorsus exigitur, nec
dicitur judicari juxta Supplicationem, cùm non pronun-
cietur super jure aliquo, sed tantum decernatur manuten-
tio super facto meræ possessionis, Beltram. ad Lodovis. *dec.*
540. *n.* 8. *in fine*, Tond. *de pens. cap.* 47. *n.* 17. in hac quoque
inclinat Amayden *d. cap.* 32. *à n.* 23. *cum sequentib. præsertim
in fine*, *num.* 25. & infra videtur tenuisse Paris. *lib.* 6. *quæst.*
5. *n.* 67. ibi: Si verò non agatur ad canonizatoriam hoc ca-
su sola Supplicatio regressus, vel accessus sufficit, ita etiam
Rota apud Carillum *dec.* 74. *n.* 8. apud Eminentiss. Celsum
decis. 55. *nu.* 7. ubi dicit sufficere ad effectum repellendi acto-
rem, & obtinendi absolutionem ab impetitis, & apud
Manticam *decis.* 335. *num.* 2. apud Cocc. *decis.* 263. *nu.* 3. &
apud Seraph. 538. *num.* 4. *&* 775. *num.* 3. dictum fuit, quod
Regula de non judicando secundum formam &c. locum
habet dumtaxat quoad Gratiam canonizandam, non au-
tem ad aliud finem.

Dicimus enim in judicio manutentionis, quod si pos- 39
sessio accepta sit absque litteris, sed cum sola Supplicatio-
ne adhuc manutenibilis est, quia manutentio in beneficia-
libus datur etiam absque tituli productione, & justificatio-
ne, ac non obstante exceptione de illius defectu, seu inva-
liditate, Marescot. *variar. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 12. *cum sequentib.*
Marches. *part.* 1. §. 1. *de comm. appellat. in possess.* Salviano,
fol. 929. *num.* 218. Rota *in Parmen. Prioratus* 29. *Januarii*
1594. apud Marches. *p.* 2. *fol.* 483. Posth. *de manuten. obser.*
42. *num.* 28. Rota ad Eminentiss. Otthob. *decis.* 212. *num.* 8.
& 9. apud Eminentiss. Celsum *decis.* 409. *num.* 4. apud Gu-
lielmum Dunozettum *decis.* 272. *num.* 3. & apud Amatum
Dunozettum 718. *num.* 5. *&* 6. Rota apud Bich. *decis.* 339.
num. 2. 635. *num.* 14. apud Ludovis. *decis.* 323. ubi Belt. &
idem Belt. *ad decis.* 40. Duran. *decis.* 407. Ridolph. *par.* 2.
cap. 12. *nu.* 168. quamvis defectus sit notorius, nam adhuc
datur manutentio, Rota apud Manzanedum *dec.* 189. *n.* 4.
in qua fuit datum mandatum de manutenendo in posses-
sione accepta, cui obstabat Decretum irritans, quando
tamen dubitari potest an Decretum irritans intret, vel
non, juxta doctrinam à Rota canonizatam, ut videre est
Bich. 203. *&* alios.

Et datur manutentio in beneficialibus etiam sine titulo 40
colorato, Seraph. *decis.* 299. *num.* 5. ibi, quod ex eo con-
firmatur, quod in beneficialibus datur manutentio, etiam
sine titulo colorato, Ludovis. *decis.* 323. *num.* 2. ubi Oliver.
numer. 4. & item Oliver. *ad decis.* 40. Rota *recent. part.* 2.
decis. 698. *& in Mediolanen. oratorii* 27. *Junii* 1608. penes
Posth. *post tract. de manutenendo decis.* 112. *nu.* 8. *&* 328. *n...*
& 513. *n.* 9. *&* 482. *num.* 4. apud eumdem post dictum tra-
ctatum, & iterùm *in Sorana beneficiorum cor. Orano penes
eundem Posth.* 355. Beratt. *dec.* 262. ubi Ferentillus alios cu-
mulat Posth. *de manutenendo obs.* 42. *n.* 28. Rota penes Du-
nozettum seniorem *decis.* 98. *num.* 1. quia sine titulo potest 41
dari possessio, *ut in l.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquir. posses-
sione*, *ut in d. decis.* 328. *num.* 8. etiam in beneficialibus, ut
dicitur *in decis.* 328. *num.* 8. *&* 589. *num.* 8. penes eumdem
Posth. quia sola sufficit Rota apud Dunozett. seniorem 42
decis. 18. *nu.* 5. & apud omnes est in confesso, unde posses-
sor, nec gratiam, seu titulum debet justificare, *ut in d.
decis.* 482. *nu.* 3. *&* 4. penes Posth. & idem Posth. *d. obs.* 42.
n. 28. atque tituli exceptio non admittitur, sed remittitur

ad

ad petitorium, Ferretus *conf.* 7. *& in d. Parmen. Priora-*
43 *tus*, Posth. *loco cit. d. n.* 28. Rota apud Bich. *decis.* 29. *n.*
23. cum in judicio manutentionis solum merum factum
possessionis attenditur, *l.* 1. §. *hujus autem interdicti*, *ff.*
uti possidetis, Duran. *decis.* 407. *n.* 4. Ludovis. *decis.* 275.
n. 12. *& decis.* 9. *n.* 10. Ridolph. *d. c.* 12. *n.* 166. Bich. *dec.*
225. *n.* 8. c. 1. nec discutitur de validitate possessionis, nec
de ejus titulo, ut sæpissime Rota, est videre etiam Dunn.
zet. *tom.* 1. *decis.* 55. *n.* 3. *& tom.* 2. *decis.* 781. *n.* 5. nam
manutentio dependet a possessione, & non a titulo,
Rota apud Eminentiss. Celsum *dec.* 47. *n.* 9.

44 Ad motivum vero Mandosii respondet Garzia *d. part.*
4. *c.* 2. *n.* 27. dictam Constit. Julii procedere quoad ap-
prehensionem possessionis, & resolvisse Rot. *in una Za-*
moren. præstimonii 4. *Novemb.* 1558. coram Accorambo-
no, in qua dixerunt Domini ad effectum absolutionis so-
lam Supplicationem subrogato sufficere, & Extravag. Ju-
lii III. procedere quoad apprehensionem possessionis,
Amayden *vero loc. cit. sub n.* 25. *v. sane*, aliter respon-
dere videtur, nempe dici potest, quod Constitutio Ju-
lii non loquitur de retentione Beneficiorum generaliter,
sed de retentione Beneficiorum simplicium concessa Epi-
scopis, & Prælatis ob canonicam incompatibilitatem,
quæ videtur differre a retentione possessionis: quia cum
per muneris consecrationem vacant Beneficia Consecra-
ti, Gratia retentionis in ipso confert de novo Beneficium
per promotionem vacatum, quod non accidit in reo pos-
sessore, cui per absolutoriam nulla fit collatio, aut con-
cessio novæ Gratiæ, ita Amayden. Secundum quam di-
stinctionem dicit, quod potest salvari opinio Rotæ,
quod videlicet sola Supplicatio sufficiat pro possessore.

45 Hæc quæ diximus de Beneficiis, quoque de Pensioni-
bus fatendum: quamvis Pensio exigi non potest nisi ex-
peditis Litteris, & hoc inconcusse servatur, cum in hu-
jusmodi Gratiis, præsertim a tempore Sixti soleat apponi
clausula, seu decretum vigore Litterarum Apostulicarum
desuper conficiendarum, nec alias alioquin præsens reser-
vato nulla sit eo ipso, ut observat Salustius Tiberius *in prax.*
Auditoris Cam. lib. 3. *c.* 4. & a tempore Clementis additur,
intra novem menses, ut observat Garzia *de benef. d. part.*
4. *c.* 2. *a n.* 41. *cum sequentibus*, Cocchier. *in reg. de non*
judicando sub n. 38 Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 37. *n.* 6. *&*
7. Tond. *de pens. c.* 37. *n.* 2. *&* 3. Ferentill. ad Burat. *de-*
cis. 440. *n.* 8. alias nullum est propter dictum decretum
irritans, nec potest exigi, Rota apud Manticam *decis.*
286. *& decis.* 300. & apud Marches. *de com. in causa*
pens. part. 1. §. 2. *decis.* 11. *fol.* 610. *& decis.* 32. *fol.* 626.
Ludovis. *decis.* 440. ibique Belt. Burat. *decis.* 542 *n.* 4. &
Ferentill. ad Burat. *decis.* 659. *n.* 14. Ridolph. *part.* 2.
prax. 19. *n.* 140. & omnes Doctores citati, præsertim
Cocchier. Garzia, Tundut. *locis citatis*, Posth. *de manu*
tenendo obs. 42. *n.* 34. ubi dicit, quod saltem ad Officium
Plumbi devenire debent Litteræ antequam exigatur Pen-
sio, per Rotam *decis.* 68. *n.* 4. *part* 4. *recent.* quod etiam
46 in conscientia observandum esse dicunt multi Doctores,
de quibus Garzia *d. c.* 2. & quod partes non possunt ali-
ter inter se convenire, cum id non favore proprio, sed
Officialium factum sit, & Garzia præcæteris sequitur Me-
rol. *tom.* 2. *disp.* 4. *c.* 6 *dub.* 32. *n.* 556. Amayden *lib.* 1. *c.*
32. *n.* 70. attamen in Judicio manutentionis sufficit sola
possessio exigendi ex pluribus solutionibus habita, Rota,
in Bonon. pensionis coram Guilielmo Dunozetto *penes e-*
und. decis. 98. *in qua decisione n.* 3. dicitur, quod unica
solutio sufficit ad hunc effectum, & idem nempe quod
sufficiat unica solutio, dixit Rota penes Eminentissimum
Celsum *decis.* 315. *n.* 4. *& alibi pluries*, licet non esset
integra, sed de parte termini, Rota apud Amatum Du-
nozetum *decis.* 888. *n.* 5. & ratio est, quia manutentio
non dependet a titulo, sed a possessione, quæ sola suffi-
cit, *l.* 1. § *sicut*, *ff. uti possidetis*, nihil commune habet
possessio cum proprietate, optime Ludovis. *decis.* 275. *n.* 12.

47 Et quamvis Lotter. *lib.* 1. *d. q.* 37. *n.* 50. dicat, quod in
judicio hoc manutentionis in quasi possessione exigen-
di Pensionem requiratur titulus, licet non requiratur, cum
quis petit manutentionem exigendi certam pecuniarum
quantitatem; nam qui petit manuteneri in exactione cer-
tæ quantitatis non qualificat subjectum, sicuti qui pe-
tit pensionem qui non asserit simpliciter se exegisse cer-
tam quantitatem pecuniarum, sed certam pensionem,
ideoque teneatur probare qualitatem hanc, videlicet id
quod exigit esse pensionem non quid diversum, & con-
sequetur, cum pensionis causa efficiens sit Papa, nec Pa-
pæ Gratia aliter probari possit quam per ejus rescriptum;
ideo necesse est, ut tale rescriptum in medium feratur.
Aliter dicit Lotter. quod impossibile est, ut dicatur con-
stare de existentia rei quæ possideri prætenditur, sine qua
non potest dari manutentio, juxta Gregor. *decis.* 350.
cujus productionem non fieri ad finem astruendi titulum,
ut super illo judicetur, vel de eo quovis modo tractetur,
sed tantum ut per illum justificetur qualitas subjecti se-
cundum intentionem Actoris, nam dicenti incumbit o-
nus probandi, ait Lotter.

Attamen ipse Lotter. *n.* 53. *cum seq.* tenet, quod suf- 48
ficit titulum in hoc Judicio summarissimo justificare ex
sola Supplicatione, ea qua probatur præexistentia Pensio
nis, nec exigitur aliquis titulus in hoc judicio, cum non
pronuncietur super aliquo jure, sed tantum decernatur
manutentio super mero facto possessionis.

Ideo dicendum esse arbitror, quod aliud est cum quis 49
petit Pensionem, & exigere vult: aut discutiendum est
de validitate Pensionis, & tunc nec petitio, nec discus-
sio in petitorio fieri potest absque Litteris expeditis, &
ante omnia de reservatione Pensionis per Litteras docen-
dum est; respectu enim hujus judicii Gratia absque Lit-
teris informis dicitur, Rota *in Auximana Pensionis* 5.
Maii 1589. coram Comitulo, quam affert Posth. *post*
tract. de manutenendo 70. *in ordine n.* 6. 7. *&* 8. & bene ve-
rum est, quod Pensio exigi non potest absque Litteris,
alias nulla propter Decretum irritans, & advertunt Do-
ctores. Aliud vero cum quis reperitur in possessione sua
quasi juris exigendi Pensionem, & agitur pro manuten-
tione, quia enim in hoc Judicio agitur de mero facto, &
de manutenendo illo in possessione, seu detentione in qua
reperitur, in qua quilibet etiam prædo manutenetur, donec
in petitorio cognoscatur de juribus; ideo datur manutentio
Pensionario absque aliqua productione Litterarum expedi-
tarum, cum non sit necessaria probatio proprietatis, nec ut
titulus producatur, Rota *in decis.* 70. penes Posth. *tract. de*
manutenendo, *& in Anconitana Pensionis* coram Plato 15.
Junii 1587. penes eundem Posth. 355. idem Posth. *obser.* 42.
n. 35. Rota apud Duran. *in dec.* 324. *n* 24 Tondut. *de pens.* 50
cap. 37. *num.* 8. qui etiam exigit productionem Supplicatio-
num, ut Lotter. dixit, in alio enim judicio quam in hoc
summarissimo exigitur Litterarum productio, vel proba-
tio Clericatus, Rota *d. decis.* 355. *& in decis.* 193. *part.* 3.
recent. num. 14. Posth. *loc. cit.* hæc enim exceptio rejicitur
ad petitionem, & in judicio manutentionis sufficit, quod
fuerit facta exactio etiam ante Litterarum expeditionem,
Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 315. *num.* 15. quia ut
dictum est titulus non requiritur in hoc summarissimo ju-
dicio manutentionis, Rota penes Eminentiss. Othob. *dec.*
9. *num.* 11. ubi aliæ allegantur Ridolph. *part.* 2. *cap.* 12. *nu.*
167 quia ut dictum sæpius fuit, pro manutentionis sufficit
sola possessio, quæ nihil commune habet cum titulo tan-
quam proprietatem respiciente, Ludovis. *in puncto in dict.*
decis. 175. *n.* 12.

Et quod non requiritur in hoc judicio productio Sup- 51
plicationis signatæ, uti requirunt Lotter. & Tondutus,
tenet Buratt. *decis.* 542. *numer.* 2. *&* 3. ibique Ferentil.
litt. A. qui id de stylo Sacr. Rotæ, & A. C. procedere fa-
tetur, Posth. *obser.* 42. *num.* 42. quia si non requiritur titu-
lus, neque Supplicatio requiritur, quia Supplicatio si-
gnata est loco tituli, & uti talis habetur non minus quam
Bulla, Cassad. *decis.* 8. *de rest. spol.* Garzia *part.* 4. *cap.* 2.
num. 10. ubi alios allegat Gonzal. *glos.* 12 *num.* 45. Corrad.
in prax. disp. lib. 2. *cap.* 3. *num.* 39. deinde si manutentio ex
duntaxat possessione decernitur, in eoque judicio ma-
nutentionis factum solummodo attendatur, ut dictum
est, non est cur requiramus Supplicationis productio-
nem, cum etiam sola Supplicatio ad titulum, & proprie-
tatem referatur.

Ampliatur conclusio, ut procedat etiam contra succes- 52
sorem in Beneficio, qui nunquam solvit, sed tantum an-
tecessor, Posth. *loco citato*, qui allegat decis. Putei 342.
& 343. *lib.* 1. *& decis.* 175. *part.* 4. *divers. & decis.* 70. *&*
113. *num.* 9. *&* 18. *&* 316. *num.* 16. penes ipsum post tract.
Posth sequitur Tond. *d. cap.* 37. *d. num.* 13. quicquid dixe-
rit Lotter. *quæst.* 37 *nu.* 63 qui considerata decisione Rotæ
in Parmen. pensionis coram Cnccino, in qua in dubium re-
vocatur doctrina supra allata, distinctionem adhibuit an
petatur manutentio contra eundem qui solvit ante suc-
cessorem in Beneficio; nam si contra eundem met bene 53
datur manutentio absque aliqua Litterarum productio-
ne; secus contra successorem, cui non potest officere fa-

ctum prædecessoris, & adducit decisinoem apud Manr.
54 300. *sub n. 4. quam decisionem dicti Posth.* procedere quo-
ad perpetuum præjudicium, non autem quoad effectum
manutentionis: bene enim dicit Tondutus, quod ea mu-
tatione personarum non variatur possessio, nec jus Acto-
55 ris, Rota *decis.* 562. *part. 1. recent.* & jus metimur ex
persona Actoris seu possessoris, non a persona contra
quam possidetur, in puncto Rota apud Ludovis. 275.
ubi Belt. *& in Bonon. Pens.* 15. *Maii* 1615. coram Du-
noz. sen. penes eundem *decis.* 98. *n.* 6. *&* 7. Rota apud
Eminent. Card. Celsum 315. *n.* 5. *&* 6. & apud Amatum
Dunoz. *tom.* 2. *decis.* 888. *n.* 6. Grat. *c.* 113. Ridolph. *p.*
56 2. *c.* 12. *n.* 188. Rota apud Cælium Bichium *dec.* 657.
n. 3. Diversum tamen est, cum is qui in possessione exi-
gendi pensionem mortuus est, & agunt hæredes Pensio-
narii, nam hæredes non sunt in quasi possessione, nec
possunt agere judicio manutentionis, & ideo opus est ut
justificent, Tond. *loco cit. n.* 12.

57 Non obstat, quod in ipsa Supplicatione Pensionis ad-
sit clausula, seu Decretum quod si exigatur Pensio Litte-
ris non expeditis, Pensio ipso facto sit nulla, & clau-
sula *nec alias*, quæ etiam habet Decretum irritans, &
resolvit omnia usque ab initio, ut late Barbos. *de clau-
sul. claus.* 8. nec alias, quia responder Lotter. *d. q.* 37.
n. 16. quod hæc clausula venit referenda quoad effectum
juris, ut dictum fuit *in Oscen. Pens.* 1. *Junii* 1621. coram
Buratt. in possessorio tamen manutenendæ attenditur fa-
ctum, & ita etiam Tondut. *d. c.* 37. *n.* 11. Ultra quod
tunc Decretum irritans afficit, quando super certo corpo-
re appositum est, secus si in genere; nam tunc donec
disputetur, datur manutentio, ut alibi notavimus; post
scripta vidi consilium Gabrielis 190. *tom.* 1. *n.* 11. in quo
docet, quod etiam post Constitutionem Julii exigi potest
Pensio Litteris non expeditis, quam doctrinam videtur
sequi Rota apud Peuting. *decis.* 465. *n.* 20. Certum tamen
est, quod ut sit locus extinctioni Pensionis requiritur,
quod Decretum irritans in Supplicatione sit appositum,
Rota penes Bich. *decis.* 650. *n.* 47.

58 Ulterius non obstat Regula de non judicando secun-
dum Supplicationis tenorem etiam in possessorio; quia
ultra quod, regula est diversa a Constitutione de Litte-
ris expediendis, Lotter. *lib.* 3. *q.* 2. *n.* 27. *&* 28. regula
illa & si in possessoriis, in quibus necessarius est saltem
titulus coloratus ne detur vitiosus ingressus, puta in pos-
sessorio adipiscendæ, aut recuperandæ, in quibus sole-
bant antiqui judicare cum sola Supplicatione, ex eo
quod sola Supplicatio sufficiebat pro titulo colorato, ut
dixit Cassad. *decis.* 8. *sub tit. de rest. spoliat.* Et hodie per
hanc regulam necessariæ sunt Litteræ: sed cum in pos-
sessorio retinendæ, in quo nec titulus coloratus est neces-
sarius, nec erit opus ut exhibeatur Supplicatio, & aliquo
modo gratia canonizetur, nec ut faciat titulum colora-
tum, ita respondet Rota *in d. Anconitana Pens.* penes
59 Posth. *decis.* 335. *a n.* 2. *cum sequentibus*. Non ignoro ta-
men Lotter. *lib.* 3. *q.* 2. *n.* 22. fretum authoritate Cassad.
d. decis. 8. *de rest. spol. &* a *De caus. possession. & pro-
priet.* docuisse in possessorio, præsertim recuperandæ,
non habere locum Regulam de non judicando, quæ ha-
bet locum cum exigitur titulus, in recuperando autem
sufficit coloratus, & cum adest violentia, vel attentatum,
nec exigitur coloratus, vide ipsum Lotterium qui fusius.

60 Tandem videtur obstare, quod decidit Rota *in decis.*
179. penes Farin. *post 2. volum. consiliorum*, *& decis.* 72.
part. 4. *divers.* in quibus decisionibus videtur sentire,
quod ad obtinendum mandatum de manutenendo in
quasi possessione exigendi Pensionem requiratur proba-
tio reservationis Pensionis, & inter alia requisita hoc
etiam commemoratur: & sic etiam dicitur in *decis.* 31.
penes Coccinum, *& in Meten. Pensionis* 5. *Decembris*
1594. coram Pamphilio, quam refert Garzia *part.* 2. *c.* 5.
n. 453. in qua fuit resolutum, quod ut locus sit mandato
de manutenendo in possessione, est necessarium consta-
re ante omnia de existentia Litterarum reservationis Pen-
sionis, & postea de quasi possessione exigendi, & apud
Achilles *decis.* 4. *de rescriptis*, Garzia *part.* 1. *c.* 5. *n.* 455.
respondet, & dicit, quod reduci debet hæc res ad con-
cordiam, ut certe debeat constare de reservatione Pen-
sionis non quidem per Litteras, sed per Supplicationem
quam ostendere necessarium erit, prout docuisse etiam
Lotter. diximus supra *d. q.* 37. *n.* 53. quam quidem di-
stinctionem Garz. videtur approbasse Rotam *in Troja-
na Pens.* 14. *Martii*. 1629. coram Queipo, in qua di-
ctum fuit, quod cum agitur de possessorio manutentio-
nis, & quis existit in quasi possessione exigendi, & tunc
sive agatur contra principalem consentientem, sive ejus
successorem puræ, vel conditionalis reservationis, con-
stito de possessione sed quasi exigendi, & de Litteris re-
servatoriis saltem per Supplicationem, concedendum sit
mandatum manutentionis, sed Rota *in d. Anconitana*
coram Platto 355. penes Posth. tenuit quod nec Suppli-
catio sit necessaria, ut prænotavimus, quare Posthius *de
ob.* 42. *n.* 37. dixit illas Rotæ decisiones vel procedere in
judicio ordinario loqui Tiberium Salust. *in d. loco*, vel
reservationem non esse absolute necessariam, & simpli-
citer, sed ad bene esse ad conservandam possessionem cum
ipsa reservatione, & consensu præstito per adversarium
pro dando scilicet fumo, pro ut in jurisdictionalibus ti-
tulus dat fumum, & colorem: vel in casu in quo alle-
gatur possessio vigore reservationis; nam tunc non vi-
detur relevare possessio nisi etiam docto de ipsa reserva-
tionem, pro ut videtur colligi ex Grat. *c.* 508. *n.* 38. seu
ad probandam qualitatem Pensionis, juxta doctrinam
Lotter. *c.* 37. *n.* 49. *cum sequent.* Vel quod Pensionarius
existens in quasi possessione exigendi, non teneatur pro
manutentione ostendere Litteras reservationis, nec veri-
ficare titulum: sed sufficit, quod ostendat Supplicatio-
nem, juxta doctrinam Garziæ, de qua supra hæc dicit Po-
sthius, & quod reservatio Pensionis bene probetur per
Supplicationem, nec opus sit Litteras producere, quando
non agitur de ejus canonizatione, adest quoque decis.
Rotæ penes Ludovis. *decis.* 540. *numero* 6. *ubi additio
Oliveri*.

Item secundum doctrinam Sarnen. *in Regul. de non ju-* 61
dicando q. 55. *in fine*, sola Supplicatio novæ provisionis
sufficit ad supplendum defectum publicationis per regu-
lam requisitæ, quod tamen Amayden *loc. cit. d. cap.* 32.
n. 72. 73. *&* 74. temperare videtur, & dicit, quod hu- 62
jusmodi impetrans non erit omnino tutus; nam si illius
Beneficium impetretur ab aliquo ob non publicationem,
& ipse teneatur in judicio exhibere Gratiam convalida-
toriam, Judex non poterit judicare juxta formam Sup-
plicationis, licet ex ea constet de non jure agentis; nam
impetrans, dicit Amayden, ob non publicationem habet
pro se Litteras expeditas, unde non potest, nisi per simi-
les Litteras expeditas repelli: quare Amayden dicit, quod
conclusio illa, quod sola Supplicatio sufficit pro absolu-
toria, quando constat de non jure agentis, est limitanda,
ut non procedat, quando Contradictor est provisus A-
postolicus; nam revera impetrans ob non publicationes
fundat intentionem suam in negativa: unde licet posses-
sor obtinuerit Gratiam convalidatoriam, si tamen dum
non expedivit Litteras Gratiæ impetrantis ob non pu-
blicationem est in statu implicito validitatis, & depen-
det a productione Litterarum Gratiæ convalidatoriæ; &
sic dicit Amayden, quod conclusio prædicta videtur so-
lummodo locum habere in reservatis contra provisum
ab Ordinario, stante reservatione non potuit acquiri jus.
Imo addit Amayden, quod si in casu præmisso noviter
provisus molestetur ab aliquo impetrante, nihilominus
juxta Constitutionem Julii III. non poterit sine Litterarum
expeditione retinere Beneficium. Hæc Amayden, apud
quem plura circa hanc materiam invenies.

Litterarum expeditio regulariter fit per Cancellariam, 63
attamen fieri etiam potest per Cameram. Ad cujus rei
intellectum notandum est, quod Officium Summatoris
antiquum est in Curia; ex quo enim Cancellaria habet
suas Regulas limitatas, & præscriptas, quas non trans-
greditur, & durum proinde erat, & inconveniens,
quod per easdem regulas fieret expeditio pro Cardina-
libus, & aliis personis qualificatis, vel cum alias Papa
vellet alicui facere Gratiam specialem, & uberiorem;
ideo sibi reservavit aliam viam, nempe Cameram, cui
temporis successu Præfectus unus, qui fuit denominatus
Summator, sive Summista, qui Litteras summarie cog-
noscebat, & subscribebat; quod postea Officium in per-
petuum fuit erectum ad instar aliorum Officiorum Ro-
manæ Curiæ ab Alexandro VI. in ejus Constitutione 10. 64
in Ordine, incipit, *In Eminenti*, *&c.* quam erectio-
nem B. Pius Papa V. approbavit in sua Constitutione, Inci-
pit, *Pontifice dignum* 105. in Ordine: in qua dictum
Officium conferendum esse uni ex S. R. E. Cardinalibus
statuit, atque ibi facultatem præscripsit, & jurisdictio-
nem in suos subditos. Verum postea ad tollendas mul-
tas differentias inter S. R. E. Cardinalem Vicecancella-
sium,

rium, & S. R. E. Cardinalem Summatorem, Alexander Montaltus S. R. E. Cardinalis semper recolendæ memoriæ emit dictum Officium Summatoris. Ad libitum enim aspedinntur Bullæ per Cameram, quotiescunque per Expeditores sic expediendæ offeruntur, nulla facta differentia inter personas, ut dicit Amayden *loco infra citando*: unde non admittendum quod dicit Corradus *in prax. dispens. loco nuper citando*, quod tamen pro qualificatis, & bene meritis conceditur hic modus expediendi. Quando
65 fit expeditio per Cemeram, Summator non tenetur ad Regulas Cancellatiæ, & minus ast aliquando dispendiosa hæc axpeditio per Cameram, de qua re videas Vestrium *in prax. lib.*.., Amayden *lib.* 1. *c.* 18. *n.* 9. 10. 11. *&* 12. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 2. *c.* 3. & alios; & insuper cum axpeditio fit per Cancellariam non dantur partibus Litteræ, nisi ragistratæ, & plumbatæ fuerint: quando vero per Cameram aliquando dantur partibus anta registrum, nam tunc plumbatas consignat Expeditionerio. Litteras Summator aliquando, & nondum registratas, & Expeditionarius affert copiam ad registrum, ut conferat cum Authographo, cum fuerit solutum pro plumbo, ut notat idem Amayden *lib.* 1. c. 36. *ubi de registro n.* 21.
66 Litteræ Gratiarum quandoque etiam expediuntur per Breve sub annulo Piscatoris etiam in Beneficialibus; multas enim Papa Gratias expedit, & concedit per Secretariam Brevium, ut advertit Rebuffus *in Rub. de Brevi Apost. n.* 23.

Expeditio fit diverso modo per Datariam, & Cancellariam, siquidem axpeditio quæ fit per Cancellariam, sive per Cameram, fit per diversos Officiales, ut dictum est, ac Litteræ plumbantur, & subscribi debent ab aliquo ex Abbraviatoribus majoris Præsidentiæ, sine qua subscriptiona Litteræ sunt nullæ secundum Constitutio-
67 nes Leonis Decimi, ut notat Corradus *lib.* 2. *c.* 8. *in princip. prax. dispens. Apost.* sed cum per Breve tantum fit, vel per dominum Secretarium domasticum Brevium, vel per Magistrum Brevium, non plumbantur, sed sigillantur cum annulo Piscatoris cum cera rubea, & subscribuntur tantum, vel a Domino Secretario domestico, vel ab uno ex aliis Secretariis. Itam Litteræ per Cancellariam expeditæ scribuntur charactera Gallico, & per Scriptores Apostolicos, quorum Officium emitur, nec alius potest eas scribere: secus est cum per Saaretarium Brevium; nam charactera Italico, & per omnes quos ad sui beneplacitum tener Dominus Secretarius Domesticus; si varo expeditio fiat a Magistro Brevium, per Scriptores Brevium, quorum Officium est ejusdem speciei ut illud Scriptorum Apostolicorum. Item initium Litterarum per Cancellariam expeditarum, incipit, *Innocent. Episcopus Servus Servorum Dei*, nec fit titulus supra; cum vero per Breve supra scribitur in medio Membranæ *Innocentius Papa XI.* & usus comprobat, & advertit præcæteris Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 9. & alibi, sicuti in Litteris scriptis per Cancellariam nulla linea nec punctum, nec in illis observatur orthographia, sicuti servatur in expeditis per Breve, & in his Data brevior ponitur, in illis vero longior, nec braviatur, ut idem Corradus *lib.* 2. *cap.* 7. *praxis dispensat.* & dicuntur Brevia, quia brevi sermone continent omnia. De hac ra vide etiam Rebuffum *loc. cit.* Staphil. *de Litteris Gratia in forma Brevis num.* 3. *&* 4. ac etiam Tond. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. §. 1. conveniunt tamen, quia sicuti quandoque Littaræ expeditæ per Cancellariam diriguntur ipsi parti, & est cum fit expeditio in forma gratiosa, quandoque vero Ordinario cum fit in formn dignum, da quibus modis nuper dicemus; ita cum fit per Secretarium domesticum, vel Magistrum Brevium quandoque Breve dirigatur ipsi Oratori, & est cum fit gratia perfecta, & a targo Bravis fit suprascriptio, cui in particulari fit gratia, & dirigitur, nempe *Dilecto Filio N. N. Neapolitan.* quandoque vero diriguntur Bravia Ordinariis locorum cum Papa committitur veris expositis narratis Ordinarius, seu cui committit, exequatur Gratiam, & hoc secundum subjectam materiam, & de qua lata Rebuffus *in d. rub.*
68 Hæc Brevia sunt Litteræ Apostolicæ, ac eandem fidem, virtutem, robur, & firmitatem habent, ac Litteræ expeditæ per Cancellariam; nam licet non sint Bullæ, sunt veræ Litteræ Apostolicæ, quicquid scripserit Corradus *lib.* 3. *c.* 9. eandemque pararam habent executionem sicuti cæteræ Literæ, & Bullæ expeditæ per plumbum, Rebuff. *loc. cit.* *n.* 67. Rota *in Elboren. Pos-*

sionis 27. *Octobris* 1595. Lotter. *lib.* 3. *q.* 21. *n.* 59. Imo paritiorem executionem, secundum ipsum Lotter. *loc. cit. n.* 65. Amayden *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 56. Gonzalez *ad reg.* 8. *glos* 59. *n.* 26. qui alios citat, Marches. *de commissionib. part.* 1. *ubi de commun. in causa appell. ab execut. Brevium, & Litterarum Apostolicarum cap.* 1. *n.* 1. *&* 62. *fol.* 321. Rota *recent. part.* 2. *decis.* 756. *n.* 4. Tond. *part.* 2. c. 4. §. 1. *n.* 4.

Et quamvis provisiones Beneficiorum non concedantur per Brevia regulariter, ut notat Corrad. *d. c.* 3. *num.* 39. attamen concedi solant Bravia pro capienda possessione Beneficiorum nomina Cameræ, quando Beneficia sunt reservata cum clausula *Constito*, qua verificata, paratam habent executionem: de qua ra extat Bulla Gregorii XIII. penes Salgad. *de retentione bullarum part.* 2. de qua ra suo loco, & tunc cum fit expeditio per Bre-
ve ponitur clausula, *quod infra sex menses expediri de-* 69
beant Bullæ, quod tempus currit a die captæ possessionis, Rota *decis.* 31. *n.* 29. *part.* 10. *recent.* quia tamen hæc Bravia expediuntur pro capienda possessione, & expediri debent postea Literæ; ideo ita intelligi potest Corradus, quod bene dixerit. Quare autem dicuntur Bullæ, consule Petrum Rebuff. *in praxi benef. in* 3. *p. signatura in rubr. de bull. nova, & simplicis provisionis, fol. mihi* 122.

Litteræ Apostolicæ in Beneficialibus per Cancellariam 70
duplici forma expediri consueverunt, vel sub forma gratiosa, vel sub forma dignum. Expeditio Litterarum sub forma gratiosa est illa quam facit Papa, cum ipse confert Beneficia, habens planam notitiam provisi de ejus habilitate, & idoneitate per Litteras Ordinarii, cum provisus est absens, vel cum præsens in Curia per examen, vel generaliter cum Papæ sufficienter constat de idoneitate, nunquam enim in tali forma conceduntur nisi docto de qualitatibus necessariis Provisi, Rota *part.* 13. *recent. decis.* 254. *n.* 3. & apud Eminentiss. Celsum 274. *n.* 2. *& part.* 14. *recent. decis.* 292. & tunc Papa confert Beneficium, nec aliquid justificandum est, & omnia narrata habet Papa pro sufficienter justificatis, & tantum Executori committitur nudum ministerium, nempa ut immittat provisum in possessionem, juxta doctrinam Innocentii *in c. fin. de præscript.* Lap. *alleg.* 6. *n.* 5. Rota *in Leodien. Abbatia* coram Ubaldo 4. *Januarii* 1622. *& in Tullen. reformationis* 21. *Junii* 1628. coram Dunozett. quam refert Posth. *post tract. de manutenenda decis.* 662. *n.* 4. Garzia *de benef. part.* 6. c. 2. *in princip.* Amayden *l.* 1. c. 5. *q.* 1. *n.* 36.

Cum fit expeditio Litterarum in forma gratiosa, si 71
axpeditio fit per Cancellariam, expediri solent duæ Bullæ, una directa ipsi proviso, in qua Papa providet ei Beneficium, & tunc cordula in qua appenditur plumbum repræsentans effigies, sive Capita Sanctorum Petri & Pauli, est serica rubei, & crocei coloris: altera Bulla, quæ dicitur executoria, & appenditur ai similiter plumbum cordula canapis, dirigitur tribus in Dignitate constitutis ad petitionem provisi, quibus insolidum committitur, ut dictum provisum in possessionem immittant, seu quilibet eorum immittere possit, & nudum, ut dictum est, committitur ais ministerium, seu positio in possessionem. Quando vero expeditio fit per Cameram, solet una Bulla expediri cum cordula serici coloris, Rebuff. *in praxi in rubr. de forma, & declaratione nova provisionis, in* 4. *part. Bullæ*, ibi, notandum, quod *fol. mihi* 140. Garzia *loc. cit. n.* 2. Amayden *d. lib.* 1. *cap.* 5. *quæst.* 1. *n.* 36. Tond. *d. p.* 2. *c.* 4. §. 2. *n.* 1. Ubertus *d. p.* 6. *de Executione Litterarum Apostolicarum fol.* 250. *v. Littera in forma gratiosa*, & idem Ubertus *de citat.* c. 2. *n.* 27.

Cum vero expeditio Litterarum fit in forma dignum, 72
tunc alio modo fit; & in primis notandum est, in quo omnas conveniunt, quod per gratiam in forma dignum Papa non providet, sed mandatum dat de providendo, & ideo semper Ordinario litteræ committi consueverunt, & dirigi, ut omnes advertunt; & quod contineat tantum mandatum de providendo millies resolvit Rota, præsertim penes Carillum *decis.* 283. *n.* 2. *& in Colibrien. Canonic.* 4. *Febr.* 1632. coram Merlin. penes ipsum 538. *n.* 11. & apud Pentinger. *decis.* 303. *n.* 10. *&* 11. Garzia *de benef. part.* 4. *c.* 2. *n.* 17. Amayden *lib.* 1. *de stylo Dat.* c. 5. *q.* 3. *sub. n.* 50. *v.*... advertunt Lotter. *lib.* 3. *q.* 8. *n.* 139. Tond. *tom.* 1. *c.* 13. *n.* 3. Corradus *in praxi benef. lib.* 3. c. 6. *n.* 26. *&* 27. & alii, quod bene explicat Lotter. quod sicut promis-

ſſo de vendendo non eſt venditio, nec transfert dominium, ſed duntaxat producit quandam actionem, ut promiſſor cogatur vendere, *l. qui fundum de contrahen. empt.* ut late Menoc. *conſ.* 122. *n.* 12. ita gratia in forma dignum nullatenus transfert, vel applicat Beneficium, ſed applicandum eſt ab eo, cui committitur executio; nam illa approbatio executionis eſt vera collatio, ut dicit Tond. *d. cap.* 13. & nos inferius ſequentibus capitibus.

73 Antequam ulterius in hac re progrediamur, prænotandum eſt cum Amayden *cap.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 37. quod dupliciter fit, uno modo in forma dignum noviſſima, ut ex Conſtit. 32. Pii V. quod in Supplicatione ſolet explicari, & apponi Decretum in ſecunda parte Supplicationis; & committatur in forma dignum antiqua, vel committatur in forma dignum noviſſima, inter hos modos nulla alia eſt differentia; nam cum fit expeditio in forma dignum antiqua expeditur unica ſolum Bulla, cum vero in forma dignum noviſſima duæ Bullæ, una principalis, quæ continet mandatum de providendo directum Ordinario, in quo ſitum eſt Beneficium; altera continet ſimile mandatum directum viciniori Ordinario, ut in caſu quo Ordinarius nolit exequi Litteras ſibi directas intra triginta dies, ipſe exequatur illas; cujus clauſulam ponit Amayden *loc. cit.* & *num.* 38. aſſignat diverſitatem hujus rei, & formæ impetrandi: quia quando impetratio fit de devoluto, vel ob non ſervatam formam concurſus, vel ex alio capite in modo, quo infrigeretur collatio Ordinarii, ſeu illi præjudicium aliquo modo affert, tunc Litteræ, & expeditio fit in forma dignum antiqua ſoli Ordinario loci, nec aliter, nec vicinior, ut rem gratam faciat proviſo declaret pro devolutione, ſeu pro proviſo Apoſtolico, & in hoc dicit Amayden, quod ſervatur intentio Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *can.* 13. In reliquis vero impetrationibus Beneficiorum, quorum collatio ſpectat ad Papam, ſequitur executio commiſſionis in forma dignum noviſſima, quia nullum poteſt conſiderari præjudicium Ordinarii, ſed duntaxat proviſi; & ideo committitur alteri viciniori Ordinario, ut in eventum, quod proprius Ordinarius renueret, vel negligens eſſet, vicinior exequatur Litteras, & ideo duæ Bullæ expediuntur, ambæ tamen cum corda canapis, in qua apponitur plombum; & hoc eſt, quod dixerunt Dond. *d. cap.* 4. §. 2. *num* 2. & 3. & quod dixit Ubertus *in praxi*, quod in proviſione in forma dignum expediuntur duæ Bullæ, intelligendum enim eſt, quando expeditio fit in forma dignum noviſſima, non antiqua.

74 Item notandum eſt, quod quando expeditio in forma dignum mutari poteſt in gratioſam, quod tribus potiſſimum modis contingere poſſe, ait Cotrad. *lib.* 3. *cap* 8. *a num* 16. Primo, quando Supplicatio fuit ſignata ſub forma dignum, & deinde antequam fuit regiſtrata ſupervenit approbatio Ordinarii proviſi, & debetur commiſſio prædicta in forma gratioſa, & tunc loco clauſulæ in forma dignum extenditur forma gratioſa; cum vero fides ſupervenit poſt regiſtratam Supplicationem, tunc quia nec punctus unus, nec Littera poterit mutari ab Officialibus, ut idem Cotradus *lib.* 2. *prax diſp. cap.* 3. *num.* 17. non poteſt mutari forma dignum in gratioſam, niſi a Domino Datario, qui poteſt, ut diximus, mutare etiam poſt regiſtrum Supplicationis. Secundo mutari poteſt forma dignum in gratioſam, quando approbatio ſupervenit, dum Litteræ expediuntur in Cancellaria, antequam tamen Litteræ plumbatæ ſint; & tunc antequam ſcribantur Litteræ per Reformatorem poteſt mutari forma dignum in gratioſam: cujus Reformationis exemplum ponit ibidem Cotrad. & dixit etiam Amayden *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. *ubi agit de reformat.* Reformatio enim nihil aliud facit, quam ſupplere aliquem defectum omiſſum, vel deviat ea, quæ contra factum, vel contra ipſum reperiuntur appoſita, ut Amayden *lib.* 1. *cap.* 8. Vel tertio ſi ſunt plumbatæ, tunc conficitur nova Supplicatio, quæ de novo ſignatur; adduntur tamen verba importantia formam gratioſam, eaque Supplicatione regiſtrata: de licentia tamen Domini Regentis Cancellariæ, corriguntur Litteræ jam expeditæ, & opera diligentiſſimi Scriptoris abraduntur priora verba in forma dignum, & ponuntur illa, quæ important formam gratioſam, & extrahitur plumbum cum cordula canapis, & aliud cum cordula ſerica rubei, croceique coloris apponitur; & ita de ſtylo ſervari dixit Cotradus, & ſic evitari quamplurima inconvenientia: Vide ipſum. Signatura tamen Juſtitiæ non poteſt mutare Executorem datum in Litteris Apoſtolicis ſive in forma dignum, ſive in forma antiqua, ſive in forma noviſſima, ut Rota *in Oritana Parochialis* 12. *Decembris* 1597. penes Marcheſ. *par.* 1. *fol.* 964. & notavit Amayden *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 41.

Ex quo diximus per proviſionem in forma dignum dari tantum mandatum de providendo, nec per dictam proviſionem fieri collationem, plura ſequuntur; præſertim per eam jus tantum ad rem, ſeu ad Beneficium, acquiri non tamen jus in re, quatenus idoneus proviſus reperiatur ſic eventuale dependens ab idoneitate proviſi, Garzia *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 17. *verſ. ex quo*, Rota *in d. Colibrien. Can. num.* 13. & 14. apud Poſth. *poſt tract. de manutenend. deciſ.* 634. *num.* 24. & *part.* 2. *recent. deciſ.* 560. *num.* 3. & 590. *num.* 3. & apud Peuting. *d. deciſ.* 33. Tond. *d.* §. 2. *num.* 7. Adeo ſi quis male proviſus ab Ordinario obtinue- 75
rit novam proviſionem in Curia, & Litteræ novæ proviſionis ſint in forma dignum expeditæ, non poteſt continuare poſſeſſionem, ſed opus eſt, ut Executor cognoſcat de idoneitate, & Litteras verificet, non quidem propter Julii III. Conſtitutionem, ſed quia talis proviſio in forma dignum jus nullum tribuit proviſo, niſi Executor ſuum expleverit Officium, licet ſi fuerit in forma Gratioſa poſſit continuare poſſeſſionem etiam Litteris non expeditis, non obſtante dicta Bulla Julii III. Garzia *part.* 4. *cap.* 2. 77
num. 52. Licet tamen ex dicta proviſione, ſeu Litteris in forma dignum jus nullum ſit quæſitum in re, ſed tantum ad rem: acquiritur tamen ex dictis Litteris titulus coloratus, & talem tribuit titulum, ut Caſſad. *deciſ.* 11. Rota penes Farinac. *tom.* 2. *deciſ. poſth. deciſ.* 387.

Sequitur ulterius, quod per proviſionem, ſeu Litteras expeditas in forma dignum non dicitur conſumpta 78
vacatio; nam, ut dicatur conſumpta, oportet, ut Litteræ ſint executæ, alias Litteris non executis non poteſt induci vacatio ex perſona impetrantis, ſed ut prius, cum nullum jus certum fuerit ei quæſitum, Lotther. *d. quæſt.* 8. *num.* 138. Rota *recent part.* 2. *deciſ.* 498. *num.* 2. Seraph. *deciſ.* 1446. *num.* 3. & Rota *in Piſtorien. ſeu nullius Beneficii* 19. *Junii* 1364. coram Dunozetto eſt 549. penes Rub. *tom.* 1. *part.* 2. & apud ipſum Dunozettum *deciſ.* 352. *n.* 21. & *iterum in eadem cauſa* 18. *Decembris* 1634. *eſt* 569. *n.* 22. penes eundem, *d. tom.* 1. *part.* 2. & apud Amatum Dunoxet. *tom.* 1. *deciſ.* 367. *a num.* 22. *cum ſeqq.* & *in d. deciſ.* 634. penes Poſt. *n.* 25. ubi aliæ allegantur, & dicitur, quod per talem proviſionem in forma dignum numquam inducitur vocatio ante executionem, ſequitur Tond. *dict.* §. *num.* 10. & optime Cotrad. *in prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. & iterum Rota *deciſ.* 523. *in* 2. *part. recent.* Caval. *deciſ.* 447. *num.* 5. & noviſſime apud Eminentiſs. Celſum *deciſ.* 228. *num.* 3. & *part.* 13. *recent. deciſ.* 256.

Et quamvis per ſolam ſignaturam Supplicationis Litteris adhuc non expeditis acquiritur jus perfectum, ut eſt 79
dictum ſupra abunde: & tamen hoc procedit cum ſignata eſt Supplicatio in forma Gratioſa, ſecus in forma dignum, ſeu ut alii dicunt in forma Commiſſaria; nam tunc cum tantum detur mandatum, ſeu committatur proviſio facienda, & nullum jus certum niſi eventuale ſit quæſitum, non poteſt dici Beneficium vacare per obi- 80
tum illius qui hoc modo habet Supplicationem ſignatam, Garzia *d. cap.* 2. *num.* 17. quem ad unguem ſequitur Cotrad. *d. cap.* 5. *num.* 26. & 27. Lott. *lib.* 3 *quæſt.* 8. *num.* 138. & 14. Rota *deciſ.* 241. *num.* 16. *part.* 12. *recent.* ubi alii allegantur, imo Garz. *d. cap.* 2 *num.* 18. dicit, quod quamvis Rota teneat quod per obitum habentis Supplicationem ſignatam in forma Gratioſa dicatur vacare Beneficium, & ſic inducatur vacatio; attamen quia Dataria, & Cancellaria contrarium ſemper tenuit, quod non cenſeatur inducta vacatio per obitum habentis ſolam Supplicationem ſignatam ſub tali forma, niſi Litteræ deſuper ſint expeditæ, cum antea Gratia dicatur informis, & ſic obſervandum eſſe, cum Dataria, & Cancellaria ſit Organum Papæ, nec curandum de opinione Rotæ: ſed in puncto juris opinio Rotæ videtur mihi veriſſima, quia qui habet Supplicationem ſignatam in forma Gratioſa habet jus in re, Rota apud Rub. *tom.* 1. *deciſ* 92. *num.* 8. & dicitur tunc Gratia perfecta ex die Supplicationis ſignaturæ, & Cancellaria requirit Litteras ad probationem Fori externi, Rota *dec.* 121. *n.* 29. & 30. *part.* 12. *recens.*

Et quod Gratia in forma dignum non ſuffragatur pro- 81
viſo ante executionem ad effectum impediendi, & excludendi proviſum ab Ordinario, Rota in *d. Piſtorien. Beneficii* 569. *num.* 25. & 26. penes Rub. *tom.* 1. *part.* 2. Rota apud Amatum Dunozett. *deciſ.* 367. *num.* 27. De qua re alibi

alibi fusius, cum de legitimo contradictore sermone habebimus.

82 Sed si Beneficium aliquod sit ad alterius favorem renunciatum, quo easu Litteræ solent expediri in forma dignum, juxta Constitutionem Pii V. incipit, *Cogit*. 32. in ordine, & contingat obitus Resignantis antequam Resignatarius acquirat possessionem, tenuit Rota *in Burgen. Can*. 28. *Aprilis* 1597. coram Pamphil. seniore, apud Marches. 1. *part. fol*. 359. & *fol*. 142. quod pluries Rota canonizavit, ut infra dicemus, scilicet quod non censeatur inducta vacatio per obitum Resignantis, sed durare vacationem per resignationem, ex eo quia nunquam datur vacatio per obitum Resignantis quandiu resignatio potest sortiri effectum suum, & jus quod erat remansum penes Resignantem jam erat effectum Resignatario, ita ut Resignans vivens nec de eo poterat disponere, & consequenter nec per ejus obitum vacare: Et licet per prædictam resignationem dicatur acquisitum jus tantum ad rem, tamen facit ut alteri conferri non possit, per text. *in c. si postquam de preb. in* 6. & ad hunc effectum nulla adest differentia inter resignationem factam pure vel in forma dignum; cum paria sint quod alicui Beneficium sit collatum, & quod ei
83 debeatur ad effectum, ut alteri fieri nequeat collatio, & quod Gratia non sit conditionalis, sed tamen suspensiva quoad executionem; & hanc sententiam pluries amplexa est Rota apud Burattum *decis*. 867. & *in Majoricen. Parochialis* 1. *Julii* 1643. coram Carillo, *quæ est* a 18. *part*. 9. *tom. recentior*. & apud ipsum Carillum 283. & *in Toletana Archipresbyteratus* 31. *Junii* 1657. coram R. P. D. Albergato, & alibi, & fuit doctrina Gabrielis *cons*. 186. *lib*. 1. Lotter. *de re Benef. lib*. 3. *quæst*. 14. *numero* 58. & novissime Rota apud Eminentiss. Otthob. *decis*. 130. *numero* 13. Dicitur tamen ibi, quod antequam sit executioni demandata, prævia justificatione idoneitatis, nihil ponat in esse.

84 In quibus decisionibus dicitur, quod provisio in forma dignum licet videatur conditionalis, tamen non est talis quoad substantiam, sed quoad executionem, & quoad substantiam sit pura, & quod tantum suspenditur per ipsam executio, quia tempore Gratiæ inest habilitas, & tantum remanet detegenda ab executore; seu ut alii dicunt, est Gratia suspensiva in quantum ad executionem, non tamen pote conditionalis, præcæteris Tond. *c*. 4. §. 2. *n*. 8. Et ita etiam Rota *decis*. 634. *n*. 23. & 24. penes Post & *in Burgen. Can*. penes Marches. *fol*.... *part*. 1. in qua abunde dicitur, quod provisio, seu Litteræ in forma dignum non faciunt Gratiam conditionalem, quia illa verba, *quatenus idoneus reperiatur*, respiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de jure inest, & potius esse in monitionem, & ad instructionem Executoris; & sic non efficiunt Gratiam conditionalem, sed respectu executionis faciendæ quæ dilata est usque ad illud tempus postquam idoneus repertus fuerit provisus: & licet hæc conditio impediat acquisitionem gratiæ donec constiterit de idoneitate impetrantis, tamen non impedit acquisitionem juris, cum de re vera provisus est habilis; & post scripta vidi decisum apud Amatum Dunozett. *tom*. 1. *decis*. 367. *n*. 22. Nam placuit responsio in alia decis. nempe dictam Gratiam Veroni fuisse in forma dignum, quæ cum non fuerit executioni demandata non potuit consumere vacationem per solam provisionem, Garz. *ad reg* 8. *glos*. 1. §. 2. *sub n*. 3. & *n*. 25. & 56. Rota *decis*. 498. *n*. 2 & *decis*. 523. *n*. 2. & 3. *part*. 2. *recent*. & coram Cavall. *decis*. 477. *n*. 5. Quamvis etiam Gratia in forma dignum ad favorem certæ personæ super certo corpore Beneficii dicatur Gratia pura, & per eam acquiratur jus ad rem, *c. si postquam, de preb. in* 6. & provisio Executoris requiratur solum pro executione facienda, quæ differtur in tempus, quo impetrans idoneus repertus fuerit non autem pro acquisitione juris, & substantia Gratiæ, ut dicit Rota *in Burgen. Can*. 28. *Aprilis* 1597. coram bon. memor. Card. Pamphilio senior. imptes. per Marches. *de commis. tom*. 1. *part*. 1. *c*. 2. *fol*. 142. attamen per hanc gratiam non verificatam, & non executam, non inducitur vacatio per obitum, Pot. *decis*. 258. *lib*. 3. *in antiq*. Rota *in d. Burgen. Can*. coram Pamphilio, & *in Bracharen. Cantoria* 26. *Maii* 1601. coram Justo, & *in Pampilonen. de Jansi* 28. *Junii* 1605. coram Seraphino.

85 Contrarium tamen videtur sentire Gratiosus Ubertus *in d. prax c*. 6. *de justificat. ex Executione Litterarum Apostolicarum fol*. 250. *v*. & *hac Gratia in forma, dignum* ubi sic loquitur: Ex hæc Gratia in forma dignum nullum tribuit jus in re, sed solum importat mandatum de providendo, quatenus idoneus repertus fuerit, Cassad. *dec*. 1. *n*. 6. *in lit. pend*. Rebuff. *in prax. tit. de rescriptis in forma dignum n*. 2. Et stante clausula apponi solita, *si per diligentem examinationem idoneum esse repereris*, sequitur, ut quod ante purificationem dictæ conditionis idoneitatis nullum impetranti fuerit jus quæsitum, neque etiam ad rem, Bellamer. *decis*. 667. Gabriel. *cons*. 188. *n*. 26. *l*.... potest enim evenire ut in examine non approbetur, Rota *recent. part*. 2. *decis*. 560. *n*. 3. *in fin*. & antequam sit executioni demandata nihil ponit in esse, Mandos. *in reg. de ann. q*. 8. *n*. 3. Rota *recent. part*. 2. *decis*. 590. *n*. 3. Hæc ille: sic etiam sentire videtur Mascob. *in prax. habendi concursum prælud*. 7. *dub*. 21. *n*. 57. ubi dicit, quod 86
provisio in forma dignum dat titulum conditionatum, in Gratiosa vero titulum purum: sed hæc doctrina Uberti intelligenda est juxta supradicta, ut scilicet non dicatur conditionalis quoad substantiam, sed quoad executionem, seu ut sit conditionalis conditione resolutiva, quatenus si idoneus non reperiatur, resolvatur jus quæsitum per gratiam, seu mandatum Papæ, & cum jam gratia purificata est coram Executore, seu de idoneitate coram Executore constitit, Gratia; & collatio facta dicatur in ipso instanti rescripti Apostolici, non vero in tempore executionis, & priusquam conditio rescripti purificetur jus illud pendulum provisi impedit quod interim aliter de eo Beneficio disponi non possit, Rota *d. decis*. 303. *n*. 17. & 18. apud Peuting.

Alia de Litteris in forma dignum dicenda sunt suo loco in capite in quo (Deo dante) tractaturi sumus de Executore in forma dignum. Interim advertas, quod hodie in Dataria non providentur Beneficia etiam simplicia absque approbatione Ordinarii, seu absque Litteris testimonialibus Ordinarii, cum quibus approbet, & fidem faciat idoneitatis, & habilitatis illius qui impetrare cupit Beneficia, & quod non sit inquisitus: nec per hoc expediuntur semper Litteræ in forma Gratiosa, sed quandoque & in forma dignum, nisi petatur quod expediantur in forma Gratiosa, in qua forma augetur taxa, & solvitur aliquid plus; Inolevit hic stylus in Dataria, quia quandoque Beneficia conferebantur minus idoneis, quibus ut plurimum a Magnatibus favetur, illique, qui hodie abjectio plebis existimantur, excludebantur, quod alienum esse debet ab Ecclesia Dei, & a Ministris Christi Domini nostri qui caput est Ecclesiæ, & quia cum concurrant multi ad Beneficia, nec Papa potest habere notitiam singulorum, ne Beneficia conferantur minus idoneis, vel minus dignis, qui plusquam digni favores procurant, quia propria non habent merita; ideo hodie in Dataria non providentur Beneficia absque Ordinariorum Litteris commendatitiis, quod inconcusse observatum fuit per bon. memor. Eminentissimum ac meritissimum Jacobum Corradum Prodatarium Alexandri VII. felicis recordationis. 87

Hæc in quantum ad Litteras. Pro dispensationibus tamen matrimonialibus non dantur Litteræ in forma Gratiosa, sed commissiones ad dispensandum, Corrad. *in prax. disp. lib*. 7. *c*. 2. *n*. 32. Sicut Beneficia Apostolica pro alienationibus rerum Ecclesiasticarum semper conceduntur in forma Commissaria. 88

A D D I T I O

Ad Caput II. Primæ Partis.

De Litterarum necessaria expeditione.

S U M M A R I U M.

Expeditio litterarum requiritur etiam ante Constitutionem Julii III. n. 1. 2. & 3.

Ut sit locus Bullæ Julii III. duo requiruntur, n. 4.

Qui non excusantur a pœna dictæ Constitutionis ob nullitatem actus, vel ob ignorantiam, numer. 5. & 6.

Constitutio Julii III. habet locum solum in provisionibus Apostolicis, n. 7.

Provisus a Papa, si ante expeditionem litterarum obtinet collationem ab Ordinario, & accipit provisionem, incurrit pœnam Constitutionis Julii III. n. 8.

Obtinens Breve de capienda provisione debet expedire litteras infra sex menses, alias inducitur vacatio, num. 9.

Provisus potest expedire litteras super secunda supplicatione, quamvis expediverit alias super prima, n. 10.

Ante expeditionem litterarum potest Rota videre de jure litigantium, n. 11.

Sola supplicatio sufficit ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, n. 12.

Litteris non expeditis, non potest quis dici legitimus Contradictor, n. 13.

Sola supplicatio signata in forma gratiosa *consumit vacationem, licet secus, si in forma* dignum, *numero* 14.

Dispensatio non prodest litteris non expeditis, n. 15. 16. 17. & 18.

Litteræ super supplicatione expediri possunt quandocunque, etiam post mortem concedentis, n. 19. & 20.

Expeditio per regulam rationi congruit *non importat novam gratiam*, n. 21.

Clausula quod sola signatura sufficiat, *eximit ab obligatione expediendi litteras*, n. 22.

In possessorio manutentionis attenditur nudum factum, num. 24.

Provisio in forma gratiosa *non datur nisi constito prius de requisitis, & qualitatibus necessariis*, numero 25.

Provisio in forma dignum *quid importet?* n. 26. 27. 28. & 29.

AD hoc caput secundum hujus primæ partis infrascripta addenda censemus. In primis Sacra Rota in
1 *Valentina Rectoriæ* 17. *Martii* 1651. coram Bichio, penes eundem 455. dixit, quod expeditio litterarum requiritur tantum attenta Constitutione Julii Papæ III. quia de jure communi licitum erat, etiam litteris non expeditis, possessionem capere in vim solius supplicationis; Verum consideramus, quod ante Julii III. Constitutionem erat etiam hoc prohibitum, ut ostensus est in principio hujus capitis secundi; Julius vero III. innovavit Constitutio-
2 nes antiquas, ac illas extendit ad omnia, & quæcunque beneficia, etiam inferiora, in puncto Lotterius *lib.* 3. *q.* 19. *n.* 2. 3. & 17. qui bene adducit *Extravag. injunctæ de elect.* Beneficiorum enim Concistorialium, quæ scilicet per Concistorium providentur, quis non poterat accipere possessionem, & administrationem, litteris non expeditis, ut patet ex Constitutionibus citatis, quas Constitutiones Julius Papa III. extendit ad omnem beneficiorum inferiorum possessionem sub pœna privationis nuper
3 obtenti, & obtentorum antea; & bene Lotterius *loc. citat.* a *n.* 17. *qui n.* 19. reddit rationem hujus ampliationis: quia pœna, quæ imminebat ex sententia hominis in vim præcepti antiqui, parvi fiebat, nec ratio, quod si ante expeditionem litterarum gratia foret imperfecta, fraudarentur Annatistæ, & officiales Papæ de eorum emolumentis, movebat Provisos, quominus præceptum contemnerent, & contemptus oritur ex spretu personæ Legislatoris præcipientis, in quo dilatescit injuria manifesta, sed etiam ex spretu præcepti, cum quid præcipitur sub pœna, nec a non parente separari potest dolus; hinc crescente delicto Summus Pontifex, cui nihil magis cordi est, quam periculo animarum occurrere, justissime auxit pœnam, ut quæ non timebatur tanquam infligenda ex sententia hominis, jam timeretur tanquam inflicta ex sententia juris. Hæc est doctrina Lotterii.

Ut autem sit locus huic Bullæ, & incurratur pœna pri-
4 vationis beneficii nuper obtenti, & obtemptorum prius, duo necessaria sunt, nempe non expedire litteras, & capere possessionem beneficii; quæ extrema verificare debet impetrans, certo modo ex hoc capite non expeditionis litterarum, quod est difficilis probationis, cum debeat percurrere tempus captæ possessionis, scilicet quod non fuerunt expeditæ litteræ, & tamen fuit capta possessio, Lot-
5 terius *in d. q.* 19. Neque evaderet hanc pœnam, si Provisus possessionem caperet nulliter: quia lex seu dicta Constitutio considerat contemptum, qui in simplici facto, etiam nullo bene consistit: Neque admittitur pœnitentia, vel abstinentia ab ulteriori ingestione; nam sufficit, ut apprehendat possessionem litteris non expeditis, in quo consistit consummatio delicti; quo consummato per actum effectuatum, pœnitentia est inanis: quia statim incurrit
6 in pœnam Constitutionis. Nec excusatio ex capite ignorantiæ admittitur, quin possit pœnam declinare. Quæ latius tractat Lotterius *dicta quæstion* 19. *num.* 31. 32. 59. & 60.

Hæc Constitutio locum habet in provisionibus Apostolicis, non autem ab Ordinario factis: quia de jure pro 7
visio potest fieri per quemcunque actum, sive verbo, sive nutu, & sufficit, ut constet de voluntate conferentis, notat idem Lotterius *n.* 27. & 29. Ideo si Provisus ab Ordinario possessionem acceperit, & postea novam provisionem a Papa obtinuerit, non habet locum hæc Constitutio, Rota *decis.* 20. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Lotterius *loco citato dicta quæst.* 19. *n.* 36. quia non consideratur contemptus in isto, sed simplex negligentia; secus autem dicendum erit secundum eundem Lotterium *n.* 40. si e-
converso Provisus a Papa ante expeditionem litterarum 8
obtineret collationem ab Ordinario, & cum tali collatione possessionem intraret; nam esset verus color quæsitus pro eludenda dispositione legis, & major consideratione contemptus. Vide ipsum, qui fusius, &c. & ita canonizavit Sacra Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 196. *n.* 11. & antea *decis.* 226. *n.* 17. & 18. *part.* 6. *recent.* Quia prohibitum est, omisso titulo Apostolico, adire Ordinarium, vel inferiorem.

Quandoque Papa concedit gratiam per Breve, ut quis
possit accipere possessionem Beneficii, præsertim Epis- 9
copatuum, nondum litteris expeditis per Cancellariam, & conceditur Proviso administratio jurisdictionis, non autem exercitium ordinis Episcopalis, & cum decreto, quod infra tempus sex mensium expediat litteras, alias vacet ipso jure Beneficium, seu Episcopatus; quod tempus currit a die datæ Brevis, ut *ibidem* clare exprimitur, non autem a die possessionis pacificæ, ut quidam scripsit; sed post scripta vidimus *decis.* 154. *n.* 18. apud Priolum, In qua videtur dici, quod tempus currat a die possessionis, vel cum capere potuit possessionem, & non cœpit. Secus si adsit impedimentum; nam tunc non currit tempus, & quod dictam opinionem, uti æquam, semper Rota secuta fuit. In casu autem contrario inducitur vacatio ex novo decreto, ut observavit idem Lotterius *dicta quæst.* 19. *n.* 15.

Insuper notandum est, quod quis post expeditionem
litterarum super prima supplicatione potest expedire alias 10
super secunda supplicatione, Rota *decis.* 302. *n.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & 514. *n.* 15. apud Bichium, & hæc possibilitas sufficit ad excludendam negativam non expeditionis litterarum; nam sufficit, quod potuerint expediri litteræ sub eadem data, Rota apud Farinac. *decis.* 82. *post consilia lib.* 1. Rota apud Bichium *decis.* 479. *n.* 16.

Pariter advertendum, quod quamvis etiam litteris non
expeditis, Rota non possit judicare obstante illa regula 11
Cancellariæ de non judicando; attamen hæc regula non adimit facultatem cognoscendi de juribus litigantium ad effectum audientiæ, & disputationis, Add. ad Buratum *decis.* 747. *n.* 5. Rota *decis.* 553. *n.* 11. & 12. *part.* 4. *tom.*
3. *recent.* & *decis.* 184 *n.* 6. & 7. *p.* 16. *recent.* Sola autem 12
supplicatio sufficit ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum ex capite subreptionis, licet litteræ non sint expeditæ, novissime Sacra Rota *in decis.* 159. *n.* 2. *part.* 18. *recent. tom.* 1. Sicuti licet sola supplicatio non sufficiat ad canonizationem gratiæ, si principaliter agitur, secus si incidenter ad probationem tituli, allegatur Rota apud Priolum *decis.* 377. *n.* 13. & 14. Item diximus, quod sola supplicatio sufficit ad excludendum actorem, præsertim si reus sit in possessione; adde optimam decisionem apud Eminentissimum Cerrum 37. *n.* 10.

Item qui non curavit expedire litteras super gratia 13
obtenta, seu provisione Beneficii, non potest dici legitimus contradictor ad impediendum executionem litterarum Apostolicarum, Rota apud Bicchium *decis.* 594. *num.* 15.

Quod sola supplicatio in forma gratiosa consumit va- 14
cationem, etiam si litteræ non sint expeditæ, adde Eminentissimum Cerrum *decis.* 37. *n.* 9. Si fuerit in resignatione signata supplicatio in forma gratiosa secuta datatione, & præstito consensu, est jam perfecta, & litterarum expeditio deservit ad majorem probationem, & fit tunc retrotractio ad Datam supplicationis, nec admittitur probatio in contrarium, Rota *decis.* 270. *n.* 6. & 7. *part.* 17. *recent.* Supplicatio autem signata in forma dignum, ut diximus, non consumit vacationem, adde decis. Rotæ apud Priolum 54. *n.* 17.

Prætermisimus in hoc capite annotare reg. Cancellariæ 52. in qua disponitur, quod nulla dispensatio cui-
quam in judicio, vel extra, suffragetur, antequam su- 15
per ea litteræ Apostolicæ sint confectæ, qua stante *Regula* ex-

la expressa, cessat omnino sententia Moralistarum asse-
rentium, dispensationes in foro conscientiæ prodesse, lit-
teris adhuc non expeditis; *Regula* enim dicit *tam in judi-
cio, quam extra*, quæ verba fuerunt addita a Pontifica-
tu B. Pii V. citra, & credimus, quod Moralistæ hujus re-
gulæ non habuerint notitiam; Ita in terminis docent Coc-
chier. *super dicta regula*, Corradus *in praxi dispensatio-
num lib.* 1. *c.* 6. *n.* 12.

Limitatur notabiliter hæc Regula, ut intelligatur de dis-
pensatione, quæ principaliter, & de per se petitur, non
vero quando fuerit petita accessorie, simul cum provisio-
ne, seu quavis concessione, super qua litteræ fuerint
expeditæ; nam tunc sufficit de dispensatione constare per
supplicationem, Garzia *de benef. part.* 4. *c.* 2. *n.* 33. Cas-
sadorus *decis.* 35. *super dicta Regula n.* .... Cocchier. *in
dicta Regula in fine*, Corradus *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 13. Rota *de-
cis.* 85. *lib.* 2. *&* *decis.* 11. *lib.* 3. *part.* 3. *divers.* & novis-
sime apud Bichium *decis.* 360. *n.* 17. Adest etiam in hac
materia Magistralis *decisio in Cæsaraugustana pensionis* 31.
Januarii 1656. coram Bicchio, quæ est penes ipsum 658.
in qua fuit dictum, Gratiam dispensationis retinendi pen-
sionem profuisse cuidam Joanni de Francix, qui profes-
sionem emisit in Religione Hierosolymitanæ cum sola
supplicatione signata ante professionem, & litteras ex-
17 pedivit super dispensatione retentionis pensionis post e-
missam professionem: Immo etiam post mortem Papæ
Urbani Octavi, qui talem gratiam concessit, & signa-
vit supplicationem: quia dispensatio in forma gratiosa
perfecta fuit ex die signatæ supplicationis, nec *Reg Can-
cell.* illam irritat, sed ad finis externi probationem ex-
pediri litteras mandat: nec dicit gratiam non valere, lit-
teris non expeditis, sed non suffragari, præsertim in illo
casu, in quo non fuit concessa dispensatio ad aliquid fa-
ciendum, sed super facto, scilicet super retentione pen-
sionis jam reservatæ, in qua continuando dispensatus
18 nihil novi agit, nec contravenit Reg. Cancellariæ. Item
fuit dictum *ibid. à n.* 30. quod tunc dispensatio nihil pro-
fuit, quando litteræ nunquam fuerunt expeditæ; illis
vero expeditis quandocunque, tunc dispensatio suffraga-
tur: quia jam fuit satisfactum Regulæ, & gesta medio
tempore sunt validæ, non secus, ac si litteræ expeditæ
fuissent tempore assignatæ supplicationis: quia eo ipso,
quod litteræ expediuntur, suffragantur, a die gratiæ con-
cessæ, & in hoc casu non operatur expeditio litterarum
per viam retroactionis, quo casu litteræ non suffragan-
tur si medio tempore res non esset integra, quia non est
opus ista retroactione: sed quod agitur circa expedi-
tionem attribuitur principio gratiæ concessæ per signa-
turam supplicationis, a qua gratia consideratur secun-
dum tempus, quo supplicatio fuit signata, vide *dictam
decisionem*, in qua latius.

In eadem *decis.* 658. *n.* 4. dicitur, quod litteræ super
19 supplicatione expediri possunt quandocunque, etiam post
mortem concedentis, allegantur decisiones Rotales, at-
que alii Doctores; Quod tamen in quantum ad expedi-
tionem litterarum post mortem concedentis intellige jux-
ta *Regulam Cancell. rationi congruit*, & notavimus in
hoc capite secundo, respectu scilicet immediati successo-
ris in Pontificatu; nam, si supplicatio esset signata ab alio
Papa non immediato, tunc in Regula prædicta præscri-
bitur tempus sex mensium. Post scriptam vidimus novis-
simam decisionem Sacræ Rotæ apud Priolum 154. *n.* 20.
in qua sic dicitur: *Nec adversatur, quod breve emana-
verit sub Innocentio X. sanctæ memoriæ, ideoque propter
obitum illius expeditio litterarum subsecuta sit inefficax,
ex regula* 12. *Cancellariæ, de qua fit mentio in* 2. *decis.*
26. *Maii* 1657. §. *finali*. *Nam illa loquitur de litteris
jam expeditis ante mortem Papæ concedentis, & nondum
præsentatis; non autem de termino expediendi Bullas su-
per supplicatione signata à Pontifice immediate prædeces-
sori, quæ potest quandocunque expediri sub successore, quid-
quid sit de aliis prædecessoribus non immediatis, juxta
dispositionem Regulæ* 10. *Cancell.* sicuti docet Mandosius,
Rebuff. &c.

Ad ea, quæ scripsimus de expediendis litteris post
20 mortem concedentis per *regul. rationi congruit*, adden-
dum est, quod expeditæ litteræ per dictam regulam suf-
fragantur non solum a die expeditionis illarum, sed et-
iam a puncto concessionis gratiæ, seu signatæ supplica-
tionis, ut ex multis Doctoribus firmavit Rota *in dicta
decis.* 658. *n.* 32. *& decis.* 645. *n.* 30. apud eundem Bichium,
ibique etiam allegantur aliæ decisiones Sacræ Rotæ, nec

habenda est ratio de subsecutis post signatam supplica-
tionem, dummodo litteræ expediantur, ut in *dicta de-
cis.* 658. *n.* 46.

Et quod hæc expeditio litterarum per *regul. rationi con-
gruit* non importat novam gratiam, citatis in supra ci- 21
cto capite secundo adde *dictam decisionem* 645. *n.* 30. &
ad ea, quæ *n.* 28. scripsimus, quod nihil possit immutari;
alias si quid novi addatur esset subreptitia expeditio. Adde
dictam decisionem apud Bichium 658. *a n.* 43.

Ab onere autem expediendi litteras liberat illa clausula, 22
quod sola signatura sufficiat.

Ad scripta *n.* 39. adde *decisionem* 379. *n.* 6. apud Bi- 23
chium *n.* 43. scripsimus, quod in possessorio summarissi-
mo manutentionis attenditur nudum, & simplex fa-
ctum. Adde *decis.* 242. *n* 2. *&* 168. *n.* 12. *&* 415. *n.* 10. 24
& 20. *part.* 16. *recent.* apud Priolum 108. *n.* 5. apud E-
minentissimum Cerrum 130. *n.* 3. *&* 4. 336. *n.* 21. Nec
requiritur exhibitio tituli, etiam in beneficialibus, apud
Eminentissimum Cerrum 79. *n* 1.

Diximus *n.* 70. quod provisio in forma gratiosa non
datur, nisi constito prius de qualitatibus, & requisitis ne- 25
cessariis. Adde *decision.* 160. *n.* 4. *part.* 15. *recent.* & no-
vissime *decis.* 90. *n.* 6. *part.* 17. *&* 249. *n.* 1. *p.* 18. *recent.*
& apud Eminentissimum Cerrum 832. *n.* 3.

Ad scripta *n.* 72. *cum sequenti*, ubi locuti fuimus de
provisione in forma dignum, addendæ sunt duæ novis- 26
simæ Sacræ Rotæ decisiones, una in *Bergen. Abbatiæ*
17. *Junii* 1669. coram Albergato 141. *n* 33. *part.* 16. *re-
cent.* Altera in *Illerden. coadiutoriæ* 4. *Julii* 1670. coram
Boutlemont 333. *n.* 12. *eadem part.* 16 *recent* In quarum
prima ita dicitur: *Gratia enim in forma dignum opera-
tur, ut beneficium habeatur pro collato remanente suspen-
sione tantummodo circa executionem ratione examinis, &
collationis ab executione facienda*, ut bene explicat Garz.
de Beneficiis part. 2. *c.* 1. *n.* 130. *& seq.* Lotter. *de re be-
nef. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 67. *& seq* Addent. ad Gregorium *de-
cis.* 305. *n.* 8. *ad med. v. Quando vero versemur*, & dixit
Rota *in recent decis.* 539. *n.* 1. *&* 2. *part.* 4. *tom* 2. *& de-
cis.* 125. *n.* 19. *cum seq. part.* 10. *ubi quod hujusmodi gra-
tia est adeo pura, ut deducta coram executore idoneitate
Provisi, collatio facta dicatur in ipso instanti rescripti
Apostolici, non vero in illo, quo executor exequitur.* In
secunda vero *an.* 12. ita dicitur: *Et licet dicta gratia fue-
rit concessa, atque expedita in forma commissaria cum* 27
*clausula in forma dignum, ex eo quod prætendatur gratia coa-
diutoriæ adveniente obitu coadiuto antequam executio secuta
esset, validum non potuisse sortiri effectum ob inhabilita-
tem extremorum, per regulam textus in l. necessario, §.
quod si pendente, ff. de per. & comm. rei venditæ, & in l.
bonorum ff. rem ratam haberi, neque aliquod jus in re tri-
buere, sed conditionalem importare tantummodo dispositio-
nem mandati de providendo, quatenus idoneus reperiatur*,
Rebuf. *in prax. de rescriptis in forma dignum, n* 2. *&* 3.
Garz. *super regul* 8. Gloss. 15. § 2. *n.* 56 Rota *decis.* 560.
n. 2. *v. gratia Annibalis, part* 2. *recent. Quod mandatum
de providendo nihil operari debet in coadiutoria, nisi exe-
cutioni demandetur, durante vita coadiutoris, veluti acci-
dit in mandato de providendo resignatario*, Rota *decis.*
95. *n.* 13. *& seq part.* 6. *recent. & dec.* 539. *n.* 3 *part* 4.
tom. 3. *recent. argumento a resignatione ad coadiutoriam re-
cepto*, Rota *decis* 57. *n.* 7. *&* 8. *part.* 4 *tom.* 2. *recent. &
decis.* 108. *n.* 2. *lib.* 2. coram Puteo; *Attamen Domini cen-
suerunt objectas allegationes non applicari facto præsenti;
quia non agitur de provisione, cujus substantia sub conditio-
ne mandati de providendo pendeat, prout sunt casus dicta-
rum allegationum: sed de executione, seu declaratione gra-
tiæ jam puræ, & absolute perfectæ, quæ nihil addit de no-
vo, & quandocunque potest fieri, l. heredes palam, §. si
quid ff. de testam. c. pastoralis, §. ult. de testamentis*, Pa-
risius *de resignatione lib.* 9. *q.* 24. *n.* 19. *& in specie, quod
executio clausulæ commissariæ, quatenus idoneus reperitur,
incidat potius in monitionem, quam in conditionem*, dicit
Gloss. *in Clem. unica, verbo repererim, de officio delegati*,
Felin. *in c. ult. n.* 18. *de præsumptionibus*, Rota *decis.* 4. *n.*
4. *de filiis presbyterorum, quodque idoneitate agnita, &
detecta in executionis complementum collatio censeatur fa-
cta de tempore rescripti Apostolici*, notat Lotterius *de re
benef. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 68. & censuit Rota *decis.* 12. *n.* 4. *de
concess. in nov.* & in propriis terminis coadjutoriæ respon- 28
dit *in dicta decis.* 122. *n.* 20. *part.* 10. *recentiorum*.

Item notandum est, quod in *decis.* 176. *n.* 2. *part.* 17. *re-
cent.* dicitur, quod licet gratia in forma *dignum*, seu

mandatum de providendo antequam executioni demandetur, nullum jus tribuat proviso; attamen hæc regula intelligitur, quando mandatum non fuit justificatum, seu justificari non potest; secus ubi fuit justificatum, vel possibilis est justificatio: puta quia resignatarius tempore gratiæ erat idoneus, licet idoneitas occulta erat executori;
19 & *n. 3. ejusdem decis.* dicitur, quod litteræ in forma *dignum* non sunt conditionales: quia illa verba, *quatenus idoneus, &c.* respiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de jure inest, & sonant potius in monitionem, & instruunt potius executorem, & ideo non sunt conditionales quoad substantiam, sed tantum respectu executionis, & ibi allegatur Eminen. de Luc. *discurs. 35. in fin. & discurs. 36. n. 6. v. ex istis, & discurs. 31. in fin. v. dicebam, de benef. & decis.* 83. apud Caval.

CAPUT III.

Cui, seu quibus Litteræ Apostolicæ super Gratiis concessis dirigi debeant, præsertim in Beneficialibus? Qui Ordinarii nomine veniant, & quando Executores dati mutari possint?

SUMMARIUM.

1 *Concil. Trident. mandavit, ut causæ omnes coram Ordinario in prima instantia tractari debeant.*
2 *Concilium non loquitur de executione Litterarum Apostolicarum Beneficialium.*
3 *Si ad executionem Litterarum Apostolicarum allegetur aliqua exceptio requirens altiorem indaginem, tunc judicium coram Ordinario faciendum est secundum Barbosam.*
4 *Fallit si Executor esset mistus, vel Gratia esset signata manu Sanctissimi.*
5 *Adducitur sententia Salgadi.*
6 *Salgadus tenet, quod à regula Tridentini excipiuntur Litteræ Executoriæ super provisione Beneficiorum reservatorum.*
7 *Si Litteræ super provisione Beneficiorum fuerint alteri directæ, quam Ordinario, & subscriptæ a Papa, tunc Executor cognoscit via Ordinaria super omnibus, secundum Salgadum.*
8 *Via Executiva comprehenditur sub Decreto Trident. secundum Salgadum contra Barbosam.*
9 *Cum expeditio fit in forma Gratiosa, tunc Papa ipse providet, & facit Gratiam, & dat quos vult Executores, ac etiam cui vult committit.*
10 *Cum Papa signat Gratiam in forma dignum, tunc non ipse immediate confert, sed dat mandatum ad providendum, & committi debet executio Ordinario.*
11 *Gratias, quas Papa facit per Breve, tunc si ipse facit, dirigit Brevia ipsis Oratoribus; cum mandat fieri, committit Ordinariis.*
12 *Semper, quando Papa dat mandatum ad aliquam Gratiam, sive per Litteras sub Plumbo, sive per Brevia, Litteræ diriguntur Ordinariis in prima instantia.*
13 *Ordinarius potest allegari, uti suspectus antequam ipsi Litteræ dirigantur, sed de raro.*
14 *Ordinarius, cum recusat exequi Litteras, adiri debet Sedes Apostolica a qua diriguntur aliæ Litteræ viciniori Episcopo.*
15 *Executor secundo loco datus in defectum primi non debet exequi Litteras, nisi vocato primo Executore deputato.*
16 *Cum Litteræ expeditæ sunt in forma dignum antiqua, quo casu una Bulla expeditur, si Ordinarius, cui directa est Bulla renuat exequi, adiri debet Sedes Apostolica, ut committat viciniori; si in forma dignum novissima tunc conceditur altera Bulla directa viciniori in defectum Ordinarii Executoris.*
17 *Secundus Executor non potest procedere, nisi data negligentia primi, de qua constare debet juridice.*
18 *Primus Executor re integra potest purgare moram.*
19 *Non dicitur negligens ante justificationem Litterarum.*
20 *Tondutus dixit recurrendum esse ad Metropolitanum in casu negligentiæ, sed male.*
21 *Ordinarii nomine veniunt Episcopus, ac etiam Vicarius Generalis.*
22 *Ex stylo inveterato Datariæ, & Cancellariæ, Litteræ, quæ per ipsam Cancellariam expediuntur, semper Vicariis Episcoporum diriguntur.*
23 *In Regnis, & Provinciis ultramontes committuntur Litteræ Officialibus; quia sic vocantur Vicarii Episcoporum.*
24 *Litteræ per Breve quandoque Episcopis diriguntur, & fit commissio Episcopo, sive ejus Vicario.*
25 *Et cum commissio est facta Vicario, non potest se intromittere Episcopus.*
26 *Collatio facta ab Episcopo, cum Litteræ fuerunt directæ Vicario, non tenet.*
27 *Cum Litteræ sunt directæ Episcopo, non potest Vicarius se intromittere.*
28 *Litteræ, si fuerint expeditæ per Breve, in quo adest illa disconcinua, vel, tunc unusquisque potest procedere.*
29 *Litteræ, si fuerint directæ Vicario, illo remoto, successor in Officio poterit procedere, & executioni Litteras demandare.*
30 *Vicario Capitulari Dataria, & Cancellaria non dirigit Litteras.*
31 *Si Vicarius Episcopi efficiatur Capitularis, non poterit amplius procedere ad Litterarum executionem.*
32 *Litteræ, si fuerint directæ Vicario Episcopi, cum Episcopus moritur, nec ipse amplius potest exequi, nec Vicarius Capitularis, sed expectare debet, vel novus Episcopus, vel recurrere ad Sedem Apostolicam pro mutatione Executoris.*
33 *Vicarius Apostolicus exequitur Litteras directas Vicario Generali Episcopi.*
34 *Cum Oratores sunt nullius Diœcesis, Litteræ diriguntur viciniori Episcopo, & quis dicatur vicinior.*
35 *Nomine Ordinarii venit etiam Prælatus habens jurisdictionem, quasi Episcopalem.*
36 *Attento stylo Curiæ, Litteræ non committuntur Vicariis Prælatorum inferiorum, nec ipsi, præciso privilegio possunt exequi Litteras Apostolicas.*
37 *Prælatus inferior, qui subest Episcopo, non venit nomine Ordinarii, cui Litteræ Apostolicæ diriguntur, quod sit in materia jurisdictionali.*

SAcrum Trident. Concilium mature, magnaque circum- 1
spectione in *sess. 24. c. 20. de Reformatione*, statuit quod
causæ omnes etiam Beneficiales in prima instantia coram
Ordinario tractari, decernique deberent, nisi tamen ex
urgenti causa aliter expedire decreverit Summus Pontifex,
& tunc id facere debeat Papa per speciale ejus rescriptum
manu propria signatum. Sub hoc Concilii Decreto non
comprehendi executiones Litterarum Beneficialium, quam- 2
plurimi Doctores notaverunt, præsertim accuratissimus
Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 81. n. 17. &
in appendice de alleg. et. etiam n. 17.* Novarius *in practicalibus juris Can. tit. de causis primæ instantiæ, concl. prima,
alias 54.* quia Concilium loquitur de litibus, & causis ordinariis, in quibus datur instantia, non autem tractat de
executionibus Litterarum Apostolicarum, quæ omnino
sunt extrajudiciales; quod etiam iterum docuit idem Barbosa *in remission. ad Tirad. loc. cit. n. 12.*

Addit Barbosa, quod si ad executionem Gratiæ Aposto- 3
licæ allegatur aliqua exceptio, quæ altiorem requirat indaginem, & reddi posset ex ea Gratia nulla, quia tunc necessario datur instantia, non posset auferri jurisdictio ab Ordinario in prima instantia, juxta dictum Decretum Concilii, & ad hoc allegat Florem de Mena *lib. 1. q. 12. n. 17.* Ricc. *in praxi aur. resolut.* 339. Garz. *part. 1. c. 5. n. 546.* & seipsum *in praxi exigend. pens. q. 7. n. 10.* Tamen tunc licet Executor teneatur remittere Ordinario causam, ut de exceptionibus plenarie cognoscat, non tamen tenetur supersedere in executione, nec Ordinarius poterit Executori inhibere, aut aliter impedire Executorem, allegat Garz. *d. c. 5. n. 525.* Salgadum *de regul. protec. 3 part. c. 3. n. 44. & 45.* & seipsum, nisi tamen nullitatis exceptio proposita ex eisdem actis, & lectura Litterarum pateret, nec requireret altiorem indaginem, nam tunc executio omnino cessaret, allegat Peregrinum *de manu regia tom. 1. c. 9. n. 17. & seipsum in d. q. 7. n. 5.*

Si tamen ex verbis Litterarum Executor esset mistus, quia 4
partes Judicis teneretur assumere, vel Gratia esset signata
manu Sanctissimi, tunc talis Executor non teneretur causam
Ordinario remittere, ut cognoscat de exceptione apposita,
sed ipse poterit de illa cognoscere ad effectum exequendi:
quia ex appositione manus Sanctissimi censetur avocata

causa

causa ab Ordinario, ita Barbosa *in d. alleg. 81. n. 17 & in Appendice ad d. allegationem eadem n. 17.* quem sequitur Novar. *loc. cit.* & fuit doctrina Flores de Mena *d. q. 12. n. 17.*

5 D. Franciscus Salgadus *in suo tractat. de retent. Bullarum part. 2. cap. 34. a numer. 53.* fusius tractat hanc rem, & postquam Barbosa, Novar. & Flores de Mena sententiam retulit, loquens de Litteris Apostolicis super provisione Beneficiorum dicit, quod non expediuntur super Beneficiis reservatis, & affectis, & tunc cuilibet licite committi possunt, & Executor datus licite procedit ad executionem, nec in hoc casu locum sibi vindicat Trident. prout declarasse dicit Gregorium XIII. in quadam sua Constitutione, & declarasse etiam Sacram Congregationem, quod iterum adnotavit *part. 2. cap. 10.* Verum si tunc in executione compareat aliquis, & legitime opponat, & sit audiendus, quia legitimus contradictor, tunc cognitio spectabit ad Ordinarium, cui spectat cognitio in prima instantia, & ad hoc citat Barbosam, & Navarrum. Sin autem Litteræ sunt expeditæ super executione Gratiæ Beneficii non reservati, vel aliter affecti, tunc dicit Salgad. *loco cit. num. 56.* si manu Sanctissimi non fuerint signatæ Litteræ, tunc prima instantia pertinebit ad Ordinarium, etiam super executione, ut idem dicit *num. 48.* quod latius explicat Salgadus, & reprobat Garziæ doctrinam *de benef. quæst. 6. cap. 2. n. 110.* & tenet cum Flores de Mena

6 *lib. 1. quæst. 12. & q. 4. n. 35.* Docet enim ibi Salgadus, quod a dicta regula Tridentini excipiuntur duntaxat Litteræ expeditæ super provisione Beneficiorum reservatorum, vel affectorum Sedi Apostolicæ: in cæteris vero Executoribus firma remanent dispositio Trident. quod etiam docuit *part. 2. cap. 10.*

7 Sin autem Litteræ fuerint subscriptæ a Sanctissimo, & directæ alteri, quam Ordinario, tunc tenet Salgadus *d. capit. 34. num. 57.* quod ille Executor habebit cognitionem, non solum super exceptione, sed etiam super alia via ordinaria, ex Decreto Trident. ad quod cum requiratur, quod ex forma commissionis recipiat facultatem assumendi partes Judicis per aliquam clausulam, uti si fuerint expeditæ Litteræ sub intrusione, vel in forma dignum, & quod manu Sanctissimi sint subscriptæ, respectu cujus Signaturæ Concilium introduxit novam formam, cum de jure antiquo esset avocatio, statim ad alteræ fuissent Litteræ directæ; requirit enim Trident. Signaturam Sanctissimi.

8 Insuper Salgadus *in d. cap. 34. n. 63* reprobat doctrinam Barbosæ, & Novarii dicentium, viam executivam, & processum extrajudicialem non comprehendi sub dicto Trident. Decreto, ex quo non habent instantiam, nam dicit eos loqui contra juris principia, & se remittit ad ea, quæ dixit in *cap. 10. d. part. 2.* Hæc, & alia ibi latissimè more solito.

9 Sed aliter præsens materia resolvenda est, & de via ordinaria agendum est alibi, siquidem in Beneficialibus cum dantur Litteræ in forma Gratiosa, quia tunc Papa ipse providet, confert, & Gratiam immediatè facit, dat Executores, quos vult, & plerosque ad pertinentem ipsius provisi, & solet committere tribus insolidum in Dignitate tamen constitutis, quibus nudum tantum ministerium committit immittendi duntaxat in possessionem provisum, & ut diximus, dicuntur meri Executores, & nullam habent ex se jurisdictionem, nisi per accidens, cum scilicet de meris efficiuntur mixti ratione contradictoris, vel possessoris, de qua re suo loco; interim scire sufficiat quod provisionibus factis in forma Gratiosa Papa dat Executores, quos vult, & nominat pars ipsa, & etiam Romanæ Curiæ Prælatos, nec tenetur dirigere Litteras Ordinario.

10 Cum vero expeditio Litterarum fit in forma dignum, quia tunc Papa non providet immediate, sed ut notatum est, dat mandatum de providendo, semper committit Ordinario, ut verificatis expositis, & idoneo existente impetrante, Apostolica auctoritate provideat, seu conferat Beneficium impetranti tale mandatum, ut Tridentini mens servetur, & procedit si expediantur in forma dignum, sive antiqua, sive novissima; nam semper primo diriguntur Litteræ Ordinario loci, quo recusante, vel negligente, tunc devolvitur jurisdictio ad viciniorem, ut mox latius explicabimus, & notavit Amaydeu *d. lib. 1. cap. 5. sub n. 38.* Sicuti etiam omnia mandata ad dispensandum, seu dispensationes statuit Sacrum Concilium Trident. *sess. 22. cap. 5. de refor.* quod omnia, seu omnes committamus Ordinariis locorum, & quæ gratiose impetrata fuerint, voluit, quod non sortiantur effectum, donec ab eisdem Ordinariis locorum tanquam Sedis Apostolicæ delegatis summarie, & extrajudicialiter cognoscatur expressas preces subreptionis vitio non subjacere; ut expresse ibidem cavetur, & præ cæteris adnotavit Corrad. *lib. 2. cap. 4. & lib. 7. cap. 4. n. 10. prax. disp.*

11 In cæteris vero gratiosis, quas Papa concedere solet per Breve, si totaliter, & absolute gratiam facit, & tunc non dat Executores, sed ipsi Oratori dirigit Gratiam, seu Breve; ut sunt Brevia in quibus dispensat super ætate, extra tempora: aliquando vero licet faciat Gratiam, & dirigat ipsi Oratori Breve; attamen vero concedit Gratiam arbitrio Ordinarii, vel exequendam ab Ordinario verificatis expositis; cum verbi gratia Papa concedit Gratiam, ut quis possit habere Oratorium privatum: ut valetudinarius possit vesci carnibus in diebus vetitis ab Ecclesia, vel dispensat super aliqua irregularitate, vel quid simile: aliquando vero licet per Breve concedat, tamen committit Ordinariis, & aliis in dignitate constitutis in solidum, ut Gratiam exequantur, ut sunt Brevia super alienationibus bonorum Ecclesiasticorum, super concordiis, & similibus materiis.

12 Generaliter tamen notes, quod semper quando Papa non facit Gratiam, sed faciendam committit, seu pro illa facienda dat mandatum, semper Ordinariis locorum committit, sive hoc faciat per Literas sub plumbo, ut in materiis Beneficialibus, sive per Breve cum Annulo Piscatoris in aliis materiis, quia cum ipse notitiam non habeat de expositis, committere æquum est ac necessarium Ordinariis locorum, qui plenam cognitionem, & certitudinem habere debent, ne contingat, ut Gratiæ concedantur indignis, & contra mentem Papæ, cujus intentio est limitata: & hic stylus inconcusse servatur.

13 Sed quandoque contingit, ut alteri, quam Ordinario dirigantur Litteræ, quia datur pro suspecto Ordinarius, & quidem si suspectio allegatur antequam Litteræ sint commissæ, Corradus *in prax. material. lib. 7. cap. 4. a n. 25.* dicit, quod obtineri potest, quod alteri viciniori Ordinario committatur, & quod hoc sæpe in Beneficialibus contingere potest. Verum licet hoc etiam concedat Amayden *lib. 1. cap. 19. in princ.* attamen dicit, quod non ita de facili hoc admittit Dataria, sed valde raro, & ex urgenti causa, quod credo verissimum; nam non ita de facili removeri debet Ordinarius, præsertim cum si Ordinarius renuat exequi, vel contra Literas impetratas judicaverit, adest remedium, ut tunc viciniori Literæ committantur de novo, ut patebit: igitur non ex simplici suspectionis allegatione removeri debet Ordinarius etiam in Litteris Gratiosis.

14 Sin autem Litteræ jam expeditæ fuerint, & directæ Ordinario, ut est consuetum, tunc si Ordinarius requisitus eas exequi, adiri debet Sedes Apostolica pro mutatione Executoris, & tunc impetrantur Literæ directæ viciniori Ordinario, attento, quod proprius Ordinarius Litteras Apostolicas impetratas recusavit exequi: & in his servandis Litteris directis Ordinario viciniori apponetur clausula, quod requisito prius Ordinario Oratoris, ejus Promotore Fiscale audito, si idem Ordinarius ad præfatam Litterarum Executionem indebite, & sine rationabili causa procedere recusaverit, & causam legitimam recusationis non adduxerit, tunc ipse vicinior Ordinarius exequatur Litteris juxta earundem formam, ut notavit præ cæteris Corrad. *in praxi dispens. lib. 7. cap. 4. sub n. 25. vers. si*

15 *naturaliter*, ubi etiam *n. 26.* docet, quod secundus Executor vicinior nullo modo potest procedere ad Litterarum executionem, nisi requirat prius proprium Ordinarium cum inserto tenore Litterarum sibi præsentatarum; nec sufficiat, ut partes ipsæ requirant proprium Ordinarium, ut velit exequi, ut latius Corrad. & dixerat antea *lib. 4. cap. 5. n. 53. & 54.*

16 Quod quidem in Beneficialibus etiam servatur; siquidem Litteræ si sint expeditæ in forma dignum antiqua, quo casu non expediuntur Literæ Executoriæ, sed una duntaxat Bulla, tunc si Ordinarius cui sunt directæ Litteræ renuat, debent impetrari a Sede Apostolica novæ Litteræ, ut supra dictum est, directæ viciniori, vel Metropolitano, ut requisito prius proprio Ordinario, eoque renuente, ipse Executor, & fieri debet requisitio juridice per Litteras cum inserta forma ab ipso Executore viciniori, ut dictum est: sin autem in forma dignum novissima, qua attenta eodem tempore dantur secundæ Litteræ Executoriæ directæ, vel viciniori, vel Metropolitano, in quibus conceditur,

ceditur, quod si Ordinarius infra triginta dies exequi recusaverit, vel alias negligens fuerit, ipse Executor, ut statuit B. Pius V. in sua Bulla *Cogn.* 32. in Ordine; in omnibus resignationibus Beneficiorum servandum, & ponit formam Litterarum expediendarum.

17 Hic tamen secundus Executor non poterit procedere ad executionem nisi data prius negligentia primi, de qua legitime constare debet per requisitionem, & in actis deduci; nec sufficit hoc esse verum, ut latissime discurrit Garzia *part.6. c.2. an.60. cum seqq.* Rota penes Posth. *dec.*650. Rota *part. 1. rec. dec.* 773. Addentes ad Greg. *dec.* 46. *n.*12. Amayden *lib. 1. c. 5. sub n.*38. *in fine*, Massob. *in praxi habend. concurs. reg. 5. d. q. n.* 4. A quo recedendum esse puto in eo, quod docet, quod secundus Executor non teneatur requirere primum, sed sufficit quod in actis constet, quod fuerit requisitus per partem post Litterarum præsentationem, & executio non sit facta; nam aliter praxis se habet.

18 Poterit tamen, si res est integra, moram protogare, & exequi Litteras Ordinarius proprius, cui fuerunt directæ Litteræ, Garz. *loc. cit.* Massob. *in prax. hab. cancl. reg.* 5. *dub.* 11

19 Non poterit tamen dici negligens ante Litterarum justificationem, ut dixit Rota *in d. decis.* 650. penes Posth. Sicuti cum compareat aliquis legitimus contradictor, seu alius possessor, & opponit de jure suo, quia tunc procedi debet juris ordine servato, & citato in posterum, qui se opponit, ut dicendum est suo loco. Ideo non potest dici de negligentia, ex Garz. *loc. cit.* docet Salgad. *de ret. Bull. part.* 2. *cap.* 34. *n.* 101. Massob. *reg. 5. dub.* 8. *in principio*.

20 Ex his non acquiesco libenter doctrinæ Tondut. *part.* 2. *c.4. §.2. n.6.* dum ibi scribit, quod quando Ordinarius non vult exequi Litteras, sit in potestate impetrantis utrum malit recurrere ad Metropolitanum, aut eo relicto ad unum ex vicinioribus; si enim Tondut. intellexit de recursu ad Metropolitanum vigore appellationis ordinariæ, ejus doctrina non placet, quia Ordinarius tunc fungitur Apostolica authoritate delegata, ideo recurrendum erit ad Sedem Apostolicam; si vero Tondut. intellexit, quod adiri potest vel Ordinarius vicinior, vel Metropolitanus ratione Litterarum Apostolicarum Executorialium, prout credo, quod fuerit locutus, & tunc ei acquiescendum erit; sed hac de re alibi: cum tamen Ordinarius pronunciaverit Litteras non esse exequendas tanquam subreptitias, tunc non poterit adiri secundus Executor, qui tantum censetur datus in casum negligentiæ; nam tunc ad Papam recurrendum est, Rota penes Peut. *decis.* 168. *n.* 20.

21 Ordinarii autem nomine pro certo tenendum est, quod venit Episcopus, ac ejus Vicarius, seu Officialis generalis, qui secundum communiorem opinionem Ordinaria jurisdictione potitur, & omissis aliis novissime eruditus, & amicus Carulus Peregrinus *in sua prax. Vicariatus part.* 1. *sect.* 2. *subs.* 3 Unde inolevit stylus Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, quod Litteras Apostolicas semper committunt Vicariis Episcoporum, sive Beneficialium, sive dispensationum super gradibus prohibitis ad finem contrahendi matrimonium, vel continentes aliquod aliud mandatum ad gratiam; & quia in Regnis, & Provinciis ultra montes Alpinos Vicarius Episcopi vocatur Officialis, ideo pro illis Regionibus Dataria, & Cancellaria committit

22 Officialibus: observavit practicus Corrad. *in praxi dispen.* 18. & 19. Nunquam tamen Litteræ sub Plumbo commit-

23 tuntur Episcopis, & eorum Vicariis, sed vel Episcopis, vel Vicariis uni scilicet, quod etiam mandavit d. B. Pius in sua Constitutione *Cogit.* 32. in ordine, & fere semper Vicariis Episcoporum committuntur, & diriguntur, ut observat Garzia *d. p* 6. c. 2. *n.* 43. Licet tamen cum Litteræ

24 expediuntur per Breve sub Annulo Piscatoris, dirigi solent Episcopo, sive eius Vicario, & ita scribitur foris: Venerabili Fratri Episcopo N. sive Dilecto filio ejus Vicario in Spiritualibus generali, &c. quod sæpius vidi. Et illud observatione dignum est, quod cum Litteræ Apostolicæ diriguntur Vicario, Episcopus non potest aliquo modo illis se intromittere, quia cum diriguntur Vicario, nomine Vicarii non venit Episcopus; nam licet idem Tribunal sit Episcopi cum Vicario, & quasi eadem censetur persona: attamen hoc procedit in negotiis, quæ jure ordinario spectant ad Episcopum, non autem in delegatis; nam tunc distinctæ sunt personæ, & jurisdictio non egreditur personam Delegati, cui scilicet facta est commissio; nam verba tantum valent quantum sonant, alias nulliter agitur, Decius *in c quoniam*, Abbat *n.* 62. *de offic. Deleg.* Zab. *in Clem* 2. *de rescriptis n.* 10. Ugolin. *de potest. Episc. c.4. §.7.* Gratian. *cap.* 92. Salgad. *de ret. Bull. part.* 2. *c.*34. *n.* 15. ubi multus allegat Sanchez *de Matrim. disput.* 27. *n.*30. Meroll. *tom.* 2.

disp.4. dub.6. de dispensatione in legib. dub. 33. *n.* 602. Cor- 25
rad. *lib.7. c. 4. n.*38. *qui n.*41. dicit fuisse declaratum in Urbe, pœnitentiam datam ab Episcopo vigore dispensationis matrimonialis in absentia Vicarii non profuisse, sed de novo oportuisse Oratorem facere pœnitentiam; hanc etiam sententiam tenet Garz. *de benef. part.6. cap.* 2. *n.* 20.
& 21. qui loquitur in Beneficialibus, & dicit, quod alias 26
collatio facta ab Episcopo, nec tunc coloratum titulum præbeat, nec juvari posse regula de triennali, sequitur Tondut. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. §. 2. *n.* 1.

Et vice versa si Litteræ fuerint directæ Episcopo, nec 27
poterit Vicarius vigore Officii se ingerere in illius executione antequam Episcopus ei subdeleget, si causa erit subdelegabilis, & si ab ipso Papa fuerit delegatus, ut notant DD. citati; quibus adde Campanile *in divers. juris Canonici rubr.* 11. *cap.* 13. *n.* 148. Merolla late *d. tomo* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *n.*602. *qui n.*63. dicit: Si Vicarius cui facta est commissio creatur Episcopus ejusdem Diœcesis, non poterit procedere ad expeditionem, si commissio facta fuerit sub nomine proprio personali.

Cum autem Litteræ fuerint expeditæ per Breve, & in 28
illo fuerit illa disjunctiva, sive Venerabili fratri Episcopo, sive Dilecto in Christo filio Vicario; tunc non opus erit subdelegatione, si insolidum facta est commissio.

Si Litteræ fuerint directæ Vicario, illo remoto, succes- 29
sor in ejus officio poterit dictas Litteras ad executionem demandare, & perficere mandatum, seu commissionem, quia illud sive illa facta est non personæ, sed Tribunali, & intuitu Officii, ad textum *in c. quoniam*, Abbas *de offic. Jud. delegati*, ubi Abbas. & Canonistæ. Paris. *de regn. lib.* 1. *q.* 11. *n.*17. Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 67. Capra *consil.* 67 *n.*32. Gamb. *de Offic. legali lib.*8. *q.*97. Garzia *d. par.* 6. *c.* 2. *n.* 54. Corrad. *in praxi dispens. lib.* 7. *c.* 4 *n.* 36. *versic. his tamen non obstantibus & versic. quare*, Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *c.* 6. *dub.* 33. *n.* 564. *& n.* 569. Grat. *c.* 92. *n.* 15. Genuensis *in praxi cap.* 69. *in editione Romana*, *& alii*, & ita decisum in Rota dicit Parisius *loc. cit.* Quicquid in contrarium scripserint multi; sed in contrarium est observantia, quæ procedit sive re integra, sive re non integra removeretur, seu moriatur is cui delegatio facta, quia nunquam Dignitas cui facta est commissio, moritur, Mer. *loc. cit. n.*567.

Vicario Capitulari Sede vacante Dataria, & Cancella- 30
ria non dirigit Litteras; nam licet Capitulum dicatur succedere in Episcopi jurisdictione in spiritualibus, & temporalibus: attamen prædicta rescripta non ei diriguntur, sed viciniori Episcopo, ut stylus est; imo directas Vicario Episcopi ipse Vicarius Capitularis non potest aliquo modo exequi, sive sint dispensationes, sive Litteræ in forma dignum, seu alterius materiæ, ut optime observavit Corradus *lib.* 7. *c.*4. *n.* 11. Garzia *par.*6. *c.* 2. *n.*40. 41. *&* 44. *cum seq.* Merolla *sub n.*604. licet alii in contrarium scripserint.

Immo si Vicarius Episcopi, cui directæ fuerunt Litteræ 31
Apostolicæ, mortuo Episcopo efficeretur Vicarius Capitularis, non posset exequi has Litteras, ut Garzia *loc. cit.* & Corradus: quicquid alii rescripserint in contrarium Sanchez *lib.* 8. *disput.* 27. *num.* 32. quia in contrarium stat stylus Cancellariæ, & Curiæ; nam tunc est Vicarius Capituli non Episcopi, cui Litteræ sunt directæ, nec Cancellaria consuevit Litteras Capitulari Vicario dirigere; stylus Curiæ enim est attendendus, & non opinio Doctorum.

Sic etiam si Litteræ fuerint expeditæ vivente Episcopo, 32
& directæ Vicario suo Generali, si ante præsentationem Episcopus diem agat extremum, vel etiamsi fuerint præsentatæ non tamen executæ; nam tunc non poterit nec ipse Vicarius Generalis, quia jam Officium ejus illico expirat, & desinit esse Vicarius; nec Capitularis exequi, vel executionem cœptam perficere, quia ipsi non sunt directæ Litteræ, nec dirigi solent a Cancellaria, sed expectandus erit Vicarius Generalis novi Episcopi, sede scilicet plena, vel super dictis Litteris peti debet nova commissio, quæ vocatur mutatio Judicis, qua committitur Ordinario viciniori, & dictas Litteras exequatur, servata forma Litterarum expeditarum; & tunc perinde est, ac si a proprio viciniori Ordinario essent Litteræ directæ, prout observat Corrad. *d. lib.7. c.4. n.*22. qui etiam ponit formulam dictæ novæ commissionis in materia dispensationum.

Cum vero Episcopus fuit remotus ab administratione suę 33
Ecclesiæ, & appositus Vicarius Apostolicus, tunc, dicit Corrad. *loc. cit. n.* 66. quod tunc Litteræ diriguntur etiam Vicario Generali Episcopi, vel ipsimet Episcopo: attamen eas exequitur Vicarius Apostolicus vigore facultatum, quas

habet

habet a Sede Apostolica: Et ego sic vidi in praxi observari.

34 Cum autem Oratores sunt nullius Diœcesis, tunc Litteræ diriguntur Vicario, seu Episcopo viciniori, ut docet stylus Curiæ; vicinitas autem mensuratur de Sede ad Sedem, non de loco ad locum, secundum unam opinionem; licet alii teneant quod mensuretur respectu Diœcesium, verum tamen est, quod attenditur quamplurimum quasi possessio, quæ multum in hac re operatur, ut dicit Corrad. *lib. 7. c. 4. sub n. 18.*

35 Nomine etiam Ordinarii cui Cancellaria dirigit Litteras, venit non solum Episcopus, seu Vicarius, sed quilibet Prælatus habens jurisdictionem Episcopalem, ac separatam, & distinctum Territorium, ut observat ipsemet stylus, & notant omnes, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 81. *& in append. n. 4.* Novar. *in practicabilibus Juris Can. in tit. de causis 1. instantia concl. 1. alias* 54. Corrad. *in praxi loc. cit. n. 60. & 61.* ubi connumerat istos Prælatos inferiores habentes quasi jurisdictionem Episcopalem, ac Territorium distinctum, quibus Cancellaria solet dirigere Litteras, Tamb. *de jure Abbat. tom. 1. d. q. 4. n. 6.* Fagnan. *in cap. accedentibus n. 38. de excess. Prælat.* Salgad. *de retent. Bullar. part. 2. c. 4.* & alii omnes.

36 Difficultas tamen in hac re esse potest, an hujusmodi Litteræ dirigi possint Vicariis hujusmodi Prælatorum inferiorum, & quidem licet multi tenuerint quod sic, ut Sanchez *loc. cit.* & ni fallor Salgad. *loc. cit.* & alii: attamen in contrarium est stylus, Corrad. *lib. 7. c. 4. n. 54. prax. dispens.* ut nunquam Commissiones dirigantur Vicariis Prælatorum inferiorum, sed Litteræ diriguntur sub nomine Ordinarii, præterquam tamen Vicario Abbatis Montis Casini ex indulto Sixti V. & Vicario Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Martini nullius Diœcesis in districtu urbis, ex privilegiis Innocentii X. & cum non dirigantur istis Vicariis Prælatorum inferiorum, nec illas exequi possunt, præter tamen illos duos privilegiatos, ut notavit Corrad. *loc. cit. n. 62.* Doctores autem in contrarium citati, & qui contrarium sentiunt, loquuntur non attento stylo Cancellariæ, & Datariæ, qui est servandus. Scio tamen multos Vicarios istorum Prælatorum inferiorum exequi Litteras Apostolicas, præsertim dispensationes, sed si non habent privilegium ad id expressum male faciunt, & contra stylum Cancellariæ, qui cum inducat Legem causat actus nullitatem, & ut plurimum incidunt in hunc errorem, & contra hunc stylum Cancellariæ possunt se munire aliqua opinione; nam tuta conscientia non possunt agere contra stylum.

Ad quod accedit, quia si possunt Vicarii Prælatorum inferiorum has exequi Litteras, utique non fuisset necessarium, quod Papa id privilegio peculiari aliquibus tantum concederet, quod enim fieri potest non opus est, ut privilegio concedatur; ergo si Papa aliquibus concessit per peculiare privilegium, resultat conclusio quod regulariter fieri nequit. An autem Prælatus possit id committere suo Vicario, id patebit infra cum agemus an Executor possit subdelegare.

37 Item dubitari potest an Ordinarii nomine veniat etiam Prælatus inferior qui subest Episcopo, an vero tantum ille qui habet jurisdictionem, & territorium separatum cum totali exceptione? id affirmat Salgad. *part. 2. cap. 4.* & videtur quoque docuisse Sanchez *lib. 8. disp. 27. n. 34.* docet enim Salgadus expresse contra Barbosam, & alios supra citatos, quod etiam inferiores Prælati qui Episcopo subsunt, veniunt appellatione Ordinariorum, & multos allegat Doctores, & multis argumentis fundat suam intentionem, quæ omnia omitto ex condicto.

Veritas enim est, quod quicquid sit in materia jurisdictionali; nam tunc dicitur Ordinarius, in quibus terminis videtur loqui Salgadus, & novissime hanc rem agitat Fagnan. *in cap. accedentibus de excess. Prælat. a n.* 20.

Attamen in hac materia Litterarum Apostolicarum, quæ emanant a Sede Apostolica, & committuntur aliis exequendæ, stylus Curiæ est, ut solum dirigantur Prælatis habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium distinctum cum exemptione, nec alteri committuntur, ut optime observavit Corradus *d. lib. 7. c. 4. n. 58. cum seq.* ubi dicit, quod nec alias admittitur Supplicatio nisi adsit clausula, quod Prælatus cui committitur habeat jurisdictionem, & Territorium separatum, & affert formulam Supplicationis, quando scilicet sit concipienda, quando petitur committi dispensationes hujusmodi Prælatis, &c.

A D D I T I O

Ad Caput III. Primæ Partis.

S U M M A R I U M.

Vicariis Capitularibus, & Vicariis Prælatorum inferiorum non diriguntur litteræ Apostolicæ, n. 1.

Vicarius Capitularis non potest recipere requisita, vel emittere dimissorias pro ordinibus suscipiendis, habentibus Breve extra tempora, *n. 2. & 3*

Episcopus vicinior debet recipere requisita Ordinandi cum Breve extra tempora, *& si fuerit impeditus, facere dimissorias, n. 3.*

Vicarius Prælati inferioris non potest se intromittere pro ordinatione ejus, qui habet Breve Apostolicum pro ordinibus suscipiendis extra tempora, *n. 4.*

Recipere requisita Ordinandi cum Breve extra tempora, *vel eidem concedere dimissorias, spectat ad viciniorem, non ad Vicarium Prælati inferioris, numer. 5.*

Clausula constito *importat conditionem, nec tribuit jurisdictionem ante verificationem, n. 6.*

Vicinior utitur potestate sibi delegata a Papa, qui est Dominus omnium jurisdictionum, n. 7.

IN hoc capite nihil addendum duximus, præter infrascripta, quæ nobis in facto contigerunt. Diximus in hoc capite, quod regulariter neque Vicariis Capitulari- 1
bus (scilicet vacantibus sedibus Episcopalibus) neque Vicariis Prælatorum, & aliorum, habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium distinctum, seu nullius, committuntur litteræ Apostolicæ exequendæ; Sed tunc litteræ diriguntur Episcopo viciniori juxta notorium stylum praxis inconcussæ Romanæ Curiæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ. Duo tamen mihi in facto contigerunt.
Primum fuit dum eram Episcopus Sancti Angeli, & Bisa- 2
cien. vacante Sede Episcopali Avellina, & Frequentina, quidam Clericus Diœcesis Frequentinæ obtinuit Breve pro suscipiendis ordinibus in tribus diebus festivis (*extra tempora* nuncupatum) & attento quod sedes vacabat, fuit data facultas in dicto Brevi Episcopo viciniori pro conferendis dictis sacris ordinibus, mihique uti vere viciniori illud fuit præsentatum, in quo aderat illa consueta clausula, *attento, quod Sedes Episcopalis ad præsens, non tamen ab anno, vacat, ut ab Ordinario viciniori, constito illi prius per legitimas probationes de vita, & moribus, ac legitimis natalibus, aliisque qualitatibus requisitis suis, vel de ejus testimonio vita, & mores sui commendantur, & licentia, a quocunque alio, &c.* ratione cujus clausulæ ego dixi Ordinando, quod opus erat omnia requisita necessaria producere ante me, & docere de legitimo patri-
monio, ac se submittere examini. Produxit ille litteras di- 3
missoriales Vicarii Capitularis; sed replicavi, nullam habere Vicarium Capitularem facultatem in hujusmodi negotio, & Summum Pontificem ei dimissoriales litteras concedendi facultatem non tribuisse; Sed mihi viciniori Episcopo licentiam concessisse promovendi ad ordines illum Clericum, constito mihi prius de necessariis requisitis: Noluit intelligere, non ut bene, sed ut male ageret, Ordinandus: alium Antistitem non viciniorem adivit cum dictis litteris dimissorialibus, qui præfatum ordinavit: & tam Episcopus, quam Ordinandus, & Vicarius Capitularis dicebant, quod Ordinandus poterat adire quemcunque alium Episcopum bene sibi visum, prout dicitur in dicto Brevi: sed perperam illud intelligebant; nam dicta facultas conceditur Ordinando, quando Episcopus vicinior non vult ipse promovere ad ordines, & eo casu vicinior, non Vicarius Capitularis, debet concedere dimissoriales litteras, ut a quocunque alio Antistite possit promoveri, quod aperte disponitur in dicto Brevi, ibi: *vel de ejus testimonio, & licentia.* Fuit ne iste rite ordinatus? minime: quia alius Episcopus non habebat facultatem illum ordinandi, sed duntaxat vicinior, cui tantum Papa dedit licentiam, ut ordines conferret, vel si esset impeditus, litteras testimoniales concederet. Ratio est a priori: quia Vicarius Capitularis non potest dictas dimissorias concedere pro ordinibus intra annum, nisi arctatis ratione Beneficii recepti, vel recipiendi, & ideo ponitur illa clausula, *attento quod Sedes vacat, non tamen ab anno.* Aliud mihi contingit in hac Ecclesia Policastrensi, ad

si, ad

si, ad quam pene ad peccatorum pœnam luendam trans-
4 latus fuit. Illustrissimum Capitulum S. Petri de Urbe habet duo oppida, unum inter limites hujus Diœcesis, nempe oppidum Bosci, aliorum in fine limitum, nempe Cusatorum, quibus in locis tenet Vicarium pro exercitio jurisdictionis, nam sunt nullius, &c. Quidam Clericus oppidi Cusatorum obtinuit Breve pro recipiendis sacris ordinibus in tribus diebus festivis; mihique uti viciniori (quia vere Episcopus Policastrensis est talis) illud præsentavit una cum litteris dimissorialibus D. Vicarii dictorum locorum. Dixi præfato Clerico, ad me, uti viciniorem, spectare receptionem requisitorum pro ordinibus recipiendis propter clausulam in Brevi positam, *constito illi prius*, *&c.* Et dimissorias concedere, si nollem egomet illi conferre ordines: Nam viciniori rescripsit, mandavitque Summus Pontifex, ut constito illi prius de requisitis, vel ipsum ordinaret, vel concederet dimissorias, ut a quocunque alio Episcopo posset ordines recipere; Domino autem Vicario non rescripsit, neque ipse in Brevi nominatur. Dicitur
5 enim in Brevi: *Ut ab Episcopo viciniori, constito illi prius per legitimas probationes*; non dicitur per *litteras testimoniales sui Ordinarii*; Ideo probationes debet recipere ipse vicinior, & non Vicarius, cui nulla est commissa jurisdictio. Et cum hæc clausula importet formam, conditionem, & præcisum modum agendi, ut abunde dictum est in *cap. de clausulis in explicatione hujus clausulæ constito*,
6 Episcopus vicinior non potest aliter facere; nam contraveniret expresse voluntati Summi Pontificis in re gravi, & nulliter ageret, juxta textum *in cap. cum dilecta de rescriptis*, ubi Abbas *n.* 15. Cavaler. *decis.* 288. *n.* 2. Imo ante purificationem eorum, quæ continentur sub clausula *constito*, jurisdictio executoris stat in suspenso, Rota apud eundem Bichium *decis.* 174. *n.* 1.

Neque obstat oppositio Domini Vicarii dicentis, quod sibi præjudicium inferebatur non concedendo dimissoriam, & quod jurisdictio sua erat nullius, & consequenter ad ipsum hoc spectabat, & non ad Episcopum viciniorem, cui nulla competit in dictis locis jurisdictio.
7 Nam responsio est clara, & manifesta: Quia vicinior in hoc casu non utitur propria jurisdictione ordinata, scilicet jure ordinario sibi spectante, sed jurisdictione, & auctoritate Summi Pontificis, ipsi specialiter commissa: Unde nullum præjudicium inde ei oriebatur, cum Papa sit Dominus omnium, & Ordinarius Ordinariorum, & inferiores omnes a suo fonte recipiant jurisdictionem, nullumque præjudicium facit tollendo uni, & dando alteri, & committendo cui sibi magis placet, nec cuiquam licitum est dicere ei: Cur ita facis? &c.

Pro confirmatione eorum, quæ scripsimus, prodiit a Sacra Congregatione Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum infrascripta Resolutio, quam hic apponendam duximus.

Neapolitana Ordinationis.

SUpplicavit Episcopus Acerrarum, ab hac Sac. Congregatione declarari illicitam Ordinationem Clericorum Neapolitanæ Diœcesis, qui cum solis Litteris testimonialibus Vicarii Capitularis, & absque Dimissorialibus ipsius Oratoris, qui Ordinarium viciniorem se asserit, Sacros Ordines susceperunt ab aliis Episcopis, Sede Archiepiscopali Neapolitana vacante, vigore Brevium Apostolicorum, *extra tempora* nuncupatorum, quorum substantialis formula est hæc.

Tibi, attento, quod Sedes Archiepiscopalis Neapolitana, nondum tamen ab anno, ad præsens vacat, ut ab Ordinario viciniore, constito illi prius per legitimas probationes de vita, & moribus, ac legitimis natalibus, aliisque requisitis, qualitatibus tuis; vel de ejus, cujus etiam testimonio vita, & mores tui commendantur, licentia, a quocunque quem malueris, Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena. Diœcesani loci consensu, Pontificalia exercente, per te eligendo, ad Ordines, &c. Promoveri, &c. Valeas, &c. Tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Auditis proinde nonnullis Episcopis ab Oratore nominatim designatis, necnon Vicario Capitulari Neapolitano, iste præ cæteris, constanter asseruit, Episcopum Acerrarum, gratis sibi usurpare nomen Episcopi viciniori Ecclesiæ Neapolitanæ, cum vere talis non sit; acriterque conqueritur, eundem Episcopum Oratorem præfata Sede vacante contulisse, & conferre Ordines Clericis Neapolitanis absque litteris testimonialibus ipsius Vicarii Capitularis; Quocirca prætendit illum incurrisse in pœnas a Sac. Concil. statutas, & præcipue suspensionis a Collatione Ordinum; & quoad ordinatos ab aliis Episcopis, præviis tantummodo Litteris testimonialibus ipsius Vicarii Capitularis, prætendit, id eis licuisse, tum attenta consuetudine, dum in penultima vacatione secuta per obitum recol. memor. Cardinalis Philamarini, habitæ fuerunt Neapoli duæ Ordinationes, non quidem ab Episcopo viciniore, neque de ipsius licentia, sed una ab Episcopo Triviceosi sub die 28. Septembris 1666. altera ab ipso nunc Acerrarum, & tunc Aquilano Episcopo sub die 5. Martii 1667. cum solis Litteris testimonialibus Vicarii Capitularis; tum quia Episcopus Acerrarum non poterat eos ordinare, utpote suspensus a collatione Ordinum propter collatos antea Ordines absque dictis Litteris testimonialibus Vicarii Capitularis; Unde sat, quinimo necesse, eis fuit, ad alios Episcopos recurrere pro Ordinibus suscipiendis.

Nunc ergo decernendum proponitur.

Primo. An Clerici Neapolitanæ Diœcesis, Sede Archiepiscopali vacante, fuerint licite ordinati vigore præfatorum Brevium ab aliis Episcopis, cum solis Litteris testimonialibus Vicarii Capitularis Neapolitani absque Dimissorialibus, Episcopi vicinioris? & quatenus negative.

Secundo. An Ordinatores, & Ordinati inciderint in pœnas a Sac. Conc. præscriptas?

Die 22. Septembris 1685. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Card. Concilii Trid. Interpretum respondit ad primum Negative, ad secundum Affirmativè.

F. Card. Columna Præf.

Locus † Sigilli.

A. Altovitus Secr.

CAPUT IV.

De præsentatione necessaria Litterarum Apostolicarum coram Executore deputato in eisdem Litteris.

1 *Executor, ut possit procedere ad executionem Gratiæ non sufficit sic scire Gratiam fuisse concessam, eique commissam ejus executionem.*
2 *Executor cum Gratia est signata recipit tamen jurisdictionem in habitu.*
3 *Executor, ut possit procedere ad executionem Gratiæ oportet, ut Litteræ sint expeditæ, & ei præsentatæ, aliter nulliter ageret, n. 4. & 5.*
6 *Requiritur præsentatio originalium Litterarum secundum aliquos.*
7 *Sufficit sumptum Litterarum cum subscriptione Datarii ejus sigillo, subscriptione Notarii deputati, vel etiam sumptum Notarii Auditoris Cameræ in forma vidimus, cum Litteræ sint deperditæ.*
8 *Litteræ præsentari debent vivente Pontifice, qui eas concessit.*
9 *Si contingat error in nomine Executoris, aliqui arbitrantur nihil officere.*
10 *Verius est Litteras esse corrigendas.*
11 *Litteræ præsentari debent vivente Pontifice, qui eas concessit.*
12 *Cum Executor cœpit uti jurisdictione vivente Papa, illo mortuo exequitur illas.*
13 *Cum non fuerint præsentatæ aliqui existimant posse Executorem illas exequi.*
14 *Refertur sententia Sanchez, & n. 15.*
16 *Referuntur argumenta in contrarium.*
17 *Refertur replicatio Doctorum primæ sententiæ.*
18 *Refertur responsio ad replicationem.*
19 *Clausula* si preces veritati *facit mandatum conditionale.*
20 *In Litteris* si in evidentem *continetur Delegata jurisdictio.*
21 *Litteræ Apostolicæ directæ Executoribus continent jurisdictionis exercitium, nec Papa facit Gratiam, sed mandat Executori, ut veris existentibus narratis authoritate Apostolica Gratiam faciat, & n. 22.*

23 *Exe-*

23 *Executor ad Gratiam est necessarius cum jurisdictionis exercitio, & quatenus vera sint narrata, & non merus.*
24 *Antequam Executor Gratiam exequatur nullum jus certum est acquisitum impetranti, sed incertum eventuale ad rem.*
25 *Narrata ad Gratiam impetrandam debent esse vera etiam tempore executionis.*
26 *Datur intellectus ad textum* in cap. si super Gratia de Offic. Delegati in 6.
27 *Sententia Authoris.*
28 *Probatur sententia Authoris.*
29 *Hodie cessat difficultas stante regula Cancellaria,*
30 *Affertur Sententia Rota apud Durand. ad comprobationem Sententia Authoris.*
31 *Multi Doctores predicta Sententie videntur rem confundere.*
32 *Refertur Sententia Basilii Pontii in hac materia.*
33 *Diversa est regula revalidatoria, & regulationi congruit, qua explicatur.*
34 *Regula revalidatoria non prodest negligenti.*
35 *Quando dicitur res integra, & desinit esse integra in hac materia Litterarum Gratia.*

1 UT Executor procedere possit ad executionem Lit-
teratum non sufficit, ut sciat Gratiam fuisse con-
cessam eique commissam executionem illius; nam
qoamvis, ut diximus, Gratia dicitur perfecta in esse suo
postquam fuerit signata, Rota penes Mohed. *decis.* 3. *sub
tit. de rescript. num.* 1. penes Eminentiss. Celsum *decis.* 161.
num. 8. *& decis.* 395. *num.* 8. *penes* Carillum 250. *num.* 2. pe-
2 nes Tondut. *post tract. de pens.* 75. *num.* 20. & tunc recipiat
Executor jurisdictionem, tamen in habitu non in actu,
ita ut non solum requiratur expeditio Litterarum ad per-
fectionem Gratiæ, cum dicta expeditio Litterarum sit illa
3 quæ dat formam Gratiæ, ut aliis citatis adde Fagnan. *in
dict. capit. licet numer.* 11. *cum sequent. de crimine falsi*,
& expeditæ tunc dicantur, cum fuerint plumbatæ, Ludovis.
decis. 440. *num.* 5. Rota apud Amatum Dunozet *decis.* 708.
4 *n.* 21. Fagnan. *cap. licet, de crimine falsi num.* 5. sed ne-
cessario, requiritur, ut Litteræ expeditæ coram Executore,
cui directæ sunt, præsententur, ante quarum præsenta-
tionem non poterit in actum deducere jurisdictionem,
quam solum in habitu habet, Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *n.* 349. *&
p.* 6. *cap.* 2. *n.* 2. *&* 8. Gabriel. *in tit. de Executione rei judi-
catæ conc.* 3. Mandus. *reg.* 27. *quæst.* 17. *n.* 4. Ubertus *de cita-
tionibus c.* 8. *n.* 328. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 6.
5 *num.* 5. *&* 6. & si Executor secus faceret, & ante præsen-
tationem Litterarum procederet, nulliter ageret, Rota
apud Cresc. *decis.* 3. *de offic. Delegati*, *& decis.* 13. *sub tit.
de concess. preb.* Rota penes Posthium *de manutenendo decis.*
402. *num.* 12. idem Ubertus *cap.* 2. *de citat. num.* 26. *& in
prax. part.* 6. *de Executione Litterarum Apostolicarum fol.*
262. *vers. Littera in primis*, Garz. *de benef. par.* 6. *cap.*
2. *num.* 16. Amayden *lib.* 1. *de stylo Dataria*, *cap.* 5. *num.*
48. quia Executor debet esse certus de sua Jurisdictione,
Rota *dec.* 147. *tom.* 3. penes Rub. & assignatur optima ra-
tio, quia Executor, ut dicemus alibi, debet omnino ob-
servare formam sibi in Litteris præscriptam, aliter
nulliter agit, non tamen poterit illam scire, nec obser-
vare nisi Litteræ sibi præsententur, ex quorum lectura vi-
dere debet observareque quid, & quo ordine agere de-
beat: quare quod dixit Oldrad. *de rescrip. prælud.* 9. *n.* 52.
quod si Litteræ Gratiæ ad differentiam Litterarum ad lites
habent jurisdictionem in illo actu a die Datæ, quia per ver-
bum, *fiat*, jus est quæsitum, licet Litteræ non sint præsenta-
tæ, ut intelligendum est de Gratiosis, cum Gratia est facta
a Papa; secus in mandatis, nam tunc oportet, ut Litte-
ræ probentur ut Executor procedere possit, vel omnino
negandum sit ante præsentationem non posse procedere,
licet jurisdictionem habeat in habitu a die Gratiæ signatæ.
6 De qua præsentatione sufficienter constabit, si Execu-
tor in Decreto, seu Sententia posuerit illam clausulam,
visis Litteris, nam hæc verba veram, & realem pro-
ductionem designant, Butat. *decis.* 217. Addentes ad Gre-
gor. *decis.* 59. *n.* 14. Rota apud Eminent. Othob. *dec.* 58.
numer. 26. Et hoc si Executor extrajudicialiter proce-
cedere potuit nullo existente contradictore, ut loquitur
decisio apud dictum Eminentissimum; nam si judicialiter
procedere tenetur, tunc ejus assertioni standum non
erit, ut sæpe diximus: tunc enim constare debet ex actis
de tali productione, prout loquitur Lotter.

Et quidem dicunt nostri, quod non sufficit præsenta-
re copiam Bullarum, sed Bullas ipsas originales, Garz.
part. 6. *cap.* 2. *num.* 16. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 11.
num. 75. Rota *recent. part.* 2. *decis.* 143. *num.* 2. Amayden
cap. 5. *num.* 48. & ita videtur quoque tenere Caminarata
tom. 1. *decis.* 22. *n.* 25. qui dicit omnino denegandam exe-
cutionem; & hæc fuit communis opinio antiquorum. 7
Sed attenta Constitutione Innocentii sufficit sumptum
Bullarum cum subscriptione Domini Pro-Datarii cum ejus
sigillo impresso, & cum subscriptione Notarii ad id de-
putati, ut in ejus Constitutione publicata die 5. Februa-
rii 1652. ut in puncto Rota *in Leodiens. Canonicatus* 25.
Junii 1655. coram Leone Veiospio *n.* 9. quæ decisio ha-
betur *in* 12. *parte recent. decis.* 69. & apud Tondut. *post
tract. de pens.* 49. & si transumptum fuerit aliter factum in-
ducit actus nullitatem, ut in eadem *Leodien. Canonicatus*
coram eodem 7 *Februarii* 1656. *eadem par.* 12. *recent. dec.*
Quandoque etiam præsentatur Executori sumptum in
forma, Vidimus, & est cum Litteræ fuerint expeditæ; nam
tunc extrahitur sumptum ex registro Bullarum, quod da-
tur clausum, & sigillatum, & sic extractum præsenta-
tur Auditori Cameræ Apostolicæ, seu uni ex ejus No-
tariis qui quærit sumptum, & juxta illius tenorem ex-
pedit Litteras, quæ de stylo Curiæ appellantur in forma, Vi-
dimus, in quibus apponitur per extensum totus tenor
Litterarum deperditarum; & si clausulas cæteratas in eo
Notarius forsan inveniet, illas extendit juxta stylum
Cancellariæ, & hæ Litteræ sufficiunt perinde, ac si ipsæ
Litteræ originales præsentarentur, Corrad. *lib.* 7. *cap. ult.*
n. 90. quem vide circa hanc materiam probandi Litteras.
Litteræ præsentari debent coram illo Executore cui di- 8
rectæ sunt, & ut diximus semper dirigi solent proprio Or-
dinario; dubium tamen potest esse si error contigerit in
Litteris circa nomen Executoris cui dirigi debebant Or-
dinario Bisaccien. & fuerint directæ Ordinario Laquedo-
nen. utrum tunc Litteræ exequi possunt, & a quo tunc
exequendæ sint, utrum ne ab Ordinario proprio cui erant
dirigendæ, an vero ab eo cui directæ sunt per errorem.
Multi Doctores philosophica discurrendo tenuerunt, 9
hunc errorem nihil officere quin posset proprius Ordina-
rius Litteras exequi; nam cum constet de corpore, error
non erit habendus in consideratione, ita Dian. *part.* 1.
tract. 10. *resol.* 36. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. *§. ult.*
n. 193. Sanctarellus *var. part.* 1. *quæst* 36. & præter alios
Tond. *tom* 2. *part.* 3. *cap.* 185. qui citat pro se Paris. *de re-
sign. lib.* 12. *q.* 6. *num.* 53.
Sed revera existimo, hujusmodi Litteras continentes 10
errorem Ordinarii, cui dirigi debebant, non posse ali-
quo modo exequi, sed corrigi debere per Cancellariam
& committendas esse vero Ordinario, antequam corre-
ctionem a neutro exequi posse, non quidem ab Ordi-
nario proprio, quia huic non est facta commissio, seu
delegatio, absque qua certe non poterit procedere: ne-
que ille cui per errorem directæ sunt Litteræ, quia post
Concilium Tridentinum causæ omnes præsertim Benefi-
ciales, & Matrimoniales committi debent proprio Or-
dinario, nec ab ejus avocandæ nisi cum causæ cogni-
tione, & subscriptione Sanctissimi, quod intervenit, cum
per errorem alteri quam proprio Ordinario committun-
tur, & ita Leo *in Thes. fori Eccles. cap.* 22. *n.* 60. *&* 61.
Salgadus *de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 34. *a n.* 10. *cum se-
quentib.* Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disput.* 21. *n.* 39. Me-
rolla *de legib. disp.* 9. *c.* 6. *n.* 377. Corrad. qui loquitur, &
testatur *de praxi lib.* 7. *in praxi dispens. c.* 5. *n.* 8. *&* 9. & ita
quoque videtur tenere Amayden. *dict. cap.* 5. *n.* 48.
Præsentari debent Litteræ antequam Papa qui illas con- 11
cessit, diem suum obeat extremum; nam si quis Litteras
in forma commissaria impetraverit, in quibus scilicet
mandatum tantum continetur de aliqua gratia facienda,
& interim ante illarum executionem Papa obierit, dubium
potest esse an Executor cui mandatum sic commissum
est, ut verificatis expositis Apostolica authoritate Exe-
cutor Gratiam concedat, dispenset, conferat, secundum
subjectam materiam possit id exequi? Omnes conveniunt,
quod cum Executor jam cœpisset uti jurisdictione sibi
commissa, quod possit ad ulteriora procedere, & Gra-
tiam concedere Apostolica authoritate sibi commissa in
Litteris; prorogata enim jurisdictione per mortem pro-
rogantis, seu concedentis non extinguitur, sed durat ju-
risdictio prorogata; de qua re habemus expressa *sub tit.* 12
extra de offic. & potestate Delegati.
Existimarunt quamplurimi posse Executorem proce- 13
dere

dere ad executionem Litterarum, sive ad collationem Beneficii, sive ad dispensationem, vel ad simile etiam cum re existente integra Papa diem suum clauserit extremum, quia jam dicitur gratia facta, & per eam datus ius ad illam, sive ad Beneficium, sive quid simile, licet non sit acquisitum jus in re, & ideo intrat dispositio textus *in cap. Si super gratia de officio Delegati in 6.* Ricc. *collect.* 1585. Garz. *de benef. part. 6. cap. 2. n.* 320. Tondut. *tom. 2. cap. 4. §. 2. a num. 15. cum seq.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. 28. num. 87.* Pontius *de Matrim. lib. 8. cap. 19. §. 1,* Merolla *de legibus disput. 4. cap. 6. num. 511. & 512.* Suarez *de legibus lib. 6. cap. 17. num. 9.* Sed quia omnes isti moderniores utuntur rationibus, & fundamentis adductis a Sanchez, ideo liceat mihi hic afferre verba Sanchez,
14 qui ita loquitur: At quamvis hoc sit probabile probabilius reputo non expirare concedentis morte etiam re integra: ducor, quia ut præclare tradunt Hier. Paulus, & Rebuff. statim allegandi, quando in Litteris Gratiæ in alicujus favorem concessis minister executurus est voluntarius, utpote cui non præcipitur, ut exequatur, *sed* sola exequendi facultas conceditur non favore ipsius, sed ejus, cui Gratia est concedenda, tunc est Gratia facienda, ac proinde expirat morte concedentis re integra. At quando Executor est necessarius, utpote quia exequi jubetur, si preces veritati nitantur, tunc est Gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis re integra. Ratio discriminis ea est, quod in priori casu nemini jus quæsitum sit per illas Litteras, non enim quæritur Delegato executuro, eo quod in ejus favorem concessæ non sint, nec ei cui Gratia facienda est, quia sola Delegati voluntate relinquitur velitne dispensare vel non, ac proinde ea Gratia est omnino facienda, utpote inquam nullum est jus alicui acquisitum; at in posteriori est jam jus acquisitum ad rem illi, in cujus favorem Gratia concessa est, ac proinde dicitur facta respectu illius, at sola ejus Executio desideratur, quæ per Commissarium facienda est: quod etiam clare colligitur ex *cap. Sicut de praeben. in 6.* ubi explicans textus, quando dicitur Gratia facienda ad eum finem, ut pereat morte concedentis re integra, sic ait: Secus si super provisione certæ personæ facienda data sit potestas, eidem non ob suam, sed ejus cui provideri mandatur, Gratiam, vel favorem. Ubi textus usus est verbo *potestas*, ad significandum Commissarium ut sit Gratia facienda debere esse voluntarium, qui scilicet potestatem habeat, sed non præceptum exequendi. Nec obstant illa verba *mandatur provideri*: quia intelliguntur id est committitur, ut consonent cum verbo præcedenti *potestas*. Cum igitur in his dispensandis Commissionibus non relinquitur voluntati Ordinarii, vel Confessoris dispensationem concedere, aut denegare, sed ipsis præcipiatur, ut inventa precum veritate dispenset, gratia hæc non erit facienda, sed facta, ac proinde non extinguitur concedentis morte: & confirmatur, quia hac ratione omnes Doctores citati in doctrinis adductis numero præcedenti pro contraria sententia loquuntur, & explicant, ut sit gratia facienda, ac pereat morte concedentis re integra, quando datur potestas, aut commissio dispensandi, demptis Glossa, Anchatano, Ripa, Rinaldo, quos *num. 1.* retuli, qui utuntur verbo *mandatum*, & amplius confirmatur, quia ea dispensatio quantum est ex parte Pontificis, vel Pœnitentiarii jam plane facta videtur in favorem petentis, & potius præcipitur Commissario executio Gratiæ jam factæ, si reperit preces veritate niti. Neque enim ipsi committitur substantia causæ, & an expediat, sed an verificetur quædam conditio, qua stante injustus esset denegans dispensationem: & ideo pro hac sententia citantur Rosella, Angelus, Silvester, Armilla, sed male, quia non loquuntur in hoc casu ut *num. 89.* videbimus; sed illam tenent Hier. Paulus *in praxi Cancell. tit. declaratoria superponente, seu vovente, §. præstantissime Doctor*, Rebuff. *in concordatis*, ubi de mandatis Apostolicis *§. 1. verbo cui Pontificatus, vers. licet quidam Doctores*, Meroll. *lib. 5 de irregularitate cap. 51. num. 6* Suarez *de censur. disp. 41. sect. 2. in fin.* Henriq. *l. 7. de Indulgentiis, cap. 21. num 7. & lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 5. & cap. 3. num. ult. ubi in comm. lit. V.* refert aliquos Doctores Salamantinos hujus sententiæ, *& lib. 14. de irregularitate c. 17. nu. ult.* Emmanuel Sa *Sum. verbo dispensatio num. 6. & verbo Gratia num. 3.* Petr. Ledesm. *in Summa Sacramentorum ubi de matrim. cap. 27. secunda conclus. in fine illius*, Manuel *quæst. 9. reg. tom. 2. quæst. 46. art. 7. & 1. tom. sum. 2. editione c. 236. n. 3. concl. 3.* & ejusdem sententiæ aperte est Mandos. *Regul. Cancellariæ de annali possessione q. 2. n. 4* ubi ait esse rescriptum gratiosum, quod Pontificis morte re integra non expirat, quoties Executor in illis datus non debet prætermittere indaginem judiciariam: at in dispensatione quæ pro censuræ foro committitur, manifestum est eam indaginem judiciariam non desiderari, & eam quoque non esse necessariam in dispensatione pro foro externo concessa ostendemus *disp. 35. num. 15.*

Ex his deducitur, ait Sanchez, non expirare morte 15
Pontificis re integra Litteras Pontificias, per quas committitur Constitutio, & assignatio Pensionis, nec Litteras Gratiæ, sive Gratiæ sint puræ, sive in diem, sive conditionales, vel privationis in forma juris cum provisione alteri facienda, sive in forma dignum, & omnium super. dispositionibus, quia communiter in his Executor non est voluntarius, sed requisitus tenetur exequi, ita Hieronymus Paulus *vers. præcedenti citatos*. Hæc Sanchez.

Pro qua etiam sententia videtur textus expressus *in c. si super Gratia, de offic. Judicis deleg. in 6.* ubi dicitur: Si super Gratia cuiquam ab Apostolica Sede facta Executores fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ipsa Gratia, licet nondum sit in ejus executione processum, morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integra perimatur Executoribus data potestas quam veluti Gratiæ prædictæ accessoriam sequi naturam congruit principalis: ita ibi.

Sed in contrarium urgent fortiora argumenta; nam 16
omne mandatum morte extinguitur concedentis re integra sive jurisdictionem contineat, sive quid aliud: & de mandato continentiæ jurisdictionem habemus quamplurima jura expressa, præsertim in *c. licet, de offic. Judicis Deleg.* ibi: quia mandatum hujusmodi re integra morte mandatoris expiravit, sic mandatum procurationis nullam continens jurisdictionem morte principalis extinguitur re integra. Sic habemus textum *in l. & quia ff. de jurisdictione omnium Judicum*, omissis infinitis, Oldrad. *de rescript. prol. 29. n. 11.* At cum committitur a Papa aliquid faciendum verificatis prius expositis, sive contineat commissio Beneficii collationem in forma dignum dicta, sive dispensationem, sive quid aliud, vere talis commissio, sive litteræ continent mandatum de faciendo, ut de Beneficii collatione in supradicta forma dignum, quod dicitur mandatum de conferendo, omnes observant, præsertim Lotter. *lib. 3. q. 5. n. 159.* Amayden *lib. 1. c. 5. sub n. 50. vers. hæc conclusio*, Tondut, *tom. 1. p. 2. c. 4. §. 2. n. 7.* Garzia *de Benef. part. 4. cap. 2. num. 17.* Corrad. *in prax. benef. lib. 3. c. 5. n. 26.* Rota penes Carillum *decis.* 283. *n. 2.* & alii passim; sive Litteræ contineant commissionem de dispensando mandatum, tunc continent de dispensando, & aliud est dispensatio, aliud mandatum de dispensando, ut optime Corrad. *lib. 7. c. 6. n. 26.* & alibi: sicuti aliud est Provisio Gratiosa de Beneficio, quia tunc collatio fit ab ipso Papa, aliud Mandatum de providendo, Mohedan. de Alca. *sub tit. de conces. preb. in addit.* Burat. *decis. 318. n. 7,* Lotter. *loco cit.* Corrad. *d. cap. 6. n. 27.* qui omnes afferunt, æquiparationem inter venditionem, & pactum de vendendo, & ut pactum de vendendo differt ab ipsa venditione, ita mandatum de providendo, vel dispensando differt ab ipsa collatione, sive dispensatione. Supposito ergo pro certo, sicuti certum est, quod hujusmodi Litteræ tantum mandatum contineant, recte haud potest, quia morte mandantis re integra non expirent. Replicant Doctores
contrariæ sententiæ, & dicunt differentiam constituendam esse inter Litteras continentes Gratiam, & Litteras continentes justitiam; nam cum Litteræ continent 17
mandatum justitiæ, verum est, quod expirent morte concedentis re integra: at secus autem dicendum de Litteris continentibus mandatum Gratiæ, quia tunc mandatur Executori, ut exequatur Gratiam veris expositis, & tunc est Executor necessarius, cujus industria tantum videtur electa in verificatione causæ. Sic dicitur Gratia facta per Pontificem, & suspenditur tantum executio donec Executor verificet causam expositam, & narratam.

At respondetur non ad materiam justitiæ, vel Gratiæ, 18
quam continent Litteræ duntaxat, sed ad jurisdictionem, & potestatem, etiam quæ in hujusmodi Litteris continetur, & demandatur considerationem habendam esse; attendi quippe debet, an in Litteris præfatis aliqua

jurif-

jurisdictio concedatur, vel potestas; nam omnis jurisdictio delegata morte Delegantis evanescit, & perit re integra, ad differentiam Ordinariæ jurisdictionis, dummodo non per modum legis sit concessa, sed singulariter, quia jurisdictio nondum est radicata ante mortem concedentis: cum adhuc est integra, optime probatur hoc assumptum ex ratione, qua utitur Bonifacius VIII. *in c. Quamvis de offic. Deleg. in 6.* ibi: Cum jurisdictio ex qua ipsa usus non extitit, non censeatur in eum efficaciter transivisse; dicit enim ibi textus, quod re integra jurisdictio non dicitur transisse in Delegatum: si ergo jurisdictio non transivit morte Delegantis expirat, & perit; ergo si non transivit illa uti non poterit. Neque replicari valet, quod textus loquitur de rescriptis justitiæ; nam replicatur, quod ratio ibi assignata est generalis, quæ locum habet in omni re, & materia, in qua jurisdictio conceditur; inducimus enim rationem textus, non vero textum ipsum: & quia negabit in hujusmodi Litteris jurisdictionem non concedi, quoniam si loquamur in materia Beneficiali Litteræ, quæ diriguntur Executori semper continent aliquam jurisdictionem, seu jurisdictionis exercitium, vel extrajudicialiter, si nullus fuerit contradictor, vel judicialiter exercendum, cum fuerit vel possessor, vel contradictor; in quo casu Executor tenetur partes Judicis assumere, vel cum causæ cognitione procedere, & datur appellatio, ut dicemus: & licet alioquin sit merus, tamen ratione Contradictoria, vel Possessoris sit mistus, ut suo loco hæc omnia fusius dicemus; & cum literæ fuerint in forma dignum, in quo vere mandatum dicitur contineri, adhue nullo existente contradictore, contineat jurisdictionem delegatam, nam Executor cognoscere debet de idoneitate; nam illa clausula, *si preces veritati nitantur*, facit mandatum conditionale, Vetal. *decis.* 273. *num.* 102. *p.* 1. Corrad. *lib.* 7. *cap* 6 *num.* 28. & alii: & Executor harum
19 Litterarum vere dicitur mistus, ut dictum est. Adsunt aliæ clausulæ, quæ causæ cognitionem exposcunt, & faciunt mistum Executorem, ut satis, & abundanter diximus, quapropter omnino requiritur jurisdictionis exercitium; & licet aliquando hujusmodi exercitium, non exerceatur judicialiter, attamen negari non potest quin sit vere jurisdictio illa, quæ exercetur; nam jurisdictio, quæ non contentiose exercetur, adhuc jurisdictio vocatur, & dicitur, ut notant Doctores *in leg.* 2. *ff. pro Officio Proconsulis*, optime Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 2. *a n.* 2. *cum sequentibus*, sic in Litteris dispensationum apponuntur illæ clausulæ, quæ mandatum, & delegatam jurisdictionem important, & sunt illæ *per Apostolica scripta mandamus*, *si preces veritati niti repereris*, & similia, de quibus supra, quæ mandatum, & jurisdictionem important, de quibus Corrad. *lib.* 7. *cap* 5. 6. *&* 7.

Similiter in Litteris *in evidentem* jurisdictio delegata continetur, quod patet ex illis clausulis, *vocatis vocandis*,
20 *si vobis legitime constiterit*, de quibus supra; si pariter in aliis Litteris directis Executoribus, in quibus omnibus aliquid agere debet Executor cum jurisdictionis exercitio.

21 Et quod fortius stringit est; nam in hujusmodi Litteris quamcumque Gratiam continentibus, quæ Executoribus diriguntur, jurisdictionis exercitium continetur, nec ipse Papa facit gratiam, sed ipsi Executori mandat, ut veris existentibus narratis ipse Apostolica auctoritate gratiam faciat; nam cum Litteræ sunt Beneficiales in forma dignum, de quibus loquimur, dicitur in eis *Apostolica Auctoritate conferas*; sic Executor confert Apostolica auctoritate delegata, non Papa: quare tunc, ut dicimus alibi, Executor debet facere provisionem, seu collationem uti delegatus Sedis Apostolicæ, ut notaverunt quamplurimi, præsertim Parif. *lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 198. Tond. *loco cit. d. cap.* 4. *§.* 2. *n.* 4. *&* *p.* 1. *c.* 13. *n.* 3. & Barbosa *de potest. Episc. punct.* 1. *post allegat.* punit formulam talis provisionis, seu collationis faciendæ ab Executore, quæ est formula 66. in ordine, in qua primo ponit Litteras Apostolicas, seu mandatum de providendo, & postea collationem faciendam ab ipso Ordinario. Sic quoque in Litteris pro dispensationibus obtinendis in gradu prohibito, vel altero impedimento dicitur *Auctoritate nostra dispenses*, & in Litteris in evidentem *licentiam*, *&* *facultatem concedatis*. Ex quibus omnibus patet, quod cum ipse Papa facit,
22 sed Executori mandat faciendum, tribuit Executori jurisdictionem delegatam: ex quibus evidenter patet, quod hujusmodi Litteræ non continent gratiam factam, ut asserunt Doctores hujus sententiæ, sed gratiam vere faciendam ab Executore nomine Apostolico, ut ipsa verba clare ostendunt; antequam enim Executor cognoscat de veritate precum nullo modo potest dici gratia facta, sed facienda ab ipso post verificationem expositorum. Ad illud vero quod 23
asserunt, quod Executor harum Litterarum sit necessarius, non voluntarius: respondetur, quod licet sit Executor necessarius, attamen cum jurisdictione, & non merus nudi ministerii, & facti, ut omnibus enim notum est; & dicemus, quod duplex est Executor merus, & mistus, merus uti nedum ministerium communiter, ut scilicet tantum exequatur aliquid de facto; mistus autem dicitur Executor, sed cum jurisdictione non solum aliquid exequatur de facto, sed etiam cum jurisdictionis exercitio, etenim verum est, quod Executor in hujusmodi Litteris de quibus loquimur sit necessarius et non merus, sed mistus, seu conditionalis cum jurisdictionis exercitio, quatenus scilicet prævia causæ cognitione; & veris existentibus narratis teneatur Gratiam exequi, & non alias, sic non est necessarius necessitate positiva, & absoluta, ut Gratiam omnino teneatur exequi, & merus dici possit, sed necessarius cum jurisdictione mista, si scilicet vera sunt exposita, tunc ipse Auctoritate Apostolica operetur, ideo necessitas, & præceptum non cadit super facto exequendo, & dicitur Executor non de facto, sed de jure, & necessarius, supposita veritate precum, in qua indaganda, & cognoscenda habeat jurisdictionem delegatam, seu demandatam Apostolicam.

Hactenus dicta comprobantur. Primo, quia antequam 24
Executor Litteras exequatur nullum jus acquireretur ei cujus favore impetratæ sunt Litteræ, in re, seu certum, sed tantum ad rem, & eventuale; ideo diximus in provisionibus in forma dignum acquiri jus ad Beneficium, & quod non sit consumpta vacatio, donec Executor faciat collationem, & ipse Tond. *loc. cit. d. §.* 2. *n.* 10. fassus est; & in dispensationibus matrimonialibus antequam Executor dispenset, non possunt Oratores contrahere matrimonium, ut ipsemet Sanch. fatetur *lib* 8. *q.* 30. *sub num.* 12. ubi docet, mandatum factum per Pontificem Ordinario, ut dispenset, si preces veritati nitantur, non habere vim veræ, & consummatæ dispensationis, donec Ordinarius dispenset: quod omnes etiam admittunt; ergo patet, quod non est Gratia facta per Papam, sed facienda per Executorem, & quod Executor licet sit necessarius, non tamen merus.

Comprobatur secundo, quia narrata Pontifici ad obti- 25
nendam Gratiam oportet, ut non solum sint vera tempore impetrationis, ut probatur in *cap. Qui circa de consang.* qui textus loquitur in materia dispensationis matrimonialis, sed etiam tempore executionis gratiæ ab ipso Executore faciendæ, uti Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 32. *n.* 12. *in fin.* Suar. *de legibus lib.* 6. *cap.* 20. *n.* 13. Covar. *in* 4. 2. *p. c.* 6. *§.* 9. *in fine*, Parif. *cons.* 57. *n.* 53. *col.* 4. Puteus *dec.* 256. *lib.* 1. Mandos. *in prax. sing. tit. de disp. verb. dispens.* & Garz. *p.* 6. *cap.* 2. *num*.... Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *n.* 320. qui dicit, hanc veram esse sententiam: Corradus vero dicit, quod sufficiet, si vera fuerint narrata tempore Executionis Gratiæ, licet non fuerint talia tempore impetrationis, & citat Garz. *p.* 6. *cap.* 2. *num* 283. quod repetiit Corrad. *d. l.* 7. *c.* 6. *n.* 25. & dicit, quod ita practicatur, & quod quamvis Abb. *in cap. quia circa*, *de consanguin. & affinit.* dicat, causam deberi verificari de tempore Datæ, intelligendus sit de Gratia, & dispensatione facta, prout erat antiquitus, quo tempore concedebantur dispensationes in forma Gratiosa, & sic Papa ipse dispensabat, & Gratiam faciebat; secus in hisce temporibus, in quibus tantum datur mandatum de facienda Gratia, seu de dispensando, sive ergo dicamus cum Sanchez, & aliis, qui asserunt utroque tempore causam expressam, seu narratam debere verificari; sive a fortiori cum Corrado sufficere, ut tempore executionis narrata sint vera, semper sequitur mandatum; sive de conferendo, sive de dispensando, non continere Gratiam factam, sed faciendam, seu jurisdictionem ad conferendum, vel dispensandum, vel ad concedendum facultatem de alienando, & similiter auctoritatem Apostolicam: quia si esset Gratia facta, non opus esset, ut exposita, seu narrata verificanda essent etiam tempore executionis.

Hinc patet intellectus ad textum in *c. si super Gratia* 26
de Offic. Delegati in 6. in quo Doctores hujus sententiæ magnum faciunt fundamentum; hic enim textus loquitur de Executoribus Gratiæ jam factæ a Papa, & dicit eorum Officium non expirare morte Pontificis, recteque ibi hoc sancitum fuit; quia gratia jam facta sicut per

mor-

mortem concedentis non desinit suum habere effectum, etiam re integra, cum sit in suo esse perfecta, ita nec Officium Executoris eiusdem Gratiæ, cum sit in tali gratia merus Executor, & sit, ille datus accessorie ad Gratiam ipsam iam factam, & perfectam in suo genere, & hoc ne reddatur Gratia clusoria; sermo enim ibi est de Executoribus meris; quibus nedum commissum est ministerium absque iurisdictionis exercitio, qui dantur in Litteris expeditis in forma Gratiosa, de quibus certum est non extingui eorum Officium exequendi per mortem Papæ concedentis etiam re integra, quia nec ipsa Gratia perimitur; quæ expositio est Litteralis, nec aliquid deviat ab ipso loquendi contextu; quod patet ex illis verbis, *si super Gratia cuiquam ab Apostolica Sede facta*; attende etiam ad hanc particulam *facta*, quæ clare ostendit Gratiæ perfectionem; secus enim dicendum erit de executoribus quibus ob nudum Ministerium potestas aliquid nomine Sedis Apostolicæ faciendi, nempe conferendi, dispensandi, ratificandi, seu licentiam alienandi, vel aliud faciendi conceditur principaliter, non accessorie; committitur enim in Litteris facultas dispensandi, vel conferendi nomine Sedis Apostolicæ: non autem exequendi nomine Sedis Apostolicæ; nam, ut ponderavimus, dicit in Litteris *auctoritate nostra conferas, dispenses*, unde ille textus inductus, & ponderatus a contrario sensu potius probat contrarium, quia ibi dicitur, quod si super Gratia facta dati sunt Executores non expirat officium re integra morte Pontificis; ergo si non est facta expirat; quod & concedunt Doctores primæ sententiæ, præsertim Meroll. *disp. 4. c. 6. dub. 31. n. 488.* qui citat glossam, Archidiaconum, Anchatanum, Baldum, Decium, Boerium, Abbatem, Hieron. Paulum Rebuff. Silvestrum, Navarrum, Guttierez, & Sairum, & fuit opinio Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 28. n. 64.* sed isti Doctores huiusmodi dispensationes, & mandata esse Gratias factas non faciendas arbitrantur, sed secundum dicta decipiuntur; quia in huiusmodi Litteris nullam facit Gratiam Papa, sed dat mandatum, & commissionem, ut Executores nomine suo, seu Sedis Apostolicæ veris existentibus narratis Gratiam faciant; eis enim committit, ut faciant, ut dispensent, conferant, non vero, ut exequatur.

27 Unde dicendum existimo hæc mandata in huiusmodi Litteris contenta de aliquid faciendo nomine Sedis Apostolicæ ad favorem certarum personarum a Sede Apostolica concessa, in quibus non favor cui commissæ sunt Litteræ, seu mandata sunt data, sed illorum, cuius Gratia concessæ, seu data sunt, ut sunt provisiones in forma dignum, dispensationes super gradibus prohibitis, facultates alienandi, & similia rescripta, morte Papæ re integra, omnino silere, & suspendi; nec posse Executorem in illis datum procedere, si morte præveniente Papæ radicata non fuerit iurisdictio per aliquod iurisdictionis exercitium, & sic re integra existente non posse procedere, quia huiusmodi Litteræ, seu talia rescripta Apostolica continent duntaxat Gratiam faciendam, non verò factam, non favore Executoris, sed Oratoris: Secus tamen dicendum erit cum eiusmodi rescripta, & Litteræ continent potestatem aliquid faciendi cum certo genere personarum, in quibus favor attenditur illius, cui talis potestas conceditur, quia tunc illa dicitur Gratia facta, & perfecta illi qui debet dispensare, vel conferre: & hic intrat bene illa distinctio inter materiam Justitiæ, & Gratiæ; nam cum talis potestas, seu iurisdictio sit voluntaria, & sit Gratia iam facta, & perfecta, per mortem concedentis re integra non extinguitur.

28 Probatur clare utrumque dictum, seu utraque propositio ex c. *si cui de preb. in 6.* ubi Bonifacius VIII. ita decrevit: Si cui, nulla personarum facta expressione sit gratiose concessa facultas, ut auctoritate Apostolica possit aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere, vel Beneficia, quorum collatio est ad Sedem Apostolicam legitime devoluta conferre, contradictores eadem auctoritate per censuram Ecclesiasticam compescendo, huiusmodi concessio, quæ cum specialem Gratiam contineat debet esse mansura, non expirat etiam re integra per obitum concedentis; secus si super provisione certæ personæ facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed eius, qui provideri mandatur Gratiam, vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur. Hæc textus, ex quo benignus Lector clare, evidenterque percipiat quid in eo Papa decreverit, & declaraverit, quam differentiam constituerit inter potestatem alicui personæ concessam de providendo certa Beneficia, vel idoneis personis; quæ Gratia continet favorem, & Gratiam factam ipsi Collatori, & potestatem, quæ conceditur alicui de conferendo certum Beneficium alicui certæ personæ, quæ favorem continet illius cuius contemplatione data est potestas conferendi, ut prima, quia dicitur Gratia perfecta non expirat morte concedentis; secunda vero, quia mandatum ad conferendum certæ personæ morte Papæ concedentis re integra expirat. Quid clarius desiderari potest? & licet textus loquatur de mandato, & potestate ad conferendum, eadem est potestas, & ratio de aliis, optime glossa *in d. c. si cui de prebend. in 6. verb. moriatur*, ubi opponentes ad dictum textum, *si cui alium in c. si super Gratia, eod. tit.* ait, facti diversitas solvit contrarium, ibi loquitur de Gratia jam facta, hic de facienda per Executores: unde ibi dixit textus Gratia facta, hic dicit de provisione facienda; si ergo Papa concedat Canonicatum, & præbendam si vacat, vel quæ primo vacaverit, nulli alii de iure debitam, & super hac Gratia per se facta dat Executores, hæc loquitur Decretalis illa, quia cum iam sit Canonicus, & iam sit facta Gratia, potestas Executorum velut accessoria nõ expirat si Papa non facit Gratiam, sed mandat fieri, puta provideri de Beneficio, hæc potestas Executoris principalis est, & expirat re integra, sed non expirat in supra proximo casu, cum adhuc provisio sit facienda: ibi: etiam iam erat facta Gratia cum respiceret eum, qui providere debebat, non eum cui debebatur provideri: hæc glossa illa ibi, quæ nostram authenticat sententiam.

Sed hodie secundum me cessat omnis dubitandi locus, ex quo inter Regulas Cancellariæ, quas unusquisque Pontifex post suam assumptionem ad talem supremam dignitatem statim promulgat, adest illa, qua Pontifex electus confirmat Gratias concessas a Prædecessore, & non executas, tenoris sequentis: Item prædictus D. N. omnes, & singulas ab ipso Clemente IX. Romano Pontifice Prædecessore suo infra annum ante diem obitus concessas Gratiæ, vel Justitiæ Litteras temporibus debitis eorum Executoribus, seu Judicibus non præsentatas omnino convalidavit, & in statum pristinum in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit per Executores, vel Judices prædictos, vel ab eis subdelegandos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, ac debere juxta illarum formam. Ex qua Regula, quæ Revalidatoria a Curialibus appellatur, clare liquet, quod ad hoc, ut Executores procedant ad executionem Litterarum continentium Gratiam, vel Justitiam, opus est, ut Successor in Pontificatu revalidet illas Gratias, ac facultatem det, & tribuat Executoribus, quibus directæ fuerant Litteræ, illas exequendi, si ante mortem Papæ, qui concessit Gratias, Litteræ non fuerint præsentatæ: si enim Executor hoc ex se facere posset, & exequi valeret Litteras, frustra quidem Pontifex successor faceret, & promulgaret dictam Regulam Revalidatoriam: sed absit, ut dicamus dictam regulam non esse necessariam; ergo recte concluditur, quod Litteræ continentes mandata ad conferendum, & ad dispensandum, si cum moritur Papa concedens sint adhuc integræ, seu ut dicam melius jurisdictio in illis concessa non incœperit, ut Delegatus, seu Executor ante mortem Papæ concedentis utique per illius mortem jurisdictio Executoris silet, nulla facta differentia inter Litteras Gratiæ; & Litteras Justitiæ, quam non facit Regula prædicta Cancellariæ: ex qua nostrum assumptum totum clare probatur. 29

Et optime Rota apud Illustrissimum Duran. *dec. 215. n. 7.* ubi in terminis Litterarum *si in evidentem*, ita loquitur: Et Gratia non executa per mortem Papæ regulariter habetur, ac si non fuisset facta: melius, & clarius in *dec. 397. n. 21. & 22.* ita loquitur: Non obstat etiam quod Paulus V. qui beneplacitum dedit in forma Commissaria obierit ante illius executionem, atque adeo post eius mortem non potuisse Commissarium illud exequi, cum non esset merus Executor, sed mistus; sicque non versemur in Gratia absoluta iam dam data, & concessa ante mortem Papæ: sed in Gratia auctoritate Apostolica vigore beneplaciti per Commissarium causa cognita concedenda, meliusque incognita, & incerta; quæ ideò exequi amplius non poterit cum expiraverit: sed poterunt Canonici antequam nova Gratia impetraretur pœnitere, iuxta dictam decisionem Ludovici Peguer. *dec. 130. & dec. 473. p. 2. rec.* quæ ut dictum est sunt in terminis, quia procederet si quando evenit mors Papæ adhoc quoad Commissarium fuisset integra, quo casu per mortem delegantis cessat iurisdictio delegati, eius- 30

qua

que potestas exequendi, prout pariter expirat Gratia: in quibus terminis procedunt dictæ decisiones, prout est *dec.* 12. *de offic. delegati in novis*, non autem quando res in nostro tempore mortis Papæ res jam integra non erat quoad Commissarium, hæc ibi, & in terminis quod Gratia *in evidentem* non possit exequi per Executorem si morte præventus Papa res sit integra, Mantic. *dub.*41. *n.*4. Rota *rec. p.*3. *dec.*473. & apud Guilielmum Dunozett. *dec.*299. *n.*13. Corrad. *lib.* 9. *c. ult. in fin.* Ricc. *in praxi rerum quotidiarum fori Ecclesiastici, & Episcopalis Curia Neap. in rubr. de praxi Commissariorum Apostolicorum resol.* 94. & in materia Beneficiali ita videtur tenere Cocchier *in regul.* 10. *de revocatione expect. sub n.*20. verum per obitum, & in *Regul.* 12. revalidatoria, & de Litteris dispensationum, Corrad. *in praxi dispens. lib.*2. *c.*8. *n.*19. & generaliter loquitur Amayden *lib.*1. *c.*10.

31 Imo secundum me multi ex Doctoribus citatis videntur rem confundere; nam dicunt hujusmodi mandata ad dispensationem re integra non expirare, quia continent Gratiam factam; tamen alibi docent, quod mandata, seu commissiones ad dispensandum cum certis personis expressis expirant re integra morte concedentis, secus si mandata concedantur cum personis incertis, quia tunc non expirant re integra: quia in primo casu Gratia est facienda, in secundo casu est Gratia facta, ita Meroll. *tom.* 2. *disp. p.* 4. *c.*6. *n.*306. Sanchez *lib.*8. *disp.*28. *nu.* 79. 80. & 81. & postea ipsemet Merolla *loc. cit. n.*512. & Sanchez *n.* 87. docent dispensationem, seu commissiones ad dispensandum re integra morte Pontificis non expirare, & verba Sanchez supra retulimus, & illis Doctoribus adde etiam Barbosam *in c. si cui de prabend. in* 6.

32 Nec me latet, quod Basilius Pontius acutus Doctor Hispanus docet expresse contra Sanchez, scilicet, quod quando est data potestas ad dispensandum cum certis personis, nec re integra expirat morte Papæ concedentis, quia etiam est Gratia facta ex vi privilegii, & constituit regulam generalem, ita quod non expiret: quam limitationem, & exceptionem format in duobus casibus expressis, primo nempe in materia Beneficiali, quia est ambitiosa, ut *in c. si cui de prabend. in* 6. secundo in materia fori contentiosi, ut in *c. gratum, &c. relatum de Officio delegati*, dicit etiam, quod si quis vellet contrariam opinionem tenere, videndum, & considerandum esse attente, an potestas sit data in Gratiam accipientis, an vero conferentis, nam si in Gratiam accipientis, expirat re integra, quia est Gratia facienda, si in Gratiam conferentis, minime, ita fusius Basilius Pontius *lib.*8. *de matrim. c.*19. *n.*5. sed considera, quod semper commissiones ad dispensandum cum certis personis, vel conferendum certis, sunt Gratiæ, & facultates particulares concessæ in Gratiam accipientium, seu Oratorum, cui vel conferendum est, vel cum illis dispensandum.

33 Notes enim, & terminos ne confundas, Lector, quod diversa est Regula hæc revalidatoria ab illa de Litteris expediendis in forma Rationi congruit, de qua alias; nam hæc Regula revalidatoria supponit jam Litteras expeditas, & plumbatas, & in esse suo perfectas; attamen non exequi cœptas per Executorem tempore Papæ, qui illas concessit, & ideo Summus Pontifex successor revalidat jurisdictionem Executorum, quæ Sede vacante siluit, juxta Clem. *ne Romani de elect.* At Regula Rationi congruit non supponit Litteras expeditas, & plumbatas, sed cœptas expediri tempore Pontificis, qui Gratiam concessit; quia enim postquam Supplicatio est signata jam dicitur Gratia facta quoad substantiam gratiæ, ut alias dictum est, & citatis adde Meroll. *d. c.* 6. *num.* 552. Sanchez. *lib.* 8. *disp.* 29. *nu.* 2. Cocchier. *resol.* 8. *nu.* 9. Amayden *libr.* 8. *c.*32. *n.*11. & 12. licet informis, & imperfecta quoad executionem, juxta Regulam de non judicando, ut Amayden, & multos alios, Rot. apud Mohed. *dec.* 28. *sub tit. de renunciatione fol. mihi* 52. Ideo novus Papa dat Litteras in forma Rationi congruit, nempe ut expediantur Litteræ non mutata substantia gratiæ: neque est nova Gratia, ut dictum est, Rota *in Cæsaraugustana pensionis* coram Peutingerio 17. *Martii* 1653. penes Toodut. *post tract. de pens.*17. *num.* 2. & secundæ Litteræ sunt tantum probatio, & executio Gratiæ concessæ ab antecessore, cujus factum exequitur successor, ut ibidem *num.*3. & late Corrad. *in prax. dispens. lib.* 2. *c.*8. *nu.* 13. quod de omnibus rescriptis Principum tradit Oltrad. *de rescript. pralud.* 24. *n.* 17. Per Regulam autem revalidatoriam neque novæ Litteræ conceduntur, sed tantum suscitatur jurisdictio Executorum, quæ per mortem Pontificis silebat: per neutram autem regulam conceditur nunc Gratia, sed per unam mandatur a ut Litteræ, quæ expedire non potuerunt, quia Papa morte fuit præventus, expediantur; per alteram vero, ut Litteræ, quæ exequi non potuerunt tempore Papæ, qui illas concessit, exequantur nunc: sicut mortuo Pontifice Litteris non expeditis super Gratia ab ipso concessa ipsa Gratia non revocatur, cum jus radicatum in supplicatione signata a defuncto Papa non amittatur, ut Rota in dicta *Cæsaraugustana pensionis* coram Peutingerio *in principio*: sed dicitur tantum cessare, donec alius superveniat, Amayden *lib.*1. *cap.* 21. *num.* 2. & 3. ita cum diximus supra mandatum ad dispensandum, vel conferendum morte Papæ mandantis re integra extingui, intellige non de extinctione totali, ut opus sit nova Gratia, seu novis Litteris Commissionalibus, sed tantum de momentanea acquiescentia jurisdictionis, donec alius Papa eligatur, qui per Regulam revalidatoriam concedat facultatem Executoribus procedendi, & exequendi Gratias, & mandata concessa a suo prædecessore Papa. Ideo executio suspenditur ad tempus a morte Papæ re integra, non tamen Litteræ perdunt eorum efficaciam, & robur.

Illud quoque non est omittendum, quod si quis negligens fuerit in præsentando Litteras Executoribus etiam tempore illius Papæ, qui Regulam concessit revalidatoriam, ob iteratam negligentiam difficilius Oratoribus succurritur, & indulgetur, ad textum in *leg. deinceps*, *C. de Episcopali audientia*. Ideo per peculiare rescriptum hoc est petendum, & cum negligentia fuerit reiterata, solet denegari, & in ipsa Regula revalidatoria statuitur tempus unius anni, infra quem debent Litteræ præsentari coram Executoribus: ideo cum lapsum fuerit, apponet, quod Orator ad cujus favorem datæ fuerint Litteræ in magna fuerunt negligentia: solent tamen Pontifices concedere Indultum ad revalidandas ipsas Gratias, ita Corrad. *libr.* 2. *capit.*8. *numer.* 22. 34

Sed investiget quis, quando res dicatur integra, & 35
quando non, ut Executor abstinere debeat, vel non, cum mors incidit Papæ. Quæstio hæc satis intricata est inter nostros, præsertim in Litteris justitiæ: in nostra tamen materia, ut res amplius integra non dicatur, non sufficiet sola Litterarum præsentatio, sed opus erit, ut Executor faciat aliquem actum jurisdictionalem, ita ut per primum actum, qui expediri solet post Litterarum præsentationem, res desinat dici integra, veluti cum Executor facit facere præsentationem Litterarum, & unico contextu mandat de expositis, & contentis in Litteris capi informationem, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 20. Meroll. *disp.* 4. *capit.* 6. *num.* 491. nec discordat Corrad. *lib* 2. *cap.* 8. *sub n.* 19. ibi: Exequi cœpta, per solam autem Litterarum præsentationem res non desinit esse integra.

A D D I T I O.

Ad Caput IV. Primæ Partis.

De præsentatione Litterarum Apostolicarum coram Executore.

S U M M A R I U M.

*Præsentatio Litterarum Apostolicarum coram Executore necessaria, n.*1. *&* 2.

Præsentatio Litterarum tunc est necessaria, quando continent mandatum de gratia facienda, secus si gratia sit facta, num. 3.

*Sumptum, sive transumptum Litterarum Apostolicarum probat, & satis est, si hoc præsentetur, n.*4.

*Cum in Litteris adest error in nomine Ordinarii, gratia est inexequibilis, & debet fieri correctio, n.*5.

PRæsentationem Litterarum coram Executore necessariam scripsimus in *superiori capite*, præsertim cum 1
Litteræ continent mandatum: quia licet Executor accipiat jurisdictionem a tempore datæ, attamen exercitium accipit a tempore præsentationis. Citatis adde Joannem Andream *in cap. cum te num.* 36. *de rescriptis*, ibique Felinum *num.*21. & *in c. sciscitatus, numer.* 12. *de rescriptis*, Sarnen. *in regula de non judicando juxta formam supplicationis quæst.* 1. *num.* 9. Bellamer. *decis.* 119. *sub num.* 12. Rota penes Bichium *decis.* 114. *num.* 8. & 9. & *decis.* 171. *num.* 11. per textum *in cap. super eo*, *il secundo circa finem*,

de appellat. Lotter. *de re beneficial. lib. 1. quæst. 37. n. 32. & lib. 2. quæst. 40. num. 36. & 37.* & fuit etiam doctrina Glossæ *in clem. 1. de procuratoribus, verbo receptis*, ibi: *Post hanc receptionem competit huic exercitium officii, sicut*
2 *de judice dicitur de appellat. super eo 2*, alias, ut scripsimus sub *num. 5.* nulliter agit, & Doctoribus citatis ibi, adde Baldum *in l. falsus num. 19. C. de furtis*, Ferretum *consil. 85. n. 4. lib. 1.* Rot. *in decis. 143. n. 2. part. 2. recent. & in dicta dec. 173. n. 12.* apud Bichium, præsentationem Litterarum esse faciendam quando Litteræ Apostolicæ continent man-
3 datum ad aliquid faciendum, secus cum gratia est jam facta, juxta doctrinam Oldradi, & fuit doctrina Baldi *in d. l. falsus num. 24.* quam sequuntur Molin. *de primogenitura lib. 2. cap. 7. num. 25.* & alii citati per Rotam *in decis. 158. n. 22.* penes Bichium, addi potest *dicta decis. 114. nu. 8.* penes eundem Bichium.

4 Ad *n. 7. vers. sed at tempta*, ubi dicitur, quod sumptum, seu transumptum cum debitis subscriptionibus plene probat, ac originale, & sufficit illud præsentare, adde *decis. Rota num. 5. part. 16. recent. & decis. 161. nu. 6. part. 18. tom. 1. recent.*

Cum contigit error in nomine Ordinarii, Diœcesis, seu Oratorum, veluti si pro Ordinario Bisacien. sint directæ Litteræ *Loquedonen.* qui non est proprius Ordinarius, ut
5 diximus *num. 10.* neutrum posse exequi Litteras, sed corrigendas esse, & quod illas exequi nequeat ille, cui commissæ sunt erronee, rescripsit etiam Pater Bardus *selectarum lib. 4. quæst. 6. num. 2.* qui *num. 3.* idem dixit, si error sit commissus in vicinitate Ordinarii, cum re vera cui sunt directæ Litteræ non est vicinior, quia nequaquam poterit hic Litteras exequi; sed *num. 4.* dicit, quod has Litteras poterit exequi ille, qui est vicinior; Sed hæc doctrina ex traditis in dicto *n. 10.* venit refellenda: quia si vere vicino-
6 ri Litteræ non sunt directæ, qua auctoritate illas poterit exequi? si enim Litteræ sunt directæ Episcopi Anglonen. uti viciniori, cum vere non est vicinior, non poterit illas exequi, ut dicit Bardus: quia intentio Summi Pontificis fuit dirigere illas viciniori, sic cum non est vicinior adest defectus intentionis, si vicinior est Policastrensis, quomodo illas poterit exequi, si ei directæ non sunt Litteræ; & si est vicinior, cui intellexit Papa committere, non habet commissionem, & mandatum, igitur corrigendæ erunt semper Litteræ.

CAPUT V.

De Clausulis apponi solitis in Litteris Apostolicis continentibus Gratiam.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Beneficiales, sive Bullæ dividuntur in tres partes.*
2 *Litteræ in [forma dignum habent initium] Dignum arbitramur.*
3 *Clausula [in forma dignum] facit mistum Executorem.*
4 *Executor in Litteris (in forma dignum) semper est mistus ex vi rescripti.*
5 *Executor in Litteris (in forma dignum) tenetur procedere cum causæ cognitione.*
6 *Clausula [Dudum] apponitur cum Papa providet de Beneficio reservato.*
7 *Cum reservatio provenit ex Regula mensium concipitur, dudum, siquidem omnia Beneficia; cum vero ex Regula certa efformatur, dudum, siquidem omnes Dignitates.*
8 *Clausula [Dummodo dispositio ad nos hac vice, &c.] apponitur cum Papa providet de reservato.*
9 *Per hanc clausulam Papa se declarat nolle prævenire, nec concurrere cum Ordinario.*
10 *Clausula [Dummodo] censetur semper apposita, & subintelligitur.*
11 *Clausula hæc est justificanda quoad reservationem expressam concludenter.*
12 *Per hanc clausulam præservatur juspatronatus.*
13 *Clausula [ut asserit, vel asseris] est partis, & justificanda, quia importat conditionem.*
14 *Gratia stat in suspenso, donec verificetur clausula [ut asseris, vel asserit]*
15 *Clausula [ut asseritur] est Papæ, & non justificanda.*
16 *Tunc hæc clausula [ut asseritur] non est justificanda, quando est posita post narrativam partis.*
17 *Clausula [discretioni tuæ] importat arbitrium prudentiale.*
18 *Clausula [de præmissis diligenter informes] refertur ad omnia præcedentia: sic clausula (constito de assertis).*
19 *Clausula [si preces veritati nitantur] semper censetur apposita.*
20 *Clausula hæc facit Gratiam conditionalem.*
21 *Clausula [cujus conscientiam oneramus] inducit electionem industriæ personæ secundum aliquos.*
22 *Non semper per hanc clausulam censetur electa industria personæ.*
23 *Hæc clausula non impedit subdelegationem.*
24 *Non semper tollit necessitatem procedendi judicialiter.*
25 *Clausula [dummodo habeat aliunde] debet concludenter verificari.*
26 *Clausulas [sive præmisso] inventæ fuit a practicis Curialibus, quia de jure communi expresso uno modo vacationis non poterat provisus capere ex alia vacatione, & Gratia reddebatur nulla.*
27 *Per hanc clausulam poterit recipere quovis modo vacet.*
28 *Clausula hæc [sive præmisso] est salutaris, & salvatur per ipsam subreptio.*
29 *Dat prælationem impetranti, & præfertur etiam ei, qui verum modum expressit.*
30 *Cum certus modus dispositive est narratus non potest capi ex clausula generali (sive præmisso).*
31 *Expresso uno modo in Litteris non potest capi ex clausula generali [sive præmisso] posita in Executione.*
32 *Maximopere attendi debet forma Litterarum.*
33 *Clausula [sive præmisso] non juvat, cum falsus modus expressus est data opera, quia tunc hæc clausula corruit cum ipsa Gratia.*
34 *Sufficit, ut de facto modus expressus justificetur, & non sit omnino falsus.*
35 *Clausula [sive præmisso] non supplet ex defectu personæ, sed modi expressi.*
36 *Clausula [sive præmisso] fuerunt addita illa verba, vel ex alterius cujuscunque persona, ad effectum, ut impetrans possit capere Beneficium, si vacat ex alia, quam expressa persona.*
37 *Secundum Puteum hæc clausula comprehendit vacationem in Curia.*
38 *Contrarium tenet ex vi clausul. simpliciter prolata, tenet Lotterius.*
39 *Reservatio ratione mensis est exprimenda, nec venit sub hac clausula generali [sive præmisso]*
40 *Quod procedit etiam, si mensis fuerit reservatus ratione alternativæ.*
41 *Clausula hæc generalis [vel alio quovis, &c.] non comprehendit vacationem ob non publicationem.*
42 *Non extenditur hæc clausula ad vacationem ob Regulam de viginti.*
43 *Non extenditur ad vacationem futuram, sed comprehendit illam de tempore Datæ.*
44 *Clausula [sive præmisso] venit ampliative ad reservationem narratam, ac illam supponit, & refertur ad clausulam [dummodo dispositio ad nos]*
45 *Valor in Beneficiis in impetratione exprimitur, attentis stylo, & Regula Cancellariæ.*
46 *Regula Cancellariæ de exprimendo valore in impetratione maxima ratione promulgatur, ne quis cupiat plurimorum stipendia, & ne fiat fraus Officialibus.*
47 *Plus est in reditu, quam in fructu.*
48 *Expressio fieri debet secundũ valorem auri de Camera, & secundum communem existimationem, & quare.*
49 *Clausula [cum juribus, & pertinentiis suis] invalidat connexa.*
50 *Clausula (aut per Constitutionem Execrabilis importat vacationem per adeptionem secundi Beneficii incompatibilis ratione Curæ Animarum.*
51 *Pluralitas beneficiorũ in una persona est semper prohibita a Sacris Canonibus, sed varie, nam aliquando fuit data optio circa admissionem, aliquando secũdo impetrans privabatur, aliquando vero primo, & referuntur Canones, & Concilia tã antiqua, quã recentiora.*
52 *In Concil. Trident. sess. 7. c. 4. de refor. statutum fuit, ut cum quis plura curata, aut alia incompatibilia Beneficia præsumpserit recipere, & retinere, omnibus privetur ipso jure.*

53 Hæc pœna Concilii incurritur in omnibus incompatibilibus secundum veriorem sententiam.
54 Ex regula Cancellariæ per assecutionem incompatibilis vacat primum Beneficium.
55 Quæ sint incompatibilia Beneficia, remissive.
56 Extravagans, Execrabilis, an locum habeat in Beneficiis non curatis, quæstio antiqua.
57 Pyrrus Corradus damnat Officiales Dataria, & alios, qui porrigunt Supplicationem, & admittunt pro impetrationibus simplicium Canonicatuum cum clausula per Constitutionem, Execrabilis.
58 Constitutio, Execrabilis fuit ampliata per Trident. ad omnia incompatibilia, & per Regulam Cancellariæ ad omnia Beneficia, de quibus Ordinarii non possent disponere.
59 Refertur opinio Corradi circa Extravagantem, Execrabilis.
66 Ut vacet primum per assecutionem secundi, opus est, ut secundum adipiscatur.
61 Possessio debet esse pacifica.
62 Debet esse pacifica de jure, & de facto absque alia controversia etiam extrajudiciali.
63 Ut non dicatur pacifica, sufficiunt extrajudiciales molestiæ, nec tenetur dimittere ante primum.
64 Lis debet esse super secundo, ne teneatur dimittere primum.
65 Possessio debet esse juncta cum fructuum perceptione saltem majoris partis.
66 Decretum de dimittendo non urget, nisi adsit fructuum perceptio.
67 Fructus præsumuntur exacti a pacifico possessore.
68 Possessio Curæ Spiritualis non sufficit.
69 Possessio non dicitur pacifica, cum in limine possessionis, vel statim turbatur.
70 Arbitrarium est Judici decernere, quando incontinenti dicitur quis turbatus.
71 Si quis fuerit per duos menses in pacifica possessione secundi Beneficii, vacat primum.
72 Incompatibilitas oritur non ex assecutione, sed ex retentione.
73 Qui impetrat ob assecutionem secundi incompatibilis debet probare possessionem pacificam de jure, & de facto cum retentione primi.
74 Constitutio, Execrabilis mandat, ut infra mensem primum dimittatur coram Ordinario.
75 Ut utrumque vacet, requiritur, ut quis contendat utrumque retinere; & variæ fuerunt opiniones quomodo debeat esse hæc contentio.
76 In omnibus provisionibus de Beneficiis incompatibilibus apponitur decretum de dimittendo infra duos menses, alioquin utrunque vacat.
77 Hoc tempus currit a die possessionis pacificæ.
78 Habenti litem non currit tempus.
79 Existente intruso, decretum non operatur.
80 Existente intruso, provisus tenetur facere diligentias ad expellendum intrusum.
81 Possessor manuteneri debet quousque videatur, an locus sit decreto de dimittendo.
82 Decretum irritans appositum in decreto de dimittendo est consecutivum ad reservationem in eventum, quo Beneficium admittatur, ut explicat Lotterius.
83 Cum est clarum, quod intrat decretum, quia probata fuit possessio, non competit manutentio.
84 Decretum de dimittendo non intrat, cum Beneficium vacat ex alia causa ante dictum tempus.
85 Cum fuerit dimissum primum vigore decreti, si secundum evincatur, redit ad primum, & competit ei manutentio.
86 Beneficia, quæ vacant ob assecutionem secundi incompatibilis sunt reservata, si provisio sit facta a Sede Apostolica, secus si ab Ordinario; nam tunc attenditur in quo mense assecutio contingat.
87 Executori proderit mensis non reservatus, ut secundum possit conferri ab Ordinario.
88 Cum assecutio secundi speratur a Papa, non potest in fraudem reservationis futuræ resignari Beneficium, ut disponitur in Regula Tertia Cancellariæ.
89 Regula Cancellariæ, & Constitutio Pauli V. prohibentes fieri resignationem in manibus Ordinarii, cum speratur assecutio secundi Beneficii incompatibilis, non habet locũ, cum assecutio secundi incompatibilis sit auctoritate Ordinarii; & ita intelligitur doctrina Tõduti.
90 Non est eadem ratio, cum assecutio secundi Beneficii speratur a Sede Apostolica, & cum facienda est ab Ordinario, & assignatur disparitas.
91 Cum quis secundum incompatibile adipiscitur Beneficium, & primum infra mensem non dimittit verbo, & facto coram Ordinario, utrunque vacat, & utriusque collatio reservatur Papæ.
92 Si Episcopus conferat tertium Beneficium Clerico, cujus collatio sit nulla, & quod vacet, remissive.
93 Tempus duorum mensium dimittendi cum Beneficii possessio accepta est per præventionem incipit a die scientiæ.
94 Per Clausulam (auctoritate nostra conferas) quæ apponitur in provisionibus in forma dignum, demonstratur quod Papa non confert ipse, sed mandat Executori, ut conferat.
95 Quid importat Clausula (recipiatur in fratrem)
96 Canonicatus, & Præbenda non sunt idem, & Canonicatus potest esse sine Præbenda.
97 Secundum stylum Cancellariæ, & Datariæ exprimi debet distincte Canonicatus, & Præbenda si adsit.
98 Quid importet illa Clausula (stallum in Choro, & locum in Capitulo.
99 Clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore) facit Gratiam conditionalem, & plene justificari debet, etiam parte non opponente.
100 Ejus justificatio continuo durare debet etiam futuro tempore.
101 Facienda est justificatio hujus clausulæ, dummodo deductis oneribus, & centum semper est libera.
102 De ejus justificatione cum est lis inter titularem, & pensionarium, remissive.
103 Clausula hæc (dummodo) si non fuerit apposita subintelligitur in Curatis.
104 Clausula (dummodo de tempore Datæ præsentium alteri non sit jus quæsitum) apponitur in Bullis ad præservandum jus alterius.
105 Regula Cancellariæ de jure quæsito auget aliquid plus ultra jus commune.
106 Clausula (dummodo alteri) intelligitur de alio, quam de narrato præjudicio.
107 Quamvis fuerit omissa, semper subintelligitur.
108 Præservat jus anterius quæsitum, & resolvitur Gratia posteriori loco obtenta.
109 Non facit Gratiam conditionalem conditione suspensiva, sed resolutiva.
110 Non eget justificatione hæc Clausula.
111 Clausula hæc (dummodo) præservat jus ad rem validum, & considerabile, non autem nullum.
112 Præservat jus quæsitum ex præsentatione, & electione, etiam non secuta justificatione, dummodo fuerit facta acceptatio.
113 Requiritur, ut a majori parte patronorum sit præsentatus, nec sufficit, ut a medietate sit præsentatus, nisi haberet gratificationem ab Ordinario.
114 Rota aliquando dixit, quod præservat hæc Clausula jus acquisitum ex præsentatione facta a medietate patronorum.
155 Præservat jus ex oppositione quæsitum, quando Beneficium est debitum oppositori.
116 Hæc etiam Clausula (dummodo) præservat jus deductum in judicium ante impetrationem Gratiæ.
117 Præservat jus quæsitum ex collatione Ordinarii, dummodo provisio sit valida.
118 Si nulla fuerit provisio, quia non fuit servata forma concursus, hæc Clausula non est apta ad præservandum jus, quando tamen concursus requiritur pro forma; secus si solum esset examinandus.
119 Clausula hæc (dummodo) solet apponi, cum Papa providet de non reservato.
120 Jus acquisitum ex possessione nulliter capta, & attenta hæc Clausula non præservat, & nec ex provisione conditionali.
121 Hæc Clausula (dummodo) facit mistum Executorem.
122 Executor vigore hujus Clausulæ, etiam si nullus verus sit contradictor, debet præmittere citationem per edictum.
123 Habens Datam anteriorem præfertur.
124 Clausula (verificato jurepatronatus) facit mixtum Executorem, & importat conditionem.
125 Clausula hæc an sit concludenter probanda inquenti, num. 126. 127. 128.

129 Clausula hec [verificato] quasi semper apponitur verificanda curam Ordinario, quando datur alius Executer Gratie, & n.129.
130 Quando derogatur juripatronatus cum speciali clausula derogateva pro medietate.
131 Cum derogatur medietas intelligitur de illis patronis, qui sunt in possessione presentandi.
132 Semper preferetur ille, qui presentatur a patronis existentibus in quasi possessione presentandi.
133 Affertur doctrina Mandosii, quando intelligitur derogatio pro medietate.
134 Solet quandoque derogari in totum juripatronatus, cum vacatio contingit in Curia.
135 Cum Papa concedit retentionem, etiam derogat juripatronatus Regum.
136 Cum Beneficio litigioso existente Papa derogat in totum, quia patroni non possunt presentare,
137 Clausula [litis statum] apponitur, quia litigiosa Beneficia sunt affecta.
138 Cum Beneficium est litigiosum, est facienda mentio de lite, alias subreptitia est Gratia.
139 Excusat a subreptione, non tamen operatur contra tertium, n.140.
141 Clausula [litis statum] non operatur cum Papa motivum ad concedendum est lis.
142 Clausula [litis statum] non operatur, ut possit capi possessio absque vitio attentatorum.
143 Clausula [constito] facit dispositionem conditionalem quia dat formam.
144 Clausula [constito] facit mistum Executorem, & debet procedere cum causa cognitione, n.145.
146 Quando requiritur partis citatio.
147 Clausula [constito] requirit plenam probationem exequendo.
148 Quando cessat reservatio, vel redditur turbida, cessat Brevis executio.
149 Probatio pro justificatione clausula [constito] semper debet esse plena licet extrajudicialis.
150 Reservatio debet concludenter probari pro justificatione clausula [constitu]
151 Justificata clausula [constito] totum Breve dicitur justificatum.
152 Clausula [constito] qualificat solum reservationem.
153 Clausula [dummodo intrusus non sit] intelligitur de alia specie intrusionis quam de narrata, n. 153.
154 Intrusionis nomen late patet.
155 Clausula [absolutione a Censuris] ponitur in omni Gratia.
156 Non prodest insordescentibus in excommunicatione.
157 Clausula [etiam si generaliter, vel specialiter sit affectum] quid importet.
158 Clausula [inductum defendas] quid importet.
159 Clausula [amoto] quomodocunque concipiatur, sive dicatur, amoto quolibet illicito detentore, sive, amoto quolibet detentore, semper eundem habet effectum.
160 Clausula [amoto] facit mixtum Executorem, cum apponitur in dispositiva, secundum multos, contrarium secundum Lotterium, n.161.
162 Clausula [amoto] generaliter loquendo facit mixtum Executorem, & tenetur procedere cum causa cognitione, & citato possessore, seu intrusa.
163 Non tenetur procedere cum causa cognitione Executor, cum post clausulam [amoto] subsequitur alia sine vitio spolii, & attentatorum.
164 Clausula [amoto] facit mixtum Executorem, cum adest legitimus contradictor.
165 Clausula [vocatis vocandis] facit mixtum Executorem.
166 Clausula [amoto] posita post discussionem negotii non operatur, ut Executor sit mixtus.
167 Clausula (amoto) posito in Litteris expeditis in forma gratiosa non facit mixtum Executorem.
168 Clausula (amoto) preservat a subreptione, si de possessione colorata non sit facta mentio.
169 Clausula (exclusis) & amotis detentioribus non tamen a nobis provisis) effectus, & num.170.171.172.173. & 174.
175 Clausula (contradictores compescendo) intelligitur de contradictore facti, non juris.
176 Quis dicatur contradictor facti, quis juris.
177 Clausula appellatione postposita quid importet.
178 Hec clausula non tollit subreptionem.
179 Clausula (non obstantibus) apposita in Bullis quid importet, & an derogetur per eam conciliari dispositioni, vel S.C.T. n. 180.181.182.& 183.
184 Tollit omnia que adversantur Gratie.
185 Posita hec clausula in Executivis non refertur ad immediate precedentia.
186 Non tollit jus quesitum.
187 Non tollit Regulas Cancellarie.
188 Clausula (& aliis Apostolicis Constitutionibus) quid importet, & n.189.
190 Clausula (aut si aliqui) quid importet, & an tollat expectativam, n.191.
192 Clausula (seu si Venerabili fratri) effectus, & n.193.
194 Episcopus Civitatis Cavon. conferebat antiquitus Canonicatus in quocunque mense vacantes.
195 Stante indulto conferendi Beneficia reservata non extenditur ad ea, que duplice reservatione sunt affecta, & reservata.
196 Provisus de Canonicatu debet prestare juramentum de servandis Statutis Ecclesia vigore clausula specialis, que apponitur in Litteris.
197 Clausula (Decreti irritantis) quid importet, n. 198. 199. 200.201 & 202.
203 Illa verba in principio Bullarum (, vita, & morum) non sunt verificanda.
204 Clausola (per liberam resignationem in manibus) refertur ad coactionem.
205 Clausula (non alias) est abdicativa consensus, & inducit formam limitatam.
206 Clausula (Motu proprio) quid importet, & nu. 207. & 208.
207 Clausula (sola Signatura sufficiat) operatur ut non requiratur expeditio Litterarum.
209 Clausula (liberam, & immunem) que apponitur in Litteris reservationis pensionum, importat, ut non teneatur pensionarius ad onera.
210 Clausula (etiam si super illius fructibus alia pensiones) efficit, ut sustineatur pensio etiam si adessent alie antique, alias non sustenetur, & n. 211.
212 Clausula (habita, vel non habita) efficit, ut titularis teneatur ad solvendum pensionem, tum per eum steterit quin possessionem accipiat.
213 Clausula (dummodo patronorum accedat consensus) operatur, ut expressus consensus intervenire debeat.
214 Clausula (ut commodius sustentari valeat) posita in pensionis reservatione efficit, ut pensio habeat naturam alimentorum.
215 Clausula (si neutri, si nulli, si alteri) quid importent.
216 Clausula (perinde valere) remissive.
217 Dispensationes Matrimoniales continent duntaxat mandatum ad dispensandum, & diversa est dispensatio a mandato, n. 218.
219 Dispensationum matrimonialium causa plures, numer. 220.
221 Clausula (paris conditionis) ad quam paritatem referatur.
222 Mulier non tenetur virum querere.
223 Clausula (ipsis alias scientibus) apponitur in dispensationibus, cum intercedit copula.
224 Cum intercessit copula inter consanguineos, vel affines sponsos omnino explicari debet, quicquid alii contrarium dixerint.
225 Copula tunc est exprimenda cum in vase muliebri est seminatum ipsum penetrando.
226 Non requiritur, ut emittatur semen mulieris, sed sufficit viri.
227 Si intercedat copula inter futuros conjuges post impetratam dispensationem, & Executori presentatam, dispensatio redditur irrita, & impetranda est nova Gratia per Perinde valere.
228 Cum copula est occulta succurritur Oratoribus per Pœnitentiariam secretam.
229 Quando in Litteris non precipitur separatio, nova copula non reddit nullam dispensationem secundum Gratiam.
230 Clausula (non quidem data opera) eo tendit, ut excludantur illi, qui data ad necessitandam Sedem Apostolicam ad dispensandum copulam habent.
231 Cum copula intervenerit data opera ad impetrandam dispensationem, omnino est exprimenda hec intentio etiam si talem intentionem unus tantum habuerit, & duplicatur pœnitentia.
232 Clausula (vesana libidine victor) quid significat.

233 Sta-

233 *Statur assertioni partium circa copulam.*

234 *Mulier ab alio cognita remanet innupta, ac diffamata, & verisimiliter oriri possunt scandala.*

235 *Absolutio ab incestu regulariter non est reservata: attamen cum Papa manus apponit, absolutio danda est a Delegato.*

236 *Clausola [qui pauperes, & miserabiles censendi sunt] in hac materia.*

237 *Clausola [in primis ab invicem separes] habet locum, quando sponsi simul cohabitant, & quid intelligatur nomine separationis.*

238 *Clausula [pœnitentiam publicam imponas] quid importet.*

239 *Clausula [operam suam fabrica] qua apponitur in dispensationibus, quid præ se ferat, num. 240. 241. 242. & 243.*

244 *Clausula [pœnitentia publica peracta] denotat, ut jam sit expleta.*

245 *Cum urget aliquod periculum antequam pœnitentia sit expleta, recurri debet ad D. Datarium, ut possit matrimonium contrahi ante dictum tempus.*

246 *Clausula [parito judicato] effectus.*

247 *Cum matrimonium contrahitur de facto inter prohibitos, incurritur excommunicatio.*

248 *Clausula [matrimonium inter se de novo] importat, ut matrimonium primo loco nulliter contractum de novo in faciem Ecclesiæ contrahatur.*

249 *Quando matrimonium fuit nulliter contractum scienter, ponitur clausula, quod alter supervivens non possit de novo matrimonium contrahere; secus si ignoranter.*

250 *Ut quis constituatur in mala fide, sufficit notitia extrajudicialis.*

251 *Si post notitiam de impedimento conjuges se abstinuerint ab ulteriori copula imponitur pœnitentia, quæ tamen apponitur cum perseveraverint, vel cum scienter contraxerint.*

252 *Ut excusentur a pœna contrahentes in gradu prohibito requiritur, ut ignorantia sit probabilis.*

253 *Ignorantia probatur juramento partium.*

254 *Quælibet ignorantia excusat a pœna licet sit crassa, & supina, & secundum multos etiam affectata, quando pœna est lata contra scientes.*

255 *Quando copula fuerit publica, ponitur clausula [in utroque foro absolvas] nam si copula sit secreta, succurritur Oratoribus per Pœnitentiariam secretam.*

256 *Per clausulam [authoritate nostra dispenses] conceditur Executori potestas delegata, ut ipso nomine Papæ dispenset.*

257 *Clausula [deposita per te omni spe cujusque muneris] effectus quis.*

258 *Clausula [dummodo dicta N. rapta non fuerit] quare ponitur, & quem effectum producat.*

259 *Matrimonium quomodo contrahendum sit ex Tridentini Decreto.*

260 *Quando Episcopus possit remittere denunciationes remissive.*

261 *Vicarius Episcopi an ex vi potestatis Ordinariæ possit remittere denunciationes remissive.*

262 *Matrimonium dicitur in faciem Ecclesiæ solemnizatum, cum coram Parocho est celebratum.*

263 *Clausula [prolem susceptam, vel suscipiendam effectus.]*

264 *Clausula [si tibi expediens videbitur] quid importet.*

265 *Cum impedimentum est duplicatum, si proveniat ex diverso stipite est explicandum, cum vero ab eodem, dispensatur in remotiori, n. 256.*

267 *Cum concurrunt duo impedimenta, unum publicum, aliud occultum, super publico impetratur dispensatio a Dataria, & Cancellaria, super occulto a Pœnitentiaria Secreta.*

268 *Clausola [non obstantibus] quæ ponitur in dispensationibus non inducit dispensationem super altero impedimento non expresso.*

269 *Clausola [ex certis, & rationabilibus causis] quæ apponitur in dispensationibus matrimonialibus, efficit, ut Oratores non teneantur aliquam causam verificare.*

270 *Clausula [ad tertiam generationem] quæ ponitur in concessionibus in emphyteosim, quid importet, & an includatur in ea persona acquirens, num. 271. 272. 273. 274. 275. & 276.*

277 *Clausula [si vestra, & Sedis Apostolicæ sibi suffragetur licentia] quis effectus, & an tunc sit impetrandus assensus, cum alioquin non requiritur, n. 278. & 279.*

280 *Assensus præcedere debet, nec evitantur censuræ si sequatur effectus, etiam si assensus sit reservatus, & tunc peti debet absolutio a censuris, n. 281.*

282 *Celebrari poterit contractus ante impetrationem assensus, sed non debet tradi possessio, & cum assensus fuerit impetratus non debet de novo celebrari contractus, n. 283.*

284 *Antequam assensus fuerit impetratus, potest fieri locatio.*

285 *Cum contractus est celebratus, reservato assensu, tunc est conditionalis.*

286 *Ecclesia potest recedere a contractu ante assensum impetratum, secus vero altera pars, nu. 287. 288. 289. 290. 291.*

292 *Quando dicatur expeditum beneplacitum Apostolicum.*

293 *Post impetratum assensum non est licita pœnitentia.*

294 *Alienatio facta ab Ecclesia post impetratum assensum habet statum implicitum validitatis dependentem ab utilitate.*

295 *Quando in contractibus præfixus est terminus ad impetrandum beneplacitum, si lapsum sit tempus, solet narrari Pontifici; nam partes non tenentur stare contractui, cum adest pactum resolutivum, nec admittitur purgatio moræ.*

297 *Qui promisit procurare assensum intra certum tempus, non potest postea ipse dicere de nullitate.*

298 *Assensus an, & quando præsumatur intervenisse antiqua fuit quæstio, quæ hodie cessat ex Constitutione Urbana, quæ tamen non habet locum, cum alienatio fit inter Ecclesias.*

299 *In quibus requiritur beneplacitum Apostolicum remissive; & hodie requiritur etiam in repudiatione hæreditatis secundum Rotam.*

300 *An requiratur in concordia super modo exigendi Decimas.*

301 *Clausulas [vocatis vocandis] quid operetur in Litteris in evidentem, & qui sint vocandi, & quomodo debet constare, num. 302. & 303.*

304 *Patroni licet non sint de necessitate citandi in alienatione bonorum Ecclesiæ patronatæ, attamen possunt se objicere alienationi.*

305 *Cum in Litteris in evidentem apponitur clausula [consentientibus dilectis filiis Canonicis] requiritur expressus consensus.*

306 *Clausula [servata forma] importat actus nullitatem in casu contrario.*

307 *Clausula [circumstantiis specificatis] inducit actuum nullitatem, si bona non specificentur coram Executoribus, & quomodo sit facienda hæc specificatio, num. 308.*

309 *Exprimi debet valor in proprietate, & reditus annuus.*

310 *Clausula [vos conjunctim procedentes] quæ apponitur in Litteris in evidentem unde desumpta.*

311 *An hæc clausula denotet electam fuisse industriam personæ, & possint delegati subdelegare.*

312 *Clausula [si in evidentem] quid importet: & quomodo evidens utilitas patere debet, & quæ talis dicatur, num. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. & 325.*

Emens ex causa utilitatis non debet ita esse solicitus, ut vergatur in causam expressam, sicuti emens ex causa necessitatis.

326 *Res Ecclesiæ an dari debeat semper plus offerenti, an vero offerenti justum pretium, n. 327.*

328 *An in alienatione rerum Ecclesiæ sit admittenda oblatio ultra sextam post candelæ accensionem, n. 329. 330. & 331.*

332 *Utilitas semper adesse debet secundum aliquos DD.*

333 *Sufficit, ut contractus sit initus cum evidenti Ecclesiæ utilitate, nec attenditur temporis mutatio, nisi tamen sit celebratus tempore calamitoso, quia tunc non attenditur tempus contractus, num. 334. secundum alios.*

335 *Refertur opinio Genuensis in hac quæstione, quam sequitur Corradus.*

336 *Refertur opinio Patris Donati Laynæ.*

337 *Opinio authoris in hac quæstione.*

338 *In contractu Emphyteusis, quando debet intervenire utilitas.*

339 *Cum petitur rescissio contractus ob defectum causa utilitatis, debet probari, quod non interfuit utilitas; nam præsumptio stat pro actus validitate, & pro Commissariis, cum tamen rite, & servata forma processerunt.*

340 *Cum petitur rescissio contractus ob defectum causa utilitatis, non est opus probare læsionem.*

341 *Declaratur supradicta doctrina, ut sufficiat, si tempore contractus fuerit utilitas, nec necessarium est ut semper duret.*

342 *Qui vult probare non evidentem utilitatem, quomodo debeat illam deducere,*

343 *Valor rei quomodo articulandus;*

344 *Cum contractus est celebratus cum assensu Ordinarii sufficit, ut ex eo non sit læsa Ecclesia.*

345 *Ad essentiam evidentis utilitatis non requiritur subhastatio, si fiat ex causa voluntaria alienatio; secus si ex causa necessaria, secundum aliquos.*

346 *Cum alienatio fit ob evidentem, sufficit, ut hæc verificetur, nec subreptio circa reliqua obest, n. 347.*

348 *Clausula [si verbis legitime constiterit] importat, ut judicialiter procedendum sit.*

349 *Clausula [omnes, & singulas, tam juris, &c.] ponitur in confirmationibus contractuum, & supplet defectus juris positivi tantum,*

350 *Clausula [quod finita generatione pretium Terræ revertatur ad Ecclesiam] est contra juris communis dispositionem num. 351,*

352 *Clausula [quod renovatio peti non possit] est etiam contra communis juris dispositionem.*

353 *In venditionibus bonorum Ecclesiasticorum ponitur clausula [dummodo venditio, & pretii conversio fiat unico contextu]*

354 *Quando pretium rei venditæ debet reinvestiri secundum aliquos, emptor non tenetur probare versionem in causam expressam.*

355 *Clausula [dummodo pretium subrogetur in aliud pretium] est diversa ab illa [dummodo venditio, & pretii conversio fiat unico contextu]*

356 *Clausula, non obstantibus, non derogat prohibitioni testatoris,*

Clausula [per Apostolica scripta mandamus] importat mandatum ad dispensationem,

357 *Clausula [dummodo aliud non obstet impedimentum] ponitur ad exuberantiam, quia dispensatio super uno non extenditur ad aliud impedimentum.*

358 *Dispensatus ad minores non censetur dispensatus ad majores, quia dispensatio est stricti juris.*

359 *Dispensatus ad Ordines non censetur dispensatus ad Beneficia, & dispensatus ad Beneficia simpliciter non censetur dispensatus ad Curata.*

360 *Dispensatus ab Beneficia Curata non censetur dispensatus ad Canonicatus,*

361 *In dispensationibus ponitur etiam illa clausula [personatus, administrationes, & officia] & quare.*

362 *In dispensatione ad Dignitates non veniunt Episcopatus.*

363 *Ut quis possit obtinere Beneficia in Cathedralibus, & Metropolitanis opus est speciali clausula.*

364 *Clausula [si tibi alias canonice conferatur] quid importet, & quid importet verbum [conferre] n. 365, 366 & 367.*

368 *Clausula [recipere, & retinere] & quid significet,*

369 *Clausula, dummodo plura non sint, desumitur ex Tridentino.*

370 *Clausula [ad quascunque pensiones] quare ponatur in dispensationibus super irregularitatibus, &c.*

DIversæ sunt clausulæ, quæ apponuntur in Litteris Apostolicis secundum subjectam materiam, quam continent ipsæ Litteræ; & licet tractemus de Executoribus Litterarum Apostolicarum in genere, impossibile tamen est tractare de omnibus clausulis, quæ apponi possunt in omnibus Litteris Apostolicis, præsertim in materiis extraordinariis, & non habentibus Executorem. Tractabimus tamen de illius clausulis, quæ apponi solent in Litteris Apostolicis in materiis usu frequentioribus; & quia materia Beneficialis est usu frequentior, & habet multiplices, & diversas clausulas; ideo de clausolis istis primo duxi agendum.

1 Et quidem in primis supponendum est, quod Litteræ Beneficiales, seu Bullæ, sicuti aliæ quoque Litteræ, ut plurimum dividuntur in tres partes, quarum prima est narrativa, quæ partim est Pontificis, partim vero Partis, narrativa Pontificis est a principio usque ad illam partem, in qua incipit narrari petitio partis. Secunda pars est dispositiva Papæ, in qua mandat, quid faciendum, & agendum est per Executorem: & incipit in illa particula: *Discretioni tuæ,* Tertia vero pars dicitur executiva, in qua Papa mandat exequi, quod præcipit, in qua parte apponit multas clausulas, & præservativas, & executivas, ac derogatorias, de quibus omnibus agendum est. Sic etiam dixit Ubertus *de citationib. c. 2. n. 32.* quod in Bullis solent apponi plures clausulæ, & quod aliæ respiciunt jus alterius, aliæ narratorum verificationem, aliæ executionem gratiæ, aliæ possessoris remotionem: sed nos eas explicabimus, juxta ordinem propositum de narrativa, dispositiva, & executiva.

In primis notandum est, quod in principio Bullarum ponuntur illa verba, *vitæ, & morum tuorum honestas, &c.* quæ nihil præ se ferunt, nec sunt in causa, & consequenter non indigent aliqua justificatione, Rebuff. *in rubr. de clausulis mandatorum n. 3.* Corrad. *in praxi dispen. lib. 2. c. 5. num. 17.* Seraph. *dec.* 2425.

In narrativa Pontificis prima se offert clausula illa, quæ 2
apponitur in mandatis ad providendum, seu commissionibus de providendo, *Dignum arbitramur, ut illis se reddat*. Hæc clausula apponitur in omnibus illis provisionibus quæ expediuntur in forma dignum, & correspondet etiam illi clausulæ, quæ apponitur in dispositiva, *dummodo idoneus repereris, super quo &c.*

Hæc clausula in forma dignum plura importat, præser- 3
tim facit Executorem mixtum, Buratt. *dec.* 746. & 183. & 629. & 771. *n.* 2. ubi Buratt. Oliver. ad Ludovis. *dec.* 413. *sub num. 4. vers. tertio dicitur*, Rot. *in recent. p. 2. decis.* 701. & *dec.* 159. *num.* 3. Seraph. *decis.* 817. Rot. penes Posthium *post tractatum de manutenendo decis.* 54. Dunoz. *decis.* 414. *num* 2. & 437. Rot, apud Manzanedum *decis.* 548. & 895. Ubertus *de citationib. part. 1. cap. 2. n. 30. & in praxi part. 7. fol. 262. vers. Littera vero*, Amayden *lib. 1. cap. 5. sub num. 51. vers. Executor vero Gratia in forma dignum*, ubi docet, quod ex natura rescripti semper est talis, nempe
mixtus, sive adsit, sive non, legitimus contradictor: at 4
tamen *in decis. quam allegat in Laod. Abbatia Cinacen.* 14. *Januar.* 1622. coram Ubaldo, quam refert ipsemet *cap. 6. num. 17. vers. alia decisio*, dicitur, quod tunc dicitur mixtus Executor datus in Litteris in forma dignum, quando adest vel possessor, vel legitimus contradictor; & ita quoque videtur tenere Ridolf. *in praxi par. 2. cap. 8. num.* 75. & allegat *decis.* Putei 144. *lib.* 2. sed de hac re suo loco fusius, quando tractabimus de Executore Litterarum in forma dignum,

Sequitur ex hac doctrina, quod cum hæc clausula ex sui 5
natura facit mixtum Executorem, teneatur tunc cum causæ cognitione procedere, quia, ut dicemus, omnis mixtus Executor tenetur ita procedere assumendo partes Judicis cum causæ cognitione, ac proinde decretum est appellabile, Rota *decis.* 569. *n.* 34. penes Rubeum *p. 2. tom.* 1. Burat. *decis* 746.

Secunda clausula, quæ se offert discutienda, & appo- 6
ni solet etiam in principio narrativæ Papæ, est illa, *dudum omnia Beneficia, &c.* Hæc clausula solet apponi cum Papa providet de Beneficio reservato, Durand. *decis.* 306. *num.* 8. & 350. Rota penes Merlin. *decis.* 348. Rota *par.* 10. *recent. decis.* 125. *num.* 1. & *decis.* 26. *numer.* 20. 21. & 22. *cum part. 10. recent.* & ideo si vacatio contigerit in mense reservato, necessario debet fieri mentio de tali mense, ut adest Regula Cancellariæ 9. de reservatione mensium, & debet fieri dispositive: quod adeo verum est, quod licet per clausulam generalem, *vel alio quovis*, possit capi Beneficium, etiam si alio modo vacet, non procedit in reservatione mensis; nam dispositive de mense fieri debet mentio, ut suo loco infra dicemus, *ut in decis.* 379. penes
Farinac. *tom. 1. posthum.* Verum notes, quod quando reser- 7
vatio pervenit ex Regula octava, seu nona de reservatione mensium, tunc concipitur [Dudum siquidem omnia Beneficia Ecclesiastica ex tunc usque ad voluntatis nostræ beneplacitum in Januario, & tertiis aliis tunc expressis mensibus extra Romanam Curiam alias quam per Resignationem vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus, &c.] Quando vero reservatio contigit vigore Regulæ tertiæ, concipitur: Dudum siquidem omnes Dignitates &c. Amayden *lib. 1. cap. 29. num.* 8.

& ab

& ab hac clausula, *dudum*, Gratia regulatur, & restringi-
tur, Rota *in d. decis.* 25. *n.* 23. *&* 250. *n.* 9. *p.* 7. *rec.*
8 Hæc clausula correspondet alteri clausulæ, quæ appo-
nitur in dispositiva, nempè, *dummodo dispositio ad nos*
hac vice pertineat, quæ similiter apponitur cum Papa
providet de Beneficiis reservatis, ut dixit Rota penes Mer-
liaum *loc. cit.* Coccinus *in annotationibus annot.* 312. *num.*
3. & facit etiam Gratiam conditionalem ad reservatio-
nem, & vacationem narratam; & ideò ante omnia clau-
sula hæc, quæ importat reservationem, est justificanda,
quia Papa per illam declarat nolle se providere, nisi quate-
nus Beneficium sit reservatum, Rota penes Ludovis. *decis.*
314. *num.* 2. *&* 3. ubi Beltraminus *num.* 6. Rot. *tom.* 1. *decis.*
142. *num.* 9. *& tom.* 3. apud Rub. *decis.* 225. Durand. *de-*
cis. 306. *num.* 9. *&* 350. *numer.* 6. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 51. *nu-*
mer. 3. *&* 4. Rota *in Gerunden. Canonicatus* 20. *Februarii*
1647. coram Ghislerio, *vers. nec facit*, *quæ decisio est*
eadem, *ac supracitata* 25. *part.* 10. *recent.* & apud Gui-
9 lielmum Dunozettum *decis.* 341. *num.* 8. ac etiam decla-
rat Papa nolle concurrere cum Ordinario Collatore, nec
illum prævenire, Mantha *de Clausulis claus.* 37. *nu.* 2. Belt.
loc. cit. ad Gregor. *dict. decis.* 314. *num.* 6. Merlin. *decis.* 426.
num. 7. *&* 8. Rota *dict. decis.* 25. *num.* 28. *&* 29. & hæc clau-
10 sula licet non sit apposita expresse, subintelligi debet, se-
cundum Rotam apud Guiliel. Dunozett. *decis.* 265. *nu.* 6.
quia Papæ rescripta semper intelligenda sunt sine alterius
injuria. Sed quod diximus, quod hæc clausula, cum im-
portet reservationem, sit justificanda, non transit sine ali-
qua difficultate, quia Oliver. Belt. ad decis. Ludovis. 350.
11 docet, quod hæc clausula non est justificanda per impe-
trantem, cum non contineat conditionem suspensivam,
& allegat decis. Rotæ *in Verulen. Beneficii* 16. *Novem.* 1601.
coram Litta, *sed in Gerunden. Canonici* 20. *Februarii* 1647.
coram Ghislerio, *vers. in præsenti*, dicitur, quod licet
clausula, *dummodo ejus dispositio*, non sit justificanda per
impetrantem, cum non contineat conditionem suspensi-
vam per *d. decis.* coram Litta, attamen efficere, ut reser-
vationes narratæ necessario sint justificandæ, & conclu-
12 dentes, ut videre est *d. decis.* 25 *part.* 10. *recent.* Hæc etiam
clausula, *dummodo dispositio ad nos*, *&c.* præservat juspatro-
natus, nec voluisse Papam conferre nisi Beneficium fuerit
liberæ collationis, quia dicta clausula totam Gratiam re-
stringit, Rota apud Guiliel. Dunoz. *decis.* 265. *n.* 5. Buratt.
decis. 150. *&* 777. *part.* 2. *recent.* *& part.* 12. *rec. decis.* 224.
num. 11. Rot. *decis.* 509. *num.* 3 *part.* 14. *rec.* & præservat
etiam jus juseniosis, quatenus Beneficium non sit reserva-
tum, Ludovis. *decis.* 153.
13 Altera clausula est illa, *ut asserit*, si dirigitur Ordina-
rio, vel *ut asseris*, si Litteræ diriguntur ipsi Parti. Hæc
clausula, *ut asserit*, vel *asseris*, quia est narrativa Partis,
& dubietatem in concedente demonstrat, & continet con-
ditionem, *si ita est*, facit ut narrata per Partem sint justifi-
canda, Mantha *de Clausulis*, *claus.* 197. Barbos. *in eodem*
tract. de claus. clausul... Rot. *rec. p.* 4. *dec.* 511. Cavaler. *dec.*
533. *n.* 5. Ferentil. ad Burat. *dec.* 621. *n.* 28. *&* 708. *n.* 15. Ri-
dolphin. *in praxi p.* 2. *cap.* 8. *n.* 63. Rot. *p.* 10. *rec. decis.* 306.
14 *n.* 3. & ideo Gratia stat in suspenso donec verificetur narra-
tiva, optime dicitur *in dec.* 880. *nu.* 2. penes Amatum Du-
nozet. *ubi aliæ & multæ citantur decisiones*, *& p.* 12. *in rec.*
in decis. 178. *n.* 15. Verum quod non reddat Gratiam con-
ditionalem, Rot. etiam *p.* 12. *dec.* 288. non verificata nul-
lum jus tribuit, Rot. *recent. part.* 5 *decis.* 197. *nu.* 70. apud
Carillum *decis.* 109. *n.* 6.
15 Cum tamen hæc clausula concipitur per passivum, *ut*
asseritur, tunc dicunt nostri, quod non sit narrativa Par-
tis, sed Pontificis, & ideo non indiget justificatione, sive
unus, sive plures sint Oratores, Rot. *recent. part.* 5. *decis.*
351. *num.* 16. penes Rub. *tom.* 1. Durand. *decis.* 254. *num.* 15.
Ferentill. ad Burat. *decis.* 708. *num.* 16. *& part.* 2. *recent. de-*
cis. 691. *num.* 6. Rot. penes Rub. *tom.* 1. *decis.* 371. *num.* 12.
Tond. *de pens. cap.* 14. *num.* 16. Ubertus *cap.* 2. *de citat. nu.*
47. *&* 48. Ridolph. *part.* 2. *cap* 8. *num.* 66. & quando appo-
nitur hac clausula in provisionibus Beneficiorum de jure-
patronatus, relinquit Beneficium in suo esse primævo,
nec statum immutat, sed præservat, Rota *part.* 14. *recent.*
decis. 423. *in fin.* *&* 509. *n.* 28. An & quando narrativa Pa-
pæ sit verificanda, vide Amayden. *lib.* 1. *cap.* 33. Honor.
in compendio juris Canonici tit. de rescript. Ludovis. *decis.*
16 239. ubi late Beltraminus *sub littera B.* Sed nota, quod Fa-
rinac. *tom.* 2. *post dec.* 631. *num.* 5. *&* 6. dixit, quod tunc
clausula, *ut asseritur*, non est verificanda, quando est po-
sita post partis narrativam, & clausula, *si ita est*, quia
tunc uti separata non indiget justificatione, & videtur,
quod sit Papæ narrativa, & ejus fundamentum, potest ta-
men dici de defectu intentionis Papæ, si contrarium consti-
terit, ut ibi dicitur in finem *num.* 5.
Prima clausula dispositive est illa *discretioni tuæ*, ab hac 17
enim incipit dispositiva, hæc enim clausula importat arbi-
trium prudentiale, & rationem regulatam, Menoch. *de*
arbitr. lib. 1. *quæst.* 8. *n.* 26. Corradus *lib.* 7. *cap* 6. *n.* 1. Rota
part. 10. *recent. decis.* 325. *num.* 11.
Item se offert illa clausula, nempe *Te de præmissis dili-* 18
genter informes. Hæc clausula indicat, quod Papa non
vult stare assertioni Partium, & ita mandat quod Execu-
tor aliunde justificet narrativam Partis, quam per Orato-
ris confessionem, & refertur ad omnia præcedentia nar-
rata propter illam particulam *de præmissis*; nam est repeti-
tivè omnium narratorum, ac si singula narrata repeteret,
Corradus *prax. disp. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. nec Executor po-
test dare Gratiam pro justificata, ut Ludovis. *dec.* 413. *n.* 1.
Quando autem debet se informare judicialiter, vel extra-
judicialiter, & quando cum citatione, & an partes Judi-
cis teneatur assumere, patebit suo loco. Similis est huic
illa clausula, *constito de assertis*; nam in omnibus verifican-
da est, ut *d. cap.* 2. *n.* 41. nec sufficit unum. Sic etiam illa
alia, *si ita est*, in primis est justificanda, & importat condi-
tionem, & causæ cognitionem, Ubertus *d. cap.* 2. *nu.* 38.
Oldradus *tamen de rescriptis præludio* 9. *nu.* 25. post scripta
Vicus dicit, quod hæc clausula, *si ita est*, facit quidem rescri-
ptum conditionale, tamen conditione resolutiva; nam in
se est purum: resolvitur tamen ubi conditio non purifica-
tur; nam si res ita se habet statim valet, vel si non est ita sta-
tim nulla. Post scripta vidi Monetam *de communicationibus*
ultimarum voluntatum cap. 7. *n.* 136. qui late id comprobat.
Apponitur subsequenter illa alia clausula, *si preces verita-* 19
te niti reperitis: Hæc clausula, etsi non apponatur expres-
se, semper apposita censetur; omnes enim Litteræ Aposto-
licæ continentes mandatum habent istam clausulam in ven-
tre, *si preces veritate nitantur*, *cap.* 2. *de rescriptis*, Lot-
ter. *lib.* 2. *quæst.* 48. *num.* 293. Rota *decis.* 155. *num.* 5. apud
Farin. *tom.* 2. post Rota *in Gerunden. Canonicatu* 20 *Fe-*
bruarii 1647. coram Ghislerio, *vers. quia licet*, *est hæc de-*
cisio 25. *part.* 10. *recent.* *& eadem part.* 10. *decis* 306. *num.* 3.
nam Papa movetur ad concedendum vigore illius narrati-
væ, quatenus narrata sint vera, & facit Gratiam condi-
tionalem, quatenus vera sint narrata: atque ideo si vera
non sunt, corruit Gratia, ex defectu intentionis Papæ, &
ante omnia omnis narrativa justificanda, Lotter. & Rota 20
loc. cit. Oldradus *de rescriptis prælud.* 9. *n.* 75. & latiùs expli-
cabitur, cum de subreptione, & obreptione sermonem
habebimus, ac de narrativa partis probanda, late Barbos.
de clausulis, *claus.* 93. Nota tamen secundum Ubertum,
quod cum hæc clausula expresse apposita est, facit Gratiam
conditionalem, si tamen subintelligatur, non facit gratiam
conditionalem, Ubertus *d. cap.* 2. *num.* 38. Vide de hac re
Marches. *part.* 3. *pag.* 38. & Monetam *loc. cit. ad num.* 126.
cap. 7. Subsequenter apponitur illa clausula, *quatenus ido-*
neus repertus fuerit. Hæc clausula non facit Gratiam con-
ditionalem quoad substantiam, sed solum quoad Execu-
tionem, ut pluries Rota decidit, præsertim penes Carill.
decis. 283. *n.* 4. Rota *in Toletana Archiepisc.* 13. *Junii* 1657.
coram Albergato *est part.* 12. *recent. decis.* 256. *a nu.* 1. *cum*
seqq. Tondut. *part.* 2. *cap.* 4 §. 2. *n.* 9. & suo loco etiam tra-
ctatum est.
Insuper consecutive apponitur illa alia clausula, *cujus con-* 21
scientiam oneramus: per quam clausulam plerique ex no-
stris docent electam esse industriam personæ, ut latiùs Me-
noch. *de præsump. lib.* 2. *qu.* 21. *& de arb. lib.* 1. *qu.* 68. Cor-
rad. *in prax. lib.* 7. *cap* 6. *nu.* 30. & alii, quos citat Barbos.
claus. 13. & consequenter impediri subdelegationem, ad
text. *in cap. fin.* §. *is autem de offic. delegati*.
At dicendum est, quod non semper hæc clausula indi- 22
cat electam esse industriam personæ, sed aliquando in
monitionem sonare, Abbas *in d. cap. fin.* §. *Is autem nu.* 7.
Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 27. Meroll. *tom.* 2. *disp.* 6.
cap.... dub. 44. *num....* Garzia *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 102.
Amayden *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 102. ubi affert Rotæ *decisionem*
in Legionen. Canonicatus coram Aldobrandino, ac conse-
quenter non impedit delegationem semper, & aliquo- 23
rum actuum; nam licet non possit ipsum actum principa-
liter commissum subdelegare, poterit tamen alia præam-
bula, ut suo loco dicemus. Hæc autem clausula, *cujus* 24
conscientiam, non operatur cum adest possessor, seu con-
tradictor; quia tunc alio modo proceditur, notat Uber-

tus *d. cap. 2. num. 46.* Hæc licet regulariter soleat operari, Executor non tenetur partes Judicis assumere, Rota *dec. 94. num. 47. part. recent.* & apud Amatum Dunozett. *decis.* 731. *num.* 28. attamen non semper tollit necessitatem procedendi judicialiter prout materia suadebit, Rota *d. decis.* 731. *num.* 34. Sed fusius infra cum de mero, & mixto Executore tractabimus.

25 Quando Litteræ sunt super resignatione ad alterius favorem, solet apponi clausula in ipsa dispositiva *dummodo dictus N. aliunde*, & tunc quando ad illius titulum ordinem susceperit, & debet concludenter verificari, ut docet Amayden *lib. 1. cap 16. §. 1. num. 16.* & affert Rotæ *decisionem in Leodien Canonicatus Sancti Dionysii* 1628. coram Pirovano, licet enim hæc dictio *dummodo* modum potius, quam conditionem importet, ut videre est apud Merl. *de primog. lib. 2. cap. 15. num.* 28. Tosch. *litt. D. conclus.* 272. Surdum *decis.* 186. Mart. *de dictionib. dictione, dummodo*, & Barbos. *in ead. dict.* attamen, cum adjicitur actui imperfecto, & adimplendo importat conditionem, *l. Thays*, *§. stichus, ff. de manu Testam.* Tondut. *de pens. cap. 14. no.* 3. Rota *in Paduana pens.* apud Marchel. *p. 1. fol.* 516. Sic in nostro casu importat conditionem, Tond. *de pens. cap.* 58. *num* 2. & 3. nam respicit substantiam Gratiæ, & ideo concludenter probanda: Verificatio tamen fieri debet juxta statum, seu qualitatem Resignantis, & Patriæ in qua vitam degit, ita ut plus requiratur in una persona nobili, quam in alia, plus in una Patria, quam in alia; sic attendi debet hæc circumstantia.

26 Apponitur etiam semper illa clausula, *sive præmisso, sive alio quovis modo*; hæc clausula apponitur ex Regula Cancellariæ, quæ hodie est 56. Hanc clausulam invenerunt practici, & docti antiqui Curiales in Gratiam Oratorum, qui impetrabant Beneficia a Sede Apostolica, ut sustineri possint provisiones, & Gratiæ obtentæ, quoniam expresso uno vacationis modo certi Beneficii, & ex unius certa persona, quia expressio hæc restrictivam, & implicitam negativam alterius modi vacationis continet, si Beneficium altero, & diverso ab expresso vacabat, non poterat habere Beneficium, & Gratia reddebatur nulla, ut in *c. susceptum, de rescriptis in 6.* ibi: cum non per resinationem vacaverit, sed per mortem, Abbas *in cap. significant, de rescriptis, num. 6. & 7.* Burat. *dec. 162. n. 3.* Lotter. *de re benef. lib. 3. q 8. num. 57.* Salgadus *de regia protect. part. 3. c.* 10. *num. 50. & de reten Bull. part. 2. cap. 12. §. unico nu.* 15. Corrad. *in praxi benef. lib. 3. cap. 7. n.* 36. Tond. *tom. 2. pag. 3. cap* 188. *n.* 12.

27 Hac tamen clausula apposita, jam constat sufficienter de mente Papæ, quod voluerit conferre Beneficium Oratori quovis modo illud vacaverit, etiam si non expresso modo, sed alio; quod etiam clare deducitur, *ex d. c. susceptum*, ibi: nisi de intentione mandantis aliud appareat expresse, Cassador. *dec. 5. sub tit. de præb.* Lapus *alleg. 6. nu.* 2. Lotter. *d. qu. 8. nu.* 61. Rota *in Firmana Benef.* 23. *Maij* 1653. coram Bichio *n. 9. vers. vacatio*, quam affert Tond. *post tr. de pens.* 42. in ordine, est penes eundem Cæl. Bich. *decis.* 558. & Rota *in Melevitana Beneficii*, apud eundem Bich. 388. *n.* 6. Venit quippe omnis vacationis modus, etiam accessorius, Cocchier. *in regula de Clausuls n.* 20. Barbosa *de jure Ecclef. lib. 3. cap. 14. n.* 77. quapropter Corra-

28 dus, & alii, hanc valde salutarem clausulam appellarunt, quia per ipsam salvatur subreptio, vel obreptio contingens ex falso modo expresso; nam & locum sibi vendicat, etiam si versemur in impetratione Beneficii certo modo; nam potest capere ex alio veriori modo, Cassador. *l. cit.* Cæsar. de Grassis *dec. 125. alias 14. de preben.* Lotter. *l. c. n. 62. &* 63. Eminentiss. Othob. *dec.* 130.

29 Imo dat prælationem impetranti, cum illa clausula, *alteri qui postea impetravit, & verum modum vacationis expressit*: quia illa clausula continet verum modum, & qui prior in tempore potior in Jure, juxta dicta in puncto Cocchier. *de regul. 62 sub n.* 20. Garz. *de benef. p. 11. cap. 1. n* 4. Tond. *part 3. cap. 130. n.* 18.

30 Quod tamen limitant, nisi certus modus sit datus dispositive, v. gr. per devolutionem; nam tunc dicunt nostri quod non potest capi alia vacatio, Cæsar. de Grassis *loco cit. num.* 8. Lotter. *loc. cit. num. 63. & 64.* qui affert Rotæ *decis.* Barbos. *de jure Ecclef. lib. 3. cap. 14. num.* 79. & allegat *decis. in Aretina Parochialis* 29. *Junii* 1629. coram Mottmano, Massob. *in prax. haben. concursum prælud. 6. dub.* 35. *sub num.* 9. Rota *in Segobricen. Canonicat.* 26. *Novembris* 1655. coram Dunozet. *num.* 12. & in eadem coram Priolo, quas refert Tond. *post tract. de pensionibus* 70. & 71. in ordine illa coram Dunozet. est penes ipsum 971. *com.* 2. altera vero coram Priolo *est p. 12. rec. dec.* 152. *quibus adde d. decis. in Melitana Benificii*, coram Cælio Bichio, apud ipsum 388. *nu.* 6. & apud eundem Bich. *decis.* 561. *n. 34. & dec. 223. p. 13. rec. quæ etiam emanavit* cor. Priolo *in Regien. Presbyteratus* 21. *Maii* 1670.

31 Sic etiam si unus modus esset expressus in Bulla, & in Litteris Executoriis esset apposita hæc clausula, *vel alias*, non per hoc posset capere altero, quam expresso modo in Bulla, quia Litteræ Executoriæ non ampliant Gratiam, Cocluier. *loc. cit. reg. 62. sub num.* 20.

32 Et ideo Lotter. *l. c.* advertit in hac re nihil attentius considerandum esse, quam ipsam Litterarum formam in restringenda, vel amplianda efficacia hujus clausulæ.

33 Sed attende, quod hæc clausula non fuit inventa ad confovendas fraudes, & malitias impetrantium, sed ad coadjuvandam probabilem credulitatem: quare si falsus modus ex proposito exprimitur, tunc clausula non operatur; nam dolus non debet doloso juvare, *l. fin. ff. de diversis rescriptis*, Lotter. *dict. q. 8. num.* 67. Barbos. *in C. susceptum de rescriptis n. 14. & de Clausulis, Clausula* 172. Ideo oportet, ut saltem de facto justificetur modus expressus: nec erit in arbitrio impetrantis a principio, quem maluerit modum capere, sed oportebit modum narratum de facto saltem justificare, quo sibi non utili, poterit tunc recurrere ad clausulam, Rota *rec. p. 2. dec. 309. n.* 2. Ludovis. *dec. 37. in fin.* Lotter. *l. c. n.* 71. ubi assignat optimam rationem, quia ubi illa vacatio narrata non apparet verificata, saltem de facto Gratia redditur subreptitia, & frustra recurritur ad clausulas insertas, quæ cum ipsa corruunt, nec possunt operari, Gratia existente subreptitia, vel obreptitia, Puteus *decis. 290. num. 1. lib.* 1. Barbos. *in dict. c. susceptum numer.* 11. & optime dicitur in dictis decisionibus *in Segobricen. Canonicat. tam* coram Dunozet. *nu. 11. &* 12. quam coram Priolo *num. 51. & 52.* Quod clausola hæc non jovet Gratia existente subreptitia, Rota penes Carillum *decis.* 250. *num. 8. 9. &* 10. effectus enim hujus clausulæ juvat, probata, & justificata de facto narrativa, & modo expresso. Sic qui impetravit Beneficium expresso modo per resignationem, oportet, ut resignationem de facto justificet: cum tamen illa non fuerit sufficiens, poterit recurrere ad vacationem per obitum vigore illius clausulæ generalis, & e converso, Garzia *part. 11. cap. 1. num.* 68. 34 Rot. *part. 2. recent. decis. 309. &* 49. & penes Farinac. *t. 1. posthum. decis. 122. & 379 & tom. etiam posthum. decis.* 120. *num.* 8. & apud Rub. *tom. 2. part. 3. dec.* 379. *Tarantina Canonicatus* 27. *Junii* 1611. coram Marquemontio, Parif. *lib. 8. q. 7. num.* 75. Lotter. *loc. cit. num. 72. &* 73. Tond. *tom. 2. part. 3. cap. 188. num.* 13. Rota penes Carillum *decis.* 250. *num.* 7. sufficit tamen justificatio de facto, Tondut. *tom. 2. cap.* 188. & quod modus vacationis expressus non sit omnino falsus, ut capi possit ex generali clausula prædicta, *sive præmisso*, Rota *dec. 257. n. 22. par. 12. rec.* ubi aliæ decisiones allegantur.

35 Sicut ex se sola absque alia ulteriori expressione tantum supplet, citra modum vacationis, non autem defectum personæ; nam si ex alterius persona, quam expressa, vacet, non poterit capere Beneficium, Mohed. *decis.* 2. *de offic. deleg.* Cassad. *decis. 5. de præb.* Cocchier. *in d. reg* 62. *sub n.* 20. Parif. *de resignat. lib. 8. q. 7. nu.* 134. Barbos. *in cap. susceptum de rescript. n.* 13. Lotter. *d. q. 8. n.* 74.

36 Ideo prisci illi Curiales practici addiderunt huic clausulæ illa alia verba, *vel ex alterius cujuscunque persona vacet*, ex quibus aliis verbis, & majori expressione facta poterit impetrans capere non solum si vacet Beneficium diverso, quam expresso modo, sed etiamsi ex diversa, quam narrata persona, sic diversum modum, & diversam personam comprehendit, Parif. *d. q. 2. n.* 65. Cocchier. *l. cit.* Buratt. *decis.* 394. Rota *rec. p. 2. decis. 605. num.* 9. Lotter. *d. q. 8. n* 75. Garzia *de benef. part. 11. cap. 1. num.* 33. Tond. *d. cap. 188. n. 22. & cap. 123. n. 8. & 130. nu. 16. &* 17 sed post scripta casu vidi *dec.* 52. apud Peuting. *in qua num.* 7. dicitur quod clausula, *quovis modo*, comprendit vacationem ex qualibet persona.

37 Et licet Parif. *d. q. 7. n.* 131. Barbos. *de clausulis, clausul.* 172. *& in d. c. susceptum*, & alii teneant, quod hæc clausula comprehendat etiam vacationem in Curia, & apud Sedem.

38 At Lotter, *d. qu. 8. a num. 76. cum seqq.* dicit, quod ex vi dictæ clausulæ simpliciter concepta non includitur modus vacandi, unde resultat reservatio: & a fortiori illa, quæ contingit ex obitu in Curia, *cap. 2. de præbend. in 6.* sed nihilominus ex eodem stylo dilatantur prædicta,

& ad-

& adduntur illa alia verba; *verusque, & ultimus modus vacationis, etiamsi ex illa quevis Generali reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, & sive in toto, sive in parte exprimi possit*; nam tunc cum dictis verbis clausula prædicta operatur, ac si fuisset expressus obitus in Curia, Rota *p.3. lib. 3. divers. decis.* 341. & huic est similis illa clausula, *non obstante reservatione, etiam in corpore Juris clausa*.

39 Ubi tamen resultat reservatio ratione mensis vigore regulæ nonæ, vel alias octavæ, quia tunc de mense est facienda mentio dispositive, ut dicitur in dicta Regula, clausula hæc nihil operatur ratione decreti irritantis, & nullitatis actus, ut in Regula legitur; ideo licet diximus, quod sufficit modum vacationis justificare de facto; nam nihilominus poterit ex hac clausula generali capere ex altero modo vacationis, tamen non poterit capere Beneficium ex vacatione in mense reservato, nisi de mense fuerit facta expressa mentio dispositive, Rota *p. 2. rec. decis.* 309. & penes Farinac. *tom. 1. posthum decis.* 379. *&* 393. & penes Robeum *p.3. decis.* 379. Lotter. *d. q.* 8. *num.* 79.

40 Imo in *d. dec.* 379. penes Farinac. & Rub. dicitur, quod idem procedit si mensis fuerit reservatus ratione alternativæ, quia eadem ratio militat. Vide *d. dec.* penes Farinac. *n.* 7. *&* 8. ubi latissime hoc deducitur, licet tamen de alia reservatione non sit facienda mentio, cum vacatio contigerit in mense Ordinarii, ut dicitur in *d. dec.* 379. quam eandem esse penes Rub. & Farinac. puto.

41 Hæc clausula generalis, *vel alio quovis*, licet comprehendat omnes vacationes, non tamen comprehendit vacationem ob non publicationem, de hac enim facienda est expressa mentio juxta Constitutionem Pii, & Constitutionem Gregorii XIII. Gonzalez *ad Regulam Cancell.* 8. *glos.* 15. *n* 87. Rota *p.* 8. *rec. dec.* 252. *n.* 11. Gregor. *dec.* 159.

42 Sicut nec extenditur ad vacationem contingentem ex Regula dierum viginti, cum scilicet resignans non supervivit per dies viginti post datum consensum resignationi, ut docent Paris. *lib.* 2. *de resig. q.* 14. *a nu.* 23. *cum seqq.* Barbosa *d. c. susceptum n.* 12. *de rescriptis, & d. clausula* 172. *n.* 10.

43 Nec ista clausula se extendit ad aliam vacationem futuram, sed ad eam duntaxat, quæ contingit de tempore Datæ, Paris. *lib.* 8. *q.* 7. *num.* 133. *cum seqq.* Barbosa *loco cit. in d. cap Susceptum, num.* 15. Corradus *in praxi benef. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 36.

44 Illud vero notandum etiam est in hac materia, quod hæc clausula, *sive præmissu*, venit ampliative ad reservationem prænarratam, & necessario supponit reservationem narratam fuisse, & sic dat clausulam hanc ampliativam, *sive præmisse*, & hanc extendit etiam ad reservationem in corpore Juris: Si vero non fuisset proposita vacatio ex qua resultaret reservatio, tunc dicta clausula non ampliaret, nisi sub conditione ad formam Regulæ, cujus virtus non se extenderet ad quamcunque reservationem, nisi exprimeretur aliqua circunstantia temporis, loci, vacationis, vel personæ, ex qua posset Papa venire in cognitionem reservationis, quod idem esset, ac dispositive reservationem narrare, Lotter. *lib.* 3. *qu.* 9. qui rem late discutit, & acutea est hæc clausula generalis, *sive præmisse*, relativa alterius, de qua supra, *dummodo dispositio ad nos hac vice, &c.* Buratt. *dec.* 708. *n.* 12.

45 Clausula, *cujus fructus, reditus, & proventus, secundum communem existimationem*: Hæc clausula apponitur ex eo, quia licet de jure communi non extet aliqua Lex Canonica, quæ jubeat in impetrationibus Beneficiorum, dum collatio fit a Sede Apostolica, exprimi debere valorem, attamen de stylo antiquo Curiæ contrarium procedit, ut Glossa *in Clement.* 1. *de præb.* Capel. Tolos. *q.* 436. Felin. *in cap. ad aures de rescriptis sub nu.* 4. *vers. prima conclusio*, ita ut inde emanaverit Regula Cancellariæ *de valore exprimendo*, quæ hodie est 55. & Clemens VI. super hac eadem re Constitutionem edidit, quam refert Sarnen. *in præfatione Regulæ de exprimendo valore, sub n.* 3. ac etiam ex modernis, Corrad. *in praxi benef. lib.* 3. *c.* 7. *sub n.*
46 23. quod maxima ratione, & maturitate fuit inventum: quia cum Papa provideat quasi semper ad partis petitionem, nec potest habere perfectam cognitionem valoris Beneficiorum, quando petuntur, optimum fuit sancire, ut exprimatur valor ad hoc, ut sciat quomodo possit Christi Patrimonium dispensare secundum merita personarum petentium, & ne quis tacendo valorem capiat stipendia plurimorum; ita enim & Divino cultui, & Ecclesiis, & personis bene merentibus optime provisum fuit, ac omnibus fraudibus, quæ committi poterant; succursum est sufficienter, ac propterea providetur, ne fiat fraus Officialibus Cancellariæ, & Datariæ super solutione taxæ, & annatæ, quæ ex fructuum expressione provenit, ut alibi cum de narrativa valoris sermonem habebimus, Deo dante, ubi etiam explicabimus illam clausulam, quod major, & verior expressio in Litteris fieri possit. Nunc autem notes, quod licet in idem videantur sonare, hæc verba fructus, reditus, & proventus; attamen plus est in reditu, quam in 47
fructu, ut dicitur in *l. in pecudum. §. partus, ff. de usufructu, glos. in c. generali, verb. reditus de elect. in 6.* Gonzalez *in proœmio §.* 7. *n.* 194. & ideo ad majorem expressionem apponitur, sicuti etiam dictio illa, *& proventus*, quæ generalis est apta comprehendere omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, ac etiam obventiones, & omnia includit, quæ ex facto hominis proveniunt, ut funeralia, & alia similia, quæ intuitu Beneficii debentur, ut explicat Corrad. *lib* 3. *cap.* 7. *num.* 28. 29. *&* 30.

Et fit expressio in numero quantitatis secundum valo- 48
rem auri de Camera, quia attenditur locus impetrationis: & adduntur illa verba *secundum communem æstimationem*, quæ ponuntur ad differentiam valoris secundum taxam, quæ cum sit incerta, & antiqua non venit attendenda: sed valor secundum communem æstimationem tempore impetrationis, ut dicitur in Regula quando quidem secundum taxam antiquam, & libros Cancellariæ vetustos præjudicium facile fieri potest vel Officialibus, quia reditus sunt aucti, vel provisis, quia sunt diminuti; utrumque enim potest causare tempus, & ideo prodiit Regula, quod expressio fieri debet secundum communem æstimationem: & hoc observatur in Beneficiis, quæ extra Concistorium providentur, in Concistorialibus autem expressio fit secundum taxam, optime Corradus *d. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 32. Quæ attinent ad probandum valorem expressum suo loco dicenda sunt.

Addi etiam solet illa clausula, *cum juribus, & pertinen-* 49
tiis suis, & annexis, vel *cum illius juribus*: quæ clausula includit tantum connexa, non autem illa, quæ nullam habent connexionem. Cavall *decis.* 116. *numer* 2. Tondutus *part.* 1. *cap.* 110. *num.* 12. sic etiam comprehendit jus optandi præbendam unitam, seu annexam Canonicatui, non tamen diversam, ut idem Tondut. *part.* 2. *cap.* 1. *§.* 9. *num.* 21. *&* 22.

Aut per Constitutionem Execrabilis hæc clausula so- 50
let apponi statim post illam, *aut alias quovis modo*; nam Execrabilis: Per hanc enim Constitutionem, quæ incipit *Execrabilis Joannis XXIII. inter extravag. comm. sub tit. de præbendis* 5. *in ordine*, in qua Constitutione fuit ordinatum, quod omnes illæ personæ, quæ habebant duo Beneficia cum Cura Animarum, unum eligere poterant, & aliud tenebantur dimittere in manibus Ordinariorum infra duos menses, alioquin erant omnibus Beneficiis privati; & deinceps statutum fuit, quod omnes, qui receperint dignitatem, vel personatum, aut aliud Beneficium Curam Animarum habens annexum, si antea simile Beneficium obtinebant, illud quoque ipso jure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude cessantibus quominus habeant steterit, privati noscuntur absque moræ dispendio in Ordinariorum manibus dimittere debeant intra mensem, alioquin ex tunc ipso jure secundo sint privati, & ne dum ad Sacros Ordines suscipiendos, quin etiam ad habendum quodcunque aliud Beneficium inhabiles reputentur.

Ut autem materia hujus clausulæ perfectius intelligatur, 51
& ne termini confundantur, reminisci oportet, quod Canones de hac re varie disposuerunt quandoquidem per antiquos Canones pluralitas titulorum semper fuit prohibita, ne quis scilicet plures titulos haberet, ut in Concilio Calcedon. *cap.* 10. ut *in cap. Clericum* 21. *quæst.* 1. sic etiam in *cap. per jus* 21. *qu.* 1. sic etiam in *cap Sanctorum* 70. *dist.* sic etiam in *cap. causa, de ætate, & qualitate, cap. Præterea, & cap. ad hæc, & cap. referente, de præbendis*, in quibus juribus datur optio dimittendi unum ex assecutis Beneficiis, vel primum, vel secundum; quod postea in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. fuit confirmatum, & statutum, ne quis occupet plures Dignitates, & eligatur illa cui possit residere; quod si aliter actum fuerit, is, qui accipit contra Sacros Canones, quod accepit amittat, & is, qui dederit privetur potestate largiendi, ut legitur *in cap. quia nonnulli de Clericis non residentibus*, quo Canone attento, non datur optio retinendi, quod maluerit Beneficium, sed secundo privandus erat per sententiam,

ut no-

ut notant ibi Canonistæ, & ex cæteris omissis, Garz. *de*
Benef. part. 11. *cap.* 5. *nu.* 3. a quo cæteri postea modernio-
res; licet dubitent an dicti Canones in *cap. referente*, &
cap. præterea, in quibus datur optio, fuerint ante Conci-
lium Lateranense, & circa hoc, vide Canonistas in dictis
locis. Quod pro certo tenendum est, quod Concilium
inhibuit, ne detur secundum Beneficium imposterum,
quod vacare fanait. De collatis autem antea potest dici,
quod etiam post Concilium data fuerit optio. In altero ve-
ro Concilio Lateranensi sub Innocentio III. quia dictum
decretum Concilii Lateranensis antea sub Alexandro cele-
brati non observabatur, fuit de novo statutum, ut qui-
cunque receperit aliquod Beneficium curam habens anima-
rum annexam, si prius tale Beneficium habebat, eo sit
ipso jure privatus, & si fortè illud retinere contenderit, et-
iam alio spolietur: quam dispositionem etiam in persona-
tibus Beneficiis observandum ibi, præcipitur, ut legitur in
cap. de multa, *de præbend.* Notes enim quod in hoc Conci-
lio sub Innocentio statutum fuit, quod cum obtinetur se-
cundum Beneficium incompatibile privatur ipso facto pri-
mo post adeptionem dicti secundi: in priori tamen Con-
cilio sub Alexandro privatur secundo Beneficio, quod ob-
tinuit post primum incompatibile, quam Concilii Latera-
nensis sub Innocentio III. dispositionem confirmavit etiam
Gregorius IX. *in cap. dudum*, il 54. in ordine *de electio-
nib.* & idem Innocentius in *cap. Litteras vestras de concess.*
præbend. respondit Episcopo, & Magistro cuidam Cano-
nico Vildensensi, quod per adeptionem secundæ præben-
dæ de jure statim vacat prima: sic etiam Bonifacius VIII. in
cap. licet Episcopus de præbend. in 6. idem statuit, ut scili-
cet primum vacet postquam possessionem secundi accepe-
rit, vel per eum steterit quominus acceperit; & idem sta-
tuit in Beneficiis Regularibus, vel per Regulares admini-
stratis, ut in *cap. cum singula eodem tit. de præbend. in 6.*
sicuti duas Dignitates, vel duo Officia, seu Canonicatus
in eadem Ecclesia, ne quis sub prætexto consuetudinis reti-
nere potest, ut in *cap. 1. de elect. in 6.* si Officium requira-
tur cum præbenda simul, ut ibi, nec quis duas electiones
de se factas potest prosequi, ut in *cap. ut quis de elect. in 6.*
Clemens V. in Concilio Viennensi, ut in *Clementina si*
plures sub tit. de præbend. disposuit, ut vacet primum post
possessionem pacifice adeptam secundi, addit hic Pontifex
illam particulam *pacifice*: Post dictam Clementinam adest
Extravag. Execrabilis de qua supra; Deinde Benedictus
XII. in altera *Extrav. sub tit. de præb.* incipit, *Ad regimen*,
omnia Beneficia per assecutionem pacificam quorumcun-
que Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officio-
rum, Canonicatuum, & præbendarum Ecclesiasticarum,
& Beneficiorum in posterum per Sedem Apostolicam pro-
videndorum reservationi, & dispositioni Sedis Apostoli-
cæ reservavit.

52 Insuper Sacrum Concilium Trident. *sess. 7. cap. 4. de re-*
format. dicit, quod quicunque de cætero plura curata,
aut alias incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, sive per
viam unionis ad vitam, sive Commendæ perpetuæ, aut
alio quocunque nomine, & titulo contra formam Sacro-
rum Canonum, & præsertim Constitutioni Innocentii III.
quæ incipit, *De multa*, recipera, ac simul retinere præ-
sumpserit, Beneficiis ipsis juxta ipsius Constitutionis dis-
positionem ipso jure (etiam dicti Concil. Trident. vigore)
53 privatus existit. Quo attento Decreto secundum veriorem
sententiam pœna ista vacationis ipso jure incurritur, non
solum in assecutione Beneficiorum incompatibilium respe-
ctu curæ animarum, sed etiam quodammodo incompati-
bilium, ut clare annuere videtur textus, ac etiam declaravit
Sacra Congregatio; de qua re vide Garz. *loc. cit. a numer.*
80. *cum seqq.* Barbos. *de jure Ecclesiastico tom. 2. lib. 3. cap.*
13. *numer.* 275. *& in cap de multa*, *de præb. num.* 7. ibique
Fagnan. *num.* 3 Ricc. *in prax. fori Ecclesiastici decis.* 393.
& alios.

54 Tandem unusquisque Pontifex cum Regula Cancella-
riæ promulgat, in prima Regula sic disponit, ac reserva-
vacare contigerit: quam Constitutionem, & reservatio-
annis Papæ XXII. quæ incipit, *Execrabilis*, vacant, vel
vit Beneficia, quæ per Constitutionem piæ memoriæ Jo-
nem Sanctitas sua tam ad Beneficia detenta, quam alia
quæcunque, de quibus Ordinarii Collatores contra Con-
cilii Tridentini Decreta disposuerunt, & disponent in fu-
turum extendit, & ampliavit; & ea etiam Beneficia omnia
dispositioni suæ reservavit: & habet decretum irritans.
Hæc sunt quæ in præsenti materia disponunt Constitutio-
nes Pontificiæ: quæ vero sint Beneficia incompatibilia,
vide Barb. ad Trid. *loc. cit. d. sess. 7. cap. 4.* Hojed. *de incom-* 55
patibilibus Beneficiis, Prosper. d'Augusti ad Quar. *in ver-*
bo benef. Tond. *part. 2. cap. 5. §. 6. per tot.* Barbos. *de jure Ec-*
cles. tom. 2. lib. 3. cap. 13. de collat. & ref. benef. a num. 171.
cum seqq. Pax Jord. *tom. 2. lib. 11. tit. 28. a num. 4. cum seqq.*
Fagnan. *in cap. de multa de præbendis*, & alios: Nota ta-
men cum residentia alicujus Beneficii est causativa tantum,
quia scilicet non lucratur fructus, nisi resideat, tunc non
dicitur Beneficium incompatibile, Rota apud Biebium
decis. 13. Vide ipsum: In quantum ad Extravagantem *Exe-* 56
crabilis, de qua loquimur, dubitaverunt antiqui nostri
Doctores, an illa locum habeat in cæteris Beneficiis incom-
patibilibus non habentibus curam animarum annexam? 57
quam quæstionem excitaverunt plerique, ita ut affirmati-
va, & negativa opinio habeat suos arduos sectatores, ut
videre est apud Garz. *d. part. 11. cap. 5. a num. 24. cum seqq.*
Hojed. *de incompatibilib. part. 1. cap.* 13. & novissime Cor-
rad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 7. sub num.* 36. qui acriter in-
vehitur contra Officiales Datariæ, & Curiales practicos
Curiæ, qui Supplicationes porrigunt, & admittunt pro
impetrationibus simplicium Canonicatuum, & præbenda-
rum cum expressione vacationis per Constitutionem *Exe-*
crabilis, indirecte quando quidem prospecto tenore illius
non comprehendit Canonicatus, prout Rot. penes Dur.
decis. 242.

Verum dicta Constitutio fuit ampliata per Trident. ad 58
omnia incompatibilia, & per Regulam Cancellariæ ad o-
mnia Beneficia, de quibus Ordinarii non possunt dispone-
re, ut observat Lotter. *lib. 2 q 30. an. 2. cum seqq.* sed Cor-
rad. *loc. cit.* dicit, quod ex stylo Cancellariæ dicta Consti-
tutio *Execrabilis*, de juris rigore locum habeat etiam in
Dignitatibus, & personatibus non curatis, ut in §. *quo ve-*
ro, & quod Cancellaria non consuevit expedire Litteras
de vacanti per dictam Constitutionem, & quod Doctores
Abbreviatores nunquam voluerunt dare talem vacationem 59
de Dignitatibus, & personatibus non curatis, quamvis
locum habeat *cap. de multa*, quod late Corrad. ibi prose-
quitur, & adducit rationem, quia dicta Constitutio est pœ-
nalis. Insuper tenet Corrad. quod dicta Constitutio *Exe-*
crabilis, non habet locum in Canonicatibus, sic etiam
Corrad. *n.* 40. tenet cum Staphileo. quod nec locum habet
dicta Constitutio in dissimili incompatibilitate, cum quis
habens curatum assequitur aliud simplex residentiam requi-
rens; nam tunc per adeptionem secundi non vacat ipso ju-
re primum, quia Constitutio est pœnalis; ac proinde sub-
dit Corradus, quod Dataria Apostolica non admittit Sup-
plicationes impetrationum certo modo ad præscriptum di-
ctorum Jurium, cum deficit incompatibilitas juxta for-
mam jurium, præsertim *Execrabilis*, quæ cum sit odiosa
debet in suis terminis teneri.

Ut autem vacet primum per adeptionem secundi, non 60
solum opus est, ut secundum adipiscatur, ut patet in di-
ctis Juribus, præsertim in *cap de multa*, ibi, *recipit*, & in
cap. licet Episcopus de præb. in 6. & in *d. Extravag. Exe-*
crabilis, & alibi, & notat Fagnanus *in cap. de multa*, *n.* 9.
Barbosa *ibid. num.* 6.

Sed oportet, ut possessio pacifica secundi adipiscatur, 61
vel per eum steterit quominus, &c. ut in *d. cap. licet Epi-*
scopus, & in *Clem. si plures*, *de præbend.* & alibi Garzia *d.*
part. 11. cap. 5. a num. 100.

Et debet esse pacifica non solum de Jure, sed etiam de 62
facto absque scilicet controversia judiciali, vel extrajudi-
ciali, Abbas *in cap. de multa*, *num.....* ibi, ubi etiam Bar-
bosa *num.* 8. Garzia *part. 11. cap 5. numer.* 105. Seraph. *de-*
cis. 1254. Pax Jord. *tom. 2. lib. 10. titul* 28. *num.* 8. Sarnen.
in regul. de triennali 433. Mandos. *resol.* 34. *qu.* 26. Coc-
cinet. *in regul. 8. sub num.* 15. Hojeda *de incompat. part.* 1.
cap. 13. Flamin. Paris. *de resig. lib. 3. quæst. 1. num.* 130. ad
quod Garzia multas allegat decisiones, Barbosa *de jure*
Ecclesiastico tom. 2. lib. 3. cap 13. *num.* 173. & 174. Rota
in Avellana Canonicatus coram Eminentissimo Cerro 27.
Martii 1651. quam affert Tond. *post tractatum de pensio-*
nibus 7. in ordine, Rota apud Amatum Dunoxettum *decis.*
811. *num.* 1. ita ut molestiæ extrajudiciales sufficiant, ut 63
quis non teneatur dimittere primum, postquam assecu-
tus est secundum, Seraph. *decis.* 1254. & 597. Barbosa
d. cap. de multa 28. & in *dict. cap. 13. num.* 174. Mass. *in*
prax. habendi concl. req. 1. dub. 6. Ferantill. ad Buratt. *de-*
cis. 19. Rota *in d. Avellana Canonicatus* 27. *Martii* 1651.
coram Eminentissimo Cerro *num.* 11. & 12. quæ hodie ha-
betur in *part. 11. recent. decis.* 131. Debet autem esse lis
super Beneficio, quod ultimo loco adeptum est, ut non 64
tenea-

teneatur dimittere primum; nam si lis fuerit super primo
non excusatur, Rota apud Amatum Dunozett. *dec.* 811.
num. 15. ubi aliæ decisiones allegantur: & assecutio pri-
mi litigiosi non impedit, quod secundum acquirere possit,
ut primum vacet per assecutionem secundi litigiosi, Rota
penes eundem *dec.* 976. *num.* 8. & supra adductis adde de-
cisionem Rotæ apud Cælium Bichium *dec.* 187. *nu.* 13. *&*
14. ubi etiam fuit decisum, quod impetrans secundum Be-
neficium litigiosum non tenetur dimittere primum, quod
incompatibilitas consideratur respectu retentionis, non
autem acquisitionis.
65 Et possessio debet esse pacifica, nedum tituli, sed etiam
fructuum, seu bonorum Beneficii, saltem majoris partis,
ad textum expressum *in c. si tibi concessio de prebend. & di-*
gnitatibus, Sarn. *in regul. de annali quæst.* 77. *vers. hinc vi-*
demus, & in *regul. de triennali qu.* 53. *vers. & ideo*, Ho-
jed. *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 80. *vers. tertio declaratur*, Gar-
zia *de benef. d. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 123. Seraph. *dec.* 953.
Rota *d. dec* 811. *nu.* 1. apud Amatum Dunozett. Barbos.
d. cap. de multa, *num.* 8. *& de potestate Episcopi allegat.* 57.
num. 201. Pax Jord. *d. tit.* 28. *num.* 82. Azor. *instit. Moral.*
2. *par. lib.* 7. *cap.* 16 *q.* 9. & alii, quos citat Garzia *loc. cit.*
ita ut decretum de dimittendo non urgeat nisi cum posses-
sione concurrat etiam fructuum exactio, Rota *in Leo-*
diens. Canonicatus coram Leone Verospio 25. *Junii* 1655.
part. 12. *recent. dec.* 69. *nu* 30. quam etiam affert Tondut.
post tract. de pens. 49 *in ordine*, præsumuntur tamen fru-
67 ctus exacti a pacifico possessore, sic docto de pacifica pos
sessione fructus præsumuntur exacti, Rota apud Amatum
Dunoz. *d. dec.* 811. *n.* 10. & statim intrat dispositio dictæ
Extravag. & inducitur vacatio, ut ibidem habetur, non
68 tamen sufficit sola possessio curæ, secundum Rotam *in*
Aprutina Parochialis 7. *Junii* 1655. coram Albergato *num.*
30. *&* 31. habetur *p* 12. *rec dec.* 39. Pacifica autem haud di-
69 ci poterit possessio Beneficii, cum quis in limine possessio
nis, vel statim, & incontinenti ac ipsam acceperit fuerit
in ea turbatus, vel aliqua mota lis, ut Hojed. *loc. cit.* Pa-
ris. d. lib. 3. *q.* 1. *n.* 130. Garzia *loc. cit. n.* 81. & alii commu-
niter.
70 Quod tamen arbitrarium esse Judici, ut decernat quando
incontinenti dici possit lis mota existimavit Paris *loc. cit.*
71 qui alios citat: existimant vero alii incontinenti litem
fuisse motam, dicendum si infra duos menses lis mota fuerit,
sin autem per duos menses fuerit in pacifica possessione
primum Beneficium vacasse, censendum a die adeptæ pos-
sessionis secundi, Garzia *loc. cit.* Pax, & alii, imo ex-
pectandum esse duos menses, ut Beneficium dicatur vaca-
se, etiam si lis mota non fuerit, existimarunt quamplurimi,
præsertim Gabriel. *cons.* 193. *lib.* 1.
72 Unde non semel dixit Rota, quod privatio primi Bene-
ficii ob adeptionem secundi non ex ipsa adeptione secun-
di, sed ex retentione procedat, & incompatibilitas non
obstat assequendo, sed retinendo, secundum Muhedan.
dec. 14. *de præd.* Merlin. *dec.* 6. *n.* 9. Cavall. *dec.* 450. Buratt.
dec. 102. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 19. *n.* 18. *& p.* 8. *rec. decis.*
307. *nu.* 9. *&* 337. & in *d. Leodiens. Canonicatus* 25. *Junii*
1655. cor. Verospio, & in *d. Avellan. Canonicatus* coram
Eminentiss. Certo, *n.* 8. & apud Eminentiss. Celsum *dec.*
324. *n.* 6. & apud Bichium *loc. cit.*
73 Ita ut qui impetrat Beneficium aliquod ob incompatibi-
litatem secundi non satisfacit justificare tantum secundi
impetrationem, & assecutionem, sed debet concluden-
ter probare, quod impetrans per duos menses pacifice
non solum de facto, sed etiam de jure possederit cum re-
tentione primi, Rota *p.* 14. *rec. dec.* 601. *n.* 5. Rota *in d.*
Avellan. Canonic. cor. Eminentiss. Certo *n.* 6. *&* 7.
74 Secundum tamen Constitutionem *Execrabilis*, tene-
tur dimittere primum infra mensem coram Ordinario sub
publico testimonio, & si utrumque contenderit, seu præ-
sumpserit retinere, etiam secundo privatur ipso jure: in
quo Extravagans aliquid addit ultra *c. de multa*, in quo
pœna hæc est ferenda, sicuti cum ipso jure infligitur in Tri-
dentino, ut notat Fagnan *in d. c. de multa*, sicuti etiam
75 *Execrabilis* Constitutio addidit, quod provisus teneatur
dimittere coram Ordinario verbo, & facto secundum Be-
neficium, quod non fuit dispositum *in cap. de multa*, ut
Corradus *loc. cit. d. c.* 7. *nu.* 39. & licet secundum *cap. de*
multa, ut induceretur privatio utriusque requirebatur, quod
utrumque retinere contenderit; & multæ fuerint Docto-
rum opiniones quomodo debeat esse ista contentio, ut vi-
dere est in *d. cap. de multa*, præsertim Fagnan. attamen
hodie tenetur dimittere ipse obtinens in manibus Ordina-
rii verbo, & facto sub publico testimonio, ut advertit
Fagnan. *loc. cit. num.* 7 *in fine*, quia dicitur in *d. Extra-*
vaganti absque mora dispendio, advertit etiam Corradus
loc. cit. quare dum Lotter. *lib.* 2 *q.* 30 in fine requirit con-
tentionem, ut incidat quis in pœnam Execrabilitatis, ne-
scio an bene, vel male dixerit.
Ac propterea hodie in omnibus provisionibus, quæ a 76
Sancta Sede Apostolica de aliquo Beneficio quomodolibet
incompatibili conceduntur, semper apponitur decretum de
dimittendo infra duos menses a die habitæ possessionis se-
cundi, vel cum per eum steterit, in manibus Sanctissimi,
alioquin ambo vacent eo ipso, ita ut de illis solum possit
Sedes Apostolica disponere, ut notorius est stylus Curiæ,
& præter alios Garzia *d. part* 5. *num.* 55. Lotter *lib.* 2. *qu.*
30. *num.* 14. & alii: hoc enim tempus incipit currere a die 77
possessionis pacificæ habitæ, vel quo haberi potest, & per
provisum steterit, Gonzalez *glos* 15. *num.* 111. *&* 112.
Gabriel. *cons.* 193. *num.* 8. *lib.* 1. Rota *rec. par.* 4. *dec.* 337.
Lotter. *loc. cit.* Seraph. *decis.* 856. *num.* 10. Rota apud Du- 78
noz. *dict. decis.* 811. *num.* 14. Tund. *tom.* 1. *c.* 69. *numer.* 3.
& alii, ita ut habenti litem non currat tempus, Oliver. ad
Ludovis. *decis.* 451. existente tamen intruso incurritur pœ- 79
na privationis, & excusatur a dimissione, Gonzalez. *d.*
gloss. 15. *num.* 116. Garzia *dict. cap.* 5. *nu.* 102. Lotter. *loc.*
cit. d. 1. *quæst.* 30. *num.* 15. Pax Jord. *num.* 79. quia videtur 80
stare per intrusum, alias dici poterit, quod per eum ste-
terit, Lotter. *loc. cit. num.* 16. quod contrarium sentire vi-
detur Garz. & Pax Jord. *loc. citat* & notandum est cum 81
eodem Lotter. *loc. citat.* quousque videatur, an sit lo-
cus decreto de dimittendo, possessor debet manuteneri
non obstante quod in dicto decreto soleat apponi decre-
tum irritans, quia hoc decretum irritans apponitur acces-
sorie ad decretum de dimittendo, & in lege generali, &
non super certo corpore: & sic ei non potest esse locus,
nisi postquam constiterit esse locum principali Decreto de
dimittendo, nempe, quod impetrans acceperit pacifi-
cam possessionem, vel per eum steterit, quare dum con-
trovertitur, an sit locus decreto de dimittendo, qui possi-
det manuteneri debet, quia decretum irritans non tollit nu-
dam detentionem quousque justificetur, quod intrat,
quæ nuda detentio sufficit ad manutentionem, Rota *par.*
10. *rec. dec.* 230. *num.* 7. ubi aliæ multæ allegantur, Catil-
lus *dec.* 234 *num.* 4. *cum seqq. & decis.* 81. *numer.* 4. Rota
apud Guilielm. Dunoz. *decis.* 249. *num.* 7. *&* 252. *nu.* 4. *&*
5. *part.* 8 *recent.* in puncto Rota apud Amatum Dunoz.
dec. 764. *per tot.* Ultra quod etiam dici potest, quod De-
cretum irritans hoc casu non est consecutivum ad præce- 82
dens de dimittendo, sed ad virtutem reservationis in even-
tum quo dimittatur Beneficium, ut scilicet si contingat di-
mitti, non possit de Beneficio alius præter Romanum Pon-
tificem disponere: sic operatur contra provisum ab alio 83
quam a Papa, optime, & accuratius Lotter. *lib.* 2. *quæst.*
30. *a num.* 19. *cum seqq.* quod procedit, cum impetrans
non probavit pacificam possessionem cum perceptione
fructuum; secus autem cum probatum fuerit, & liquido
constat illud intrare; nam tunc inficit titulum, & posses-
sionem, quamvis in lege generali appositum: & cum do-
cetur de pacifica possessione incompatibili, non intrat si
doceatur de dispensatione valida, in puncto declarando
Lotterium, Rota apud Dunozett. *tom.* 2. *de dec.* 811. *nu.*
18. *&* 19. 20. 21. *& in d. dec.* 764.
Decretum tamen hoc non operabitur, quando antequam 84
veniat tempus dimittendi Beneficium vacet ex causa, nec
erunt reservata, quia vacatio contingit ante tempus di-
mittendi, secundum Garziam *dict. part.* 11. *cap.* 5. *nu.* 63.
& observatione dignum est, quod cum quis assequitur Be- 85
neficium incompatibile cum decreto de dimittendo pri-
mum, si effectualiter dimiserit primum illud, & postea
secundum evincatur, aut consequi non possit, redit ad
primum, quia dimissio primi est correspective ad assecu-
tionem secundi: Ideo Rota *in Hieracen Parochialis* 24.
Januarii coram Zarate, dedit manutentionem ei, qui di-
miserat primum in vim decreti de dimittendo appositi in
assecutione secundi, cum hoc non potuit consequi, quam-
vis provisus de secundo dimisso possideat, decisio habe-
tur, *part.* 11. *recent. dec.* 302. & nuper impressa fuit apud
eundem *decis.* 20. *in ordine*, & allegatur in puncto ibi *dec.*
225. post Posthium *de manutenendo*, & etiam ibi dictum
fuit, quod Executor debeat citare primum possessorem 86
dimittentem secundum Beneficium, cum dedit possessio-
nem, Beneficia, quæ vacant per assecutionem alterius Be-
neficii incompatibilis sunt reservata Sedi Apostolicæ, ut
in *Ex-*

in *Extravag. ad regimen de preb. & in reg. prima Cancellaria*, quod tamen procedit cum prima provisio fit a Romano Pontifice; secus autem cum fit ab Ordinario collatore, Simonetta *de reservat. qu.* 26. Gonzalez. *glos.* 15. §. 2. *nu.* 13. & 14. & *glos.* 51. *nu* 36. & 37. Garzia *de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *a nu.* 51. *cum seq.* Tond. *part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 21. Rota apud Buratt. *dec.* 392. & apud Eminentiss. Othobon. *decis.* 196. *num.* 2. 4. & 10. Rota *part.* 12. *decis.* 291. *num.* 5. tunc enim observandum est in quo mense fiat secundi assecutio, seu quando ejus capiatur pacifica possessio; nam si mense reservato, secundum erit reservatum, si mense Ordinarii, non erit reservatum, Gonzalez *glos.* 14. *num.* 74. & *glos.* 15. *num.* 42. Fagnan. *loc. cit.* qui affert declaratio-
87 nem Gregorii XV. expresse docet Rota *in d. decis.* 241. *d. num.* 5. immo poterit expectari mensis non reservatus, ut secundum conferri possit ab Ordinario, ut idem Gonza-
88 lez *glos.* 15. *num.* 42. quando scilicet facta fuerit collatio ab Ordinario, ut Pax Jord. *d. tit.* 28. *sub n.* 69. Cum tamen secundi incompatibilis assecutio obtinetur a Sede Apostolica, vel obtinenda speratur, non poterit quis renunciare, seu resignare primum Beneficium in manibus Ordinarii, ut speciali Constitutione declaravit Paulus V. in quodam motu proprio, quod refert Garzia *d. part.* 11. *cap.* 5. *sub num.* 64. incipit, *Sanctissimus*, & hodie adest *tertia reg. Cancell.* in qua disponitur, [Item si qui de Beneficiis Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant Apostolica auctoritate provisi, seu providendi ante illorum assecutionem alia cum iisdem incompatibilia Beneficia per eos tunc obtenta in fraudem reservationis suę resignarent, seu dimitterent, voluit, decrevit, & declaravit, quod si imposterum quibusvis personis de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsosque provisos seu providendos intra vacationis, & provisionis, seu assecutionis eorundem Beneficiorum tempora quæcunque alia cum illis incompatibilia Beneficia Ecclesiastica secularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam Hospitalium Regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, sive in Sanctitatis suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nunciorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcunque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, & singulæ concessiones, collationes, provisiones, & quævis aliæ dispositiones de Beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ cum inde secutis quibuscunque, cassæ, & irritę, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur: sed Beneficia, & jura, ut præfertur, resignata, dimissa, & cessa eo ipso vacent, ac sub reservatione prædicta, quam Sanctitas sua etiam quoad hoc extendit, & ampliavit comprehensa censeantur; ita quod de illis per alium, quam per eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia perinde ac si per pacificam assecutionem Beneficiorum aliorum hujusmodi vere, & realiter vacavissent: ac ulterius voluit Beneficium, de quo resignans fuerit auctoritate Apostolica provisus, ac per cujus assecutionem Beneficia vacare debebant, ut prius vacare, ac si resignatio facta non fuisset: salvis tamen quibuscunque juribus competentibus alteri parti, ad cujus favorem facta esset resignatio, etiam ex causa permutationis summarie simpliciter, & appellatione remota exercendis; decernens irritum, &c. attentari.] Et ideo apponitur decretum de dimittendo in manibus Pontificis, ait Garzia c. 5. *n.* 6. ita ut si aliter fiat resignatio tanquam in fraudem nulla est, & irrita, ut non semel Rota decidit, & præcipue apud Burati. *dec.* 242.

89 Sed adverte, quod tam Constitutio Pauli V. quam dicta Regula tertia Cancellariæ loquuntur de assecutione incompatibilis, quæ contingit auctoritate Apostolica, ut tunc non possit fieri resignatio coram Ordinario in fraudem reservationis; dicitur enim in Constitutione Pauli, ibi: *Omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica per pacificam assecutionem quorumcunque aliorum, & per Sanctitatem suam, seu ejus auctoritate conferendorum Beneficiorum Ecclesiasticorum ex tunc vacatura ordinationi, & dispositioni suæ cum Decreto irritanti desuper apposito inter alia dixit reservanda, & cui ex fide dignorum relatione innotuit; quod plerique Beneficiis Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus dum pro tempore vacant Apostolica auctoritate provisi, seu providendi, aut illorum assecutionem alia cum eisdem incompatibilia Beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis, & Decreti prædictorum resignabant, seu dimittebant*. Ex quibus verbis tam Constitutionis Pauli V. quam Regulæ Cancellariæ supra allatæ clare patet, quod resignatio prohibetur fieri coram Ordinario, cum provisio incompatibilis facta, vel facienda est a Sede Apostolica; & ita intelligenda est doctrina Tonduti *part.* 2. *cap.* 3. §. 7. *sub n.* 5. *vers. sed ego non video*, ubi docet, quod Beneficia vacantia ob adeptionem incompatibilis non possint resignari, sed debeant simpliciter dimitti, ut per Garz. *par.* 11. *cap.* 5. *num.* 58. & talis dimissio ex Constitutione Clementis VIII. non possit fieri cor. Ordinario, sed illa Beneficia sint reservata Sedi Apostolicę, & citat Garz. *num.* 60. & quod hanc Constitutionem ampliavit Paulus V. intelligenda enim est hæc doctrina, cum assecutio incompatibilis fit auctoritate Apostolica prout loquitur dispositio Clementis, & Pauli, & ipsemet Garz. clare loquitur, ita ut sicut tunc non potest fieri resignatio ad favorem, cum adest Decretum, ita nec coram Ordinario, ut ipse conferre valeat.

At cum assecutio fit auctoritate ipsius Ordinarii, nescio quare fieri non possit resignatio pura coram ipso, cum sit permissa a Pio V. in Constitutione *Quanta*, & sicuti primum non remanet reservatum, nisi secundi contingat possessio in mense reservato, & secundum Novar. Gonz. & Pax Jord. poterit quis data opera differre possessionem secundi in mense Ordinarii ad evitandam reservationem, ut etiam primi collatio fieri possit ab Ordinario; sic etiam data opera, quis ante adeptionem secundi auctoritate Ordinarii faciendam poterit primum coram eodem Ordinario resignare, ne contingat ejus vacatio in mense reservato; nam non est dispar ratio, cur possit differre possessionem in mense Ordinarii ad evitandam reservationem, & prius non renunciare.

Neque obstat si dicatur, quod per Constitutionem Pauli, & Regulam Cancellariæ prohibetur, ne fiat resigna- 90
tio in fraudem reservationis, & sic militat eadem ratio; nam respondetur primo, quod, ut diximus, tam Constitutio Pauli, quam Regula Cancellariæ loquuntur cum adeptio secundi fit auctoritate Apostolica, & ideo dispositio illarum non est extendenda ad alium casum, cum sit odiosa; nec locum habet rationis identitatis juxta communem doctrinam. Secundo respondetur negando, quod militat eadem ratio; nam cum Beneficium secundum assequitur a Sede Apostolica, certum est, quod primum remanet reservatum, nec potest ab alio conferri, quam ab eadem Sede Apostolica, quod tamen secus est, cum assecutio secundi fit auctoritate Ordinarii; nam non est certum, quod primum remaneat reservatum, cum totum hoc pendeat in quo mense possessio secundi accipiatur; nam in hoc solum casu remanet reservatum, si in mense reservato accipiatur; secus autem, si in mense Ordinarii: ideo cum hoc dependeat ab eventu, & poterit contingere, quod non remaneat reservatum, in hoc adhiberi poterit prudens calliditas, quæ bene adhibetur præveniendo per resignationem in manibus Ordinarii: loquimur tamen de Beneficiis, quorum collatio fieri potest ab Ordinario. Sed post scripta habui duodecimam partem decisionum Rotæ per Rub. *collectarum*, & *in decis.* 241. quæ fuit in *Regien. Presbyteratus* 18. *Maii* 1657. *numer.* 10. contrarium expresse decidit; ibi enim assecutio secundi fuit facta auctoritate Ordinarii, & ante dies sex fuit resignatum primum: & tamen decidit Rota, quod dicta resignatio fuit facta in fraudem reservationis, & sic nulla per Regulam 3. Cancellariæ, nec vacationem induxisse; & allegatur decisio apud Buratt. 242. *sub n.* 4. *vers. quadam constitutio*, & apud Merlin. 559. *n.* 1. ideo cedo Rotæ sententiæ ob ejus maximam auctoritatem, & observantiam, quam illi gero: sed secundum semitas juris, & verba Regulę, & Constitutionis Pauli contrarium esse dicendum.

Quoad vero observationem vigore Extravagantis *Exe-* 91
crabilis; cum quis primum, & secundum contendit possidere, seu secundum intra mensem non dimittit in manibus Ordinarii de facto, & de jure, sub publico testimonio utrunque vacat, & reservatum remanet Sedi Apostolicæ, ut dicitur in dicta Extravaganti *Execrabilis*, & notant omnes Doctores hucusque citati, præsertim Gonzal. *dict. glos.*

gloss. 51. *num.* 38. Barbosa *d. cap.* 13. *num.* 54. nec in hoc casu inspicitur cujus auctoritate contigit assecutio secundi Beneficii.

92 Sed quid, si ultra secundum, tertium, vel quartum quis obtineat, quorum istorum vacabit? agitat hanc quæstionem præter alios Garz. *d. par.* 11. *cap.* 5. *a num.* ... & Amayden *lib.* 1. *c.* 16. *qu.* 18. ipsos vide; certum est enim, quod hodie prohibitum est Episcopis, & aliis Collatoribus inferioribus ne conferant tertium Beneficium uni Clerico, imo nec secundum si primum sit sufficiens ad congruam vitæ sustentationem, ut dicitur in Concilio Trident. *sess.* 24 *c.* 17. *de reformat.* sin autem de facto Episcopus, vel alius conferat, dubium esse potest, an tertii collatio sit nulla, vide Doctores citatos, & Barbos. *in d. cap.* 17. Pax Jord. *d. tit.* 28.

93 Quod autem supra diximus tempus duorum mensium dimittendi vigore decreti incipere *a* die captæ possessionis pacificæ, amplia, ut procedat, cum quis per Procuratorem accipit possessionem; nam tunc a die scientiæ currit dictum tempus, cum scilicet est certus de illius possessione, & non a die possessionis, Rota *in Tarraconens. Canonicatus* coram Otano, penes Marches. *p.* 1. *fol.* 362. *de commissionibus*.

94 Item apponitur clausula illa, *auctoritate nostra conferas*, quæ solet apponi in mandatis de providendo, seu in provisionibus in forma dignum, per quam clausulam clare ostenditur, quod Papa non confert, sed Executor auctoritate Apostolica post verificationem expositorum, Papa enim dat tantum mandatum de providendo: hanc clausulam late explicat Corrad. *in prax. disp. lib* 7. *c.* 7. *num.* 47. unde sequitur, quod necessario requiritur collatio Executoris, Paris. *lib.* 8. *quæst.* 7. Rota penes Run. *par.* 2. *tom.* 1. *dec.* 565. *num.* 23. & 24. & fit Bulla cum inserta forma Litterarum Apostolicarum, ut observavit doctissimus Barbosa *in suo formulario post tract. de Officio, & potestate Episcopi, formula* 66. & ideo supra diximus, quod quousque deventum fuerit ad actum collationis per Executorem in provisionibus in forma dignum, non dicitur consumpta vacatio.

95 Subnectuntur etiam illæ clausulæ, *quod recipiatur in fratrem*, & *cum plenitudine juris Canonicalis*, ac illa, & *stallum in Choro, & locum in Capitulo assignes*. Pro quarum explicatione illud tyronibus bene notum rememorandum est, quod præbenda, & Canonicatus non sunt idem, etiam stricte accepto præbendæ vocabulo, quatenus Bene-
96 ficium Ecclesiasticum importat, sed diversa, nihilque inter se ex propria natura commune habent, circumscripto effectu annexionis perpetuæ, ut notant Canonistæ in multis locis, præsertim in *c. eam te, de rescriptis, c. relatum, de præb.* per illum textum, & omissis aliis ex proposito, Hojeda *de incompatibil. benef. par.* 1. *cap.* 12. *in princ.* Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 19. *numer.* 8. Tond. *part.* 2 *cap.* 1. §. 9. *in princ.* Rota apud Manzanedum *decis.* 599. nam Canonicatus, & jus habendi stallum in Choro, locum in Capitulo
97 ad cantandum, & legendum, & vocem in Capitulo provenit ex receptione in fratrem, ut in *c. in Genesi de electionibus in fine*; præbenda autem est jus percipiendi fructus in Ecclesia cui servit præbendatus competens ex Officio divino tanquam uni ex Collegio, ut dicunt omnes Canonistæ *in rubr. de concess. præb.* & de Dignitatibus, & præbendis, præsertim Petrus de Anchar. & alii: Hostiens. *in summ. tit. de præb.* sic bene poterit stare Canonicatus sine præbenda, prout vidi in multis Cathedralibus Regni, præsertim in meis Ecclesiis unitis, collatoque Canonicatu non dicatur collata præbenda, ut probatur in *c. eam te, de rescriptis*, Hojed. *loc. cit. n.* 5. quare in textu *in c. quidem, de præb. in* 6. dicitur, quod Canonicus non dicitur habere jus in præbenda, sed ad præbendam, nisi tamen præbenda esset annexa Canonicatui, præ cæteris Tond. *loc. cit. d.* §. 9. *n.* 13. *cum seq.* quæ annexio dupliciter potest contingere, perpetuo, & separabiliter, ut loquitur Lotter. *d. libr.* 1. *qu.* 17. de qua re vide ipsum, & alios. Hinc intelligimus stylum Datariæ, & Cancellariæ, quo attento semper exprimitur non solum Canonicatus, sed etiam præbenda, & dicitur Canonicatus, & præbenda hujusmodi, & semper, quod exprimitur in Litteris Canonicatus, exprimitur etiam præbenda, unde Tond. *loc. cit.* consulit cuidam, qui Canonicatum obtinuit a Sede Apostolica absque expressione præbendæ, ut iterum recurreret ad Papam, ut sanaret illum defectum expressionis præbendæ, quare, quod docuit Honor. *lib.* 3. *in Summ. Decret. tit. de præb. in p.* 1. *sub nu* 41. quod omnis Canonicatus debet habere præbendam, non autem e contra; & cum quis consequitur Canonicatum non sit opus mentionem facere de præbendis, quia sunt annexæ Canonicatui, & sunt de jure, & pertinentiis ipsorum; hoc enim intelligendum est juxta prædicta, quando sunt annexæ inseparabiliter.

Hinc possumus melius intelligere clausulas istas, de qui- 98
bus agimus, nam illa *stallum in Choro, & locum in Capitulo assignes*, refertur ad Canonicatum; nam tunc habetur pro Canonico, & ejus effectus consistit in jure obtinendi quotidianas distributiones, & alia emolumenta ob servitium Ecclesiæ consuetum præstari, Lotter. *d. q.* 19. *n.* 6. ubi late Tond *c.* 11. *n.* 8. sic etiam illa clausula, *recipietis in fratrem*, refertur ad Canonicatum, de qua etiam Lotter. *loc. cit.* illa autem clausula, *cum plenitudine juris Canonicalis*, efficit etiam, & operatur, ut si esset supernumerarius quoque habere debeat omnia emolumenta solita dari Canonicis, nempe distributiones, & alia, Staphil. *de expect. sub n.* 38. *vers. & quod dictum*, Lotter. *d. q.* 19. *num.* 48. & 49. Barbos. *de Canonicis c.* 3. Tond. *d. c.* 111. vide etiam Monetam *de distribut. p.* 1. *q.* 1. Grat. *c.* 867. & alios.

In resignationibus cum reservatione pensionis in Benefi- 99
ciis curatis apponitur illa clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, quæ facit Gratiam conditionalem, & operatur, ut ipsa plenarie, & concludenter justificetur, & verificetur, etiam parte non opponente, Salust. Tiberius *lib.* 3. *c.* 1. omissis pluribus de clausulis, vide Belt. ad Ludovis. *dec.* 245. *n.* 11. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 291. Ridolf. *in praxi par.* 2. *c.* 9. *an.* 118. Lotter. *lib.* 1. *q.* 38. Tond. *de pens.*
c. 58. & alibi, Rota *par.* 12. *rec. dec.* 187. *n.* 20. & hæc justi- 100
ficatio debet continuo durare, alias est supplendum ex portione titularis, Seraph. *dec.* 951. Olivet. ad Ludovis. *dec.* 245. Ridolf. *p.* 2. *c.* 9. *n.* 121. Garz. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 399. hæc enim clausula, *dummodo remaneant*, longe distat a justificatione narrativæ, quæ requiritur pro fundamento, & validitate pensionis in ejus origine, & creatione; nam non potest pensio habere legitimum initium, nisi verificetur, quia sub ea conditione fuit reservata, ad quem effectum sufficit justificatio de tempore supplicationis, & Litterarum: at dicta clausula in alia parte Litterarum adjecta respicit continuationem, & progressum ejusdem pensionis, & quia plures esse possunt casus in quibus fructus Ecclesiæ gravatæ diminuuntur; ideo ad consulendum titulari apponitur illa clausula, *dummodo, &c.* ut semper remaneant centum pro Rectore, juxta Tridentini Decretum *c.* 13. *sess.* 24. *de reform.* & ideo semper requiritur successiva justificatio, nec sufficit de tempore narrativæ duntaxat; nam adveniente diminutione fructuum, & diminui debet pensio, optime explicantur hæc in *Conchen. pensionis* 21. *Maij* 1649. coram Eminentissimo Corrado *p.* 10. *rec. dec.* 306. *n.* 19. 20. 21. & 22. Rota *de novo p.* 11. *dec.* 187. *nu.* 24. & 25. & facienda est deductis oneribus, quia centum pro Rectore debent remanere libera ab omni, & quocunque onere ad effectum, ut congrue vivere possit, Rota apud Merlin. *dec.* 880 apud Seraph. *dec.* 1017. *n.* 4. & *p.* 12. *rec. dec.* 178. *n.* 21 *cum seqq.* Ridolf. *loc. cit.* alias pensio nulla, Rota *p.* 11. *rec. dec.* 187. *n.* 35. certis tamen, & necessariis, *ut in d.*
dec. 187. *n.* 34. transfert onus probandi ad pensionarium, 101
nisi sit pensionarius in possessione, late Post. *de manutenendo*, vide de hac re Rotam apud Eminentissimum Celsum *dec.* 315. & 406. & alias Rotæ decisiones, & apud Peutinger. *dec.* 308. & 483. *a n.* 24. *cum seqq.* vide etiam Belt.
ad Ludovis. *dec.* 57. *n.* 12. & 13. qui dicit, quod hæc clau- 102
sula, *dummodo*, est justificanda sive in petitorio, sive in possessorio agatur: non tamen idem esse dicendum, si dicitur, si ita est, vel, si preces, nam tunc non faciet Gratiam conditionalem, sed duntaxat clausula, *dummodo*,
hæc etiam clausula in Beneficiis Curatis, etiam si non est 103
apposita expresse semper intelligitur, Rota penes Tondut. *dec.* 32. *quæ est p.* 11. *rec. dec.* 313.

Item in illis Beneficiis in quibus non cadit reservatio, 104
semper apponitur clausula, *dummodo tempore datæ præsentium nulli sit jus quæsitum*. Hæc clausula apponitur ad præservandum jus alterius, cum intentio Papæ sit nunquam tertio præjudicium afferre, ut dicitur in *cap. licet de Offic. Ord. & c. super eo de Offic. Delegati*, unde prodiit Regula Cancellariæ de jure quæsito non tollendo, quæ au-
get aliquid aliud ultra jus commune, & magis stricta est; 105
nam jure communi attento tantum præservatur jus certum, firmum, ac radicatum; jus autem per præsentationem jure attento communi non dicitur radicatum: stante vero Regula Cancellariæ de jure quæsito non tollendo, præservatur omne jus natum, & ortum licet non sit omnino

omnino perfectum, & non solum in re, sed etiam ad rem,
ut omissis pluribus observat Amayden lib. 1. c. 33. num. 18.
Lotter. qui rem altius explicat lib. 2. quæst. 51. a n. 18. qui
dicit, quod præservatur jus radicatum: hæc clausula poni-
tur regulariter, quando Beneficium non est reservatum,
Coccinus in annot. annot. 312. n. 2.
106 Clausula igitur hæc, dummodo tempore datæ præsen-
tium non sit alteri jus quæsitum, oritur tam ex jure com-
muni, quam ex Regula Cancellariæ, & est Synonyma,
cum altera clausula, absque præjudicio alterius; & ambæ
intelliguntur de alio, quam de expresso præjudicio, ut
dicit Amayden loc. cit. num. 19. vers. non obstat, & nu. 20.
Corradus in praxi benef. lib. 2. cap. 14. num. 52. Rota apud
Amatum Dunozett. decis. 352. num. 9. & quamvis fuerit
omissa, censetur tamen apposita, Cocch. regul. de jure
107 quæsito, n. 15. Buratt. dec. 55. nu. 1. Durandus dec. 114. nu.
5. Rota p. 7. rec. dec. 250. Ridolf. p. 2. c. 8. n. 92. Carill. dec.
85. n. 5. Ubertus d. c. a. sub n. 44. Eminentiss. Othob. decis.
263. & part. 8. recent. decis. 36. num. 5. Eminentiss. Cel-
sus decis. 85. num. 3. Quia Papa non intendit alteri præju-
dicare communi jure attento, & hoc maxime in provisio-
ne Beneficiorum de jure patronatus, prout loquitur Emi-
nentiss. Othob.
108 Hæc clausula præservat jus anterius quæsitum, seu an-
terius provisi, Rota decis. 217. num. 8. par. 12. recent. Ro-
ta part. 14. rec. dec. 1523. & apud Amatum Dunozett. dec.
601. num. 14. & decis. 976. num. 5. etiam si posterior Gratia
esset executa, ut in d. decis. 601. quia cum constat de jure
alterius per Gratiam priorem, seu collationem primo fa-
ctam, seu de jure quæsito ante impetrationem, resolvi-
tur secunda Gratia, & habetur, ac si non fuisset facta,
Seraph. decis. 1484. Martha de clausulis part. 1. clausula 35.
Barb clauf. 20 Garzia de benef. part. 10. cap. 1. numer. 74.
Cocchier. in regul. de jure quæsito non tollendo num. 6. Oli-
ver. ad Ludovis. dec. 350. lit. A Eminentiss. Othob. decis.
263. num. 18. Eminentiss. Celsus decis. 408. num. 4. Burat.
decis. 137. Rota in Barchinonen. Canonicatus 24. Januar.
1618. coram S. mem. Innocentio X. quam citat Ridolf. d.
cap. 8. numer. 89. Ubertus de citationib. cap. 2. numer. 34.
vide Mattham de clauf. 35. Matescot. variar. lib. 2. cap. 1.
num. 172.
109 Et licet Rota penes Ludovis. decis. 350. num. 2. dixerit,
quod hæc clausula non faciat Gratiam conditionalem, at-
tamen intelligitur de conditione suspensiva, quia non o-
peratur suspensionem Gratiæ, Lotter. lib. 2. q. 51. nu. 13.
Seraph d. dec. 1484. num. 12. Sed bene facit conditiona-
lem conditione resolutiva, quia cum postea constat de ju-
re alterius antea quæsiti, per hanc clausulam resolvitur jus
secundi impetrantis, & præservatur jus primi, ut optime
notat Ubertus loc. cit. & ita procedit decisio Rotæ penes
Duran. dec. 114. numer. ...., ubi dicitur, quod facit Gra-
tiam conditionalem, imo Cocchier. loc. cit. dicit, quod
suspendit effectum Gratiæ.
110 Hæc clausula non eget justificatione, ut Ludovis. decis.
350. n. 4. & ibi Belt. in addit. lit. A Verallus dec. 39. part. 2.
Lotter. lib. 2. q. 51. n. 14. Ridolf. in praxi p. 2. c. 8. n. 93.
111 Ex ea præservatur jus, etiam ad rem validum tamen, &
considerabile, & cannonizabile, Rota decis. 253. part. 2.
recent. Buratt. decis. 55. nu. 2. & ibi Ferentill. num 7. & 651.
n. 4. Ridolf. cap. 8. par. 2. nu. 89. Eminentiss. Othob. decis.
221. n. 10. & 135. n. 7. Eminentiss Celsus dec. 314. num. 10.
Amat. Dunozet. dec. 957. n. 12. & 905. n 9. par. 12. recent.
dec. 302. n. 17. vide etiam Tusch. lit. S. concl. 929. Marches.
p. 1. pag. 404. num. 61. nullum autem, & invalidum, &
coloratum hæc clausula non præservat, Cavall. dec. 280.
Seraph. dec. 1494. n. 10. Lotter. d. q. 51. nu. 69. Mart. clauf.
20. n. 3. Ubertus d. c. a. sub n. 34. vers. jus autem, Ridolf.
d. 1. 8. n. 90. Eminentiss. Celsus d. dec. 314. num. 14. Feren-
til. d. dec. 55. num. 8. & in aliis decisionibus citatis: sicuti
neque extrinsecum ope exceptionis, sed intrinsecum,
Rota part. 8. rec. dec. 252. n. 22. Ubertus loc. cit. qui idem
dicit de accidentali.
112 Præservat consequenter jus quæsitum ex præsentatione,
seu electione, Caval. dec. 1274. Rota rec. par. 4. dec. 643.
& part. 2. decis. 253. Durand. dec. 100. num 5. Ricc. decis.
195. in praxi for. Eccl. Marth. clausul. 20. n. 2. Tond. p. 1.
c. 118. n. 25. Ridolf. d. cap. 8. num. 88. Rota penes Carill.
dec. 85. num. 4 Eminentiss. Celsus dec. 31. num. 14. & 144.
n. 12. quæ decisio habetur etiam p. 11. rec. dec. 200. quam-
vis non fuerit secuta institutio, sed Seraph. decis. 1238. n.
4. Cavall. dec. 478. Buratt. decis. 651. num. 4. Rota in Me-
levitana Beneficii 27. Junii 1649. num. 27. penes Tondut.
de pensionibus, 57. in ordine, & apud Eminentiss. Othob.
dec. 120. num. 9. & part. 8. recent. dec. 36. num. 6. & apud
Amatum Dunozet. 956. num. 2. requirit tamen Rota dict.
decis. 253. num. 3. quod fuerit accepta præsentatio; item
quod præsentatio fuerit facta a majori parte Patronorum,
ut Rota decis. 643. num. 7. part. 4. recent. Ridolf. in praxi
d. cap. 8. num. 91. quod idem voluit Ubertus loc. cit. dum
dixit, quod tunc præservat, quando præsentatus veniret
necessario instituendus; cum tamen a medietate Patrono-
rum fuerit præsentatus, non præservatur jus per hanc clausu-
lam, nisi de tempore datæ Gratiæ habuisset gratificatio-
nem ab Ordinatio cum institutione, Ferentil. ad Burat. 113
decis. 651. num. 10. Ridolf. loco cit. n. 91. latissime Corrad.
in praxi benef. lib. 4. cap. 6. num. 58. ac etiam Lotter. lib. 2.
quæst. 51. num. 43. Rota post scripta visa apud Amat. Du-
noz. decis. 717. quæ reddit rationem, quia tunc habetur,
ac si solus fuisset præsentatus: verum in decis. apud eundem
Dunozetum 956. num. 15. in qua citatur decis. 1. apud Mo-
hed. de prab. & 651. apud Bur. simpliciter dicitur, quod 114
per hanc clausulam censetur præservatum jus quæsitum per
præsentationem a medietate Patronorum, nec dicitur ibi,
quod requiritur institutio, & quod ut jus præservetur ex
præsentatione, sufficiat, quod a medietate Patronorum sit
præsentatus. Post scripta vidi decis. Rotæ apud Biehium
396. in qua num. 36. & sequentibus firmatur, quod hæc
clausula non præservat jus quæsitum a præsentatione me-
dietatis Patronorum, quia locus est gratificationi, & sic
nemini jus quæsitum, sed tantum præservat jus illius qui
necessario venit instituendus; certum enim est, quod
cum præsentatione a medietate Patronorum adest institu-
tio ab Ordinario, tunc hæc jus prædictam clausulam præ-
servat, Rota in d. dec. 396. n. 9.
Sic etiam præservat jus, quod nascitur, ex oppositio- 115
ne duntaxat absque præsentatione, dummodo opponens
veniret instituendus, quia esset Beneficium certo generi
personarum debitum, puta patrimoniale, vel debitum ha-
bentis certas qualitates, Garz. part. 4. cap. 3. a nu. 61. Fe-
rentil. d. dec. 751. num. 9. Carill. decis. 116. num. 9. Adverte
tamen, quod Gonzal. glos. 9. §. 1. num. 88. docet, quod
filii naturales, & patrimoniales ante electionem, vel præ-
sentationem, vel sententiam, nullum jus habent ad Bene-
ficia patrimonialia, neque in re, neque ad rem, etiam
post oppositionem, nisi aliter ex aliqua Constitutione Sy-
nodali, vel jure principali sit cautum; & allegat multos:
quod procedere dicit in oppositionibus ad Canonicatus
Doctorales per concursum providendos: neque Regulam
Cancellariæ de jure quæsito quæ præservat jus in re, & ad
rem, locum habere in jure quæsito ex talibus oppositioni-
bus, ut latius ipse: sed hanc materiam explicat Lotter. lib.
2. q. 51. a num. 29. cum sequent. ubi num. 33. distinguit inter
oppositionem radicatam in aliquo jure; & dicit, quod
ex simplici oppositione nullum quæritur, ex radicato ve-
ro distinguit plures casus; & concludere videtur, quod
tunc ex oppositione acquiritur jus, & præservatur per di-
ctam clausulam, quando per Statutum explicite deducitur
oppositio, & qui se opponit habet qualitates requisitas,
licet nondum justificaverit, si tamen sint veræ: non ta-
men cum plures se opponunt, & omnes habent qualitates,
cum sit locus tunc gratificationi. Vide ipsum per plures nu-
meros; & hoc est, quod supra dictum est, dummodo op-
ponens veniret instituendus. Sed quod per hanc clausu-
lam sit præservatum jus oppositori cum Beneficium ei de-
betur, Rota p. 8. rec. dec. 36. num. 3. & 4. & part. 12. dec.
302. in 1. n. 117. sicut opponens sit de genere Testatoris:
& ex vocatione Testatoris competit jus ad Beneficium,
Rota apud Caril. dec. 17. n. 16.
Præservat etiam illud jus, quod in judicium est dedu- 116
ctum ante impetrationem Gratiæ, Rota d. decis. 253. n. 2.
part. 2. recent. Ubertus loc. cit. vers. & pro hoc, quia dici-
tur considerabile: & eo fortius jus per sententiam Ordina-
rii acquisitum, quia satis dicitur considerabile, Rota pe- 117
nes Carill. dict. decis. 147. num. 12. sic etiam jus acquisitum
ex provisione Ordinarii, ut Rota decis. 186. part. 9. tom.
1. recent. & part. .... recent. decis. 36. num. 4. & 5. dum-
modo tamen collatio Ordinarii fuerit valida; nam cum
nulla, nullum jus præservabile ex ea inducitur; ideo in
decis. 45. penes Gulielmum Dunozetum fuit dictum,
quod hæc clausula, dummodo alteri, non præservat jus ex
provisione nulla facta ab Ordinario: quia non servavit 118
formam concursus; nam tunc nullum jus quæsitum fuit
proviso, quod per clausulam illam præservari potuerit;
quod intelligitur, ut concursus requiratur pro forma; se-
cus

cus autem si non esset concursus de forma, licet provisus
esset examinandus ad detegendam idoneitatem; nam be-
ne per clausulam istam præservatur jus ex collatione pura,
119 licet imperfecta ratione examinis, in puncto Rota apud
Amatum Dunozettum *de*.717.*n*. 4. Hæc clausula solet ap-
poni, cum Papa providet de non reservato, juxta *dec*. Du-
rand. 306. *n*. 10. & 350. & alias sæpe.
120 Jus autem acquisitum ex possessione nulliter capta, & at-
tentata non præservatur, sicuti nec ex provisione Aposto-
lica conditionali, quæ desiderat justificationem qualitatis
Jurispatronatus, antequam sit facta justificatio talis quali-
tatis; nam jus resultans, & pendens a futura probatione
est incertum, & mere eventuale, quod non comprehen-
ditur sub dicta clausula præservativa, Eminentiss. Celsus
decis. 314. *num*. 11. & 12. ubi citat Felinum, & alios: &
quod non præservatur conditionale, & eventuale, Ægi-
dius *cons*.34. *n*.21. Lotter. *lib*.2. *q*. 51. *n*.52.
121 Insuper hæc clausula facit mixtum Executorem, Ludo-
vis. *decis*. 91. Durand. *decis*. 414. Ferentill. ad Buratt. *decis*.
651. Verall. *dec*. 337. *nu*.6. *p*.2. Ubertus *d. cap*. 2. *n*. 34. Ri-
dolf. *d. cap*. 8. *part*. 2. *num*. 86. Eminentiss. Celsus *decis*.
342. *num*.6. & *part*. 10. *rec*. *dec*.156. *num*.20. ubi aliæ mul-
tæ allegantur, & apud Dunozet. *dec*.193. *n*.4. proinde ad-
mittitur appellatio.
122 Sed hoc intelligitur, quando adest Contradictor, ut di-
ximus. Verum quod tunc Executor, etiamsi nullus adsit le-
gitimus Contradictor debeat præmittere citationem per
edictum, Rota apud Amatum Dunozett. *decis*. 193. *num*.
5. Antequam ad alias clausulas transeamus similis est huic
clausulæ illa quæ deducitur ex Regula Cancellariæ de con-
currentibus in Data 17. in ordine: cum enim Data unius
Gratiæ est anterior alteri, præfertur qui priorem Datam
habet, ut ibi explicant Glossatores, præsertim Mandos.
& Cocchier.
123 Cum vero sunt ejusdem temporis sub eadem Data præ-
fertur possessor, & si non adsit possessor, præfertur qui a di-
gniore, veluti si unus habeat Supplicationem signatam *per
Concessum*, alter vero *per fiat*, præfertur hic qui *per fiat*,
Vide dictam Regulam, & ibi Doctores expositores, præ-
sertim Mandos. Cocchier. ac etiam Amayden *lib*. 1. *c*.6.
124 Cum Beneficium est Jurispatronatus apponi solet illa
clausula *verificato jurepatronatus*: hæc enim clausula ope-
ratur, quod Juspatronatus omnino, & ante omnia sit ju-
stificandum, & facit mixtum Executorem, Oliver. ad
Gregor. *dec*. 413. *in fin*. Cavall. *decis*. 211. Ubertus *d. cap*.
2. *num*. 42. Rota apud Guliel. Dunozet. *decis*. 11. *numer*.
8. & *part*. 10. *recent*. *decis*. 327. *num*. 17. & apud Amatum
Dunozet. 410. *num*. 7. & quamvis dicatur, *verificata Jure
patronatus ex dotatione, vel fundatione*, quæ Clausula li-
125 cet conditionem importet, per text. *in leg. a testatore de
cond. & demonst*. & sit alioquin plene, & concludenter ju-
stificanda, ut Rota *in Lucana Jurispatronatus 7. Junii* 1585.
coram Orano, de qua meminit Martha *de Clausulis*, *claus*.
161. Lotter. *de benef*. *lib*. 2. *quæst* 13. *numer*. 113. Durand.
decis. 87. *num*. 17. & verificatio spectat ad præsentantes,
Rota *decis*. 15. *num*. 12. *part*. 14. *recent*. attamen id pro-
cedit, quando agitur, & quæritur principaliter de ipso pa-
tronatu, cum adest Contradictor qui libertatem Ecclesiæ
vendicet, sive sit Episcopus, sive alius provisus Apostoli-
126 cus, qui Beneficium tanquam liberum obtinuisset, quia
cum tunc urgeat præsumptio pro libertate Ecclesiæ, Mar-
tha *decis*. 306. *num*. 4. Seraph. *decis*. 1253. *numer*. 2. & alii
communiter; ideo tunc plene erit probandum, ut latius
deducitur Lotter. *d. lib*. 2. *qu*. 13. *a num*. 114. *cum seqq*. se-
cus autem si tantum agatur de justificanda Gratia, quia
tunc non exigitur tam exacta probatio, sed sufficiet, ut
fiat secundum terminos, & secundum Sac. Conc. Trident.
ut dicit Corrad. *lib*.4. *cap*.3. *numer*. 22. Imo etiam sufficiet
tunc probatio de fama, & communi reputatione; ut ad-
est decis. Rotæ penes Mantic. *decis*.708. *in princ*. *numer*. 1.
ubi allegatur alia decis. Lotter. *d. qu*. 13. *num*. 113. Verum
127 Rota videtur tenere indistincte, quod hæc clausula, ex
quo facit Gratiam conditionalem, quod requiratur per-
fecta, & concludens probatio Jurispatronatus per veras,
& legitimas probationes, Rota apud Vician. *post tract.
de jurepatr*. *dec*. 87. 88. 89. apud Burat. *dec*.178. apud Du-
rand. *d. dec*. 87. *n*.18. & novissime apud Amat. Dunozet.
dec.367. *n*. 29. 30. & 31. ubi late, & apud eundem Dunoz.
dec. 1007. *nu*. 2. 3. & 4. per hæc verba: [Primo probatio
Jurispatronatus ex fundatione deficit, dum non exhibetur
fundationis instrumentum, Rota *dec*. 219. *n*. 22. *p* 6. *rec*.
& *in Gerunden. benef*. 4. *Julii* 1642. coram bon. mem. Bi-
chio. Nec propterea potest Gratia ullo modo Patrono suf-
fragari, Rota *dec*.531. *n*.1. *par*. 1. *divers*. & coram Dutan.
87. *n*.17. præcipue quia clausula, *verificato prius patrona-
tu ex fundatione*, importat formam, & conditionem, qua
non verificata nihil dicitur in esse deductum, ut per Gara.]
Attamen Rota *in Florentina Capell. de ann*. 1634. coram
eodem Dunoz. apud ipsum 344. *n*.1. contrarium dicere vi- 128
detur, ibi: [Existentia siquidem Jurispatronatus ex fun-
datione, & dotatione visa fuit sufficienter probata ex utri-
usque partis confessione adminiculata, nedum ex præsen-
tatione facta de anno 1599. in persona Notarii, per cujus
obitum vacat Capellania, sed etiam ex sententia Vicarii la-
ta super executione Litterarum Apostolicarum Dom. Vi-
ctorii, quæ confessio sic adminiculata probat existentiam
Jurispatronatus, Rota *decis*. 97. *num*. 1. *part*. 1. *recent*. pro
qua probanda quando Ordinarius non est in causa, nec
alius pro libertate Beneficii, nec agitur principaliter de
canonizando patronatu, sed inter præsentatos incidenter
ad effectum justificationis, Cassad. *dec*. 1. *in fine de pro-
bat*. Mant. *dec*.318. *n*.1. & 350. *n*.18. & coram ..... 476.
num. 2.] hæc ibi, & *p*. 12. *rec*. *dec*.341. *n*.2. Nec admitti-
tur probatio per præsumptionem in hoc casu, Rota *d. p*.
12. *dec*.184. *n*. 10.
Et notandum est, quod cum datur alius Executor quam 129
Ordinarius, tunc apponitur clausula, *verificato Jurepa-
tronatus* coram Ordinario; semper enim hæc verificatio
facienda est coram ipso, quia agitur de materia providen-
di Ecclesiam, Rota *in d. dec*. 184. *n*.5. & 6. & facienda est
citato Promotore Fiscale, qui assistat pro libertate Eccle-
siæ, ut ibidem.
Quandoque etiam cum Beneficium est de Jurepatrona-
tus solet apponi clausula, *cum derogatione Jurispatronatus* 130
pro medietate, vel pro minori parte, ut communis ac no-
torius Curiæ stylus comprobat, notant Lotter. *lib*.2. *qu*.8.
num. 101. Corrad. *in praxi benef lib*. 9. *cap*. 6. *n*. 3. Amay-
den *de stylo Datariæ lib*.1. *cap*. 15. §. 15. *num*. 38. hoc intel-
ligitur, cum Beneficium non vacat in Curia, quia tunc so-
let derogare pro medietate, & ad summum pro duabus
tertiis partibus, ex causis urgentissimis, ex Parisio adno-
tavit Rota apud Bich. *dec*. 558. *num*. 30. quod tamen non
ita facile in Gallia practicari dicit Toudur. *tom*. 1. *part*. 1.
cap. 32 *num*. 27. & *part*. 2. *cap* 4. §. 9. *n*. 40. quod non du-
rum dicit Lotter. quia cum quis est præsentatus a medieta-
te, nullum acquirit jus, sed est potius in æquilibrio cum
alio, & locus est gratificationi, juxta textum in *c. cum au-
tem de Jurepatronatus*, imo ait Amayden *n*. 41. quod So-
licitatores practici solent ad Partes ponere hanc clausulam
gratificationis, ut tunc qui habet clausulam gratificatio-
nis præferatur non gratificato, licet sint in pari Data; &
ait Amayden quod offerentes in Dataria eodem die ambæ
partes Supplicationem pro impetratione cum derogatio-
ne Jurispatronatus pro medietate, quod solet concedere
sub eadem Data, ut partes cum Executore deducant qualita-
tes, juxta quas possit gratificare, Caval. *dec*.517. *n*.7. Vi-
de ipsum, Notandum tamen est, quod si Jurispatronatus
Beneficium sit debitum certo generi personarum, nempe
Clericis de familia testatoris, si quis impetraverit Gratiam
cum derogatione medietatis, non expressa hac circumstan-
stantia Papæ, Gratia est nulla, quia non censetur, quod
Papa voluerit præjudicare vocatis, Rota apud Bich. *dec*.
206. *num*. 10.
Interpretatur tamen hæc clausula derogationis pro me- 131
dietate Jurispatronatus de illis patronis, qui sunt in quasi
possessione præsentandi, juxta ultimum statum, qui at-
tenditur in hac re, juxta decisionem Ludovis. 17. ubi la-
tissime Belt. nam de illis qui non sunt in quasi possessione,
nulla habetur ratio, ad tradita per Doctores *in c. consulta-
tionibus de jurepatronatus*, etiamsi alias essent veri patroni,
Rota *dec*. 167. *n*.7. *p*. 2. *divers*. & ita se scribere in una *Pi-
storien. Parochialis* 15. *Januarii* 1621. coram Pirovano,
dixit Lotter. *loco cit*. *num*. 170. Rota *recent*. *p*. 4. *dec*. 471.
& *p*. 10 *rec*. *dec*.169. & *dec*.4. *n*. 11. & 293. *nu*. 8. ubi dici-
tur, quod semper intelligitur hoc suppositum, & apud
Amatum Dunozet. *dec*. 344. *n*. 4. & 1007. *n*. 5. apud Emi-
nentissimum Celsum *decis*. 296. *nu*. 4. ubi aliæ decis. Rotæ
allegantur, apud Rojas *dec*.200. *n*. 10. & 230. *n*. 4. & 5. &
apud Peuting. *dec*.266. *n*.23. & in *Melevitana Beneficii* 25.
Junii 1649. *n*.17. quam refert Tond. *post tract*. *de pens*. 57.
in ordine: Sicuti semper præfertur ille qui præsentatur ab 132
existente in possessione præsentandi; nam jura veri patro-
ni præservantur ad futuram vacationem, quia jus præsen-
tandi est in fructu, fructus autem spectant ad possessorem,
omis-

omissa multis, Tondut. *tom.* 1. *part.* 2. *capit.* 4. §. 9. *a num.* 7. & 8.

133 Non tamen me latet, quod scripsit Mandos. *cons.* 7. *nu.* 16. scilicet, quod derogatio pro medietate aliud non sit, quam reducere consensus per plures patronos præstandos ad medietatem, & quod quoties præsentatio spectat ad unum pro medietate derogari non possit, & aliter facta ex stylo Curiæ non suffragari, & quod quando præsentatio spectat ad plures, si derogatur pro medietate, necesse sit habere tot voces quæ cum ista medietate faciant majorem partem, Mandos. sequitur Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 54. 55. & 56. Parisium, non citato Mandosio, citat, & sequitur Tond. *p.* 2. *c.* 4. §. 9. *nu.* 37. Notandum etiam est, quod Gratia Apostolica cum derogatione medietatis sustinetur, quamvis tempore Gratiæ non adesset revera præsentatio, dummodo sequatur intra legitima tempora, juxta stylum Cancellariæ, & Datariæ, quia Papa considerat consensum Patronorum intra legitima tempora; adest decisio Rotæ apud Bich. 419. *tom.* 2.

134 Solet quoque derogari in totum Juripatronatus; & quidem si Ecclesiasticum sit, ut qualitas Ecclesiastica prævaleat, sepius fieri solet, ut Paris. *d. q.* 4. *n.* 49. Lotter. *lib.* 2. *q.* 8. *n.* 103. Vivian. *de jurepatr. p.* 3. *lib.* 14. *c.* 4. *nu.* 49. Tond. *d. p.* 2. *c.* 4. §. 9. *n.* 34. licet cum Juspatronatus est mere laicale cum magna difficultate, & difficilius solet derogari in totum Juripatronatus: derogat tamen cum vacatio contigit in Curia non solum per obitum, ut Paris. *de resig. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 44. Lotter. *d. q.* 8. *n.* 49. Vivian. *loc. cit. d. c.* 4. Tond. *d.* §. 9. *n.* 33. Eminentiss. Celsus *dec.* 314. *n.* 14. sed etiam cum Beneficia vacant in Curia ob promotionem ad Episcopatum, tunc quoque Papa derogat in totum Juripatronatus, ut observat Curia, & stylus notorius. Bene verum est, quod hæc derogatio non fit cum Beneficia pertinent ad Regiam, vel Cæsaream præsentationem tantum; nam si pertineant ad præsentationem Principum inferiorum bene derogat; & sic observat stylus Curiæ, Paris. *d. q.* 4. *nu.* 47. dicens se vidisse practicari, Tond. *d. q. c.* 4. §. 9. *sub nu.* 34. *vers. si tamen*, Spada *cons.* 11. *per tot. tit.* 3.

135 Cum tamen concedit retentionem promotis ad Episcopatum, bene Papa potest concedere cum derogatione Jurispatronatus, ut Paris. *d. q.* 9. *nu.* 58. Lotter. *d. q.* 8. *nu.* 105. Tond. *loc. cit. n.* 39. quod procedit etiamsi Beneficia sint ad Regiam præsentationem, quia Gratia retentionis est Gratia præventiva, & non facit vacare; unde non est opus derogatione, ut latius probat Spada *cons.* 69. *per tot. tom.* 3. Et post scripta vidi decisionem Rotæ 296. *p.* 14. *rec.* in qua fuit dictum non vacare Beneficia promoti ad Episcopatum cum adest indultum retinendi, quod impedit vacationem.

Hæc tamen causa fuit agitata in Collaterali Consilio pro Episcopo Nicoteræ, qui habuit Gratiam retentionis aliquorum Beneficiorum spectantium ad Regiam præsentationem: scripsit pro Egregio D. Episcopo Julius Capponos meus præceptor vir morum honestate, & doctrina conspicuus: sed Collaterale Consilium non admisit doctrinam, quæ vera est.

136 Item solet apponi clausula hæc derogatoria Jurispatronatus, cum Beneficium est litigiosum effectum; cum enim tunc quamvis Jurispatronatus, efficitur reservatum durante lite, & inhibetur inferiori ut possit de eo disponere, nec potest Patronus præsentare, juxta *c.* 1. & 2. *ut lite pendente in* 6. ibi: Durante lite derogatur in totum Juripatronatus, notant Lotter. Tond. & alii *loc. cit. supra*. Lis autem debet esse super titulo Beneficii, ut Beneficium sit effectum litigiosum; tunc enim Patroni non possunt præsentare, Rota *p.* 1. *rec. dec.* 927. Lotter. *lib.* 2. *q.* 8. *nu.* 100. Rota apud Eminentiss. Othob. *dec.* 263. *n.* 14. & tunc Papa derogat Juripatronatus in totum; ac propterea clausula derogatoria, *quatenus litigiosum*, vere suum operatur effectum, ut fuit dictum in *d. dec.* 263. apud Eminentiss. Othob. in qua non fuit existimata lis super Beneficio, nec Beneficium litigiosum, & consequenter clausula derogatoria Jurispatronatus, *quatenus litigiosum*, nullum habeat effectum; ex quo inter Promotorem Fiscalem, & Patronos introducta, quamvis postea provisus ad eam litem fecerit se admitti incidenter, Beneficium non remansit litigiosum.

137 Ponitur etiam in Litteris Beneficialibus illa clausula, *cujus litis statum*, quod eo provenit, quia, ut nuper dictum est, omnia Beneficia super quibus est lis introducta, sunt

138 affecta, ac de lite facienda semper est mentio; cavetur ex dicta Regula 56. alias Gratia nulla, & invalida est, tanquam subreptitia, Marches. *p.* 1. *c.* 7. *de commiss. appell. in causa beneficiali n.* 171: Paris. *de resig. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 80. Rota *in Ulixbonen. Præeminentiæ* 5. *Maii* 1610. coram Justo, apud March. *loc. cit. fol.* 286. Ludovis. *dec.* 301. Rota penes Eminentiss. Othob. *dec.* 120. *n.* 5. & penes Eminentiss. Celsum 310. Rota *rec. p.* 10. *dec.* 14. *a n.* 15. & *p.* 11. *dec.* 152. *n.* 4. & apud Bich. 286. & apud Zaratam *dec.* 104. & alibi sæpe: quia lite pendente non licet Principi supplicare, nec emanari debent sacræ jussiones, *l. Divus Pius*, *ff. de petitione hereditatis*, etiam si Litteræ expediantur per Breve, Rota *in Urgellen. Archidiaconatus* 23. *Aprilis* 1592. penes Marches. *loc. cit.* quæ est, *Secunda in ordine*, & eandem etiam refert Garz. *de Benef. p.* 6. *c.* 3. *n.* 14. etiamsi motu proprio facta fuerit, secundum Card. Parisium *cons.* 74. *n.* 17. *vol.* 4. & alios quos citat, & sequitur Paris. *de resignat. d. lib.* 2. *q.* 3. *nu.* 63. In novam autem Gratia non est facienda mentio de lite, quando hæc non cedit in præjudicium collitigatoris, ut in *d. dec.* 14. *n.* 35. *p.* 10. *rec.* optime in *d. dec.* 286. *n.* 16. & 20. ubi dicitur, quod facienda est mentio litis pendentiæ, licet non impetretur jus in judicium deductum, impetratur tamen aliquid quod quantum ad jus cedit in præjudicium alterius collitigatoris: Sicuti nec Gratia revalidatoria quæ in principali fuit facta, Rota *d. dec.* 14. *n.* 29. & 30. & apud Bich. *d. dec.* 286. *n.* 2.

Hæc tamen clausula, *cujus litis statum*, excusat a subreptione, & operatur ut sufficienter sit facta mentio litis, ac si status causæ in individuo esset expressus, Ludovis. *dec.* 2. *nu.* 6. ubi Oliver. *num.* 16. Cocc. *decis.* 305. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 74. & *decis.* 794. *litt.* A Rota *in Regien. Beneficii* 27. *Junii* 1653. coram Bevilaqua *num.* 17. quam refert Tondut. *post tract. de pens.* 74. *in ordine*, Rota *part.* 12. *decis.* 281. *num.* 9. & *part.* 3. *rec. dec.* 249. *n.* 6. & apud Amatum Dunozet. *decis.* 352. *num.* 6. in qua dicitur, quod dicta clausula inducit expressam notitiam in Papa non solum de lite, sed etiam de ejus qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si individualiter esset facta mentio: quod procedit, quando impetratur Beneficium, quod asseritur vacare; nam tunc non est necesse narrare litem positive, sed sufficit inter clausulas generales inserere illam, *quatenus litigiosum existat*, *cujus litis statum*, &c. quæ clausula non concipitur ad expressionem litis pro obtinendo Beneficio aliquo, quod sit in lite, ut ita evitetur vitium litigiosi, sed tantum ad obtinendam Gratiam respectu cujusdam necessariæ alterationis status ipsius litis: & ita clausula ista operatur litis expressionem, ubi de ea facienda esset specialis mentio, Gregor. *dict. decis.* 2. & prius dixerat eadem Sacra Rota penes Manticam *decis.* 213. *numer.* 8. 140
optime explicat Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 35. 36. & 37. operatur enim in quantum ad statum litis, Mantic. *loco citat.* & ante ipsum Rebuff. *in* 3. *parte Signaturæ in verbo quatenus litigiosum numer.* 4. non autem operatur in Tertii præjudicium, quando alteri quæsitum est, etiam si sit in lite, Lotter. *loc. citat. numer.* 38. & optime dixit Rota *in Calaguritana Beneficii* 17. *Novembris* 1651. coram Eminentissimo Cerro, *in versic. non obstat, cum sequentibus*, ibi (Nec relevat generalis mentio cujuscunque litis ibi facta cum clausula, *cujus litis statum*, quoniam ista præservat quidem Gratiam a vitio subreptionis alias resultantis ex non facta litis mentione, ut deducitur in decisione hujus causæ coram eodem recolendæ memoriæ Coccino *sub die* 22. *Maii* 1637. § *penult.* non autem illam extendit in præjudicium Tertii, & abrogationem juris colliganti competentis, cui non censetur Summus Pontifex explicite non informatus sub involucro verborum præjudicare voluisse, ut tradit Bell. *cons.* 32. *ante num.* 22. *vers. secundo ad hoc movet*, Sarnen. *super regul. de non tollendo jure quæsito quæst.* 1 *num* 1. *vers. quæ omnia*, Rota coram Pen. *dec.* 410. *num.* 10. *in recent. dec.* 97. *numer.* 4. *part.* 3. & *in dict. Calaguritana Beneficii de la grona* coram R. P. D. meo Verospio §. *neque eidem*; stante præsertim clausula, *dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri jus quæsitum*, ibidem adjecta, quæ Pontificia intentionem magis declarat, & ostendit, quod cuipiam præjudicium inferre non intellexit, ut ponderatum fuit in dicta *Calaguritana Beneficii de lo grona*, & prius in *Clusina Beneficii* 5. *Julii* 1649. coram R. P. D. meo Bichio §. 3. Hæc ibi.) Quæ decisio, ad unguem comprobare videtur doctrinam Lotter. & habetur *part.* 11. *recent. decis.* 192. *in* 2. Et illa: & iterum Rota *in Calaguritana Beneficii de Bilbao* 14. *Januarii* 1658. coram Priolo *num.* 14. quæ decisio habetur *part.* 12. *recent. decis.* 301. & maxime cum apposita fuerit clausula, *dummodo tempore datæ præsentium*, prout dicitur in *d. dec.* 192.

part.

part. 11. *&* 301. *part.* 12. *rec.* Et istis decisionibus adde decisiones apud Zarat. *decis.* 120. *a numer.* 12. *cum seqq.* & apud Peuting. *decis.* 459. *num.* 5. Nec relevat hæc clausula in ordine ad statum litis, quando jam fuisset in causa inductum; nam de re judicata specifica mentio est facienda, Matth. *claus.* 174. *in fin.* Belt. ad Ludovis. *decis.* 2. *num.* 17. Lotter. *loc. cit. n.* 41. nisi res judicata fuisset suspensa per appellationem, Cocc. *dec.* 396. *n.* 6. Belt. *loc. cit.* ad Gregor. *dec.* 2. *n.* 18. Lotter. *n.* 42.

141 Sicuti nec operatur clausula hæc, *litis statum*, quando super lite esset motivum principale Papę ad concedendum, cum scil. esset causa concessionis; nam tunc lis est specifice narranda, veluti cum quis propter litem, seu quia Beneficium est litigiosum, peteret subrogationem gratiosam, vel Gratiam, *si neutri*; cum enim hæ gratiæ fundamentum præcipuum habeant in lite, qua movetur Papa ad concedendum Gratiam, vel *si neutri*, vel gratiosæ subrogationis, ut suo loco dicendum est, & lis consideratur us objectum motivum intentionis Papæ, requiritur eo casu specifica, & individua mentio litis, nec clausula operari potest, quæ ut diximus tantum operatur circa statum litis, non circa ipsam litem, cum est causa concessionis, & gratiæ, ut optime ponderavit Lotter. *d. q.* 9. *n.* 46.

142 Nec etiam dicta clausula operatur, ut possit capi possessio absque vitio attentatorum; nam tantum præservat a subreptione, Belt. *ad d. decis.* 2. *nu.* 16. ubi allegat multas decisiones Rotæ. Vide decis. Arguel. 10. *in ordine*, *decis.* 182. *n.* 13. apud Bichium.

143 Ulterius in Litteris Beneficialibus, quæ expediuntur per Breve, adest, & inseritur clausula, *constito:* Hæc clausula facit dispositionem conditionalem, quæ semper, & ante omnia verificari debet, quia formam, & conditionem inducit, nec antea tribuit jurisdictionem, Rota *recent. part.* 1. *dec.* 201. *n.* 5. Garz. *p* 6. *c.* 3. *n.* 36. Eminent. Othob. *dec.* 153. *nu.* 3. Ubertus *d. cap.* 2. *de citat. num.* 39. *vers. hac probatio*, Barbosa *claus.* 18. Marches. *p.* 2. *fol.* 534. *nu.* 3.

144 Clausula hæc, *constito*, facit mixtum Executorem, Cocc. *dec.* 225. Rota penes Marches. *fol.* 338. Ubertus *de citat. cap.* 2. *num* 33. Amayden *de stylo Dataria lib.* 1. *cap.* 26. *de Brevi capienda possessionis nu.* 20. Eminentissimus Othobonus *decis.* 153. *num.* 2. Ridolph. *in praxi part.* 2. *cap.* 8. *num.* 124.

145 Ideo debet procedere cum causę cognitione, ut Mattha *de clausulis*, *claus.* 19. *part.* 1. ubi alios citat Ridol. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 136. Eminentiss. Othob. *loc. cit. n.* 2. ac etiam partis citatione, *gloss. in Clement. præsenti de censuris*, *in verbo constiterit*, Ridolph. *loc. cit. n.* 133. Eminent. Othob. *loc. cit. d. dec.* 153. *sub n.* 2.

146 Contrarium tamen, quod non requiratur Partis citatio videtur suaderi ex Rota *dec.* 663. *p.* 3. *lib.* 3. *divers.* quare dicit Ridolph. quod distingui potest, nempe quod aut committitur de re, seu Beneficio vacante, seu nullo possessore existente, & tunc non requiritur Partis citatio; aut de re non vacante, seu cum adest possessor, & tunc requiritur Partis citatio, & ita Ridolph. *n.* 135.

Quod etiam videtur aperte tenuisse Garz. *de benef.* p. 6. *c.* 3. *n.* 36. ubi sic dicit: Per dictam autem clausulam, *constito*, seu *constituatur*, inducitur forma, & conditio, ut præcedat causæ cognitio etiam Parte citata, cum adest intrusus, alias enim sufficeret extrajudicialiter constare, quod latius explicat Garz. *per plures numeros*, *&* *n.* 45. 46. *&* 47. respondet ad decisionem Caputaq. 180. & dicit, procedere in illis Brevibus, in quibus non apponitur clausula dicta, *constito*, & quæ solebant dari in clausula, *amotis detentoribus*, *& intrusis*, sine vitio spolii, & attentatorum. Vide ipsum.

147 Requiritur tamen plenam, & concludentem probationem, ita ut resultet plena, & concludens reservationis probatio, Ludovis. *dec.* 53. in qua dictum fuit non sufficere testes de publica voce, & fama, Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 3. ubi alias citat decisiones, Belt. ad Ludovis. *d. dec.* 53. *n.* 3. ubi alias etiam recentiores allegat decisiones, Ubertus *de cit. loc. cit. d. c.* 2. *n.* 39. Lotter. *lib.* 3. *q.* 11. *sub n.* 78. *vers. resolutis*, Amayden *d. c.* 28. *n.* 31. Rota penes Carill. *dec.* 41. *n.* 1. maxime ubi agitur de præjudicio Ordinarii, & ab eo provisi, Cavall. *dec.* 266. *n.* 6. Carill. *d. dec* 41. *num.* 1. Ubertus *p.* 6. *de execut. Litter. Apostolicarum fol.* 243. Rota penes Rub. 4. *p. tom.* 3. *dec.* 665. Ridol. *d. c.* 8. *nu.* 126. ita ut quando turbida esset reservatio intrat arbitrium pro retardanda executione, Ferentill. ad Buratt. *dec.* 280. *litt. B* Carill. *dec.* 143. *n.* 2. semper enim quando cessat reservatio cessat ipsa Brevis executio, Ludovis. *d. dec.* 53. Carill. *dec.* 137. Sic etiam æquivoca probatio non probat reser- 148
vationem, Cavall. *loc. cit. nu.* 6. Carill. *d. dec.* 41. *num.* 16. quod procedit, sive adsit legitimus contradictor, seu possessor, quia ad hunc effectum semper requiritur probatio, Lotter. *loco cit. n.* 39. Ubertus *loco cit. num.* 39. *vers. & hæc probatio*, Duran. *dec.* 389. *n.* 3. nam semper probatio debet esse plena, licet hoc extrajudicialiter fieri poterit, quando non est citandus, cum tunc non teneatur Executor partes Judicis assumere, ut dictum est, & notat U- 149
bertus *loc. cit. n.* 40. bene enim potest stare, quod Executor possit extrajudicialiter se informare, & quod probatio debeat esse concludens; nam hæc concludens probatio requiritur respectu reservationis, super qua fundatur Breve de capienda possessione, ut suo loco dicemus; cum enim 150
provideretur Beneficium ut reservatum, reservatio debet concludenter deduci, & probari, ne fiat præjudicium Ordinario, non tamen arctat ad aliquam speciem probationis, nec excludit probationem secundum juris regulas, Lotter. *q.* 11. *n.* 95. quod tamen non procedit, quando ageretur de probando obitu in genere, vel de longinquo ultra menses, Ridolph. *d. c.* 8. *n.* 128. qui nec procedere dicit secundum stylum A. C. quo attento sufficere dicit semiplenam probationem, & citat Salust. *lib.* 2. *c.* 7. *nu.* 15. sic etiam dicit, quod reservatio est concludenter probanda, Rota apud Cocc. *dec.* 87. *& p.* 3. *rec. dec.* 344. quod tamen Ridol. *n.* 13. limitat, quando Ordinarius non esset in causa, quia tunc obitus in mense reservato probatur ex testibus de publica voce, & fama, citat Cassad. *decis.* 1. *numer.* 1. *de probat.* & Rot. apud Marches. *fol.* 347. & Cocc. *d. dec.* 87. Item nec procedere ad effectum justificationis Gratiæ, quia tunc sufficeret semiplena probatio, *alleg. dec.* 234. *p.* 3. *recent.*

Justificata vero clausula, *constito*, totum Breve dicitur
justificatum, ut dicit Lotter. *n.* 73. Rota *recent. part.* 2. *de* 151
cis. 580. *&* 691. Ubertus *part.* 6. *fol.* 243. *vers imo*, ita ut paratam tunc habeat executionem, Rota *in Nuscana Canonicatus* 11. *Martii* 1647. coram Arguellea, *vers. ratio*, quæ decisio est penes ipsum 34. Duran. *dec.* 377. *n.* 2. Carill. *dec.* 276. Et hæc est differentia inter Litteras Beneficiales expeditas per Cancellariam, sive per Cameram cum plumbo, & expeditas per Breve: quia cum Litteræ expediuntur primo modo, tota narrativa est justificanda, cum autem per Breve, solum clausula, *constito*, seu quantum continet dicta clausula, *constito*, ut dixerunt Garz. *d. c.* 3. *p* 6. *n.* 25. Amayden *d. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 25. quare dixit Lotter. *loc. cit. n.* 65. quod paratiorem, seu promptiorem habeant executionem.

Clausula vero, *constito*, non qualificat nisi reservatio- 152
nem, sive illa oriatur ex Regula reservatoria mensium, sive ex Regula prima reservatoria Dignitatum, sive ex *c.* 2. *de prob. in* 6. sive ex quacunque affectione, sive ex manus appositione, Amayden *loc. cit. nu.* 26. Quid vero sit verificandum, cum expediantur ista Brevia, & quomodo debet esse verificatio, & quomodo procedendum sit, dicetur suo loco.

Quandoque etiam apponitur illa clausula, *dummodo in-* 153
trusus non sit. Hæc clausula intelligitur de alia specie intrusionis quam de narrata, ut Rota penes Rub *tom.* 1. *p.* 2. *dec.* 569. de sui natura retardat executionem Litterarum Apostolicarum, quia oritur ex ventre ipsarum Litterarum, Rot. *in Valentina Rectoria* 17. *Mar.* 1651. cor. Bichio, penes Tond. *post tract. de pens.* 75. *n.* 3. est apud ipsum Bich. 445. *tom.* 2. & constitit de intrusione Gratia nihil operatur ex natura conditionis negativæ implicantis contrariam voluntatem Papæ in casu contrario: & hoc in odium intrusionis, quam remittere non censetur Papa nisi, expresse fuerit narrata, ut dicitur in *d. dec.* 75. penes Tondutum.

Intrusionis autem nomen late patet: & quis dicitur in- 154
trusus explicant DD. de qua re videndi sunt Felin. *in c. veniens n.* 2. *&* 3. *de accus.* Joan. Sil *de benef. c.* 1. *q.* 11. *num.* 9. Rebuff. *in reg.* 29. *de triennali q.* 47. Ricc. *in praxi res.* 224. Lotter. *lib.* 2. *q.* 40. *an.* 82. *& d. lib.* 2. *q.* 46. Tondut. p. 1. *c.* 85. *n.* 76. ubi tribus modis dicit intrusum ad effectum Regulæ *de triennali*; generaliter tamen loquendo dicitur intrusus omnis, qui non habet titulum Canonicum ab habente potestatem, Paris. *lib.* 7. *q.* 1. *n.* 115. vel cum possessionem ingreditur propria authoritate lite pendente, vel non expeditis Litteris, juxta Constitutionem Julii III. & generalius dicitur intrusus, qui ingressum habet vitiosum in Beneficio, Lotter. *d q.* 20. *n.* 84.

Sempet etiam apponitur clausula tam in Litteris Be- 155

nificialibus, quam in omnibus aliis post dispositivam *a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & aliis Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis, tam a jure, quam ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, absolventes, & absolutum fore censentes.* Hæc clausula oritur ex ventre Signaturæ in secunda parte Supplicationis, quæ ab hac clausula incipit, *Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c.* ut observas, præter alios Parif. *lib.* 8. *qu.* 7. *nu.* 118. & apponitur hæc clausula in singulis Litteris Apostolicis; nam Papa absolvit Oratores a censuris, quatenus egeant, & eos habilitat ad effectum, ut capaces reddantur Gratiæ factæ, ut notat Parif. *loc. cit.* & Corrad. *in praxi benef. lib.* 2. *cap.* 16. *in princip.*

156 Hæc autem non suffragatur insordescentibus, neque excommunicatis ex causa hæresis, neque falsificantibus Litteras Apostolicas, Parif. *loc. cit. n.* 111. neque per hanc tollitur irregularitas, Corrad. *loc. cit.*

157 Solet etiam apponi illa clausula, *etiam si generaliter, vel specialiter sit reservatam*, quæ clausula non tollit reservationem specialem de certo Beneficio, & pro certa persona, cum Papa non censeatur tollere jus illi particulari, nisi tamen adderet, *etiam si devolutum, vel reservatum*, Tuscus *lib.* 2. *conclus.* 326. Barbosa *clauf.* 2x. sicuti nec comprehendit reservationem, quæ consurgit ex vacatione in Curia; de hac enim expressio specifica merito fieri debet, Barbosa *loc. cit.* sed hoc non procedit secundum doctrinam Lotterii *libr.* x. *qu.* 9. de qua supra etiam mentionem fecimus; quod scilicet cum una reservatio positive est narrata datur clausula ampliativa ad omnes alias, *sive præmisso*, quæ extenditur etiam ad clausulam in corpore Juris. Vide Lotter. *an.* 23. *cum pluribus seqq.*

158 Item apponitur illa clausula, *inductum defendas*. Per hanc clausulam datur potestas Executori non solum ponendi provisum in possessione, & ei faciendi correspondere de fructibus, sed etiam ad defendendum, si ab aliquo tertio molestetur, Salgad. *p.* 2. *c.* 18. *n.* 39. Amayden. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 47. sine qua clausula Executor alioquin nullam haberet jurisdictionem, ut dicit Rebuff. *in praxi novæ provisionis in* 4. *parte Bullæ, in vers. & defendant inductum fol.* 14x. Amayden *loco cit.* quando vero semel immissus fuit in pacificam possessionem, hæc clausula non operatur, sed coram Ordinario ordinarie agendum erit, ut de Regno Franciæ testatur Rebuff. *loc. cit.* & generaliter loquendo Salgad. *loc. cit. n.* 34. sed nos alibi, Deo dante.

159 In tertia parte Bullæ, nempe in parte Executoria solent apponi diversæ Clausulæ, inter quas præcipua illa est, *amoto quolibet illicito detentore*: & in quantum ad hanc clausulam nonnulla advertenda, & notanda sunt. In primis nonnulli constituunt differentiam, cum concipitur per verba supradicta, *amoto quolibet illicito*, & cum simpliciter concipitur, *amoto quolibet detentore*, omissa illa particula, *illicito*: attamen verius est, quod quomodocunque concipitur semper eundem habet effectum, Rota *recent. part.* 2. *decis.* 159. *& part.* 4. *decis.* 353. *numer.* x. Belt. ad Ludovis. *decis.* 413. *sub num.* 4. Ubertus *de citat. c.* 2. *num.* 54. *vers. cæterum*, Ridolph. *in praxi p.* x. *c.* 8. *num.* 99. Martha *clauf.* 9.

160 Nonnulli etiam faciunt differentiam cum clausula hæc apponitur in dispositiva, seu Litteris principalibus, & cum apponitur in Executorialibus; nam dicunt, quod cum apponitur primo modo, tunc faciat mixtum Executorem; cum autem secundo, careat efficacia. Ita Marches. *part.* 1. *de com. tit. de commissionibus appell. ab execut. Brevium, & Litterar. Apostolic. fol.* 328. sed Ridolph. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 101. dicit ita: Nam clausula hujusmodi posita in parte principali, seu dispositiva non facit mixtum Executorem, sed magis corroborat authoritatem Executoris, Caval. *decis.* 354. *nu.* 9. posita vero in parte executiva non immutat dispositionem, Rota *dec.* 119. *num.* 8. *par.* 5. *recent.* ita Ridolph. *loc. cit.*

Sic etiam Garzia *par.* 10. *cap.* 1. *de benef. a nu* 66. dixit, quod clausula, *amoto quolibet*, efficiat ut censeatur facta mentio de possessione colorata, & quod habeat vim expressionis illius, & quod non sit necessaria mentio illius; ad quod allegat multos Doctores, Joann. Andr. Card. Molin. Butr. Dominic. Felin. Silva, Staphil. Rebuff. Meno. Gonzalez: sed declarat, quod procedat, quando ista clausula poneretur in Litteris gratiosis; secus in Litteris Executoriis, & in executione Gratiæ, idest inter clausulas Executorias; nam tales clausulæ executoriæ apponuntur in Cancellaria præter intentionem Papæ, qui non exprimit nisi dispositiva fundantia Gratiam.

At Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 8. *a nu.* 46. *cum seq.* dicit, quod 161
hujusmodi distinctio confunditur ex manifesta veritate in contrarium, cum nec stylus, nec ratio ulla patitur, ut clausula prædicta in alia parte, aut in aliis Litteris ponatur, quam in Executorialibus, nec nisi inepte possit inferri in parte provisiva, prout ea Bartholomæo de Zabarellis Archiepiscopali Spalatren. notavisse Felin. *in c. in nostra sub n.* 3x. *vers. sed novissime*, Silva *in tract. de benef. p.* 3. *qu.* 11. *sub n.* 104. *circa med.*

Igitur statuenda est Regula, quod clausula hæc, *amoto* 162
illicito detentore, facit mixtum Executorem, qui partes Judicis tenetur assumere, & juris ordine servato procedere, Mohedan. *dec.* 7. *de rest. spol.* Rota *in Beneventana Parochialis* coram Sacrato 18. *Novemb.* 1612. penes Rub. *part.* 3. *c.* 2. *decis.* 451. *& in Mediolan. Parochialis* coram Piatto penes Post. *post tract. de manutenendo decis.* 62. *la* 2. Cocc. *decis.* 113. Rota *recent. p.* x. *dec.* 147. *&* 159. *& par.* 10. *decis.* 156. *num.* 20. *& decis.* 3x7. *nu.* 17. *&* 18. *& d. par.* 10. *& par.* 12. *decis.* x60 *num.* 12. apud Guiliel. Dunozett. *dec.* 131. *nu.* 7. *& dec.* 5. *n.* 5. Eminentissimus Othob. *decis.* 219. *n.* 5. apud Manzaned. *dec.* 548. *&* 835. apud Peuting. *dec.* 229. Ubertus *de citat. c.* 2. *nu.* 53. Oliver. ad Ludovis. *dec.* 413. *sub n.* 4. Burat. *dec.* x70. Non tamen poterit virtute hujus clausulæ Executor amovere de possessione colorata, nisi fuerit intrusus, ut Rebuff. *in praxi nova proviso-* 163
nis in clausula amoto, vers. nec virtute, tunc tenetur cognoscere de colore tituli, ut ait Ludovis. *decis.* 333. *nu.* 1x. teneturque citare possessorem, ut Eminentiss. Othobon. *dec.* 219. *n.* 5. *&* 6. & alias juris ordine servato procedere, ut Ubertus *loc. cit.* & alii datur tunc appellatio suspensiva, Durand. *dec.* 414. Ridolph. *d. c.* 8. *n.* 66. Caval. *d. c.* 478. Limita tamen supradicta, nisi post clausulam, *amoto*, esset illa alia, *sine vitio spolii, & attentatorum*; nam tunc non tenetur partes Judicis assumere, Garz. *part.* 6. *c.* 3. *nu.* 50. Mohed. *dec.* 4. *de rest. spol.* Verall. *decis.* 7. *p.* 1. Ubertus *d. c.* 1. *n.* 55. quod procedere dicit Ubertus, postquam Breve est justificatum, cum habeat clausula, *constito*, Ridolph. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 147. sed vide Ubertum, & Ridolph. *loc. cit.*

Quod tamen dupliciter temperandum est; primo mo- 164
do si adsit possessor, seu contradictor legitimus; tunc enim hæc clausula facit mixtum Executorem, cum scilicet est legitimus contradictor, seu possessor, qui est citandus, alias non operatur, nec facit mixtum Executorem, Cavall. *d. dec.* 478. Eminent. Othob. *dec.* 186. *nu.* 9. Rota *p.* 10. *rec. dec.* 34. *n* x6. *&* 28. *&* x97. *n.* 9. *& p.* x. *dec.* 162. *nu.* 13. & apud Amatum Dunozettum *dec.* 918 *n.* 4. *&* 407. *n.* 5. apud eundem Manzanedum *dec.* 548. *&* 197. *&* 155. *nu.* 2. & apud Peuting. *dec.* 2x9. optime etiam Amaydeo *lib.* 1. *de stylo Datariæ cap.* 5. *quæst.* 3. *in princ.* ubi dicit, quod clausula, *amoto*, & quælibet alia conditionalis hactenus constituit Executorem, quatenus adsit intrusus, seu potius possessor, vel certe contradictor; ideo existimat Amayden, superfluum esse examinare an clausulæ in Litteris contentæ constituant quem merum, vel mixtum Executorem: quia omne id, quod est esse meri, vel mixti pendebit ab intruso, vel contradictore, non tamen ab ipsis clausulis Litterarum, & intelligendas esse Rotæ decisiones dicentes clausulam, *amoto* facere mixtum Executorem: & aliis sæpe dixit Rota, quod clausulæ, quæ faciunt mixtum Executorem non operantur, cum non adest legitimus contradictor, nec consequenter causa erit appellabilis, ut videre est penes Rotam *decis.* 346. & hæc fuit doctrina Garz. *par* 6. *cap.* 2. *num.* x06. ubi dixit, quod Executor est mixtus cum adest intrusus, de qua re nos etiam suo loco, Deo tamen permittente. Sic etiam di- 165
cendum erit de illa clausula, *vocatis vocandis*; nam licet hæc ex sui natura faciat mixtum Executorem, & retardet executionem, via scilicet executiva, Ludovis. *decis.* 69. Tondut. *part.* 2. *c.* 4. §. 1. *num.* 1x. attamen hoc intelligendum est cum adest is, qui vocari debet; ideo in *decis.* 558. *part.* 1. *recent.* dicitur, quod hæc clausula non importat necessario, quod Executor sit mixtus, sed quod non possit extrajudicialiter procedere, ut expresse habetur in *decis.* 407. *num.* 5. apud Amatum Dunozett. semper tamen est mixtus, secundum Rotam *in Casentina Canonicatus* 5. *Junii* 1659. coram Melzio, *quæst.* 314. *part.* 10. *rec. num.* 9. De hac re vide Belt. *ad d. decis.* Ludovis. 69. Garz. *part.* 1x. *cap.* x. §. 1. *nu.* 140. Ridolph. *par.* 2. *cap.* 8. *num.*... & nos latius cum agemus, Deo volente, de Executore Litterarum, *si in evidentem*. Interim vero notes,

quod

quod hæc clausula non solet apponi in mere gratiosis, Oldrad. *de rescriptis præl ud.* 9. *n.* 26.

166 Item temperandum est, quod cum Litteræ diriguntur cum ista clausula, *amoto*, antequam fuerit negotium discussum, & ante sententiam aliquam Executoris; nam tunc si adest intrusus, vel possessor tenetur partes Judicis assumere, & videre, an possessor sit legitimus, cum semper Executor sit mixtus: quia agitur de amovendo possessore, Marches. *loco cit. fol.* 132. & omissis quamplurimis, Gonsalez *gloss.* 9. *in annot.* 236. Ridolph. *p.* 2. *c.* 8. *nu.* 79. Salgad. *de retent. Bullar.* 2. *p. c.* 34. *nu.* 147. Garz. *p.* 6. *c.* 1. *num.* 48. Barbos. *claus.* 5. *amoto nu.* 3. Cum vero fuerit facta discussio, & præcessit sententia aliqua, Litteræque non sunt expeditæ sub intrusione, tunc clausula, *amoto*, non facit mixtum Executorem, nec retardatur executio, quia negotio discusso fuit facta commissio, & Executor nihil facere habet, quam exequi, Doctores citati, & eadem ratione cum Litteræ fuerint justificatæ; nam tunc non mistus, sed merus erit Executor, nec impeditur Litterarum executio, Garz. *p* 6. *c.* 2. *n.* 140. *vers. tamen*, Cammarata *tom.* 2. *resp.* 17. *num.* 4. Post scripta vidi decisionem apud Bichium *dec.* 275. *n.* 26. in qua dicitur, quod clausula, *amoto*, non tollit viam executivam, quando est apposita in parte executiva, & gratia est legitime justificata, & Litteræ non sunt expeditæ sub intrusione, & citantur ibi Moneta *de commutatione ultim. volunt. c.* 11. *n.* 467. *vers. quod idem*, Gonzal. *super regul.* 8. *in annot. contr. nullit. n.* 237. Barbos. *clausula* 7. *n.* 10.

167 Item temperanda venit conclusio, quando clausula, *amoto*, esset apposita in Litteris expeditis in forma gratiosa; nam tunc non tenetur procedere judicialiter, nec partes Judicis assumere, Rota apud Amatum Dunozetum *dec* 410. *n.* 6 quod ego etiam intelligo, cum non adest legitimus contradictor, seu possessor, qui sit citandus.

168 Sic etiam dicendum est, quod clausula, *amoto*, præservet a subreptione, si de habente possessionem coloratam non sit facta mentio, Rebuff. *in praxi nova provisionis*, *vers. amoto*, secundum Garz. & citatos per eum, Cavall. *dec.* 278. Ubertus *d. c.* 2. *n.* 54. *in fin.* Barbos. *loc. cit. nu.* 2. & idem dixit Rota penes Farinac. *tom.* 2. *posth. dec.* 353. ubi dicitur, quod hæc clausula operatur, ut censeatur facta mentio possessionis de facto, Rota apud Amatum Dunozet. *dec.* 901. *nu.* 4. sequitur Ridolph. *d. p.* 2. *c.* 8. *n.* 100. qui id intelligit cum in parte principali, & dispositiva sit posita; secus si in executiva, & voluit Rebuff. *loc. cit.* ac etiam Tuscus *litt. C. concl.* 745. *nu.* 15. Cammarata *resp.* 12. *n.* 56. sed de hac re dictum est. Dat etiam hæc clausula jurisdictionem contra eos, qui de jure, Salgadus 2. *p. c.* 20. *num.* 38. Cavall. *dec.* 283. & ut hæc clausula operetur, dicit Tuscus *d. concl.* 745. *n.* 18. quod requiritur, ut possessio alterius sit notorie injusta.

169 Similis est huic clausulæ illa alia, quæ semper apponi consuevit, cum Litteræ Beneficiales expediuntur per Breve, *exclusis, & amotis detentoribus, non tamen a nobis provisis*. Hæc clausula sicut diversimode concipi potest, ita diversos parit effectus; nam quandoque extenditur per hæc verba, *exclusis detentoribus, non tamen a nobis provisis*, & tunc præservantur omnes provisi ab ipso Papa, ac etiam illi, qui provisionem obtinuerunt a Legatis, & Nunciis Apostolicis habentibus indultum Apostolicum conferendi, Amayden *lib.* 1. *c.* 28. *num.* 57. Tondut. *p.* 2. *c.* 3. §. 6. *num.* 2. quos tamen includit secundum Amayden, quando conciperetur hæc clausula cum illis verbis, *non tamen a nobismetipsis*.

170 At Ubertus *de cit. d. c.* 2. *sub num.* 54. facit aliam differentiam, & dicit, quod cum clausula hæc concipitur per illa verba, *exclusis detentoribus, non tamen a nobis*, quod tunc præservantur solum provisi a dicto Papa, & a prædecessoribus; excludat tamen provisos a Legatis, & Nunciis, quos autem præservari dicit, quando clausula exprimeretur cum illis verbis, *exclusis detentoribus, non tamen provisis a Sede Apostolica*: & ita etiam tenet Garz. *p.* 5. *c.* 3. *n.* 16. Gonzalez *gloss.* 9. *in annot. num.* 270. qui existimat
171 tamen excludi, cum dicitur *non a nobismetipsis provisis*; Lotter. tamen *lib.* 3. *qu.* 1. *de re benef. a nu.* 11. dicit, quod cum ad præservationem provisorum ab ipso Papa apponitur hæc clausula, *amotis inde, & expulsis quibuscunque detentoribus, & intrusis, non tamen a nobis provisis*, quamvis hæc verba sint personalissima, & sicut demonstrative ad personam Pontificis loquentis: attamen comprehendit provisos a Prædecessore, ut Rota *in una Aquilana Decanatus* 6. *Decemb.* 1586. coram Blanchetto apud Marches. *tom.* 1. *pag.* 429. Hoc tamen dicit procedere in provisis ab ipso Papa immediate, non tamen in provisis mediate, ut sunt provisi a Legatis de Latere, etiam si clausula esset ampliata ad provisos Apostolica authoritate; & rationem reddit; quia in Legato concurrit duplex potestas, Ordinaria videlicet, & subdelegata, nec omnia quæ ab eo fiunt possunt videri facta authoritate Apostolica: sed illa dumtaxat, quæ ipsi Sedi tanquam majora reservata sunt, sibique simpliciter demandata, ut late Gamb. *de offic. & potestate Legati in exordio*, *num.* 40. *cum sequentibus*, ubi docet, quod factum Legati non potest dici factum Sedis Apostolicæ nisi interpretative: & ideo si executioni Brevis cum dicta clausula, *non tamen a nobis provisis*, se opponat provisus a Legato, non juvabitur exceptione.

Ideo ad tollendum omnem scrupulum nonnunquam dicit Lotter. quod clausula hæc concipitur, *non tamen a nobismetipsis provisis*; nam quamvis illa vox *met* per se nihil significet: tamen in compositione auget vim pronominis personalis cui adjicitur. Vide etiam de hac re Garz. *p.* 5. *c.* 1. *nu.* 653. 172

Operatur hæc clausula, quod cum adest provisus Apostolicus non possit executive procedi, & a possessione expelli contra formam Brevis, sed illa servari debet, Rota apud Eminentissimum Celsum *dec.* 55. *nu.* 3. & hoc sive bona, sive mala fuerit provisio; nam semper præservat in possessorio, & tantum in petitorio videndum est de hac exceptione, Cavall. *dec.* 355. Garz. *p.* 6. *c.* 3. *n.* 70 & 80. Rota apud Eminentiss. Celsum *loc. cit.* Ubertus *d. c.* 2. *nu.* 54. *vers. & ad effectum*; & vice versa, qui non est provisus ab eodem Papa non est legitimus contradictor, cum clausula concepta est cum illis verbis, *non tamen a nobismetipsis*, Spada *cons.* 40. *tom.* 2. 173

Intelligitur tamen hæc clausula de illis, qui habent provisionem ante Datam Litterarum in forma Brevis, non tamen de habentibus Datam post, Lotter. *d. q.* 11. *nu.* 29. & hæc clausula est exceptio, quæ oritur ex ventre Litterarum, & non censetur exclusa, & admittitur etiam si requirat altiorem indaginem, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 728. Apponitur etiam clausula, *contradictores compescendo*. Hæc 174
clausula intelligitur secundum omnes de contradictore facti, non juris, Rebuff. *in forma, & declaratione novæ provisionis, verbo contradictores*, Rota in *Sanctæ Agathæ Gothorum Jurispatronatus* 4. *Julii* 1597. coram Corduba, quam refert ad verbum Amayden *lib.* 1. *n.* 79. Marches. *de Commiss. rubr. de com. ab executione Brevium, & Litterarum Apostolicarum a num.* 106. *cum seq. & n.* 133. Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *a n.* 115. *cum pluribus sequentibus*, Campanil. *in divers. juris Canon. rubr.* 11. *c.* 13. *nu.* 236. Salgad. *de retentione Bullarum* 2. *p. c.* 34. *n.* 145. *& p.* 2. *cap.* 20. *n.* 34. Amayden *loco cit. n.* 77. Gonzalez *glos.* 9. *in annotat. n.* 292. Paris. *de resign. lib.* 8. *q.* 7. *a n.* 158. Lotter. *lib.* 2. *q.* 44. *n.* 12. Rota apud Cocc. *decis.* 366. & habet Executor jurisdictionem etiam contra extraneos impedientes de facto, ut Paris. *loc. cit. n.* 162. 175

Sed quis dicatur contradictor de jure, qui autem de facto, Campanil. *loc. cit. vers. sed quos*, dicit, quod quis cum juribus productis justa qui allegata causa instat via juris audiri, dicatur contradictor de jure, qui vero via facti verbaliter, & realiter resistit, & conatur executionem Litterarum impedire, dicitur facti contradictor: sic etiam Salgadus *d. p.* 2. *c.* 20. *n.* 34. *&* 35. dicit, quod contradictor de facto dicitur is qui de facto, & propria authoritate, non autem de contradicente de jure, & coram Judice, seu Judicis authoritate, Amayden *vero d. c.* 5. *n.* 77. *&* 78. contradictores facti existimat eos qui nullum habent titulum, ac ait esse mere intrusos, cum in Beneficialibus requiratur titulus pro possessione, *c. unico de eo qui mittitur in* 6. vel certe si habet, non tamen coloratum, quia per exhibitionem tituli cessat omnis color, cum scilicet quis fuerit provisus ab Ordinario de Beneficio vacante in mense reservato, si tamen desit notorietas, quilibet color efficiet, ut sit juris, non facti contradictor: quod etiam dixisse, & affirmasse videtur Salgadus *loc. cit. nu.* 144. *&* 145. dum dixit, quod si provisus ab Ordinario habet titulum coloratum, & non notorie injustum aliqua munitum ratione, & dubitatur de reservatione, & probabiliter super ea controvertitur, non poterit repelli executive vigore hujus clausulæ, si sit in possessione, quia ab ea erit removendus in Judicio Ordinario. 176

In hac clausula ponitur illa alia, *appellatione post posita*, & ita efformatur, *contradictores appellatione postposita compescendo*. Quid vero importet hæc clausula, *appella-* 177

tione postposita, *seu remota*, videndum est: Equidem hæc clausula solet intrare, & apponi in omni quasi Rescripto, & in omnibus Litteris Apostolicis [& est veluti petrosillum, quod in omnibus epulis apponi solet, & plurea habet, & magnas prærogativas] præsertim in Litteris Justitiæ: sed relictis aliis, de quibus alibi, Deo dante, in materia nostra, notandum est, quod hæc apponitur in hac executiva, ut notat Barbos. *clausf.* 20. *appellatione postposita*, Gonzalez. *glos.* 9. *in ann. num.* 242. & operatur contra contradictores de facto, non autem contra contradictores de jure, Glos. *in c. præilllorum*, *verb. contradictores de præb.* Seraph. *dec.* 1471. *num.* 3. & 1176. *nu.* 5. Lancell. *de attentatis* 2. *par. c.* 12. *limit.* 8. Barbos. *d. clausf.* 15. Gonzalez *loc. cit. nu.* 142. Garz. *de benef. part.* 6. *c.* 2. *num.* 115. Marches. *par.* 2. *fol.* 491. Salgad. *de retent. Bullarum part.* 2. *cap.* 20. *num.* 37. nec operatur, quando adest possessor, Seraph. *d. dec.* 1176. *num.* 5. & quando non est apposita cum causæ cognitione, parum, aut nihil operatur, & solum intelligitur de frivola, non legitima appellatione, Lancell. *de attentatis* 2. *par. c.* 12. *limit.* 8. Gonzalez *loc. cit. n.* 244. quando constat de notorio gravamine, ut idem Gonzalez *d.* 245. imo Paris. *d. lib.* 8. *q.* 7. *nu.* 263. dicit simpliciter, quod parum, aut nihil operatur, cum de stylo apponitur.

178 Nec in aliquo auget Gratiam, nec tollit subreptionem, Verall. *dec.* 83. *p.* 1. Gonzalez *d. glos.* 9. *in annot. nu.* 243. sicuti generaliter de omnibus generalibus clausulis positis in executione, nam non augent ipsam Gratiam, sed reducitur ad terminos principalis dispositionis, Seraph. *decis.* 1358. *nu.* 6. Duran. *dec.* 85. *n.* 22. Ludovis. *dec.* 311. *n.* 5. ubi Bell. *n.* 19. Salgad. *de retent. Bullarum* 2. *p. c.* 26. *num.* 14. & quatenus dubium declarant, ut per Bell. *loc. cit.* qui citat alias Rotæ decisiones.

179 Subsequenter apponitur illa clausula: *Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque*. Per hanc clausulam Papa tollit ea, quæ obstare possunt provisioni, & signanter Bonifacii VIII. & licet multæ fuerint Constitutiones Bonifacii, attamen hic intelligitur de Constitutione, quæ habetur *in c.* 2 *de præb. in* 6. in qua Constitutione Bonifacius reservavit sibi omnia Beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, ac insuper disposuit, quod specialis mentio de hujusmodi facienda sit, quod vacaverit in Curia, ut explicant Rebuff. *in prax. in rub. de forma nova provisionis*, *in vers. non obstantibus*, *fol. mihi* 144. Paris. *de resig. lib.* 8. *q.* 7. *nu.* 75. Alii vero aliam allegant rationem, quod supradicta derogatio ponatur propter aliam clausulam, quæ superius ponitur: nempe, *Etiam si super eo inter aliquos lis*, *cujus statum præsentibus haberi volumus pro expressa*, *pendeat indecisa*. Unde cum Bonifacius in *c. si bi contra quos*, *ut lite pendente in* 6. ordinet, quod Beneficia litigiosa non conferantur, nisi lite finita, per consequens est necesse, quod Papa deroget supradictæ Constitutioni, dum intendit conferre Beneficium etiamsi litigiosum existat.

180 De clausula tamen hac, *non obstantibus*, quid illa importet, & quibus Constitutionibus per eam derogatur, magna, & antiqua fuit quæstio inter nostros; multi enim tenuerunt per illam non derogari Constitutionibus Conciliaribus in Generalibus Conciliis promulgatis, & quidem multi ex nostris tenuerunt per dictam clausulam non derogati Conciliis Generalibus, sed requiri expressam mentionem in genere de Conciliis Generalibus, quod probant ex *c. nonnullis de rescriptis*, & *c. cum te*, *de ætate*, & *qualitate*, & clarius *in cap. ex parte de Capellis Monachorum*, ibi: Cum autem id obviet Lateranensi Concilio, de quo nulla mentio est in Litteris antedictis; de qua opinione videndi sunt Archidiaconus *in c.* 1. *de consuet. in* 6. Felin. *in c. nonnulli de rescriptis*, Eugen. *cons.* 26. *nu.* 27. *libr.* 1. Duran. *dec.* 238. *num.* 31. Cavaler. *dec.* 229. & 237. Honor. *in Summ Juris Canonici*, *lib.* 1. *tit.* 2. *de const. n.* 11. Covar. *lib.* 4. *variarum*, *c.* 16. Marescot. *variarum libr.* 2. *cap.* 38. Martha *clausf.* 14 *p.* 4. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 26. & *lib.* 8. *disp.* 35. *n.* 17. Merolla *tom.* 2. *disp.* .... novissime Fagnan. *in c. significasti de elect.* & *c. nonnulli de rescriptis nu.* 34. & alii innumeri Doctores, quos citant supradicti, & Garz. *de Benef. par.* 4. *c.* 5. *nu.* 25. & Barbos. *de clausulis clausf.* 45. quod non ex defectu potestatis dicunt procedere, cum Papa sit supra Concilium, sed intentionis Papæ, qui non consuevit derogare hujusmodi conciliaribus dispositionibus, nisi cum specificam mentionem facit de Conciliis illis derogando,

181 Quod secus de Tridentino dicunt, cui ut derogetur sufficere generalem derogationem ajunt, moti, quia in ultimo decreto Trident. *sess* 25. fuit expresse statutum, quod semper salva sit auctoritas Sedis Apostolicæ, ut videre est Grat. *c.* 940. Gonzal. *de Regula Cancell. glos.* 6. *n.* 120. Honor. *loc. cit.* Fagnan. & alios, quos citat Barbosa *ad dictum Trident. locum*, & Rub. *in annot. ad dec.* 90. *p* 9. *rec. tom.* 1. Rota *in S. Angeli pensionis* 16. *Decembris* 1594. penes Marchel. *p.* 1. *fol.* 535. & p. 2. *rec. dec.* 179. & 687. *nu.* 25. Caval. *dec.* 181. & adest motus proprius B. M. Pii V. quem refert Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *num.* 33. in quo motu Pius V. sanait, non esse opus neque generali, neque speciali Decreto Concilii.

182 Alii etiam indistincte docuerunt, cuilibet Concilio derogari posse per clausulam generalem, *non obstantibus*, Innoc. *in c. ex parte*, *de Capellis Monachorum*, Gamb. *de Officio Legati lib.* 10. *n.* 398. Flores *q.* 10. Ceneda *coll.* 123. *ad c. nonnulli*, quam opinionem licet valde probabilem existimet Garz. *loc. cit. n.* 29. attamen contrariam opinionem, derogationem esse necessariam in praxi, & de stylo Curiæ approbatam dicit.

183 Attamen hujus rei vera resolutio est, ut totum id pendeat a voluntate Summi Pontificis, cum scilicet ex narrativa facti appareat, quod cum Gratiæ, quæ petitur, adversatur aliqua Conciliaris dispositio, tunc enim per generalem clausulam, *non obstantibus*, derogatur cuilibet Concilio: ita procedit *dec.* 179. p. 2. *rec.* nam ibi fuit narratum, quod provisus obtinebat aliud incompatibile Beneficium; ideo Papa ex certa scientia conferens secundum, sic egit contra Concilium, cui per clausulam generalem derogavit; & eadem fuit ratio *dec.* 687. *p.* 2. *rec. n.* 24. & *dec.* 9. Rub. *tom.* 1. & sic de aliis.

184 Tollit itaque hęc clausula omnia, quę opponi possunt Gratiæ, tam in genere, quam in specie, Rota *rec.* p. 1. *dec.* 306. Duran. *dec.* 285. *nu.* 5. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 2 *c* 7. *nu.* 28. & Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 150. & 190.

185 Posita tamen in executivis non refertur ad immediate præcedentia, quæ juri communi sunt contraria, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 777. *n.* 4. Duran. *dec.* 285. *n.* 151.

186 Non tollit jus quęsitum tertio, Vivian *de Jurepatronatus lib.* 13. *n.* 162. Duran. *loc. cit. n.* 183. Sicuti cum Gratia est subreptitia nihil operatur, Duran. *loc. cit. nu.* 152. qui alios citat; nam clausulæ derogatoriæ non ampliant dispositionem, sed regulantur ab ipsamet principali dispositione, Ludovis. *dec.* 159. *n.* 7. Seraph. *dec.* 716. *n.* 3. Bell. ad Ludovis. *d. dec.* 159. *n.* 7.

187 Nec clausula hæc tollit Regulas Cancellariæ, ut præ ceteris notat Paris. *loc. cit.* & ante ipsum Sarnen. *in proœ. Reg. Cancell. q.* 5. *per totam*, & alii passim.

Continuatur hæc clausula cum illis verbis, & *aliis Apostolicis Constitutionibus contrariis quibuscunque*, quæ est de- 188 rogatoria generalis, & derogat omnibus in contrarium facientibus, & in provisione Canonicatuum additur: *Et dicta Ecclesia juramento confirmatione Apostolica*, *vel quavis firmitate alia roboratis Statutis*, & *consuetudinibus contrariis quibuscunque*. Per hanc clausulam, licet derogetur cuilibet statuto, attamen non derogatur fundationi, seu qualitati, & conditioni in limine fundationis adjectæ; nam tunc requiritur expressa, & individua mentio, seu derogatio: Sicuti nec ordinationi testatoris in testamento: quia sicut Papa non vult derogare in præsentatione Patronis, ita nec ordi- 189 nationi eorum, nec tollere eorum voluntatem, ne retrahentur in posterum a similibus operibus piis erogandis. Ita Corrad. *in prax. lib.* 2. *c.* 10. Derogat etiam fundationi Jurispatronatus Clericorum, quia Papa potest in his facilius præjudicare, Corrad. *loc. cit. n.* 103. & latius *eodem lib.* 2. *c.* 12. *a n.* 52. & 53. ubi tenet, quod licet per clausulam generalem *non obstantibus*, nequaquam derogetur fundationi, & ordinationibus Jurispatronatus Laicorum, Verall. *decis.* 122. *part.* 1. bene tamen cum Beneficium, seu Ecclesia est de Jurepatronatus personarum Ecclesiasticarum, cui derogatum sufficienter censetur per dictam clausulam; & citat Felin. *in c. nonnulli de rescriptis nu.* 23. dicit tamen, quod contrarium hujus tenet Garz. *d. par.* 7. *c.* 1. *nu.* 121. & 122. Sed vide Garz.

190 Subsequenter opponitur illa clausula, *aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi*, *vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus specialis*, *vel generalis Sedis*, *aut Legatorum*, *ejusque Litteras impetraverint*, *etiam si per eas ad inhibitionem*, *reservationem*, & *decretum*, *vel alias quomodolibet sit processum*: *quibus omnibus eun-*

eundem N. in effecatione dicti Canonicatus voluimus anteferri. Per quam clausulam dicit Rebuff. *loc. nuper cit. fol. 144. in caus. aut si aliqui*, quod tolluntur reservationes, & expectativæ, tam generales, quam speciales, ita ut licet expectanti debeatur Beneficium, cum Papa per dictam clausulam mandat, ut impetrans præferatur, etiam si expectans acceptaverit, dummodo tamen non fuerit ei facta collatio, & si per executionem fuit processum ad inhibitionem, per textum in *cap. tibi de rescriptis*, Unde dicit Rebuff. quod per hanc clausulam, *anteferri*, tollitur jus ad rem, non in re, per *cap. quodam de prebend. in 6.* Pro meliori vero hujus rei intelligentia supponendum est, quod dabantur olim mandata de providendo de Beneficiis vacaturis directa certo Executori, ut scilicet cum primum vacaverit tale Beneficium, Canonicatus, vel præbenda tali conferri debuisset: de qua re habemus *titulum in Decretalibus de concess. prebenda, & Ecclesia non vacantis*. Et quidem hæc Gratia expectativæ acceptatione indigebat; nam ante acceptationem nullum ex ea prorsus jus acquirebatur, quod consideratione dignum esset, ut expresse deducitur ex *c. 1. §. subjectum, & §. ultimo de concessionibus preb. in 6.* ubi *glos. in verbo acceptaret*. Post tamen acceptationem quærebatur aliquod jus; nam aliqui dicebant, quod solum quærebatur jus adeundi Executorem implorandique ejus Officium; alii vero jus ad rem etiam ante provisionem, Paris. *de resign. lib. 2. q. 20. n. 15.* Lararus *de jure quæsita non tollendo q. 1. obs. 14. vers. tertius modus*, Cocchiet. *in reg. 10. de revoc. expect. n. 19.* & alii.

191 Quærit vero Lotter. *lib. 2. quæst. 51. num. 73.* an habenti expectativam censeatur præservatum jus per clausulam solitam apponi in Litteris, *dummodo tempore Data præsentium non sit alteri jus quæsitum*. Et quidem postquam dixerit, quod quæstio potest procedere post acceptationem; nam antea cum nullum sit jus quæsitum res careat difficultate, ipse *numer. 79.* distinguit, quod inspiciendum est qua forma expectativa sit concessa; nam si in ea dictum fuerit *ex nunc, prout ex tunc*, quia per hanc formam secuta acceptatione jus illico est quæsitum in re vigore dictæ clausulæ retrotractivæ, & retrotrahit Gratiam ad tempus Datæ, & præservatur per dictam clausulam: si vero simplex mandatum de providendo, quia adhuc desideratur provisio Executorum, illa acceptatio non videtur tribuere jus præservabile, juxta textum *in c. fin. §. sane in iis, de concess. preb. in 6.*

Verum cum hodie expectativæ fuerint prohibitæ vigore Concilii Trident. *sess. 24. cap. 19. de reform.* & notant omnes Doctores, Lotter. *loco cit. num.* 23. Paris. *d. libr. 2 quæst.* 10. Cocchier. *d. regul.* 10. *num.* 18. & alii omnes; ita cessat omnis hæsitatio: apponitur tamen clausula hæc de qua agimus, tum ob stylum, tum quia licet sint prohibitæ expectativæ, tamen non est abbreviata manus, seu potestas Papæ, quin concedere valeat has Gratias, ut advertit Lotter. & per hac clausulam non intendit Papa præjudicare, quoad assecutionem aliorum Beneficiorum, ut expresse ibi disponit.

192 *Seu si venerabili fratri nostro Episcopo, seu Archiepiscopo N. vel quibusvis aliis conjunctim, aut divisim ab eadem Sede sit indultum, quod ad receptionem, vel provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem*. Et si sit collatio Canonicatus dicitur: *Seu si Venerabili fratri nostro Episcopo, & dilectis filiis Capitulo*. Hæc est altera clausula per quam derogatur Indulto, per quod esset concessum Episcopo, vel Capitulo, vel alteri, ut non teneatur aliquem recipere in Beneficiatum, vel Canonicum, vel alicui providere per Litteras Apostolicas non facientes mentionem de tali Indulto: non enim dubium est quin Papa possit derogare omnibus Indultis a se concessis, cum majorem sibi retinuerit facultatem, quam concesserit, ut late DD. *in cap. dudum*, per dictum textum expressum *de preb. in 6. & in cap. 1. de const. in 6.* & in puncto Rebuff. *de forma novæ provisionis in claus. seu si Venerabili, fol.* 145. Imo etiam Papa potest derogare concordatis in hac materia, prout late probat Laurent. Nicolars. *in praxi Benef. ex concordatis Germaniæ titul. 3. dub. 3. per tot.* qui id rationibus, & observantia probat. Antiqua enim fuit quęstio inter nostros, an & quando Princeps possit revocare privilegia a se concessa; & quasi omnes adhibent illam distinctionem inter privilegia gratuita, & onerosa, & resolvitur, quod gratuita ex libito voluntatis revocari possunt, onerosa autem non, nisi ex causa. Et tamen hanc quæstionem ego alibi ad partes tractavi; nescio tamen si illi labores mei videbunt aliquando lucem: certo animo affirmandum est, plenissimam potestatem, & majorem esse in Summo Pontifice, quam in quolibet alio Principe terreno, ac posse ad sui libitum privilegia, & concordata quæcunque revocare, cum id expediens judicaverit pro optimo regimine Sanctæ Matris Ecclesiæ; & Indulta quæcunque revocare poterit, & privilegia cujuscunque generis, præsertim in hac materia Beneficiali, licet cum Regia privilegia sunt ad Regis instantiam, non soleat illis derogare per clausulas generales, sed specifica tunc requiratur mentio, ut praxis, & observantia ipsa testatur.

Hinc videmus, quod *in Regula Cancell.* 15. (revocantur quæcunque facultates, & Litteræ desuper confectæ, per quas quicunque Romani Pontifices prædecessores quibusvis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem Beneficiorum Ecclesiasticorum de jure, vel consuetudine habentibus, & quamvis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, vel alio Dominio, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, vel intuitu, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac irritantibus, & aliis Decretis, quorum tenores habere voluit pro expressis, concesserant, ut quandiu viverent, vel suis Ecclesiis, seu Monasteriis præessent, aut in aliud tempus de Beneficiis Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem communiter, vel divisim spectantibus disponere libere, & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarii perpetui, vel ad tempus constituti forent. Decernentes irritum, & inane) Sic etiam *in Regul. 9.* reservatoria mensium (tollit omnes consuetudines, ac privilegia conferendi Beneficia vacantia in dictis mensibus) vigore cujus clausulæ esse revocata Privilegia, seu Indulta conferendi Beneficia vacantia in dictis mensibus, sicuti etiam consuetudines immemorabiles, ait Gonzalez *glos. 33. & 35. & 40.* Garz. *de Benef. 5. p. c. 1. n. 675. 676. 677. 678* 193

Cujus Regulæ occasione hic licitum mihi sit narrare, quod cum Episcopus meæ Patriæ ab immemorabili esset in legitima, pacificaque possessione conferendi Canonicatus in quolibet mense vacantes ratione Privilegii, ut fertur, ex causa onerosa, & sic semper fuisset observatum, prout ego vidi non semel practicatum ab Illustriss. & Reverendiss. quond. Hieronymo Lanfrancho, nunquam satis laudato viro, & semper, atque semper recolendæ memorię ob suas egregias dotes, & eximium amorem erga suos subditos, erga totam meam Patriam, cum ob sui mortem ad illum Episcopatum electus fuerit Illustr. & Reverend. Aloysius de Januario, merito aquidem, & sane doctus peritusque homo, non solum dicta facultate usus non fuit, sed Canonicatus sic collatos in mense reservato a suo prædecessore pro non legitime collatos habuit: quare ad Sacram Datariam delata, pernecesse fuit novam provisionem recipere, ac pro fructibus perceptis Canonici compositionem solverunt; & hoc quia per dictam Regulam Cancellariæ sunt ablatæ, & revocatæ omnes facultates conferendi Beneficia Sedi Apostolicæ reservata, & affecta. 194

Verum ego considerabam tunc, quod cum Indultum prædictum non fuisset exhibitum, quia non fuit inventum, facile Capitulum, & Civitas Patria mea succubuit; nam si fuisset inventum, forsan non ita res se habebat, quia videbatur, qua causa fuit concessum, & quas clausulas prægnantes haberet; nam si in eo erat clausula sublata, & derogatoria derogatoriis, non ita facile derogari potuisset, ad tradita per Rotam apud Seraph. *decis.* 1348. sed secundum Lottarium per clausulam derogatoriam mensium revocata sunt omnia Privilegia, & indulta conferendi. Vide ipsum *lib. 2. 138. c. n.* 33. & ita fuit decisum per Rotam *p. 13. rec. dec.* 249. Stante autem Privilegio, seu Indulto conferendi Beneficia, una reservatione affecta, an extendantur ad Beneficia duplici reservatione affecta, posset esse quęstio, quam late tractant nostri, præsertim Theod. Amayden. *lib. 1. c. 29. q. 32. per tot.* Ipsum vide. Et apponitur in hac clausula, *etiam si sit indultum expresse, quod non possit compelli, excommunicari*, Rebuff. *loco cit. dicto fol.* 145.

Apponitur etiam clausula in Canonicatuum provisionibus, quod *provisus juramentum præstet de servandis statutis Ecclesia, sive per se, si præsens fuerit, sive per Procuratorem, in casu quo sit absens*. 196

197 Tandem in fine apponitur clausula decreti irritantis; ibi; *Nos ex tunc irritam, & inane si secus super a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

198 Decretum hoc irritans inficit titulum, & possessionem, ut in *cap. Si eo tempore de elect. in 6.* ubi Scribentes, Eminentiss. Celsus *decis.* 14. *num.* 2. *& decis.* 17. *num.* 9. *&* 149. *num.* 5. & Eminentiss. Otbob. *decis.* 158. *num.* 13. & alibi sæpe, Corrad. *lib.* 2. *prax. benef. c.* 15. *n.* 174. *&* 17 late Marrba *clauf.* 191. Barbos. *clauf.* 212. *decreti irritantis n.* 6. Rota apud Arguelles *dec.* 110. *n.* 27. apud Zarat. *dec.* 69. *num.* 8. apud Biech. 203. *num.* 11. *&* 339. *num.* 11. & possessio caret omni juris effectu, Posth. *observ.* 46. *num.* 13. Lotter. *libr.* 2. *quæst.* 96. Mantica *dub.* 14. *num.* ... *&* 149. & habetur pro vacua ad effectum obtinendi manutentionem, Posth. *obser.* 71. *num.* 49. *&* 50. Rota *recent. parc.* 8. *decis.* 252. Rota apud Peutinger. *decis.* 206. *per tot.* & apud Bieh. *dict. decis.* 203. *num.* 12. *&* 219. *num.* 5. negatur enim tunc manutentio non solum anteriori, sed etiam posteriori possessori, Eminentiss. Celsus *dict. decis.* 14. *numer.* 3. & adeo nulla est, & vacua, ut nec possessine ettari debeat, idem Cels. *dec.* 149. *n.* 6. & si adesset clausula, *amoto*, Rota apud Peut. *dec.* 229. *n.* 7.

199 Hoc tamen procedit cum Decretum est appositum super certo corpore Beneficii, non tamen in genere; nam si in genere, non tollit instantiam, seu facti detentionem, Gonz. *glos* 67. *n.* 4. Garz. *p.* 1. *c.* 1. *num.* 413. Cavall. *dec.* 8. *n.* 3. Caval. *dec.* 72. *&* 134. *num.* 11. Posth. *obs.* 46. *num.* 11. Celsus *d. dec.* 14. *n* 4. *&* 149. *nu.* 7. Rota apud Peuting. *d. dec.* 229. *num.* 8 *&* 9.

200 Tunc enim donec justificetur decretum, quod intret manutentio non denegatur, Seraph. *decis.* 1141. *num.* 5. quia non tollit instantiam facti, Cels. *d. decis.* 109. *num.* 7. quia interim dum disputatur an intret, non operatur suum effectum, nec inficit, Burat. *decis.* 185. *&* 131. *numer.* 6. Corrad. *libr.* 3 *cap* 9. *num.* 43. *&* 44. *prax. benef.* nisi enim clarum sit omnino, & constet, quod sit locus decreto, ac de reservatione, supersedeatur illius effectus, nec tollitur instantia facti, Gonz. *glos.* 67. *num.* 16. Garz. *parc.* 5. *cap.* 1. *num.* 430. Carill. *decis.* 134. *num.* 3. *&* 4. Ideo interim datur manutentio anteriori possessori, Caval. *decis.* 8. Posth. 46. *num.* 5. Rota *d. decis.* 252. *part.* 8. *recent.* Rota apud Bich. *d. decis.* 219. *num.* 12. ubi aliæ allegantur decisiones, & 211. *num.* 11. ibi. *Et sufficit dubium esse, an concursus sit necessarius, ut interim manutenendus sit Franciscus anterior possessor, quia non est possessione amovendus donec evidenter constet nos versari in casu decreti irritantis:* idem apud Peuting. *decis.* 229. in qua *num.* 14. *&* 15. declaratur altera decisio penes ipsum 206. quæ videbatur contraria, tollit enim instantiam facti, cum jam est justificatum, Buratt. *dec.* 557. *&* 720. *num.* 7. Carill. *decis.* 134. *num.* 6. etenim cum declaratum fuerit intrare decretum irritans, & quando est certum, quod locus ei est, tunc licet in genere fuerit appositum, perinde est, ac si in specie fuisset appositum super certo corpore, nec est expectanda alia certitudo, Garz. *part.* 5. *c.* 1. *num.* 415. Rota in Romana Spolii apud Matehes. *par.* 2. *fol.* 210. & penes Posth. *decis.* 215. *& in recenc. parc.* 5. *dec.* 48. *&* 430. *p.* 7. & apud Eminentiss. Celsum *dec.* 14. *n.* 5.

201 Hoc etiam Decretum irritans operatur, quod non possit dici, & opponi de defectu intentionis Papæ, nisi obtenta per Signaturam Sanctissimi oris aperitione, Rota penes Seraph. *dec.* 746. *in princ.* & tunc cum non potest dici de defectu intentionis, nec necessaria est derogatio Regulæ de jure quæsito non tollendo, quæ fundamentum habet super ipso intentionis defectu, *loc. cit. d. dec.* 746. *n.* 3.

202 Item operatur, ut non possit aliter judicari, Rota penes Seraph. *dec.* 751. *n.* 1. & alibi pluries.

203 In Litteris per resignationem expeditis apponitur illa clausula, *per liberam resignationem in manibus nostris sponte factam:* quæ interpretatur in ordine, quod voluntarie, & non coacte fuerit facta, non tamen tollitur aliqua clausula, seu conditio posita in mandato ad resignandum, vel

204 in supplicatione, cum illa clausula, *non alias, nec aliter, nec alio modo*, ut in praxi Amaydeo c. 32. *nu.* 88. illa enim clausula, *nec alias*, est restrictiva, & abdicativa consensus, & resolvit actum ab initio, & inducit formam præcisam, Seraph. *dec.* 838. *n.* 7. Eminentiss. Celsus *dec.* 322. *nu.* 10. & Buratt. *dec.* 437. *n.* 3. Rota penes Tondut. *de pens.* 32. *in ord. n.* 1 Ridolf. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 159. 160. *&* 161. *& p* 10. *rec. decis* 360. *num.* 17. & apud Amatum Dunoz. *dec.* 925. *nu.* 4. *&* 398. *num.* 9.

205 Quandoque Litteræ beneficiales expediuntur cum clausula, *motu proprio*. Hæc clausula licet multum operetur, attamen in præsenti materia efficit, ut Gratia non egeat justificatione aliqua, & uno ore concludunt nostri, & cæteris omissis, Duran. *dec.* 385. *n.* 196. *& dec.* 60. *n.* 8. Amayden *lib.* 1. *c.* 32. *n.* 95. Carill. *dec.* 122. *n.* 7. Ridolf. *p.* 2. *c* 8. *n.* 63. Garz. *de benef p.* 1. *c.* 5. *n.* 51. & alii penes Barbos. *de clausulis clauf.* 37. *motu proprio*.

206 Tollit vitium subreptionis, & obreptionis, ut in *cap. si motu proprio, de præb. in* 6. & ibi Doctores, Paris. *lib.* 8. *de resignatione quæst.* 9. *num.* 74. Marches. *de comp. part.* 2. *fol.* 356. *num.* 85. Oldradus *de rescriptis prælud.* 9. *num.* 79. Trentacinq; *lib.* 1. *sub tit de rescriptis, & privilegiis resol.* 5. *num.* 31. Barbos. *loco cit. num.* 13. & alii, quos alio loco citabimus, cum, Deo dante, sermonem habebimus de subreptione, & obreptione, non tamen tollit defectum intentionis Papæ, Gonzal *glos.* 32. *num.* 5. Paris. *de resign. lib.* 3 *quæst.* 1. *num.* 127. Gabriel. *de clauf. clauf.* 2. *a num.* 18. quamplurimos citat, & sequitur Salgad. *de recont. Bull. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 24. Amayden *lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 96. Trentacinq. *loc. cit. num.* 33. quia defectus intentionis nunquam censetur exclusus, Guilielmus *Auct. de majoratu titul.* 7. *concl.* 33. *nu.* 23. *&* 24. & iden admittitur probatio in contrarium; & hæc operatur gratia *motu proprio*, ut generaliter transferat onus probandi in adversarium, qui gratiam impugnat, Pui. *decis.* 100. *lib.* 3. Merlin. *dec.* 318. *n.* 3. Tondut. *de pens. cap.* 19. *num.* 37. idem etiam operatur defectus intentionis in Gratia motu proprio concessa, Merlin. & Tondut. *locis cit.* Et hæc clausula operatur hoc suum effectum, etiam si ad partis petitionem fuerit Gratia concessa, & porrecta Supplicatio; nam sufficit, ut Papa in Signatura usus sit hac clausula, *Motu proprio*, Seraph. *decis.* 365. *per tot.* Amayden c. 32. *num.* 95. & ni fallor alibi notavimus: & cum hæc clausula, *Motu proprio*, apponitur in Gratia reservationis pensionis, valor non erit justificandus, Tondut. *de pens. c.* 14. *num.* 35. qui citat Duran. *decis.* 167. admittitur tamen probatio in contrarium, Rota apud Merlin. *d. dec.* 318. Tond. *loco cit.* & quamvis reservatio pensionis de per se sit odiosa, non tamen cum est reservata cum hac clausula, *Motu proprio*, Tond. *de pens. c.* 81. *n.* 17. vide Ricc. *de hac clauf. in prax. p.* 3. *n.* 100.

207 Item quandoque in Supplicationibus beneficialibus apponitur illa clausula, *quod sola signatura sufficiat*, clausula hæc operatur, ut Litteræ desuper non sint expediendæ, & accipi poterit possessio absque expeditione Litterarum absque vitio intrusionis, ut clare disponitur *in Bulla Julii III. de Litteris expediendis*, quod ultro omnes admittunt: non tamen in omnibus Gratiis beneficialibus hæc clausula admittitur; sed in illis Beneficiis, quorum valor non excedit ducatos duos auri de Camera, secundum communem existimationem, ut advertit practicus Amayden *lib.* 1. *c.* 36. *n.* 24. & ipsa praxis testatur; & tunc licet Supplicatio cum hac clausula sit signata, opus tamen erit, ut registretur, nam registrum Gratiam perficit, ut diximus supra, & notavit idem Amayden *loco cit. n.* 25.

208 In Litteris pensionum apponi solent etiam diversæ clausulæ, præsertim illa, *liberam, & immunem exemptam*, cujus efficacia est, ut pensionarius non teneatur ad onera, Gigas *de pens. q.* 596 Lott. *lib.* 1. *q.* 38. *n.* 23. nisi post gratiam pensionis, cum Papa apponeret aliquod opus, seu contributionem, apponeret etiam decretum, quod pensionarii teneantur pro rata, & cum derogatione exemptionum, Lott. *loco cit. n.* 24.

209 Apponi etiam consuevit illa clausula in pensionibus, *etiamsi super illius fructibus pensiones aliæ reservatæ existant*; quæ operatur, ut sustineatur tunc pensio, etiamsi Beneficium cui imponitur, alia sit pensione gravatum; quandoquidem si imponatur pensio super Beneficio, vel Episcopatu, & sit gravatum, seu gravatus alia pensione, de qua nulla mentio facta fuerit, nova hæc pensio redditur nulla ex defectu intentionis, cum Papa non censeatur onerare Beneficium, seu illius fructus duplici onere. Ideò ad valorem Beneficii permaxime intentus esse censeatur Papa, ne nimio onere affligat titularem. Corruit ergo pensio nova, si de antiqua non sit facta mentio, ut omnes concludunt; etiam si motu proprio sit pensio concessa, Cassad. *decis.* 3. *de pens.* Lott. *de re ben. l.* 1. *p.*... *q.* 38. *n.* 57. Gigas *de pens. q.* 29. *n.* 4. late Tond. *de pens. c.* 44. *per tot.* ubi abunde, & late rem tractat,

210 Quare fuit inventa hæc clausula, *etiam si super illius fructibus pensiones aliæ reservatæ existant*; tunc enim quia constat de voluntate Papæ, quod velit pensionem susti-

neti,

neri, ideo remanet valida, nec admittitur exceptio ali-
qua, Veral. *decis.* 295. *part.* 2. Lotter. *loc. cit. num.* 62. qui
dicit, quod hæc clausula non apponitur substantiæ gratię,
sed tantum per ipsam ampliatur gratia. Ne tamen hęc com-
pilatio nimium excresceret, gravet titularem apponitur illa
alia clausula, *dummodo omnes pensiones hujusmodi in simul
fructuum medietatem non excedant*: ea qua alia clausula illa
modificationem recipit, & redditur gratia conditionalis;
& ut dixit Lotter. hoc modo Papa succurrit, & pensiona-
rio, & titulari; pensionario quidem, ne impugnari possit
validitas; titulari vero ne plus debito gravetur, & ne te-
neatur, cum constat de excessu, Rota in *Carpentor. pens.*
coram Lancell. apud March. *par.* 1. *fol.* 529. Lotter. *loc. cit.
num.* 66. *&* 67. vel apponit Papa clausulam, *dummodo re-
maneant centum*, si Beneficium est Parochiale; *mille*, si
Episcopale: vel *dummodo ista cum aliis*, quæ etiam condi-
tionalem reddit gratiam. De modo autem probandi dicen-
dum est suo loco. Videndus Lotter. & Tond. *locis cit.* qui
late hanc clausulam digerunt, ac etiam Tond. *cap.* 19. &
alibi; an autem tunc pensio sit reducibilis, an in totum
nulla reddatur, vide Tondut. *loc. cit. & part.* 2. 1. §. 4. *nu.*
43 Grat. *c.* 995. Mant. *dec.* 153.

211 Quandoque etiam in Litteris, in quibus reservantur
pentiones, ponitur illa clausula, *habita, vel non habita
possessione*, quæ operatur, ut Titularis, qui distulit pos-
sessionem Beneficii accipere, teneatur ad pensionis solutio-
nem: Fuit enim inventa hæc clausula ad occurrendum ma-
litię eorum, qui differunt malitiose accipere possessionem
Beneficii, ne tenerentur ad pensionis solutionem: sed ubi
malitia, & fraus cessat, ac nullus adhibetur dolus, quia
revera fuit impeditus, & ideo possessionem adipisci non
potuit, clausula ista nihil operatur; nam non debet ope-
rari ultra æquitatem, & finem, ad quem inventa fuit;
debet tamen constare de deligentiis factis pro habenda pos-
sessione, Seraph *decis.* 66. Grat. *cap.* 454. Lotter. *libr.* 1.
quæst. 39. *a num.* 50. *cum seq.* Tond. *de pens. cap.* 13. *n.* 1. 2.
3. *&* 4. *idem tomo* 1. *p.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 40. Atque adeo
hujusmodi clausulæ per triennium extingui dicunt nostri
Doctores; cum enim quis per triennium duravit, nec
possessionem adipisci potuit, quia nullus censetur suum
jactare, ideo non amplius operatur, ut teneatur solvere
pensionem, cum illa ex fructibus debeatur; quos cum non
receperit, non tenetur, Seraph. *d. decis.* 66. *num.* 3. Lot-
ter. *loco cit. num.* 53. Marches. *de commis. part.* 1. *rubr. de
commis. in causis pensionum*, §. 1. *num.* 57. *fol.* 492. Tond.
loc. cit. Ricc. *in prax. par.* 3. *resol.* 107. qui id limitat, nisi
lis sit calumniosa, & Titularis malitiose litem sustinuit;
nam tunc exceditur ultra triennium.

212 Quandoque in provisionibus de Beneficiis patronatus,
apponitur illa clausula, *dummodo ad id patronorum accedat
consensus*, cujus vigore requiritur consensus expressus, nec
sufficit tacitus per lapsum quatrimestris; nam illa verba
important conditionem, & debet plene, & concluden-
ter apparere de tali effectuatione consensus, Put. *decis.* 281.
Seraph. *decis.* 1173. Vivian. *de Jurepatronatus lib.* 13. *c.* 5.
n. 104. Tond. *de pens. c.* 12. *nu.* 15. præsumptum autem per
decennium sufficere ajunt Vivian. & Tond. *locis citatis*.

213 In reservationibus pensionum apponi solet illa clausola,
ut commodius sustentari valeat; & tunc habet pensio natu-
ram alimentorum, Lotter. *lib* 1. *quæst* 35. *num.* 50. Ton-
dut. *de pens. cap.* 57 *num.* 13. *& cap.* 58. *num.* 16. ubi vide-
tur facere differentiam inter clausulam, *ut commodius*, &
inter clausulam, *ut decentius*; nam primam ad alimenta
refert, secundam vero ad decentiam. Vide ipsum, &
Manham *p.* 1. *claus.* 199.

214 Quandoque quidem in provisionibus, & Litteris Apo-
stolicis ponitur illa clausula, *si neutri*, quæ conceditur al-
teri ex colligantibus, cum neutri jus in Beneficio est quæ-
situm. Diriguntur etiam Litteræ Executori, ut cum com-
pertum fuerit neutri ex litigantibus jus competere in Benefi-
cio, tunc uni auctoritate Apostolica conferat. Sic jus pen-
det a futuro eventu. Quæ gratia vetustissima est, & valde
in usu, Corrad. Tond. & Amayd. Si vero litigantes sunt
plures quam duo, datur gratia cum clausula, *si nulli*, vel
cum conceditur tertio, qui non est in causa, & concedi-
tur Gratia cum hac clausula, *si nulli ex litigantibus jus com-
petat*, Doctores citati. Gratia enim cum clausula, *si al-
teri*, datur secundum Cocchier. & Tondut. *loc. cit.*

Quando in causa fuit tertia vice prolata sententia, &
tamen victor nullum habet jus in illo Beneficio, quia su-
pervenit nova causa post sententiam, ob quam victor ex-
cluditur, utpote hæresis, vel simonia; tunc enim datur
rescriptum, *si alteri jus non sit quæsitum*, & Amayden di-
cit, quod datur tunc hæc gratia cum clausula, *si alteri*,
quando impetrans petit sibi conferri Beneficium contro-
versum, etiam si alteri quam litiganti, & ad causam veni-
enti, aut venire cupienti jus competat: de quibus omni-
bus suo loco dicemus, cum de illorum executione in parti-
culari, si Deus voluerit, tractabimus.

Nec me latet, quandoque dari Litteras, seu ut melius lo- 215
quar, rescriptum in beneficialibus cum clausula *perinde va-
lere*, ac cum clausula, *etiam valere*, ac gratiam cum claus.
cui prius, de quibus dicetur, cum de subreptione sermo erit,
ne dicta pluries multiplicem.

Hæ sunt clausulæ usu frequentiores in Beneficialibus: re-
stat ut aliqua dicamus de aliis clausulis, quæ apponuntur in
Litteris etiam Gratiæ. Et post beneficiales materias locum
sibi vendicare arbitror materia matrimonialium, nempe
dispensationes matrimoniales.

Et quidem Litteræ Apostolicæ pro matrimonio contra- 216
hendo in gradu prohibito, quæ dispensationes appellan-
tur, omnia sunt mandata ad dispensandum; committit
enim Ordinario loci, ut veris existentibus narratis dispen-
set in illo gradu prohibito; fere enim nunquam Papa solet
ipse dispensare, sed Ordinario dispensandum committit;
diversa quippe est dispensatio ipsa, ac mandatum de dis- 217
pensando: late rem dirigit Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7.
cap. 6. *num.* 26. *& cap.* 7. *a num.* 47. *cum seqq.* præsertim *nu.*
54. *vers. ceterum*, Quod clare ostenditur per illam clau-
sulam, quæ ponitur in hujusmodi dispensationibus, *per
Apostolica scripta mandamus*: idem Corrad. *d. lib.* 7. *c.* 6.
nu. 5. *& lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 20. *in explicatione de clausul. per A-
postolica scripta*.

Dispensationum matrimonialium Litteræ varias, & 218
diversas continent clausulas, juxta causam, quæ exprimi-
tur, & propter quam petitur dispensatio; causas enim vi-
ginti sex enumerant Doctores, præsertim Corrad. *lib.* 7. *c.*
2. quas ipse explicat; & hic Doctor adiri poterit, cum quis
scire cupit ob quas causas peti, & obtineri potest dispen-
satio in gradu prohibito, vel cum aliud adest impedimen-
tum.

In primis advertendum est, quod expeditis Litteris dis-
pensationum cum una clausula continente causam, si illa
coram Executore non possit verificari, non potest Execu-
tor ad aliam devenire, & Litteras exequi ex altera causa,
licet vera foret, ut optime Corrad. *lib.* 7. *c.* 5. *n.* 54.

Prima, & potissima causa harum dispensationum est 219
angustia loci: ideo in hujusmodi Litteris apponitur illa cla-
usula, *propter illius angustiam*; prius enim exprimitur
locus in quo sunt Oratores orti, & postea ponitur clausu-
la, *propter illius angustiam*. Sic hæc clausula respicit lo-
ca, non Civitates; cum verisimiliter in Civitatibus non
possit considerari angustia talis, quæ arctet ad contra-
hendum matrimonium cum consanguineis: Verum qui-
dem est, quod sunt aliquæ Civitates parvæ in Regno no-
stro in quibus consuevit dari, & concedi hujusmodi dis-
pensationes ob angustiam Civitatis; ut sunt hæ meæ Civi-
tates Sancti Angeli, & Bisacciarum: sic etiam Civitates
Amalphis, Minorensis, Capitan. Iscan. Vican. in qui- 220
bus omnibus dantur Litteræ cum hac clausula, *ob angustiam*:
sed tunc opus est, ut Episcopus fidem faciat Civitatem non
excedere trecenta focularia. Notat fusius Corrad. *lib.* 7. *c.*
5. *n.* 34. *cum multis sequentibus praxis dispens.*

Altera clausula, quæ subsequitur, *invenire nequeat non
consanguineum paris conditionis*. Hæc clausula continuatur 221
cum prima narrata; quia enim matrimonium debet esse
inter pares, juxta illud, *si vis nubere, nube pari*, cum
quandoque ex imparitate conjugum multa absurda, & in-
convenientia sequantur, ut observantia testatur; paritas
autem consistit non solum in natalibus, verum in ætate,
& cæteris qualitatibus personalibus mulieris, quæ cum non
inveniat virum paris ætatis, gradus, conditionis in loco
sui originis, nec proinde teneatur exire de suo loco, ei-
dem indulgetur per Sanctam Sedem Apostolicam, ut con-
sanguineo possit copulari: de qua re vide Genuensem *in
prax. c.* 21. ubi de dispensationibus matrimonialibus magis
practicabilia concinit, Corrad. *in prax. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 46.
cum pluribus sequentibus.

Adduntur etiam illa verba, *invenire nequeat*; propter 222
quæ certe non tenetur Oratrix virum quærere, cum pu-
dor, & honestas mulierum non id patiatur, cum maxi-
mum dedecus sit mulieribus virum quærere: sufficiet ta-
men pro verificatione, ut testes deponant, quod vir hucus-
que non inveniatur, vel non adsit vir qui Oratricem in

uxorem ducat, qui sit paris conditionis, neque ætatis, qualitatis, gradus, & alterius similis conditionis, optime advertit idem Corrad. *loc. cit. n.* 58.

223 Item se offert illa clausula, quod, *ipsi alias scientibus se tertio.* Ponitur hæc clausula, quando copula inter Oratores intersuit: & quid sciendum est, quod cum copula inter consanguineos, vel affines intersuit omnino explicanda, & narranda est Summo Pontifici, alias dispensa-
224 tio nulla, & subreptitia est; licet alii multi prisci Doctores contrarium voluerint, & docuerint, quos secuti sunt nonnulli recentiores, præsertim Hurtadus *de matrimonio disp.* 26. *diff.* 5. *numer.* 2x. & alii, quos citat Diana *part.* 1. *tract.* 10. *resolt.* 44. quia expressio copulæ attinet ad facilitandum Summum Pontificem ad concedendum, ejusque taciturnitas potius obest impetranti: attamen quicquid sit disputando, in praxi tamen attento stylo inveteratissimo Curiæ, cum copula interfuerit inter futuros conjuges omnino exprimenda venit; aliter etiam in foro conscientiæ nullitatem producit, quia ut suo loco dicemus, taciturnitas ejus, quod de jure, vel de stylo est exprimendum, subreptionem, & obreptionem causat. Et hæc est verissima sententia, quæ optimum etiam in jure fundamentum habet, quia in jure expresse cavetur, quod habens copulam cum consanguinea, vel affine arcetur a matrimonio cum eadem, ut in *c. si quis viduam* 32. *q.* 7 & *can. de incestis* 35. *q.* 3. & ita docent Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 25. n. 8 latissimè Garz. *de benef. p.* 8. *c.* 3. *à n.* 30. *usque ad* 88. & omissis aliis multis, & quasi innumeris, Corrad. *in prax. dispens. lib.* 8. *c.* 1. per copulam autem intelligimus
225 copulam intra vas naturale ipsum vas penetrando, & seminando; nam de copula extraordinaria non loquimur, quæ licet gravior culpa sit, non tamen caret dispensatione, Sanchez *lib.* 7. *disp.* 5. *num.* 11. & *lib.* 8. *disp.* 25. *n.* 10. cum nullam pariat affinitatem, Corrad. *lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 16. Garz. tamen *part.* 8. c. 3. *n.* 98. tenet, quod sufficit, quod vir vas penetraverit mulieris, licet non seminaverit intra, quia talis penetratio dicitur vere incestus: docet tamen ipse, quod requiritur penetratio, nec sufficere si vir seminaverit intra vas absque penetratione, quia non est copula vera: quæ ratio per ipsum allata secundum me probat, ut utrunque requiratur, non tamen requiritur utriusque,
226 nempè viri, & mulieris seminatio; nam licet fuerit magna quæstio inter nostros an ad causandam affinitatem requiratur concursus utriusque seminis: quæ quæstio pendet ab alia philosophica, an ad generationem requiratur etiam semen mulieris, de qua quæstione, vide Sanchez *lib.* 7. *disp.* 6. Basil. Pont. *de matrimon. lib.* .... Hurtad. *de matrimon. disp.* 21. *diff.* 1. Diana *part.* 3. *tractat.* 5. *resol.* 93. Corrad. *lib.* 7. *cap.* 1. attamen in nostra materia sufficit, ut viri intercedat seminatio intra vas muliebre: & de hac copula oportet, ut fiat mentio etiam si alias Oratores ignorabant se esse consanguineos, vel affines, ut ipsa praxis testatur, de qua Corradus *d. c.* 1. *nu.* 32. & 33. qui etiam affert formulam supplicationis; quicquid alii Doctores contrarium senserint, præsertim Garz. *d. par.* 8. *c.* 3. *nu.* 109. qui alios citat; isti enim non loquuntur secundum stylum Curiæ, qui est inconcussus: ideo cum adest scientia impedimenti inter Oratores, apponitur illa clausula, *quod ipsi alias scientes*: cum vero ignoraverunt, concipitur, *quod ipsi alias ignorantes.*

227 Antequam ad alias clausulas descendamus, notandum est in hac materia, quod de copula inter futuros conjuges facienda est mentio, quousque Executor interposuerit Decretum, ita ut si post Litterarum præsentationem Executori, & interposito Decreto separationis de novo se carnaliter cognoverint, dispensatio redditur nulla, & impetranda est nova Gratia, quæ dicitur, *perinde valere*, Garz. *de benef. dict. part.* 8. *capit.* 3. *num.* 69. Vulpe *in prax. cap.* 16. Quaranta *in verbo matrimoniales dispensationes*, Corrad. *lib.* 8. *capit.* 1. *numer.* 39. & 40. & *lib.* 8. *capit.* 5. *a numer.* 37. *cum sequentibus*, ubi latissimè discurrit *de perinde valere*, & ponit varias formulas, uti subjecta ma-
228 teria expostulat: licet tamen cum copula est occulta, tam ante impetratam dispensationem, quam si post, ante contractum matrimonium Oratoribus succurrit per Officium Sacræ Pœnitentiariæ, Corrad. *loco cit. præsertim d. cap.* 5. *sub num.* 71.

219 Verum notes, quod Garz. *d. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 91. & 92. docet, quod si expressa copula habita ante Supplicationem iterum habeatur antequam Ordinarius, seu Executor dispenset, valida erit dispensatio, quia non auget impedimentum; secus autem si postquam Executor jusserit separationem fieri, & post dictam separationem fuerit copula denuo habita, quia in Litteris præcipitur separatio; sed ubi non præcipitur, nova copula non reddit nullam dispensationem, secundum Garz.

Subsequitur clausula in hac dispensatione, *cum copula non quidem peccandi data opera, ut crimine admisso hac causa foret Nos, & Sedem Apostolicam ad misericordiam, & gratiam erga ipsos faciliores reddendi, sed solum vesana libidine victi prædicti se cognoverunt.* 230

Hæc clausula eo tendit, ut excludantur illi, qui data opera habent copulam inter ipsos, ut exinde Papa necessitetur cum eis dispensare; non enim quis ex proprio dolo, & malitia commodum debet reportare, *cap. si vir, de cognatione spirituali.* Ideo Summi Pontifices excluserunt omnes a similibus gratiis impetrandis, qui data opera, & cum hac malitia se carnaliter cognoverunt, aut difficilius has gratias concesserunt: ut enim dicemus ea, quæ reddunt difficiliorem Principem ad concedendum exprimenda sunt, & taciturnitas in hujusmodi efficit Gratiam subreptitiam, & consequenter nullam; cum ergo eum hujusmodi spe faciliorem reddendi Summum Pontificem ad dispensandum cognoverit consanguineam, specificam debet facere de hac re mentionem, ut docet stylus Curiæ; nam tunc clausula apponitur, *quod ipsi alias scientes se invicem esse conjunctos sub spe facilius habenda a Sede Apostolica dispensationis carnis fragilitate devicti*: & tunc etiam gravior imponitur pœnitentia. Quod & observandum est, licet unus tantum fuerit culpabilis; nam esto, quod Dataria hoc admittat, quod non solet, cum non ita de facili credat, quod unus tantum fuerit culpabilis, adhuc expressio hujusmodi spei est omnino facienda; licet aliqui Theologi hanc expressionem non fore necessariam dixerint, inter quos est Porcellus in *dubiis moralibus part.* 3. *casu* 5. sed loquitur Theologico more; multa enim sunt digna dictu speculando theorice, quæ non admittuntur in praxi; tot enim tantæque opiniones illaqueant potius aliquando animas, quam a peccatis excusare possint; non enim omnes opiniones amplecti licet. Huic etiam malo dignum est, ut Sedes Apostolica remedium aliquod opportunum, & necessarium, ut solet, interponat. Docet hæc omnia Corrad. *lib.* 8. *c.* 1. *n.* 1. *cum seqq.* 231

Hæc etiam clausula, *non quidem data opera*, apponitur etiam in Litteris dispensationum, quæ expediuntur propter infamiam, quando ob mutuam conversationem inter Oratores fuit orta suspicio, quod inter eos intercesserit carnalis copula, ut observat Corrad. *loc. cit. n.* 29. & 30.

Additur huic clausulæ illa alia clausula, *sed vesana libidine victus*, quæ apponitur ad minorandam pœnam; nam 232
cum quis victus est libidine, & concupiscentia minus culpabilis est; libido enim cum occasione proxima multum operatur, & tollit discursum, unus tunc sensus prævalet, & minuit voluntarium, & liberum, cum extrinseco objecto allectus homo operatur; liberum enim dependet a principio intrinseco duntaxat, juxta doctrinam omnium Doctorum cum S. Thom. & Bernardus *in sermone super Canticum*, quem etiam citat Mazzuc. *in speculo Episcoporum part.* 4. *numer.* 126. ait, quod majus miraculum est cum muliere aliqua conversari, & non peccare, quam mortuos suscitare; ideo nihil mirum cum quis cum aliqua sibi conjuncta, vel attinente conversatur, & copulam habet, præsertim si aliquis finis matrimonii inter eos fuerit, non tamen hac spe concepta se copulant. Vide abunde Corradum *loco citat.* Advertendum tamen est, quod non est exprimendum per quot vices intercesserit copula, nec si multipliciter auget culpam in hac materia dispensationis: sicuti etiam nec omittendum est, quod in his omnibus statur simplici assertioni Oratorum, cum aliunde non probari possunt nisi ex eorum assertione, ut idem Corrad. *numer.* 34. non tamen simplici assertioni in narrativa facta statur, sed Papa in dispositiva mandat cum illa clausula, *& recepto ab eis juramento*, ideo oportet, ut juramentum præstent, quod copula inter ipsos habita non fuerit ad inducendum Papam ad dispensandum, sed ad explendam libidinem. Corrad. *cap.* 2. *numer.* 17. Subsequenter ponitur illa clausula, *diffamata, & innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri.* Hæc clausula continet causas, ob quas Sedes Apostolica in hujusmodi casibus dispensat: quia mulier postquam ab alio cognita fuerit carnaliter remanet diffamata, & innupta, quod patet etiam experientia, & licet aliquando etiam diflorata nubat, attamen difficilius id contingit. Attendendum

est enim

234 est enim quod frequenter accidit, non autem ea quæ raro eveniunt. Sic etiam petet, quod regulariter ex copula secuta inter virum, & mulierem illicito modo gravia scandala exoriri soleot, quod sufficit, ut a juris rigore recedatur, ut in c. *ad aures tam cæteris concordantibus, de tempore ordinan.* nec ad justificationem hujus clausulæ opus est, ut scandala orta sint, & jurgia, & fiot omnino futura: sed sufficit, ut facile ex hoc oriri possint, & adsit probabilis timor inimicitiæ, ut advertit Corrad. *lib.*8.*c.*2.

235 Apponitur etiam clausula, *ab incestus reatu*; Licet enim nemini sit reservata absolutio ab incestu, & quilibet Confessor possit illum absolvere: attamen cum petitur dispensatio non potest concedi nisi præcedat absolutio a peccato, & quia Papa manus apponit, & ad se negotium avocat, cessat omnis facultas inferioris, ad textum in c. *ut nostram de appellat.* & ideo cui Papa committit facultatem dispensandi, eidem mandat, ut absolvat ab incestu, quare Corradus *lib.* 8.*c.*2.*n.*12.*&* 13.

236 Cum Oratores sunt pauperes, apponitur illa clausula, *qui pauperes, & miserabiles existunt*, quæ clausula probanda venit, quod scilicet, tam vir, quam fœmina pauperes, & miserabiles existunt, nec sufficit unius paupertas, & oportet, ut non solum quis sit pauper, sed etiam miserabilis: quæ dictio inolevit apponi in hujusmodi clausula tempore Urbani VIII. cum multi ad evitandam solutionem Componendæ pauperes se fingebant, quare miserabilitas etiam est probanda, & deducenda, alias frustra, & nulla erit executio Litterarum; nam illa dictio aliquid operari debet, & magis cum ad obviandam fraudibus sit introducta: & ideo etiam subnectuntur illa verba, *ex labore, & industria tantum vivunt*, ut excludatur omnis alius modus vivendi: & sensus est, quod Papa soluta concedere intendit personis miserabilibus, & pauperibus, qui manibus victum quærunt; quod totum licet ex fide, seu attestatione Ordinarii prius constare debet in Sacra Dataria, nec alias expediuntur litteræ in forma pauperum, & nec fides admittitur in officio Componendarum, nisi prius fuerit recognita per suos testes; attamen de novo constare debet Executori per testium depositiones; & quamvis Judicis arbitrio remittatur quis pauper, quis dives fuerit, & ei licitum sit arbitrari quis talis dicatur, & præter alios Menoc. *de arbit. casu* 64. in hac vero materia nullum poterit intrare arbitrium, quia attento stylo Curiæ, & Datariæ hujusmodi Litteræ dispensationum non conceduntur in forma pauperum, nisi illis, qui miserabiles existunt, & labore tantum vivunt; quæ dictio *tantum* excludit omnem alium modum vivendi, late Corrad. *lib.* 8.*c.*5.*à n.* 2.*cum pluribus seqq.*

237 Et cum copula intervenit, apponitur illa alia clausula, *in primis ab invicem separes*, quæ clausula locum sibi vendicat, quando contrahentes simul habitarent; nam quia adest periculum incontinentiæ, & ob frequentem conversationem possunt Oratores denuo se carnaliter cognoscere, & ut diximus dispensatio ob hoc redditur nulla, ideo Papa mandat ad evitanda peccata, & scandala, quod futuri sponsi separentur ab habitatione communi: & hæc clausula ponitur etiam cum Matrimonium esset contractum cum impedimento; nam semper ob periculum novæ copulæ sunt separandi, ut late Corrad *lib.*8.*c.*5.*n.* 35. per separationem autem non intelligitur, quod futuri conjuges non possunt simul loqui, & alia urbanitatis officia invicem præstare, sed intelligitur insimul habitatio; de separatione autem debet constare per fidem Parochi, Corrad. *loco cit. n.* 36. *d. c.* 5.

238 Et tunc etiam ponitur illa clausula, *pœnitentia publica imponatur, quæ alios deterreat à similibus committendis*. Et licet per hanc clausulam arbitrio Executoris se remittat Papa, cum nollam in individuo explicet: attamen hoc arbitrium modificatur secundum circumstantias personarum, rerum, & temporum, ad textum *in c.* 1. *de pœnit. dist.* 1. debet tamen pœnitentia esse publica, & gravis, ut omnibus innotescat, & illa terreantur alii a similibus perpetrandis. Verum inde usus inolevit quasi in toto Regno nostro, pro publica pœnitentia mandatur istis incestuosis, ut in die festivo, dum Missa dicitur solemnis, steot ante fores Ecclesiæ cum candela in manu quousque Missa persolvatur: & ita ego non semel præcepi, & practicari ab aliis vidi: observat Corradus *lib.*8.*c.*6.*n.*8.*&* 9.

239 Injungitur etiam tunc pœnitentia corporalis explenda per aliquot menses, juxta impedimentum inter ipsos existens, & apponitur illa clausula, *operam suam fabricæ, vel in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel alterius loci pii tribus saltem mensibus conferat*: pro qua clausula annotandum est, quod Orator, seu is, cui conceditur dispensatio, per se ipsum debet per dictum tempus operam suam dare, & non per alium, seu per substitutum: Nec hic habet locum illa regula, qui per alium facit per se ipsum facere videtur; nam Papa mandat, ut Orator operam istam faciat per se ipsum, unde debet observari ad unguem, quod Papa mandat; alias actus corruit ex defectu intentionis, & formæ non observatæ, prout declarasse Gregorium XIII. ad petitionem Episcopi Mazarien. testatur Corrad. *lib.*8.*cap* 6. *sub n.* 18. sequitur Pasqualin. *in quæst. moralibus Canonicis* 170. nec delegatus bene pœnitentiam commutare poterit a corporali in spiritualem, debet enim esse corporalis, quare quod docet Gen. *in prax. c.* 21. *in nova impress. n.* 1. *&* 2. quod delegatus potest facere hujusmodi commutationem, dicens: Nihilominus fuit dictum posse hanc commutationem fieri a delegato, siquidem dispensatio non se adstringit ad fabricam tantum, ut indicant illa verba, *vel alteri pio loco*, quæ fuissent posita in genitivo, non in dativo: 240
& re delata ad Urbem fuit anno 1601. rescriptum Curiæ Archiepiscopali, posse fieri dictam commutationem; hoc enim intelligendum est ut fieri possit commutatio de una in alteram operam, dummodo sit personalis, ut optime probat Corrad. *dict. lib.*8.*n.*20.*cum seqq.* cum hoc tantum reservatum sit Datario, neque in hoc poterit aliquid arbitrari delegatus; & ita de praxi testatur Corrad. & ita practicari vidisse testatur: Et equidem jure optimo, quia delegatus non potest excedere fines mandati, sed debet servare formam sibi traditam; cum enim Papa mandat, quod operam suam conferat fabricæ alicujus Ecclesiæ, vel loco pio, certe de opera personali intelligendum est, licet in hoc arbitrari possit delegatus, ut scilicet præstetur hæc vel illa opera personalis secundum qualitatem, & complexionem personæ quæ debet explere pœnitentiam, sufficiet enim, ut sit personalis: quare usum, & stylum inveni in Archiepiscopatu Amalphitano, ubi per plures annos Vicariatus honore clementia Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Stephani Quaranta Archiepiscopi ejusdem Civitatis functus sum, quod hujusmodi personis injungebatur pœnitentia, quod singulis diebus quæstuare debuissent eleemosynam applicandam ad beneficium alicujus loci pii; certe difficultatem habui, sed considerabam, quod quæstuare eleemosynam, etiam erat opera personalis, & quod multi viri doctissimi, & practicissimi, qui dicto munere ante me functi erant, nullum fecerunt scrupulum, dedi manus, permisi, & sedavi conscientiam meam illa ratione, quia ut dixi quæstuare eleemosynam, erat opera personalis: seu etiam aliæ pœnitentiam injunxi, ut singulis diebus omnia necessaria facerent alicui Ecclesiæ, nempe mundare Ecclesiam, lampades accendere, sonare campanas, & cætera quæ erant necessaria; non enim negari potest quin hæc sint opera personalia; in hoc enim potest prævalere arbitrium Executoris, & Delegati, non autem, ut possit commutare personalem, & corporis effectivam operam in aliam pœnitentiam, in qua nulla opera personalis miscetur.

241 Item notandum est, quod sufficit, ut opera personalis præstetur loco pio; nam Papa disjunctive loquitur, nec se arctat ad Ecclesiam, nec ad fabricam; generaliter loquitur in fabricam, vel servitium Ecclesiæ, vel loco pio, nec uni tantum Ecclesiæ, vel loco pio, sed postquam cœperit in una Ecclesia operam præstare, poterit Executor demandare ut alteri Ecclesiæ, vel loco pio præstet, & adimpleat, ut Corrad. *loco cit. num.* 27. Sicuti etiam potest permittere, ut opera præstentur extra suam Diœcesim, in illa scilicet, ubi contigerit Orator habitare ob aliquam causam. Ego auctoritate ejusdem Doctoris Corrad. *loco cit. num.* 30. non semel in praxi deduxi; non enim Papa se adstringit, ut præstet operam suam fabricæ, vel in servitium Ecclesiæ, seu loci pii Diœcesis Executoris, sed loquitur in genere.

242 Tertio notandum est, quod pœnitentia debet durare per tempus præfixum in Litteris, nec minui potest; nam in clausula ponitur illa dictio, *saltem*, quæ operatur, ut tempus possit esse majus, non tamen minus, Barbos. *de dictionibus dict.* 304. operatur, ut Executor teneatur imponere, ut Orator debeat impendere operam fabricæ, vel in aliud servitium Ecclesiæ ad minus per tres menses; potest enim per majus tempus, ut egregie Corrad. *d. c.* 6. *num.* 34. *cum sequentibus.*

243 Tempus hoc trium mensium non opus est, ut sit continuum absque aliqua interpellatione, sed satis est, ut sit trium mensium, ut scilicet compleantur tot dies, qui constituant

stituant tres menses; ut idem Corrad. *num.* 27. & ita ego etiam observavi. Dubium tamen potest esse si labor debet esse integra die, an vero satis sit per aliquas horas; Equidem stylus ipsiusmet Curiæ, & Datariæ observat, cum illis qui Romam accedunt pro obtinenda dispensatione in forma pauperum pro gradibus propinquioribus, & a Domino Datario mittuntur ad laborandum in fabrica Sancti Petri, vel Sancti Joannis, quod illos per aliquas horas laborare faciunt, usque scilicet ad prandium, & deinceps permittunt, ut aliunde sibi victum quærant, vel præstant victum, & laborant per totam diem: cum igitur in Romana Curia ita practicatur, non est cur & inferiores Judices Executores ab ipsa Romana Curia deputati ita etiam observare non possint: & ita in praxi vidi servatum ac ipsemet servavi. Vide Corrad. *loco cit.*

244 Apponitur subsequenter clausula, *qua pœnitentia publica peracta*. Per hanc clausulam denotatur clare, quod non prius sit concedendum ad expeditionem dispensationis, & ad procedendum decretum, quam adimpletis omnibus, & facta integra pœnitentia publica, ac exhibita opera per Oratorem in servitium alicujus Ecclesiæ, vel loci pii; hoc enim clare insinuat ista clausula ita concepta, nam importat conditionem, cum sit formata per verba ablativi absoluti, ad textum in *in l. si debitor*, §. 1. *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca*, & ita conditionaliter jurisdictio tribuitur delegato, alias nulliter procedit Executor, ad textum in *cap. pisanis de restit. spoliat. & cap. venerabilis, de offic. deleg.* quod etiam id clare denotat illa particula, *peracta*, quæ actum perfectum denotat, & completum: sic integram præstationem operis per tempus stabilitum, & præfixum in Litteris exiget; nec succurri poterit Oratoribus per Executorem ex quocunque capite sive periculi, sive alterius necessitatis, etiam præstita cautione per visum de adimplenda pœnitentia, ut optime Gen. *in prax. capit.* 21. non enim potest Executor sibi arrogare arbitrium, cum non sibi conceditur recedere a forma, quæ sibi traditur expresse, ut tritum, & vulgatum est: unde in his casibus recurrendum erit ad Sanctam Sedem Apostolicam, & ad Dominum Datarium, prout ego non semel recursum habui, & obtinui ab Eminentiss. & Reverendiss. q. Jacobo Corrado S. R. E. Cardinalis S. m. Alexandri VII. Pro-Datario, quod stante periculo, vel incontinentiæ, vel alterius rei, vel existente aliqua legitima causa, præstita cautione de explenda pœnitentia, & de danda opera per tempus stabilitum in Litteris, licitum sit ad executionem Litterarum procedere: quæ omnia observavit etiam Corrad. *loco cit. n.* 53. *cum seqq.*

245 Et *quotenus parito judicato*. Hæc clausula ponitur ad effectum, ut si Oratores essent excommunicati ob incestum, vel ad alias pœnas condemnari debeant omnes parere prius, nec possint prius admitti nisi paruerint sententiæ latæ, vel ferendæ; nam illa clausula, *parito judicato*, est ejusdem naturæ ac illa de qua supra agimus; nam tribuit jurisdictionem conditionate: sic etiam si in judicio sæculari fuissent inquisiti, ut plectantur pœnis contra incestuosos inflictis, nam tenentur prius parere, quare Executor non poterit procedere ad decretum dispensationis, nisi prius verificato, quod paruerit judicato, sed prius debent parare; melius Corrad. *lib* 8. *c.* a. *n.* 23.

247 Quando quidem, licet de rato contingit, matrimonium contrahitur de facto inter eos, qui contrahere non possunt ob impedimentum dirimens inter eos existent, contra quos in *Clement. eos qui de consanguinitate, & affinitate*, imponitur pœna excommunicationis, ac in Triden. *sess.* 24. *c.* 5. *de reform. matrim.* ibi, *qui in gradibus prohibitis de facto matrimonium contrahere non verentur, spe habendæ dispensationis privantur*: quod Decretum Tridentini licet loquatur de illis, qui contrahunt cum impedimento consanguinitatis, vel affinitatis: attamen ex stylo Curiæ receptum est ut locum sibi vendicet quoties matrimonium cum impedimento dirimente contractum est, late Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 42. Corrad. *lib.* 8. *c.* 3. *n.* a. a qua pœna non excusantur etiam si errorem juris habuerint; nam error juris in hoc casu non excusat, sed tantum facti, ad tradita communiter per nostros Doctores: cum autem petuntur hæ dispensationes, quæ etiam cum magna difficultate conceduntur, apponuntur multæ clausulæ, de quibus jam etiam dictum est, nempe quod ipsi alias scientes, & illa (non quidem data opera, quod carnali copula consumarunt, ac insuper eos in generali excommunicationis sententia, de qua in dicta *Clement. eos.*

148 Insuper ponitur clausula illa, *matrimonium inter se de novo*. Ob hanc clausulam coguntur Oratores, cum nulliter matrimonium contraxerunt de novo illud contrahere per verba de præsenti, *Vis*, & *Volo*, cum præsentia Parochi, Corrad. *d. c.* 3. *n.* 35. *cum sequentibus*. Et aliquando 249
ponitur clausula, quod *alter alteri supravivens perpetuo absque spe alterius conjugis remaneat*: quæ clausula ponitur in pœnam; si vero matrimonium fuerit contractum cum impedimento ignoranter, ponitur illa clausula, *quod ipsi alias ignorantes*, quod exigit, ut ambo fuerint ignorantes, Corrad. *loco cit.* & tunc ponitur illa clausula, *factis proclamationibus*. Per hanc clausulam excusantur a pœna, cum ignoranter contraxerunt matrimonium; sic etiam si denunciationes omiserint ex licentia Ordinarii, quod etiam exprimendum venit, ut notat Corrad. *lib.* 8. *c.* 4. *n.* 6.

Et insuper additur illa clausula, *postmodum vero ad eo-* 250
rum pervenit notitiam, quæ notitia sufficit ut sit extrajudicialis, Corrad. *num.* 31. & quidem si post notitiam abstinuerunt a copula, excusantur a culpa, nec imponitur pœ- 251
nitentia; si vero perstiterunt, exprimitur, & datur pœnitentia. Et dummodo ignorantia hujusmodi probabilis
fuerit. Per hanc clausulam exigitur, ut ignorantia Ora- 252
toris fuerit probabilis, quæ ignorantia excusat a pœna lata contra scientes aliquid facientes. Hic exigit Papa per hanc clausulam, ut ignorantia fuerit probabilis, & omnino verificanda venit propter dictionem, *dummodo*; verum quia ignorantia consistit in animo, non alia proba-
tione Oratores astringendi sunt, quam præstatione jura- 253
menti, etiam si contra ipsos sit aliqua præsumptio scientiæ, ut latius Corrad. *dict. c.* 4. *a n.* 47. *cum sequentibus*. Estque magna præsumptio, & conjectura pro contrahentibus, cum denunciationes ante matrimonium præmissæ fuerunt. Exigitur etiam ignorantia probabilis ad fidem, ut Oratores impetrare possint Gratiam, non tamen exigitur ad evitandas pœnas in dicta *Clementina eos qui*, & in di-
cta *sess.* 24. *c.* 5. *de reform. Matrim.* nam ad illas evitandas 254
sufficit quælibet ignorantia etiam crassa, & supina, licet probabilis non fuerit; ut magis communiter scripserunt nostris Doctores, & videre est Suarez *de legibus lib.* 5. *c.* 12. *n.* 13. Sanch. *de matrim. lib* 9 *disp.* 32 *nu* 35. Merolla *tom.* 1. *disp.* . . . *c.* . . . *dub.* . . . *n.* . . . Bonacin *de censib. disp.* 4. *sect.* 10. *resol.* 7. & alios; imo multi ex dictis docent etiam affectatam excusare. Vide Dianam *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 17. Thomam del Bene *de Parlamentis*, quia cum imponitur pœna contra scientes, vel præsumentes, exigitur dolus verus, ac vera scientia, quod non intervenit, cum adest ignorantia etiam crassa, nec etiam est vera scientia ignorantia affectata.

In omni dispensatione cum copula imponitur illa clausula, *in utroque foro authoritate nostra dispenses*. Et in quantum ad illam partem *in utroque foro*, apponitur, cum copula fuit publica; sic egent absolutione, & dispensatione pro utroque foro: attamen si copula fuerit occulta, non est necesse tunc in dispensatione, quæ petitur pro foro externo, de ea mentionem facere, sed Oratoribus succurri poterit per pœnitentiam secretam, in qua expressa copula occulta datur absolutio pro foro interno explicato impedimento, super quo dispensavit, vel dispensaturus est Papa pro foro externo, ita Sanchez *lib.* 8. *quæst.* 25. *nu.* 11. Corradus *lib.* 8 *c.* a. *n* 26. 255

In quantum autem ad illa verba, *authoritate nostra dispenses*. Per hanc clausulam conceditur Executori potestas delegata, & ipse debet dispensare authoritate Apostolica, qua in hac re fungitur, & quoquomodo ipse dispenset semper viget impedimentum; facto tamen decreto dispensationis jam impedimentum est sublatum: late hanc clausulam exornat Corrad. *lib.* 7. *c.* 17. *n.* 47. *cum sequentib.* 256

In omnibus dispensationibus ponitur illa clausula *deposita per te omni spe cujuscunque muneris etiam sponte oblati, a quo te omnino abstinere debere monemus*: & in fine de novo apponitur, quod *si spreta monitione hujusmodi aliquid pramii, etiam sponte oblati recipere præsumpseris, excommunicationis sententiam eo ipso incurras*: Et præcipue apponitur hæc clausula in dispensationibus in forma pauperum; & additur, *& nihilominus absolutio, & dispensatio hujusmodi a te facienda nullius sit roboris*. De hac clausula agunt, Garz. *de Ben. par.* 8. *c.* 6. *a n.* 102. *cum sequentibus*, Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 35. *a n.* 9. *cum sequentib.* Corradus *in prax. dispens. lib* 7. *c.* 6. *a n.* 7. *cum sequentib.* Ex quibus Doctoribus dicendum, quod licet in dispositiva, clausula hæc contineat tantum monitionem, attamen in fine in executiva continet comminationem excommunicationis, & voluntatem expressam Summi Pontificis, ut ab omni munere sit 257

re sit

te sit abstinendum, ac habet etiam Decretum irritans, & invalidans dispensationem in casu contrarii. Concludunt etiam hi omnes Doctores, quod nihil omnino recipi poterit ab Executore, nec ratione laboris, neque alterius actus, neque etiam ratione accessus ad domum mulieris, vel pro examinandis testibus; moderatas tamen expensas exigere poterit, cum accedit extra locum ad testes examinandos, cum id expedire judicaverit, ut ait Garz. *n.* 116. neque esculenta, & poculenta, etiam si munus exiguum sit; nam dicitur, *cujuscumque muneris*, & in fine *aliquid præmii*: per quæ verba patet, quod ab omni munere abstinendum sit, etiam si minimum foret: & cum sint geminata verba Pontificis continent expressam, & absolutam voluntatem, nullo enim pacto Executor, neque ex quacunque causa poterit aliquid recipere, alias pœnæ comminatæ nullo pacto evitari possunt, nec aliquo velamine, vel casu excusari possunt, nec consuetudine immemorabili juvari possunt, cum in qualibet dispensatione adsit decretum irritans, per quod tollitur omnis consuetudo, ut optime Garz. *loco cit. n.* 110. *&* 111. Licet tamen Notariis pro examine testium, & pro sumendo cæteras informationes, quartam partem auri, seu ducati accipere, ut declaravit Sacra Congregatio, quam declarationem affert Corrad. *loco citat.* ac etiam Gratian. c. 57. *n.* 20. quod etiam fuit Statutum in Concilio Provinciali Mediolan. *par.* 5. *tit.* 3. prout refert Garz. & dicit etiam Gen. *in prax. c.* 25. *n.* 14. Vulpe *in prax. c.* 16. *n.* 14. In Archiepiscopatu Amalphitano inveni stylum, quod pro testibus examinandis Cancellarius, sive magister actorum recipit decem carolenos pro qualibet dispensatione, sic in Curia Archiepiscopatus Neapolitani ego solvi ducatos quatuor cum dimidio.

258 Sicuti in qualibet dispensatione ponitur illa clausula, *dummodo propter hoc dicta mulier rapta non fuerit*. Hæc clausula apponitur, quia in Trident. *sess.* 24. *c.* 6 *de reform. Matrim.* statutum est, quod inter raptorem, & raptam nullum potest consistere Matrimonium, ac etiam excommunicationis sententia puniuntur; sed tunc hoc procedit, quando raptus contigit ad contrahendum Matrimonium, non autem ad effectum explendæ duntaxat libidinis absque fine Matrimonii; Matrimonium enim quoties rapta est in posse raptoris, vires habere nequit, ut in dicto Tridentino Decreto; de qua re vide Doctores, præsertim doctissimum Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 13. Pontium *de Matrim. lib.* 7. *c.* 69. & alios. Per hanc autem clausulam, quæ apponitur in omnibus, & singulis dispensationibus, expresse se protestat Papa, quod minime intendit dispensare cum rapta fuerit mulier ad effectum contrahendi Matrimonium.

259 Nec unquam omittitur illa alia clausula, *Matrimonium, inter se publice servata forma Concilii Trident. contrahere*. Forma autem, quæ in Tridentino constituitur, ut Matrimonium celebretur tribus præmissis denunciationibus in Ecclesia, & coram Parocho, & testibus, ut in *sess.* 24. *c.* 1. *de reform. Matrim.* & hoc quia ultra impedimentum illud narratum potest esse quod aliud impedimentum detegatur, ut ait optime Sanchez *lib.* 8 *disp.* 35. *n.* 19. per hanc enim clausulam non alteratur dispositio ejusdem Concilii ita ut sicuti attenta dispositione Trid. potest dispensari super publicationibus ex causa rationabili, prout prudens Episcopi judicium judicabit, ita etiam cum impetratur dispensatio super aliquo impedimento, possunt remitti denunciationes, quia Papa non dat novam formam, sed dicit servandam esse Tridentini formam; attento autem Trid. licita, & permissa est remissio denunciationum ex causa rationabili, & bene visa Ordinario, quod latius fundat Corrad. *lib.* 7. *c.* 7 *n.* 17. & Sanchez *loc. cit.*

260 Causas autem ob quas omittere tuto poterit has denunciationes enumerant multi Doctores, præsertim Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 32. Riccius *in praxi rerum quotidianarum in rubr. de praxi Matrimoniali resol.* 224. Marcellus Vulpe *cap.* 15. *n.* 9. Ciarlin. *c.* 104. & alii Doctores: Sed quis tunc debeat facultatem remittendi denunciationes si Litteræ sint directæ Vicario Episcopi, an tunc possit? hæc quæstio initiate potest, supposita illa quæstio-
261 ne tam ancipiti inter Nostros; an Vicarius Episcopi ex vi suæ potestatis Ordinariæ habeat hanc facultatem denunciationes remittendi? sunt enim ad invicem pugnantes sententiæ, & multi Doctores probant ac sustinent habere Vicarios Generales hanc facultatem ex vi potestatis Ordinariæ, quia ubicunque Tridentin. committit Ordinariis intelligitur etiam commissum Vicariis Episcoporum, qui sub Ordinariorum nomine comprehenduntur. De hoc vide Seguram *in direct. jud. Ecclesiast.* 2. *par. c.* 16. Gutierez *can.* 99. *c.* 19. Sbrotium *de Offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 47. Ciarlin. *d. c.* 104. Vulp. *c.* 15. *n.* 10. Ricc. *loco cit. res.* 225. & alios, qui tenent pro affirmativa.

262 *Illudque in faciem Ecclesiæ solemnizare*; Solemnizatio in faciem Ecclesiæ dicitur, cum fit Matrimonium coram Parocho, & testibus, non autem intelligitur de Ecclesia materiali, licet magis honestum sit in Ecclesia materiali illud solemnizare, ac etiam in propria Parochia, sed non est hoc de necessitate, Corradus *lib.* 7. *c.* 7. *n.* .. Et licet in nonnullis Diœcesibus Regni adsint Synodales Constitutiones, in quibus hoc expresse prohibetur, & in nonnullis pro hac licentia certum quid recipitur juxta personarum qualitatem; Eminentissimus quoque Cardinalis Filamarinus vir certe undeque absolutus, & nunquam satis laudatus, acerrimus libertatis Ecclesiæ propugnator, ac strenuus Sanctimonialium custos, nullo tempore sui Præsulatus hanc licentiam concedere voluit, ac illam etiam Parmatibus Regni denegavit; ad summum illis concessit, ut in Ecclesia viciniori, solemnizaretur. Quis autem sit proprius Parochus, coram quo solemnizare oporteat Matrimonium, non est meum explicare.

Additur etiam illa clausula, *libere, & licite valeant in ea postmodum permanere*. Certe Matrimonia debent esse libera non solum voluntaria, quia coacte facta non valent, ex defectu consensus; de qua re vide Sanchez *de Matrim. lib.* .. *disp.* .. ac etiam *de Matrim.* .. *lib.* .. *cap.* .. & alios.

263 In dispensationibus, quæ absque copula conceduntur, ponitur illa clausula, *prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando*: cum vero cum copula, *prolem susceptam, & exinde suscipiendam legitimam decernendo*. Hæc clausula cum apponitur primo casu, quamvis non apponeretur, proles nascitura legitima foret in utroque foro, ut Sanch. *lib.* 8. *disp.* 35. *n.* 23. Corrad. *lib.* 7. *c.* 7. *nu.* 73. Cum vero ponitur in Litteris in forma pauperum, cum copula *expeditis*, tunc hæc clausula diversum habet affectum; nam tunc principaliter Executor, non tam ad dispensandum est datus, quam etiam ad legitimandum prolem jam natam ex copula incestuosa, tunc enim ad duo æque principaliter censetur datus, ad dispensandum, & legitimandum, ita ut si morte præveniente unus ex futuris conjugibus vita sit functus, & dispensandi potestas reddatur caduca, & elusoria; attamen non redditur vacua potestas legitimandi prolem jam natam, ita ut Litteræ executioni demandari possint, quoad partem legitimandi prolem etiam in præjudicium eorum, qui alioquin venirent ab intestato, secundum sententiam Rotæ *par.* 1. *divers. dec.* 207. & apud Seraph. *dec.* 112 *per totam*, & fuit opinio Anchar. *cons.* 409. quam etiam exornat Corrad. *lib.* 8. *prax. disp. c.* 2. *a n.* 27. *cum sequentibus*.

Oportet enim, ut decreto tunc legitimetur, seu decernatur legitima proles jam suscepta, si forte suscepta foret, nec legitima decernitur ex sola dispensatione super impedimento matrimonii, Sanchez *lib.* 8. *c.* 2 *n.* 36. ex quo etiam sequitur, quod si Executor omiserit in Decreto dispensationis decernere legitimam prolem jam susceptam, poterit quandocunque sibi placuerit durante ejus Officio dictam prolem legitimam nunciare, quia non fuit plene functus Officio suo, Sanchez *dict. disp.* 7. *num.* 17. *loco cit. num.* 37. qui docent, quod si hic Executor, vel vita, vel Officio functus sit, id exequi poterit successor in ejus locum. Quando tamen apponitur hæc clausula in dispensatione super matrimonio ignoranter contracto, *factis proclamationibus in Ecclesia Parochiali*, nihil operatur, nam filii nati sunt legitimi, Corradus *lib* 8. *c.* 4. *n.* 64.

264 Item apponitur in dispensationibus illa clausula, *si tibi expediens videbitur, nec scandalum sit ex ea oriturum*; remittit enim se judicio prudentis Executoris videre, & perscrutari si dispensatio sit concedenda, nec ne; nam licet multoties scandalum oriatur nisi concedatur dispensatio, ita vice versa aliquando scandalum sequitur si concedatur, quod q. cum non certo innotescat Summo Pontifici Executoris prudentiæ remittitur; latius Corrad. *libr.* 8. *c.* 6. *a nu.* 60. *cum seqq.*

265 Quandoque enim impedimentum, quod existit inter futuros conjuges est duplicatum; & tunc si provenit ex eodem stipite ponitur illa clausula, *a communi stipite provenientibus*; nam si ex diverso stipite impedimentum aliud contingeret certe explicandum est, alias esset irrita dispensatio; nam exprimendum est, qui gradus proveniat ex uno, & qui ex alio. Cum sunt ex uno stipite concipitur clausula *quia* 3. *aut* 4. *consanguinitatis gradu, a communi stipite sunt conjuncti*; si autem ex diverso, efformatur cla-

sula *quia 3. ex uno, & 4. altero*; cujus ratio est, nam quando a communi stipite provenit impedimentum tertii, & quarti gradus, v. g. tunc tantum dispensatur in remotiori gradu, ut mox dicendum est: at cum impedimentum diversi gradus provenit ex diverso stipite, tunc super utroque principaliter dispensandum est, optime Corrad. *lib.7.c.3.n.70.* nam dispensatio super uno gradu nunquam extenditur ad duplicatum, Sanchez *lib.8.disp.24.n.9.* Tondut. *de pens.c.43.n.5.* licet potestas dispensandi extendatur, idem Tondut. *loco citat. & c.92.n.13.tom.1.quæst.9.Benef.*

266 Cum enim impedimentum duplex provenit ex eodem stipite: tunc dispensatur super remotiori gradu; & postea in illa parte Litterarum quæ Executoria dicitur, apponitur illa alia clausula, *distantiam vero tertii gradus præfatis non obstare declares*. Pro cujus rei meliori intelligentia in memoriam reducendum est, quod quando consanguinei distant in gradu inæquali, tantum dicuntur distare inter se quantum remotior a communi stipite; ideo dispensatio directe datur super remotiori, declaratio vero super propinquiori gradu, juxta Constitutionem Pii V. quæ incipit *Sanctissimus*, quam ad verbum affert Corrad. *lib.7.c.7 num.58.* dummodo tamen propinquior non attingat primum gradum, ut in eadem Constitutione expresse cavetur: hanc tamen rem late exornat Corradus *d. lib. 7.c. 7.a n.59.cum seqq.*

267 Notandum est in hac re pro Executoribus Litterarum Apostolicarum scitu necessaria, & inprimis si sit expressum unum impedimentum publicum, quod existit inter Oratores v. gr. tertii gradus, verum cum illo adsit aliud occultum impedimentum, nempe primi, vel secundi gradus affinitatis ob copulam fornicariam cum consanguinea talis gradus futuræ conjugis; tunc enim quia nemo tenetur prodere seipsum, cum factum est occultum, petitur dispensatio super publico impedimento, & super ipso expediuntur Litteræ Apostolicæ per Datariam, & Cancellariam; pro impedimento autem occulto recurritur ad Sacram Pœnitentiariam, a qua impetrantur Litteræ pro foro interno, tamen directæ Magistro in Theologia, vel Canonum Doctori, cui committitur, quod cum Oratoribus dispenset postquam super primo fuerit dispensatum, Sanchez *lib.8. disp.33.n.7.* Corrad. *lib.7.c.6. n. 29.* & ambo docent, quod tunc Confessarius poterit dispensare in occulto, antequam pro publico sint executæ Litteræ in foro externo.

268 Apponitur etiam clausula, *non obstantibus*, per quam non suppleitur alius defectus, aut impedimentum præter expressum, quia hæc clausula non inducit dispensationem, ut in *c. non potest de preb. in 6.* Corrad. *d. lib.7.n.1.* de hac autem clausula late egimus supra.

Non enim me latet, quod in omnibus dispensationum Litteris ponitur illa clausula, *si preces veritate niti repereris, super quo tuam conscientiam oneramus*: de qua clausula etiam egimus; attamen an per hanc teneatur Delegatus seu Executor procedere formato processu, an vero satis erit si extra judicialiter, & oretenus procedat, dicendum est suo loco cum de Executore Litterarum in specie dicendum erit.

269 Cum enim dispensatio obtinetur absque causa, tunc ponitur in Litteris illa clausula, *ex certis, & rationabilibus causis eorum animum moventibus*: quæ clausula operatur, ut nullam causam teneantur exprimere, & consequenter nec verificare: sed tota res residet in animo Oratorum, qui adstringi non possunt ad aliquas causas exprimendas.

Clausulæ autem, quæ apponi solent in Litteris, quæ conceduntur pro alienatione rerum Ecclesiasticarum sunt multæ, secundum naturam alienationis, quæ petitur fieri; non tamen omnis alienatio conceditur a Sede Apostolica: sed quæ frequentissime concedi solet est concessio in emphyteutim ad meliorandum, & locatio ad longum tempus, nempe ad viginti novem annos cum pacto de renovando in quolibet vigesimo nono anno. Venditio autem, per quam omne dominium abdicatur ab Ecclesia, & transfertur in emptorem, non sic facile conceditur, ut docet notoria praxis, & stylus Curiæ inveteratus. Litteræ hæ super gratia *in evidentem*, expediri solent per Breve, vel per Datariam cum Bullis secundum subjectam materiam, observat Amayden *lib.1.de stylo Datariæ c.15.§.10.n.24.*

270 In concessionibus autem in emphyteusim clausulæ variæ apponuntur; & in primis solet apponi illa clausula, *ad tertiam ipsius generationem*: pro cujus clariori dilucidatione supponendum est, quod celebris fuit inter nostros quæstio tam in materia feudali, quam emphyteutica, an facta concessione ad tertiam generationem prima generatio incipiat ab ipso, cui facta fuit investitura, seu concessio? an vero ab ejus filiis? in qua inveni Doctores nostros in diversas opiniones divisos; alii enim dixerunt, quod in hujusmodi concessione numeranda sit ipsius persona, cui concessio, seu investitura fuit facta. Ita docent plerique, præsertim Specul. *tit. de emphyteusi*, *§. nunc quæ alia*, *n. 150.* Paul. *cons.338.vol.2.* Corneus *cons.232.vol.4.* Bald. *in l.2.C. de jure emphyteut.* Menoch. *cons.883.* Macerat. *var. resol. lib. 1. resol.112.casu 64.* Mastha *de clausulis par.2.claus.77.n.5.* Rodover. adde Marinis r.98. pro qua sententia facit textus, & forsan expressus *in auth. de non alienandis, aut permutandis, §. dudum*.

Alii vero contrariam sententiam tenuerunt, nempe personam, cui facta est concessio, non comprehendi, sed incipere primam generationem a filiis ejus, cui facta fuit concessio. Ita Rovitus *cons 166. vol. 1.* Gabriel. *in comm. concl. in tit. de jur. emphyt. concl.4.* Grat *c.89.n.28.* de Georgio *alleg.10.n.18.* Rosent. *de feud. c 7. concl.13.n.6. & in scholiis lit. H.* Mantic. *de tacitis lib.22.tit.25.a n.25.cum seqq.* 271

Alii vero usi sunt ea distinctione, inspiciendum esse quomodo concepta fuerit concessio; nam si ad tertiam generationem simpliciter, tunc personam, cui facta est concessio comprehendi; sin vero in concessione fuerit apposita illa particula, *ipsius*, ut dictum fuerit, *ad ipsius generationem*, tunc non comprehendi personam primam, cui facta fuerit concessio. Hanc distinctionem pluries adhibuit Sacra Rota Romana, præsertim *par.1.recent.dec.* 315. & apud Ludovis. *decis. 522. & in Assisen. emphyteusis* coram Merlino 27. *Junii* 1629. quam refert Amayden *lib.1.c.15.§. 13. quæst.19 sub n.* 30. & est penes Rub. 314. *tom.* 1. in qua decisione allegantur multi Doctores, præsertim Alexander, Cephalus, Bellin. Gabriel, Menoch. *in pluribus locis*, Simon de Præis, Rota apud Seraphin. *decis.* 1362. hac etiam distinctione utuntur Barbos. *de jure Ecclesiastico lib. 3. c.30.n.24.* Ciarl. r. 105. *& c. 183 n 96. & 97. lib.* 2. Corrad. *in prax. disp. lib 9.c.4.n.26.* P. Bossius *tom. 3. tit. 18. n.* 303. Qui tenent primam sententiam affirmativam, limitant, nisi fuerit dictum *ad ipsius generationem*, præsertim Rodover. & alii. 272

Cujus rei disparitatis ratio assignatur in dicta *decis. Assisen.* quia quando simpliciter dicitur *ad tertiam generationem*, dominus directus considerat generationes in abstracto, & absolute, non autem respective, & tanquam generationes alicujus certæ personæ, & ideo tot personas, & gradus constituit in concessione quot sunt personæ, & sic in tertia persona terminatur concessio, veluti in tertia generatione; quoties vero apponit dictionem *ejus*, vel *ipsius*, tunc in concreto, & respective considerantur generationes tanquam provenientes a primo receptore: bene intrat distinctio inter generantem, & ipsam generationem, & hoc casu debent dari tres successive successores provenientes a receptore, & ab eo distincti, & consequenter ad eam constituendam comprehenduntur pronepotes. 273

Alii vero hanc distinctionem non receperunt, seu illam esse admittendam; sed simpliciter tenendum esse primam personam non esse numerandam in concessione, sed ab ejus filiis incipere primam generationem, ita ut in tali concessione, seu investitura comprehendantur etiam pronepotes; & pro hac sententia adest Rotæ *decisio in Assisen. emphyteusis* coram Gypsio 13. *Novembris* 1598. quam ad verbum affert Amayden *loco citat. sub n.29. vers. prior*, *& in Romana domorum* 25. *Maii* 1616. coram Ubaldo; quam sententiam, & opinionem secutos fuisse præstantissimos Sac. Rotæ Auditores Manzanedum, & Cavalerium *in causa Senogallien. Castrorum inter Serenissimum Urbi Ducem, & D. Marchionem de Rovere*, dicit Olivat. ad Ludovis. *dicta decis.* 522. quæ dicit, quod ab hac opinione, uti magis vera, & magis communis, & a Rota toties approbata, non esset in judicando recedendum; & hanc etiam tenent absque ista distinctione Mantic. *d. lib 22. tit.* 25. Julius Clarus *lib.4 sent. d. emphyteusis quæst.*34. Ricc. *collect.* 3134. *& in praxi aurea res.* 112. Merolla *tom. 3. disp.6. cap. 8. dub. 14. num. 74.* & etiam adest decisio Rotæ apud Farinac. 218. *n 4. & dub.* 220. *in novissimis*, Gozadin. *cons. 25. num. 17. & alii*. Pro qua opinione affertur illa solida ratio, quia primus acquirens est causa, & origo generationis, nec potest in generatione connumerari; nam nemo seipsum generat, & primus acquirens jam est generatus: & ideo etiamsi illa particula *ipsius*, non fuerit apposita, censetur apposita necessario; a fortiori enim procedit, cum fuerit apposita. 274

Amayden vero *lib.1.d.c. 15.§.13. quæst 19.* postquam retulit decisionem in dicta *Assisen. Emphyteusis* coram Merlino, 275

lino, quam supra allegavimus, subjungit. Verum pronomen *ejus* non videtur causare differentiam, ut hoc casu primus acquirens non sit generans, & generatus potius, quam si dictum fuisset simpliciter ad tertiam generationem absque pronomine *ejus* necessario debet referri ad acquirentem; unde si illud absit, sive adsit parum refert, quia expressum non potest referri nisi recipientem; nam expressum debet intelligi, quia cum dicitur *ad tertiam generationem Antonii, ut recipientis*, clarum est hoc intelligi debere de generatione Antonii, non autem Petri, vel Pauli, vel alterius, qui est extra contractum. Hanc objectionem facit sibi Mantica *de tacitis lib. 22. tit. 25. nu. 17.* eamque non solvit, sed tanti facit, quod cum Claro *in §. Emphyteusis cap. 34.* existimet veriorem, & forrassis magis communem opinionem, quæ affirmat, quod inter generationes expressas in concessione emphyteusis nunquam computatur persona recipientis quocunque modo concipiatur: cui sententiæ ego subscribo, & quod pronomen *ejus* in nihilo concessionem diversificet. Similiter non admitto rationem decisionis, quod quando dicitur simpliciter *ad tertiam generationem*, tunc dominum directum considerare generationes in abstracto, non autem tanquam generationes alicujus certæ personæ; quia ratio diversitatis hujusmodi nullo jure sive authoritate probatur, imo in rei veritate non videtur subsistere; nam cum dicitur *ad generationem tertiam Antonii* implicat, quod concedens consideret generationem in abstracto, cum illa terminetur in Antonio.

Longe magis videtur subsistere, sequitur Amayden, altera decisionis ratio, quia dicitur concedentem voluisse se conformare cum dispositione §. *Emphyteusim de non alien. & permut.* in qua dicitur, quod regulariter concessio emphyteutica Ecclesiæ non se extendit ultra nepotes; ex quo arguo, quod licet verum sit indistincte generantem differre a generato, eumque esse extra generationem, & illius principium, quemadmodum unitas non est numerus, sed principium numeri, habito enim respectu ad consuetudinem Ecclesiæ, quæ est, ut emphyteusis detur acquirentis filio, & nepoti, nec ultra extendatur, juxta *d. §. Emphyteusim*, concessio facta ad tertiam generationem pronepotem non comprehendat, non ideo, quod concedens consideret generationes in abstracto, sed quod dictio *ad* sive *in* stet exclusive, ut supra dixi attenta dispositione dicti §. *Emphyteusim*.

Huic interpretationi non obstant §. *licentia auth. de alien. emphyteut.* in qua permittitur Ecclesiæ concessio emphyteutica in perpetuum, & sic videtur corruere assistentia illa juris communis sumpta ex §. *Emphyteusim*; nam omissa prolixa responsione decisionis, quæ cum Angelo, & Menochio admittit dispositionem dicti §. *Emphyteusim*, fuisse correctam per dictum §. *Licentia*, breviter responponderi potest, quod duo jura prædicta non habent ad se invicem tanquam corrigens, & correctum, sed singula disponunt in suis casibus, §. *Licentia*, tribuat licentiam concedendi in emphyteusim, disponat in casu, quo concessio perpetua non est, & hoc casu regulariter non extendi ultra nepotes.

Sit igitur conclusio, quam concludit Amayden: Concessio emphyteutica facta per Ecclesiam ad tertiam generationem non extenditur ad pronepotes, & quod attenta dispositione juris communis præpositio *ad* stet exclusive; dixi, facta per Ecclesiam; nam emphyteusis concessa a privato, quæ non habet hanc juris assistentiam, ex qua resultet, quod præpositio *ad* stet exclusive, extendet se ad pronepotes, juxta doctrinam Rosenthal. & Mantic. *in decis. alleg.* quia generatio non incipit a persona recipientis, juxta *authen. de rest. fidei*, & ponderat Peregrin. *de fideicom. art. 30. n. 12.* hæc omnia Amayden.

Hæc sunt quæ vidi in hac materia: nec me latet decis. Rotæ apud Verall. *decis. 18. par. 2.* in qua dicitur, quod etsi concessio fuerit facta ad tertiam ipsius generationem, adhuc comprehendi ipsum acquirentem; sicuti nec me latet Emphyteusim de bonis Ecclesiasticis, tam jure communi, quam jure consuetudinis posse concedi ad tertiam, & ulteriorem generationem, defendit Alexander *cons. 100. num 9.* tractat etiam hanc quæstionem Amicus *de jure Emphyteut. quæst. 38.* quam vide. Post scripta, vidi Joannem Baptistam de Luca Venusinum eximium, & primarium Advocatum in Romana Curia in suo *Theatro veritatis lib. 4 par. 2. de emphyteusi discur. 15.* in quo disputat, an sub tribus generationibus computanda sit prima, seu activa ipsius acquirentis; & dicit, quod licet fuerit variatum per nostros Doctores, ut in *decis. 420. & 454.* apud Merlin. *& 355. par. 11. recent.* & per Addentes *ad dec. 199. n. 113. par. 8. recent.* attamen dicit, quod juxta dictas decisiones recepta sit distinctio, quod aut agitur de simplici concessione facta ad tertiam generationem absque alio adjecto, & tunc recepta est pro regula opinio Bartholi, quod comprehendatur generatio activa, & consequenter concessio non extendatur ultra filios, & nepotes, juxta naturam emphyteusis Ecclesiæ ad §. *Emphyteusim, auth. de non alienan. bonis Ecclesiæ, & in dec. 39. par. 8. recent.* ubi vero adducitur pronomen *ipsius*, seu *ejus*, quia tunc videtur clarum, activam generationem non includi, juxta decisionem 357. *par. 11. recent. & 39. par. 8. etiam recent. & in discurs.* 16 dicit, quod opinio Barth. dicentis, quod comprehendatur prima generatio activa, sit per Rotam canonizata in Emphyteusi Ecclesiastica; secus tamen in Laicali, ut ibi per eum. Quem vide.

276 Igitur ad rem nostram redeundo hæc clausula, *ad tertiam ipsius generationem*, operatur, ut concessione prædicta facta authoritate Papæ ad tertiam ipsius generationem, non incipiat prima generatio ab ipso incipiente, sed a filiis, ita ut extendatur ad pronepotes, nam hic concurrit voluntas expressa Summi Pontificis, cujus potestas non controvertitur; quia, etsi concessio hæc fuerit ultra jus, quod expresse negatur, Summi Pontificis potestas est supra omne jus, habetque liberam, & absolutam bonorum Ecclesiasticorum administrationem, & eo fortius, quod jus Canonicum hoc non prohibet, sed tantum fuit constitutio illa Cæsarea quæ olim vetuit Emphyteusim de bonis Ecclesiasticis non extendi posse ad pronepotes; & ideo concludimus, quod vigore præfatæ clausulæ extenditur ad pronepotes, Corradus *loco cit. d. lib. 9. c. 4. a n. 62. cum seqq.* & in puncto sunt decisiones Rotæ *in Assisien. Emphyteusis de anno 1635.* coram Machiavello. *quæ est 355. par. 11. recent. & in Foro Sempronien. & Eugubien. seu nullius emphyteusis*, coram Coccino, *de anno 1636. quæ est 357. part. 11. recent.*

277 Apponitur etiam clausula illa, *Si nostra, & Sedis Apostolicæ sibi suffragentur licentia, & facultas*: pro cujus clausulæ explicatione, & majori dilucidatione sciendum est, quod quando reservatur assensus Apostolicus, qui alioquin non est necessarius, & tunc videndum est quibus verbis fuerit reservatus: Equidem si cum clausula, *nec alias, nec aliter, nec alio modo*, tunc quia dicta clausula importat conditionem, ut alias diximus, & est decis. Eminentiss.
278 Celsi. 322. *num. 10.* certum est, quod si alias non fuisset assensus necessarius, erit necessarius, & omnino expediri debet, in puncto Rota apud Ludovis. *decis. 192. num. 1.* ubi Oliver. *num. 3. & part. 1. divers. decis. 50.* Roland. *cons. 63. lib. 4.* multas alias cumulat decisiones Ricclus *in praxi in rubr. de alienatione rerum Eccles. resol. 33.* ubi etiam *num. 3. allegat alias Rotæ decisiones*, Corradus *lib. 9. cap. 4. num. 62.* Burat. *decis. 374.* & ibi Ferentil. Bossius *tom. 3. tit. 18. num. 215.* P. Donatus Laynensis *in praxi tom. 1. tract. 14 quæst. 32.*

Cujus contrarium voluit Gabriel *cons. 92. n. 4. lib. 1.* dicens per dictam clausulam, *non alias*, tantum esse reservatum assensum quatenus necessarium.

279 Sed revera cum apposita est dicta clausula, & si non fuerit necessarium, expediendum erit, quia per illam contrahentes sub illa forma, & conditione videntur contraxisse, & speciali pacto cautum; ideo cum in pactum inductum fuit, servandum erit, & decidit Rota *part. 12. recent. dec. 127. num. 13. & decis. 130. eadem part. 12.* quia continet pactum resolutivum, Ludovis. *decis. 192.* & apud Amatum Dunozet. *decis. 490. num. 17.* quod procedit & in feudis, Campanus *de jure relevii, part. 4. quæst. 28.* Hoc vero non procedit, quando post illa verba, & clausula, *nec alias*, apposita est illa alia, *quatenus opus sit*: hæc enim restringit vim anterioris clausulæ; nam cum postea appareat non esse necessarium, utique non erit necessarium, ut ex doctrina Gonzalez *gloss. 12. num. 98.* Corradus *loco cit. num. 69.* Duran. *decis. 250 num. 16.* Rota apud Amatum Dunozett. *decis. 702. num. 12. & par. 5. recent. decis. 367.* Seraph. *decis. 1319. num. 2. vers. quia reservatur*, Burat. *decis. 307. num. 4. vers. quo vero ad beneplacitum*. Sic cum simpliciter fuit reservatum absque illa clausula, *nec alias*, certum est, quod cum non est necessarium, reservatio illa nihil operatur, & in nihilo resolvitur; & tunc ex casu vera est doctrina Gabriel. *loco cit.* ita Oliver. *loco cit.* & docent omnes alii Doctores, quos citavimus: quibus adde Rotæ decisionem apud Puteum *decis. 42. lib. 2.* Seraph. *de-*

cis.

cis. 1027. *num.* 7. Sed post scripta vidi decisionem Rotæ apud Guilielmum Dunozet. *decis.* 299. in qua *num.* 12. dicitur, quod cum reservatum fuerit beneplacitum Apostolicum in alienatione rerum Ecclesiæ a partibus, & partes illud impetrare promiserint, si non interveniat, contractus est nullus: sed certe in illa decisione erat necessarium, quia dicitur, quod duplici ratione contractus fuit nullus, ex defectu solemnitatum, & consensus, sic etiam intelligitur *decisio* 52. *n.* 26. apud eundem Guilielmum Dunozetum, cum tamen assensus semel fuerit denegatus, jam conditio fuit resoluta, nec pars altera poterit instare, ut expectetur alius Papa, qui forsan beneplacitum impartietur, ut solet evenire, ut dixit Rota *decis.* 290. *par.* 3. *divers.* quam sequitur Corrad. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 69. Gonz. *gloss.* 12. *nu.* 99. Bossius *num.* 215.

280 Assensus autem omnino præcedere debet; nam si post contractum sequitur traditio rei alienatæ ante obtentum beneplacitum Apostolicum super alienatione, censuræ nullo pacto evitari poterunt, & si fuerit dictum, *salvo assensu Apostolico*, quia dicta reservatio nihil prodest, cum jam secutus sit effectus, ut optime insignis Canonista sua tempestate, & vir virtutum omnium plenus Stephanus Quaranta sen. *in sum. bull. rubr. de alien. bonorum Ecclesiæ*, *num.* 9. quem omnes postea sequuntur, & in hac materia habetur quasi pro textu, Marches. *de commis. part.* 1. *rubr. de Signatura Gratiæ*, *cap.* 2. *num.* 5. Corrad. *in praxi disp. lib.* 9. *cap.* 6. *num* 20. Boss. *loco cit. num* 216. Thomas del Bene *de immunitate Ecclesiæ tom.* 2. *c.* 17. *dub.* 1. *a num.* 39. Filiuc. *tract.* 34. *c.* 7. *quæst.* 50. Rota *part.* 10. *rec. decis.* 275. *num.* 19.

281 Et tunc petitur confirmatio contractus cum absolutione a censuris, & rehabilitatione ad Beneficia quoad alienantem, ut ipsemet Corradus *d. cap.* 6. *num.* 30. & 31. & etiam Amayden *lib.* 1. *cap.* 15. §. 10. *num.* 11. quod procedit etiam si fuisset apposita clausula illa, *nec alias*, *nec aliter*, *nec alio modo*; nam hæc clausula nihil omnino operabitur si traditio possessionis sequatur; nam est protestatio contraria facto, quæ tollitur per factum ipsum: nec efficit quin possessio sit vere tradita contrahenti, & quin contractus sit vere perfectus, ob quod censuræ incurrantur, ut optime Gen. *c.* 44. *vel alibi* 61. Gramat. *dec.* 46. Franc. *dec.* 267. de Marinis *tom.* 1. *libr.* 1. *c.* 6. *nu.* 16. & 17. Pater Donatus *in prax. tract.* 14. *q.* 25. *nu.* 5. Bossius *loco cit. nu.* 216. Riccius *in praxi resol.* 53. qui in *res.* 56. *ejusdem praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ* docet, nec evitari pœnas, cum ante assensum impetratum alienans se constituit possidere nomine emptoris per clausulam *constituti*; quia licet per dictam clausulam ficto modo transferatur dominium, attamen vera possessio acquiritur, ut communiter per Doctores, & Riccium sequitur Boss. *loc. cit. sub nu.* 219. Sed post scripta vidi dictam decisionem 275. *p.* 10. *rec. nu.* 20. in quo loco Rota videtur tenere, quod quando beneplacitum fuit reservatum cum clausula, *nec alias*, *aliter*, *vel alio modo*, non incurratur pœna *extravagantis*, si possessio fuerit data, juxta doctrinam Caldas *de emphyteut. libr.* 4. *c.* 6. *nu.* 53. sed præcisa Rotæ auctoritate verior videtur contraria sententia,

282 Celebratio autem contractus nihil officit, si possessio non sit tradita, Corrad. *loc. cit. d. n.* 19. & 20. ubi declarat Marchesanum Boss. *loc. cit. nu.* 218. Thomas del Bene *loc. cit.* quia nullum est translatum dominium, licet tamen assensus hic cum de forma requiratur in alienatione bonorum Ecclesiæ, ut omnes unanimiter docent nostri Doctores, semper debeat præcedere, Quaranta *loco cit. num.* 8. & alii, præsertim Boss. *n.* 205. Riccius *in d. praxi res.* 24. quod tamen Pyrrhus Corrad. *loc. cit. lib.* 9. *nu* 64. intelligendum esse dixit, ne virtute hujusmodi contractus inter partes initi tradatur possessio rei alienatæ, alias parum refert, an præcedat assensus Apostolicus necne; cum sit notum, quod Summus Pontifex, quando sibi narratur fuisse confectum
283 instrumentum alienationis, mandat illud approbari a Commissariis, quatenus cedat in evidentem utilitatem Ecclesiæ, absque eo, quod de novo contractus ineatur, & expresse tenet Corradus contra Quarantam *loco cit* dicentem de novo esse faciendum instrumentum, & ita practicari in Curia Episcopali Neapolitana, & quod beneplacitum Apostolicum in alienatione bonorum Ecclesiæ non sit de substantia, quod antecedat contractum, sed posse subsequi, sæpius dixit Rota, & probatur apud Durand. *decis.* 397. *numer.* 9. ubi mature fuit discussum negotium. Donatus Layonensis *loco citat.* habet enim tunc statum implicitæ validitatis, si beneplacitum superveniat, a quo recipit perfectionis statum; & quidem non ex tunc a die celebrati contractus, juxta decisionem Rotæ 258. *part.* 12. *recent.* non enim est celebrandus de novo contractus, quando petitur confirmatio contractus initi; praxis enim est, ut quando contractus est initus, petitur confirmatio, & si possessio non sit tradita ponitur, illa clausula, *possessione minime tradita*; cum vero possessio fuit tradita, datur confirmatio cum absolutione a censuris, ut dictum est: cum vero Solicitatores Romæ ignorant, an contractus fuerit factus, & an petenda sit potius confirmatio contractus, dicit Corradus *dict. capit.* 5. *numer.* 62. bene esse si apponatur clausula, *seu quatenus jam ad alienationem eandem sub ejusdem Sedis Apostolicæ beneplacito deventum fuerit; illam approbant, & confirmant, omnesque, & singulos tam juris, quam facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem suppleant.* Et quando petitur confirmatio contractus jam initi, apponitur ab Officialibus illa clausula, *ac cum nonnullis pactis, & conditionibus in ipso instrumento contentis, licitis tamen, & honestis, ac sacris canonibus minime repugnantibus*, ut advertit Corradus *d. c.* 5. *in fine*. Sic ex ista praxi cessat illa hæsitatio, an assensus subsequens confirmet contractum antecedentem, quod tractant multi, præsertim Riccius, Boss. & alii.

Tradit autem cautelam Quaranta *loc. cit. num.* 10. quod ad evitandas pœnas *extravagantis*, antequam assensus impetretur, fieri poterit locatio per triennium, & vigore locationis tenere; nam tunc non est translatum dominium, nec possessio: quam cautelam nec improbat practicus Corrad. *d. c.* 5. *sub nu.* 64. Donatus *in praxi tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 25. *num.* 14. 284

Pro certo enim tenendum est, quod cum fuerit celebratus contractus, reservato assensu, tunc contractus est conditionalis, nec ante assensum impetratum acquiritur dominium, nec perfectus dicitur contractus, Seraph. *decis.* 805. *num.* 9. Verall. *decis.* 205. *num.* 3. *part.* 3. Rota *recent. part.* 1. *decis.* 61. & 620. Grat. *cap.* 514. *num.* 7. & 8. Corrad. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 67. Boss. *loco citat. num.* 210. Ricc. *in praxi Archiepiscopali resol.* 70. ita ut talis contractus habeat implicitum statum validitatis, si beneplacitum concedatur, & interim locus erit pœnitentiæ; nam poterit Ecclesia recedere a contractu; ubi late fuit dictum in *d. decis.* apud Durand. 397. *a num.* 10. *cum sequent.* & *decis.* 206. & 731. apud Farinac. & *part.* 2. *rec.* 755. *n.* 2. Gratian. *cap.* 514. Buratt. *decis.* 736. Rota apud Cencium *dec.* 264. & 265. *num.* 29. *post tract. de censibus*, & apud Guilielmum Dunoz. *dec.* 52. *num.* 25. Sperell. *dec.* 155. *nu.* 58. Boss. *loco citat. num.* 211. Corrad. *lib.* 9. *cap.* 6. *a num.* 37. *cum seqq.* 285

Et dicunt etiam, quod tantum Ecclesia potest recedere a contractu, & pœnitere, non autem altera pars; nam si Ecclesia velit stare, tenetur, quia ista solemnitas est introducta favore Ecclesiæ. Ita Corrad. *dict. cap.* 6. *num.* 40. Boss. *loco cit. num.* 211. & alii quamplurimi, & novissime Fagnan. *in cap. nulli*, *de rebus Ecclesiæ alienandis*, *vel non*, *numer.* 46. & fuit opinio multorum Doctorum, & quasi communis, quod cum contractus alienationis bonorum Ecclesiæ est nullus respectu formæ, seu solemnitatis, Ecclesia sola possit dicere de nullitate, non autem altera pars, Menoch. *de arbitr. casu* 372. *in addit. num.* 62. Quaranta *loco cit. num.* 34. *vers. declara quod ita*, Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alienand. rubr. de utilitate*, *num.* 197. Dom. Franciscus Sarmiente *de reditibus Ecclesiæ*, *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. Antonius Merenda *lib.* 9. *cap.* 34. Surdus *decis.* 70. Riccius *in praxi Archiepiscopali resol.* 7. *sub n.* 4. *vers. verum declara secundo*, ubi allegat multas Rotæ decisiones ante ipsum, Gen. *cap.* 89. *num.* 2. Cavall. *com. contra comm. quæst.* 675. Gonzalez *gloss.* 56. *num* 95. ubi multos citat, Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 75. quod videtur pluries dixisse Rotam præsertim apud Duran. *dict. decis.* 367. *nu.* 12. & apud Cencium *de censibus decis.* 264. & 265. & *par.* 2. *divers. decis.* 133. & apud Rub. *tom.* 1. *decis.* 310. & *tom.* 2. 362. & apud Seraph. *decis.* 256. *num.* 2. latissime Sperell. *decis.* 155. *a num.* 18. *cum sequent.* Boss. *tam loc. cit.* & etiam de contractibus, & actibus inter vivos, *numer.* 163. Grat. *cap.* 202. *num.* 23. Gaspar. Antonius Thesaur. *quæst.* 6. *for. lib.* 3. *qu.* 37. Mantica *de tacitis*, & *ambiguis lib.* 3. *tit.* 12. *num* 16. de Marinis *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 15. Cencius *de censibus quæst.* 66. *num.* 41. Anna *singul.* 576. Franc. *decis.* 35. *num.* 4. Fontanell. *de pactis*, *tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *a num.* 11. *cum seqq.* Sanfel. *decis.* 308. *num.* 8. Rodover. Laynensis *tract.* 14. *quæst.* 32. *num.* 3. *tom.* 1. & fuit opinio antiqua Canonistarum in *cap. si quis Presbyterorum*, 286

rerum, ubi Imola *num.* 29. *de rebus Eccl. non alien.* Inn. Butr. & Abb. *in cap.* 1. *de his quæ fiunt a Prælatis sine consensu*, & novissime Gibalinus *tom.* 2. *de Univers. negatione lib.* 4. *c.* 8. *art.* 2. *sub n.* 6.

287 Ita quoque videtur expresse tenere Alexand. Trentacinq. *vol.* 1. *lib.* 2. *sub tit. de minoribus resol.* 8. *num.* 2. qui dicit, hanc quæstionem pendere ab illa, an contractus factus absque solemnitatibus, in utilitatem tamen Ecclesiæ, vel minoris, teneat; & postquam duplicem pugnantem opinionem adduxit, dicit esse distinguendum, quod aut a principio constat de evidenti utilitate, & sumus in claris, & tunc contractus tenet si velit Ecclesiæ illi stare; aut vero a principio non constat, & tunc non valet, citat Jas. Rolandum, & alios. Ex hac resolutione dicit Tiraquell. quod quando a principio non constat de evidenti utilitate, si pars opponat de utilitate contractus, tunc non tenet, si cut a principio non constat, & Ecclesia convenitur; si vero ab initio constat de evidenti utilitate, & Ecclesia velit, quod contractus observetur, contractus erit observandus, si simul ante, sive post oppositionem factam per partem, eandem opinionem sequitur Conciliarius Hodierna in additionibus ad Surdum *decis.* 70. *num.* 6. qui docet, quod si a principio non constare evidenter de evidenti utilitate, si res non esset integra, quia a parte fuerit appositum de nullitate, & tunc non poterit minor, vel Ecclesia cogere ad observantiam contractus, & citat Thes. *decis.* 7 si vero a principio constat de evidenti utilitate, poterit si velit cogere adversarium ad observantiam contractus: & hanc etiam sententiam tenere videntur Mastril. *dec.* 13. *prima par.* sed Castillus *lib.* 8. *controvers. de aliment. cap.* 63. impugnat totaliter doctrinam Trentacinq. nam *num.* 15. dicit, quod sive a principio constet de evidenti utilitate, sive non, alienatio non valet, quia jura hujusmodi alienationem annullant sine solemnitate; nam requirunt causam, & solemnitatem, ita ut utilitas non sufficiat absque solemnitate. Insuper indistincte tenet, quod semper Ecclesia poterit resilire a contractu, & si velit poterit approbare contractum nulliter gestum absque solemnitate, & cogere partem ad observantiam; & post longum discursum sic loquitur: Vere tamen id in individuo, & consulendo observandum est indistincte sive re integra, sive non, quod & communi sententia traditum est, quod scilicet minor, & Ecclesia indistincte compellere contrahentem ad contractus observantiam valeant, licet ipsi ad id non teneantur: & quod actus non dicatur claudicare etiam si de nullitate re integra appositum fuerit, si Ecclesia, vel minor, in cujus favorem fuit introducta nullitas, voluerit contractum valere, firmumque remanere.

Hæc Castillus, qui id confirmat in *cap.* 46. ubi docet, quod Prælatus, & Ecclesia alienationem approbare, vel ratificare poterit, ut ei fletur, vel impugnare: sed non poterit contravenire qui cum Ecclesia contraxit, si Ecclesia volente, & non contradicente sustineatur contractum sine debita solemnitate, & claudicat contractus, etiamsi adversarius repugnaverit. Ita Castillus *d. cap.* 64. *num.* 6.

288 Quod temperat Quaranta *loco cit.* dum post initium contractum Ecclesia illi stare volens parata, & solicita sit adhibere necessarias solemnitates, vereque, & cum effectu eas adhibere faciat, seu Papæ assensum super contractus validitate obtineat, nec aliter contrahens sit in suspenso, juxta decisionem Vincent. de Franc. 35. Fontan. *loco cit.* Rodov. de Marin. *num.* 43. Donat Layn. *d. tract.* 14. *quæst.* 32. *num.* 4. & Garz. *loco cit.* dicit, quod contrahens potest agere, & compellere Ecclesiam, quod solemniter declaret, an velit stare contractui, & si velit stare, teneri adhibere solemnitates, quas si non adhibeat, tunc qui cum Ecclesia contraxit non tenetur stare contractui, & ita docent etiam Surdus *de alimentis tit.* 8. *privil.* 56. Fontanell. *d. con.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 13. *de pactis nuptialibus*, Castillus *d. c.* 54. *num.* 7. quod etiam tenere videtur Sperell. *d. decis.* 155. *num.* 35. & Ricc. *loc. cit. res.* 9. ubi tenet, quod hoc procedit post consummatum contractum, seu antequam contractus executioni sit demandatus, vel si Ecclesia vellet, quod contractus pro parte valeret, & pro parte non, Ricc. *dict. res.* 7. Bos. *de alienat. bonorum Eccles. num.* 99. Sperell. *dec.* 155. *num.* 27. qui mordicus tenet, quod in potestate Ecclesiæ sit resilire, pœnitere, vel approbare contractum etiam postquam altera pars dixerit de nullitate. Vide ipsum *a n.* 40.

289 Enim vero ut verum absque simulatione loquar plurimum deferendum esse censeo Ecclesiæ, illique maxime favendum: Attamen considerandum est, quod beneplacitum Apostolicum in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum cum est necessarium, requiritur de forma, & solemnitate, licet extrinseca; ac propterea semper contractus est nullus ob ejus defectum: & omnes, credo, quod hoc admittant. Cum ergo contractus est nullus, utrique parti licitum est a contractu resilire, ut æquitas servetur inter contrahentes, ad textum in *l. quæro*, §. *inter locatorem*, *ff. locati*, & *cond.* & Ecclesia cum contrahit est quidem privilegiata: attamen non in eis, quæ pertinent ad æqualitatem contractus, ut æqualitas inter contrahentes, & justitia commutativa servetur; si enim ipsa potest resilire, & pœnitere cum contractus est nullus ob defectum beneplaciti, quare non poterit alter contrahens, cum contractus simpliciter est nullus? nihil enim refert, quod hæc forma sit introducta favore Ecclesiæ; nam attendendum est, an forma sit servata, & an contractus sit validus, necne, ut de ejus nullitate dici possit: & si nullus est, quare solum Ecclesia dicere poterit de nullitate, & non alter contrahens? æqualitas enim sic non servaretur. Neque dicas, quod favore Ecclesiæ sit hoc introductum, & Ecclesia est privilegiata; nam concedo totum, & nego consequentiam; quia contractus est nullus simpliciter, & cum sit nullus, utraque pars potest resilire, & Ecclesiæ privilegium in aliis, quam in æqualitate inter contrahentes servanda, consistere non debet. Nec eadem est ratio de minore, quia factus major potest contractum ratificare, quod nunquam facere poterit Ecclesia absque assensu Apostolico, quia solemnitas hæc pro forma est introducta, ut discurrit Francus *decis.* 35. Hujus opinionis essem discurrendo secundum 290
tramites Juris, jusque naturale sectando, & hujus opinionis fuerunt Capella Tolos. *dec.* 97. & ni fallor hujus opinionis fuit Illustriss. q. Carolus Maranta *tom.* 3. *respon.* 7. Regens Capycius Latro *dec.* 19. *n.* 6. & eam expresse videtur tenere Rodoan. *in d. rub. de utilitate Ecclesiæ n.* 198. ubi afferens doctrinam Francisci de Petris dicit: Sed est secus hodie, inquit, per Constitutionem Extravagantis *Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienan.* quia licet alienatio sit utilis, & alias licita: tamen non potest contractus claudicare, quia per dictam Extravagantem prohibetur alienatio cum clausula, *inconsulto Romano Pontifice*: quia hujusmodi clausula videtur importare, quod hodie contractus alienationis rerum Ecclesiæ nullo modo valere possit, Romano Pontifice inconsulto.

Illud vero Ecclesiæ facile indulgendum est, quod possit 291
moram purgare, ut si esset transactum tempus, intra quod expediendum beneplacitum Apostolicum, vel cum nullum esset præfixum, & pars opponeret de nullitate, & vellet resilire a contractu; nam tunc Ecclesia si vellet adhibere solemnitates pro confirmatione contractus esset audienda, & statuendus erit terminus ad impetrandum, ut admittunt etiam Doctores contrariæ sententiæ; tunc enim altera pars non potest resilire a contractu, quando Ecclesia vult adhibere solemnitates, quæ requiruntur pro contractus validitate: alias si nollet Prælatus has adhibere, cum tum fuerit denegatus assensus, altera pars poterit licite recedere, aliar contrahens cum Ecclesia foret semper in suspenso, quod justitiæ, & æquitati contrariatur. Ita præter citatos supra, Castillus *d. cap.* 64. Post scripta vidi decisiones Sacræ Rotæ 218. *a num.* 12. *part.* 7. & 384. *num.* 15. & 16. *par.* 13. *in recentior.* in quibus decisionibus dicitur, quod cum Ecclesia suscepit onus expedire, seu impetrare beneplacitum, quod fuit reservatum ad cautelam cum non erat necessarium, sed cum clausula, *& non alias*, tunc antequam illud obtinuerit, vel fecerit diligentias, non potest recedere; si vero beneplacitum erat necessarium de jure, tunc ex speciali Ecclesiæ privilegio posse recedere ante impetrationem.

Assensus autem, seu beneplacitum Apostolicum tunc 292
dicitur expeditum, ut locus amplius non sit pœnitentiæ, & licita recessio a contractu, quando jam registrata fuerit supplicatio, vel minuta, si per Breve conceditur gratia; nam antequam registretur, nihil certum, & considerabile partibus est acquisitum, sed jus omnino resolubile; cum sit in potestate nedum Papæ, sed etiam D. Datarii Supplicationes antequam fuerint registratæ lacerare, si gratia per Datariam concedatur, ut jam diximus Rota *in Assens. Coadjutoria* coram Eminentiss. Celso 21. *Junii* 1652. penes Tond. *de pens. dec.* 6. & est peoes ipsum 155. in puncto observavit Corradus *d. cap.* 6. *num.* 37. *vers. In facti contingentia*, quam sequitur Bos. *loco cit. sub dicto n.* 211. Sperell. autem *decis....num.* 28. docet sufficere solum signa- 293
turam

tutam Supplicationis, ut non possit recidi a contractu, quia solo verbo perficitur gratia, & ea magis Ecclesiæ non erit licita pœnitentia post impetrationem assensus, licet needum executioni sit demandatus per Executores, & confirmatus fuerit contractus, Rota *par.* 1. *diver. decis.* 102. Afflict. *dec.* 253. & Rota apud Farinac. *d. dec.* 206. *& decis.* 731. Mant. *dec.* 41. *num.* 4. Burat. *dec.* 13 *num.* 6. Genuensis *in prax. cap* 89 *num.* 3. Grat. *cap.* 314. *num.* 9. Marell. *variarum lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Corrad. *d. cap.* 6. *sub num.*
294 40. *vers. eoque*, Boss. *loc. cit. num.* 213. habet & tunc statum implicitum validitatis dependens a futuro eventu, si de evidenti utilitate constiterit; antequam enim de hac re legitime constabit, si, vel ne, non poterit Ecclesia, nec minus emptor resilire; cum enim jam constiterit non adesse evidentem utilitatem, contractus quidem rescinditur ex hoc capite, quia scilicet defecit auctoritas Papæ, cujus intentio fuit conditionata; si de utilitate constiterit, & non alias, stabit tunc gratia in suspenso quousque de utilitate evidenti constiterit: quæ suspensio non operatur, nec tribuit facultatem resiliendi, & recedendi a contractu jam inito, & jam in suo esse perfecto: cum tamen sit contractus salvo assensu, & beneplacito absque temporis præfixione, & partes juraverunt, uti solent, tunc revocari non poterit contractus, non requisito prius Summo Pontifice, an velit præstare assensum. Ita Genuen. *d. cap.* 89. *n.* 4. quem postea alii sequuntur,

295 Quandoque in contractibus apponi solet, & præfigi tempus, intra quod beneplacitum peti debet; & tunc si lapsum fuerit tempus stabilitum solet hoc narrari in supplicatione Sanctissimo porrigenda; & narrativa concipitur, Sub S.V. & Sedis Apostolicæ beneplacito infra certum tunc expressum, ac etiam elapsum tempus impetrando; & in Litteris apponitur clausula, *non obstante lapsu temporis hujusmodi*, *attento partium consensu*, quod servari in Curia ad tollendum omnem hæsitationem dicit Corrad. *d. lib.* 9. *cap* 6. *num.* 21. *&* 22. nam cum tempus fuerit determinatum, & elapsum, Partes possunt recedere, juxta decis. Rotæ 127. *n.* 12. *par.* 12. *recens.* nec dicitur purgatio moræ, juxta alia decis. Rotæ 37. *n.* 31. quando scilicet continet pactum resolutivum, resolvendo contractum per clausulam, *nec alias*, *nec aliter*, & item *decis.* 252. *num.* 5. *&* 6. Licet secus dicendum erit, quando non adesset tale pa-
296 ctum. Cum autem quis promiserit beneplacitum expedire intra certum tempus, non poterit ipse dicere de nullitate contractus; nam allegaret propriam turpitudinem, secundum Rotam *dec.* 26 *n.* 30 *par.* 10. *recent.*

297 Pro complemento tamen notes, quod licet olim gravis fuerit quæstio inter Nostros, an assensus, seu beneplacitum Apostolicum super alienationibus rerum Ecclesiasticarum præsumatur expeditus per temporis diuturnitatem, & Nostri varie locuti sunt, & varios casus distinxerunt: attamen hodie cessat omnis quæstio, & hæsitatio; nam post Bullam sanctæ memoriæ Urbani VIII. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, nunquam præsumitur assensus, nisi vere exhibeatur, ut animadvertunt plures Scriptores post Urbanum, & præsertim Corradus *dict. lib.* 9. *cap.* 1. *sub numer.* 17 *vers. at vero*, Fagnan. *in cap. consuetudines de consuet. num.* 47. Rota part. 10 *recent. decis.* 219. *num.* 5. *& num* 319. *num.* 38. *&* 340. *num.* 27 *part.* 11. *recent.* De Luca *in Theatro veritatis lib.* 4. *part.* 2. *de emph. disc.* 53. *num.* 9. *&* 60. *num* 8. maxime ubi deficit causa, ut in *d. decis.* 340. *num.* 28 *part.* 11. *recent.* Quod
298 tamen fallit, quando contractus esset factus inter Ecclesias; nam dicta Bulla non loquitur de contractu facto inter Ecclesiam, & Ecclesiam, prout declaravit Sacra Rota apud Amatum Dunozett. *dec.* 713. *num.* 10. quod contrarium videtur tenere Nicolius *tom* 2. *lib.* 2. *tit.* 30. *in fine*; ubi sic loquitur: Idem notandum, quod Fagnan. *in cap. consuetudines de consuet. num.* 59. *& seq.* tenet, hanc præsumptionem beneplaciti Apostolici, licet junctam cum fama privilegii, hodie esse sublatam per *const.* 47. *alias* 157. sanctæ memoriæ Urbani VIII. editam 5. Junii 1541. quæ incipit, *Romanus Pontifex*; ibi: Et cum prætensa illarum executione, & observantia quantumlibet longissima de aliis inde quomodolibet secutis quibusque, secus in alienationibus, & aliis non præjudicialibus. Sed verius contrarium, nisi tamen concurrat centenaria, quam non excludit Papa in dicta Bulla, Corrad. *loco cit.* & Rota apud Eminentissimum Celsum *dec.* 328. *num.* 9. De Luca *d. discursu* 60. *nu.* 8. Rota *par.* 12. *recent. decis.* 698. *n.* 4. *&* 268. *num.* 22.

299 In quibus autem casibus requiritur assensus Apostolicus, non est meum hic tractare: benignissimus Lector adeat præter Canonistas *in tit. de rebus Eccles. alienan. vel non*, præsertim in *cap. nulli*, ubi tractatur hæc materia, & ibi novissime Fagnan. doctissimum, Quaranta *in summa Bull. in verbo alienatio*, Novar. *ead. summa eodem verbo*, Riccium *in praxi Curiæ Archiepiscopalis in eadem rub. per plures resolutiones*, Rodoan. qui integrum tractatum edidit, ac Alphonsum Villagut. *de rebus Ecclesiæ non alienan.* Bonac. *in primo tomo in hoc tract. de rebus Ecclesiæ non alienan.* Filliucium *tract.* 41. Bossium, qui in *tom.* 3. *per totum titulum* 18. abunde disserit, Thomam del Bene *in tract. de immunit. Eccles. tom.* 2. *tract.* 17. *&* 18. Geball. *in tract. de human. negotiatione tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. Ciarlin. *contr. forens. cap.* 105. *& alibi*, Marcellum Vulpe *in prax. cap.* Genuensem *in prax. cap.* 44. & alibi, Corradum *in lib.* 9. per plura capita, Donatum *in prax. regul. part.* 1. *tract.* 14. Amaydeo *lib.* 1. *de stylo Dataria*, *cap.* 15. §. 13 Barbosam *in multis locis*, *præsertim de jure Ecclesiastico tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. de Marinis *d. cap.* 6. ubi Rodover. & quamplures Doctores. Generaliter autem loquendo requiritur in omni specie alienationis, per quam transfertur directum, vel utile dominium cujuscunque rei stabilis, vel mobilis pretiosæ, gregis, armenti, jurium, cessionis, transactionis, concordiæ, renunciationis, & similium, quæ sint magni momenti, ut excedat summam valoris quadraginta ducatorum parum plus vel minus, secundum consuetudinem locorum. Et quamvis multi ex Nostris, & citatis Doctoribus tenuerint, quod in renunciatione, seu repudiatione hæreditatis non requiritur assensus Apostolicus, quia sumus in quærendis, non in quæsitis: attamen Sacra Rota contrarium tenuit, ut in *Callen. hæreditatis* 2. *Februarii* 1638. coram .... & apud Eminentiss. Celsum *decis.* 85. *num.* 8. si de transactione etiam inter duas Ecclesias, in *d. decis.* 124. *par.* 12. *recent. &* 314 *par.* 11.

Illud hic obiter annotandum duxi, quod mihi in facto 300
contigit in Civitate Bisacciensi, in qua exigebantur decimæ ad rationem trium cum dimidio pro quolibet centeno modio frumenti; quia tamen sæpe fraudes committebantur, & multoties in excommunicationem, & peccatum incidebant, fuit facta conventio cum hominibus de Universitate, ut decima solveretur pro foculari, & pro bovibus aratoriis, nempe dimidium modii tritici pro quolibet foculari, & quindecim mensuræ pro quolibet bove: Hæc non videbatur alienatio aliqua juris Ecclesiastici, ita ut fuisset necessarium beneplacitum Apostolicum, quia jus exigendi non cedebatur, neque in aliquo minuebatur: sed tantum modus exigendi mutabatur de uno in alium modum; nihilominus pro dicta concordia impetranda duxi, assensum requiri, prout jure impetratus fuit in confirmationem concordiæ, non quod esset hæc vera alienatio, sed quia concordia præfata absque assensu prædicto non erat omni tempore valitura, sed dumtaxat ad meam vitam, meusque Successor poterat illi non stare, ad textum in *cap.* 2. *& cap. veniens de decimis*, ubi prætex alios Barbos. Ricc. *in prax. Curiæ Archiepiscopalis res.* 38. Rota apud Cocc. *decis* 362. Boss. *dict. cap.* 18. *num.* 189. Et quamvis adsit decisio Veneta apud Thomam Trevisanum 29. in qua dictum fuit, in hujusmodi concordia requiri assensum Apostolicum: attamen in illa decisione intervenit vera alienatio, seu diminutio decimarum, quod non interveniebat in hoc casu, quia tantum modus exigendi mutabatur, nec in aliquo jus exigendi minuebatur, sed integrum remanebat, & in melius commutabatur; nam prius standum erat conscientiæ unjuscujusque, erat enim in arbitrio cujuslibet dicere quot modia tritici recolligebat: nunc vero non sic, quia computantur focularia, & boves, & ita exigitur irremissibiliter. His tamen non obstantibus, ad omnem bonum finem, & effectum, & ut dicta concordia omni futuro tempore foret valida, impetratus fuit assensus. Hanc meam opinionem comprobare videtur, ni fallor, Rota *decis.* 218. *part.* 7. *in recent*, quam post scripta casualiter vidi Romæ; in qua decisione fuit dictum, quod licet in concordia inter Ecclesiasticos inita pro bono pacis non requiratur assensus Apostolicus, bene tamen cum inter laicos, & Ecclesiasticos, ut ibi legitur *n.* 5.

In hujusmodi Litteris apponitur etiam semper illa 301
clausula, *vocatis vocandis*. De hac clausula aliqua diximus supra, cum apposita est in Litteris Beneficialibus; & diximus, quod facit Executorem mixtum, si tamen non

non adsit legitimus contradictor. Item retulimus opinionem Olivetii ad Ludovis. *dec.69.* ubi *n.9.* docet, quod hæc clausula, *pernecesse* non operatur, quod Executor sit mixtus, sed solum importat, quod Judex non possit extrajudicialiter procedere, sed solum judicialiter, prævia causæ cognitione, & Partis citatione, retento tamen judicio executivo, uti proceditur in materia obligationis Cameralis, ut in *decis.558.p.1.recent.* Attamen etiam dicit, quod in practica est difficile obtinere quod Executor cum dicta clausula non sit mixtus, juxta opinionem alias in Rota firmatam; quam etiam opinionem Olivetii tenet Ridolf. *p.2. c.8. n.37. sua praxis*, sed D. Franciscus Salgadus *de Regia protectione p.2. c.13. n.127.* docet, quod nec dicta clausula arctat Executorem ad judicialiter procedendum, sed tantum cum adest legitimus contradictor: sed secundum me hæc clausula semper operatur, quod Executor in forma judicii procedere debeat, ad textum in *c. exhibita*, ubi late Doctores *de judiciis*, & cum non est contradictor certus, debet procedere etiam per citationem edictalem, ut in praxi observatur.

302 In præsenti tamen materia dicendum est, quod hæc clausula operatur, ut semper sit judicialiter procedendum, in puncto Rodoan. *de rebus Ecclesiæ non alienan. in rub. de causa cognitione in alienatione facienda n. 64.* Rota apud Duran *decis.250. n.10. & decis.397. n.7.* Rota *recent. p. 1. decis.624. n 5. & p.10. dec.336. n.10. cum seqq.* Ricc. *in prax p.3. rub. praxis clausularum, res.98. num.3. & in prax. Curiæ Archiepiscopalis, tit. praxis commis. res.93.* Corrad. late *lib.9. c.5. a n.3.* Boss. *loco cit. tit.18. de alienatione bonorum Ecclesiæ, num. 78.* Debet igitur procedi compilato processu, & cum Partis citatione; ita ut de hac forma servata debeat constare per acta judicialia, Rota penes Duran. *decis.250. n.11. & 397. num. 7. & in d. decis. 336. p.10. recens. a d. num.* 10. 11. 12 13. 14. & 15. Rota apud Bich. *decis.375. n.22. & 23. com.* 1. Et si non constet de hac forma, processus est nullus, Marches. *q.2. fol. 99. n. 5.* Corradus *d. loco cit. num. 7.* Quaranta *de verbor. alienat. sub n.12. vers. declara primo*, Ric. *d. resolut. 93.* citari autem debent qui habent interesse, non autem ii, qui pro solemnitate adhibentur; nam auctoritas Papæ adhibetur, ut suppleat omnes solemnitates, Rota penes Seraph. *decis.338. num. 3.* Corrad. *loco cit. decis.5. n.8.* Sicuti intelligitur de illis qui Breve impetraverunt, in puncto Rota apud Duran. *decis. 365. n.* 3. Sed Corradus *d. c.5. n 13.* dicit, quod citari debet Beneficiatus, seu Rector, & Concessionarius ad dicendum adversus rescriptum per edictum cum inserto ipsius rescripti tenore, alias totus processus corruit; & citat Seraph. *decis.1307. n.20.* Ricc. *in d. prax. Curiæ Archiepiscopalis res.95. in notabilibus vers.20.* & quod Rector citari debeat, licet non comparuerit, quod sufficit, idem Ricc. *p.1. resolut. 6. erat. quot.* ubi *n.4.* limitat nisi ipse Rector supplicaverit, nam tunc non est citandus, etsi esset clausula, *vocatis vocandis*. Item docet Boss. *loco cit. sub n. 79.* Post scripta vidi decisionem 52. apud Guilielmum Dunozett. in qua dictum fuit nulliter processisse Executores vigore hujus clausulæ, *si in evidentem*, non citato Episcopo, vel Promotore Fiscale mensæ, cum agebatur ibi de alienatione bonorum mensæ, quamvis supplicatio cantaret sub nomine Episcopi; primo quia, potuit dari supplicatio ab altera parte sub nomine Episcopi; secundo, quia Papa mandavit bona specificari prius, unde erat necessaria citatio Episcopi ad hunc actum, vel ejus Promotoris Fiscalis mensæ. At enim vidi aliam decisionem apud Dunozettum 731. magistralem in hac materia, in qua firmatum fuit, Executorem Litterarum, *si in evidentem*, esse mixtum, & deberet judicialiter procedere ob Ecclesiæ præjudicium; nam quamvis in dictis Litteris adsint illæ clausolæ, *veritati fulciri*, & *si vobis constiterit*, &c, *conscientiam oneramus*; tamen hæc faciunt mistum Executorem, quando adest tertii præjudicium.

303 Certum enim est, quod cum sunt certi contradictores, seu interesse habentes, citari debeant nominatim, nec sufficit citatio per Edictum, quæ satisfacit solum cum interesse habentes sunt incerti, ut Rota apud Duran. *decision. 254. n. 11. in d. decis. 52.* apud Guiliel. Dunozett. *n. 16. & 17.* sicut semper Fiscus, seu Promotor Fiscalis Curiæ auditi, citarique debet, ut ait Boss. *loco cit.* Rota apud
304 Farin. *p.1. decis.624.* & cum alienantur bona spectantia ad Ecclesiam patronatam, de validitate alienationis non requiritur citatio patronorum. quia nullum eis infertur præjudicium, nec per alienationem læditur jus patronatus, cum solum jus patroni consistat in præsentando, & quoad dispositionem Ecclesiæ, vel dotis, patronus nullum jus habet, *c. noverint 11. q.1.* ex urbanitate enim sunt citandi, licet ipsi poterunt se objicere, ne sine causa bona alienentur, & distrahantur, in puncto Lotter. *de re Benef. lib. 1. n.65.* Corrad. *d. cap.5. n 14.* Boss. *loco cit. n. 79. sub vers. neque*, ibi: *Non est autem*, ita etiam docet Barbos. *tom. 2. de jure Eccles. lib.3. tit.30. n.9.* quandoque etiam ponitur clausula, *vocato Episcopo*, & tunc debes in actis con- 305
stare de ejus citatione, alias nulliter agitur, Rota *decis. 624. p.1. recent. & d. dub. 336. p. 10. recent.* Boss. *n. 230.* sic etiam quandoque apponitur clausula, *consentientibus dilectis filiis Canonicis*; & tunc est necessarius expressus consensus, Boss. *loco cit. n.232.* sufficit autem majoris partis. Vide Bossium *n.149.* qui alios citat.

Clausula, *servata forma*, quæ solet apponi in hujusmodi Litteris, efficit, ut Commissarii servare omnino debeant formam traditam in Litteris, cujus omissio causat nullitatem actus, ad textum in *c. cum dilecta, de rescriptis*, Verallus *decis.143. n.5. p.2. & p.5. recent. decis. 295. & part.2. recent. decis.776. n.2. & 624.* Seraph. *decis.1195.* Ricc. *in prax. Archiepiscopali res 35. n.3.* Buratt. *dec.106. n.7.* Sperell. *decis.154. n.10. & 39.* Corrad. *loco cit. lib.9. cap.5. n.31.* Boss. *loco cit. tit. 18. n.223.* quia tunc deficit intentio Papæ, ut ait Sperell. *n.41.* Duran. *decis 225.* & millies Rota, præsertim apud Guilielmum Dunozett. *d. decis.52. num.3. & in dict. decision.356. num.17. part.10. recent.* quæ est magistralis in puncto, & apud Bich. 375. *num.22.* 306

Item apponitur illa clausula, *illiusque circumstantiis universis, coram vobis prius specificatis*. Hæc clausula importat, ut coram Executoribus specificentur bona cum eorum finibus, & confinibus; & si hæc specificatio prætermittatur, alienatio erit nulla, & invalida, ut Corrad. *loco infra citando*, Ricc. *all.3874.* Rota *p 1 recent. decis. 624. & in d. dec.12.* apud Guilielmum Dunozett. & 336. *part.10. recent. n.12.* & apud Amatum Dunozett. 731. *n.* 49. Boss. *loco cit. n.224.* Ab hac specificatione pendet validitas alienationis pro Ecclesiæ utilitate, quæ debet esse evidens, ut dicemus; hæc enim utilitas certe percipi non poterit, nisi mediante specificatione, nam judicium humanum fertur circa manifesta, & ea, quæ apparent; quæ specificatio ex eo etiam erit necessaria, ut in casu restitutionis, & devolutionis sciat Ecclesia, quod suum est, nec possit ei fraus adhiberi, Rota *p. 4. recom. decis.780.* optime considerat Corrad. *loco cit. dict. cap. 5. numer. 32.* 307

Specificantur bona quoad circumstantias, nempe quoad mensuram modiorum tot cum talibus, & talibus confinibus, & mensura debet exprimi juxta consuetudinem cujuscunque Regionis, ita ut non sufficiat generica specificatio, sed debet esse specifica, Rota apud Guilielmum Dunozettum *decis 63 per tot.* Quare Commissarii debent adhibere agrimensores expertes, & appretiatores non suspectos, & cum illis, & partibus debent accedere super faciem loci, & agrimensores ad minus debent esse duo, qui simul debent reddere certos Commissarios de mensura; & si unus tantum retulerit, vel si ambo, non tamen parte citata, relatio erit nulla; sic si per partes non fuerint in examinatione negotii præsentes, per ea quæ dixit Rota penes Ludovis. *decis. 345. n. 9. & 10.* ibi Olivet. in puncto Corrad. *d. c 4. num. 26. & 27.* ut Rota apud Guilielmum Dunozett. *d. decis. 52.* Ac etiam exprimitur valor in proprietate, & res debet æstimari ad mensuram, & non ad corpus, Corrad. *loco cit.* & redditus, quos in singulis annis potest afferre, ut inde etiam percipiatur ad censum utilitas, Rodoan. *in rub. de utilitate n. 169 & 170.* de quo valore exprimendo, tam in proprietate, quam annuis redditibus agit Corrad. *lib. 9. c. 4. n. 3. cum seqq.* & in puncto Rota *d. decis. 336. n. 20. part. 10. recent.* exprimi enim 308
debet valor in proprietate, alias supplicatio rejicitur; nam 309
ex tali expressione perpenditur, an annui redditus ipsi proprietati correspondeant, ut inde desumatur judicium de utilitate; nam cum Officiales talem utilitatem non adesse æstimant, rejiciunt supplicationem, donec anonus canon, seu responsio, sive pretium augeatur, Rodoan. *q. 2. n. 107.* Corrad. *loco cit. d. c. 4. n. 36.* & juxta expressionem factam valor in proprietate verificari debet coram Commissariis per appretiatores ad id deputatos, idem Corrad. *loco cit. n. 37.*

Semper apponitur illa clausula, *vos conjunctim proce-* 310

dentes, Hæc clausula desumitur ex *c. præcedentiam de Officia delegati*, ibi: Illo quippe fuit antiqua Sedis Apostolicæ provisio. Et hujusmodi causarum recognitio duobus, quam uni, tribus, quam duobus libentius delegarent, cum sicut canones attestantur integrum est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur; cum enim alienatio rerum Ecclesiæ sit res gravis, quia agitur de distrahendis rebus Deo dicatis, ideo consuevit, & inveteratus est stylus Curiæ, ut duobus committatur approbatio, & assensus præstandus super rerum Ecclesiasticarum alienatione; committitur enim semper Episcopo, seu Vicario, & uni Dignitati, seu primæ Capituli Cathedralis cum hac clausula, *vos conjunctim*, quæ operatur, ut simul in causa procedere debeant ad omnes actus, alias processus esset nullus, quia contra formam rescripti egerunt, quæ omnino servari debet a delegatis; tunc enim jurisdictio non uni, sed duobus simul concessa est; quod probatur ex multis sacris Canonibus, præsertim ex *c. unic. de officio delegati*, ubi dicitur, quod uno delegatorum mortuo, expirat Officium utriusque, ita ut nec ad aliquod interlocutorium decretum procedi potest ab uno tantum, late Corrad. *lib. 9. c. 5. a n. 33. 34. & 35.*

311 Illud vero, quod docet ibidem Corrad, quod hæc clausula, *vos conjunctim procedentes*, tanquam addita in re gravi denotat industriam personarum electarum, quare horum delegatorum neuter subdelegare potest, & citat Fr. Leo *in Thes. fori Eccles. p. 1. c. 25. n. 49.* dico, quod vera est doctrina, quod cum est electa industria personæ Delegatus non potest subdelegare, ad textum in *cap. quoniam Apostolica Sedes, §. is autem cui, de officio delegati*, ubi Abbas late explicat materiam, & etiam adest textus in *c. is, cui, eodem tit. in 6.* attamen non potest dari certa regula, quando dicatur electa personæ industria, nisi adsit illa clausula, *per te exequaris*; tunc enim certum est, quod sit electa personæ industria, ut dicit Abbas, *loco cit.* de qua re nos in proprio capite agemus. Interim sustineo, hos Commissarios quibus commissio fit sub nomine dignitatis, non autem expresso nomine, primo posse subdelegare vices suas, prout generaliter est, & constat ex Sacris Canonibus, præsertim ex toto *tit. extra de officio delegati, & eodem tit. in 6.* & ducor, quia in rescriptis ordinariis nunquam censetur electa personæ industria, nisi aliud caveatur ex Litteris Commissionum, Vide pro nunc Amayden *de stylo Dataria lib. 1. c. 5. a n. 102. cum seqq.*

312 In omnibus pariter alienationibus bonorum Ecclesiasticorum, super quibus petitur Apostolicum beneplacitum, opponitur illa tam salubris clausula, *in evidentem Ecclesiæ cessuram esse utilitatem*. Pro cujus clausulæ elucidatione in memoriam reducendum esse puto, quod postquam per priscos Canones statutum fuit ne amplius bona Ecclesiæ distraherentur, cum postea ex aliquo accidenti illa alienare permissum fuit, semper utilitatem Ecclesiæ considerandam esse tam illi antiqui, quam moderniores Canonistæ jusserunt; siquidem Leo Papa Episcopis per Siciliam constitutis rescribens decrevit infallibiliter observandum, ne quis Episcopus de rebus suæ Ecclesiæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eliget, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ, ut legitur in *c. sine exceptione 12. q. 2.* sic in Concilio Toletano, de quo in *cap. consensus, extra de rebus Eccles. alienan. vel non alienan.* ibi, *utilitatis injunctas*; & quoque Alexander III. *in cap. ad aures*, ibi, *nisi forte tunc aliis possint ad majorem Ecclesiæ utilitatem, cum eodem labore, & onere conferri.* Cælestinus quoque III. Ravensi Archiepiscopo rescribens; *Possessiones, jussit, quæ Ecclesiæ tuæ minus sunt utiles pro aliis utilioribus de fratrum suorum, & sanioris partis consilio, & assensu alienandi, seu commutandi liberam concedimus facultatem*, ut in *cap. ut super, eodem tit.* Innocentius III. *in c. ad nostram extra eodem tit.* idem statuit, & confirmavit, ibi, *Seu etiam pro utilitate ipsius Monasterii expedisse noscitur*, & Joannes IV. *in cap. 1. eodem tit. in 6.* ibi: *Præsertim cum evidens necessitas quare fieri deberet, vel utilitas non subesset.* Ita etiam Clemens V. in Viennensi Concilio, de quo in *clem. 1. eod. tit.* enixe decrevit, ibi: *Nisi necessitas, aut utilitas Monasterii Prioratus Ecclesiæ, aut administrationis hujusmodi hoc exposcat.* Denuum Paulus Papa III. in illa tam celebri Constitutione *Ambitiosæ*, quæ habetur in *in extravagantibus communibus sub eodem tit.* quam omnibus notam, & in ore omnium agnoscimus, & usu approbatam credimus, tam stricte prohibuerit, ne alienatio quæcunque alienationis speciem, aut nomen habeat, & cum fieri contigerit, & in casibus permissis cum Ecclesiarum evidenti utilitate; Ex quibus omnibus Sacris Canonibus inolevit ille tam salubris, ac salutaris Curiæ stylus, ut cum Apostolicum beneplacitum impetratur super quacunque alienatione, seu alienationis confirmatione, concordia, & transactione, in qua Ecclesia vendit, cedit, transigit, vel concordat de bonis, juribusque Ecclesiasticis quibuscunque, semper apponitur ista clausula, *dummodo alienatio cedat in evidentem Ecclesiæ utilitatem*, sive beneplacitum impetratur per Litteras plumbatas, sive per Breve, ut omnibus innotuit, & in diem innotescit,

313 Quæ vero dicatur hæc evidens utilitas, nec obscure percipi potest; ajunt enim Nostri, quod debet esse clara, manifesta, & indubitata, quæ nulla scilicet tergiversatione elari possit: vera, & clara, non dubia, nec putativa, ut præter Canonistas *in cap. nulli, de rebus Eccles. alienan. vel non*, late Rodoan. *in suo tract. de rebus Eccles. in rub. de rerum Eccles. alienatione, in principio*, ubi de causis, Barbos. *de jure Eccles. tom. 2. lib. 3. cap. 30. num. 15.* Tambur. *de jure Abbatum 13. disp. 13. quæst. 4.* Joannes Baptista Ciarlin. *controv. for. cap. 105. q. 9.* Bonac. *disp. 2. quæst. de rebus Ecclesiæ non alienan. puncto ....* Filliucc. *tract. 44. c. 5. ......* Boss. *tom. 3 op. moral. tract. 18. de alien. bonorum Eccles. a n. 63. cum multis sequentibus*, Pater Thomas del Bene *de immunitate cap.... dub. 9. n. 12. & 13.* Marian. Vulpe *in prax. Curiæ Eccles. cap....* Pater Joseph. Cebellinus *de univers. negotiatione tom. 2. lib. 4. c. 8. art. 3.* Corrad. *in prax. disp. lib. 9. cap.... & cap. 5. n. 39. cum seqq.* Amayden. *de stylo Dataria lib. 10. cap. 10. §. 10.* & alii innumeri, Rota apud Bichium *decis. 375. n. 16.* apud Peuting. *dec. 127. n. 2. & p. 13. recent. decis. 197. n. 13.* & alibi sæpe.

314 Et Corradus *d. lib. 9. c. 4. n. 52.* ait, quod quanta debet esse utilitas, neque jura antiqua, neque moderna specificant, scilicet quanta, vel quota, neque arbitrio Judicis remittenda, sed tantum, quod debeat esse evidens, nec sufficit qualis, sed manifesta, quæ facile probari possit in valore proprietatis rei in reditu, vel proventu in æque vicina, æque commoda, æque cauta: & bene dicit practicam Datariæ, Corradum sequitur Boss. *loco cit.* Pater Layna *loco cit. c. 9. n. 11.* Spada *consil. 98. n. 4. tom. 3.* ideo concludunt quasi omnes citati, quod non sufficit qualis qualis utilitas, sed debet esse alicujus momenti circa proprietatem, & reditus, & absoluta debet esse, non respective, & secundum quid, Rodoan. *in rubr. de utilitate n. 133.* Sperell. *decis. 154. n. 16* Corradus *loco cit. c. 5. n. 46.* & alii ex citatis. Et utilitas, sive necessitas debet respicere ipsam Ecclesiam, non autem Titularem, Rota *d. decis. 375. n. 4.* apud Bichium.

315 Ideo non dicitur alienatio utilis, nec verificata hæc clausula, *in evidentem*, quando res Eccles. datur pro æquali, seu eodem pretio, sed debet esse major, & in aliquo debet locupletari, ut Rodoan. *loco cit. n. 172. & 173.* Rota *recent. p. 2. decis. 430. n....* Layna *loco cit.* Boss. *loco cit. n. 68.* Ricc. *in prax. loco cit. in princip.* ubi de causis, Cavalcan. *decis. 45.* sic cum recipit quantum dimisit; & idem est cum Ecclesiæ assignaretur res æqualis pretii, nam tunc non justificatur evidens utilitas, Rota *recent. decis. 336. n. 19.*

316 Cum enim alienatio fit in utilitatem Ecclesiæ, non sufficit, Ecclesiam non fuisse deterioratam, nec alienationem damnosam, ut voluerunt Glossatores *in c. sine except. 12. q. 2.* Abb. *cons. 41. sub n. 3. lib. 1.* Menoch. *cons. 114. n. 25.* sed oportet, ut necessario interveniat utilitas, Quarante *in verb. alienatio n. 3.* verum adde Rodoan. *rub. de utilitate n. 44.* Rota *p. 2. divers. decis. 65.* & penes Durand. *dub. 250. n. 6.* & penes Rub. *decis. 243. tom. 3.* & alibi, Rebuff. *de alienatione rerum Eccles.* Sperell. *dub. 150. n. 19. & 20. & 33.* Boss. *loco cit. n. 65.* Barbos. *d. c. 30. num. 17.* Pater Layna *d. quæst. 9. sub n. 9.* Ciarlin. *cap. 105. num. 119.* Barbos. *cap. 30. num. 15.* Corrad. *d. lib. 9. cap. 1. sub n. 20.*

317 Doctrina vero Abbatis, Menochii, Rotæ, & aliorum intelligunt citati Doctores, ut procedat cum alienatio fit causa necessitatis, non utilitatis; tunc enim sufficere poterit, quod Ecclesia ex illa alienatione non sit deteriorata; secus autem cum fit ob evidentem utilitatem; nam tunc oportet, ut Ecclesia fiat locupletior: cujus rei optimam assignat rationem Sperell. quia ubi fit ex causa necessitatis, objectum alienationis est ipsa necessi-

sas,

tas, quæ si sit evidens, jam satisfactum est, etiam si aliam non sentiat utilitatem: at cum alienatio fit ob utilitatem, tunc objectum, seu causa finalis est ipsa utilitas, cum alienatio fit ob utilitatem, & illa sola venit attendenda, quæ debet esse petens; ideo multi dicunt, quod utilitas debet esse in re, & non in spe, Cavall. *decis.46. n.26. part.1.* Ricc. *loco cit. ubi de causis, vers. ampliatur secundo,*
318 Boss. *loco cit. n.17.* licet tamen emptor ex causa necessitatis relevetur ab isto onere probationis versionis in causam expressam necessitatis, seu ut sit solicitus, ut fiat versio in causam expressam, sicuti exoneratur, qui emit ex causa utilitatis, Gratian. *cap.45.* Surd. *decis.156.* Rota penes Cens. *de censibus decis.25.* Burat. *dec. 714.* Ricc. *in prax. quotid. Curia Archiepiscopalis in rubr. de alienatione rerum Eccl. resol.2.* qui multas Rotæ decisiones affert.

319 Hinc dicimus, quod evidens utilitas est, cum creatur census ad sex pro centenario, v.g. ad finem extinguendi alium, qui erat ad octo; tunc enim clare apparet utilitas, Sperell. *dec. 154. n.62. 83. & 84.* Seraph. *decis. 1109.* Ricc. *resolut. 46. n.2.* Boss. *loco cit. n.119.* & de praxi testatur Conrad. *lib.9. c.9. n.24.* & reducitur hæc causa ad causam utilitatis, non necessitatis, Rota penes Cens. *dec.25.* Gratian. *c.45.* Sperell. *loco cit. d. decis.54. n.107.* si enim nihil lucratur in affrancatione census, non dicitur utilis contractus, & docent omnes citati Doctores.

320 Item evidens utilitas dici potest cum venditor ages ad finem emendi alium uberiorem, & viciniorem, quod clare deciditur in *d. c. sine exceptione, & d. c. ut super, §. fin. de rebus Eccles.* Barbos. *allegat. 93. n. 25. & d. cap. 30. n. 13.* Rota *divers. p. 1. dec.651.* Layna *in loco cit. d. q.9.* dicit, quod non est utilitas, cum venditur res, ut pretium reinvestiatur in meliora prædia, & docet etiam Bossius *n.125.* & citat Rotam *decis. 711. num.5. & 6. p. 4. divers.*

321 Utilitas etiam apparet evidenter, cum ageretur de alienatione rei, pro qua alioquin esset necessaria major impensa, quam esset in fructu, sic plus damni, quam utilitatis afferret, prout esset pro cultura vineæ, pro reparatione domus, Ricc. *in d. prax. quotidiana Curia Archiepiscopalis in princ.* ubi de causis *num. 3.* semper enim in considerανda utilitate haberi debet ratio de reparatione, qua indiget res alienanda, Ricc. *dec.10. n 3.* Boss. *loco cit. n. 116.* Sicuti habenda est ratio fluminis, & Bannitorum accessus, Rota *p.1. divers. dec.720.* Boss *n.115.* Sic si pactum ineatur, quod finita generatione melioramenta cedant Ecclesiæ, Boss. *n.112.* si tamen domus esset ruinosa, & parvis expensis possit reparari, tunc non diceretur in utilitatem evidentem alienatio, Seraphin. *dec. 1490.* Nota,
322 cum concessum est beneplacitum ad vendendum rem Ecclesiæ ruinosam, & damnosam, oportet ut Executor probet, & justificet Ecclesiam non habere unde reparet, & quod utilius sit vendere, quam reparare, Rota apud Peuting. *dec.127. n.5.* Et adverte, quod Executor debet examinare testes qui deponant super valore rei, & fructuum, qui si dicant in genere, non potest dici probata evidens utilitas, ut in dicta *dec.127.* Et etiam utilitas considerατur, & dicitur evidens respectu redituum provenientium ex emptione aquarum, & augmenti redituum, quod sine aquis haberi non potest, Rota *p.1. divers. dec. 631.* Seraph. *dec.480.* Layna *loco cit.* Boss. *n.113.* qui etiam Boss. *loco cit. n.68.* docens, quod non erit dicenda utilis alienatio stabilium ad finem emendi census annuos, ut declaravit Sacra Congregatio 23. Maii 1619. ut dicunt Gavantus *in manual. Episcoporum verb. alienatio rerum Ecclesiasticarum, n.39.* Barbos. *in summa dec. verb. alienatio, n.3.* Boss. *n.121.*

323 In contractu enim emphyteutico, seu perpetuæ locationis, quia in eo detrahi solet sexta pars annuæ locationis, ut in *auth. perpetua C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Et cum fit alienatio non detracta hac sexta, alienatio dicitur utilis, quia liberatur Dominus à quotidianis refectionibus, Rota *p 1. dec 720.* & Seraph. *decis.1125. sub num. 3.* Mantic. *dec.101. n.1.* in qua fuit dictum esse utilem alienationem pro eodem perpetuo canone, pro quo locabuntur ad tempus, Boss. *n.109. & 110.* a fortiori autem dicimus constare de utilitate cum canon augetur, Seraph.
324 *dec.1125. sub num. 3. & 792.* Boss. *n.111.* Sic etiam dicitur utilis permutatio facta cum Ecclesia, si solum Ecclesia habet commodum vicinitatis; vicinitas enim vel distantia consideranda est in alienatione rerum Ecclesiæ, nam ob distantiam impensæ multiplicantur, maxime in colligendis fructibus, Rota *p. 4. divers. dec. 711.* Boss.

loco cit. num. 124. Et ut dicatur damnosa alienatio rei 325
Ecclesiæ debet etiam haberi ratio eorum quæ possunt verisimiliter contingere in diminutione valoris, & fructuum ipsius rei, ut fuit consideratum in *dec.89.* apud Guilielmum Dunnzet.

An autem utilitas semper major esse debeat quacunque 326
alia, ita ut semper dari debeat offerenti majus pretium? affirmative respondent multi, licet dicant, si detur offerenti minus pretium, validam esse alienationem, quia in quærendis Prælatus potest præjudicare. Ita Filiuc. *tract. 44. c.5. n.4.* Thomas del Bene *c. 17. dub.9. n.12. & 13. de immunitate.*

Cujus contrarium novissime docet Giballinus *loco cit.* 327
art.3. n.2. qui docet, quod sufficit quod Ecclesia fiat locupletior, nec teneri dare plus offerenti. Equidem ego puto, quod cum concurrunt duo æmuli, quorum unus offert justum pretium, quo Ecclesia fit locupletior, & constat de evidenti utilitate; alter vero ad æmulationem plus justo pretio offert, certe erit præferendus primus qui justum pretium offert, quia Ecclesia est cultrix, materque justitiæ, ut dicitur in *c. per tuas, & c. consultationibus de donat.* & si aliis prohibet ne contra justitiam agant, & cum charitate omnia fiant, tanto magis, & ipsa hoc observare debet: quod enim quisque etiam in alterum statuerit, eodem jure uti debet. Nec etiam contra dictum Catonis agamus: *Turpe est Doctori cum culpa redarguit ipsum*; jubet etiam quotidie Ecclesia ut res justo pretio vendantur, de usura contrafacientes damnat, ad restitutionem obligat; æquum enim est ut ipsa prius hoc observet; nam a bove majori discit arare minor, in Ecclesiam, & Ecclesiasticos omnes oculos conjiciunt, Christus etiam Dominus caput Ecclesiæ Lucæ 6. dixit: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.* Nec has malignitates pati debet pia mater Ecclesia, & hos animos fomentare, sed terga vertere debet, ne sui cum malignitate, & iniquo animo nutriantur. Et si illi qui ad æmulationem agunt, non admittuntur ab ipsis sæcularibus magistratibus, ita lege Civili jubente; tanto magis a Judicibus Ecclesiasticis, ac ab ipsa Ecclesia? imo ii qui plures justo pretio offerunt ut inducant alios ad emendum plus justo pretio, pœna Judicis arbitraria puniendi sunt; nam tenentur crimine stellionatus; sufficit enim Ecclesiæ ut utilitatem percipiat, servando tamen limites justi pretii, non enim ultra justum pretium accipere debet? Et quamvis dicatur rem valere quanti vendi potest: attamen in hac materia alienationis bonorum Ecclesiæ, quia ante venditionem æstimari debet ab expertis appretiatoribus, ideo cum recipitur aliquid plus quam res appretiata fuerit, & Ecclesia fit locupletior, offerenti justum pretium cum locupletatione decenti liberari debet, non autem offerenti plus quam justum fuit cum maxima locupletura; nam Ecclesia non debet esse avida, & cupida; & ita dicit decisum Vivian. *decis. 145.* Vincentius Caroc. *dec. 89. seu alibi 99.* in hanc opinionem inclinat Quaranta *sub n. 13. vers. sed quid*, expresse tenet Ricc. *in prax. quotid. resol. 57.* Camillus Borell. *in summ. dec. tit. 15. n. 55.* Bonac. *disp. 2. q. unic. de rebus Ecclesiæ non alien. p.2. n. 3.* Boss. *in tit. 18. n. 130.*

Coincidit cum hac quæstione illa alia, quæ quotidie 328
in nostris Tribunalibus agitari solet; nam sæpe contingit, quod factis debitis bannis appretioque bonorum, & accensa candela, & tempore subhastationis, & extinctionis candelæ re ultimo licitatori remansa, venit alius, & facit aliam oblationem ultra sextam, an inquam sit hic audiendus?

Et quidem hoc privilegium habere personas privilegia- 319
tas multi nostri Doctores affirmant, ut scilicet quotiescunque venit alia oblatio major sit accipienda, & quotidie in rebus fiscalibus hoc practicari videmus: de qua præter alios videndus est spectabilis D. Regens Donatus Antonius de Marinis *lib.1. quotid. resolut. 147.* ubi fuse tractat hanc materiam, & affert ibidem decisionem, D. Præsidentis Ursini. Veritas tamen secundum me est, quod hæc nova oblatio ultra sextam non sit accipienda in nostra hac materia, quia ut docet Ricc. ex Beroi *cons.58. num.42. vers.1.* quod res Ecclesiæ liberantur plus offerenti subhastationis tempore; secus vero si post res Ecclesiæ

alienationem servata forma, & ex justa causa emanetam alius offert plus, nam non est audiendus, Riccius sequitur Boss. loco cit. n. 132.

330 Et quod hæc nova oblatio ultra sextam non sit accipienda, strenue defendit præceptor meus olim D. Consiliarius D. Ferdinandus Arias de Mesa Lector primariæ vespertinus in suis resolutionibus *lib. 1. c. 20.* ubi late discutit, & defendit hoc esse contra jus, nec talem oblationem admittendam; quem novissime sequitur Rodover. in add. ad D. de Marinis *c. 74.* ubi idem Regens de Marinis vir sane nostra tempestate undique egregius, ac pius *num.* 3. dicit, quod hodie in Tribunalibus male servatur in admittendo novum additamentum: rescindi tamen posset alienatio, & succurri Ecclesiæ, vel alteri privilegiato, cum contractus esset factus cum læsione notabili, & sic ex capite læsionis, ut dicit idem Regens *tamen d. cap. 74.* n. 5. *quam* 147. n. 6. Et tunc competit prælatio primo emptori, seu ei cui remansit hasta, ut supplendo justum pretium præferatur, nisi tamen dolus fuisset in primo contractu; nam tunc non datur hæc prælatio, ad textum *in l. si minori C. de jure fisci*, juxta consilium Lanarii 63. & latius discurrit ipsemet de Marinis.

331 Hodie tamen in Sacro Consilio quam in Regia Camera summariæ etiam in bonis fiscalibus, & patrimonialibus Regis solet fieri accensio candelæ ad finem providendi, & non ponuntur illa verba, *quod ultimo licitatori, & plus offerenti liberetur*, & accensio candelæ fit per multas vices, quousque congrua oblatio proveniat, & quando solet dici procurata melior oblatio. Ego vero in meis synodalibus Constitutionibus hanc oblationem ultra sextam prohibui ex rationibus adductis, nec in locatione bonorum meæ mensæ Episcopalis observavi: quia quod æquum est observandum, nec turpielucri cupidus decet nos Episcopos esse.

332 Sed quomodo metienda est hæc utilitas videndum erit, an sufficiat ut utiliter contractus sit gestus: multi enim dixerunt, quod semper esse debeat tempore duratura, ita ut non sufficiat, quod cœperit ut talis, sed oporteat ut duret, ut videtur sentire Gratianus *c. 45. n. 8.* ac etiam Honorius *in summa hujus Canon tit. 3. tit 13. n. 6.* ibi.

333 Multi vero dixerunt, talem utilitatem attuendam, & considerandam tempore contractus initi, per textum in *c. ad aures, de rebus Eccles.* ibi: nisi forte tunc alii possint ad majorem utilitatem cum eodem labore, & onere conferri; consideranda enim est illa particula, *tunc*, & *extravaganti*, ibi: Et nomine Ecclesiarum evidenti utilitate. Hanc opinionem tenuit Cardinalis de Turrecremata *in c. sine exceptione n. 5.* ubi sic dicit: Hic surgit quæstio utrum si non sequitur utilitas, quam credebant Episcopus, & Clerici, debeant revocare contractus alienationis: Respondetur juxta Hug. quod non debeat revocari, ex quo legitime, & solemniter celebratus est, nisi fraus intervenerit, quæ contractum solet irritare: nec est imputandum Episcopo, vel Clericis, ex quo bona fide, & recta intentione celebraverunt contractum, & melius Ecclesiæ prospicerent, & quantum in se fuit prospexerunt, licet aliter contingeret. Sic dicit aperte spectandum esse contractus tempus, in quo consideranda est utilitas; ita etiam Rodnan. *in d. rubr. de utilitate* 137. *cum sequentibus*, Bald. *cons. 334. lib. 1.* Seraph. *decis 366. in princ.* Card. Mantic. *lib 3. tit. 15 n. 25.* Ricc. *in prax. quotid. resol. 1.* ubi allegat textum *in l. si voluntate C. de rescindenda venditione*, Tambur. *de jure Abbatum tom 3. disp 13. quæst. 4.* Gratian. *c. 415. n. 4.* Rota *p. 7. recent. decis.* 129. Sperell. *decis. 154. n. 95. cum sequentib.* hanc etiam videtur tenere Amayden *d. lib. 1. c. 15 §. 10. n 33.* ubi dicit, quod Canones hanc utilitatem requirunt de tempore contractus, Camillus Borellus *in sum. decis. p. 1. tit. 15. n. 8.* Barbos. *de jur. Eccles. cap. 30. n. 17.* ubi requirit utilitatem de tempore alienationis, Molin. *tract. 2. disp. 468. n. 14.* Unum observat tamen plures alios citat, & sequitur Boss. *loco cit. num.* 101. docuit etiam Quaranta *in verb. alienatio sub n.* 12. esset enim nimis durum, ut semper utilitas adesse debeat, cum temporis mutatione res quoque mutentur, docent enim isti Doctores, ut utilitas interveniat de tempore celebrati contractus, & illam doctrinam quæ se habet, quod utilitas debet esse tempore duratura cum fit alienatio ob utilitatem, intelligunt, ut contractus tam in præsens, quam in futurum ex natura rei possit esse proficuus, non tamen quod emptor illum sic debeat manutenere; nam sufficit, quod utilitas appareat de tempore contractus, ita dicit Sperell. *loco cit.* quare bene partes suas facit Executor harum Litterarum cum evidentem utilitatem contestaverit de eo tempore, quo decretum interponit, secundum istos Doctores.

Quod tamen modificant, nisi contractus sit factus tempore aliquo calamitoso, nempe pestis, belli, famis, vel simili, nam tunc hujusmodi tempus non esse attendendum dicunt; nam licet calamitas augeat, non tamen est attendenda, quia non habet causam perpetuam, & certam, sed incertam, ita tunc potest legitime constare, ac videntes de utilitate, ad textum *in l. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam*, Quaranta *d. num. 12. sub vers. ad pleniorem*, Cavall. *decis. 45. p. 1. n. 13.* Boecin. *d. quæst. unica de rebus Eccles. p. 3. num. 2.* Ricc. *resolut. 1. prax. quotid.* Rota *divers. p. 2. decis. 63. n. 7. & 8. & decis. 78.* Seraph. *decis.* 1073. *n. 4.* Mant. *d. decis. 101. n. 4.* Pater Boss. *sub n. 101. vers. hac autem, & n. 102.* Pater Layna *d. tract. 14. q. 9. n. 10.* & adest decisio Rotæ apud Ametum Dunozettum *decis. 731. n. 41.* nisi tamen fieri pro pretio, & valore, quo res fuit æstimata ante tempus calamitosum, tenent Mantica, Seraphin. & Boss *locis cit.* 334

Genuensis *in c. 90. in hac novissima editione reformata sub n. 3.* agitat hanc quæstionem, & dicit, quod communis opinio se habet, quod spectandum est tempus contractus: attamen in *vers. adverte*, movet difficultatem, & dicit, quod potius venit consideranda utilitas de tempore assensus Apostolici, & interpositionis Decreti; nam cum contractus fuerit nullus, sine Apostolico assensu, cum deficiat extremum a quo non potuit consistere contractus, non potest habere locum fictio, & retroactio: quare concludit Genuen. distinguendo, quod si in Brevi nulla est facta mentio contractus antea celebrati, sed tantum fuit expressum Summo Pontifici, quod partes intendunt contrahere, & requirunt assensum, sit attendenda utilitas tempore interpositionis Decreti Commissarii; si vero fuerit expressus contractus, & Papa confirmaverit, debeat attendi utilitas tempore contractus: juxta communem hanc etiam opinionem tenet practicus Corradus *lib. 9 c. 5. n. 49.* nam licet docuerit prius, quod utilitas venit attendenda de tempore contractus, illud modificat in unum, quod tamen intelligas, dummodo rescriptum emanaverit in forma communi absque eo quod in supplicatione, ac in ipsis Litteris fuerint Summi Pontifici explicata pacta in instrumento contenta; secus autem si ex certa scientia, nempe cum expressione omnium in instrumento prædicto contentorum, & Corradus citat Genuen *loc. cit.* Pater Layna *d. q 9.* docet simpliciter, quod utilitas attenditur de tempore assensus præstiti, & Decreti interpositionis, non enim tempore contractus: quia alioquin non diceretur contractus celebratus cum evidenti nullitate, & citat Genuensem, Tamburin. *loco cit.* supra tenet, quod Genuensis indistincte teneat, quod sit spectandum tempus impetrati assensus Apostolici, & interpositionis Decreti: sed Genuensis loquitur cum distinctione, & Corradi opinionem etiam sequitur Boss. *loc. cit. n.* 103. ibi, & ita etiam. 335 336

Veritas tamen est secundum me, quod Executoribus, & Commissariis deputatis a S Sede Apostolica in hujusmodi mandatis, seu Litteris in evidentem, debet constare de evidente utilitate, ut Amayden *d. §. 10 n. 69.* unde si Litteræ contineant confirmationem contractus jam initi, & Papa in Litteris mandavit, quod si contractus cedit in evidentem approbetur, & confirmetur; tunc certum est, quod in metienda validitate attendatur tempus contractus initi: si vero Papa mandavit, quod fiat alienatio, si cedat in utilitatem non facta mentione contractus, tunc quia verificari debet causa tempore executionis cum non est gratia facta, sed facienda, ut dicemus, jam tunc evidens utilitas, quæ est fundamentum gratiæ, verificari debet tempore, quo Executores executioni demandant Litteras Apostolica authoritate; & ita veram puto opinionem Genuensis, & Corradi, qui tamen a multis perperam allegatur: non tamen utilitas semper durare debet in futurum, ut mox dicemus, sed sufficit utiliter fuisse cœptum, Rota apud Amatum Dunozett. *decis 713 n. 8.* Cocc. *decis. 345. n. 5.* 337

In concessione tamen emphyteusis utilitas consideratur de tempore scripturæ confectæ, non autem attenditur tempus contractus, Seraphin. *decis. 627. n. 3.* Ricc. *in praxi quotid. Curia Archiepiscopalis resolut. prima num. 4. & 5.* Genuens. *cap. 90. n. 3. vers. fuit tamen dictum*, Boss. *n. 103.* & cum de novo alienatur, oportet, ut utilitas de novo interveniat, non autem sufficit utilitas, quæ in prima concessione interfuit, Rota *part. 7. recent. decis. 252. n. 16.* 338

*n.*16. quæ est penes Rub. *tom.*3. *p.*10. *recent. decis.*165. *num.* 22. & apud Amatum Dunozettum *decis.*731. *n.*47. Grat. *c.* 379. Barbos. *d. c.*30. *sub n.*17.

339 Cum vero sumus in casu, quo petitor rescindi contractus, quia deficit utilitas, & causa concessionis, tunc licet ob Decreti interpositionem præsumatur utilitas, cum præsumptio stet non solum pro actus validitate, sed etiam pro Commissariis, qui in hoc parte habentur uti Judices, optime Roland. *in d. rubr. de utilitate a n.* 162. Seraph. *decis.*1125. *n.* 1. *&* 2. Riminald. junior *cons.*133. Ricc. *in prax. quotid. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ resolut.* 13. *& alibi*, Rota *p.*1. *recent. decis.*201. *n.*31. *& p.*2. *decis.* 684. *n.*1. & apud Dorand. *decis.*250. *n.*8. Rota apud Guilhelmum Dunozett. *decis.* 89. *in princ.* Corradus *lib.* 9. *c.*5. *n.*47. Layna *d. q.*9. *sub n.*11. Bossius *n.*70. & alii: quod procedit, si servatis servandis, & servata forma processerunt, ut annuunt omnes Doctores citati, cum tunc stet præsumptio pro eis, & actus validitate, ita ut apparere debeat, quod præcesserit causæ cognitio, Ricc. *in d. praxi in princ. abs de causis n.*5. Attamen admittitur probatio in contrarium ab Ecclesia, quod utilitas non interfuit, ut docent omnes citati Doctores, & iterum Corradus *d. lib.*9. *c.*11. *n.*13. ita ut non obstante Decreto Executoris, potest dici de effectu evidentis utilitatis. Optime hactenus tradita confirmantur *in decis.*731. *num.*37. 38. *&* 39. apud Amatum Dunozettum, ibi: Nec suffragatur assertio Executoris, qui declaravit hujusmodi investituram cedere in evidentem utilitatem Ecclesiæ, cum pro sententia Executoris præsumatur, prout in specie tradunt Abbas *d. cons.*41. *n.*2. *lib* 1. Dec. *consil.*341. *n.*2. Paris. *cons.* 24. *n.*5. *lib.*4. Seraphin. *decis.*1073. *n.*6. cum aliis allegatis; quia talis præsumptio non militat, quando Papa, prout hic, requirit pro forma diligentem perquisitionem, & cognitionem causæ, quia tunc veritas narratorum debet justificari ex actis, nec sufficit sola Executorie assertio, ut bene declarat Borgnin. *d. decis.*45. *n.*80. *vers. quia supradicti loquuntur*, *& n. seq. p.*1. Durand. *d. decis.* 238. *n.*8. *& seq.* Eoque minus quando revera apparet, prout hic, narrata non fuisse justificata, cum Ecclesia non prohibeatur probare contrarium ejus, quod Executor asseruit, adeo ut eo probato concessio corruat, Rimin. jun. *cons.*133. *n.*120. *& seq. vol.*3. Borgnin. *decis.*45. *n.*81. *vers. & maxime apparente de contrario*, Hondcd. *cons.*37. *n.*15. *&* 16. Add. ad Greg. *decis.*343. *n.*6. *in fine*. Hæc ibi. Et ratio etiam clara assignari potest, quia solemnitas non supplet defectum causæ, licet suppleat cæteras solemnitates, ut dicunt Caval. *decis.* 288. Durand. *decis.* 250. *n.*16. Seraph. *n.*2. Rota *p.*10. *recent. decis.*336. *n.*25. Amayden. *loco*
340 *cit. n.*69. Nec ut alienatio rescindi tunc possit opus est læsione, sed sufficit, ut probetur, quod non interfuit utilitas, quæ requiritur vigore Extravagantis, & clausulæ in Litteris semper appositæ: Et ideo ejus effectus annullat actum ex defectu intentionis, & hoc sufficit, Mantic. *de tacitis lib.*3. *tit.*10. *n.*6. Amayden *d.* §.10. *n.*71. nam putativa causa non sufficit, & actus est nullus, Ricc. *resol.* 15. Probatio tamen debet esse ex parte ejus, qui actum impugnat, Rota *d. dec.* 89. apud Guiliel. Dunozet. *n.*4.

341 Quod tamen intelligas sano modo, ne termini confundentur, & unaquæque doctrina suum locum habeat, debet adesse omnino utilitas evidens in alienatione rerum Ecclesiæ, & fieri debet locupletior de tempore contractus, sive Decreti interpositi vigore Beneplaciti Apostolici, ita ut non sufficiat, quod non sit facta deterior ad differentiam cum sit ex causa necessitatis, ut jam dictum est: sed hæc utilitas, seu locupletatio sufficit, ut fuerit verificata illo tempore; pernecesse enim non est, ut semper duret, ita tamen ut si fuerit tunc, & postea cessaverit casu aliquo contractus infringi non potest, ut Rota penes Seraphin. *decis.*366. Riccius *resolut.*4. *n.*3. Spetell. *loco cit. a decis.*154. *n.*95. Boss. *loco cit. n.* 105. Mascbard. *conclus.* 1166. *n.*37. *&* 38. & sentire videtur Merlin. *tract.*2. *disp.* 300. *n.*4. Rebellius *de obligatione justitiæ*, *p.* 2. *lib.* 8. *q.* 1. *sect.*3. *n.*13. & alii, & plures Rotæ decisiones afferunt Riccius, & Boss. *loco cit.* & fuit etiam opinio nostri Quaranta *sub n.*12. *vers. secundo declaratur*, ubi docet, quod in
342 dignoscenda læsione Ecclesiæ attendi debet tempus anterius, vel posterius, & citat Ruin. Caldcrinum, & alios, & in puncto Rota *decis.*713. apud Amatum Dunozetum *n.* 9. ubi dicitur, quod ad effectum læsionis inspicitur tempus contractus, quamvis agatur de re habente tractum successivum; ideo cum dicimus, quod ex defectu causæ utilitatis infringi possit contractus, tunc temporis non interfuit utilitas; nam si interfuerit, & cessaverit tempore ex aliquo accidenti, contractus infringi haud potuit; sufficit enim, ut utiliter tunc sit celebratus humana attenta prudentia, multa enim mutatione temporis mutantur, & quæ fuerunt utilia, inutilia evadunt, & quæ damnosa, proficua novimus: alias si hoc esset, nullus cum Ecclesia contraheret, cum nemo esset securus de contractu inito cum Ecclesia, nisi tamen tempore calamitoso fuerit celebratus contractus, ut dictum est. Advertendum tamen est, quod volens probare non evidentem utilitatem, si illam vult deducere ex fructuum collectione, debet haberi ratio, omnium redituum prout revera redunt; si vero velit illam probare ex valore bonorum, debet haberi ratio ipsius valoris, non obstante reditu majori, & ita constare de non evidenti, ut adest decis. Rotæ apud Seraph. *dec.*
980. *n.*8. In articulando tamen probatio valoris rei tempo- 343
re contractus considerari non debet restringi solum ad tempus breve contractus celebrari, sed debet attendi tempus anterius, & posterius per multos annos, Quaranta *loco cit. sub d. n.*12. & citat Afflict. *dec.*316. & Rotam *dec.* 65. *p.*2. *divers.*

Et cum contractus initus est cum Ecclesia cum assensu Ordinarii, dicit Amayden, quod ut teneat contractus nec rescindi possit, satis erit, si Ecclesia non sit læsa; nam sufficiet ut deterior non sit facta, quia tunc censetur facta locupletior, quia Ordinarius non utitur clausula, *in evidentem*, Amayden *n.*69. ubi citat Rodoan. *q.*20. *n.*27. 344

Illud tamen est omittendum, quod ad efficatiam evidentis in alienatione rerum Ecclesiæ non est necessaria subhastatio, Rebuff. *cons.*112. Gen. *in prax. c.* 90. *n* 9. Gratian. *c.*429. *n.*19. Ciarlinus *c.*183. *n.*143. Boss. *loco cit. nu.* 128. quod procedit, cum fit alienatio ex causa voluntaria nullitatis, secus autem ubi fit alienatio per Judicem; nam multi docent, quod requiratur subhastatio, ut docent Quaranta *in verb. alienatio n.*6. Ciarlinus *d. c.*105. *n.*58. *& d. c.*183. *n.*125. *&* 145. quia semper hic actus affert utilitatem: contrarium enim sentit Gratian. *d. c.* 479. ubi dicit, quod Judex adhibet causæ cognitionem particularem super qualitate, & valore bonorum, & quantitate pretii supplet ad id, quod facere posset subhastatio, & satis dicitur facta diligentia cum fit per Judicem; & cum quis teneret, quod esset necessaria subhastatio, ubi non esset Preco, sufficeret secundum Gratiam, ut ponantur schedulæ in locis publicis, Gratian. videtur sequi Boss. *loco. cit. n.*129. *&* 130. 345

Notandum enim est pro complemento hujus rei, quod cum alienatio fit in evidentem, causa finalis hujusmodi Gratiæ est ipsa evidens utilitas, circa quam versatur tota intentio Papæ, ut nihil aliud curet Papa, nisi evidentem utilitatem Ecclesiæ, ut Rota apud Seraph. *decis.*480. *n.* 2. *et* 443. *n.*2. *et* 1235. *n.*2. & alibi, & apud Mantic. *decis.* 101. *n.* 5. quare concludenter est probanda, Rota *dec.* 127. *n.*6. 346

Ita ut subreptio, quæ circa evidentem utilitatem contingit, illa sit attendenda, & si circa evidentem utilitatem narrata sint vera licet non circa alia, gratia subreptitia, vel obreptitia dici nequeat, Rota penes Seraph. *d. decis.* 443. *et* 508. Genuensis *in praxi c.*90. *n.*5. Riccius *in praxi resolut.*14. *n.*5. Boss. *loco cit. n.*91. *&* 92. quæ doctrina fundatur super illa generali doctrina, quod subreptio super causa finali duntaxat vitiat rescripta, & Gratias; secus autem super causa impulsiva. Et hæc in quantum ad istam clausulam. 347

Apponitur etiam illa clausula, *Vobis legitime constiterit*. Per hanc clausulam certo apparet id, quod etiam supra diximus, quod Executores debent procedere cum causæ cognitione, & judicialiter, & debet constare de narratis, præsertim de evidenti utilitate; per hanc enim arctat Papa, ut Executores procedant judicialiter, præsertim in probanda utilitate; & probatio debet esse plena, & concludens, & non perfunctorie facta. Ita Quaranta *in verb. alienatio sub n.*12. *vers. declara*. Corrad. *d. lib.*9. *c.*5. *n.*50. Pasqualin. *decis. moral. decis.*174. Boss. *loco cit. sub num.* 78. *vers. item si in Commissione*. 348

Item apponi consuevit illa clausula, *omnes, et singulos, tam juris*, quæ clausula duntaxat apponi consuevit in confirmatione contractus, seu alienationum: quam clausulam ex Mandos. docet Corrad. quod suppleri poterit per Cancellariam, si omissa fuerit, & per illam suppleantur duntaxat defectus juris positivi, nempe solemnitates a jure requisitæ omissæ, vel malefactæ; per illam enim nunquam intendit Papa supplere defectus causæ, neque 349

intendit defectum juris naturalis, qualis esset omissio citationis in casu necessario, quia tunc illa requiritur de jure divino, & naturali; neque defectum mandati, quod requiritur speciale ad alienandum; neque proinde defectus concernentes personas alienantium, & in caso, quo deventum fuisset ad traditionem possessionis ante obtentum beneplacitum; neque per hanc clausulam inducitur absolutio a censuris, quamvis hic sit defectus juris positivi, sed tantum supplet defectum Commissariorum circa modum, ut dictum est latius, Corrad. *loco cit. lib.9. cap. 6. a n. 1. cum seqq.*

350 In concessionibus etiam in emphyteusim ponitur illa clausula *cum Decreto quod finita tertia generatione supradictum tunc pretium Terræ cum omnibus suis meliorationibus quomodolibet factis pleno jure revertantur.*

351 Jure communi attento meliorationes factæ per emphyteutam, resoluto contractu, & facto casu devolutionis, spectant ad ipsum emphyteutam, quando sunt meliorationes extraordinariæ, ut omnibus juris Professoribus notum est; attamen in hujusmodi concessionibus rerum Ecclesiæ semper apponi consuevit hæc clausula, *cum hoc Decreto*, & nunquam conceduntur Litteræ absque dicta clausula; & cum illa ponet in conditiones, aliter fieri nequit; & cum partes contrahentes acceptant Litteras cum hac clausula, & cum illis Litteris contrahunt, voluntarie recedunt a juris communis dispositione, & se obligant ad illarum meliorationum restitutionem; & ponitur illa particula, *quomodolibet*, quæ importat, & comprehendit omnes meliorationes factas, sive illæ ordinariæ sint, sive extraordinariæ; & vigore talis clausulæ illico, quod fiunt meliorationes, statim incorporatæ censentur ipsi rei, & penes ipsam censentur, ita ut alienari minime possint, Menoch. *de recup. poss. vend. 15. num. 504.* Corrad. *lib.9. cap.8. a n.* & per illam particulam, *pleno jure revertantur*, mandat Papa, quod statim finito tempore res revertantur ad Ecclesiam absque alia sententia, ut Corrad. *loco cit. n. 11.*

352 Nec omittitur illa clausula, *absque eo quod renovatio a quoquam quovis prætextu, vel quavis causa peti, aut prætendi possit.* Per quam clausulam receditur a juris communis dispositione: qua juris dispositione attenta, Dominus directus tenetur ad renovandam concessionem hæredibus, vel consanguineis defuncti ultimi emphyteutæ; de qua renovatione valde disceptant Doctores, quis veniat præferendos; attamen cum Papa ita mandat, cessat omnis prætensio renovationis, sed tunc facienda erit nova concessio si Ecclesia velit de novo concedere, sed non potest peti renovatio tanquam debita. An tunc vero requiratur novum beneplacitum? attende Doctores citatos, & Rotæ decisiones, quia invenies, quod non requiritur novum beneplacitum, quando semel res concessa fuit cum beneplacito, vel bis absque beneplacito, dummodo non alteretur, nec immutetur prima concessio; nam si in aliquo immutetur, requiritur novum beneplacitum, quia est nova concessio, seu alienatio: sed benignus Lector legat Doctores, & Rotæ decisiones, nam de hac re adsunt plures, præsertim apud Amatum Dunozet, *decis. 731. n. 53.* ubi aliæ allegantur.

353 In Litteris continentibus beneplacitum super venditione bonorum Ecclesiasticorum, licet hæc Gratia nunquam aut raro concedatur, solet apponi illa clausula, *& dummodo venditio, & pretii conversio unico contextu fiant*, vel, *quod prius non procedatur ad venditionem, quam inventa sint alia stabilia bona, in quorum emptionem idem pretium constituatur unico contextu*: quod idem sonat, Per quam clausulam clare manifestatur intentio Summi Pontificis, & forma traditur Executoribus, ne prius procedant ad executionem Litterarum, nisi pretium unico contextu investiatur in aliam emptionem, quia id denotat illa dictio, *dummodo*, nam totum id debet fieri simul, & semel unico actu, nempe venditio, & reinvestitio, ut latius explicat Corradus *lib.9. cap.9. in princ.* Reinvestitio debet necessario fieri in bonis stabilibus, ut expresse dicitur in Brevi per clausulam, *aque stabiliam*, Unde cum mihi esset directum Breve pro venditione certarum domorum Ecclesiæ Cathedralis Bisacien. prætendebant Procuratores investire pretium in emptione annuorum introituum; sed obstiti acriter, & dicebam non posse hoc admittere, quia esset contra formam Brevis continentis facultatem limitatam: contra me sentiebat quidem Episcopus; sed re delata ad Urbem pro me responsum fuit, & adest in puncto decisio Rotæ apud Peuting. *dec. 27. n. 3.*

Quandoque enim petitur beneplacitum, ut pretium reinvestiatur in reparationem alicujus rei, licet etiam raro concedatur, ne diminuatur dos Ecclesiæ, ad textum in *cap. non liceat*, *c. qui abstulerit*, *cap. vendentes 12. q. 2.* solet apponi illa clausula, quod *facta venditione pecuniæ ex ea provenientes deponantur penes ædem sacram, aut personam fide, & facultatibus idoneam, donec in reparationem, et refectionem ædificiorum hujusmodi quanto citius convertantur*; ut notat Corradus *loco cit. n. 10.*

In casibus enim prædictis, in quibus ex pecunia rei venditæ debet fieri reinvestitio, dicunt multi, quod in hujusmodi casibus emptor non tenetur probare versionem in causam expressam, ut Gen. *cap.90. sub n. 8.* Corradus *dict. lib. 9. cap. 9. num. 7.* Bossius *loco cit. num. 107.* qui loquitur de clausula, *dummodo pretium subrogetur in aliud prædium.* 354

At ego, nisi fallor, dicerem quod diversa est clausula, *dummodo pretium subrogetur in aliud prædium*, ab illa quæ solet interponi in venditionibus, *dummodo venditio, et pretii conversio unico fiat contextu*, vel *quod non procedatur ad venditionem*, quando inventa sint alia stabilia, in quorum emptionem idem pretio unico contextu convertatur; nam licet cum beneplacitum fuit concessum cum prima clausula semper, cum in utilitatem Ecclesiæ emptor non debeat esse solicitus de conversione in utilitatem, nec illam probare teneatur; attamen cum beneplacitum est concessum cum secunda clausula, tunc emptor debet esse solicitus ut forma servetur; nam si illa non servatur, nulliter agitur; & quia non possunt Executores devenire ad licentiam venditionis nisi unico contextu fiat investitio, seu reemptio, ut dictum est, & contractu existente nullo, quia Executores nulliter processerunt, Ecclesia semper potest repetere rem suam, & ideo hac de causa debet esse in animo solicitus. 355

Denique in hujusmodi Litteris semper apponitur clausula, *non obstantibus*; de qua re supra diximus: quæ tamen non facit cessare dispositionem, seu prohibitionem testatoris, vel alterius, qui bona Ecclesiæ cum hoc pacto, quod non vendantur, reliquit; licet enim tunc non obstante hac conditione vendi possint: attamen difficilius Papa huic prohibitioni derogat, & beneplacitum concedit: unde non facta hujusmodi prohibitionis mentione rescriptum redditur nullum: & impugnari potest, prout de praxi sic testatur Corrad. *d. lib.9. c.7. in princ.* qui dicit, quod ex hoc vidit impugnari multa rescripta. Vide ipsum. 356

Dirigi solent etiam Ordinario Dispensationes super absolutione a Bigamia, quæ continet multas clausulas, de quibus etiam diximus supra, præsertim illam, *per Apostolica scripta mandamus*: quæ continet tantum mandatum de dispensando, non autem dispensationem.

Apponitur illa clausula, *dummodo aliud ei non obstet impedimentum*. Cum dispensatio petitur super uno impedimento Canonico aliud non supponit, & regulariter cum Summus Pontifex, seu Sedes Apostolica super uno dispensat impedimento, vel defectu, supponit aliud non esse, & si adsit, super illo dispensare non intendit: cujus rei evidens est ratio a priori: quia ut dicunt communiter nostri, dispensatio in se est odiosa, licet potestas dispensandi alteri concessa sit favorabilis, ut omnes fatentur, quia est nulla ratio legis, & per eam receditur a jure communi: unde non extenditur, & stricte est intelligenda: nec extenditur ad non expressa; ad majorem enim cautelam, & expressionem suæ voluntatis Papæ apponit dictam clausulam, *dummodo aliud ei non obstet impedimentum*: quæ clausula desumitur tum ex *cap. unico de ætate, et qualitate in 6.* ibi: *aliud non obstet Canonicum*, ubi gloss. *in verb. Canonicum*, *et ex c.1. de fil. presbyt. in 6.* advertit Corrad. *lib.2. c.5. a n. 21. cum seqq.* 357

Ponitur successive illa clausula, *ad Sacros etiam Ordines*. Nam cum petitur hæc dispensatio, peti solet, ut quis ascendere possit ad Sacros Ordines; nam si quis esset dispensatus ad Ordines Minores suscipiendos, utique non poterit ad Sacros promoveri, cum ut nuper diximus, dispensatio est odiosa, nec in ea valet argumentum a majoritate rationis, sed tantum valet quantum sonat, Ludov. *dec. 353.* Belt. ad eundem *decis.87. n.15.* Garz. *p. 1. c. 6. n. 58. et 59.* Campanil. *in divers. juris Can. rubr. 11. c.13. n.50.* Corrad. *loco cit. lib. 1. c.5.* Tondut. *p.1. c. 92. n. 3.* Fagnan. *inc. quia de preb. n.20.* Amayden. *lib. 1. c. 16.* omissis aliis quamplurimis. 358

Eadem ratione; quia dispensatio est odiosa, illa non extenditur ad Beneficia, nam licet Beneficium Clerica- 359

ium

tum necesse supponat; attamen quia Papa solum illam capacem facit Ordinum, & non Beneficii, ad illum effectum tantum eidem concedit dispensationem; & ita stylus se habet, Ricc. *decis.93. com.1. & p.2. resolut.*392. Gambar. *de officio legati, lib.7. rubr.1. num.*202. Garz. *de benef. p.1.c.6.n.*70. ante ipsos Rebuff. *in cit. de dispens. supra natalibus n.*48. Corrad. *lib.1. c.5. num.* 14. 15. & 27. Quod in praxi pro absoluto habendum est, quicquid philosophando multi contrarium scripserint: Ideo cum quis non solum Ordinis vult esse capax, & secum dispensari, verum etiam Beneficiorum, pro cujus concessione maxima maximopere alteratur, & tunc ponitur illa clausula, *nec non quæcunque, & qualiacunque Beneficia cum cura, & sine cura*; & ponitur illa particula, *cum cura*, quia Beneficia curata expressam mentionem requirunt, & propter illorum qualitatem, sub quibusvis generalibus verbis non comprehenduntur, sed de istis specifica requiritur mentio, ut quis ea obtinere valeat: textus est expressus in *c.cum in illis, de prabend. in* 6. in quo Canone Papa Bonifacius VIII. expresse mandat, quod cum in illis Beneficiis, in quibus adest cura animarum major requiratur idoneitas, ideo in mandato de providendo de Beneficiis quibuscunque non comprehendatur Beneficium curatum; si de ea mentio expressa minime facta fuerit, ubi glossa 1. dicit, quod in Gratiis Apostolicis de Beneficiis non veniunt curata, ita Staphileus *de gratiis expect. 9. formula num.* 45. Gonzalez *gloss.6. a n.6. cum seqq.* Corradus *in praxi lib.*2. c.5 *n.*25. *cum seqq.* & non facta hac mentione dispensatio est subreptitia, Seraphin. *decis.*483. *n.*3. Ex hactenus traditis cum post scripta contigisset in Ecclesia Metropolitana Neapolitana magna altercatio inter illos Canonicos, & admodum R. Octavium Gandosium provisum Apostolicum de Canonicatu, cui nolebat Capitulum tradere possessionem, ex quo erat Eunuchus, nec expresserat Papæ hanc qualitatem, quare prætendebat Capitulum Litteras Apostolicas esse subreptitias. Ego consului dicto Octavio ut Litteras revalidatorias impetraret per *perinde valere*, exprimendo illam qualitatem, quam tacuerat, quia dispensatus ad Ordines non censetur dispensatus ad Beneficia, & Canonicatus.

360 Nec sub hac dispensatione ita generaliter concepta, & cum expressione beneficiorum cum cura veniunt Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis, quia requiritur specifica, & individua mentio Canonicatus, ut notat Ricc. *in prax. quotid. p.1. res.*330. *n.*3. Amayden *c.*16. *n.*25. Corrad. *d. c.5. n.*45. licet tamen Ludovis. *dec.*287. *n.*7. dixit, quod in materia dispensationis Canonicatus pari passu ambulant cum curatis: attamen procedit in casu quo loquitur Ludovis. scilicet ut qui non possit dispensare in uno istius, neque in alio, non tamen quod dispensatus in uno censeatur in alio dispensatus: Dictæque clausulæ generali subnectitur illa alia clausula, *etiamsi Canonicatus, & prabenda*, quæ ultima particula, *& prabenda*, videtur exprimi ad cautelam, quatenus præbenda non veniret in consequentiam, non esset opus alia expressione, & sufficeret, quod esset dispensatus ad Canonicatum, secundum ea, quæ supra diximus, & in præsenti notat Corradus *loc. cit. d. lib.2. c.5. n.36. cum seqq.*

361 Ex hactenus traditis venit in consequentiam, cur etiam in hujusmodi Litteris apponitur illa alia clausula, *& Dignitates etiam majores, & principalis personatus, administrationes, vel officia.* Apponitur hæc clausula ita specifica, quia dispensatio ex sui natura est malefica, odiosa, & restrictiva, ita ut, quod solum exprimitur illud, *censeatur concessum, & non ultra*: & ita quamvis quis fuerit dispensatus ad quæcunque Beneficia, & Canonicatus in Cathedralibus, quia hæc utpote majoris notæ specificæ, & individuæ expressionis digna sunt, & licet Dignitates etiam Beneficia Ecclesiastica sint, tamen sunt Beneficia qualificata, & ideo in materia stricte non veniunt, nisi mentio fiat expressa, quod probatur ex *c. fin. de prab. & dignitatibus, & ex c. unico de sequestrat. poss. & fructuum*, Innoc. *in c. cum accessissent, de const.* Zab. *Clement. 2. de prabend. vers. quid si dignitas*, Sarnen. *in reg. de annal. q.*19. *per totam*, Gonzal. *gloss.9. n.26. & 27.* Corrad. *lib. 2. c.6. n.6. cum seqq.* Barbos. *de jur. Ecclesia lib.2. c.47. n.*53.

362 Sub ista dispensatione ad Dignitates majores non veniunt Episcopatus; nam sunt Dignitatum culmina, ita omnes concludunt, Garz. *de Benef. par.1. c.6. n.*66. Gonz. *gloss 9. n.*37. Corrad. *d. c.6. n.*9. & alii communiter nostri Doctores, Barbos. *d. c.4. n.51. de officio, & Potestate Episcopi alleg. 1. n.*17.

363 Solent etiam apponi, & exprimi illa alia officiorum nomina, ne aliqua contingat hæsitatio, necessario enim veniet apponenda illa clausula, *etiam in Cathedralibus*; nam dispensatus ad illa obtinenda Beneficia non censetur dispensatus ad illa obtinenda, cum sunt Beneficia in Cathedralibus constituta, & requiritur specialis mentio ob præeminentiam, & honorem Ecclesiæ Cathedralis, ut expresse cavetur in *c. quamvis, §. quanquam, de pub. in* 6. Garz. *part.1. c.6. n.*62. Corrad. *d. c.6. n.*27. Ricc. *p.1. prax. resolut.* 330. *in fine*, Rastell. *de mensibus reservatis, cap.* 8. imo Corrad. *n.*31. æstimat, quod si in dispensatione non fuerit apposita illa particula, *Metropolitanis*, quod non posset obtinere Beneficia in dictis Ecclesiis, & ita dicit de stylo, & praxi.

364 Apponitur etiam illa clausula, *si sibi alias canonice conferantur.* Hæc clausula videtur desumpta ex textu *in cap. non potest, de prab. in* 6. ibi. *Si alias canonice conferantur eidem*: quæ clausula importat ut collatio fiat secundum Canones, seu secundum jus Canonicum; de qua vide Rebuff. *in prax. rubr. Canonica institutio, qua dicatur*, Garz. *part.8. cap.1. & 2.* & alios latissime Ricc. Tondut. *tom.2. lib.*10. per plures titulos, in quibus tractat de provisione Beneficiorum, & refertur tam ad habilitatem conferentis, quam recipientis, idem Rebuff. *in tit. de disp. ratione atatis in princ.* Cui clausulæ adduntur illa alia verba, *aut ipse eligatur, præsentetur, & instituatur, pro qua.* Quorum verborum declaratione illud, quod etiam tyronibus notum est, in memoriam reducendum, quod verbum *conferre*, distinguitur a verbo *instituere*; aliud enim est collatio, aliud institutio; siquidem collatio dicit respectum ad Beneficia mere collativa; præsentatio verò ad Beneficia de jurepatronatus: siquidem Beneficia mere collativa unicuique conferri possunt, cuilibet etiam Clerico habili ex libito voluntatis conferentis dari concedique possunt: & collatio est quædam gratuita donatio; at institutio non est collatio libera, sed necessaria, nam supposita habilitate præsentati collator tenetur instituere præsentatum in Beneficio, siquidem hanc differentiam, in jure cautam habemus in *c. cum illis, §. cum autem, de prab. in* 6. ubi ita expresse cavetur.

365 Cum autem inter collationem, & institutionem differentia magna esse noscatur, ita docent antiquiores, & moderni, Lambert. *de jurepatronat. p.1. lib.2. q.7 art. 15. num.1.* Silva *de Beneficiis p.* 3. *q.1. n.*11. Massobrius *reg.7. dub* 18. *num.*4. Lotter. *de re benef. lib.2. q.1. n.*9. Barbos. *de iure Eccles. lib* 3. *cap* 13. *n.3. & 4.* & alii passim, ita ut sub decreto Concilii Tridentini *sess.24. cap.17. de reform.* ubi prohibetur, ne Episcopi ultra duo Beneficia conferant alicui, non veniant Beneficia de jurepatronatus, ita ut possit Episcopus uni Clerico dare plura Beneficia de jurepatronatus, quia non confert libere, sed instituit coacte, Lambertinus, Silva, Massobrius *locis cit.*

366 Alii autem dixerunt collationis nomen late patere, ac includere etiam institutionem; nam collationem duplicis speciei esse docent, nempe voluntariam, & necessariam; voluntariam quippe collationem in Beneficiis mere collativis; necessariam vero in Beneficiis de jurepatronatus locum vendicare asserunt, sed ex vi proprii significati collationem includere institutionem docet Glossa, quam ibi sequuntur Canonistæ in *Clement. unica de rerum permutatione, in verbo conferantur, in fine*, Rebuff. *in prax. de collatione n.*1. Abbas *in c. ex frequentibus, de instit. num.* 2. & multi Canonistæ in *cap. unico de instit. in* 6. Garz. *de beneficiis p.4. c.1. n.4. & 5.* Corrad. *d. lib.2. c.* 7. *sub n.3. & in prax. Benef. lib.4. c. 7. num.*33. Fagnanus *in dicto cap. ex frequentibus de institut. num.*3. & alii, ita ut sub dicti Trid. decreto vere comprehendantur Beneficia de jurepatronatus, ut docet Garz. *de Benef. p.*11. *cap.* 5. §. 3. *n.*280. Barbos. ad Trident. *loco cit. n.....* Pax Jordan. *tom.2. lib.*10. *cit.* 28. *num.*58. qui docet ita in facti contingentia observasse, Gonzalez *d. gloss.* 16. *n.*11. docet quod hæc opinio dicens, quod verbum, *collatio*, contineat institutionem, procedat cum verbum, *collatio*, profertur a lege in rescriptis verbo, quæ tanquam ambitiosa sunt restringenda, ut in *c. quamvis de prabend. in* 6. secus dicendum veniat.

367 At in nostra materia cum irregularis dispensatur ad Beneficium, nihil refert an sit mere collativum, an vero jurispatronatus; nam sufficit ut sit habilitatus ad Beneficium, quod sive sit collativum, sive jurispatronatus, nihil omnino refert, ita Corradus *loco cit. d. c.7. a n.3. cum seqq.*

368 Ponitur illa clausula, *recipere, & retinere*, ut ostenda-

tur, quod diversa est dispensatio ad retinendum, & recipiendum, dispensatus nanque ad retinendum non est dispensatus ad recipiendum: sic dispensatus ad recipiendum duo Beneficia curata non est dispensatus ad illa retinenda, & receptio non includit retentionem. Ita Marcus Antonius *variarum resolut. lib. 1. resol.* 19. Rebuff. *in prax. tit. de dispens. ratione ætatis, vers. & simul in puncto*, Corrad. *l. 2. c. 7. n.* 18. Tond. *de pens. c. 43. n.* 10.

369 Ponitur etiam illa clausula, *dummodo plura non sint*, quæ a Conc. Trid. permittuntur. Vigore cujus clausulæ satis patet, quod licet sit dispensatus ad quæcunque & qualiacunque Beneficia, attamen non poterit obtinere plura Beneficia, sed observanda erit dispositio Sacri Concilii Triden. *sess. 24. cap.... de reform.* nam hæc clausula restringit dispensationem ad mentem Concilii, Rota penes Vivian. *de Jurepatronatus decis. 47. n.* 16. Rota *recent. part. 1. decis.* 258. Corrad. *d. cap. 7. n.* 14. Garz. *p.* 11. *de benef. cap. 4. in addit. ad num.* 335.

370 Tandem apponitur illa clausula, *ad quascunque pensiones super similium, vel dissimilium Beneficiorum fructibus*. Hæc clausula apponitur ad evitandam illam quæstionem, an dispensatus ad Beneficia censeatur dispensatus ad pensiones etiam? nam cum simus in materia odiosa, nec admittitur argumentum non solum a paritate, sed nec etiam a majoritate rationis, ut dictum est, & citatis adde Tond. *de pens. cap* 43. *n.* 6. Rota *part. 6. recent. decis* 194. *num.* 5. ideo dispensatus ad Beneficia non posset consequi pensiones, secundum Corradum *loco cit. decis. 7. n. 19. &* 20. quam sententiam, ut dispensatus ad Beneficia non censeatur dispensatus ad pensiones de rigore juris, verum existimat Tond. *de pens. c. 43. n.* 16. sed de æquitate dicit, & ex præsumpta mente Summi Pontificis, qui dispensando potius respicit personam, quam Beneficium, crederet Tondut. quod dispensatus ad Beneficia esset quoque dispensatus ad pensiones, sed tutius esse dicit cum exprimitur. Hæ clausulæ supradictæ apponi consueverunt in dispensationibus super irregularitatibus. Et satis sit de clausulis, quæ apponi consuetæ sunt in Litteris Apostolicis directis Executoribus; nam de illis, quæ apponuntur in gratiis jam factis non loquor, nec me latet illa clausula, quæ apponi consuevit in dispensationibus, seu ut melius loquar in absolutionibus ab irregularitate ex homicidio voluntario contracta, scilicet, *dummodo non celebret in loco delicti*; hæc enim clausula non indiget explicatione, quia satis est clara: apponitur enim cum Orator est in culpa, cum vero non commisit aliquam culpam, quia in sui defensionem, vel casualiter commissum fuerit homicidium, solet omitti.

A D D I T I O

Ad Caput V. Primæ partis.

De Clausulis.

S U M M A R I U M.

Clausula, dudum, *præ se fert reservationem*, *n.* 1.
Clausula in forma, dignum, *quid importet? n.* 2. 3. 4. *&* 5.
Clausula, dummodo dispositio, seu collatio ad nos, *quid significet? n.* 6. *&* 7.
Clausula, asseris, asserit, asseritur, &c. *quid præ se ferat*, *n.* 8. 9. 10. *&* 11.
Clausula, si ita, *importat conditionem expressam*, *n.* 12.
Clausula, quatenus idoneus, &c. *sonat in monitionem*, *num.* 13.
Clausula, cujus conscientiam, &c. *non importat industriam personæ*, *n.* 14.
Clausula, dummodo aliunde habeat, &c. *conditionem præ se fert*, *n.* 15.
Clausula, sive præmissio, *quid operetur? n.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. *&* 25.
Clausula, aut per Constitutionem execrabilem, *quid operetur? n.* 26. 27. 28. *&* 29.
Clausula, dummodo remaneant centum, &c. *explicatur*, *n.* 30. *&* 31.
Clausula, dummodo de tempore datæ præsentium, *quod jus præservet? n.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. *&* 44.
Clausula, verificato, *importat conditionem*, *& facit mixtum Executorem*, *n.* 45. *&* 46.
Clausula, derogatoria medietatis compatronorum, *quos patronos comprehendat? n.* 47. 48. 49. *&* 50.
Nihil refert, an præsentatio præcedat, vel subsequatur gratiam, & provisionem Apostolicam, *n.* 51.
Clausula, cujus litis statum, *quid importet? n.* 52.
Clausula constito, *non tribuit jurisdictionem ante verificationem*, *n.* 53.
Clausula, amoto, *cujus efficacia sit? n.* 54. 55. 56. 57. 58. 59. *&* 60.
Clausula, contradictores compescendo, *quid tribuat? num.* 61.
Clausula, appellatione remota, *tollit appellationem frivolam*, *n.* 62.
Regula, reservatoria mensium, *derogat omnibus privilegiis, non tamen comprehendit Beneficia jurispatronatus*, *n.* 63. *&* 64.
Decretum, irritans, *cujus sit efficacia?* 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. *&* 74.
Clausula, *sub quibus reservantur pensiones*, *n.* 75.
Beneplacitum reservatum sub clausula, vel alias, *est omnino impetrandum*, *n.* 76.
Executor non potest exequi Litteras dispensationum super impedimento dirimente, antequam sit peracta pænitentia, *n.* 77.
Si possessio rei Ecclesiæ traditur ante beneplacitum obtentum, incurritur in excommunicationem, *n.* 78.
Beneplacito expedito, fit retrotractio? n. 79.
Ecclesia num possit ipsa sola pænitere, & rescindere contractum, & non alia pars, *n.* 80.
Expedito beneplacito, non est amplius locus pænitentiæ, *num.* 81.
Resolvitur contractus, si intra tempus præfinitum non expediatur beneplacitum, *n.* 82.
Beneplacitum an præsumatur expeditum post Constit. Urbanam? *n.* 83.
In omni contractu requiritur assensus Apostolicus, *n.* 84.
An requiratur in repudiatione, seu in acquirendis? num. 85.
Executor Brevium pro alienandis bonis Ecclesiasticis, est mixtus, *n.* 86.
Utilitas est Ecclesiæ cum imponitur census novus pro extinguendo alio, pro quo solvebatur majus interesse? num. 87.
Declarantur clausulæ, Dummodo collatio, &c. Dudum, & dummodo de tempore datæ præsentium, &c. *ibidem*.

Sequentia addenda duximus in hoc capite de Clausulis, in primis adde: Diximus, quod clausula *dudum*, 1
præ se fert reservationem, adde me citato Sacram Rotam *decis. 596. num. 13. p. 18. tom.* 1. Diximus pariter, quod clausula in forma *dignum*, efficiat mixtum Executorem, 2
adde decisionem 333. *num. 5. part. 4. tom. 2. recent.* & ut diximus operatur, ut Beneficium habeatur pro collato, remanente suspensione circa executionem ratione examinis, & collationis faciendæ ab Executore, ut in *decis. 122. n. 19. n 20. & decis. 141. n. 33. part. 16.* ut dictum est supra, qua clausula verificata, fit retrotractio 3
ad diem gratiæ, & usque ab eo tempore censetur justificata, & jus plenè quæsitum in re, seu in Beneficio, non tamen ad rem, seu ad Beneficium, Rota *decis.* 217. *num.* 45 *&* 46. p. 17. quæ loquitur de materia resignationis, quamvis ante verificationem nullum jus tribuat, Rota apud Celsum *decis. 89. n.* 8. & susius alibi, & cum faciat mixtum Executorem, ab ejus decreto admittitur appellatio suspensiva, & executio, pendente appellatione causat attentata, Rota *decis.* 114. *n. 4. 5. &* 6. & nos etiam 4
alibi. Item hæc clausula, posita in subrogatione, efficit illam non gratiosam, sed rigorosam, & importat tantum 5
mandatum de subrogando, & tunc non præbet facultatem Proviso ingrediendi possessionem propria auctoritate, prout alioquin posset, si possessio esset vacua, ut diximus & dicemus in propriis locis: sed de manu Executoris, qui prius debet cognoscere de idoneitate Provisi, sibi commissa, & de juribus defuncti, in cujus locum petitur subrogari, Lotterius *lib 2. quæst. 20. num.* 163. *& lib. 3. q.* 13. *num.* 34. Rota *decis. 449. n. 4. part. 4. tom.* 2. & apud Bichium *decis.* 545. *num.* 16. *&* 17. & dicemus etiam suo loco.

Ad clausulam, *dummodo dispositio, seu collatio ad nos, &c. num. 8. cum seq.* positam adde, quod hæc clausula 6
non est apta coarctare reservationem expressam, & ad illam

lam restringere, sed censetur adjecta solum ad limitan-
dam illam clausulam, *seu alio quovis modo vacet*, habe-
tur ea Rota *decis.* 200. *n.* 9. & 10. *part.* 16. *recent.* &
apud Eminentissimum Cetrum 951. *n.* 6. sed *in decis.* 128.
apud eundem Eminentissimum *n.* 24. dicitur, quod hæc
clausula totam gratiam, & omnia in ea contenta, qua-
lificat, & restringit, adducitur *decisio* 595. coram Cava-
7 lerio, & 550. coram Butatto, & etiam posita, in provi-
sione motu proprio etiam inducit conditionem, ita ut
necessaria sit præcisa justificatio, aut reservationis, aut
devolutionis, Rota apud Eminentissimum Cetrum 903.
n. 2. vide etiam Barbos. *in conclus.* 45. *in ordine*, qui &
dicit omnia, quæ nos in corpore diximus.
8 Scripsimus *n.* 13. 14. & 15. de clausula, *ut asseris*, *asse-
ris*, & *asseritur*, adde, quod hæc clausula, *ut asseris*,
facti dubietatem demonstrat, & conditionem, Rota *de-
cis.* 27. *n.* 1. *part.* 15. & 130. *n.* 3. *part.* 18. & est conditio-
nalis, & obligat impetrantem ad probationem asserti,
Rota *decis.* 41. *n.* 2. *part.* 17. & 124 *n.* 3. *part.* 15. & apud
Eminentissimum Cetrum *decis.* 183. *n.* 15. & inducit præ-
cisam probationem narrative præsertim valoris, expres-
si in reservatione pensionis, & interim suspendit effe-
ctum gratiæ, *d. decis.* 41. *n.* 2. *parc.* 17. Rota *decis.* 265.
n. 3. *part.* 15. *recent.* & apud Eminentiss. Cetrum 830. n.
3. & 4. & apud Priolum 351. *n.* 7. nisi titulatis consensis-
9 set pensioni, quia tunc non requiritur alia justificatio,
Rota *recent. part.* 12. *decis.* 288. & *in dicta deci*. 351. *n.*
8. licet hoc non procedat, quando adesset clausula, *dum-
modo*, &c. quæ requirit verificationem etiam accedente
consensu, *ibidem* 351. *n.* 9. & inferius latius suo loco.
10 Clausula vero, *ut asseritur*, potius ad præservandum,
quam ad probandum tendit, Rota *decis.* 331. *n.* 1. *part.*
15. *recent.* atque excludit confessionem, & probationem
asserti, Rota *decis.* 116. *n.* 9. apud Bichium *in d. decis.* 331.
11 Et ideo non tenetur ad justificationem, late Barbos. *in hac
claus.* quæ est ultima, & excluditur per hanc vitium sub-
ceptionis, & ideo est contraria alii, *ut asserit*, quæ re-
fertur ad assertionem impetrantis, vide Barbosam.
Ad *n.* 19. quod clausula, *quod ita est*, *si preces veri-
12 tati nitantur*, importet conditionem expressam, quia
consensus est præstitus sub eadem conditione, & obli-
gat impetrantem ad perfectam probationem, adde Ro-
tam *decis.* 120. *n.* 9. *cum seq. parc.* 16.
Clausula, *quatenus idoneus repertus fuerit*, quæ sem-
13 per apponitur in gratia in forma *dignum*, de qua sub *n.*
20. diximus, quod non faciat gratiam conditionalem,
& quod sonet potius in monitionem, & suspendi tan-
tum acquisitionem, & provisionem, in tempus, quo
idoneus detectus fuerit, & gratia in se pura est, & per-
fecta, expectans solum declarationem idoneitatis, adda
Rotam apud Eminentiss. Cetrum 196 *n.* 7. & 8. & *decis.*
333. *n.* 18. *part.* 16. *recent.* & idoneitate agnita, & dete-
cta, in executionis complementum collatio censetur facta
de tempore rescripti Apostolici, Lotterius *lib.* 3 *q.* 14. *n.*
68. Rota *in dicta decis.* 333. *n.* 19. *part.* 6. & *decis.* 122. *n.*
20. *part.* 10. *recent.* Barbos. tamen *de claus. in claus.* 151.
facit differentiam cum concipitur hæc clausula, *si idoneus*,
&c. & cum concipitur, *dummodo idoneus*, & dicit, quod
in primo casu non importat conditionem, sed modum,
bene tamen in secundo casu. Sic etiam clausula, *cujus
conscientiam oneramus*, sonat potius in monitionem, &
excitationem, quam in electionem industriæ personæ,
Rota apud Eminentiss. Cetrum 611. *n.* 14.
14 Subsequenter *n.* 25. diximus, clausula, *dummodo di-
ctus N. aliunde*, &c. importare conditionem verifican-
dam omnino coram Executore, addimusque *decisiones
in Asten. Canonicatus prima Julii* 1669. 31. *part.* 16. *recent.*
& Gratianum *c.* 991. *a n.* 8. *cum seq.* alias omnino gesta
sunt ipso jure nulla, ut in *d. decis.* 31. *n.* 3. & in hac *de-
cis.* 31. dictum fuit, non sufficere habuisse aliunde ante
resignationem, sed dictam clausulam verificari debuisse
de tempore resignationis: quia quando tempus est de
15 substantia, tunc probatio debet esse concludens respectu
temporis, ut in *in d. decis.* 31. *n.* 17. & 18. quapropter re-
signantis fuit datus regressus ad Beneficium resignatum,
ex quo de illo tempore resignationis coram Executore
non fuit probatum habere aliunde, ut in dictis decisio-
nibus, quæ fuerunt confirmatæ 4. Julii 1670. ut in *decis.*
332. *eadem part.* 16. *recentiorum*, quæ omnes fuerunt co-
ram nunc Eminentissimo Taja, & de hac etiam infra.
16 *Num.* 30. declarando clausulam, *sive præmisso*, dixi-
mus, quod cum est expressus vetus modus dispositive,
non potest capi vacatio ex diverso, seu alio modo: quia
expressio certi modi vacandi propter implicitam nega-
tivam alterius modi, habet vim restrictionis ad alium mo-
dum, ut inde non possit capi vacatio ex diverso modo;
alias daretur contradictio in objecto: nec est possibile,
duas vacationes constitui ex eadem persona, juxta doctri-
nam Abbatis *in c. significante* 34. *de rescriptis n.* 6. & 7. quem
etiam citat Lotterius *lib.* 3. *q.* 8. *n.* 57. & 58. apud Priolum
342. *n.* 24. & *decis.* 34. *n.* 41. & 42. Attamen hoc est de- 17
clarandum juxta decisionem 388. Bichii, quem etiam ad-
duximus sub *n.* 27. ut procedat, quando utraque vacatio
desumitur ex factis successivis, & unus modus fuit dispo-
sitive narratus; secus si facta sunt contemporanea, seu
unicum est factum, ex quo duplex vacatio insurgit, ut
esset matrimonium junctum cum dimissione habitus;
nam expresso uno modo, nempe ex dimissione habitus
cum clausula, *seu præmisso*, tunc sustinetur provisio, et-
iam si Beneficium vacasset per matrimonium, ob identi-
tatem rationis, in utroque vacationis modo concurren-
tis; & ita decisum in illa decisione 388. præsertim *a n.* 6.
in decisione autem 558. apud eumdem Bichium, in qua
dictum fuit, sustineri provisionem illius, qui impetra-
verat ex vacatione per matrimonium, cum alter impetra-
verit per resignationem, quia iste modus non fuit dispo-
sitive narratus, & per clausulam, *sive præmisso*, &c. seu
per liberam resignationem, bene fuit comprehensus, &c.
nam alias si dispositive, & restrictive fuisset narrata una 18
vacatio, certe non posset capi alia, ut dicunt Doctores
citati *in d. n.* 30. & adde etiam aliam decisionem apud eun-
dem Bichium 351. in qua *n.* 18. fuit dictum, non posse su-
stineri provisionem ex resignatione, cum fuerit expressa 19
vacatio per obitum: & textus est litteralis *in c. susceptum
de rescriptis in* 6. juxta Glossam ibi, *in verbo susceptum*,
novissime Sacra Rota *decis.* 197. *n.* 27. *part.* 17. *recent.*
quare bene oculati debent esse Executores ad investigan-
dum, si dispositive sit narratus modus vacationis; nam
tunc nisi verificetur modus vacationis, & ex alio modo 20
impetrantes instant pro executione, uti petulanter solent,
ex illa clausula, *aut alias*, &c. debent omnino abstinere,
nec talibus auditum præbere, prout in facto abstinuit
meus Dominus Vicarius ab executione Litterarum Ar-
chidiaconatus Policastrensis, impetrati a Paulo Piccardi,
qui falso narravit vacationem dispositive ob non Do-
ctoratum Josephi Politi, & postea uti volebat clausula
hac, *sive*, &c. quia quod petunt, nesciunt; sufficit ta-
men, vacationem narratam dispositive verificari de facto,
Rota apud Eminentiss. Cetrum *decis.* 128. *n.* 25. & 797.
apud Mazanedum 912. *n.* 5. apud Priolum *decis.* 33. *n.* 17.
& 154. *n.* 5. & 329. *n.* 2. & 342. *n.* 24. & *decis.* 197. *n.* 23.
& 24. *part* 17. verificato enim de facto vacationis mo-
do, dispositive expresso, gratia substinetur, nec dicitur
subreptitia, ut in dictis decisionibus, novissime Sacra Ro-
ta *decis.* 411. *n.* 4. & 5. *parc.* 18. *tom.* 2 quod tamen intel-
lige secundum decisionem 297. *n.* 14. *part.* 17. scilicet, ut
subsistat modus in facto; nam, cum non subsistit, non
sufficit docere de modo facto, prout fuit casus illius de-
cisionis, in quo Episcopus mutavit Parochialem in Colle-
giatam; nam ideo fuit dictum, non sufficere probare de
facto Collegiatam; nam Episcopus non poterat mutare
Parochialem in Collegiatam: ubi enim agitur de muta-
tione status Ecclesiæ, non sufficit docere de nudo fa-
cto erectionis (quidquid sit de mutatione usus, vel sta- 21
tus ipsius usus) nam tunc sufficit verificare de facto, vi-
de dictas decisiones novissimas 195. *n.* 23. & 24. & 297.
n. 14. *parc.* 17. *recent.* quæ emanarunt in eadem causa
Parmen. Parochialis. Quod autem diximus, quod va-
catio debet saltem de facto verificari, intellige quando
provisio fit ad partis instantiam, secus si motu proprio,
Rota apud Coccinum *decis.* 1041.
Sic etiam non operatur dicta clausula, *sive præmisso*, 22
quando ponitur illa alia, *non tamen per obitum*: quia
tunc restringitur ad narratam, & nunquam capit futu-
ras vacationes, Rota *decis.* 296. *n.* 8. & 9. *part.* 17. *re-
cent.* Sicuti quando fit provisio de Parochiali contra for-
mam Concilii, & Constit. B. Pii, Rota *decis.* 297. *n.* 15.
eadem parc. 17. Pari modo provisio, *per obitum*, quam- 24
vis sub generalibus clausulis, & cum dicta clausula, *sive
præmisso*, &c. concessa, nunquam capit vacationem per
non publicationem, Rota apud Eminentissimum Cer-
rum 20. *n.* 10.
Gratia tamen cum hac clausula, *sive præmisso*, *si-* 25
ve, &c. præfertur gratiæ posteriori, habenti certum,
& ve

& verum modum vacandi, Put. *libr.* 2. *decisio* 37.

Clausulam, *aut per constitutionem execrabilis*, late ex-
26 plicavimus *a n.* 50. *cum multis seq.* præsertim *n.* 62. & 63. & scripsimus, quod ad effectum inducendi vacationem ob adeptionem secundi Beneficii incompatibilis, requiratur possessio pacifica, & quidem per duos menses de jure, & de facto, per text. *in c. licet Episcopus, de præbendis in* 6. & per *d. extravag. execrabilis*, adde *decis.* 357. n. 1. *part.* 15. *recent.* & non constito de pacifica possessione utriusque, primum non dicitur incompatibile cum secundo, ut *ibidem n.* 3. & allegantur aliæ decisiones, præsertim 131. *n.* 7. & 8. *part.* 11. *recent.* & secundum Beneficium debet possideri actu, & exercitio, non autem solo habitu: ex quo habitualis possessio nullam causat incompatibilitatem, ad tradita per Hostiensem *in cap. quia nulli, n.* 15. *de Clericis non residentibus*, Hojeda *de incompatibilitate benefic. part.* 1. c. 13. *n.* 10. Rota dec. 179. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 341. *n.* 3. & 4. *part.* 15. *recent.* in qua etiam *decis.* 341. *n.* 7. & 8. fuit dictum,
27 quod cessat incompatibilitas, cum quis fuit dispensatus ad residendum, sicuti etiam cessat, quando fructus Beneficii primi sunt admodum tenues, & insufficientes ad sustentandum, juxta text. *in c. cum te, de ætate, & qualitate*, ubi Glossa *in verba tenues*; verum contrarium dixit Rota apud Coccinum *decis.* 552. *n.* 12. Sed de hoc *ali-*
28 *bi*. Item *n.* 72. diximus, quod non ex adeptione secundi contingit vacatio primi, sed ex retentione secundi, & non collatio, sed retentio causat incompatibilitatem. Adde dictam decisionem Rotæ apud Bichium 189. (male fuit impressa 187.) Adde aliam 313. *n.* 3. apud eundem Bichium, *decis.* 116. *n.* 11. *part.* 16. *recent.* ubi bene dicitur, quod non est prohibitum conferre secundum incompatibile, sed Proviso non licet primum retinere, & quod per talem assecutionem secundi, vacat ipso jure primum Beneficium, non secundum, ibique *n.* 16. allegantur Doctores, & præsertim Decisio Rotæ 174. *n.* 16.
29 *part.* 5. post tamen duos menses vacat primum Beneficium, & conferri potest, & intrat vacatio usque ab initio, Rota *decis.* 648. *part.* 18. advertendum est, quod decis. 241. penes Rubeum, quam citavimus sub *n.* 90. est penes Priolum 54. *in ordine*.

30 In *n.* 99. explicavimus clausulam illam, *Dummodo remaneant centum pro Rectore*, ad quæ scripta addimus notabilem Sacræ Rotæ decisionem *in Romana pensionis* 25. *Maii* coram Bichio *apud ipsum* 255. in qua plura fuerunt determinata in hac materia: & in primis, quod pensio reservata cum hac clausula, justificanda est a pensionario in petitorio plene, & concludenter, & nisi justificetur, nihil ponit in esse: quia est conditionalis. Item quod hæc clausula respicit ipsam reservationem pensionis: quia Papa nullatenus vult reservare pensionem, nisi centum remaneant pro Rectore: & respicit nedum tempus præsens, sed etiam futurum, adeo quod, si tempore reservationis remaneant centum, sed fructus deinceps ita sint minuti, ut Rector solvendo pensionem, nec se, nec onera Ecclesiæ sustentare possit, fit locus reductioni pensionis ad convenientem quantitatem. Item, quod fructus incerti non veniant in computatione: quia isti percipiuntur ratione laboris, & sic non computantur in congruam; consequenter detrahendæ sunt expensæ necessariæ: quia per hanc clausulam voluit Papa, quod illa centum libera maneant pro Rectore ab omni onere ordinario, & necessario. Demum, quod hæc clausula verificari debeat de ipso tempore reservationis, seu gratiæ: & quando de hoc tempore non remanent centum libera pro Rectore, deductis omnibus oneribus, pensio in totum corruit, ut in *d. decis.* & novissime eadem Sacra Rota *decis.* 41. *n.* 4. *cum seq.* & 145. *n.* 32. *part.* 17.
31 *recent.* & 130. *part.* 18. & quod non sustineatur, dum non remanent centum pro Rectore, Rota *decis.* 113. *n.* 2. *part.* 16. *recent.* & *d. decis.* 41. *n.* 8. & 9. Centum autem intelliguntur de moneta illius regionis, in qua est situm Beneficium, nisi expressio sit facta in ducatis de Camera: quia tunc etiam centum intelliguntur in ducatis Cameræ Apostolicæ, Rota *in d. decis.* 41. *n.* 12. *part.* 17. ac in valore nunquam computantur incerta, si in hac clausula, *dummodo*, non fuit facta mentio de incertis, prout in *d. decis.* 41. *n.* 13. *part.* 17. atque in *dictis decisionibus* clare habetur, quod requiratur verificatio de omni tempore, quod etiam dictum fuit in *decis.* 180. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* sed de hac ea plura etiam infra in suis locis.

Successive explicavimus clausulam, *Dummodo*, *a num.* 104. *usque* 129. *inclusive*, & in primis notandum est, 32
quod Marius Antoninus *lib.* 1. *variar. resol.* 9. *n.* 4. facit differentiam in conceptione hujus clausulæ, dicens, quod aliud est, cum dicitur, *Dummodo tempore datæ præsentium alteri non sit jus quæsitum*, & aliud cum concipitur cum dictione *in*, scilicet, *dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo alteri jus quæsitum*; nam in una præservat jus in re, & ad rem, in altera vero tantum jus in re. Hanc doctrinam, & distinctionem rejicit Sacra Rota *in decis.* 74. *n.* 5. & 6. *part.* 16. *recent.* quia utroque modo apud practicos beneficiales legitur extensa apud Rebuffum *in praxi nova provisionis*, *v. dummodo*, Garz. *de benef. part.* 4. *c.* 3. *n.* 19. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *n.* 2. Corradum *in prax. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 57. Rot. *decis.* 17. *de præbendis in novis*, Eminentiss. Ottbob. *decis.* 120. *n.* 9. coram Eminentiss. Celso 31. *n.* 14. & simpliciter extensa per Mandos. *in reg.* 17. *q.* 2. Mattha *part.* 1. *clausula* 53. Barb. *de clausulis* 44. qui omnes nullam distinctionem adhibent; præservat enim hæc clausula ex sui natura jus quæsitum, ex anteriori provisione, Rota apud Priolum *decis.* 48. *n.* 17. & 129. *n.* 4. Gratianus *c.* 780. *n.* 17.

Certum est, quod hæc clausula præservat jus quæsitum ex sola præsentatione, quamvis sit jus ad rem, dum- 33
modo sit certum, & validum, cum scilicet præsentatus est omnino instituendus: quia, vel est unus, vel a majori parte patronorum, juxta doctrinam Fel. *in c. causam, quæ, n.* 26. *v. sed Rota de rescriptis*, & adde Lotterium *lib.* 2. *q.* 23. *n.* 8. Buratt. *decis.* 651. *n.* 10. ubi addentes, Rotam apud Bichium 338. *n.* 36. & 396. n. 9. apud eundem, & 331. *n.* 4. *part.* 15. & 240. *n.* 5. *part.* 16. *recent.* & optimam rationem assignat Rota *decis.* 543. *n.* 3. *part.* 18. ne dicatur gratia concessa in alterius præjudicium; cum vero non est acquisitum jus certum, & validum, sed eventuale, certum est, quod non præservat; & citatis adde *decis.* 536. *n.* 15 apud Bichium, & *decis.* 74. *n.* 8. apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 571. *n.* 8. 9. 679. *n.* 5. 369. *n.* 8. apud Ariolum *decis.* 2. *n.* 13. & 14. Sicuti
etiam esset, cum quis a medietate patronorum esset præ- 34
sentatus: quia tunc nullum certum jus est acquisitum, cum possit esse locus gratificationi, juxta textum *in c. cum autem, de jurepatronatus*; tunc enim hoc jus non præservat hæc clausula, & citatis sub *n.* 112. adde Sacram Rotam *decis.* 239 & 240. *n.* 4. *part.* 16. *recent.* & novissime *decis.* 667. n. 19. & 20. *part.* 18. *tom.* 2. nisi tamen
subsecuta fuisset gratificatio ab Ordinario, & institutio 35
secuta: quia tunc provisio sequens cum derogatione non præjudicat ei, qui gratificationem, & institutionem habuit ab Ordinario: Nam Papa per dictam clausulam, *dummodo*, satis se declarat nolle præjudicare legitime Proviso, & dicitur in *d. decis.* 239. *n.* 12. & 240. *a n.* 3. *cum*
seq. & *decis.* 375. n. 5. apud Eminentissimum Cerrum: 36
semper enim quod secuta est provisio legitima ab Ordinario, per dictam clausulam salvatur, & præservatur dictum jus quæsitum ex tali institutione, ut in *d. decis.* 239. *n.* 12. & 240. *part.* 16. & 128. *n.* 2. apud Bichium,
& 396. apud eundem & 74. *part.* 16. *recent.* bene tamen 37
præservaret jus provisio Apostolica, si prior esset cum derogatione medietatis, posterior vero gratificatio, ne in *d. decis.* 239. *n.* 22. quia gratificatio posterior Episcopi non potest præjudicare Proviso Apostolico, habenti anteriorem gratiam, ut *ibidem* habetur *n.* 23.

Quod tamen moderandum est, & intelligendum, ut non semper hæc clausula præservet jus primo Proviso,
ac resolvat jus secundi; nam si primi fuerit eventuale, 38
incertum, & conditionale, certe non præservat, Felinus *in c. super litteris n.* 11. *v. censetur*, *de rescriptis*, Lotterius *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *n.* 52. Rota apud Eminentiss. Cerrum 196. *n.* 13. ut fuit ponderatum in illa decisione de eo, qui habuit provisionem Apostolicam cum clausula, *accedente consensu patronorum*, *vel illorum majoris partis*, nec adimplevit dictam conditionem, nec adimplevisse docuit de tempore, quo alter impetravit provisionem cum derogatione majoris partis: quia cum hoc jus primi impetrantis erat pendulum, & eventuale, de-
pendens a præsentatione patronorum, quamvis gratia 39
fuisset anterior: tamen jus non fuit præservatum per dictam clausulam, *Ibidemque* fuit decisum, quod per clausulam hanc, *dummodo non sit alterius quæsitum*, non præservatum fuit jus primi impetrantis ex sola supplicatione signata a Sanctissimo, qui non expeditis Litteris convolavit ad Ordinarium, & prævia patronorum præsentatione,

tatione, inſtitutionem, & ſubſequenter poſſeſſionem ob-
tinuit: quia ex Conſtitutione Julii III. ſancitur, ſimiles
inſtitutos non eſſe poſſeſſores Beneficiorum, ſed meros,
& nudos detentores, violentos, & ſine titulo intruſos:
non quia, non expeditis Litteris, intraverunt in poſſeſ-
ſionem; ſed quia, omiſſo titulo Apoſtolico, adiverunt
Ordinarium; & ideo ex dicta gratia nullum jus quæſitum
fuerat primo impetranti, & Beneficium, tanquam de
jure, & de facto, vacans potuit ab alio impetrari, juxta
deciſ. 216. *n.* 5. 6. & 7. 268. & 287. *n.* 10. & 12. *part.* 6.
recent. & conſequenter clauſula hæc non potuit præſer-
vare jus primi impetrantis, nec reſolvere jus ſecundi;
nunquam vero dicitur jus quæſitum in re ante collatio-
nem, *ex cap. ult. de conceſs. Præb. in* 6. Lotterius *de re be-
nef. lib.* 2. *q.* 51. *n.* 35. Rota *dec.* 669. *n.* 9. apud Bichium, &c.
40 Diximus *n.* 115. quod hæc clauſula, *dummodo*, præ-
ſervat etiam jus ex oppoſitione quæſitum, dummodo op-
ponens veniret inſtituendus, cum ſcilicet eſſet Beneficium
certo generi perſonarum debitum, adde Manzenedum
deciſ. 719. *n.* 6 & 7. & noviſſimam *deciſ.* 372. *n.* 11. *part.*
17. ubi etiam quod non ſit præſens, vel cum quis habe-
ret majores qualitates, & res eſſet deducta in judicium,
juxta deciſionem Rotæ apud Bichium 489. *n.* 16. & ma-
giſtralis eſt deciſio apud Eminentiſſ. Cerrum 131. per to-
tam, cum alioquin jus ſimpliciter ex oppoſitione quæ-
ſitum non præſervat hæc clauſula, ut dicitur expreſſe in
deciſ. 669. *n.* 5. apud eundem Bichium. Intellige etiam
ſupradicta, quod tunc hæc clauſula præſervat jus quæſi-
tum ex præſentatione, quando præſentatio infra legitima
tempora fuerit exhibita coram legitimo Ordinario, ha-
41 bente poteſtatem inſtituendi, cum publico documento
præſentationis, alias non operabitur: quia tunc acqui-
ritur jus, quando fit præſentatio coram Superiore, &
ſi non ſit, nullum jus acquiritur præſentato, Vivian.
lib. 8. *c.* 7. *n.* 15. & 38 Dunoxet. junior 956. Rota *recent.
part.* 18. *deciſ.* 665. *n.* 8. Quod hæc clauſula faciat mix-
tum Executorem, adde *deciſ.* 114. *n.* 5. & 13. *part.* 15.
recent. & apud Bichium 461. *n.* 5. dummodo adſit legiti-
mus contradictor, ut dicitur *ibidem n.* 6. præſertim facit
mixtum Executorem, quando eſt poſita in gratia dero-
42 gationis medietatis: quia tunc non poteſt providere de
facto, Manzaned. *deciſ.* 375 *n.* 3.
Proinde huic clauſulæ addendum eſt, quod, cum nul-
43 lus adeſt legitimus contradictor, tunc nullum jus præſer-
vabile invenit, juxta *deciſ.* 323. *n.* 28. *part.* 16. *recent.* In-
44 ſuper adde, quod hæc clauſula, *dummodo tempore*, &c.
ſupplet defectum taciturnitatis tituli, & poſſeſſionis al-
terius, & habet vim expreſſionis, & excludit omnem
ſubreptionem, quæ ex taciturnitate poſſet conſiderari,
Rota apud Eminentiſſ. Cerrum 275. *n.* 3. ubi Doctores,
& deciſiones allegantur.
45 Clauſula, *verificato prius jurepatronatus*, &c. de qua
diximus *n.* 126. quod reddat gratiam conditionalem, &
plene probari debeat, adde Rotam *deciſ.* 325. *n.* 118. *part.*
15. *recent.* Priolum *deciſ.* 41. *n.* 3. & 4. apud Eminentiſſ.
Cerrum 370. *n.* 6. & tunc probari debet jus ex fundatio-
ne, & dotatione, nec ſufficit probari per enunciativas,
vel per præſentationes, cum poſſit competere ex privi-
legio, ideo non eſt ſatisfactum Litteris, Eminentiſſimus
Cerrus *deciſ.* 604. *n.* 2. Facit etiam hæc clauſula Execu-
torem mixtum, qui partes Judicis tenetur aſſumere, Ro-
46 ta *deciſ.* 360. *n.* 4. *part.* 15. *recent.* & proinde datur ap-
pellatio etiam ſuſpenſiva, ut *d. deciſ. n.* 5. etiamſi Benefi-
cium eſſet curatum de jurepatronatus, *ibidem n.* 6.
47 *A n.* 131. *cum aliquibus ſequentibus*, locuti fuimus de
clauſula *derogationis medietatis juriſpatronatus*; quibus
adde ſequentia: & primo, quod derogatio hæc medie-
tatis ad favorem alicujus habet vim, ac ſi fuiſſet præſen-
tatus ab omnibus, & per eam abdicatur jus ab aliis, qui
non præſentaverunt pro illa vice, & habetur pro inſti-
tutione, & habet præventionem in concurſu cum Or-
dinario, Rota apud Eminentiſſ. Cerrum 196. *n.* 15. &
16. Item, quod in gratia hac *derogationis medietatis*,
attendatur ultimus ſtatus, & quod Papa intellexit de me-
dietate patronorum, exiſtentium in poſſeſſione, & at-
tenditur quis ſit poſſeſſor, non qui verus patronus, ad-
de Rotam apud Vivianum *deciſ.* 84. apud Bichium *dec.*
396. *n.* 6. & 7. & *deciſ.* 352. *n.* 4. *part.* 16. *recent.* & apud
Eminentiſſ. Cerrum 604. *n.* 5. & 6. ibique multæ aliæ alle-
gantur apud Priolum 305. *n.* 6. quod eſt probandum,
ſcilicet, præſentantes eſſe in quaſi poſſeſſione, &c. ut
dicitur in *d. deciſ.* 604. *n.* 5. apud Eminentiſſ. Cerrum;

Sed videtur contraria deciſio apud Bichium 419. in qua
dicitur, quod in gratia *derogationis*, &c. debeat atten-
di verus patronus in concurſu præſentati ab exiſtente in
quaſi poſſeſſione præſentandi: quia poſſeſſorium abſor-
betur a petitorio, ut ibi expreſſe legitur *n.* 5.
Et attenditur ultimus ſtatus, etiam in præjudicium eo- 48
rum, qui prius aliquem admiſerunt ad præſentandum,
Rota *deciſ.* 101. *n.* 8. *part.* 7. Rota apud Bichium *d. deciſ.*
396. *n.* 8. Hæc tamen procedunt, præſertim quando ul-
timus eſt legitime præſcriptus; ſecus ſi incontinenti con-
ſtat de contrario, & non de jure habentis ultimum ſta-
tum: quia tunc poſſeſſorium abſorbetur a petitorio, Ciarl.
c. 153. *n.* 8. Rota apud Vivianum *deciſ.* 18. *n.* 6 Rota *in
d. deciſ.* 396. *n.* 28. & 29. apud Bichium; vel quando con-
ſtat de anteriori ſtatu, Rota *deciſ.* 352. *n.* 17. *part.* 16.
& tunc admiſſio ad præſentandum, ſi repugnat funda-
tioni, non officit: quia contra ipſum, qui admiſſus
fuit, excipi poteſt de non pertinentia: Nam licet fuerit
admiſſus in quaſi poſſeſſione præſentandi, non tamen
acquiſivit jus præſentandi, Innocentius *in c. cum Eccle-
ſia Sutrina*, *n.* 4. *de cauſa poſſeſſionis*, & *proprietatis*,
ibique Abbas *n.* 35. Rota *in dicta deciſ.* 396. *n.* 31. apud
Bichium, ubi aliæ allegantur deciſ. Cum vero jus veri
patroni non eſt evidens, nec ejus, qui ultima vice præ-
ſentavit, tunc bene attenditur ultimus ſtatus, Rota *in
d. deciſ.* 396. *n.* 32. vide *deciſ.* 396. *n.* 34. nam ſemper at-
tenditur ultimus, donec contrarium probetur ad ſuſti- 49
nendam præſentationem, Rota *deciſ.* 459. *n.* 1. *part.* 18.
recent. tom. 2. in Beneficialibus enim ultimus ſtatus, &
quaſi-poſſeſſio ſufficit, ad textum *in d. c. cum Eccleſia Su-
trina*, juncta Gloſſa ibi, *in verbo ultimo*, *de cauſa poſ-
ſeſſionis*, & *proprietatis*, Rota *deciſ* 63. *n.* 6. *part.* 19.
ultimus ſtatus ſuffragatur quidem poſſeſſori, ſed non ſuc-
ceſſori, qui non eſt in poſſeſſione, ſecundum Lotterium
lib. 2. *q.* 8. *n.* 106. Rotam *d. deciſ.* 471. *n.* 21. *part.* 4. *tom.*
1. Addentes ad Gregorium *deciſ.* 37. *in fine*, Rotam *de-
ciſ.* 352. *n.* 18. *part.* 16. Sed contra has deciſiones, quod
ſcilicet ſuffragetur poſſeſſio anteceſſoris ſucceſſori, abſ-
que poſſeſſione ad effectum inſtitutionis, aperte dictum
fuit in *Aretana Capellania* 6. *Junii* 1668. coram Ottalo-
ra 268. *in fine part.* 15. *recent.* ubi ita habetur: *Non obſtat,
quod quaſi poſſeſſio Michaelis-angeli, Jacobi, & Lucæ,
non tranſierit in hæredes, abſque nova apprehenſione, jux-
ta firmata in Melevitana juriſpatronatus* 16. *Junii* 1659.
coram R. P. D. meo Bevilacqua: *quia in hoc caſu non agi-
tur de excludendo præſentatum a veris patronis ex ſola
quaſi poſſeſſione Anteceſſorum*, in quibus terminis loqui-
tur Rota *in deciſ. Melevitana juriſpatronatus*; *ſed tantum
de inſtituendo præſentatum a ſucceſſoribus eorum, qui ve-
re erant Patroni, & exiſtebant in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi: Hoc enim caſu attenditur major numerus præſentan-
tium, & quaſi poſſeſſio anteceſſoris bene ſuffragatur ſuc-
ceſſori ad effectum inſtitutionis, etiam abſque nova appre-
henſione*, Lotter *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 116. & *ſeq.*
cum aliis congeſtis *in Adrien. beneficii* 6. *Februarii* 1668.
§. pertinentia coram me. Verum poſt ſcripta vidimus *d.
deciſ.* 419. apud Bichium, *in qua n.* 6. ita habetur: *Præ-
ter quod non verſamur in concurſu præſentati ab exiſten-
te in quaſi poſſeſſione præſentandi, tum Reſaninus adver-
ſarius non fuerit præſentatus ab ejus hæredibus, in quos et-
iam quaſi poſſeſſio Auctoris non tranſiit, juxta opinionem,
quam reprobata contraria ſententia Lambertini, ſemper
amplexa eſt*; ſed de hac re etiam alibi, & plura etiam di-
cemus de ſtatu ultimo, Sic etiam Gratia *derogationis me-
dietatis*, eſt ſubreptitia, niſi verificetur alia medietas,
Rota apud Dunozett. *deciſ.* 957. & 783. & *in d. deciſ.* 352.
n. 16. *part.* 16. *recent.* per text. *in c. ad audientiam*, & *c. ſi
proponente*, *de reſcript. c.* 2. *de filiis presbyterorum in* 6. &
c. ſi motu proprio, *de præb. in* 6. Quod vero Papa ſolet de-
rogare in totum juripatronatus cum Beneficium in Cu-
ria vacaverit pro illa vice: quia ex hac derogatione non
præjudicatur compatronis, adde deciſ. Rotæ apud Bichium
118. *n.* 22. & 23. Eminentiſſ. Cerr. *deciſ.* 571. & etiam de-
rogat, cum vacat per reſignationem ad alterius favorem
quia adhuc tunc dicitur vacare in Curia; cum vero extra
Curiam vacat, ad ſummum pro duobus tertiis partibus,
Rota apud eundem Bichium 558. *n.* 30.
Ad id vero, quod ſcripſimus ſub *n.* 133. nempe, nihil
referre, an præſentatio præcedat, vel ſuſequatur provi-
ſionem Apoſtolicam juxta ſtylum Datariæ, quicquid ſit
de jure communi, ultra deciſionem Rotæ apud Bichium
419. adde etiam apud eundem Bichium 396. *n.* 14. & 239.
n. 16.

n. 16. *part.* 16. nec requiritur præsentatio coram Papa, sed
sufficit consensus, desumptus ex instrumento nominatio-
nis, Rota *decis.* 352. *n.* 15. *part.* 16. & ad notata n. 134.
adde *decis.* 118. *n.* 22. penes Bichium.

Num. 139. multa deduximus pro explicatione clausu-
52 læ, *cujus litis statum*, & quod hæc clausula excusat a subre-
ptione, quam alioquin causaret taciturnitas litis, adde
decis. 325. *num.* 19. *part.* 16. *recent.* in qua decisione fuit
dictum sustineri provisionem Apostolicam Beneficii impe-
trati post præsentationem Rotalem, ob illam clausulam,
cujus litis statum, *&c.* adde etiam decisionem apud Emi-
nentiss. Cerrum 849. *num* 6. apud Priolum 63. *num.* 11. *&*
166. *num.* 9.

Clausula, *constito*, de qua *num.* 143. quod non tribuat
53 jurisdictionem, imo illam suspendat ante verificationem,
adde *decis.* 174. *num.* 1. apud Bichium, *&* 715. *numer.* 10.
part. 2. *recent.* Barbosa *claus.* 25. qui late explicat, & re-
quirit concludentes probationes cum partis citatione,
ibid.

54 Efficaciam clausulæ, *amoto*, late explicavimus *a num.*
159. usque *ad* 174. & attulimus in principio, quod mul-
ti Doctores distinguunt, cum hæc clausula apponitur in
parte dispositiva, & quando in executiva; verum, ut
diximus, Lotterius non admittit hanc distinctionem, sed
illam admittere clare videtur Sacra Rota apud Bichium *de-
cis.* 275. *num.* 26. ubi dixit, quod hæc clausula, *amoto*,
cum est posita in parte executiva, & gratia est legitime ju-
stificata, & litteræ non sunt expeditæ sub intrusione, non
55 tollat viam executivam; sed quod hæc clausula impediat
viam executivam, & reddat sententiam appellabilem, ab-
solute dicit Sacra Rota *dec.* 483. *nu.* 1. *part.* 18 *&* 63. *n.* 1.
parp. 19. præsertim si agatur ad exclusionem alterius Pro-
visi, ut in *d. dec.* 483.

56 Quod vero hæc clausula faciat mixtum Executorem,
qui teneatur assumere partes Judicis cum partis citatione,
adde *decis.* 114. *n.* 5. *par.* 15. *&* 107. *n.* 5. *&* 6. *part.* 16. *re-
cent.* & apud Bichium 275. *&* 505. *part.* 18. ita ut admit-
tatur ab ejus decreto appellatio suspensiva, & causet atten-
tata, ut dicitur in *dictis decis.* 107. *num.* 7. *&* 275. *nu.* 23.
57 Caval. 278. n. 8. verum apud non teneatur citare mere in-
trusum, Rota apud eundem Bichium *dec.* 280. *n.* 8. sed de
hac re alibi.

Hæc clausula facit mixtum in cognoscendo, sed si pos-
sessoris titulus detegatur nullus, & invalidus post cogni-
58 tionem, in exequendo remanet merus, licet in cogno-
scendo mixtus fuerit, *decis.* 225. *n.* 2. *par.* 7. 307. *par.* 13.
recent. apud Cavalerium 278. *num.* 8. 509. *n.* 4. *par.* 17. &
ut dicemus, fieri tunc mixtum, quando adest legitimus
contradictor, seu possessor, alias secus, juxta doctrinam
citatam apud Cavalerium, & Eminentissimum Cerrum
134. *n.* 12. & alios, quos alibi citavimus. Cum hæc clau-
59 sula apponitur in litteris expeditis certo modo, quia gra-
tia præsefert alterius præjudicium, si pars est certa, requi-
rit citationem certam, executam personaliter ei, de cujus
præjudicio agitur; si vero contradictor non sit certus, o-
mnino per edictum: quia est mixtus, & tenetur partes ju-
dicis assumere, Rota apud Dunoz. juniorem *dec.* 193. *nu.*
2. *&* 5. apud Celsum 12. *&* 434. *num.* 8. *&* 9. *par.* 18. *in re-*
60 *cent.* Item cum apponitur in gratia *derogationis medieta-
tis*, prout solet apponi, omnino Executor tenetur partes
judicis assumere, & citare alteram partem, alias atten-
tat, Rota apud Manzanedum *dec.* 375. *n.* 3. & fusius in-
fra dicemus.

Per hanc clausulam omnino salvatur subreptio, quæ
61 alioquim posset oriri ex taciturnitate possessionis colora-
tæ, Rota apud Caval. *d. dec.* 278 *num.* 6. apud Coccinum
1001. nec refert, quod in dicta clausula non apponatur il-
lud verbum, *illicito*, ut ibidem Coccinus.

Successive *num* 175. explicavimus clausulam, *contra-
dictores compescendo*, quæ ponitur in parte executiva, nec
62 alterat naturam præcedentis provisionis, Rota *dec.* 118.
num 4. *par.* 15. *recent.* ubi etiam, & quod faciat mixtum
Executorem, & quod intelligatur de contradictoribus de
facto, non autem de jure, *ibidem n.* 5.

Clausula, *appellatione remota*, de qua n. 177. tollit ap-
pellationem frivolam, adde Rotam *dec.* 235. *nu.* 36. apud
63 Bichium, sicuti non tollit appellationem, si sententia sit
injusta, Rota apud eundem Bichium *dec.* 526. *n.* 15, neque
tollit cognitionem, & processum executivum usque ad sen-
tentiam diffinitivam, ut ibid. dicitur.

Quod *regula reservatoria mensium*, de qua locuti su-
64 mus *nn.* 173. *&* 194. deroget omnibus privilegiis, con-
cessis cum quibuscunque clausulis, etiam insolitis in dero-
gatoriis derogatoriarum, & comprehendat omnia Bene-
ficia, ad collationem quotumcunque collatorum quomo-
dolibet pertinentia, atque deroget quibusvis consuetudi-
nibus, etiam immemorabilibus propter *decretum irritans*,
adde duas optimas decisiones *in Montis alti beneficii* 28. *Ju-
nii* 1645. *&* 15. *Decembris ejusdem anni* 1645. coram Bi-
chio apud ipsum 234. *&* 241. in quibus fuit dictum, hanc
regulam comprehendere etiam Beneficia, quæ erant de col-
latione Venerabilis Capituli S. Joannis Lateranen. ex indul-
tis Honorii II. Innocentii III. Bonifacii IX. & aliorum Sum-
morum Pontificum. Quare cum essem translatus ad hanc
Ecclesiam Policastren. & comperiissem, per Prædecessores
meos fuisse collatos Canonicatus in quolibet mense vaca-
tos, dixi male provisos, ac omnino intrusos, eisque non
suffragari *Regulam de triennali*, ac me abstinui a præfata
collatione, sed impetrandos dixi a Sancta Sede. Item de-
cisum apud Priolum 166. *in fine*, non tamen comprehen-
dit Beneficia jurispatronatus laicorum, Glossa *in c.* 1. *ver-
bo collatio*, *de preb. in* 6. Gonzalez. *in reg.* 8. *glos.* 18. *n.* 9.
Glos. 1. *n.* 2. Rota apud Eminentissimum Cerrum 370. *n.* 19.
sic etiam mixti, ibid. Cocchier. & alii communiter.

In quantum vero ad *clausulam*, seu *decretum irritans*,
de quo in *hoc capite num* 198. *cum seq.* sequentia addenda, 65
& melius declaranda duximus. Diximus, quod hoc *De-
cretum irritans* inficit titulum, & possessionem, adde
alias decisiones apud Bichium 280. *n.* 4. *&* 528. apud Prio-
lum 336. *n.* 4. apud Eminentissimum Cerrum 130. *nu.* 16.
& 188. *num.* 10. 251. *n.* 8. *&* 376. *n.* 7. etiam si ignoranter
agatur, per textum *in c. dudum*, *de concessione preb. in* 6.
Rota apud eundem Priolum *decis.* 349. *num.* 1. & possessio
habeatur tunc pro vacua, & privet omni juris effectu, ut
in dictis decisionibus apud Bichium citatis 203. 239. 280.
128. *&* 301. *à n.* 18. Rota apud Eminentissimum Cerrum
884. *n.* 18. ubi aliæ decisiones, ita ut non intret *regula de
annuali*, ut ibidem dicitur *n.* 12. verum non tollit insisten- 66
tiam facti, ut in *dictis dec.* 128. *n.* 4. *&* *dec.* 301. *n.* 20. &
apud Caval. *dec.* 8. & apud Cerrum 130. *n.* 18. *&* 922. *nu.* 7.
Ad id, quod diximus impedire manutentionem, tam an-
teriori, quam posteriori, ad decis. Celsi adde aliam apud
eundem Bichium 128. *n.* 3. ubi aliæ etiam allegantur. Ve-
rum in *dec.* 283. *n.* 13. apud Bichium, dicitur, quod manu-
tentio posteriori danda sit, & ibi allegatur decisio apud 67
Manticam 40. *n.* 8. apud Coccinum 51. *n.* 4. *&* *dec.* 48. *n.*
2. *par.* 5. *recent.* Verum quod possessio, quamvis infecta,
decreto irritanti, sit manutenibilis ex sola insistentia facti,
quam non tollit, & hæc sufficiat pro manutentione, di-
xit Rota penes Posthium 139. *n.* 12. *&* 183. *n.* 5. *&* 6. apud
Eminentissimum Cerrum 130. *n.* 17. *&* 18. Diximus etiam,
quod cum *Decretum irritans* obstat possessori, tunc nec
sit citandus, tanquam mere intrusus; Adde antedictam
decisionem 280. *n.* 4. apud Bichium, *&* 30 *n.* 26. *&* 455.
n. 16. apud eundem, etiam si adesset clausula, *amoto*, ut di-
citur in *d. dec.* 280. n. 4. & apud Cavalerium 278. & alibi
etiam diximus.

Ad ea, quæ n. 199. diximus de eadem *clausula*, *& de- 68
creto irritante*, quod locum habet super certo corpore Be-
neficii, non autem in lege generali: quia tunc non inhi-
bit insistentiam facti, donec aperte appareat intrare, & o-
peretur, quando constat, & clarum est intrare, & illi
locum esse, adde decisiones apud Bichium 301. *n.* 21. *&* 22.
203. *n.* 17. *&* 18. 128. *n.* 4. 280. *n.* 38. *&* 589. *n.* 18. & sufficit,
ut possit dubitari, an intret; nam tunc, donec concluden- 69
ter justificetur, non producit suos effectus, Rota apud
eundem Bichium 296. *n.* 10. & apud Cocc. *dec.* 124. *n.* 4. *&*
354. *n.* 7 & apud Eminentiss. Cerrum 375. *n.* 8. ita ut duran-
te discussione, an sit locus decreto irritanti, & an ob-
stet possessori, & evidenter appareat intrare, semper pos- 70
sessor manutenendus sit, ut dicitur in dictis decisionibus,
allegatis apud Bichium, præsertim 280. n. 38. *&* 59. *& de-
cis.* 347. *n.* 20. 203. *&* 128. 219. *&* 296. *&* 211. Lotterius
lib. 2. *quæst.* 8 *n* 77. apud Eminentiss. Cerrum *dec.* 376. *n.* 9.
apud Caval. *decis.* 8. *n.* 3. *&* 4. *&* 522. *n.* 4. apud Cocc. *d. dec.*
354. *n.* 7. apud Burait. 531. *n.* 6. *&* 7. ubi Ferentillus. Insuper
quamvis Sacra Rota dixerit, per *decretum irritans*, non
tolli defensionem, & insistentiam facti; declaravit dein- 71
de hoc procedere, donec dubitatur, an sit locus decreto;
At, si clarum sit, contrariam sententiam amplexa fuit:
quia esto, quod decretum non tollat insistentiam facti, ta-
men privat omni juris effectu, ita ut possessio habeatur pro
vacua, etiam ad effectum manutentionis, ita expresse di-
citur in *decis.* 364. *n.* 14. ubi aliæ allegantur apud Bichium, 72
& ce-

& etiam Sacra Rota dixit, quod *decretum irritans*, non solum habet locum, quando est appositum in reservatione, clausa in corpore juris, vel super certo corpore Beneficii, sed etiam in aliis reservationibus, & super incerto corpore, quoties reservatio est clara, & justificata, ut dictum est nuper, Rota *part. 9. recent. decis. 168. n. 5. & decis. 51. n. 9. part. 15. recent*, & apud Coccinum 51. n. 3. apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 884. *n.* 19. & adeo verum est, quod licet gratia, in qua non fit mentio possessoris alterius, sit nulla: attamen cum possessio est infecta *decreto irritanti*, sustinetur, cum scilicet constat, & apparet, decretum intrare, novissime Sacra Rota *decis.* 476. *n.* 26. *cum seq. part.* 18. *tom.* 2. Caval, *decis.* 278. *n.* 4.

73 An autem *decretum irritans*, positum super ultima regula reservatoria, censeatur appositum in omnibus præcedentibus? affirmative fuit responsum per Sacram Rotam *in d. decis.* 51. *n.* 21. *part.* 15. *recent.* & apud Bichium *decis.* 164. *n.* 6. in qua decis. licet dictum fuerit in principio, quod nondum Sacra Rota resolverit hoc dubium, postea tamen subnectitur, quod affirmative fuit decisum; & ita etiam dixit Sacra Rota apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 884. *n.* 22.

Est tantæ efficaciæ hoc *decretum irritans*, ut inducat
74 formam præcisam, & ei renunciari nequeat, etiam si privatam contineat utilitatem, Rota *decis.* 98. penes Bich.

75 Ad *n.* 209. *&* 210. in quibus locuti fuimus de clausulis, cum quibus reservari solent pensiones, adde Magistralem decis. Rotæ 222. apud Bichium, in qua expresse dicitur, quod pensio reservata cum clausula, *Dummodo pensiones tertiam partem fructuum non excedant*, non sustinetur, si excedat dictam tertiam partem; quia reservatio fuit conditionalis, & si non verificetur, nihil ponit in esse, & Pensionario incumbit onus probandi, & certificandi conditionem appositam; & dicta conditio ita qualificat gratiam, ut nihil concessum censeatur, donec plena sit justificata, & talis reservatio est absolute conditionalis; quod procedere dictum fuit etiamsi motu proprio fuisset reservata pensio: quia motus proprius non tollit necessitatem probandi, quando gratia est conditionalis, sed solum quando pura; imo etiam si agatur contra titularem, qui reservationi consensit, & se obligavit in forma Reverendæ Cameræ: quia licet illum fortius liget, non tamen extendit obligationem ultra formam reservationis. Vide *d. decisionem.*

76 Num. 278. scripsimus, quod, cum est reservatum beneplacitum in alienatione rei Ecclesiasticæ cum clausula, *nec alias*, *&c.* sit omnino impetrandum: quia clausula, *nec alias*, importat conditionem. Adda, quod hæc clausula in contractibus habet vim pacti resolutivi, Rota *dec.* 365. *n.* 1. *part.* 16. *recent.* & in puncto, quod requiritur beneplacitum Apostolicum, cum conditionaliter fuit reservatum Rota *decis.* 373. *n.* 9. 10. *&* 11. *part.* 16. *decis.* 660. *n.* 13. apud Bichium, etiam si fuerit reservatum ad abundantiorem cautelam, ut in *d. decis.* 660. *n.* 16.

77 Ad n. 244. 245. scilicet, quod Executor non possit exequi litteras dispensationis super impedimento matrimonii, impetratas in forma pauperum, antequam sit peracta pœnitentia, alias nullitet agit, adde Bardum *in selectis lib.* 4. *q.* 7. *n.* 4.

78 Diximus n. 280. quod, si tradatur possessio rei Ecclesiasticæ antequam beneplacitum sit impetratum, incurritur in excommunicationem, & pœnas *Extravag. Ambitiosæ.* Adde *decis.* 159. *n.* 5. *&* 6. *part.* 15. *rec.* *& decis.* 375. *n.* 21. apud Bichium, & videtur eadem, quam citavimus 275. *part.* 10. & ad *n.* 281. adde, quod si tradita fuerit possessio, & non sit narratum, contrahentem se confovisse in possessione, & non petatur confirmatio contractus cum absolutione a censuris, beneplacitum est subrepitium, ut in *dicta dec.* 139. *n.* 5. *& decis.* 375. *n.* 16. apud Bichium; Non tamen hæc locum habent in locatione ultra triennium; quia non transfertur jus, ut ibidem dicitur.

79 Num. 283. expedito beneplacito, retrotrahitur ad diem celebrati contractus; adde *decis.* 139. *n.* 3. *part.* 15. *rec.* ac delenda est illa particula, *non*, ibi posita.

80 Ad cumulata a *n.* 286. *usque ad n.* 290. *inclusive*, ubi late probatum est, quod, si deficit beneplacitum Apostolicum, sola Ecclesia potest pœnitere, & recedere a contractu, & ipsa excipere, & dicere potest de nullitate contractus, non vero alter contrahens; quia favore Ecclesiæ est hoc inductum, cujus favore contractus claudicare potest, adde alias Rotæ decisiones apud Manticam 201. apud Coccinum 374. *n.* 7. 179. *n.* 6. *part.* 5. *&* 82. *n.* 11. *p.* 6. *recent.* apud Bichium *decis.* 517. *n.* 16. & novissime *decis.* 402. *n.* 2. *&* 3. *part.* 16. *recent.* Certe auctoritatem Sacræ Rotæ Romanæ maxima veneror, neque fas est ab ejus determinationibus recedere absque temeritatis nota; Verum, ut diximus ibidem, discurrendo secundum juris tramites, quando in contractu alienationis deficit beneplacitum Apostolicum, potest etiam altera pars agere, vel excipere de nullitate, ratio apud me est clara: quia, ut diximus ibidem, beneplacitum requiritur de forma, atque continet *decretum irritans*, ut admittit eadem Sacra Rota *decis.* 441. *n.* 7. *&* 347. *n.* 16. apud Bichium; ac cum deficit beneplacitum, alienatio est ipso jure nulla, tum ob *Extravag.* Bonifacii XII. tum Pauli II. *ambitiosæ*, quod non semel Sacra Rota canonizavit, præsertim apud Bichium *decis.* 443. *n.* 1. & ut diximus, etiam jure communi attento, ad validam alienationem rerum Ecclesiæ requiritur, ut interveniat copulative causa, & solemnitas, nempe beneplacitum Apostolicum ut in *decisionibus* 442. *n.* 10. 443. *n.* 5. *&* 662. *n.* 7. apud Bichium. Igitur cum contractus est nullus ipso jure, potest quælibet pars contrahentium excipere, & dicere de nullitate, neque Ecclesia sola potest illum sustinere, & validum habere: quia non habet hanc potestatem efficiendi validum contractum, qui ipso jure est nullus ob defectum formæ non observatæ, & propter *decretum irritans*, cui nec ipsa potest renunciare, ut diximus; Itaque licet admittamus, quod favore Ecclesiæ contractus potest claudicare: attamen hoc intelligendum est, quando contractus haberet aliquam validitatem, seu statum implicitum validitatis, & veniret infirmandus ob aliquod aliud defectum; at in hoc casu nullum habet statum validitatis, neque implicitum, neque explicitum; ergo est ipso jure nullus: Non entis enim nullæ sunt partes: quod nullum est quomodo sustineri poterit? Non solum claudicat, sed desunt omnino sibi, & ideo nullo modo stare potest; & licet hæc solemnitas fuerit introducta favore Ecclesiæ, & unusquisque suo favori renunciare possit: tamen est solemnitas, quæ inducit formam, & habet *decretum irritans*, ut diximus, & ideo inducit nullitatem, etiam nolente Ecclesia; ac semper quod contractus est nullus, non ligat contrahentes: quia actus nullus non potest producere effectum validum, prout esset ligare contrahentes ad ejus observantiam, & ita nobis videtur secundum juris tramiter; nec tantum deferri debemus Ecclesiæ, ut auferamus justitiam, & aberremus in principiis juris: Submitto tamen me prudentiori, ac saniori judicio, atque determinationi Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Diximus n. 292. & 293. quod, cum est expeditum beneplacitum, non est locus amplius pœnitentiæ, ad quod sufficit registratio supplicationis; nam sola signatura Sanctissimi excludit penitentiam, & ea signatione Sanctissimi dicitur jus perfecte quæsitum; adde *decis* 139. *part.* 15. *recent.* sufficit enim, fuisse obtentum beneplacitum ante motam litem, licet fuerit præsentatum post litem motam, ut dicitur ibidem; neque locus erit pœnitentiæ, donec illo medio tempore clausula, & narrata verificentur; si vero non verificentur, tunc esset locus pœnitentiæ, ut dicitur in dicta *decis.* 139. *n.* 11. & apud Durandum *decis.* 297. *n.* 14. Quod nos intelligimus per resolutionem contractus, & beneplaciti; nam cum narrata non verificantur, tamaper nullum beneplacitum, & tanquam subrepitie obtentum, resolvitur, quo resoluto, contractus quoque resolvitur. 81

Ad scripta n. 295. & 296. cum est præfixum tempus ad expediendum beneplacitum super alienatione cum clausula, *nec alias*, transacto tempore, resolvitur contractus, adda *decis.* 660. apud Bichium *a n.* 13. *cum seq.* etiam absque interpellatione, ut *ibid. n.* 15. ubi allegantur aliæ decis. Rotæ post Constitutionem Urbanam. 82

Diximus n. 297. & 298. non præsumi beneplacitum expeditum, etiam cum longæva observantia; adde decisionem Rotæ apud Bich. 563. *n.* 5. Verum eadem Sacra Rota canonizavit etiam post dictam Constit. Urbani VIII. præsumi beneplacitum Apostolicum, & hujusmodi alienationibus probata longissima observatione cum cursu temporis, saltem triginta annorum, ut in *decis.* 7. *n.* 23. *p.* 15. *recent.* ubi aliæ decisiones allegantur, & apud eundem Bichium 483. *n.* 53. *&* 54. 83

In omni alienatione rerum, & jurium Ecclesiæ, diximus n. 299. requiri beneplacitum Apostolicum, etiam in cessione jurium, & actionum, Sacra Rota apud Burat. *decis.* 609. *n.* 11. Rota apud Bich. *decis.* 662. *n.* 12. & fuit doctrina Abbatis *in c. nulli*, *n.* 10. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*. In alienatione etiam jurium jurisdictionalium bene 84

requi-

requiritur, etiam inter personas Ecclesiasticas, Rot. *decis.* 525. *n.* 20. in qua decisione transactionem inter Capitulum Acerneo. de eligendo Vicario Capitulari nullam fuisse ex defectu beneplaciti Apostolici, judicatum fuit, & iterum in *decis.* 290. *n.* 15. *apud eundem*; non tamen requiritur in transactione, quæ non continet alienationem,
85 sed dimissionem ejus, quod non altera pars habebat, juxta doctrinam Gratiam *c.* 470. *n.* 16. *& seq.* Surdi *cons.* 451. *a n.* 7. Adden. ad Gregorium *decis.* 418. *n.* 17. Rota *in d. decis.* 525. *n.* 18. In hoc cap. allegavimus decis. Sacræ Rotæ apud quondam Eminentiss. Celsum 82. in qua sacta Rota dixit, in acquirendis requiri beneplacitum Apostolicum; verum contrarium eadem Sacta Rota determinavit in *dec.* 138. n. 19. *part.* 18. & hæc fuit doctrina omnium antiquorum Doctorum, præsertim Stephani Quaranta *in summa*, *verbo alienatio n.* 12. qui in hac re magistraliter scripsit.

86 Quod vero Executor hujusmodi beneplaciti Apostolici sit mixtus propter clausulam, *vocatis vocandis*, quæ apponitur in hujusmodi litteris, & quod interesse prætendentes sint citandi personaliter, cum sunt certi, & promotor Fiscalis, ut scripsimus a *n.* 301. adde *decis.* 375. *n.* 14. apud Bichium.

87 Ad *n.* 319. ubi diximus, quod est evidens Ecclesiæ utilitas, si creatur census novus ad extinguendum alium, pro quo solvebatur major interesse, adde *decis.* 58. n. 1. *part.* 16. *recent.* & in facto habui pro Monachis Sancti Laurentii. Utilitas in alienationibus bonorum Ecclesiæ debet considerari, & adesse tempore contractus, nec requiritur, quod sit successiva: ita ut si postea futuro tempore evadat damnosa, nihil officiat. Dixit etiam novissime Sacra Rota *in dicta decisione* 58. *n.* 20. *cum seq. part.* 16. in qua etiam fuit dictum, sustineri impositionem census pro extinguendo alio censu sub majori summa, licet solutio fuerit promissa in ducatonibus, & postea valor ducatonis fuerit actus; nam utilitas considerata fuit de tempore contractus; augmentum vero monetæ fuit quid casuale: post scripta vidimus *decis.* 46. *n.* 7. *part.* 17. *recent.* quæ nuper in lucem prodiit, in qua fuit dictum, quod, quando alienatio rerum Ecclesiæ fit ob necessitatem, tunc sufficit, ut de tempore contractus adsit utilitas, & contractus sit utiliter cœptus; si vero ob utilitatem non sufficit, ut sit utiliter cœptus, sed requiritur, quod Ecclesia sit facta locupletior.

Num. 353. diximus, quod reinvestitio pretii redacti ex alienatione stabilium non possit fieri in annuis introitibus, seu censibus, sed necessario dictum pretium sit convertendum in emptionem aliorum stabilium, tenet idem Corradus *in loco ibidem citato*, alias esset contra formam, traditam in Brevi Apostolico.

88 Dum hæc typis mandarentur, vidimus *decis.* 2245. apud Cocrinum celeberrimum Sac. Rotæ Auditorem, in qua Sac. Rot. determinavit, quod, licet clausula, *dummodo collatio ad nos*, *&c.* soleat apponi, cum Papa providet de Beneficio reservato, & clausulam, *dudum*, dum providet de reservato ratione mensis, atque in aliis reservationibus, & clausula, *dummodo de tempore data præsentium non sit alteri jus quæsitum*, apponatur quando Papa vult concurrere cum Ordinario in Beneficio non reservato: attamen si clausula, *dummodo collatio*, *&c.* fuerit omissa, non propterea sequitur, quod Papa noluerit providere, tanquam de affecto, & reservato, præsertim cum providet motu proprio; sic etiam clausula, *dudum*, licet fuerit omissa, non inde resultat, quod Papa voluerit providere de non reservato: quia hujusmodi clausula apponitur, quando Papa providet simpliciter de reservato, vel ratione mensis, vel ex alia reservatione particulari; secus autem quando providet principaliter de affecto. Tandem in quantum ad clausulam, *dummodo de tempore data*, *&c.* licet aliquando apponatur in litteris, non ideo tamen inferri potest, quod Papa noluerit providere tanquam de reservato: quia hæc clausula etiam si non exprimatur, tamen semper subintelligitur, non solum ex vi regulæ de jure quæsito non tollendo, sed etiam vigore juris communis; & propterea quando apponitur in reservato non operatur, quod Papa noluerit providere tanquam de reservatis. Vide dictam *decisionem n.* 9. 10. 11. 12. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. *&* 49.

CAPUT VI.

De duplici specie Executoris, mero scilicet & mixto, ac de eorum Officio, præsertim in Beneficialibus: Et late tractatur materia subreptionis, & obreptionis Gratiarum Apostolicarum, & quomodo sibi succurri valeat Orator cum Gratia impetrata est subreptitia, seu obreptitia.

SUMMARIUM.

1. *Executor, vel merus, vel mixtus, & qui merus.*
2 *Executor mixtus qui.*
3 *Executor merus ex accidenti fit mixtus.*
4 *Possessor non tenetur relinquere jus suum per solam Executoris declarationem.*
5 *Semper quando agitur de removendo possessore, Executor est mixtus, & tenetur partes Judicis assumere.*
6 *Refertur sententia Gratiosi Uberti.*
7 *Refutantur motivi contra doctrinam Uberti, n.* 8. 9. *&* 10.
11 *Mixtus per accidens effici potest merus.*
12 *Mixtus potest pronunciare tam contra, quam pro executione Litterarum; merus autem tantum potest desistere ab executione: mixtus debet recipere probationes pro justificatione gratiæ, etiam parte non opponente.*
13 *Præcipuum Executoris mixti officium in dignoscendo, an Litteræ obreptionis, vel subreptionis vitio laborent, consistit, & dum vitiosas recognoscat abstinere.*
14 C. super Litteris de rescriptis. *locum sibi vendicat etiam in gratiosis, & præsertim in Beneficialibus.*
15 *Rescripta contentiosa ope exceptionis in gratiosis ipso jure nulla.*
16 *Provisio Beneficii obreptitia non consumit vacationem.*
17 *Secundum multos est differentia inter obreptionem, & subreptionem.*
18 *Secundum practicos nulla differentia inter subreptionem, & obreptionem, sed ipse synonyma.*
19 *Regula est generalis, quod in gratiosis sunt ipso jure nullæ impetrationes.*
20 *Nullitas oritur ex defectu intentionis Papæ, seu Principis, n.* 21.
22 *Cum rescripta sunt mixta, tunc spectandum, quod principaliter contineant gratiam, vel justitiam, & num.* 23
24 *Processus factus ab Executore rescripti gratiosi subreptitii nullus, & n.* 25.
26 *Quæ taciturnitas vitiat gratiam, refertur opinio Canonistarum.*
27 *Refutatur opinio aliorum distinguentium inter causam finalem, & impulsivam.*
29 *Refutatur opinio aliorum dicentium irritare subreptionem, vel obreptionem in illis, quæ jus, vel stylus mandat exprimi, & declarant, & impliant, n.* 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. *&* 47.
48 *Gratia quando dicatur subreptitia dependet ex conjecturis secundum Rotam, & n.* 50. *&* 51.
52 *In dubio an Gratia dicatur subreptitia, benignior est sumenda interpretatio.*
53 *Tollitur subreptio ex affectu taciturnitatis orta, quando Papa in genere potuit cogitare.*
54 *Cum exprimitur falsum, sive falsitas sit in causa finali, sive impulsiva, semper gratia nulla secundum Canonistas.*
55 *Refutatur opinio* Melchioris Lotterii.
56 *Refutatur opinio eorum, qui distinguunt inter causam finalem, & impulsivam.*
57 *Refutatur opinio* Francisci Merolla *modificantis dictam sententiam.*
58 *Quoties duæ causæ narrantur, quarum una falsa, altera vera, inspiciendum cui Gratia innititur.*
59 *Multi existimant omnes causas narratas in Litteris Gratiæ oportere esse veras.*

60 Con-

60 Contra docent Sanchez, & Merolla, adducitur sententia Rotę variaīn hac re, n. 62. & 63.

64 Subreptio contingens in una parte rescripti an vitiat totum.

65 Adducitur textus io cap. super Litteris, qui habet locum etiam in gratiosis.

66 Cum rescriptum est unicum, & indivisibile, aut una oratione terminat, si in causa finali sit subreptio, totum nullum est, sive sit subreptio ex taciturnitate, sive ex falsa expressione.

67 Subreptio contingens ex simplicitate, & ignorantia, & non est causa concessionis totius rescripti, sed partis, non vitiat totum rescriptum, sed est pars in qua fuit commissa subreptio.

68 Subreptio dolosa, & fraudulenta quamvis non fuit causa concessionis totius rescripti, sed forma, annullat totum rescriptum.

69 Ignorantia crassa quantumvis, dummodo non fuerit ingens temeritas excusat, a parte irritationis totius rescripti secundum Sanchez contrarium aliis, num. 70.

71 Subreptio in una parte rescripti totum non annullat secundum multos, quando partes sunt omnino separatę.

72 Contrarium Canonistę etiam si sit subreptio in causa impulsiva commissa, n. 73.

74 Theologi docent, quod subreptio ex falsi expressione totum annullat, cum versatur circa causam finalem, & adducuntur verba Sanchez.

75 Adducitur opinio Joannis Baptistæ Marchesani.

76 Marchesanus facit distinctionem inter veri taciturnitatem, & falsi expressionem.

77 Textus in cap. super Litteris, promiscue loquitur, nec distinguit inter veri taciturnitatem, aut falsi expressionem.

78 Refutatur opinio Alexandri Trentacinquii.

79 Adducitur sententia Theodosii Amayden, n. 80. 81. 82. & 83.

84 Discutitur decisio Rotę in Melevitanā erectionis coram Carillo, n. 85. & 86.

87 Quid scripserit Prosper Fagnanus in materia subreptionis adducitur, numero 88. 89. 90. 91. & 92.

93 Judicium Authoris in materia subreptionis, & obreptionis, n. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

101 Incerti juris non est facienda mentio.

102 Solicitatoris error an noceat principali, n. 103. 104. & 105.

106 Curialis, aut solicitator falsum exprimens nullam incurrit Excummunicationem.

107 Clausula, motu proprio, tollit vitium subreptionis, non tamen tollit inhabilitatem, aut defectum intentionis, qui pariter annullat Gratiam, numero 108.

109 Clausula, motu proprio, non tollit vitium falsæ expressionis secundum multos, & n. 110.

111 Clausula, quorum tenorem, non supplet vitium falsæ expressionis.

112 Clausula, quod de subreptione, vel obreptione dici nequeat, tollit vitium subreptionis, si fuerit juncta cum clausula sublata, secundum Rotam, numero 113.

114 Clausula, litis statum, tollit subreptionem ex taciturnitate litis resultantem.

115 Quid probare debeat opponens Litteras, & Gratiam esse subreptitiam.

116 Concludenter probare debet, ita ut exceptio turbida non retardet, n. 117.

118 Refutatur opinio Trentacinq. Tusci, & Oldradi,

119 Cum constat de voluntate Papę, non potest dici de subreptione.

120 In Beneficialibus debet fieri expressio omnium, quę mandant exprimi Canones, & expressio clara esse debet.

121 Expressum dicitur, quod colligitur ex verbis expressis.

122 In supplicatione quę porrigitur Papę pro impetrando Beneficio debet designari ipsum Beneficium secundum suas qualitates, alias gratia nulla.

123 Omnia Beneficia conveniunt in genere, at differunt specie, secundum qualitates adjectas.

124 Regula Cancellarię 57. mandat exprimi qualitates Beneficiorum.

125 Qualitas exprimenda de stylo est quoque exprimenda.

126 Qualitas, quę mutat substantiam, & est exprimenda, potissima illa est, an Beneficium sit regulare, vel seculare.

127 Impetrans Beneficium regulare, cum ipse est secularis indiget duplici gratia.

128 Regulare, vel seculare non ex persona conferentis, sed ex persona provisa denominatur.

129 Canonicus Regularis potest obtinere Beneficia curata, secus simplicia.

130 Beneficii qualitas est perpetuitas, & debet exprimi in supplicatione ad differentiam manualis.

131 Ne fiat prajudicium habentibus potestatem nominandi.

132 Sufficit, ut exprimatur hęc qualitas, nec indiget justificatione.

133 Papę provisio non mutat statum manualitatis, si de eo non fiat mentio nisi illius scientiam habuerit, & voluntatem mutandi, n. 134.

135 Papa si pluries contulerit Beneficium manuale, succedente vacatione, redit ad proprium statum, secundum Curradum, nisi habuerit voluntatem Papa mutandi statum, n. 136.

137 Beneficium an sit simplex, vel Curatum est exprimendum.

138 Quid dicatur Curatum? n. 139.

140 Quis stylus Datarię.

141 Cum fuit facta expressio, quod Beneficium est Curatum, & non est tale, gratia secundum multos est subreptitia; secus secundum alios de Beneficiis, quę habent curam, habitu, an sit facienda mentio, vario loquuntur Doctores, n. 143.

144 Resolutio dubii.

145 Ecclesia non desinit esse Curata, quia Parochiani alibi suscipiunt Sacramenta.

146 Cum cura est in Cathedrali, & penes Parochum, debet fieri mentio.

147 Cum cura exercetur per Vicarium, aut Oeconomum debet fieri mentio

148 Cura debet probari concludenter ad effectum subreptionis.

149 De Cura jurisdictionali non est facienda mentio.

150 Cum impetratur Canonicatus in Cathedralibus, debet fieri expressa mentio.

151 Cum providetur Canonicatus in Cathedrali, ponitur illa clausula Recipi in fratrem.

152 Debet fieri etiam expressio, cum impetratur Canonicatus in Collegiata. Differentia inter Canonicatus in Cathedralibus, & Collegiatis, & numero 154.

155 Cum impetratur Dignitas in Cathedralibus, debet fieri expressa mentio, & quę prima Dignitas, numero 156.

157 Prima Dignitas in Cathedralibus debet esse Doctor, vel Licentiatus, juxta Decretum Tridentini.

158 Decretum Sacri Concilii locum habet in primis Dignitatibus etiam hisce temporibus, & numero 159.

160 Non attenditur nomen Dignitatis, sed substantia rei.

161 Sufficit, ut qualitas Docteratus de facto verificetur.

162 Quando primę Dignitati est annexa cura, debet fieri mentio.

163 Cum cura est annexa alteri curę accessorie, non est opus, ut de hac fiat mentio, secus si principaliter.

164 Quid exprimi debeat, cum quis vult impetrare Theologatum in Cathedralibus.

165 Consuetudinem retinendi Dignitatem, & Canonicatum non improbant Canones, & tunc oportet, ut fiat narrativa sub nomine consueti, non autem soliti, n. 166. & 167.

168 Non apponitur Decretum de dimittendo, quando est consuetum, ut quis possit retinere Dignitatem, & Canonicatum.

169 Habens prębendam Theologalem poterit obtinere aliam Dignitatem, cum adest consuetudo obtinendi Dignitatem, & Canonicatum, quia prębenda Theologalis non est Dignitas.

170 Cum

170 Cum vere non est consuetudo obtinendi hec simul si non sit facta expressio, nulla est provisio.

171 Consuetudo unius Ecclesia non extenditur ad aliam.

172 In Collegiatis Ecclesiis debet esse prima Dignitas ne Capitulum sit acephalum.

173 Semper, quod Ecclesia est Parochialis, debet fieri expressio.

174 In aliquibus partibus Regni Neapolitani adsunt Dignitates rerales, & tunc quomodo concipi debet narrativa.

175 Beneficia patrimonialia debentur nationalibus, & num. 176.

177 Si contingat impetratio ab extero, debet fieri expressio, alias nulla impetratio.

178 Beneficia Sacerdotalia debentur habentibus tunc Dignitatem, & qua dicantur Sacerdotalia, n. 179. 180. 181.

182 Canonicatus, & Dignitates, qua habent annexum Ordinem, non requirunt in actu quod habeant talem Dignitatem, sed sufficit, ut infra annum quis ad dictum Ordinem ascendat, & numero 183.

184 Secundum multos est facienda expressio, quando Canonicatui, vel Dignitati est annexus Ordo Sacer.

185 Quando Beneficium est litigiosum est exprimendum, & num. 186. sic cum est de jurepatronatus.

187 In supplicatione debet exprimi titulus Beneficii.

188 In Beneficiis ruralibus, in quibus non est titulus, expressio quomodo concipi debeat, n. 189. & quod si erretur in invocatione, n. 190.

191 De jure communi vacatione expressa venit omnis modum, secus hodie.

192 Multa Beneficia non dicuntur vacare.

193 Vacatio supponit jus, mediante collatione.

194 Provisio debet esse valida, alias non consumit vacationem.

195 Ut inducatur vacatio per assecutionem secundi incompatibilis, requiritur possessio pacifica per duos menses, per quod tempus suspenditur vacatio.

196 Per extinctionem juris ad rem non inducitur vacatio.

197 Provisio in forma dignum, ut inducat vacationem, oportet, ut provisus sit examinatus, & idoneus repertus, & n. 198.

199 Provisio in forma gratiosa an inducat vacationem, Litteris non expeditis, quaestio inter Datariam, & Rotam, num. 200. 201. 202. 203. 204. 205. & 206.

207 Ut Beneficium dicatur plenum, non requiritur possessio.

208 Vacatio potest contingere tripliciter, vel de facto, & de jure simul, vel de jure tantum, vel de facto tantum, & que sint ista vacationes, num. 209. 210. 211.

212 Cum contingit vacatio de jure, & de facto, recte dicitur Beneficium vacare.

213 Vacatio de jure tantum an sufficiat ad impetrationem, n. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. & 221.

222 An de possessione fieri debeat mentio, & numero 223.

224 An sola vacatio de facto sufficiat pro impetratione, n. 225. & 226.

227 Vacationis nomen ad jus in re referendum.

228 Expresso uno vacationis modo, non venit alius de jure, secus hodie per clausulam, sive præmisso, n. 229.

230 Uno modo dispositive narrato existente falso, clausula, sive præmisso, non opitulatur.

231 Refertur decisio in Melevitana Beneficii coram Priolo.

232 Clausula, sive præmisso, sufficit ut sit apposita in Supplicatione.

233 Narrativa, quod vacaverit, & vacet, debet verificari de praterito, & prasenti.

234 Cum quis venit privandus Beneficio ob aliquod delictum requiritur sententia condemnatoria, sicuti cum ipso jure, quare requiritur declaratoriam, & qua differentia, n. 235. & 236.

237 Ante sententiam declaratoriam quis potest resignare, & qua clausula apponi debet.

238 Privatus in contumaciam si compareat infra annum recuperat Beneficium.

239 Reservatio pure, & dispositive est exprimenda.

240 In impetratione Beneficii exprimi debet valor etiam obtentorum sub pœna nullitatis, ex regula Cancellaria.

241 Regula de exprimendo valore non inducit novam vacationem.

242 Regula hac habet locum in provisionibus Apostolicis.

243 Expressio valoris dupliciter fieri potest per ascensum, vel non excessum.

244 Expressio facta per non excessum non probat per ascensum, & vice versa.

245 Valoris expressio debet percutere tempus gratia.

246 Valoris expressio habet nomen taxa.

247 Valoris expressio secundum communem æstimationem fit in ducatis auri de Camera.

248 Ad vitandam nullitatem inventa est clausula augendi, & minuendi, qua tamen non operatur, litteris expeditis.

249 Regula de exprimendo valore habet locum in Beneficiis non taxatis.

250 Diversa ratione requiritur valoris expressio in obtentis, & obtinendis.

251 Requiritur expressio mensis dispositive cum impetrantur Beneficia reservata ratione mensis.

252 Clausula, quovis, non includit vacationem contingentem in mense reservato.

253 Non est satisfactum Regula, si expressio mensis fiat dubitative.

254 Expressio mensis debet esse simplex, absoluta, & pura.

255 Expressio mensis requiritur etiam in gratia motu proprio facta.

256 In gratia, si oeutti, debet fieri expressio mensis.

257 Expressio mensis requiritur in omni vacatione contingente in mense reservato, & n. 258.

259 Refertur doctrina Goozalez.

260 Non requiritur expressio mensis, cum Beneficium est alias reservatum.

261 Cum reservatio contingit aliunde quam ex mense, Littera habent diversum principium.

262 Cum Beneficium est litigiosum, non requiritur expressio mensis secundum Garziam, sed requiritur secundum Gonzalez.

263 An sit locus regula, cum vacatio contingit in mensibus reservatis, quaestio inter Garziam, & Gonzalez, & n. 264.

265 Germanus Regula sensus est, quod fiat mentio de Beneficiis que vacant in mensibus reservatis tantum.

266 Regula non comprehendit Beneficia de jurepatronatus.

267 Debet exprimi in supplicatione in qua Diœcesis est situm Beneficium.

268 Item per cujus obitum vacat, alias retardatur Litterarum executio, donec corrigantur.

269 Error in nomine Oratoris annullat gratiam, & n. 270. & 271.

272 Lotterius remittit arbitrio Judicis, an Littera sine subreptitia, ex quo est erratum in nomine Oratoris.

273 Aliud est Litteras esse subreptitias, aliud Litteras non exequendas ante correctionem.

274 Quando nomina sunt similia, non opus est correctione.

275 Qualitas clericatus est omnino exprimenda, nec alias admittitur supplicatio.

276 Clericus ut obtineat Beneficium debet habere exercitium Ordinis.

277 Clericus male ordinatus nec pensionis est capax.

278 Cum pensiones reservantur in abstracto pro personis nominandis sufficit, quod sit clericus tempore nominationis, & n. 279.

280 Si impetrans non habet qualitates requisitas debet exprimere, veluti ætatem; nam taciturnitas ætatis inducit subreptionem, & debet petere dispensationem; nec sufficit narrare ætatem, n. 281.

282 Ætas in Beneficiis simplicibus est ætas annorum quatuordecim.

283 Debet exprimi ætatis defectus in puncto, nec admitti

mittitur expressio cum illa dictione Circa.

284 *Non datur dispensatio absque provisione Apostolica etiam si Beneficia sint de jurepatronatus, numero* 285.

286 *Quando dispensatio non potest obtineri a Sede Apostolica, patronus de novo præsentat.*

287 *Dispensatio datur propinquiori gradu, non remotiori, nisi pro nepotibus S. R. E. Cardinalium.*

288 *Solet dispensari pro consanguineis compatronorum.*

289 *Cum petitur dispensatio super ætate, exprimitur habilitas ad recitandum Divinum Officium.*

290 *Cum quis est provisus de Beneficio, quod requirit Ordinem Presbyteralem cum dispensatione super ætate, apponitur decretum, quod cum pervenerit ad ætatem pro singulis Ordinibus sacris requisitam se promoveri ad illum Ordinem faciat.*

291 *Ponitur etiam clausula*, quod deservire faciat Ecclesiæ per substitutum ab Ordinario approbandum.

292 *Ætas quatuordecim annorum sufficit ut sit cœpta.*

293 *Ætas quatuordecim annorum sufficit ad obtinendos Canonicatus in Collegiatis.*

293 Si *Collegiata Ecclesia Canonicatibus adest annexa cura animarum, seu Collegio, sufficit etiam ætas quatuordecim annorum, secus si exercitium Curæ esset penes ipsum Canonicatum.*

295 *In Canonicatibus Cathedralium habentibus Ordinem sacrum annexum requiritur ætas, quæ est necessaria ad illum Ordinem sacrum suscipiendum.*

296 *Multi tenent quod requiritur quod actu habeant illam ætatem, alii quod sufficiat, ut infra annum faciant se promoveri, n.* 297.

298 *Pro obtinendis Dignitatibus in Cathedralibus requiritur ætas viginti quatuor annorum completorum.*

299 *Dispensatio super ætate ad finem obtinendi Ordinem sacrum non suffragatur pro obtinenda Parochiali.*

300 *Ad obtinendam pœnitentiam, seu præbendam pœnitentialem requiritur ætas annorum quadraginta.*

301 *Cum requiritur ætas cum propositione* in, *an sufficiat, ut ætas sit cœpta.*

302 *Cum in Diœcesi, vel Civitate non est Doctor, vel Licentiatus, potest Episcopus eligere alium non Doctorem.*

303 *Ætas computatur a die Baptismatis.*

304 *Dispensatus ad Ordines non censetur dispensatus ad Beneficium, ideo irregularis hoc exprimere debet, quamvis habuerit dispensationem ad Ordines.*

305 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo ad Ordines minores, & certum Beneficium.*

306 *Si impetrans habeat aliquod Beneficium quantumvis modicum exprimere debet, secus si temporalis fuerit titulus, n.* 307.

308 *Quando datur consuetudo retinendi duo incompatibilia sufficit ut consuetum exprimatur.*

309 *Quando non datur consuetudo, tunc oportet peti dispensationem, & asserenti se fuisse dispensatum incumbit onus exhibendi.*

310 *Dataria solet dispensare super retentione incompatibilium, & quando dispensat cum aliquibus moderationibus, & n.* 311.

312 *Dispensatus super retentione incompatibilium, censetur dispensatus super residentia unius.*

313 *In resignationibus Beneficiorum narrari etiam debet quod fuerit resignans ordinatus ad titulum illius Beneficii, vel si resignaturus est frater, vel nepos resignantis.*

314 *Cum impetrans timet de subreptione gratia debet esse solicitus ne ab alio eludatur.*

315 *Non dicitur subreptitia gratia, si ex clausulis generalibus sanare possit.*

316 *Cum subreptio est clara, opus est nova impetratione.*

317 *Quid sit rescriptum reformatorium.*

318 *Gratia* Cui *prius, quæ, & quando dicatur.*

319 *Quid sit rescriptum revalidatorium, & quæ differentia inter revalidatorium, & reformatorium, numero* 320.

321 *Invaliditas primæ gratiæ ex duplici capite evenire potest & quod sit rescriptum etiam* valere, & perinde valere, *numero* 322.

323 *Gratia revalidatoria, seu* perinde *fundamentum consistit in invaliditate prioris gratiæ.*

324 *Gratia* perinde, *seu revalidatoria non est nova gratia simpliciter, & n.* 325.

326 *Operatur ex tunc per retrotractionem, quando non fuit alia gratia medio tempore concessa.*

327 *Sanat defectus narratos.*

328 *Convalidat autem omnia ac si in primis Litteris fuissent narrata.*

329 *Quando gratia non potest reconvalidare per rescriptum* perinde, *est petenda vera gratia ex integro quæ differt a nova provisione, secundum aliquos.*

330 *Gratia revalidatoria in uno supponere debet prioris gratiæ invaliditatem, n.* 331. & 332.

333 Loterius *existimavit, quod gratia* perinde *retrotrahatur etiam contra alium impetrantem medio tempore, sed contrarium verius, n.* 334. & 335.

336 *De lite debet fieri mentio in Gratia* perinde valere.

337 *Super uno* perinde valere *impetrari potest alium* perinde.

338 *Cum subreptio, vel defectus intentionis est in judicium deductus potest impetrari gratia*, Si neutri.

339 *Lis est fundamentum gratiæ*, Si neutri, *& gratiosa subrogationis.*

340 *Quæ narratio requiritur in dispensationibus Apostolicis, ne gratia sit nulla, & 341.*

342 *Quæ narrativa pro absolutionibus ab irregularitatibus, & n.* 343. 344. & 345.

346 *Quæ narratio, cum petitur dispensatio ab irregularitate contracta ob defectum natalium.*

347 *Habens plura impedimenta an teneatur omnia simul exprimere, & unicam Gratiam obtinere teneatur, an possit seorsim, late agitur, n.* 348 349 350. 351. 352. 353. 354. 355.

356 *Authoris judicium.*

357 *An taciturnitas prioris dispensationis inducat subreptionem*, 358. 359. 360. 361. 362.

363 *Authoris sententia in hac re, & 364. 365.*

366 *Omnis subreptio inducit defectum intentionis, sed non vice versa.*

367 *Subreptitia Gratia an sit, non potest certo dignosci, nisi causa sit finita.*

EXecutor datus in Litteris Apostolicis, vel merus, vel 1
mixtus est: merus Executor dicitur ille cui com-
mittitur nudum ministerium exequendum absque jurisdi-
ctionis exercitio, cujus Officium in solo facto consistit, nec
partes Judicis assumere potest; & datur, ut plurimum,
in Litteris Gratiosis, seu in forma Gratiosa expeditis, &
cum est Gratia facta ab ipso Summo Pontifice: Mistus ve- 2
ro Executor, cui non nudum ministerium tantum commit-
titur, sed etiam jurisdictionis exercitium, & tenetur sem-
per partes Judicis assumere, ut recte procedat, prout,
millies dixit Sacra Rota Romana nostra Magistra, & infe-
rius possim dicemus, & semper censetur talis, cum Papa
non facit Gratiam, sed ipsi Executori faciendam commit-
tit, v. g. cum Litteræ in forma dignum expediuntur; & al-
legatis alibi adde Burat. *decis.* 185. & Rotam apud Amatum
Dunozet. *decis.* 193. Ubert. *c.* 2. *n.* 30. Item omnes Litteræ
pro dispensationibus Apostolicis. Fit etiam talis quando-
que ex clausulis, quæ in Litteris apponuntur, de quibus jam
dictum est: & hæc omnes admittunt, & pudet me in ex- 3
plicatione terminorum Doctores allegare. Indigent tamen
hæc majori explicatione, siquidem licet verum sit, quod Ex-
ecutor datus in Litteris Gratiosis, in Gratiis factis a Papa,
sit de sui natura merus, cum illi sit tantum commissa facti
executio, puta in Beneficialibus, ut ponat in possessionem
provisum: attamen ex accidenti hic merus Executor pote-
rit mistus effici, puta cum adest legitimus contradictor, &
possessor in Beneficio, tunc enim, non vigore rescripti, &
commissionis efficitur mistus, sed per accidens, quia adest
contradictor, quia tunc citari debet, & cum eo procedendum est, ut rite, & recte procedat Executor, ut fusius di-
cendum est, & tunc ex mero efficitur mistus, Rota *part.* 9.
recent. tom. 1. *dec.* 42. *n.* 9. Salgad. *de retent. Bull. part.* 2. *c.*
13. *n.* 57. & 65. & 69. & Rota apud Rub. *part.* 3. *decis.* 29.
Camarata *part.* 1. *decis.* 13. *n.* 18. Amaydeo *lib.* 1. *c.* 5. *q.* 3.
sub n. 50. *v. hæc conclusio*, etiam si possessor sit intrusus, ut

F dicunt

Rosa de Execut. Lit. Ap.

dicunt Rota *loco cit. decis.* 129. & Camarata *d. n.* 18. cujus
4 rei optima est ratio, quia possessor non tenetur relinquere
jus suum per solam Executoris declarationem, Rota *in Ca-
tanien. Benefic.* 26. *Junii* 1641. coram Verospio; semper
5 enim, quando agitur de removendo possessore Executor
de mero efficitur mistus, & partes Judicis tenetur assu-
mere, Ludovis. *decis.* 500. *n.* 6. *& decis.* 69. *n.* 5. Garz. *de be-
nef. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 110. Rota *recent. part.* 3. *decis.* 187.
sub n. 1. *v. quod autem, & part.* 9. *decis.* 244. *n.* 7. *& in Cu-
sentina Canonicatus* coram Meltio 5. *Julii* 1649. *v. nulli-
tas, qua decisio habetur part.* 10. *recent. decis.* 314. & ite-
rum Rota *in Montis Cassinen. Parochialis* 17. *Febr.* 1648.
coram Bichio, *etiam part.* 10. *recent. decis.* 156. *in fine*,
& apud Amarum Dunozet. *decis.* 193. *n.* 2. *&* 866. *num.* 4.
& apud Eminentissimum Othob. *decis.* 164. *numer.* 10. *&*
12. & apud Eminentissimum Celsum *decis.* 113. *numer.* 4.
Gratiosus tamen Ubertus *in prax. part.* 6. *de Executione
Litterarum Apostolicarum fol.* 264. *vers. sed quando*, exi-
6 stimat, quod merus Executor quando alius existit in pos-
sessione illum citare debeat, & audire suas exceptiones,
citat Rotam *part.* 2. *recent. decis.* 64. *n.* 4. non autem de-
sinat esse merus Executor, nec ab illo appellari, quia non
cognoscit de tituli proprietate, & rejicit exceptiones, &
citat Caval. *decis.* 397. maxime quando essent frivolæ,
quia intrat clausula contra contradictores de facto: &
idem Doctor de citationibus *c.* 2. *numero* 59. docet, quod
merus Executor non desinit esse talis, si faciat actus pro
justificatione, & quod non appellatur, si rejiciat exceptio-
nes, licet teneatur citare possessorem, & citat Rotam
part. 1. *recent. decis.* 187.
7 Sed hæc doctrina Uberti habet apud me aliquam diffi-
cultatem: quia certe communis sententia est, quod quan-
do adest possessor, Executor tenetur partes Judicis assu-
mere, ut ultra Doctores citatos, optime Felin. *in c. fin. de
præsumpt. n.* 24. & millies decrevit Rota; ergo si tenetur
partes Judicis assumere, fit Executor mixtus, quia merus
nunquam Judicis partes exercet, nam implicat, ut merus
Executor, cujus officium in facto duntaxat consistit, exer-
ceat jurisdictionem, quæ in jure fundatur, & expleat of-
ficium non suum; proinde potest contingere, & ut plu-
rimum evenit, quod possessor exceptiones relevantes pro-
ponat, quas rejicere non poterit Executor, sed teneatur
super illis interloqui si discussione indigeant: & quamvis
in Litteris adsit illa clausula, *amoto*, super qua se fundat
Ubertus, tamen illa intelligitur de contradictoribus de fa-
cto, non de jure, & cum contradictor est juris facit mix-
tum Executorem, ut abunde dictum est in cap. de Clau-
8 sulis. Et quamvis Executor cum clausula *amoto*, potest
intrusum amovere, non tamen possessorem cum titulo
colorato, Staph. *de Litteris Gratiæ, fol.* 98. *vers. ex quo
sequitur*, Rebuff. *in prax. nova provisionis in verbo amoto,
vers. nec virtute clausulæ, fol. mihi* 142. Rebuff. *in prax.
part.* 2. *c.* 8. *num.* 103. ac proinde dicit Ridolf. Executor
tunc tenetur cognoscere de tituli validitate, Ludovis. *de-
cis.* 335. *n.* 12. & cum Executor merus facit actus pro ju-
stificatione, vel citat, vel aliquem alium actum facit,
non est amplius merus Executor, sed mistus, nam im-
plicat in objecto, quod sit merus Executor, & quod hos
faciat actus, quia officium meri Executoris consistit in
9 facto tantum, non in juris exercitio; cum igitur assumit
partes Judicis, certum est, quod de mero evadit mixtus,
licet tamen via executiva non admittatur, ut suo loco
infra, Deo dante, dicendum est, hoc enim est diver-
sum; potest enim esse, quod Executor fiat mixtus, &
tamen adhuc executive agatur, Ludovis. *decis.* 335. *nu-
10 mero* 17. Nec citatio partis mutat judicium executivum,
cum in illo adhuc quoque desideratur, Coccin. *annot.*
312. *an.* 9. *cum seqq. usque ad* 18. qui omnia dicta com-
probat. Sic vice versa licet Executor mixtus præsertim,
qui datur in Litteris in forma dignum, non solum datus
11 censeatur ad exequendum nudum ministerium, sed ad
cognoscendum etiam prævia causæ cognitione, an exe-
quendum sit necne, ex sui natura vocatur mistus; per
accidens enim potest esse, quod fiat merum, cum nul-
lus sit oppositor, vel contradictor, etiamsi adsint clau-
sulæ illum talem efficientes, optime Amayd. *loc. cit.* &
dixit Rot. *in Lucana Canonicatus* coram Royas *die* 1. *Junii*
1647. *& in Vicent. Parochialis* 20. *Junii* 1650. coram Bi-
chio *part.* 11. *recent. decis.* 59. *num.* 12. est apud Bichium
431. *& in Firmana Capellaniæ* 28. *Aprilis* 1651. coram
Bichio *n.* 7. *etiam part.* 11. *recent. decis.* 143. est apud
ipsummet Bich. *decis.* 461. & apud Eminentiss. Othob. *decis.*
186. *numero* 9. *& decis.* 128. *&* 229. apud Peutinger.
Mistus Executor potest pronunciare, tam pro execu- 12
tione, quam non pro executione, merus autem tantum
potest desistere ab executione, sed non potest declarare
Litteras exequendas non esse, cum nulla mandata sit ei co-
gnitio: mistus debet recipere probationes, pro justifica-
tione Gratiæ, etiam nullo opponente, & cum non erit
aliquis citandus omittere tunc poterit citationem, sed non
potest omnino extrajudicialiter procedere, ut suo loco di-
cemus, sed cum productione jurium in actis, Amayden
loco cit. d. c. 5. *sub n.* 50.
Præcipuum Executoris misti officium est in verificando 13
exposita, seu narrata Papæ, quæ in Litteris continentur,
ut videre an Litteræ subreptionis, vel obreptionis vitio la-
borent: Sac. namque Trident. Concil. *in sess.* 22. *c.* 5. *de
reform.* statuit, ut Executores Litterarum Apostolicarum
ante illarum executionem videant, & cognoscant, an
Gratiæ per subreptionem impetratæ fuerint, quod intel-
ligendum est de mixto Executore, nam merus non cogno-
scit de subreptione, secundum Rot. *decis.* 11. penes Rub.
tom. 2. *& decis.* 406. *part. recent.* Executor enim dum videt
mandatum, seu Litteras Apostolicas super Gratiis expedi-
tas subreptitie, vel obreptitie impetratas, cessare debet ab
executione Litterarum Apostolicarum, ut notant commu-
niter Doctores in c. *super litteris rescriptis*; qui textus li-
cet loquatur de Litteris contentiosis, attamen omnes no-
stri Canonistæ concludunt a fortiori illius dispositionem 14
etiam in gratiosis locum sibi vendicare, & præsertim in
beneficialibus, in quibus major ambitio consideratur, &
intervenire præsumitur, Rota *part.* 4. *tom.* 2. *rec. decis.*
161. *n.* 12. *&* 536. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 3. *rec. & in Cassan.
Parochialis* 26. *Junii* 1652. coram Bich. *n.* 1. *penes ipsum
decis.* 520. ordine, & fuit opinio antiqua Canonistarum,
præsertim Inn. *in c. postulasti, n.* 1. *eodem tit.* & aliorum
Canonistarum *in d. c. super Litteris*. Sic rescripta in con- 15
tentiosis ope exceptionis in gratiosis ipso jure nulla cense-
ri docent, & de Litteris in beneficialibus habemus expres-
sa jura in c. *constitutus, c. cum adeo, c. sedes, c. ad audien-
tiam il* 2. *c. si proponente, c. postulasti cum cæteris, extra
de rescriptis, c. cum teneamur de præb. c. quod super his
de fide instrum. c. non potest, de præb. in* 6. *cap. Gratia,
c. si eo tempore, cum cæteris concordantibus, de rescript.
in* 6. omissis aliis Rota *recent. part.* 5. *decis.* 24. *n.* 4. *& in
Reatina pensionis* 13. *Februar.* 1651. coram Eminentiss.
Oth. & penes ipsum 239. *n.* 3. *& in Firmana Beneficii*,
coram Bichio 23. *Maii* 1653. penes ipsummet Bichium *de-
cis.* 558. *&* 302. *n.* 4. apud eundem Bich. Rota *part.* 13.
rec. decis. 73. *n.* 4. ita ut provisio Beneficialis subreptitie, 16
vel obreptitie obtenta, non consumat vacationem ante-
cedentem, Rota *decis.* 628. *n.* 7. *part.* 9. *tom.* 2. *recent. &*
569. *part.* 5. *recent.* & Rota *in Melevitana Beneficii* co-
ram Bichio 25. *Junii* 1649. *n.* 19. penes eundem 388. *& in
d. Firmana Beneficii* coram eodem *n.* 6. materiam tamen
tractant Nostri *in d. cap. super Litteris, de rescriptis*, &
Doctores morales tractant de legibus, cum de Dispensa-
tione loquuntur, & certe cum nimis Auctorum fuerit nu-
merus scribentium in varias sententias inciderunt, & in
Theorica scribentes cum practicis non concordant: o-
mniumque Doctorum sententiam afferre nimis esset labo-
riosum; sufficiet enim benigno Lectori, ut principaliores
sententias referamus, præsertim enim Rotæ sententias, &
dicta in hac materia, cum quibus Judices in foro judi-
ciali nostro Ecclesiastico se conformare maximam habent
necessitatem.
In primis multi nostri Doctores utriusque professionis 17
magnam faciunt differentiam inter obreptionem, & subre-
ptionem, & inter recentiores, August. Barbos. *in c. super
Litteris de rescriptis*, Corrad. *in prax. disp. lib.* 7. *c.* 4. *sub n.*
4. ubi docet secundum omnium antiquorum, ac peritorum
Curialium sententiam distingui subreptio ab obreptitio Re-
scripto, ut subreptitium dicatur, & censeatur, quando Pa-
pa jam intellexit, quod ab eo petitur, verum in ipsa peti-
tione fuit veritas tacita, quæ omnino narranda erat, vel fuit
in ea aliquod falsum narratum: Rescriptum vero obrepti-
tium illud propterea fit, quando videlicet per verborum in-
volutionem, aut cautam loquelam ironicam, & callidam
offuscatur plena concedentis intelligentia, Corradus *citat.*
Innoc. *in c. cum dilectus, n.* 3. *de rescriptis*, quod etiam de-
prehendi sufficienter dicit ex diversis rescriptis, seu Litteris
Apostolicis, in quibus dici consuevit, quod Litteræ non
possint de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, &
alibi, non minus subreptitie, quam obreptitie; & fit tan-
quam

quam duo apponuntur, alias sequeretur, quod Litteræ Apostolicæ aliquid superfluum continerent, quod omnino est negandum, cum in illis quodlibet verbum debeat operari: alii tamen dicunt subreptitium esse Rescriptum, seu Gratiam, quando aliquid tacetur, quod erat exprimendum: obreptitium cum falsum aliquid exprimitur, & ita præter alios videtur distinguere Rota in multis locis præsertim in *Avien. Parochialis* 22. *Maii* 1656. coram Bevilaqua, *est part.* 12. *recent. decis.* 179. *a n.* 12. *cum seq.* in qua decisione fuit dictum, quod Breve absolutionis a censuris ob recursus ad Judices Laicos fuit obreptitium, quia Papæ fuit narratum falsum, nempe fuisse habitos recursus ad tuendam Ecclesiasticam jurisdictionem; subreptitium vero, quia non fuit narratum Papæ, quod pro hujusmodi recursu alter fuerit expulsus a possessione parochialis.

18 Doctores etiam practici nullam differentiam constituunt in his, & confuse obreptitias, vel subreptitias Litteras vocant, & dicunt quoties male impetratum est sive falsum exprimendo, sive verum necessario exprimendum tacendo, & hæc esse verba synonyma, & dupliciter hæc committi, vel exprimendo falsum, vel tacendo verum, quia duplex mendacium dici potest, vel falsum asserendo, vel verum tacendo. Ita Decius *in c. super Litteris de rescriptis*, ubi novissime Fagnan. *n.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 1. Meroll. *tom.* 2. *disp.* 4. *c.* 6. *dub.* 25. *n.* 339. Pontius *de matrim. lib.* 8. *c.* 16. *n.* 1. Menoch. *de arbitrariis casu* 201. *a n.* 10. *cum seq.* peritissimus Regens Merlinus *controv.* 87. *n.* 21. Trentacinquius *lib.* 1. *resol. tit. de rescriptis*, & *privil. resol.* 5. ubi allegat plura jura, & aliis omissis, Amayden *de stylo Dataria lib.* 1. *cap.* 33. *sub n.* 24. Ubertus *de Executione Litterarum Apostolicarum fol.* 247. *vers. quantum ad secundum*, omne enim id, quod omissum, sive falso expressum potuit mentem Principis movere ad dandum, seu concedendum, vel negandum, dicunt subreptitium, vel obreptitium, ut Amayden *loco cit.* qui citat Ludovis. Sed vidi multas alias Rotæ decisiones in quibus confunditur subreptitia cum obreptitia Gratia, & omissis plurimis ex condicto, vide *decis. in Romana Officiorum* 27. *Novembris* 1658. coram Bevilaqua 395. *parc.* 12. *recent. n.* 6.

19 In primis statuenda est Regula certa, quod in gratiosis præsertim beneficialibus impetrata per subreptionem ipso jure sunt invalida, & nullius momenti, ut de beneficialibus loquitur textus in *c.* 2. *de filiis Presb. in* 6. in quo textu dicitur: Si is cum quo fuit per Sedem Apostolicam dispensatum, ut non obstante defectu natalium, quem patitur, ad omnes Ordines promoveri valeat, & obtinere Beneficium, etiam si curam habeat animarum, dispensationem aliam, tacito de prædicto defectu, postmodum obtineat a Sede præfata, ut duo, aut plura Beneficia similem curam habentia possit recipere, si alias canonice conferantur, & ea simul licite retinere, talis dispensatio cum non sit verisimile, Sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse si hic fuisset expressum eidem in pluralitate Beneficiorum hujusmodi dispensare, veluti per subreptionem obtenta, nullius penitus est momenti.

20 Ex quo textu notandum est, quod hæc nullitas oritur ex defectu intentionis Papæ concedentis, ut ibi, cum non sit verisimile, optime Rota *dec.* 179. *n.* 10. *parc.* 12. *recent.*

Insuper omnia rescripta habent in ventre illam clausulam, & tacitam conditionem, quamvis illa non exprimatur, *si preces veritate nitantur*, Alexander III. *c.* 2. *de rescriptis*, & Innocentius III. *c. quod super his de fide instrum. l. fin. C. de diversis rescriptis*; nam si deficit intentio, deficit & consensus concedentis: gesta vero absque consensu nulla sunt. Nec minus causat involuntarium falsitas expressa, sive tacita, quam error, & ignorantia; hæc enim nulla dicimus ex defectu voluntatis; ergo etiam & illa, cum in utrinsque operatione deficiat voluntas in operando, maxime vero in materia beneficiali, quæ propter ambitiosam naturam, quam intrinsece habet, majus requirit voluntarium, & efficaciorem voluntatem in concedendo: quod bene observavit Guilielm. Anth. de Moratoriis *tit. cons.* 77. deficit tunc voluntas Principis, quia concessio, quæ dependet ab ejus voluntate non potest dici, quod fuerit circa ignorata per ipsum concedentem, & suppressa per impetrantem: unde non a Principe, sed ab ipsomet Oratore decipitur, non Princeps ipsum, sed ipse Principem decipit. Et quiquid sit de illa quæstione, an involuntarie gesta ipso jure nulla sint, an vero annullanda officio Judicis, quam tractant Theologi in materia de actibus humanis, & Civilistæ, ac alii Doctores in materia de contractibus, Sanchez *in tract. de matrim.* attamen in hac nostra materia communis est sententia, quod ob defectum intentionis Papæ Litteræ super gratiosis, præsertim in beneficialibus cum subreptitie, vel obreptitie impetratæ sunt, nullius momenti ipso jure sunt, per dictum textum in *c. finali sive* 2. *de filiis presbyt. in* 6. quem etiam textum inducit Suarez *ad dispensationes in voto*, ut videre est ipsum *de leg. tom.* 2. *lib.* 6. *de irritatione, & dispensatione voti*, *c.* 27. *n.* 3. late Marescottus *var. lib.* 2. *c.* 99. Guiliel. Anth. de Moratoriis *7. concl.* 29. *a numero* 12. *cum seq.* Trentacinq. *var. lib.* 1. *tit. de rescriptis, resol.* 7. & *resol.* 5. *n.* 2. Oldrad. *de rescriptis prælud.* 9. *per totum*, & *n.* 32. docuit, quod in gratiosis Litteræ subreptitiæ nec naturaliter, nec moraliter sunt validæ.

Igitur super defectu intentionis se fundarunt jura no- 21
stra ad ita statuendum, nempe ut quæ subreptitie, vel obreptitie obtenta sunt rescripta, sive verum tacendo, sive falsum narrando, sunt nulla, ut dixit Suarez *loco cit. numero* 7. siquidem si gratiosam contineant materiam ipso jure talia censeantur, si vero contentiosam, quia vero tunc adest oppositor, per illius exceptionem proponendam, *glos. in d. c. fin. de filiis presbyt. in* 6. *in figuratione casus, vers. nota*, Honor. *in sum. Juris canonici lib.* 1. *in tit. de rescriptis*, *num.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 201. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *in princ.* Merolla *loco cit. n.* 340.

Et cum in rescriptis aliquid Gratiæ, vel justitiæ simul 22
continetur, tunc spectandum erit ad quid principaliter
rescripta sunt concessa; nam si materiam Gratiæ princi-
paliter contineant, licet accessorie etiam justitiæ, veluti
si Litteræ contineant principaliter Beneficii provisionem
licet in eis concedatur jurisdictio ad executionem, & ex-
ercenda sit etiam jurisdictio contentiosa, quia repertus
est contradictor, seu possessor, tunc quia principaliter
conceduntur Litteræ ad faciendam provisionem Beneficii:
jurisdictio vero venit accessorie ad Gratiam. Ideo si Lit-
teræ impetratæ sunt per subreptionem, sive obreptio-
nem, ipso jure nullæ sunt, & sic vice versa si principa-
liter Litteræ, seu rescriptum contineant justitiam, ac-
cessorie Gratiam, non ipso jure nullum, sive nullæ sunt,
sed ope exceptionis si subreptio, vel obreptio fuerit in im-
petratione adhibita, Abbas Panormit. *in c. constitutus n.* 6.
& *cap. ad audientiam il* 2. *numero.* 14. *de rescriptis*, Tus-
cus *lit. S. concl.* 722. *numero* 26. Sanchez *lib.* 8. *de ma-
trim. disp* 21. *numer.* 6. Merolla *loco cit. numero* 341. Ol-
dradus *de rescriptis*, *prælud.* 9. *numero* 4. & *prælud.* 25.
num. 7. & 8. licet Felinus *in d. c. ad audientiam il* 2. *col.
penult. de rescriptis*, dicere videatur, quod Executor Lit-
terarum gratiosarum ubi partes Judicis assumit, tunc Lit-
teræ naturam rescripti ad lites sortiri debeant, & non re- 23
scripti ad Gratias, Oldrad. tamen *in d. prælud.* 25. *numer.*
30. id intelligit, quando Executor esset alias Judex Ordi-
narius. Verior tamen opinio est, ut supradictum est,
scilicet, quod spectandum sit, quod principaliter aga-
tur, sive concedatur, nam ex natura rescripti principa-
lis regulatur accessorium, nempe jurisdictio, & ita quo-
que Trentacinq. *de rescriptis res.* 5. *n.* 117. Verum tamen
est, quod processus factus ab Executore rescripti gratiosi
subreptitii nullus est, atque nullius momenti, quia cum
Gratia principalis sit subreptia, & nulla, nullaque juris-
dictio ei vigore Litterarum continentium dictam Gra-
tiam conceditur, & processus factus absque jurisdictio-
ne nullus omnino est, estque nullitas hæc una de tribus
insanabilibus, Oldrad. *prælud.* 9. *numero.* 2. Gabriel. *cons.*
57. *numer.* 22. latius, & optime Trentacinq. *d. tit. de re-
scriptis d resol.* 5. *n.* 7. qui assignat rationem, quando Ex- 24
ecutor fuit datus una cum Gratiæ concessione: & sicuti
subreptio vitiat Gratiam, quæ ipso jure est nulla, sic Exe-
cutor, ex dictis Litteris nullam recipit jurisdictionem,
nam Litteræ sunt accessoriæ ad Gratiam, & consequenter
processus nullus. Limitat tamen Trentacinq. nisi cum Be- 25
neficii, v. g. concessione deputaretur Judex cum causæ
cognitione, qui suam proferret sententiam; nam tunc
secundum ipsum processus valeret, & traheret in rem ju-
dicatam respectu partis, nam rursum respectu ipsius in fo-
ro conscientiæ. Item temperat Trentacinq. nisi Litteræ
executoriæ essent impetratæ seorsum ex intervallo, quæ
solum essent subreptitiæ, non autem Litteræ Gratiæ prin-
cipalis; nam tunc processus valeret, nisi tamen subreptio at-
tingeret jurisdictionem, nam tunc nullus, Oldrad. *prælud.* 25. *n.* 53.

Nec absque aliqua difficultate procedunt: difficultas 26

tamen maxima inter nostros consistit in explicatione hujus veritatis tacitæ, vel falsitatis expressæ, quæ scilicet causat subreptionem, vel obreptionem, vitiatque hujusmodi rescripta. In quantum ad veri taciturnitatem (in qua minorem dolum, & minus involuntarium considerant multi Doctores, quam in falsi suggestione) existimant aliqui Doctores, quod in beneficialibus, & cæteris materiis gratiosis, sive taciturnitas fuerit causa finalis concessionis, vel ut alii vocant, sine qua non; sive impulsiva, velut alii dicunt, concomitans, semper causet subreptionem, & consequenter Gratiam, quam continent Litteræ, seu rescriptum, nullam reddi, & invalidam, Litterasque, & rescripta nullas, & nulla esse, sive subreptitiis, seu obreptitia, ita Gloss. *in cap. finali de filiis presbyt. in 6. in casus figuratione*, Abbas *in cap. ad aures, de rescriptis, num.* 4. Decius *in cap. postulasti eodem tit. num.* 10. ubi etiam Fel. Cassad. *decis.* 12. *n.* 14. *de præbendis*, & de omnibus gratiosis generaliter loquendo, idem Abbas *in cap. cæterum, num.* 3. *de rescript.* Alexand. *cons.* 161. *vol.* 7. *&* 95. *eodem lib.* 7. Tuscus *lit. S. concl.* 270. Oldrad. *de rescript. prælud.* 9. *n.* 55. Costa *de facti scientia, dist.* 15. *cent.* 1. & alii passim. Fundamentum hujus sententiæ est, *in cap. postulasti, de rescriptis*, in quo textu fuit rescriptum ab Innocentio III. Episcopo Vercellensi, Litteras impetratas ad Beneficium obtinendum nullas esse, si in earum impetratione de Vicaria, quam obtinebat, nulla fuerit facta mentio, quia tacita veritate; & redditur ibi ratio, quia pro habente Beneficii sufficientis subsidium ex certa scientia super obtinendo alio Beneficio de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris Litteris mentionem: & notanda sunt illa verba, *de levi*; non enim dicitur absolute, non scribimus, sed de levi, idest, non ita facile, & semper, quasi dicat Papa, non omnino negamus hanc Gratiam, sed non ita facile concedimus illam: ac propterea veritas fuit tacita non in causa finali, sed in impulsiva, & tamen adhuc ibi deciditur, quod Litteræ fuerunt nullæ; ergo sive contingat taceri veritatem in causa finali, sive in impulsiva, Litteræ semper erunt subreptitiæ, & nullæ: quod & confirmasse videtur expresse Bonifacius VIII. *in cap. non potest, & cap. si motu proprio, de præb. in 6.* in quibus juribus videtur hæc sententia magis, & apertius probari; quoniam *in d. cap. non potest*, disposuit Bonifacius, quod non prodest dispensatio super pluralitate Beneficiorum obtentis, cum in eadem impetrans subticuit quantumcunque modicum Beneficium, *& in d. cap. si motu proprio*, statuit, quod cum quis obtinuit Gratiam super Beneficio à Sede Apostolica ad sui, sive alterius petitionem, si in ea taceatur quantumcunque modicum Beneficium illam veluti subreptitiam nullius esse momenti, quia tacita veritate, & tamen non potest considerari causa finalis in taciturnitate modici, ac tenuis Beneficii: quare idem dicendum videtur in modico, ac tenui Beneficio. Igitur videtur concludendum, quod quælibet veritas cum tacetur, annullat Litteras, seu rescripta continentia, seu continentes Gratiam, præsertim beneficialem, & hoc ad compescendum ambitionem, quæ in beneficialibus reperitur; nec recurrendum esse ad causam finalem, vel impulsivam, quia in istis gratiosis, & ambitiosis voluntas requiritur concedentis entaa, & libera nedum voluntaria, nam defectus intentionis tollit liberum, quamvis in causa impulsiva versetur; & ita etiam videtur aperte tenere Regens de Aponte *cons.* 2. *num.* 182. *qui numero* 185. id limitat, nisi aliter constaret de mente concedentis; nam tunc subreptio in causa impulsiva non irritaret Gratiam, *& numero* 186. docet ex proœmio colligi causam finalem, Rota apud Durand. *decis.* 280. *numer.* 7. & Tuscus *dict. concl.* 720. *numer.* 16. dixit quod quando tacetur id, quod fuisset expressum, non ita de facili Papa concessisset, sive id quod tacetur sit in causa finali, sive impulsiva, Gratia est nulla: Tuscum multi secuti sunt.

27 Alii vero dicunt tunc veri taciturnitatem causare, ac efficere subreptionem, quando hæc taciturnitas versaretur in causa finali concessionis, cum scilicet alias non fuisset concessurus, si expressa fuisset; secus autem si in causa impulsiva, cum scilicet Princeps difficilius concessisset, si expressa fuisset veritas: hanc opinionem sustinere videtur Molina *de justitia tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 173. *vers. ut item, cum aliis seq.* Covarr. *var. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 35. *v. falsitas*, Bellonus *cons.* 20. *n.* 19. Paulus de Castro *cons.* 369. *lib.* 2. Regens Merlin. *tom.* 1. *seu cent.* 1. *contr.* 54. *numero* 5. quam & tenere videtur Rota penes Seraph. *decis.* 993. & 508. in quibus decisionibus dicitur, quod Gratia in evidentem non dicitur subreptitia, vel obreptitia, si utilitas, quæ est causa finalis, verificetur, licet subreptio contingat in aliis: unde solum in evidenti utilitate considerandam esse subreptionem, quia duntaxat illa est causa finalis concessionis, & ita etiam Gen. *in prax. cap.* 90. *num.* 5. Ricc. *in prax. resol.* 14. *numero* 5. Bosa. *tom.* 3. *tract.* 18. *n.* 91. *&* 92. & alii quamplures.

Hæc sententia probatur ex pluribus juribus, & primo ex *cap. finali de filiis presb. in 6.* in quo annullatur dispensatio super defectu natalium quoad Ordines, & Beneficia, si aliam dispensationem ad plura curata obtinuerit, tacito prædicto defectu: quia non est verisimile Sedem Apostolicam voluisse dispensare super pluralitate Beneficiorum cum patiente defectum hujusmodi natalium, & ecce quod tunc annullantur Litteræ gratiosæ, quando in causa finali tacetur veritas, quando scilicet ea expressa, Princeps non concessisset, prout indicant illa verba: Cum non sit verisimile Sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum: Ecce quod tunc annullantur Litteræ Gratiosæ, quando in causa finali tacetur veritas, & quando ea expressa Princeps non esset concessurus, quia hic important illa verba: Cum non sit verisimile Sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate Beneficiorum hujusmodi dispensare. 28

Item probatur ex *cap. dudum, de præb. in 6.* ibi: Considerantes quoque, quod non exposito nobis de potestate prædicta, nihilominus Litteras Gratiosas daremus in dictis partibus non habita mentione de ipsa: Ex hoc textu colligitur clare, quod si tacetur aliquid, quo expresso, adhuc Gratia concederetur, taciturnitas illius Gratiam, seu Litteras continentes Gratiam non annullat; quia textus est Litteralis in beneficiali materia.

Alii vero Doctores docent tunc taciturnitatem Gratiam, seu Litteras vitiare, & irritas reddere, quando tacitum fuisset aliquid, quod jubent jura exprimere, quia Principis voluntas regulatur secundum jus; ita videtur sentire glossa *in clem.* 1. *de præbend. in verb. vel alteri*, ubi plene Flam. Paris. *de resignatione lib.* 6. *quæst.* 2. *numero* 86. *lib.* 10. *quæst.* 2. *numero* 18. Rodriquez *quæst.* 99. *Regul. tom.* 2. *quæst.* 46. Rota apud Mohedan. *decis.* 7. *sub. tit. de rescript. in fin.* Spada *consil.* 82. *numero* 5. *tom.* 2. Verall. *decis.* 310. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.* 46. *part.* 2. *&* 224. *numero* 1. *part.* 3. Rota apud Bichium *decis.* 385. *sub n.* 28. Add. ad Mohedan. *decis.* 7. *lit.* C. Oldrad. *de rescript. prælud.* 13. *n.* 15. *& prælud.* 12. *num.* 37. Tuscus *lib.* 5. *conf.* 720. *n.* 12. Reg. Merlin. *prima controvers.* 54. *n.* 8. *&* 9. alias in gratiosis nulla concessio esset tuta, si omnia essent exprimenda, quæ de jure non præstant impedimentum, allegant Menochium *consil.* 316. & Gratian. *cap.* 135. *n.* 6. & alios. 29

Hanc sententiam multi alii dilataverunt, & dicunt taciturnitatem qualitatis, quam jura jubent exprimi, reddere Gratiam subreptitiam, quamvis constet de Principis voluntate, & vellet, & foret concessurus ea qualitate sibi non narrata, & sic etiam vice versa, quia forma, quam jura exprimunt est solvenda, *l.* 1. *de lib. & posth.* hæc sententia probatur expresse ex *cap. non potest, & cap. si motu proprio de præb. in 6.* ex quibus juribus clare colligitur, quod taciturnitas Beneficii antea obtenti annullat Litteras quantumvis modicum sit Beneficium, quia jura jubent exprimi obtenta prius, ut in *cap. ad aures, c. cum adeo, c. constitutus, c. postulasti, & c. ad audientiam, tit.* 2. *de rescript.* ita Franc. *in d. c. si motu proprio, n.* 7. Suarez *loco cit. lib.* 6. *de voto, c.* 27. *n.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 13. & alii penes Meroll. *disp.* 14. *c.* 6. *dub.* 25. *n.* 349. Covarr. *dict. cap.* 20. *n.* 5. Corrad. *in praxi dispens. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 51. Fagnan. *in c. super Litteris de rescriptis, n.* 58. Lotter. *in lib.* 2. *quæst.* 54. *num.* 31. ubi allegat Farinac. & alios. 30 31

Quod procedere dicunt multi, sive dolo, sive ignoranter contingat hæc taciturnitas; nam ignorantia non excusat, cum forma a jure præscripta non est observata, nam ignorantia solum delet culpæ reatum, non tamen supplet ea, quæ fuerunt omissa, & ex legis dispositione servanda erant, ita Corrad. *loco cit. n.* 52. & fuit opinio Innoc. *in c. accidens de crimine falsi*. 32

Item asserunt, quod non solum taciturnitas causat subreptionem, quando contigit in illis, quæ jura mandant exprimi, sed etiam cum expressio jubetur non a jure, sed a stylo inveterato; nam stylus facit jus, ut dicitur in *capit. quam gravi, de crimine falsi*, quamvis constet, 33

Prin-

Principem fore concessurum si expressum esset; nam eti-
iam taciturnitas ejus, quod exprimendum est de stylo cau-
sat subreptionem, Menoch. *cas.* 201. *n.* 28. Maschard *de pro-
bat. concl.* 846. Sanchez *disp.* 21. *n.* 16. Meroll. *loc. cit. num.*
352. Barbos. *in c. super Litteris*, *n.* 9. *de rescriptis*, Oldrad.
de rescriptis, *locis citatis*, Tuscus *locis citatis*, Rota apud
Bichium *decis.* 325. Oliver. ad Ludovis. *decis.* 150. *sub n.*
11. ubi citat alios Doctores. Existimat vero Oliverius,
quod Gratia non potest dici simpliciter subreptitia ex ta-
citurnitate ejus, quod si expressum fuisset movere potuis-
set ad Gratiam denegandam, sed id solum, quod in jure
reperitur expressum, quod eo expresso Gratia non conce-
datur, & citat Menoch. *d. c.* 201. *n.* 26. & Garz. *part.* 8.
c. 3. *sub n.* 22. ac idem dicendum sit de eo, quod in stylo
exprimendum venit: sic etiam sentire videtur Rota penes
34 Carillum *decis.* 76. *n.* 13. ubi dicitur, quod Gratia non
dicitur subreptitia ex taciturnitate ejus, quod jura non
mandant exprimi, quia tantum ea sunt narranda, quæ
de jure sunt exprimenda: nec curandum est an Papa si
scivisset difficilius concessisset; ibidem allegatur Caldar.
cons. 6. *ante fin. v. per prædicta*, *de præb.* Felin. *in c. postu-
lasti*, *n.* 1. *col.* 4. *in fin. v. declara etiam de rescriptis*, Ro-
ta *in decis.* 100. *n.* 23. *part.* 5. *recent.* Notes tamen, quod
non eodem modo reddit Gratiam nullam taciturnitas ejus,
quod de jure exprimi debet, ac illa quæ de stylo; nam cum
stylus sit variabilis, quælibet ignorantia excusat, Rota
35 apud Bichium *decis.* 225. *n.* 22. Sic etiam Gratia non est
subreptitia ob taciturnitatem qualitatis, quæ a jure non
consideratur, prout dixit idem Ludovis. *decis.* 108. *n.* 6.
sic in decis. 66. penes Farinac. *tom.* 1. *posth.* decisum, Gra-
tiam non fuisse subreptitiam ex quo non continebat men-
tionem oneris annexi, quia non erat expressum in jure,
sicut Ordinis annexi, nec facienda est mentio, nam suf-
ficit habilitas, vel actu, vel habitu; *& in decis.* 6. *part.* 2.
recent. dictum fuit qualitatem oneris celebrandi non causa-
re subreptionem, quia hæc qualitas non consideratur in
jure: quare dubitatum fuit in Rota, an impetratio Bene-
ficii simplicis sub assertiva, quod ei erat annexa cura, fue-
rit valida? & illi Patres inter se non fuerunt concordes;
prævaluit tamen opinio affirmativa, ut videre est apud
Bichium *decis.* 325. Et vice versa de lite faciendam esse
mentionem, alias provisio, & Gratia redderetur subrepti-
tia, per textum in *c.* 2. *ut lite pend. in* 6. Rota *decis.* 91. *part.*
4. *tom.* 2. Eminentiss. Othob. *decis.* 120. *n.* 4. Eminentiss.
Celsus *decis.* 256. *n.* 11. & apud Bichium *decis.* 325. *n.* 12.
& 286. apud eundem, & apud Ninot. *decis.* 67. *n.* 3. *& part.*
14. *recent. decis.* 73. *n.* 10. latissime agit Tuscus *d. lit. S. conf.*
36 743. & nos etiam alibi. De lite autem nulla ex defectu ju-
risdictionis non esse faciendam mentionem, nec causare
subreptionem, Rota *decis.* 252. *part.* 8. *rec. n.* 24. vel quia
lis nulliter fuerit introducta, sive de jure, sive de facto,
Rota apud eundem Eminentiss. Celsum *decis.* 301. *n.* 5. *&*
6. sicuti nec Sententiæ nullæ ex defectu jurisdictionis super
denegata executione Litterarum Apostolicarum facienda
est mentio, nec hoc casu taciturnitatem causare subreptio-
nem, Rota penes Farinac. *tom.* 1. *posth. decis.* 783. & de
37 sententia nulla super denegata subreptione, quod non sit
facienda mentio, nec tunc Gratia dicitur subreptitia, Bu-
ratt. *decis.* 209. & pari ratione nec de possessione capta
38 vigore provisionis Ordinarii de Beneficio reservato, Ro-
ta *dicta decis.* 783. penes Farinac. *n.* 3.
39 Et quod dicunt isti Doctores, quod id quod de
stylo exprimendum est, exprimi debeat, alias subre-
ptitia censetur Gratia: ampliant non solum pro foro
externo, sed etiam interno, ut docent Sanch. Meroll. &
alii; nam qualitas, vel quicquid aliud de stylo exprimen-
dum cum tacetur annullat etiam in foro conscientiæ ob
defectum Papæ intentionis, cum deficiat forma ex stylo in-
troducta, quam servari quilibet Papa intendit; nam non
40 solum cum lege se formare intendit Papa, sed etiam de
stylo, qui est altera lex; & sic quamvis ignoranter id acci-
dat, nam semper inducitur subreptio, & nullitatis actus,
sive sit in causa finali, sive impulsiva, Reg. Merlin. *con-
trovers.* 86. *n.* 19. *&* an. Aponte *cons.* 2. *n.* 38. *vol.* 1. Anna
cons. 104. idem Merlin. *cons.* 87. *n.* 2. Quando vero nec
41 stylus, nec jus aliquid jubent exprimi, tunc isti Doctores
distinguunt inter causam finalem, seu qualitates intrinse-
cas, & causam impulsivam, vel ut alii dicunt qualitates
extrinsecas, & dicunt, quod taciturnitas annullat Litte-
ras, seu Gratiam, cum versatur circa causam finalem, &
42 qualitates intrinsecas, secus circa qualitates extrinsecas,
& causam impulsivam, quamvis Princeps concedens non

fuisset concessurus, sed cum aliquibus reservationibus, seu
moderationibus, Gutt. *cons.* 99. *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 29. Sanchez
loco cit. n. 17. Merolla *loco cit. n.* 353. Amayden *de stylo Dat.
lib.* 1. *c.* 33. *n.* 25. *v. & sic non obstat*, & videtur tenuisse
Rotam *in Melevitana Erectione Collegiatæ* 9. *Novembris*
1634. coram Pirovano, quem adducit Amayden *loco cit.
sub n.* 28. *in vers. non obstat, quod justificatio*, & ibi alle-
gatur Ægid. *decis.* 698. *n.* 4. Put. *decis.* 187. *numero* 2. & alii
Doctores.
Advertunt tamen isti Doctores, quod ad hoc, ut taci-
turnitas circa causam finalem annullare possit Gratiam,
debet esse de præsenti, vel præterito; secus autem si sit 43
de futuro, Paril. *d. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 86. Sanchez *d. disp.* 21.
n. 26. Merolla *loco cit. n.* 355.
Sed vice versa etiam in illis, de quibus in jure non est ex- 44
pressum, vel de stylo, quod exprimantur, consideran-
dam esse Papæ, sive Principis intentionem, & volunta-
tem, ut si illis expressis verisimiliter non foret concessu-
rus, vel difficilius, videtur tenere idem Oliver. ad di-
ctam Ludovis. *decis.* 150. *sub n.* 11. *vers. in contrarium*,
ad quod allegat duas decisiones, unam *in Calaguritana
jurisdictionis* 8. *Aprilis* 1585. coram Rubeo, ubi dictum
fuisse ait, quod respectu qualitatum in jure expressarum
nisi de illis fiat mentio, Gratia est subreptitia, non atten-
to, an Papa facilius, aut difficilius concessisset: quo ve-
ro ad qualitates, in jure non expressas, probari debet,
quod Papa si scivisset, non concessisset, & in hoc casu,
& non alias earum taciturnitas vitiat Gratiam; & aliam 45
in Gerunden. Comet. 1. *Febr.* 1619. coram Andrea, in qua
fuisse dictum, quod de qualitatibus in jure non expressis
sit facienda mentio, si eis expressis Papa non concessisset
vel difficilius, & quod Gratia dicitur subreptitia, quan-
do aliquod fuit prætermissum in ejus petitione, quod si
fuisset expressum, vel Papa non concessisset, vel diffici-
lius, Merlin. *decis.* 243. *n.* 4. Rota penes Rub. *tom.* 1. *decis.*
20. & quod semper indicatur subreptio ex taciturnitate
rei, quæ si fuisset Papæ narrata, vel non concessisset,
vel difficilius, Rota *decis.* 204. *numer.* 43. *part.* 8. *recent.*
Royas *decis.* 294. Rota apud Eminentissimum Celsum *de-
cis.* 311. *n.* 7. ubi allegantur aliæ decisiones, & præser-
tim *d. decis.* 24. *quæ est in part.* 5. *recent. & decis.* 94. *n.*
61. *part.* 7. *recent.* vel saltem non ita facile, quod suffi- 46
cere pro subreptione dixit eadem Rota penes Carill. *decis.*
250. *num.* 8. ubi allegat Rota *c. postulasti*, *&c. super Lit-
teris*, *de rescriptis*, & ibi Felin. *n.* 8. & Cassad. *decis.* 12.
num. 14. *de præb.* & ita etiam eadem Rota *part.* 10. *re-
cent. decis.* 325. *num.* 8. Rota *part.* 12. *recent. decis.* 408.
num. 3. & apud Amatum Dunoz. *decis.* 108. *n.* 2. *&* 367.
n. 16. *&* 584. *num.* 1. & 731. *n.* 45. *&* 957. *n.* 8. & apud
Peuting. *decis.* 367. *num.* 11. & apud Bichium *decis.* 189.
num. 17. *&* 302. *n.* 5. apud eundem Ninot. 67. *num.* 1.
& part. 13. *recent. decis.* 54. *n.* 32. *& part.* 14. *decis.* 73.
num. 6. Merlin. *contr.* 87. Verall. *consult.* 130. *n.* 30. Surd.
contr. 49. *n.* 27. Guil. Ant. de Morat. *tit.* 7. *cons.* 47. *n.*
11. & alii passim.
Et econtra non dici subreptitiam ex taciturnitate ejus, 47
cujus expressio non retrahit neque difficiliorem reddit
Principem, ex *cap. dudum*, *de præb. in* 6. Rota penes Rub.
tom. 1. *part.* 2. *decis.* 435. *n.* 11. *& tom.* 3. *decis.* 212. *nu-
mero* 230. Rota *in Cæsaraugustana Canonicatus* 9. *Junii*
1655. coram Eminentissimo Cerro *part.* 12. *recent. de-
cis.* 43. *n.* 10. *&* 357. *n.* 4. *eadem part.* 12. *recent.* latissi-
me Tusc. *concl.* 771. *lit. S.*
Unde Gratia an dicatur subreptitia pendere ex conje- 48
cturis, an Papa facilius, vel difficilius concessisset, a-
struit Rota *in Novarien. Canonicatus* coram Pamphilio,
apud Merchel. *part.* 1. *fol.* 451. apud Merl. *decis.* 243. *nu-
mero* 8. & in *d. Melevit. Erectionis Collegiatæ* coram
Pirovano, *vers. quoniam fuit responsum*, quam affert A-
mayden *loco cit. d. c.* 33. *sub n.* 28. & apud Bichium *decis.*
320. *numero* 6. ubi etiam aliæ allegantur; ideo remit-
tendum esse arbitrio prudentis viri dicitur in eadem de-
cisione, quod etiam docuit Menoch. *loco cit. n.* 29. *&*
30. & fuit opinio Lapi *alleg.* 89. Abbatis *in c. constitutus
num.* 5. *de religiosis domibus*, Fel. *in c. cæterum num.* 4. *de
rescriptis*, Afflict. *decis.* 116. *num.* 4. Cassad. *decis.* 12.
num. 13. *sub tit. de præb.* & affirmarunt etiam Gutierez
d. c. 15. *n.* 44. *&* 49. Sanchez *loco cit. numero* 19. Me-
rolla *loco cit. n.* 356. & optime Card. Tuscus *in sæpe al-
legata concl.* 720. *num.* 15. qui dicit, quod non potest 49
dari certa regula, qua taciturnitas inducat subreptionem:
sequitur Guil. Ant. de Morat. *tit.* 7. *concl.* 49. *numero* 17.

quod regulari debet ex variis circumstantiis, præsertim ex consuetudine, & stylo concedendi, docent præfati Doctores, & stylum Cancellariæ *spectandum* esse ea multis docuit Belt. *in dist. decis.* 150. *n.* 10. idem Tuscus *loco cit. concl.* 750. sic etiam considerandam esse verisimilitudinem, & allegat multas Rotæ decisiones, quæ verisimilitudo cir-
50 cumscripta jure communi metienda est ex stylo, Lotter. *q.* 54. *n.* 26. *lib.* 2. alleg. Cocc. *decis.* 328. *n.* 1. qui etiam Lotter. *n.* 25. docuit quod quæ neque a jure communi exiguntur, neque ex forma rescripti dispositive, seu taxative appareant narrata, non causant subreptionem, seu obreptionem inductivam defectus intentionis, qui annullet Gratiam en ipso, sed simpliciter suspendere Gratiam, do-
51 nec Princeps, vel Judex ea conjecturis declaret, an quid tacitum vel falso expressum sit tale, quod potuerit inducere Papam ad concedendum, vel denegandum Gratiam.

52 Disceptant etiam Doctores, quid in dubio dicendum esset, an taciturnitas fuerit in causa finali, vel impulsiva, seu ut alii dicunt, an sumenda sit interpretatio, quod Papa foret concessurus si, vel ne: & quamvis pro utraque parte adsint Doctores, attamen Rota *in Pistorien. seu nullius Beneficii* 28. *Decembris* 1634. coram Dunozet. quæ est 634. penes Posthium *post tractatum de manutenendo*, *n.* 17. & penes ipsum Amatum Dunozettum *tom.* 1. *decis.* 367. dicit, quod in dubio recipienda est interpretatio pro Gratia sustinenda, & quod non præsumatur, quod difficilius concessisset, si fuisset expressum id quod fuit omissum, & apud Farinac. *tom.* 1. *posthum. decis.* 66. & apud Duran. *decis.* 285. *n.* 5. Merlinus *cent.* 2. *controv.* 54. *n.* 10. Menochius *cons.* 316. *n.* 13. & Guil. Anton. *in d. conclus.* 33. *n.* 18. dicit, quod ad evitandam subreptionem, nec punctum prætereundum est.

53 Tollitur hæc subreptio ex defectu intentionis ex taciturnitate secundum Rotam, dum Princeps, seu Papa in genere cogitare potuerit; nam illa cogitatio generica tollit hoc vitium subreptionis, Rota apud Merl. *decis.* 243. *n.* 9. & penes Rub. *tom.* 1. *part.* 2. *decis.* 245. *n.* 15. *& tom.* 2. *decis.* 100. *n.* 30. *& part.* 9. *recent. tom.* 2. *decis.* 75. *& tom.* 2. *decis.* 465. apud Peutinger. 67. *n.* 3. Spada *cons.* 82. *n.* 4. *tom.* 2. Velascus *consult.* 8. *n.* 1. Gratianus *cap.* 673. *n.* 20. Merlin. *controv.* 87. *n.* 10. & quod sufficiat, quod aliquid virtualiter ei narretur, & quod potuerit in genere cogitare, Rota *part.* 8. *recent. decis.* 70. *n.* 19. & penes Rub. *tom.* 3. *decis.* 222. *n.* 25. & Rota *part.* 10. *decis.* 93. *n.* 21. *& decis.* 48. *n.* 23. *& decis.* 107. *n.* 27. *&* 360. *n.* 12. *part.* 11. *recent.* sed contrarium videtur tenuisse Cravetta *cons.* 636. *n.* 8. & Tusc. *d. litt. S. concl.* 720. dum docet, quod expressio generica non excusat a subreptione. Post scripta vidi *decis.* 227. *part.* 23. *in recent.* in qua *n.* 9. dicitur, quod ad evitandam subreptionem, ut Gratia sustineatur, sufficit, ut Papa sit aliunde informatus, licet aliquid non sit expressum, & in *decis.* 139. *in fine part.* 14. *recent.* dicitur, quod ad evitandam subreptionem sufficit, quod implicite ex narratis potuisset intelligere præjudicium tertii.

Hæc in quantum ad veri taciturnitatem; in quantum vero ad falsi expressionem, in quo majus vitium committi dicunt Nostri, & omissis multis, Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 311. *n.* 9. Regens Merlin. *consil.* 86.
54 *n.* 25. multi ex Nostris nulla facta differentia inter causam finalem, & impulsivam asserunt, cum aliquid falso est expressum, Litteras continentes Gratiam, seu mandatum Gratiæ esse nullas; nam semper Litteræ habent illam tacitam conditionem, *si preces veritati nitantur*, ut in *c.* 2. *de rescriptis*, primo enim ponitur pars narrativa, qua facta Papa disponit, & mandat, *si ita est, si preces veritati nitantur*, ita Zabarella insignis Canonista *in c. postulasti, de rescriptis col.* 8. *n.* 4. Guttierez *lib.* 2. *con.* 99. *cap.* 5. *n.* 4. Rodr. *q.* 9. *regul. q.* 46. *art.* 6. Gonzalin. *consil.* 51. *n.* 42 Garz *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 197. *&* 200. *&* 201. *cum seq.* Verall. *decis.* 49. *&* 254 *part.* 2. *&* 274. *part.* 1. Cassad. *decis.* 12. *sub tit. de preb.* & videtur dixisse etiam Rota *in d. Melevitana erectionis Collegiata*, *vers. & quod falsitas*, apud Amayden *loco cit.* Honor. *in summa juris canonici lib.* 1. *tit. de rescriptis n.* 29. Barbos. *in cap. super Litteris n.* 4. *&* 21. & ampliat, etiam si Princeps esset alias concessurus, Conrad. *lib.* 2. *prax. disp. cap.* 1. *num.* 10. ubi ampliat, etiamsi sine dolo esset facta: hanc etiam sententiam videtur tenere Rota apud Eminentiss. Cels. *dict. decis.* 311. *num.* 9. Tond. *tom.* 1. *part.* 1. *c.* 27. *num.* 26.

55 Melchior Lotter. *de re beneficiaria lib.* 2. *quæst.* 54. *numero* 10. existimat, quod tunc falsa expressio vitiat, quando est circa ea, quæ jure expressa sunt, & cessante juris necessitate rescriptum non esset irritum, etiamsi dolosa expressione obtentum est: ita enim ait, quo fit, ut cum dicimus rescriptum vitiari per subreptionem, aut obreptionem, id aliter non æstimemus, quoniam ex juris communis dispositione ob præsumptum scilicet dolum, etiam si consistat in falsa assertione aliqua sublata etiam juris necessitate, si quid falsi narretur, cessat doli præsumptio, & per consequens dicta Gratia non invalidatur, citat Rubeum, & Seraph. & Rotam *part.* 3. *recent. decis.* 288.

Alii vero distinguunt inter causam finalem, & impul- 56
sivam, ut tunc expressio falsi irritet, cum est causa rescripti, quia Princeps non esset alias concessurus; secus autem si sit causa impulsiva, quia Princeps quoque concessisset, Glossa *in cap. ex parte il* 2. *de conver. cogn. verb. falsa*, Covar. *lib.* 1. *c.* 20. Merl. *controv. for. c.* 54. *n.* 5. Menoch. *d. casu* 301. Sanct. *d. disp.* 21. *n.* 32. sic etiam videtur sentire Tuscus *d. lit. S. con.* 522. *n.* 10. cum dicit, quod non omnis subreptio, vel obreptio vitiat, sed tantum illa, quæ induxit Papam ad concedendum.

At Franciscus Merolla doctissimus sane vir *loc. citat. n.* 57
365. existimat hanc sententiam probabiliorem, in quantum asserit, non omnem expressionem falsi vitiare Gratias, sive dispensationes, sed validam Gratiam, seu validas esse, quando ea falsitate non expressa Princeps adhuc Gratiam concessisset; quatenus vero e contrario indistincte concedit, expressionem falsi reddere Gratiam subreptitiam, quotiescunque Princeps ea falsitate non expressa Gratiam non concessisset, non approbat Merolla: quare ipse docet in hac quæstione cum aliquid falsi exprimitur, idem dicendum esse cum verum tacetur, scilicet non omnem falsi expressionem reddere Gratiam subreptitiam: sed tunc quando falsitas est talis, ut versetur circa qualitates intrinsecas, & illa non expressa Princeps non concederet Gratiam, aut non eo modo concessisset, sed cum aliquibus moderationibus; secus vero quando eodem modo concessurus erat: & in hoc dicit, quod convenit cum sententia Sanchez, quod quando falsitas expressa est talis, ut versetur circa qualitates extrinsecas, & Gratiæ impertinentes, semper Gratiam esse validam, quamvis Princeps eam non concessisset, non expressa ea falsitate, quod probari posse dicit Merolla cum eisdem argumentis, cum quibus probatum est ex veri taciturnitate reddi Gratiam subreptitiam; quando ea veritas tacita est circa qualitates intrinsecas, & illis expressis . inceps non concessisset Gratiam, aut non eodem modo, quo concessit, & esse validam quando eodem modo concederet, & similiter quando taciturnitas veri est circa qualitates extrinsecas, quamvis superior eis cognitis Gratiam non concessisset: rationem assignat Merolla, quia in omni veritatis taciturnitate includitur tacite falsi expressio; tum enim quia sola taciturnitas veri circa causam finalem vitiat Gratiam, & dispensationem; qualitas autem extrinseca, & impertinens non potest dici, quod fundamentum sit Gratiæ, & dispensationis; ergo idem dicendum est, quando hæc qualitas impertinens falso exprimitur: hæc est sententia Merollæ, quam *n.* 367. limitat, nisi in impetratione Gratiæ unica exprimatur causa; tunc enim si illa falsa sit, Gratia corruet, etiam si sit circa qualitates extrinsecas, & impertinentes, quia tunc Pontifex non vult absque causæ expressione Gratiam concedere; ergo si unica sit expressa, qua ductus Gratiam concedit, & illa falsa sit, erit subreptitia, citat Gutt. *quæst.* 9. *libr.* 2. *capit.* 25. *num.* 103. Sanchez *dict. disp.* 21. *num.* 1. *& in sum. lib.* 4. *cap.* 47. *nu.* 17. & tunc etiam si per simplicitatem, & ignorantiam falsitas sit expressa.

Dicunt enim, quod quoties duæ causæ narrantur, quo- 58
rum altera est vera, altera falsa, spectandam esse causam, qua rescriptum innititur, nempe finalem, eaque vera existente, non obstante, quod impulsiva sit falsa, Gratia erit valida, quia tunc copulativa resolvitur in disjunctivam, nec jure attento exigitur, ut duæ causæ narrentur, adscribitur hæc sententia glossæ in *cap.* 2. *verbo perpetuo de rescriptis*, quam ibi sequuntur Antonius *n.* 5. Imol. *n.* 6. Fel. *n.* 23. *in* 3. *fallentia*, Gutt. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 56. Maschard. *concl.* 325. Menoch. & Sil. 385. Sanchez *d. disp.* 21. *num.* 42. Meroll. *loco cit. num.* 382. qui hoc temperat, quando vel istæ duæ causæ non sunt ambæ finales, una tamen sufficit, secus si utraque esset partialis a causa rescripti, & Gratiæ, nam tum utranque veram esse oportere docet.

Multi

59 Multi hanc doctrinam modificant, ut illa vera sit in rescriptis justitiæ, secus in Litteris Gratiæ, quia tunc oportet omnes causas narratas veras esse, ob illam clausulam, *si preces veritati niti repereris*, Gutt. *loco cit. n.* 68. Mascard. *d. concl.* 325. *n.* 24.

60 Sed hanc limitationem non admittunt Sanch. *d. disp.* 21. *n.* 24. qui multos citat, Merolla *loco cit. n.* 384. qui dicunt sufficere, ut vera sit tantum causa, qua rescriptum nititur, qua sola posita, solet Pontifex Gratiam concedere, quia sola falsitat causæ finalis, & quæ expressa Gratia non concederetur, vitiat rescripta, & annullat Gratias.

61 Verum circa hanc rem notandum est, quod Rota in Salamantina jurisdictionis apud Seraph. *decis.* 330. *n.* 1. docuit, quod quando plura narrantur, quorum unum est sufficiens ad impetrandam Gratiam, licet alia non supsistant, Gratia nihilominus valet, & citatur ibi Ægid. *decis.* 280.
& in alia *decis. Pampilonen. juris visitandi* 27. *Aprilis* 1583.
apud eundem Seraph. *decis.* 615. *n.* 4. fuit dictum, quod licet in rescriptis adsit illa clausula, *constito de præmissis*, tamen hæc clausula sit referenda ad ea, quæ probent causam Papæ concedendi, & hæc sola sufficit licet alia narrata non sint vera, & in eadem *Pampilonen.* 1. *Junii ejusdem anni* penes Seraph. *decis.* 637. fuit recessum ab eadem decisione, & dictum, quod propter clausulam, *constito de præmissis*,
omnia narrata sint verificanda, per Consil. Paris. 41. *lib* 4.
62 *n.* 23. sed ab hac ultima resolutione videtur recessisse Rota;
nam in *Bisuntina unionis* penes eundem Seraph. *decis.* 1431.
n. 9. tenuit, quod satis sit, ut una causa verificetur, licet
non aliæ causæ, & allegantur multæ decisiones, & Do-
63 ctores, maxime cum non adsit subreptio dolosa, Rota
in recent. part. 9. c. 2. *decis* 414. tenuit, quod sufficiet, ut
sit vera, & verificetur illa causa, seu narratio, quæ Principem movit ad concedendum, & in dicta *Mılevitana erectionis Collegiatæ*, quæ est etiam apud Cartillum *decis.* 76. *n.* 9. fuit dictum, quod omnia in Gratia narrata verificatione non indigent, sed tantum ea, quæ sunt in jure expressa, & quæ Papam movere possunt ad concessionem; sic etiam in *Mediolan. Beneficiorum* 10. *Febr.* 1659. coram Eminentiss. Celso penes eundem 282. *n.* 20. quod quando qualitas stat demonstrative potius, quam dispositive, cum ex illa non fuerit motus Papa ad concedendum, si justificata non sit Gratia, non vitiat, & citatur ibi *decis.* 4. *n.* 6. *in antiquis de rescriptis*, Corn. *decis.* 236 *n.* 3. & *in recent.* 258. *n.* 10. & 11. *part.* 7.

64 Item dubitant Doctores, an subreptio, vel obreptio, quæ contigit in una parte rescripti totum annullet, sive contingat verum tacendo, sive falsum exprimendo.

Equidem textus in c. *super Litteris, de rescriptis*, loquens de rescriptis justitiæ continentibus materiam distinguit inter eos, qui per fraudem, seu malitiam, & illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam impetrant, & decidere clare videtur, quod qui priori modo falsitatem exprimendo, vel veritatem tacendo malitiose, ac data opera in pœnam suæ perversitatis nullum ex Litteris commodum consequantur, & Delegatus postquam sibi super hoc facta fuerit fides, nullatenus de causa cognoscat; quando vero per simplicitatem falsa sunt expressa, vel vera sunt tacita, tunc textus adhibendam esse aliam distinctionem dicit, ut inquirendum sit, quæ falsitas expressa, seu suggesta, vel quæ veritas sit suppressa; nam si talis falsitas sit expressa, vel suggesta, vel veritas occultata, quæ quamvis tacita, vel expressa, nihilominus saltem in forma communi Litteræ essent datæ, tunc Delegatus non debeat sequi formam in Litteris appositam: sed secundum ordinem juris procedere debeat; si vero per hujusmodi falsitatis expressionem, vel veritatis suppressionem Litteræ fuerint impetratæ, quia tacita, vel expressa nullatenus concederentur, tunc a Delegato nullatenus est procedendum, & sic rescriptum nullum: & concludit ibi textus, quod si in utroque casu eadem est ratio, quæ Delegantem moveret, moveat etiam Delegatum, & ubi Delegans Litteras denegaret, Delegatus nec suæ cognitionis officium interponat.

65 Hæc est dispositio illius textus tam celebris, & magistralis, qui licet loquatur in rescriptis continentibus justitiam: attamen, ut diximus, illud extendunt nostri Doctores etiam in Litteris continentibus materiam gratiosam a majoritate rationis, Abbas ibi *n.* 2. Felin. *n.* 5. Barbos. *n.* 25. Anton. *n.* 17. & alii communiter Canonistæ, ubi etiam novissime Prosper Fagnan. *n.* 21. & 66. Gutt. *d. c.* 15. *n.* 54. Sanchez *d. disp.* 21. *n.* 54. Merolla *loco cit. n.* 369. & alii passim.

66 In proposita quæstione multa indubitata tradunt Doctores; & primum, quod quando rescriptum est unicum, & indivisibilem partem continet, aut cum duas partes unica dispositione claudat, tunc cum subreptio est in finali causa, sive per ignorantiam, sive per malitiam contingat, sive verum tacendo, sive falsum exprimendo, totum rescriptum nullum erit, quia in rescriptis, & Gratiis spectatur justa intentio concedentis, a qua vim recipit Gratia, quæ intentio deficit quoties in causa finali contigit subreptio, vel obreptio, nec spectatur culpa, aut ignorantia impetrantis, cum metienda sit Gratia ex voluntate concedentis non ex voluntate recipientis, ita Abbas *in c. super Litteris*, *n.* 4. & 6. *de rescriptis*, & idem Felin. *n.* 6. Sanchez *disp.* 21. *n.* 56. Merolla *n.* 398. pro quo assumpto allegatur textus *in d. c. super Litteris*, ibi: Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem veritatis Litteræ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expressa nos nullas Litteras dedissemus, a Delegato non est aliquatenus procedendum, & *c. constitutus eodem tit. de rescriptis*.

Ulterius tanquam certum supponunt Sanchez *n.* 61. & 67
Merolla *n.* 399. quod quando subreptio contigit per ignorantiam, & simplicitatem, sive in falsi expressione, sive in veri taciturnitate, nec fuit causa concessionis totius gratiæ, sive rescripti, sed alicujus partis, qua explicita veritate, ea pars rescripti, sive gratiæ non concederetur, bene tamen reliqua pars, non vitiari totum rescriptum, sed duntaxat in ea parte in qua fuit commissa subreptio, vel obreptio: si tamen a negotio principali in quo fuit commissa subreptio, hæc dependet tanquam accessoria; nam tunc etiam corruit, quia tanquam accessoria sequitur naturam principalis, quo corruente per subreptionem corruit quicquid illi accedit, licet nulla in hac fuerit commissa subreptio. Hæc Sanchez, Merolla, & alii.

Præmittunt etiam, quod quando subreptio est dolosa per 68
fraudem, & malitiam, vitiari, & irritas esse omnino Litteras, quamvis non fuerit causa totius rescripti, sed solius formæ specialis, quod exprese deciditur in *dict. cap. super Litteris*, ibi: *In suo perversitatis pœnam nullum ex illis Litteris commodum consequantur*, nec etiam ex c. *eodem de rescriptis*, ibi: *mendax precator careat penitus impetratis, & hoc sive falsum exprimendo, sive verum tacendo contingat, quia totum erit nullum rescriptum*, ita Sanchez *num.* 65. & Merolla *numer.* 400. qui alios citant, & quod subreptio dolosa annullet rescriptum, Oldrad. *prælud.* 8. *n.* 37. & late Cardinalis Tuscus *d. lit. S concl.* 722. & 723. præsertim ad Beneficia; in qua materia omnes nostri docent, quod narratio debet esse pura, & quod faciliter ex subreptione, vel obreptione vitiantur, & Tuscus *loco cit. in dict. concl.* 723. *num.* 7. ejusdem etiam est opinionis, quod plus nocet falsa narratio, quam taciturnitas veri, ut in *dict. concl.* 722. *num.* 9. docet, quod falsa narratio semper annullat, subreptio vero ex taciturnitate non semper, sed in quantum de jure exprese repetitur, & idem diait *concl.* 720. *n.* 24.

Et Sanches *num.* 66. existimat, quod quantumvis fuerit 69
ignorantia crassa, dummodo non sit ingens temeritas, excusat ab hac pœna irritationis totius rescripti ratione subreptionis in aliqua parte; nam requiritur, ut impetrans sciat, & malitioso animo id faciat, quia in *dict. cap. super Litteris*, requiritur exprese fraus, & malitia; cum vero intervenit ignorantia crassa non potest dici dolosa subreptio, nisi ingens temeritas interveniat in ea ignorantia, Sanchez sequitur Merolla *sub d. n.* 400. *v. addit.* quod non videtur admittere Tuscus *dict. concl.* 270 *litt. S. numer.* 26. qui docet, quod ignorantia non excusat, quin inducatur subreptio ex taciturnitate, quia hoc provenit ex intentione superioris, non facto, vel potestate partium; & citat Calderinum *consil.* 37. *alias* 14. *de rescriptis:* & ita quoque videtur aperte tenere Alex. Trentacinq. *variarum in titul. de rescriptis resolut.* 5. *numero* 4. & 5. & docet, quod facit, est quod Princeps non fuisset concessurus, & quod fuerit causa concessionis, nulla attenta ignorantia, vel negligentia: sic etiam Oldrad. *de rescriptis*, *qui prælud.* 9. *n.* 75. docuit, quod in gratiosis simplicitas non excusat, & quod in gratuitis, seu quæ in mera Principis voluntate procedunt, rescriptum sit nullum, etiamsi nullus dolus sit adhibitus, & impetrans probabiliter ignoraverit rem aliter se habere, quam exposuerit: quia in consideranda validitate Gratiæ attendenda est intentio agentis, non culpa impetrantis, ex Abb. *in cap. constitutus*, Lanar. *consil.* 76. *numer.* 8. Cravetta *consil.* 68. *numero* 12. *tomo* 1. notavit Regens Merlin. *consil.* 86. *n.* 16.

71 In proposita igitur quæstione, an subreptio, quæ contigit in una parte rescripti totum nullum reddat, respondent Sanchez *n.* 71. Merolla *n.* 73. Paulus Layman *lib.* 1. *tract.* 4. c. 22. *n.* 25. Filliuc. *tract.* 10. *c.* 10. *q.* 7. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *c.* 116. *n.* quod si partes sunt omnino separatæ, nec una cum alia connexionem, neque eandem causam commun... habeat, neque eundem finem respiciat, subrepti... unam malitiose commissa, alteram non annullat, ...que irritam reddit, quod ex eo probat Sanchez, ...a hæc irritatio est in pœnam doli, & malitiæ; ut expresse in dicto textu *c. super Litteris*. Ergo non dicit... extendenda ultra casum expressum in eo textu, qui loquitur, quando impetratur rescriptum unum continens diversa, quorum unum cum altero connexionem habet, quia ibi pertinebat rescriptum in eandem causam decidendam. Item probant, quia cum diversæ gratiæ absque ulla connexione inter se conceduntur in eodem rescripto, sunt virtualiter, & omnino duo rescripta, per accidens vero, & materialiter unum, ideo nihil conferre debet subreptio circa unam Gratiam ad alterius irritationem; dicunt enim isti Doctores, quod hæc sententia expresse probatur in *c. si eo tempore, de rescriptis in* 6.

72 At multi Canonistæ tenent, subreptionem malitiose commissam in una parte alteram vitiare, quod deducunt ex *d. c. super Litteris*, ex antiquis Canonistis, Abbas ibi *n.* 2. ex novissimis, ibidem Fagnan. *n.* 18. Oldrad. *prælud.* 68. *n.* 37. sed tamen, quod subreptio in uno capite non vitiet alia capita separata, & diversa, Rota apud Duran. *decis.* 143. *n.* 6. etiam si sub una signatura complectatur; idem Duran. *decis.* 151. *n.* 1.

73 Et Canonistæ in *d. c. super Litteris*, *præsertim glos. ibidem verb. nullatenus*, docent satis esse, ut sit circa causam impulsivam, quia textus præfatus in *c. super Litteris*, non distinguit inter causam finalem, & impulsivam cum dolo contigit subreptio, sed solum distinctionem adhibet circa causam finalem, vel impulsivam, quando per ignorantiam, & simplicitatem contigit falsum exprimi, vel verum taceri. Hanc sententiam novissime tenet Fagnan. *in d. c. super Litteris*, *n.* 33.

74 Theologi vero, & Morales, præsertim Sanchez *in disp.* 21. *n.* 74. Merlin. *loco cit. n.* 406. quia ejus fuerunt opinionis, solam subreptionem circa causam finalem sine qua Litteræ non concederentur illas vitiare, ideo asserunt tenendum esse, quod quantumvis malitia, & dolus adsit in tacendo veritatem, vel exprimendo falsitatem, solius causæ impulsivæ totius, vel partis rescripti, nihil ipsius vitiari; atque ita intelligendum *d. c. super Litteris*. Itaque dicit Sanchez, quod solum dispensationes, & cætera rescripta subreptitia censentur, quando sive ignoranter, sive dolo est taciturnitas veri, sive expressio falsi in causa finali; qua sublata, Pontifex non concederet Litteras, aut si concederet, non tamen eodem modo, sed moderamina quædam adhibendo: & tunc si ea subreptio tacendo verum, sive exprimendo falsum contingat in causa finali totius rescripti, & ita totum rescriptum afficit, vitiabit totum, ut probavit idem Sanchez *n.* 56. sive per fraudem, sive per ignorantiam contingat; si autem contingat circa solam rescripti partem, tunc distinguendum; nam si per ignorantiam sola pars rescripti, quæ ea subreptione afficitur, vitiabitur; si autem per malitiam, vitiabitur totum: quod intelligendum dicit juxta dicta *n.* 41. quando allegantur plures causæ; nam quando una sola allegatur, nil refert an sit finalis, an impulsiva, ut ibi explicavit; quare differentia quam textus in *d. c. super Litteris*, constituit, quia innititur contraria sententia, ubi absolute, & indistincte loquitur textus quando adfuit dolus, at quando ignoranter cum distinctione an Literæ concederentur nec ne, eo solum pertinet, ut quando adest fraus circa partes rescripti, & causam finalem, vitietur indistincte, & omnino rescriptum tam quoad partem inutilem, idest quæ seclusa ea subreptione non concederetur, quam quoad alteram utilem, idest alias concedendam: at quando fuit ex ignorantia pars sola inutilis vitiatur: itaque in priori parte nimirum quando fraus intervenit, jure optimo non distinxit textus, an ea fraude revulsa pars Litterarum esset concedenda, quia ea contingente circa solam rescripti partem, ubi est in causa finali, corruit totum, quamvis altera rescripti pars subreptione cessante foret concedenda: at in posteriori parte ubi sermo est de subreptione ignoranter admissa circa causam finalem, opus fuit distinctione, an subreptio sit circa causam finalem totius rescripti, vel solius partis, quia si sit in causa finali totius, corruit totum, si solius partis, illa sola corruet, & ita totus ille textus in *d. c. super Litteris*, de subreptione veritatis suppressa, vel falsitatis expressa loquens agit de sola causa finali, sine qua Litteræ non concederentur, vel totæ, vel pars illarum, ducitur Sanchez, quia totus ille textus agit de taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis causæ conducentis ad valorem rescripti, cum de hac subreptione loquatur eam ponderans ad valorem, vel nullitatem rescripti: at causa impulsiva non est hujusmodi, sed sola causa finalis, juxta veriorem sententiam.

De sola ergo subreptione circa causam finalem agit præfatus textus, quia æquiparat prorsus malitiam, & fraudem in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate, & tacens veritatem, quam explicare non tenetur, qualis est juxta veriorem sententiam circa causam impulsivam, nequit jure optimo de fraude, vel malitia notari; hoc enim culpam, & sane non levem implicat, cum enim nulla sit in eorum taciturnitate eam quis explicare non tenetur: & confirmatur, quia licet in mendacii expressione delictum sit, at si non contingat circa causam conducentem ad rescripti valorem non efficiatur id delictum malitia speciali mendacii ratione rescripti, in quo contigit sicut mentiens in confessionis Sacramento circa rem non necessario detegendam, in eo reus est mendacii simplicis, at non mendacii ad confessionem attinentis: sicut ergo hoc mendacium non vitiat confessionem; ita neque illud debet vitiare rescriptum: & hujus sententiæ est Bero in *d. c. super Litteris in* 2. *lectura n.* 53. Hæc sunt verba Sanchez; & quasi eadem repetit Merolla. Pro certo videtur dicendum, quod cum subreptio contingit extra materiam Litterarum, nec in totum, nec in partem Litteras annullat, sive justitiam, sive gratiam contineant; quod etiam dixit Fagnanus in *d. c. super Litteris*, *num.* 34. qui magis stricte præ cæteris scripsit in hac materia.

Joannes Baptista Marchesanus Signaturæ Decanus *in art.* 3. *suis operis de Commissionibus*, *in rub. de commutat. relaxat. juramenti ad effectum agendi*, §. 3. tractat hanc materiam subreptionis, & obreptionis, & *n.* 38. existimat omnia narranda esse, & exprimenda in rescripto, per quæ ad gratiam concedendam, vel denegandam Princeps moveri debet, cum ex omissione eorum, quæ si Principi narrata forent non concessisset, aut difficilius, subreptitium reddatur rescriptum, per textum *in c. postulasti de rescriptis*, ubi de levi, & *c. si proponente*, *c. cum a Deo de preb.* & *si motu proprio eodem tit. in* 6. quando autem tacentur ea, quæ apta non sunt Papam movere, tunc non dici gratiam subreptitiam, quia illa subreptio vitiat rescriptum, quæ Principem difficiliorem ad concedendum reddere potest, per *cap. super Litteris*, & *cap. postulasti de rescript.* quia illa clausula, *si ita est*, *si preces*, & *c.* semper intelliguntur in rescriptis Principum; & cum per falsam causam fuerit talis subreptio, nullatenus suffragatur rescriptum, quia falsa expressio reddit gratiam subreptitiam, allegat decisionem Rotæ apud Put. *decis.* 50. *par.* 1. Paris. *cons.* 41. & cum fuerit falsa causa narrata, totum actum corruere facit, per textum *in l. falsa C. de juris*, & *facti ignorantia*, ad quod multos allegat Doctores; & *n.* 76. asserit, quod taciturnitas vitiat in casibus a jure expressis. Docet etiam Marches. quod duplex datur subreptio, una quæ provenit ex veri taciturnitate, altera, quæ oritur ex falsi expressione: quæ vel potest esse dolosa, quando scilicet mediante dolosa expressione quis obtinere satagit, & quia dolus non præsumitur venit probandus: vel non dolosa, & tunc ille, qui fundat suam intentionem in ea probare debet. 75

Illius tamen opinionis est ibi Marches. quod obreptio proprie dicitur falsitatis narratio, veri vero taciturnitas subreptio, & magis obreptionem, quam subreptionem vitiare rescripta; ad quod allegat Gemin. *consil.* 120. *numero* 3. *in fine*, & refert opinionem Innoc. & Imol. qui faciunt hanc differentiam inter subreptionem, & obreptionem, ultra differentiam inter rescripta continentia materiam justitiæ, & continentia materiam gratiæ, ut prima non ipso jure uti secunda ipso jure nulla sint, dicit quod subreptionis defectus ope exceptionis, obreptionis autem ipso jure vitiare, quia majus vitium est falso, & male rem exprimere, quam aliquid tacere, & consequenter plus afficere, & inficere gratiam obreptionem, quam subreptionem; & allegat multos pro se, &, ni fallor, fuit hæc opinio Abbatis *in capit. sedes de rescript. numero* 4. 76

Sed

77 Sed diximus supra, multos Doctores nullam constituere differentiam inter subreptionem, & obreptionem, seu inter veri taciturnitatem, & falsi expressionem, cum textus in *d. cap. super Litteris*, promiscue loquatur de falsi expressione, ac veri taciturnitate, & solum adhibet differentiam, & distinctionem, an subreptio fuerit dolose commissa, an per simplicitatem; & sic supponit quod utroque modo dolus committi potest tam in verum tacendo, quam falsum exprimendo; Rotaque Romana indifferenter docuit, quod gratiæ, seu rescripta impetrata cum falsa expressione, vel veri taciturnitate sive subreptitie, sive obreptitie ipso jure irrita sunt, ut in decisionibus apud Tondutum.

78 Alexander Trentacinq. *in suo tomo variar. tit. de rescriptis, & privilegiis resol. 5. n. 25.* tractavis articulum subreptionis, & obreptionis, atque dixit, quod quando rescriptum continet capita separata, & subreptio, aut obreptio fuerit causa impetrandi gratiam in illo negotio, & tunc solum illud negotium, & non reliqua capita in rescripto contenta, erit subreptitium, & nullum, nisi fuerit subreptio, vel obreptio dolosa; sin autem subreptio fuerit causa impetrandi omne rescriptum super omnibus capitulis etiam separatis, tunc etiam omne rescriptum erit nullum, juxta doctrinam Abb. *in c. sedes, & cap. super Litteris de rescriptis*, Trentacinq. *loco cit. vers. 25. casus.* Item cum a negotio in quo fuit commissa obreptio dependet omne negotium, & tunc etiam omne negotium vitiabit, juxta Doctrinam Abb. *in d. c. sedes n. 24.* Alex. Trentacinq. *loco cit. vers. tertius casus.* Sic si rescriptum fuit obtentum falsum exprimendo falsum, nam tunc in pœnam omne rescriptum nullum: sic si repugnantiam in uno capite continet, dummodo repugnantia fuerit in dispositiva, omne rescriptum erit nullum.

79 Theod. Amaydeo Advocatur, & Curialis nostra tempestate nemini secundus in suo *libro de stylo Datariæ c. 33.* in quo hanc subreptionis, & obreptionis materiam tractat *sub n. 24. vers. his præmissis*, docet subreptionem causare omne id quod omissum, sive falso expressum potuisset movere Papam ad concedendum, sive negandum: allegat decis. Greg. 237. & quando suppressio veri, seu narrativa falsi non nocet concedenti, nec cum dolo fit narrantis, tunc non vitiare, ut in *c. super Litteris*, ad quod allegat decis. Rotæ in *Conchen. Beneficii*, quam etiam ad verbum retulit Marches. *t. p. fol. 463.* in meo, quæ decisio emanavit coram Sacrato 10 Maii 1610. in qua *n. 1.* fuit dictum, quod falsa narrativa, quæ nec movet concedentem, nec fit cum dolo, nullatenus nocet narranti, per dicta *in d. c. super Litteris*, quod licet loquatur de rescriptis ad lites locum habet in gratiosis. Item fuit dictum in ea, quod qualitas, quæ non confert ad causam non sit habenda in consideratione: adducitur ibi auctoritas Abb. *in cap. ad aures, num. 3. de rescriptis*, ad quæ omnia Rota adducit *cap. gratia de rescript. in 6. & c. pro eo tempore ib.* & licet hic textus loquatur in subreptione non autem in obreptione, tamen circumscripto dolo, qui major consideratur in obripiendo, quam in subripiendo, non datur differentia inter utrunque in *d. cap.*
80 *super Litt.* Et hanc sententiam, quod falsitas, quæ nec movet saltem facilius, nec dolose fuit facta, minime nocere debeat, frequenti calamo fuisse per Rotam observatam dicitur in *d. decis. Conch. n. 7.* & ibidem allegantur aliæ Rotæ decisiones; & respondetur etiam ibidem ad generales conclusiones, quod narrativa sit pars gratiæ, & quod semper subintelligatur illa clausula, *si ita est, si preces*, nam intelligitur clausula juxta prædicta, & justificanda esse omnia, quæ movent concedentem: & ad *d. c. si motu proprio*, respondetur, quod una lex per aliam intelligitur, nec *c. gratia*, corrigitur per textum in *cap. motu proprio*: & ad *c. susceptum de rescriptis in 6.* respondet Rota, quod loquitur quando taxative, & limitative facta est expressio hæc, & alia ibi dicit Amayden, qui
81 etiam respondet ad ea, quæ in contrarium allegari possunt sub *n. 27.* qui concludit, quod verior, & rationi magis consona est illa opinio, quæ docet, non omnem subreptionem, hoc est veri suppressionem, causare vitium, quemadmodum nec omnem expressionem falsam, ac non expressam tunc vitiare gratiam, & falsa suggesta, quando dolum continent, ut in *d. c. super litteris*, nec narrativam secundum omnes sui partes verificandam esse ad gratiæ justificationem, sed tantum secundum ea, quæ Papam moverent ad concedendam gratiam, & citat Felin. *in c. licet de præb. vers. 1. limita*, Put. *decis. 69. lib. 2.* Verall. *decis. 299. n. 2.* Sed hic Doctor non dicit quænam non expressa, & quæ vere non narrata possunt movere Papam ad facilius, vel difficilius concedendam gratiam; sed pro hujus determinatione affert decisionem Rotæ in *Melevitana erectionis Collegiatæ in 6. Novembr. 1634.* coram Pirovano, ex qua id deduci posse ait.

In illa autem *decisione* coram Pirovano *de anno* 1634. 82
6. Novembris, fuit dictum Litteras exequendas quoad erectionem Parochialis in Collegiatam, non tamen quoad delationem capparum, & exemptionem: quia in quantum ad erectionem fuit justificata narrativa, nempe Ecclesiæ structura ampla, & commoda, paramentis, organo, & aliis ad divinum cultum competenter instructa; valor, & dos in summa narrata sufficiens: nec ibi habitum fuit in consideratione, quod deficiebat narrativa frequentiæ Populi virorum divitum, & fertilitatis agrorum; quia adhuc quod Papæ narratum fuisset locum non esse conspicuum, & quod haberet viles personas, & careret juris consultis, nihilominus Papa concessisset dictam erectionem Parochialis in Collegiatam, quia agitur de augmento divini cultus; & affertur ibi consilium Rebuffi 11. dicentis, dispensationem non vitiari, ex quo quis se asseret utriusque juris Baccalaureum, cum sit tantum unius; quia Papa non se reddit ex hoc difficiliorem; & quamvis aliquando narrata sint justificanda etiam si non redderet se difficiliorem, attamen hoc procedere quando quod narratur est expressum in jure, quod justificari debeat, secus si non est expressum, per textum *in c. si motu proprio de præb. in 6. & c. si proponente de rescriptis.* Quoad vero delationem capparum, & exemptionem a jurisdictione Ordinarii, dictum fuit gratiam non fuisse justificatam, nec exequendam, quia defuit narrativa qualitatis loci, & personarum in eo degentium: & quamvis dici poterat, quod justificatio narrativæ prædictæ potuerit omitti, dum non omnia, quæ in precibus tacita, vel diversimode expressa quam veritas se habet gratiam annullent, sed ea duntaxat quæ in jure expressa sunt, quod exprimi debent, vel si in jure expressa non sunt, saltem videantur repugnare intentioni Principis, vel si veritatem scivisset, gratiam non concessisset, vel difficilius, ut Ægid. *decis. 608.* in jure autem non esse illam expressam qualitatem personarum, nec repugnare intentioni Papæ, cui præcipuum fundamentum fuit augmentum divini cultus, non autem qualitas personarum, & conspicuitas loci; quia responsum fuit, istam cognitionem circa mentem Papæ si scivisset qualitatem loci, & personarum, vel non concessisset, vel difficilius usum capparum, & exemptionem ab Ordinario, Judicis arbitrio esse remissam, quæ pendebat ab interpretatione voluntatis concedentis, quæ conjecturis, & præsumptionibus solet aperiri, juxta doctrinam Abbatis *in c. ex conquestione n. 4. de rest. spol.* Covarr. *var. lib. 1. c. ultim. n. 5.* Tiraquel. *in tract. cessante causa limit. 1. n. 15.* Menoch. *cas.* 201. *n. 29. & 30.* illis tamen Dominis visum fuit non esse verisimile, quod Papa voluisset concedere usum capparum cum qualitate magis insign. Ecclesiæ, & in loco rustico, & agresti carente habitatione virorum nobilium, quorum contemplatione solent decorari Ecclesiæ prærogativis Civitatibus, & locis insignibus convenientibus; & per eandem rationem visum fuit inverisimile, quod voluerit eximere ab Ordinaria jurisdictione Parochialem rusticam.

Ex qua decisione duo notanda esse dicit Amayden, pri- 83
mum, an tacitum, & non expressum, sive falsum narratum movisset Papam ad concedendum nec ne? totum pendere ex Judicis arbitrio, qui hoc expiscari valeat e conjecturis: alterum, quod, narrativa, quæ in nihilo retardasset Papam ad concedendum, debet justificari, quando de jure requiritur, quod debeat exprimi. Declarat rem exemplo Amayden. Franciscus nobilis Comes impetravit Præposituram Coloniensem cum expressione, quod valor illius non excedat ducatos centum; & tamen veritas est illam ascendere ad ducatos 130. tunc etiam si impetrans expressisset valorem in ducatos 130. æque Papa concessisset, quia ille valor parum est pro tanta Dignitate. Nihilominus, dicit Amayden, tenetur ad illius justificationem, quia per regulam Cancellariæ cavetur, quod exprimi debeat verus valor, &c. Hæc ille. Quare hic Doctor cum Sanchez & Merol. expresse se conformare videtur.

Sed circa hanc Rotæ decisionem in *Melevitana ere-* 84
ctionis coram Pirovano, notandum est, quod proposita de novo causa in Rota sub *die 9. Decembris* 1637. coram

Caril-

Catillo, fuit dictum, quod sententia Rotalis qua pronunciatum fuit Litteras Apostolicas non esse justificatas, nec exequendas quoad delationem capparum, & exemptionem reformandam esse quoad delationem cappatum, in aliis confirmandam, attentis novis probationibus, quibus clarius constitit narrativam gratiæ de assignatione dotis annui reditus, de numero focularium 500. circiter, de frequentia Populi, de Doctorum ingenuorum, & divitum copia, & agrorum fertilitate fuisse justificatam, & sic exequendam; ut latius in dicta decisione coram Catillo, apud ipsum 76. Neque obstitit consideratio in verisimilitudine mentis Pontificis circa concessionem ad deferendum cappas, ex eo quia cum Cathedralis Melevitana non haberet talem prærogativam, non sit præsumendum, quod Papa illam voluerit concedere Collegiatæ: quia responsum fuit, quod ultra, quod objectum cessabat, & quando Cathedralis potiebatur majori prærogativa, & non habebat indultum deferendi non solum cappas cum Rocchetto, sed etiam Mozzetta violacea, gratia non potuit dici subreptitia, vel obreptitia ob non factam expressionem, quod Canonici Cathedralis non utebantur cappis, quia in gratia non sunt narranda, nisi ea, quæ jure veniant exprimenda. Nec curandum, an Papa si scivisset difficilius concessisset: in jure autem non est cautum, ut requiratur ad effectum deferendi cappas in Collegiata narrare, quod non deferantur in Cathedrali: & ita narrativa non potest corruere ex hoc capite, cum remaneant justificatæ cæteræ qualitates narratæ.

85 Quod exemptionem dictum fuit in illa decisione coram Catillo, esse confirmandam, nempe non exequendam: nec adversari objectum, quod gratia erat individua, & sic narrativa justificata quoad exemptionem; nam ultra quod gratia apparebat divida ex discussis in aliis sententiis, dictum fuit, quod ex verisimilitudine mentis Pontificis apparet noluisse concedere exemptionem tanquam valde præjudicialem Ordinario, Cathedrali Ecclesiæ onerosam, attenta parva distantia inter oppidum, & Civitatem, quod esset causa, ut quotidie orirentur plurima dissidia, & contentiones inter Episcopum, & taliter exemptos, per Bell. *cons.* 40. Quibus consideratis, certum est, quod verisimiliter Pontifex hujusmodi exemptionem non concessisset, cum non præsumatur voluisse inferre tale præjudicium Ordinario.

86 Ego ex hac decisione colligo, quod cum fuisset unicum rescriptum, in quo concessa fuerit erectio in Collegiatam cum illa qualitate deferendi cappas, & exemptionis cum expressione causæ, quod locus erat insignis, & quod aderant Doctores, & homines civiles, causa fuit unica, quæ cum non fuerit justificata, fuit falsa assertio; & nihilominus video, quod Sacra Rota decrevit Litteras sustineri, & exequendas quoad partem erectionis Parochialis in Collegiatam, & postea etiam decrevit quoad delationem capparum, non vero quoad exemptionem a jurisdictione Ordinarii, quia conjectura erat in contrarium: ideo maximopere sunt ponderandæ hæ Rotæ decisiones ex hactenus cumulatis, & dictis.

87 Prosper Fagnanus Prælatus undique absolutus in *c. super Litteris de rescript.* tractat hanc materiam abunde, & quatuor astruit conclusiones, seu regulas, quarum prima est *num.* 10. quod subreptio dolosa vitiat rescriptum; quam regulam ampliat per multos numeros sequentes, nempe non solum in rescriptis ad lites, sed etiam in beneficialibus, ac in privilegiis, ac etiam si dolosa subreptio fuit commissa in parte rescripti duntaxat, & ejus concessionis tantum; nam adhuc vitiabit in totum etiam Litteras gratiæ in pœnam perversitatis Oratoris, sive subreptio contingat falsum exprimendo, sive verum tacendo. Exemplum dolosæ subreptionis in rescriptis in hac nostra materia gratuita, & beneficialibus dicit in *c. ad aures, & c. cum adeo, de rescriptis, c. si motu proprio de preb. in* 6. ac etiam ampliat sive expressio falsi, vel taciturnitas veri non fuerit causa concessionis; nam dicit hanc distinctionem intrare cum per simplicitatem contingit subreptio; limitat vero hanc primam regulam multipliciter, & signanter si dolosa subreptio fuerit extra materiam, nec fuerit causa formæ, vel substantiæ: item si alternative fuerit aliquid narratum; nam tunc subreptio, etiam si unum tantum concernat, illud tamen vitiat, non aliud, in quo nulla subreptio commissa est, ut in *c. si eo tempore de rescriptis in 6.* ad quæ omnia Fagnan. allegat multos antiquos Canonistas.

88 Secunda regula, quam Fagnan. astruit *n.* 52. se habet, quod expressio falsitatis, vel taciturnitatis veritatis de simplicitate, vel ignorantia proveniens, si non sit causa concessionis, quia expressa veritate, vel tacita falsitate Princeps nihilominus concessisset, non vitiat rescriptum: quod haberi dicit ex textu *d. cap. super Litteris*, ibi: *Talis expressio*, Hanc etiam regulam constituit Pontius *lib.* 8. *c.* 16. *num.* 7. licet loquatur Pontius cum diversis terminis, nempe cum fuerit in re levi, sed in substantia; idem dicit *n.* 6. dixit, quod cum est in re notabili etiam per simplicitatem commissa, etiamsi Princeps foret concessurus in Litteris gratiosis annullat; & quando non erat concessurus, & est in re notabili, annullat omnia rescripta tam gratiæ, quam justitiæ.

Suam regulam ampliat Fagnan. etiam si impetrant tacuerit ea, quæ sunt de processus necessitate exprimenda: ampliat in beneficialibus per textum in *cap. dudum, vers. considerantes de preb. in 6. & c. si clericis eodem tit. in 6.* licet enim cum verba non adaptantur, Litteræ sint nullæ, ut si quis exprimat Dignitatem, cum sit simplex Beneficium, late idem Fagnan. limitat enim hanc secundam regulam, nisi qualitas non expressa ex simplicitate erat de jure exprimenda, & de ea facienda erat mentio, etiam si Papa alias omnino Litteras concessisset, ut in *c. si motu proprio de preb. in 6.* limitat enim, ac modificat, si ea, quæ fuerunt expressa causa demonstrationis fuerint expressa, sed secus si causa taxationis; nam tunc expressa non dolosa non obest; quod etiam docuit Abbas in *c. significante de rescriptis*, Sanch *disp.* 21. *n.* 35. Merolla *loco cit. n.* 360. Rota *in d. Conchen. beneficii n.* 6. ad textum in *l. falsa demonstratio ff. de cond. & demonstr.* quando autem taxative, nam tunc obest ut in *c. cui, de preb. in 6. & in c. susceptum de rescript. in 6.* 89

Tertia regula, quam format Fagnan. *n.* 6. est, quod expressio falsitatis, vel suppressio veritatis per simplicitatem, vel ignorantiam vitiat rescriptum in totum si sit inductiva, seu si sit fundamentum gratiæ, seu rescripti, sive si fuerit causa totius concessionis, idest si Princeps tacita veritate, vel expressa veritate nullo modo dedisset Litteras, quod Fagnan. desumit ex textu in *d. c. super Litteris*, ibi, *si vero*, quia tunc deest voluntas concedentis, a qua dependet substantia rescripti; nam textus dicit: Litteras non dedissemus; & hæc fuit opinio Sanch. Merollæ, & aliorum, quos supra citavimus, ac etiam Oldrad. *de rescriptis prælud.* 8. *n.* 36. & 37. & hanc regulam a fortiori ampliat in beneficialibus, & gratiosis, ut etiam non solum cum fuerit causa inductiva, & finalis concessionis, sed etiam quando fuit causa impulsiva, quia non ita de facili concessisset; nam nihilominus in gratiosis vitiat, & allegat textum in *d. c. postulasti*, ibi, *de levi*, & gloss. *in c. finali de filiis presb. in 6.* in figuratione casus, & ibi Probus ad Menoch. & alii; imo allegat pro contraria opinione, scilicet quod quando justa ignorantia intervenit, tunc taciturnitas ejus, quo expresso, rescriptum non ita facile fuisset obtentum, illud non vitiat, per textum in *c. gratia de rescriptis*. Pro concordia Fagnan. dicit esse tenendum secundum opinionem glossæ, & aliorum procedere, quando tacetur id quod de jure erat exprimendum in Litteris, ut tunc utcunque sit taciturnitas semper vitiat; in hoc enim omnes concordant, etiam si Papa foret concessurus; secus vero si tacetur id, quod non erat in jure expressum, ut exprimi debeat, & allegat multos; & licet fortiter negat textus in *c. gratia*, non relictis aliorum interpretationibus eidem Fagnano placet solutio Hostii *in d. c. super Litteris n.* 42. quod ibi subreptio fuit ex justa causa, & ideo non vitiavit Litteras ad Beneficia, quia ex ignorantia tacitum fuit Beneficium, in quo impetrans jus in re non habebat, sed tantum ad rem, non fuerat collatum absenti, & ignoranti; tunc enim non acquiritur jus irrevocabiliter, nisi post acceptationem, ut in *c. si tibi absenti de preb. in 6.* & ideo non vitiavit, cum Beneficium, ut de eo fieri debeat mentio, debeat esse quæsitum, & non quærendum, & ita procedit *c. si motu proprio*, cum de jure ad rem non oportet fieri mentionem in Litteris, per textum in *clem. gratia de rescriptis*, & ideo ibi judicatum fuisse, non fuisse Litteras nullas ob taciturnitatem: hanc quoque solutionem dedit Basilius Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. 3. *n.* 19. ni fallor. 90

Demum quarta regula, quam firmat Fagnanus *n.* 72. ita se habet: Subreptio per simplicitatem, vel ignorantiam, quæ non fuit causa totius concessionis, sed partis illius duntaxat, rescriptum non vitiat in totum, sed eatenus tantum quantum fuit causa concessionis: hanc regulam desumit ex eodem textu in *d. c. super Litteris*, ibi: Si talis expres- 91

pressa sit falsitas, vel veritas occulta: concordat Fagnan. cum Sanch. *d. disp.* 21. *n.* 64. Merolla *n.* 399. Barbos. *in d. c. super Litteris n.* 41. quod procedere maxime in Beneficialibus docet, juxta textum in *c. si eo tempore de rescriptis in* 6. nisi tamen obtentum per subreptionem habeat connexionem cum reliquis, quæ continentur in rescripto; nam tunc ratione connexionis existimat Fagnan. omnia
92 contenta in rescripto vitiarentur, per textum in *c. constitutus de rescriptis*. Hæc dicit Fagnan. qui in multis concordat cum Sanch. Merolla, & aliis, & *n.* 124. tenet, quod, quando plures causæ sunt narratæ copulative per malitiam, & dolum, tunc licet una sit vera, altera falsa, totum rescriptum erit nullum, & allegat Antonium de Butr. *in c. ap. ex lite, de judiciis in fine*.

Omnes recensitæ opiniones sunt valde probabiles, & quidem nituntur aliquo fundamento, & authores sunt maximæ notæ; illud enim mihi videtur pronunciandum, quod opinio Sanchez, & Merollæ, & aliorum asseren-
93 tium, dolosam expressionem, vel taciturnitatem vitiare rescripta, cum in causa finali fuerit dolus adhibitus, sive in suggestione falsi, sive in taciturnitate veri, secus si in causa impulsiva, videtur contra mentem, & verba expressa dicti textus in *c. super Litteris*, in quo textu quando contingit subreptio ex dolo, nulla adhibetur distinctio, an in causa finali, vel impulsiva, sed tantum adhibetur hæc distinctio, quando ex ignorantia, vel simplicitate contigit subreptio; permittit enim textus, quod super Litteris, quæ ab aliquibus ex malitia, & a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel suggesta falsitate impetrantur, varia fuerunt Doctorum responsa; ipse enim Papa, qui fuit Innoc. III. inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam Litteras impetrant a Sede Apostolica, talem discretionem adhibendam censet, ut qui priori modo, scilicet per dolum falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ perversitatis pœnam nullum ex illis Litteris commodum consequantur: inter alios autem, qui posteriori modo scilicet per simplicitatem Litteras impetrant, dicit esse distinguendum, ut spectandum sit quæ falsitas suggesta, vel quæ veritas sit suppressa; nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occulta, quæ quamvis fuisset tacita, vel expressa, nihilominus Litteræ concessæ fuissent, hæc est causa impulsiva, & tunc rescriptum valere decernit; secus autem si per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem veritatis rescriptum, & Litteræ non fuissent concessæ, quæ est causa finalis: & ecce quod textus distinctionem inter causam finalem, & impulsivam tantum adhibet, quando per simplicitatem, & ignorantiam contingit falsa suggestio, vel suppressio; cum autem dolo fuerit adhibita, qui prior est modus in textu, nulla prorsus adhibetur distinctio, moderatio, seu differentia inter causam finalem, & impulsivam: sed indistincte textus decidit, quod Litteræ non tenent, nec esse exequendas in pœnam perversitatis exponentis. Et sic nota, quod hoc casu textus decidit nullius roboris in pœnam ejus, qui dolum adhibet in impetrandis rescriptis, non enim ex defectu intentionis, qui defectus tantum consideratur in eo casu, quo falsa suggestio, vel suppressio contigit ex ignorantia, vel simplicitate: & quidem maxima ratione id statutum fuit, siquidem non levem committit culpam, qui falsa expressione, vel callida suppressione a Papa Gratiam extorquere conatur, nemo enim ex dolo commodum reportare debet, mendax precator carere debet impetratis, cum enim committit culpam si agendo cum Principe nullum debet reportare commodum in pœnam suæ culpæ, ita ut nec tunc investigandum sit, an Princeps foret, vel non, concessurus. Cum vero nullam committit malitiam ex proposito, sed ignorantia, vel simplicitate ductus Orator falsum expressit, vel verum tacuit, tunc videndum est, an Princeps fuisset si, vel ne concessurus, scilicet an subreptio, vel obreptio sit causa finalis, vel impulsiva; & iste videtur germanus intellectus illius textus, salvo semper meliori intellectu: & hanc meam sententiam videtur approbasse Rotam in *Conch. Beneficii*, quam refert Amayden *cap.* 33. *sub, n.* 24. ibi; & hanc sententiam, quod falsitas, quæ nec movet saltem facilius, nec fuit dolose facta, minime habet nocere exponenti frequentiori calculo fuit dictum per Rotam, ut apparet, & ultra Ægidium *decis.* 3. & alios allegatos in alia *decisione de rescriptis in antiquis* 68. incipit, *In causa mea*, Cæsar de Grass. *decis.* 8. *n.* 2. *de præb.* Peregrin. *decis.* 129. *in causa Hispalen. lib.* 2. Verall. *decis.* 37. *p.* 2. *& in causa Romana Canonicatus* 22. *Aprilis* 1567. coram bon. mem. Seraphino, *in Bisuntina unionis* 10. *Maii* 1602. coram eodem, *in Vollaterana Parochialis* 8. *Junii* 1590. coram Cyprio, *in Compostellana pensionis*, a *Novembris* 1580. coram eodem Seraphino, *& in Vallisoletana juris nominandi* 8. *Junii* 1609. coram Coccino, & ita quoque Rota in altera *Conchen. etiam pensionis* coram Bichio 24. *Januarii* 1650. quæ est 11. *recent.* ibi: Nec excusatur, sive quia falsa narrativa, quæ non movet concedentem, & dolosa non est, Gratiam non vitiat, *c. super Litteris de rescriptis*, ergo si dolosa, vitiat, & ita etiam Tuscus *loco cit.* qui dixit, quod dolosa falsa semper vitiat, & alii plures, præsertim in Beneficialibus, in quibus quælibet minima subreptio vitiat Gratiam, juxta Rotæ sententiam in *decis.* 174. *n.* 27. *p.* 11. *recent.* & rationi priori est, quod ubi dolosa, & falsa narratio intervenit deest voluntas Papæ, & tunc non præsumitur, quod concessisset, ut in *d. decis.* 11. *n.* 14. *p.* 11. *recent.*

Existimo etiam, quod cum aliquid est exprimendum de 94
jure scripto, vel de stylo, si omittatur, semper taciturnitas causabit subreptionem inducentem nullitatem, in quo omnes fere conveniunt, sicuti cum aliquid taxative exprimitur, & dispositive duntaxat si falsum sit semper subreptionem, seu obreptionem inducet causantem nullitatem, præter citatos Lotter. *lib.* 2. *q.* 54. *num*...... In reli-
quis autem si aliquid omittitur, sive falso exprimatur ea- 95
tra casum dolosæ expressionis, sive calidæ suppressionis inspiciendum erit, an Princeps fuisset concessurus, sive an potuisset movere mentem Principis, ut Rota *recent. p.* 3. *decis.* 65. *n.* 1. Cov. *decis.* 328. Rota *in Pistorien. Beneficii* coram Amato Dunozett. penes Posth. *tract. de manu-
tenendo decis.* 634. *n.* 16. penes ipsum 367. Quod eorum 96
arbitrio prudentis judicis remittendum erit, ut dicit in *d. Melevitana erectionis Collegiatæ*, *tam* coram Pitovano, *quam* coram Carillo, Barbos. *in d. c. super Litteris*, *n.* 12. Reginald. *lib.* 30. *tit.* 3. *n.* 268. Lotter. *dict. q.* 54. *n.* 25. & ad verisimilitudinis, & styli Datariæ, & Cancellariæ circumstantias, tunc recurrendum esse existimo, quia multum facit in hac materia stylus, & usus aliarum Litterarum per Principem concessarum, vel concedi solitarum, Rota *in Lucana Jurispatronatus* 28. *Aprilis* 1656. coram Bevilaqua, *recent. p.* 12. *decis.* 162. *n.* 42. in quo tamen adverte, quod stylus Datariæ non semper est inconcussus in quolibet Pontificatu; nam multæ Gratiæ negantur in uno, & conceduntur in alio, ut supra vidimus: ideo attendi etiam debet, & adverti, quæ Gratiæ concedi solent, vel denegari in quolibet Pontificatu, & quæ fuerit inclinatio Summi Pontificis ad Gratias concedendas; nam secundum istam regulam decidit prudens judicium Judicis: & Rota apud Dutan. *decis.* 317. dixit, quod ad hoc, ut
Gratia dicatur subreptitia, requiritur, quod aut narratio 97
fuerit dolosa, vel potuerit facilius movere Papam ad concedendum. In separatis vero, & distinctis, quamvis in eisdem Litteris continentur, subreptio unius non vitiat alteram Gratiam, nec una deficiente altera corruit, optime Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 623. *n.* 2. 3. *&* 4. & ibi allegatur textus in *c. si eo tempore*. & ibi *glossa magna in fine*, *& verb. Beneficium de rescriptis in* 6. allegantur multi Doctores Canonistæ, nec repugnat in eisdem Litteris distinctas Gratias concedi, ut dicitur in *d. decis.* quando vero una Gratia dependet ab alia, vel habent connexionem inter se, tunc tenendum, & judicandum secundum Regulas traditas.

Et sicuti supradictum fuit cum sumus in dubio de in- 98
terpretanda Principis, seu Papæ voluntate, an fuisset concessurus, vel denegaturus, illa sic accipienda interpretatio, quæ facit pro actus validitate, nempe, ut Gratia sustineatur. Ita dicimus, cum contingit dubitari, an suppressio falsi, vel malitiosa taciturnitas fuerit ex dolo, vel ex simplicitate potius, cum hoc totum in animo exponentis, & oratoris consistat, nec dolus alioquin præsumatur, ideo illa interpretatio sumenda erit, quæ dolum, & malitiam excludit; nam si falsa expressio, vel taciturnitas vel non sit in causa finali, Gratia sustinetur, Marches. *loco cit. sup.* Barbosa *in d. cap. super Litteris*, *n.* 5. Sanch. *d. disp.* 21. *n.* 68. Merolla *num.* 402. Tuschus *d. concl.* 720. *n.* 10. & alii, quicquid alii dicant, nempe, quod in gratiosis, & Beneficialibus præsumatur dolus, secundum *decis.* Mohed. 8. *de rescriptis*, Navarr. *in summ. lib.* 1. *tit. de rescriptis*, *n.* 13. Trentacinq. *d. tit. de rescript. resolut.* 5. *n.* 24. Corrad. *lib.* 7. *prax. dispens. cap.* 4. *n.* 53. qui antequam petat informare tenetur de veritate, & Fagnan. *in d.*

*in d.c. super Litteris n.*41. qui etiam advertendum esse dicit,
an in facto proprio id contingat, an in alieno; nam si in
facto proprio in Litteris Gratiæ præsumendum esse contra
impetrantem, cum factum proprium quis teneatur scire,
99 nec præsumatur ignorare; unde si aliter contingat, præ-
sumitur, quod dolus fuerit adhibitus, allegat Fagnan. *dec.*
Mohed. *loco cit.* & alios Doctores, ut dictum videtur
per Rotam *in Salernitana pens.* coram Lancellotto, quam
affert Garz. *p.*1.*c.*5.*n.* 443.
100 Verum Amayden *d.c.*33.*n.*26. dicit, quod nullam in-
venit differentiam inter factum proprium, & alienum,
quia semper allegans dolum illum probare tenetur, cum
simpliciter jura illum non præsumant. Equidem censeo,
quod in foro externo non præsumitur dolus, & si quis
prætendat dolum commissum fuisse in impetratione, pro-
bare ipse debet; in foro autem conscientiæ unusquisque
propriam conscientiam consulat; & a fortiori non præsu-
meretur dolus, cum aliquid fuisset superflue narratum,
Lotter. *loco cit. n.*13. & Fagnan. *n.*48. sicuti cum expres-
sio tenderet ad facilitandum potius Principem ad conce-
dendum, ut iidem Doctores docent: quibus adde Tren-
tacinq. *loco cit. d. n.*24. & notandum est, quod quæli-
bet causa sufficit ad excusandum dolum, & tunc sufficit,
ut narrativa de facto justificetur, ut non dicatur falsa,
Rota apud Durand. *decis.* 317.*n.*2. & 307. *num.*2. & 306.
*n.*4.
101 Illud omnino notandum est, quod juris incerti, & e-
ventualis, quod potest esse, & non esse, debet fieri men-
tio, & cum tacetur, non causat subreptionem, Rota apud
Merlinum *dec.*248. *n.*15. Lotter. *d. q.*54. *n.*.....
102 Potest esse dubium de Solicitatore, an subreptio com-
missa ab ipso, vel alio tertio noceat principali impetran-
ti. Equidem Soccinus *cons.* 270. incipit, *Consideratis*,
Felin. *super Litteris*, *n.*2. *vers. demum*, tenent, quod
cum tertius, sive Solicitator committit subreptionem, sive
obreptionem in impetrando, sive per ignorantiam, sive
per malitiam, non nocere debent principali impetranti,
ita etiam Trentacinq. *d. tit. de rescriptis*, *resol.*5. *n.* 5.
vers. hac concl. & ita quoque Tusch. *litt. S. concl.* 722.
n. 41. nam ibi docet, quod subreptio non vitiat, quan-
do a tertio obtenta fuit rescriptum pro absente, & ci-
tat Cravet. *cons.*616. *n.*17.
103 Contrariam sententiam tenuerunt multi, præsertim
Anch. *in c. si motu proprio*, *n.* 3. *notab.* 3. ubi Francus *n.*
3. Fagnan. *in d. cap super Litteris*, *n.* 71. & ex Moralii-
bus Sanch. *disp.*21. *n.*57. Merolla *loco cit.* *n.* 397. *versic.*
hinc deducitur, moti, quia in *c. si motu proprio de pre-
bend. in* 6. dicitur; secus si ad petitionem illius, vel al-
terius pro eo oblatam; & sic dicunt ponderandam il-
lam particulam, *vel alterius*. At ipsemet Sanch. *loco cit.*
n. 67. & Merolla *n.*401. ducent, quod ex eo quia in d.
text. *in cap. super Litteris*, dicitur in suæ perversitatis
pœnam non esse locum pœnæ præfati textus, si cum pas ve-
rum proposuerit, ipsa postea ignorante Curialis, vel So-
licitator dolose subreptionem commiserit, cum nullam
perversitatem commiserit principalis, nec in culpa fue-
rit, & ideo non deberi affici hac pœna, & privari com-
modo Litterarum: sed de illo judicandum esse, ac de eo,
qui per ignorantiam, vel simplicitatem subreptionem
commisisset, & in hoc sensu esse verum, quod docuerunt
Fel. & Socc. *locis citatis*, qui dicunt non nocere parti
relationem falsam solius Curialis, vel Solicitatoris; id
enim verum esse ne vitiet totum rescriptum, quando to-
tius non est causa; secus, quando non esset causa totius.
104 Et Sanchez *n.* 66. & Merolla *sub n.*400. existimarunt,
ignorantiam quantumvis crassam, & simplicitatem excu-
sare a pœna irritationis totius rescripti ratione subreptio-
nis commissæ in altera ejus parte. Itaque, ut sit locus huic
pœnæ, ait Sanch. desideratur, ut impetrans sciens & pru-
dens malitioso animo id faciat, quia textus *d. c. super Lit-
teris*, expresse petit fraudem, & malitiam: at taciturni-
tas ex quacunque ignorantia, & similiter expressio falsi
ex illa non potest dolosa, ac malitiosa nuncupari, nisi in-
gens temeritas in ea ignorantia reperiatur, sic Rota apud
Seraph. *decis.* 936. dicit, quod tamen dolosa subreptio
irritat Gratias.
105 Veritas est, quod Sacra Rota malam expressionem, &
errorem factum ab Expeditore, seu Procuratore non so-
let admittere ad excusandum principalem, quia possent
fieri fraudes, & solet excusationem hanc admittere, quan-
do Gratia non esset alteri præjudicialis; secus si alteri præ-
judicialis, vel ea principalis sit usus, ut videre est in *dec.*

11. *n.* 7. *p.*11. *recent.* quæ est eadem apud Bichium 410.
nempe *Conchen. pensionis* 14. *Februarii* 1650. coram Bi-
chio, Coccinus autem *in annot. tom. anni* 223. tenet,
quod cessante fraude in narrativa Patronus non nocet
principali, si fuerit falsa, licet secus, si fraus considerari
possit.
Curialis autem, seu Solicitator, qui falso, & ex pro- 106
posito, ut facilius impetraret, falsum exponeret, aut ve-
rum taceret, nullam pœnam excommunicationis, sed ta-
men pœnam falsarii incurreret, secundum Sanch. *loco cit.*
n. 58. & Merolla *n.*597. licet Henriq. *lib.* 12. c. 3. *n.* 7.
in fine, talem pœnam excommunicationis incurrere dixe-
rit ob motum quendam Pii V. sed eum motum loqui de
Procuratoribus Pœnitentiariæ, & de Scriptoribus Littera-
rum Apostolicarum, non autem de Solicitatoribus, a-
junt Sanch. Merolla, & alii.
Vitium subreptionis removet clausula illa, *motu proprio*, 107
cum ponitur in scriptis, de qua clausula dictum est, ut la-
te per Canonistas per illum textum in *c. si motu proprio de
præb. in* 6. *& cap. si Romanus*, *eodem tit.* ut præter alios
Ricc. *in prax. p.*3. *resol.*10. *n.* 7. non tamen tollit inha-
bilitatem, & vitium personæ, quia tunc objici potest de
defectu intentionis, Sanch. *d. disp.* 21. *n.*49. Merolla *loco
cit.* *n.*989. quem non tollit hæc clausula, Trentacinq. *loco
cit.* *n.* 33. Rota *in Romana Beneficiatus Sancti Petri* 14.
Maii 1655. coram Bevilaqua, 14. *n.* 33. *p.* 12. *recent.* &
alibi pluries. Probato enim defectu intentionis, Gratia re-
manet nulla, ut in *dict. decision.* 14. Defectus enim inten- 108
tionis, & subreptio eundem operantur effectum, quo-
ad Gratiam invalidandam: magistralis est decisio Sera-
ph. 398. per totam: Sicuti, nec vitium in qualitate in-
trinseca supplet clausula hæc, ut Menoch. *de arbitr. cas.*
201. *n.*..... Sanch. *loco cit.* *n.*51. Meroll. *n.* 392. Fagnan. *n.*
38. Lott. *lib.*3. *q.*1. *n.*64.
Vitium falsæ expressionis, seu suggestionis falsæ causæ 109
hanc clausulam, *motu proprio*, non supplere ajunt quam-
plurimi Doctores, sed tantum taciturnitatis: cujus rei dis-
paritatem illam tradunt, quia quando tacetur veritas, ig-
noratur, an Princeps bene, vel male fuerit informatus:
at cum exprimitur falsa, cognoscitur animus concedən-
tis, qui ducitur illa falsa expressione, & ultra ejus inten-
tionem Gratia extorquetur; motus autem proprius non
firmat Gratiam contra voluntatem concedentis, ita Ab-
bas *in c. quia circa de consanguinitate n.* 7. Fel. *in d. cap.
ad aures n.*9. *de rescriptis*, Menoch. *cas.* 201. *n.*84. Sanch.
*d. disp.*21. *n.*52. Merolla *loco cit.* *n.* 395 Trentacinq. *loco
cit.* *n.*33. & facit, quia taciturnitas causat subreptionem 110
removentem animum Principis ad concedendum, non
tamen movet, ut operetur expressio falsa, ut dixit Lot-
ter. *lib.*3. *quest.* 35. *num.* 6. sed ipse etiam Lotter. *lib.*
3. *quest.* 1. *num.* 65. dicit, quod hæc clausula, *mo-
tu proprio*, removet facultatem opponendi de subre-
ptione, & citat Puteum *decis.* 377. *n.* 1. *lib.* 1. Ro-
tam *in antiquis decis.*33. *sub tit. de preb.* & Gabriel. *in
tit. de clausulis*, *concl.*2. *a n.*1. *cum seqq.*
Nec defectum subreptionis, vel dolosæ expressionis 111
supplet illa clausula, *quorum tenorem*, *statum*, *& meri-
ta*, ut verius putavit Marches. *de commiss. p.*3. §.3. *de com-
mis. relaxat. juram. ad effectum agendi*, *n.* 37. *&* 38. *cum
seqq.* & idem dicendum erit de clausula, *non obstanti-
bus*, Marches. *n.*86. qui alios citat, Trentacinq. *loco cit.*
n. 38.
Tollitur autem hoc vitium subreptionis, vel obreptio- 112
nis per alteram clausulam, nempe, *quod de subreptione*,
& obreptione dici nequeat; nam tunc Papa voluit omnino
tollere hoc vitium, & quod valeat Gratia, seu Rescri-
ptum, & si tunc alius velit excipere de subreptione, vel
de obreptione, opus erit oris apertione, Veral. *decis.*
218. *p.*3. Marches. *loco cit.* *num.* 84. sed Rota *in Reatina
pensionis* coram Zarate *recentior.* *p.*11. *decis.*247. dixit, 113
quod tunc hæc clausula, *quod de subreptione*, *& obreptio-
ne dici non possit*, tollat vitium subreptionis, quando
est juncta cum clausula, *sublata*, non vero quando de
per se sola stat, & in dicta decisione aliæ allegantur, &
tunc erit necesse oris apertione, ut ibidem dicitur. Tol-
lit etiam vitium subreptionis resultans ex taciturnitate li- 114
tis clausula illa, *litis statum*, Rota *decis.* 192. *la seconda
p.*11. *recent.* Merlin. *decis.*467. *n.*8. Ludovis. *decis.*2. *&*
p. 8. *recent. decis.*178. *&* 605. *n.*11. *p.*2.
Cum autem allegatur subreptio in tacendo verum, 115
quod apponi debet, probari debet de tempore impetra-
tionis extitisse id quod erat exprimendum, vel de eo fa-
cien-

cienda erat mentio, Abb. Panorm. *in c. constitutus n.4. de rescriptis*, & cum allegatur obreptio consistens in falsa ex-
116 pressione, ille qui impetravit debet probare ea, quæ narravit, etiam si ea adversa parte negata non fuerint, secundum Beltr. *dec.76.n.6.* & consideravit Honor. *lib.1. in sum. juris canonici in tit. de rescriptis sub n.47.* & qui allegat subreptitiam illam concludenter probare debet, ut Ludov. *dec.108. in principio*, & ibi Oliver. *n.12.* Rota penes Rub. *tom.3. decis.99. n.10.* Rota *in recent. p.2. dec.76.* & apud Eminent. Otthob. *decis.165. n.24.* Rota apud Amatum Dunozett. *dec.725. n.17.* ita ut exceptio turbida subreptionis,
117 seu cum subreptio non est clara, non potest retardare executionem Litterarum Apostolicarum, Rota *in Aquilana Capellania 17. Junii 1649.* coram Royas, est apud ipsum 337. *n.10.* & apud Bichium 455. *n.57.* ac illam rejiciendam esse ad petitorium, Rota apud eundem Bichium 236. *in fine*. Et in hac materia non est satis probare aliquod fuisse tacitum nisi etiam probetur; quod si fuisset expressum potuisset reddere Papam difficiliorem ad concedendum, Felin. *in c. super Litteris, n.18. de rescript.* Spad. *cons.82. n.2. tom.2.*

At Trentacinq. *d. resol.5. n.23.* existimavit, quod quando impugnatur rescriptum uti subreptitium, vel obreptitium, si excipiatur de qualitate falso expressa, quod tunc
118 impetrans debet probare, argum. *l.3. c. de non num. pecun.* quando vero excipitur de veritate tacita, tunc excipiens debet probare, per *c.2. de rescriptis*, & citat Abb. in *c.2. & c. quia circa de consangu.* & in *c. constitutus de rescriptis*, nisi pro existentia taciturnitatis esset præscriptio; nam tunc negans tenetur probare, cùm contra ipsum vigeat præsumptio. Sic cum quis dicit falsum dolose expressum, quia dolus non præsumitur, ipse debet probare, prout latius idem Trentacinq. idem fere dixit Tusch. *d. litt. S. conclus. 721.* dum idem docuit, quod cum allegatur subreptio ex falsa expressione dolosa, ille qui allegat dolum debet probare; si vero simpliciter ea falsa expressione, tunc si qui expressit habet præsumptionem pro se, allegans falsam expressionem debet probare; & e converso si nullus habet præsumptionem pro se, probare debet qui impetravit, & expressit, quando vero subreptio provenit ex taciturnitate, qui etiam eam allegat debet probare, hæc Tuscus ibi; & allegat Cald. *cons.165. alias 10. de probat.* fere idem docuit Oldrad. *de rescriptis prælud. 13. a n.1.* & videre est etiam Mascard. *de probat. conclus.325. n.13.* semper tamen, qui tenetur probare.... & Rota *p.12. decis. 71. n.25.*

119 Nunquam tamen potest dici de subreptione, vel defectu intentionis, cum constat de voluntate Papæ volentis concedere, quia tota substantia Gratiæ dependet ab ejus voluntate, Rota *dec.358. p.11. recent.*

Hactenus cumulata competunt omnibus gratiosis rescriptis, & Litteris Apostolicis cujusque materiæ Gratiam continentibus generaliter loquendo; attamen circa materiam beneficialem aliqua in particulari annotare non extra materiam puto, imo & necessarium pro Executoribus Litterarum beneficialium. Igitur, ut gratia beneficialis subreptionis, vel obreptionis vitio minime notari valeat, narrare oportebit Summo Pontifici omnia, quæ Canones, Constitutionesque Pontificiæ mandarunt, ut glos. *in clem. 1. de præb. in verbo, vel alteri, vers. non enim habetur*, & omissis aliis, Verall. *decis.46. p.2. & 224. p.3.* Lodovis. *decis.150.* Lotter. qui latè rem discurrit *lib.3. de re benef. q.3.* sic etiam exprimi debent, quæ de stylo exprimenda sunt, ut loquitur Ludovis. *loco cit.* & expressio debet esse verbalis, clara, & non ambigua, aut implicita,
120 licet alioquin cum tota res in Beneficiis dependeat ab intentione Papæ concedentis, & non ab intentione supplicantis, & ideo ad Papam pertinebit declarare in quo sensu verba Oratoris exceperit, ad textum *in l. Neratius 102. de Regulis juris*, Lotter. *in puncto d. q.3. num. 14. & 15.* & notes, quod in beneficialibus quælibet minima subreptio irritat totam Gratiam, Rota apud Bich. *decis.455. n.2.*

Expressum etiam non solum dicimus id, quod verbis ex-
121 pressis pronunciatur, & explicatur, sed etiam quod ex verbis expressis resultat, ut late Felin. *in c. in nostra sub n. 15. circa finem de rescriptis*, Peregrin. *de fideic. art. 3. n. 89.* Surdus *decis.259.* & alii passim. Ideo expressum dicitur in hac materia, quod sufficienter colligitur, & venit in necessariam consequentiam ex illis, quæ Papæ narrantur, ut concludit Lotter. *loco cit. a num. 18. cum seqq.* Cum autem, quæ in materia beneficiali explicanda sunt, ut subreptio evitetur, respiciunt ipsum subjectum, quod impetretur, nempe Beneficium, alia personam ipsam impetrantem, alia tertii præjudicium, ut ex Menoch. *d. c.201. sub n.32.* ponderat Lotter. *d. lib.3. q.3. n.34.*

Quæ concernunt ipsum Beneficium, quod impetratur, 122
sunt multa: in primis in supplicatione, quæ Summo Pontifici porrigitur pro Beneficio impetrando, Beneficium ipsum designandum est secundum suam essentiam, & qualitatem, ut si petitioni, ac narrativæ factæ Papæ qualitates Beneficii obtenti non conveniant, aut diversæ sint speciei, provisio nulla, & invalida erit, nec Executor Litteras exequi poterit, ut in *c. eam non de Sacerdotali de præb. in 6.* & notatum est supra, & Fagnan. in *c. super Litteris de rescript. in 6.* optime Lotter. *lib.3. q.4. num. 8.* omnia enim Beneficia conveniunt in eo, quod sunt quidam percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis ob Officium 123
Divinum competens, ut notant Doctores, præsertim Garz. *de Benef. p.1. c.2. n.2.* attamen differunt inter se propter qualitates diversas uniuscujusque; nam quotquot qualitates Beneficii adjiciuntur, tot formantur Beneficia specie differentia, licet ejusdem generis sint, & naturæ quoad substantiam; nam qualitatis illa diversitas, quæ unicuique apponitur, rem novam facere videtur, ut in *l. jus civile, ff. de justitia, & jure*, & ex ista qualitate, quæ unicuique additur, nomen diversum sortitur ex illa qualitate proveniens, suppresso penitus nomine generico Beneficii: ideo sequitur, quod in supplicatione non solum nomen genericum Beneficii exprimi debeat, sed etiam specificum, nempe qualitas, quæ illi inest, quæ tamen alterat substantiam Beneficii, & mutat nomen genericum in specificum; de qua habemus textum expressum in *c. cum illis de præb. in 6.* & etiam Regulam Cancellariæ 57. quæ erat 124
antea 56. in qua exprefse cavetur, quod omnes qualitates sunt exprimendæ in impetrationibus, Cochier. *in d. reg. 56.* Lotter. *lib.3. q.4. in princ.* Amayden *lib.1. c.15. §.15. n.12.* Rota apud Bichium *decis.325.* & non solum qualitas Beneficii, quæ de jure exprimenda est, exprimi debet, sed etiam quæ de stylo; illa enim quæ ex sui natura 125
inest, cum nota præsupponitur Pontifici, non indiget expressione, Cassad. *dec.4. & 12. de præb.* Cocchier. *loco cit. sub n.11.* & si narrantur, non indigent justificatione; nam in his, quæ in jure consistunt nulla cadit subreptio, ut præter alios Honor. *in d. tit. de rescript.* Gonzalez *ad Regulam 8. Cancellariæ in proœmio §.4. n.83. & 84.* Rota *p. 14. recent. decis.73. n.7.* Beltram. ad Ludovis. *dec.221. num. 12.* Lotter. *d. q.5. n.21. & 22.* Inter qualitates autem Beneficiorum, quæ mutant substantiam, & qualitatem, est illa, an Beneficium sit sæculare, vel regulare, quia 126
regularia regularibus, sæcularia sæcularibus concedenda sunt, quod omnes admittunt, *c. singula, c. cum de Beneficio de præbend. in 6.* Rota apud Seraph. *decis. 1165. n. 12.* & apud Eminentiss. Otthob. *decis.117. n.4.* & alii sæ- 127
pe. Indiget enim tunc provisus duplici Gratia, nempe provisiva, & dispensativa, prout loquitur Lotter. *lib. 3. q.8. n.94.*

Et in hac materia nota, quod regularitas, vel sæcula- 128
citas non venit metianda a conferente, sed ab eo cui confertur; nam sæculare dicetur, si Clerico sæculari solitum sit conferri Beneficium, quamvis a Prælato regulari conferatur, Rota *decis.156. n.4. p.10.* quæ est eadem apud Bichium *decis.333. n.13. apud eundem, & 65. p.11. recent.* 129
Canonicus autem Regularis Beneficia curata obtinere poterit, non autem cætera Beneficia simplicia, Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.161. n.17. & 18.*

Hinc sequitur primo, quod prima qualitas Beneficii, 130
quæ venit explicanda, & narranda in supplicatione Summo Pontifici est, quod Beneficium sit perpetuum, ita enim consuevit in supplicationibus apponi, & supplicatio ita efformatur: *Beatissime Pater, Cum perpetuum.* Hæc enim qualitas venit exprimenda ad differentiam Beneficii manualis, non quod manuale non sit vere Beneficium, 131
vel quod manualitas sit contra substantiam Beneficii, ut optime, & fusius relictis aliis, Garz. *p.1. c.2. §.1. per totum de Benef.* Lotter. *lib.1. q.7. n.14.* Corrad. *in praxi benef. lib.1. c.6. n.280.* sed ne inde præjudicium aliquod afferatur habentibus potestatem nominandi ad libitum voluntatis, nec Papa in dubio de his providere intendit, Gonzalez *gloss.5. §.6. n.19.* Corrad. *loco cit. n.291.* sufficit tamen, ut qualitas hæc exprimatur; nam cum omnia Beneficia habeant præsumptionem, quod sint perpetua, & manualitatis qualitas non præsumatur, Rota *p. 11. decis.143. n.16.* ideo justificatione non indigent, Lotter. 132
d. q.4. n.49. omissio tamen hujus qualitatis inducit subre-

ptio,

ptionem, & omnino Vitiat Gratiam, Addentes ad Burat. *decis.929. n.7.* Corrad. *in praxi Benef. lib.1. c.6. n.290. &*
133 *291. vers. unde Dataria stylus*. Cum tamen Papa confert, non facta tali expressione qualitatis, perpetuitatis, vel manualitatis, non per hoc ejus natura esset immutata per provisionem Papæ, quia nunquam Papa censetur mutare naturam, & statum Beneficii, illamque alterare, Lotter. *lib.1. q.33. n.58.* Corrad. *n.292.* nisi illius scientiam habue-
134 rit, & mutare voluerit, Rota *in Perusina Beneficii* 10. *Febr.* 1648. coram Bich. *p.10. recent. decis.* 152. *num.* 13. ubi aliæ alleganturs habetur etiam hæc decisio apud ipsum Bich. 336. & in puncto est magistralis decisio apud Amatum Dunozertum 886.

135 Si tamen pluries Beneficium manuale per Papam conferetur, ac proinde efficiatur perpetuum, nempe ad vitam impetrantis; succedente vero deinde vacatione ad suam pristinam naturam revertitur; nam res de facili ad suam propriam naturam revertitur, nec ob Papæ collationem naturam antiquam suam mutasse, seu amisisse censendum est, Fel. *in c. constitutus, num.10. de rescript.* Achil. de Grassis *decis.8. de preb.* & adest Rotæ decisio penes Farin. *in posth.* 390. *n.6.* & Rota *in d. decis.* 887. apud Amatum Dunozeir, Corrad. *loco cit. n.*307. qui ita pluries in Curia observatum fuisse se vidisse testatur: ac insuper dicit, quod raro, & maxima cum difficultate hæc Beneficia manualia a Sede Apostolica conferantur; & licet Urbanus VIII. in principio sui Pontificatus concesserit has Gratias, & manualia providerit: attamen postea
136 in postremis annis denegasse fatetur, & si quando Papa providerit manualia ad vitam per obitum obtinentis, ad suam revertuntur manualitatem, Corrad. *loco cit. n.* 308. Nisi tamen cum provisione Apostolica Papa voluerit immutare statum, ut dicemus suo loco; nam potest status immutari, cum concurrit potestas, & voluntas immutandi.

137 Sequitur secundo, quod necessario exprimendum est, an Beneficium quod petitur sit simplex, vel curatum, hoc enim in individuo specificari debet, *c. cum in illis de preb. in 6.* ut notant Canonistæ *in c. in nostra de rescriptis, & in d. Regul. Cancellariæ* 57. *in Ordine*, Tond. *cap.2. §. 3. num.* 11. Lotter. *d. q.4. n.39.* Rota *p.12. recent. decis.* 71. *n.17.* & apud Bichium 325. *n.29.* Et cum simplex Benefi-
138 cium residentiam forte requirat, hoc etiam exprimendum erit secundum Lotter. *loco cit. n.54.* & quando tacetur qualitas residentialis, Gratia est ipso jure nulla, nec executionem meretur, Royas *decis.*303. quæ fuit *decis. in Aquilana Capellania 4 Junii* 1646. debet tamen esse præcisa, Cavaler. *decis.*551. *n.4. & 5.* Royas *decis.* 337. *n.5.* & debet probari evidenter, nec sufficit, ut probetur per
139 conjecturas, ut ibidem *n.8.* Quamvis vero nostri Doctores quodcunque Beneficium curatum a Parochiali distinxerunt, Alph. Hojed. *de incompatibilitate Benef. part. 1. c.* 13. *n.2.* & alii quamplurimi, & vice versa hoc confuderint, ut idem sonent, ut videtur loqui Gonzalez *gloss.* 6. *n.*181. & Massob. *in prax. habendi concursum prælud.* 3.
140 & alii passim; attamen attento Cancellariæ, & Datariæ stylo melius, atque consultius est, ut Orator exprimat in supplicatione, quod Beneficium sit curatum; nam illa qualitas Parochialis semper, & necessario continet curam, cum Sacrosanctum Trid. Concilium passim faciat mentionem simpliciter de Ecclesiis Parochialibus absque alia expressione qualitatis curæ, ex Vivian. *in praxi jurispatronatus lib* 8. *c.7. n.* 40. tradit Corrad. *in prax. Benef. lib.3. c.5. n.3. vers. quibus*, & ibi allegat *decis.* 52. *p.2.*
141 *divers.* cum vero narratum fuerit Beneficium habere curæ qualitatem, & verum non sit, sed illud sit simplex, Gratiam esse subreptitiam, dicunt Menoch. *casu* 291. *n* 62. Fagnan. *loco cit.* sed hoc contendit Tondut. p.2. c.2. §. 3. *n* 12. quia hæc narratio tendit ad facilitandum Papam: sic narrativam majoris qualitatis non nocere impetranti, nec Gratiam esse subreptitiam, ex Fel. *in cap. super Litteris, n.8. de rescriptis*, Seraph. *decis.* 653. *num.* 5. & 1199. *n.3.* Put. *decis.17. lib* 3. & hanc sententiam veriorem existimat Tond. cum hac tamen moderatione, quod aut constat de certo corpore, & appareat narrativam illam dolo carere, & tunc falsa demonstratio, & narrativa illius qualitatis non nocet; aut vero non constat de certo corpore, & narratio fuerit dolosa, & tunc nocet, Rota *decis.4. sub tit. de rescriptis in antiquis*, sed ut supra notavimus, Rotam apud Bichium *decis.* 325. inclinasse in illam sententiam, scilicet, quod impetratio fuerit valida, licet ex capite non justificati valoris in illa decisione fuit dictum, Gratiam non esse exequendam, quod etiam prius decideras in *decis.*244. apud eundem in eadem causa, in qua etiam *decis. n.* 40. dicitur, quod falsa expressio qualitatis adjectæ causa demonstrationis non taxationis Gratiam non vitiat.

De Beneficiis vero, quæ tantum habitu curam retinent 142
non autem actu, dubium esse potest quomodo debeat fieri expressio, an tractanda sint uti curata, an uti simplicia. Hanc quæstionem agitavit præter alios Garz. *de Benef. p.5. c.3. a num.*100. *cum multis seqq.* Lotter. *de re Benef. lib.1. q.20 n.*155. & relicta disputatione, quæ fieri potest: attamen Corrad. qui loquitur de praxi *lib* 3. *c.5. sub n.6.* dicit, quod proposita fuit hæc quæstio inter Doctores Abbreviatores majoris Residentiæ, & quod quamvis prima facie visum fuit, tractanda esse uti curata, tamen postea contrarium firmatum fuit; quare dicit Corrad. *loco cit. vers. verum quod*: Hodie in Dataria, & Cancellaria Apostolica tractantur hæc Beneficia uti simplicia, nec opus esse, ut de cura fiat mentio: & citat Fel. *in c. postulasti, n.1. de rescriptis*; nam curam animarum proprie ille dicitur habere, ad quem pro administratione Sacramentorum cogniti accedere Parochiani, & ipse ex necessitate talem curam exercuit, & ideo de tali cura in habitu tantum non sit facienda expressa mentio, & qui tacuerit talem qualitatem curæ, scilicet in habitu tantum, nullam committere subreptionem, etiam si dixerit Beneficium esse sine cura, & dicit Garz. *d. p.5. c.3. n.* 111. & alios Doctores allegat Corrad. & adest decis. Rotæ apud Seraph. *decis.* 236. *n.2. & p.3. recent. decis.* 684. *n.*..... *& p.12. recent. decis.71. n.*18.

Sed Corrad. *loco cit. n.9.* sentit, quod in supplicatio- 143
ne Summo Pontifici porrigenda exprimi debeat, quod prædicta Ecclesia sit Parochialis habitu, & non actu: quia licet habeatur ut simplex Beneficium, tamen secundum sensum Datariæ non amittit nomen Parochialis, cum illa semper firma remaneat, Corrad. allegat Gonzalez *gloss* 6. *n.* 89. sed mihi videtur, quod contrarium ibi doceat Gonzalez, atque ideo docet idem Doctor, quod non potest dici in supplicatione: Cum perpetuum Beneficium simplex, nec sine cura, aut cum cura, sed supplicationem efformandam esse hoc modo, videlicet: *Beatissime Pater. Cum Parochialis Ecclesia habitu, non tamen actu*: nam licet habeatur tanquam simplex Beneficium, exprimenda tamen venit illa qualitas; nam & si nunc est simplex sine cura, cum tamen possit dari casus reparationis, & quod Parochiani ad suum revertantur locum, & Ecclesia revertatur ad pristinum suum statum, propter hanc spem de tali qualitate facienda est expressa mentio, ad quod Corrad. allegat declarationem Sacr. Congregationis, & Gregorii XIII. apud Garz. *d. p.5. cap.3. n.*121. in qua habetur, quod Parochialis habitu curata sit censenda.

Vera resolutio videtur, quod cum quadraginta annos 144
non fuerit exercitata cura animarum in illa Ecclesia, & consequenter spes redeundi desiatit sic habitus ad actum, & exercitium, nulla sit moralis spes, tunc Beneficium non sit tanquam curatum censendum, nec uti tale tractandum, Garz *loco cit. n.*112. *cum seqq.* quia, ut diximus, per tale tempus dicitur immutatus status Beneficii, & novus status impulsus, Rota apud Bichium *decis.* 118. *n.* 21. per textum *in cap. cum de Beneficio de preb. in* 6. & sic nulla facienda est mentio in supplicatione pro obtinendo Beneficio, & impetrari poterit tanquam simplex; nam status Beneficii videtur mutatus; ita docet idem Corrad. *lo. cit. n.9.* & tunc supplicatio concipitur uti de simplici, absque eo, quod dicatur habitu Parochialis, & ante Corrad. Paris. *lib.* 10. *de resignatione*, *q.2. n.*87. dicens ita conclusum per Rotam, & ita etiam Oliver. ad Ludovis. *decis.*456. *n.*10. At post scripta vidi Tondut, *in quæst. Benef. cap* 27. *n.*40 *&* p.2. *c.3. §. 3. num.*10. ubi in *d. num.*40. pro negativa, quod scilicet non sit exprimenda, adducit Seraph. *decis.*936. Gabr. *cons.*191. *lib.*1. Lotter. *lib.* 1. *q.*20. *n.* 155. Garz. *p.5. cap.* 3. *n.99.* ita ut certum sit hanc opinionem in Beneficiis sitis in Italia servandam esse, secus in Gallia.

Ecclesia non tamen desinet esse Parochialis actu, si 145
Curatus non incumbit in administratione Sacramentorum, quia Parochiani alibi recipiunt Sacramenta; nam sufficiet, ut talis dicatur, si Ecclesia habeat suos limites, & non stet per Curatum administrare Sacramenta, & sic si Parochiani alibi in majori parte incolatum duxerint, nam sufficiet si decem remanserint, Rota

part. 5.

part. 5. recentior. decision. 380. Sed vide Corradum,

146 Cum tamen cura animarum est penes Parochum in Ecclesia Cathedrali, quia etiam est Parochialis, tunc exprimi hoc debet, & concipitur supplicatio: Cum Beneficium curatum Cathedralis Ecclesiæ, quæ etiam Parochialis existit; & ita de stylo servari dicit Corradus *loco cit. vers. verum*.

147 Si tamen Ecclesia haberet curam, sed non exerceatur per Beneficiatum, sed per alium, nempe per Oeconomum, vel Vicarium, tunc omnino de cura mentio facienda est, alias Gratia est sobreptitia, ut Rota apud Eminentissimum Orthob. *decis.*58. Rota *d. decis.*684. *p.* 3. *&* 71. *p.*12. *recent. decis.*292. *n.*23. *eadem part.* 12. ut est Abbatia Sanctæ Mariæ de Pasitano Amalphitan. quæ est Parochialis, & cura exercetur per Vicarium perpetuum; nam cum impetratur tale Beneficium, seu Abbatia, de cura facienda est mentio, ut ego vidi Bullas expeditas, quæ conservantur in Archivio Amalphitan. Cum vero cura est penes Collegium, tunc quia singuli dicuntur Curati, non est facienda talis expressio, ut eadem Rota penes eundem Eminentiss. Orthob. *& dict. decis.*71. *n.* 24. *part.* 12. *&* 13. *n.* 31. *par.* 10. *rec.* cura tamen debet
148 probari concludenter ad effectum, ut Gratia argui possit de subreptione, nec sufficit fides Cancellarii, Rota *in d. decis.*71. *num.* 19. *&* 20. & sic etiam ad effectum ut causet incompatibilitatem, Rota apud Bichium *decision.* 198. *num.*41. *cum seq.* nam si exerceatur per alios Presbyteros conductitios, & sic habitualem curam habeat, non per hoc dicitur incompatibile cum alio Beneficio, ut dicitur in fine, & ut Beneficium dicatur Curatum oportet, ut cura exerceatur nomine proprio, Rota apud Bich. *decis.* 377. *num.* 13.

149 Cum tamen cura est jurisdictionalis, de ea non est facienda mentio, nec ejus omissio causare poterit subreptionem invalidantem Gratiam, ut Corrad. *lib.*3. *c.*5. *n.*4. quod tamen intelligendum est secundum Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 16. *&* 17. quando cura jurisdictionalis inest ex natura Beneficii, & communi jure attento, alias facienda esset mentio.

150 Canonicatus autem in Cathedralibus licet inter simplicia Beneficia videantur connumerari a nostris Doctoribus, præsertim ab Host. *in cap. super n.* 9. *de preb.* & ibi etiam Jo. Andr. Anell. Bosch. attamen quia æquiparantur Dignitatibus, ut in *cap. statutum de rescriptis in* 6. honore, decoreque speciali sunt insigniti: ac etiam quia, ut notat Lotter. *lib.*3. *q.*5. *n.*19. Papa, qui per hanc circumstantiam non intelligit præjudicium inferre Capitulo non intendit circa jus recipiendi provisum in Canonicum, & in fratrem, cum proprie Canonicatus dicatur in fratrem recipi, *cap. cum Marcus de const.* ideo fa-
151 cienda est hæc mentio, quod sit Canonicus in Cathedrali, *ut in d. reg.*57. & hac ratione ponuntur illa verba in Bullis in parte executiva, in dicta Ecclesia in Canonicum recipi, & in fratrem, stallo sibi in Choro, advertit Lotter. *loco cit. n.*26.

152 Quæ ratio etiam locum sibi vendicat in Collegiatis; nam cum Canonicatus in Collegiata insigni impetratur, debet specifica fieri mentio, alias si tanquam simplex Beneficium impetratur, subreptitia erit impetratio, & consequenter nulla, Lotter. *lib.*3. *quæst.* 5. *n.*15. & ita stylus consuevit in Dataria, & Cancellaria Apostolica, licet alioquin differentia sit inter Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ, tam quoad honorem, & cæteras præeminentias, quam etiam quoad ætatem impetrantium, quia ut dicemus nuper Concil. Trident. in Canonicatibus Cathedralium requirit in impetrante æta-
153 tem viginti duorum annorum, & certum Ordinem sacrum, seu distinctionem inter Canonicos secundum Ordinem Presbyteralem, Diaconalem, & Subdiaconalem; & cum ego assumptus fuerim ad Ecclesias Cathedrales Sancti Angeli Lombardorum, & Bisacciarum unitas, in quibus Ecclesiis cum non invenissem has Ordinum distinctiones in prima relatione sacra limina id renunciaverim Sacræ Congregationi, fuit mihi injunctum, ut illam in dictis Ecclesiis omnino facere deberem, prout de facto fuit a me adimpletum; & hinc sequitur, & requiritur in promovendo ad Canonicatum Sacer ille Ordo qui annexus est Canonicatui.

154 In Ecclesiis autem Collegiatis non sic, quia ad obtinendum Canonicatum in illis sufficit ætas annorum quatuordecim, prout asseveranter docent quasi omnes Doctores, nam nihil circa hoc innovasse dicunt Sacrum Trident. Concilium, Ricc. *in prax. aur. resolut.* 282. Grat. *cap.* 591. *num.* 12. Barbosa *alleg.* 60. *de potestate Episcopi*, *num.* 71. & ad dictum locum Trid. *num.* 48. Gonzal. *gloss* 5. *n.* 92. qui affert decis. Sacræ Congregationis, Garz. *part.* 7. *cap.* 4. *n.*30. Pax Jord. *lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 9. *tom.* 2. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *n.*69. Fagnan. *in cap. cum Curatis; num.* 85. *de elect.* & consequenter nec requiritur Ordo Sacer, nec distinctio inter Canonicos.

Pari ratione dicendum est, quod cum quis Dignitatem in Cathedrali obtinere desiderat, exprimere debet qualitatem, quæ, & qualis Dignitas sit, ut sciat Papa statum personæ, cui providet, & an sit supremus gradus, quod expresse cavetur in *d. reg.* 57. ibi: *an dignitates*, Lotter. *lib.*3. *q.*7. *n.*31. 32. & etiam, quia prima Dignitas semper est reservata, prout in *Reg. Cancell.* 3. 155

Circumscripto statu depositaque omni consuetudine Ecclesiarum particularium; nam cum multæ Ecclesiæ sint in Ecclesia Dei, varius est & status cujuscunque, diversaque est ordinatio cujuslibet, & qualis sit prima Dignitas post Pontificalem magis consuetudo attendenda est, quam juris dispositio, Ludovis. *decis.*482. *n.*3. Rota *p.* 12. *recent. decis.* 331. *n.* 20. generaliter loquendo, ac communiori attento usu Dignitas Archidiaconatus est prima post Pontificalem, Honor. *in Summa Juris Canonici lib.*1. *in tit. de Offic. Archidiaconi*, Boss. ad Ludovis. *decis.*413. *n.*5. in multis autem Ecclesiis prima post Pontificalem vario appellatur nomine; in mea Cathedrali Bisaccien. est Cantoratus, Archidiaconus quippe vocatur oculus Episcopi, ut in *tit. extra de Offic. Archidiaconi*, caputque est Capituli; cæteræ autem Dignitates Officii potius nomen merentur, quam Dignitatis, Lotter. *lib.* 3. *q.* 6. *n.* 4. substantia autem Dignitatis in alio, quam in gradu, & quadam præcedentia non consistit, ut advertit idem Lotter. *loco cit. & lib.* 2. *q.* 33. *n.* 27. 156

Sacrum tamen Concilium *in sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* 157
mandavit, quod Archidiaconus in Cathedralibus debeat esse Magister in Theologia, vel Doctor, aut saltem Licentiatus in jure Canonico; quare dicunt practici nostri Doctores, quod hæc qualitas Doctoratus, vel Licentiaturæ exprimi debeat, si adsit, vel non, ut evitetur subreptio, ut notavit Corrad. *in praxi Benef. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 122. *vers. Dataria*. Imo Lotter. qui ante Corrad. scripsit *quæst.* 7. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 3. dixit nunquam signari supplicationem a Papa, nisi fiat hæc expressio qualitatis, cum mens Pontificis sit providendi, & conferendi primas has Dignitates personis dignis, & doctis, ita ut si providendus actu non habeat hanc qualitatem, in provisione, seu supplicatione apponitur semper illa clausula, seu Decretum, quod infra annum promoveatur ad Doctoratum, vel Licentiaturam in aliqua approbata Universitate, animadvertunt Lotter. *d. q.* 7. *n.* 44. Corrad. *lib.* 2. *prax. Benef. cap.* 4. *n.* 123. Nec sufficit Doctoratus, seu privilegium Doctoratus, quod emittitur a Duce Sfortia, Rota *in Oscen. Archidiaconatus* 14. *Decembris* 1648. coram Peutingerio *p.* 10. *recent.* apud eundem Peutinger. *decis.*348. *n.*7. & iterum in eadem *Oscen.* coram Leone Verospio 17. *Martii* 1649. 299. *eadem p.* 10. *n.* 21.

Ex quibus patet, an verum in praxi illi Doctores, qui 158
asserunt prædictum Trident. decretum non habere locum in Archidiaconis hisce temporibus, sed Trident. loqui, vel de illis Archidiaconis, qui habent curam animarum, vel habent jurisdictionem: de qua re vide Garz. *p.*7. *cap.*7. *n.*41. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 473. Prasec. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 70. Angvian. *de legibus*, *lib.* 2. *controv.* 4. *n.* 10. & alios, quos citat, & sequitur Barbos. ad Trid. *d. cap.* 12. *n.* 5. *&* 6. Pax Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *n.* 24. *&* 25. Sed veritas est secun- 159
dum Rotam, quod requiritur talis qualitas Doctoratus in aliqua publica Universitate, seu Collegio in omnibus Archidiaconatibus, qui habent curam animarum, aut jurisdictionem, vel sunt primæ Dignitates in Cathedralibus, ut expresse dixit Rota in dictis decisionibus in Oscen. Archidiaconatus, & vidi observatum in mea Cathedrali Bisaccien. in qua cum vacasset Cantoratus prima Dignitas per mortem Nutianti Limittæ, istam obtinuit Franciscus Robverius, & narravit, quod erat Doctor, quod cum non esset verum, Carolus de Grasso obtinuit modo Cantoratum.

Non tamen attenditur nuncupatio Dignitatis, tan- 160
quam rei substantia; ideo cum Concilium loquitur de Archidiaconatus Dignitate, quæ ut dixi, ut plurimum

solet

solet esse primaDignitas post Pontificalem alio nuncupatur nomine præfatum Decretum Trid. in illius provisione observandum erit; nam Concilium voluit prospicere primæ Dignitati post Pontificalem, & per accidens se habet, quod alio nuncupatus nomine; lex enim semper attenditur ad ea, quæ frequenter accidunt, in puncto Lotter. *d. lib.3. q.6. n.41. & 42.* Garz. *part.7. q.7. n.38.* Pax Jord. *tom.2. lib.10. tit.21. n.28. & 27.*

161 Multi enim existimant, quod non sufficit quem esse Doctoratum, seu Licentiatum, ut hanc adipiscatur Dignitatem, nisi vere doctus fuerit; nam hæc fuit mens Concilii in illo loco, ita docent Lotter. *d. q. 7. n. 45. cum seqq.* Corrad. *d. lib.2. c.4. n.118.* Alii vero dicunt, quod sufficit, ut hæc qualitas justificetur de facto, & sat esse promovendum fuisse Doctoratum, seu Laureatum, Garz. *d. p.7. c.7. n. 50.* & dicemus postquam sermonem habebimus de probanda narrativa.

162 Quando in Dignitatibus, & præsertim prima, solet adesse cura animarum, sive sit ratione annexionis, sive ratione exercitii, semper de hac qualitate debet fieri mentio, & expressio, ut evitetur subreptio, Lotter. *lib. 3. q.7. n.6. & 7.* si tamen cura esset annexa cuidam Dignitati, vel Officio, exercitium tamen curæ esset penes Vicarium cum intitulatione talis exercitii; nam qualitas non consideratur in eo, qui Dignitatem obtinet, advertit
163 Lotter. *d. q.7. n.20. & 21.* nec facienda est mentio cum cura alteri curæ est unita accessorie; nam sufficit, ut de principali fiat mentio, si tamen æque principaliter sit facta unio, de utraque facienda est mentio, Lotter. *loco cit. n.20.* & generale est hoc in omnibus Beneficiis unitis, quod de ipsis, eorumque qualitatibus non est facienda mentio, quando accessorie unita fuerint; nam tunc sat erit, ut de principali, & ejus qualitatibus fiat expressio, Glossa *in Clem. per Litteras, verb. Ecclesia, de præb.* ubi Zabarel. *q. 17.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 66. n. 36.*

164 Ex hactenus cumulatis colligitur, quid dicendum de aliis Dignitatibus, quidve observandum in eorum impetratione, præsertim cum quis impetrare, & obtinere cupit Dignitatem, seu præbendam Theologalem, de qua in Trid. *sess.25. cap.1. de reform.* Hæc enim Dignitas secundum dictum Trid. Decretum conferri debet personis doctis, qui per se ipsos officium explicandi Sacram Scripturam explere possit, & si nullus ad id officium reperiatur idoneus, tunc recurri debet ad Sanctam Sedem Apostolicam, alias nulla erit provisio, etiam si collatio alioquin ad Episcopum spectabit, Corrad. *in prax. Benef. lib. 3. c.5. n.11. & 12.*

165 Cum vero in aliquibus Ecclesiis præsertim hujus Regni vigeat consuetudo, ut quis possit Dignitatem, & Canonicatum in eadem Ecclesia retinere, quam consuetudinem nec improbare videntur Canones nostri, sed fovere potius, ut videtur probari ex *cap. cum ce de rescriptis, & c. super eo de præb. in 6. & ibi glossa in verbo dispensatia:* & illam etiam admittere videtur Sacra Dataria Apostolica, nec illi derogatum per Sacrum Concil. Trident. docent præter alios Barbos *de potestate Episc. alleg. 62. n.21.* Hojed. *de incompatibilitate p.1. cap.11. in princip.* Garz. *p.11. c.5. n.146. cum seqq.* Theodorus Amayden *lib.1. c.16. §.3. sub n.20. vers. potest igitur*, Corradus *lib. 2. c.6. n.7. & 8.* & id etiam decisio Sacræ Rotæ Romanæ *in Arianen. Archid. 4. Decembris* 1637. coram Mormanno, *in vers. quæ vero concernunt*, & in *Orielen. Canonicatus 21. Januarii* 1619. coram Remboldo: quam ultimam decisionem affert Barbosa ad verbum *loco cit.* & in *d. Ostun. Archidiaconatus* coram Peutingerio 271. *n. 14. p.10. recent.* ita sequitur Pax Jord. *tom.2. lib. 10. tit. 28. n. 29.* Gonzalez *gloss. 10. n.24.* duas autem Dignitates quis retinere nec ex consuetudine poterit, nec duas præbendas, nec Canonicatus, ut communiter Doctores cirari; de qua re vide etiam Hojeda *de Benef. incompatib. c. 12.* & novissime Fagnan. *in c. Litteras n.9. & 10. de concess. præb.* & bene hoc probat ille textus. Vide etiam Corrad. *loco cit.* & alios.

166 Cum inquam in aliqua Ecclesia talis sit consuetudo Dignitatem simul cum Canonicatu obtinere, ut in mea Bisaccien. & in Amalphitana, & aliis, oportet, ut in supplicatione exprimatur, & narretur Papæ, quod ita fuerit consuetum, & narratio per dictum verbum, *consuetum*, fieri debeat, nec auditur per verbum, *solitum*, & ita de praxi, & stylo fatetur Corrad. *loco supra cit. lib.2. c.6. n.27. & 28.* cujus differentiæ eam rationem assignat,
167 quia solitum unico constituitur actu, ad consuetum plures actus requiruntur, juxta doctrinam Bartoli *in l.me 14. §. sed si alimenta ff. de alimentis, & liber. Legatis*, Gozzadinus *cons.23. n.5.* Mandos. *in Reg. Cancell. 3. q.2. n.4.* Lotter. *lib.3. q.8. n.110.* Garz. *p.1.7. c.10. n.37.* Corrad. *loco cit.* & nunc etiam si omissa fuerit clausula illa, *de consueto*, apponitur per Officiales Datariæ, vel Cancellariæ, alias oporteret petere dispensationem pro retentione utriusque, ut mox dicemus; & cum impetratio sit 168
cum assertione consueti, non apponitur decretum de dimittendo, Corrad. *loco cit. d. c.6. n.10. & 11.* qui etiam *n. 12.* dicit, quod stante hac consuetudine, nempe, quod Canonicus habens etiam præbendam annexam Canonicatui possit, & dignitatem obtinere in Capitulo, quæ nullum habeat emolumentum, sed solum prærogativam sedendi supra alios Canonicos, illosque præcedendi in functionibus, & aliis actis capitularibus, ut in his meis Cathedralibus, possit tunc Canonicus Theologicus Dignitatem obtinere, quia præbenda Theologalis non est Dignitas; & ita etiam declarasse Sacram Congregationem ex Barbos. tenet idem Corradus *loco cit. n.12.* 169

Cavendum tamen est ab hac assertione cum vera talis non adsit consuetum, sive consuetudo; nam si falsa fuerit expressio, nulla erit provisio, & tanquam vacans impetrari poterit certo modo, Corrad. *loco cit. n. 34.* 170

Consuetudo etiam unius Ecclesiæ non extenditur ad aliam Ecclesiam, quamvis sit erecta ad instar illius, in qua viget hæc consuetudo; nam erectio non extenditur ad hanc consuetudinem, Corrad. *d. c.6. n.47.* tunc enim potest constituere, & introduci in Collegiata, ut idem Corrad. *loco cit.* 171

In Collegiatis Ecclesiis, in quibus ut plurimum adesse debet prima Dignitas, ne Capitulum Acephalum sit, ut considerat Corradus *lib.2. cap.5. num.54.* prima Dignitas Præpositura nomine nuncupari solet; & in his Collegiatis quandoque, & quasi semper cura imminet animarum, sed cum multiplici differentia; nam potest esse, quod cura animarum sit in Ecclesia Collegiata, sed ipsa cura non pertinet ad Collegium, neque ipsa Ecclesia sit curata: & e contra, quod Ecclesia sit curata, & Collegiata simul: & item potest esse, quod cura pertineat ad extraneum de Collegio, & non ad ipsum Collegium, nec ad primam Dignitatem aliquo speciali jure, ut observant Lotter. *lib.1. quæst.20. num.131. & 132.* Corradus *in prax. Benef. lib.2. cap. 2. a num. 42. cum seqq.* quandoque etiam cura est penes primam Dignitatem, quandoque penes omnes Canonicos, seu omnes de Collegio; observavi enim ego, quod in Terra Majoris Amalphitan. Diœcesis adest insignis Collegiata sub nomine Sanctæ Mariæ ad Mare, in qua adsunt quatuor Dignitates, prima est Præpositura, secunda Decanatus, tertia Archipresbyteratus, quarta Primiceriatus; Præpositus utitur Mitra, Baculo, Rochetto, & Mozetta, non tamen est exemptus, Ecclesia est curata, & cura non est penes Collegium, sed penes Decanum. Quando enim Dignitas principalis Ecclesiæ Collegiatæ, sive alterius cujusque Ecclesiæ, quæ etiam est Parochialis, sine cura, & ipsi imminet cura animarum, quia prima Dignitas hæc obtineri debet a Sancta Sede Apostolica, quia est reservata, cum reditus excedunt valorem decem Florenorum juxta Regul. Cancellariæ; tunc in supplicatione, quæ Papæ porrigenda est, exprimi debet, quod Ecclesia sit Parochialis, nec sufficiet dicere, quod ipsi primæ Dignitati cura imminet 173
animarum; dici enim debet, Præpositura cui cura animarum prædictæ Ecclesiæ, quæ etiam Parochialis existit, imminet; nec sufficit dicere, Præpositura cui imminet cura animarum, & sic de aliis Dignitatibus; semper enim, quod Ecclesia est Parochialis exprimi debet in narrativa, seu supplicatione, quod Ecclesia sit Parochialis, utrunque enim exprimi debet, Corrad. *lib.2. c.2. n.48. 49. & 50.*

In aliquibus partibus Regni hujus solent adesse quædam Dignitates rurales, quæ non habent aliquam sedem, 174
nec sunt Dignitates in Collegiatis, seu Capitulis, sed habent aliquam præeminentiam super alios Presbyteros illius Oppidi, seu Terræ, & habent etiam certam aliquam majorem portionem in Officiis Defunctorum, Missis, & Exequiis, ac semper solent esse Vicarii Foranei Episcoporum, & in aliquibus partibus vocantur Archipresbyteri, in aliis Primicerii, in aliis Abbates, secundum consuetudinem cujusque Provinciæ: & tales Dignitates rurales habendæ sunt tanquam Beneficia simplicia, de quibus affert quandam declarationem Sacræ Congregationis Gonzalez *gloss. 6. n. 64.* & fusius agit Corradus *in praxi Benef.*

Benef. lib. 3. cap. 5. sub num. 13. vers. ac proinde, & obtinentur hæ Dignitates cum aliis Beneficiis curatis, nam non inducunt incompatibilitatem, Gonzalez *loc. cit.* & ita non semel practicatum observavi in Archiepiscopatu Amalphitano, & sic etiam ego practicavi; nam cum in Diœcesi illius Archiepiscopatus adsunt multi Presbyteri, qui præsunt Præsbyteriis existentibus in singulis Terris, cum casus vacationis evenit semper ad talem Dignitatem evectus fuit aliquis Parochus ejusdem Terræ, & in Terra Tramonti inveni tali honore fungi V. I. D. Gasparum Lucianum, qui erat etiam Parochus S. Joannis de Polvecha, cui successit in Archipresbyteratu D. Fulvius Joardanus Parochus S. Petri de Cesarano ejusdem Terræ Tramontis. Terra enim hæc est insignis, constat enim ex sexdecim Parochis; sic etiam in Terra Agerulæ inveni Archipresbyterum quendam Presbyterum de familia Casanova, qui etiam erat Parochus Sanctissimæ Annonciatæ, seu Sancti Laxari ejusdem Terræ Agerulæ, cui tam in Parochia, quam in Archipresbyteratu successit R. D. Januarius Casanova nepos ex fratre germano: quomodo autem sit facienda expressio talis Dignitatis poterit quis curiosus investigare in Bullis antiquis Archipresbyteratus Agerulæ, & Tramontis; inveni affectivam, quod sit Dignitas nullam residentiam habens in certo loco, neque curam habens annexam animarum, *sed tantum* præcedentiam, & præeminentiam supra cæteros Presbyteros illius Terræ cum facultate recipiendi portionem in dimidio plus quam recipiunt cæteri Parochi ejusdem loci in funeralibus, & exequiis, & aliis spectantibus ad Parochos ejusdem Terræ, & cum hac expressione fuerunt expeditæ Bullæ pro R. D. Fulvio Jordano cum obtinuit Archipresbyteratum Terræ Tramontis per obitum Gaspari Luciani; quas Litteras expedivit insignis ille Curialis Antonius de Flore Calabriæ decus. Verum hic non taceam, quod si observantiam non reperiissem impetrandi has Dignitates a Sede Apostolica, dum evenisset vacatio in mense reservato, credidissem, posse Episcopum illas conferre in quocunque mense illæ vacaverint, quia non sunt propria Beneficia, de quibus loquitur Regula Cancellariæ 9. hodie, sed quædam præeminentiæ ita nuncupatæ, nec habent certam Sedem in aliqua Ecclesia, neque reditus aliquos, sed tantum illas extraordinarias eleemosynas, quæ dantur interessentibus funeralibus, & Officiis pro animabus morientium, quæ nec distributiones proprie vocari possunt, cum solum interessentibus dantur, nec absentibus privilegiatis, & neque infirmis, quia dantur propter laborem, nullam enim aliam qualitatem habent congruentem naturæ Beneficiorum nisi illum titulum, & collationem bullatam, quæ durat ad vitam: Et vice versa videntur illæ Dignitates veræ Beneficia, quia sunt erectæ auctoritate Episcopi, dantur personis Ecclesiasticis, & titulo perpetuo, habent quid spiritualitati annexum, & jus participandi ex Officio competens. Vide tamen Doctores.

175 Sunt etiam quædam Beneficia, quæ debentur certis personis, quæ patrimonialia dicuntur, seu nationalia, quæ scilicet illis de natione, Regno, Provincia, vel Civitate conferri necesse est, exclusis aliis: quod, vel legitimo privilegio, vel consuetudine immemorabili introduci potest; de quibus agunt quamplurimi nostri Doctores, præsertim Gonzalez *gloss. 9. per totam*, Massob. *in prax. habendi concursum prælud.* 4. Rota *in Calaguritana Beneficii 7. Novembris* 1646. *&* 7. *Febr.* 1647. coram Eminentiss. Othob. 89. *&* 98. penes ipsum, & in *Calagurritana de Ausfio* 25. *Junii* 1657. coram Bevilaqua *p. 12. recent.* 276. & alibi sæpe.

Quod fundamentum habere ex jure Divino, Canonico, & Civili dixit Rota apud Carillum *decis. 32. in fine, num. 6. & decis. 56. num. 4.* ex jure Divino Deuteron. cap. 17 *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem*, & cap. 18. *Prophetam de gente tua*, ex jure Canonico, *cap. 1. bene il 2. §. quia vero, de postulat. Prælatorum*, ibi:
176 *Non poteramus salva conscientia eidem Ecclesiæ de persona alterius Regni providere*, & ex *cap. ne pro defectu de elect. cap. neque, cap. nullus*, 61. *dist.* & ex aliis juribus Canonicis, ut ibi allegantur: ex jure vero Civili in *l. in Ecclesia C. de Episcopis, & clericis*, ibi: *in vico natus*: & ideo has consuetudines, vel statuta, quæ decernunt nationalibus, & exteris esse danda Beneficia, æquissima, & justissima ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 63. art. 2. ad quartum*, & ex Soto *de justitia lib. 3. quæst. 6. art. 2.* & aliis Doctoribus probat Rota *dict. decis.* 532. Et circa hujusmodi materiam multa statuta promulgasse Carolum V. & Philippum II. pro Regnis Hispanis, dicit Gonzalez *loco citat.* atque dignum esse, ut observetur tam a Sede Apostolica, quam ab Ordinariis collatoribus, dicit Lotter. *libr. 2. quæst. 39. num. 26.* & ante ipsum Abb. *in cap. ad decorem de constitu-*
tionibus. Supposita ergo tali consuetudine, & usu de con- 177
ferendis Nationalibus, quæ inconcusse servantur pro Regnis Hispanicis, & Gallicis, præterquam in Regno Neapolitano, in quo exteri habent plus quam Nationales, præter & contra omne jus, si contingat fieri impetratio ab alio, quam a Nationali, cui debeatur Beneficium, non facta hac expressione, gratia est subreptitia, & nulla, Gonzalez *dict. glos. 9. num. 26. & 64.* Rota apud Carillum *dict. decis. 56. num. 5.* ubi alii Doctores allegantur, Corrad. *lib. 2. prax. benef. capit. 10. il 1.* quia cum uni generi personarum debitum est, alteri conferri nequit, nec in generali dispositione derogatum est huic qualitati, ut optime Amayden *libr. 1. capit. 15. §. 15. num. 124.* & sicuti Beneficia de jurepatronatus alteri dari non possunt nisi vocatis, ita hæc patrimonialia cum maximam habent connexionem inter se, optime Salgadus *de retent. Bullar. part. 1. cap. 10. num. 116. & 117.* Corrad. *loco cit. num. 59.*

Sic etiam sunt quædam Beneficia, quæ dicuntur Sa- 178
cerdotalia, quia actu requirunt ex sui institutione, seu fundatione Sacerdotium, quod tamen in dubio non præsumitur, Gabriel. *cons. 191. num. 1. lib. 1.* Rota *in Tirasonen. Benef.* 20. *Maii* 1658. coram Priolo, coram Eminentiss. Celso *in Lauretana Canonicatus* 27. *Januar.* 1662. apud eundem *decis. 367. num.* 15. attamen cum tale est Beneficium cum hac qualitate fundatum, tunc hanc qualitatem debet habere de tempore datæ, Amayden *lib. 1. cap. 6. num. 19. cum seqq.* præsertim *nu. 23. & 24.* latissime Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 10. il 2. a num. 81. cum pluribus seq. & per totum illud caput*, & videtur tenuisse Garz. *part. 7. cap. 1. num. 55.* ac etiam Rota *in d. Lauretana Canonicatus*, Tond. *in resol. benef. part. 1. cap. 118. num. 270.* quia Clericus non est capax Beneficii Sacerdotalis, Rota *in Bononien. Beneficii* 26. *Febr.* 1652. coram Albergato, *quæ est* 220. *num. 28. part. 11. recent.* Quando vero Beneficium dicatur Sacerdotale, seu Capellania Sacerdotalis longo calamo agit, Garz. *part. 7. cap. 1. §. 1. a nu. 75. cum pluribus seqq.* ac Theodorus Amayden *libr. 1. c. 15. §. 15. a n. 8. cum seq.* & alii plures: & adsunt multæ Rotæ decisio-
nes in hac materia: omnibus tamen omissis Rota in *dicta* 179
Lauretana Canonicatus apud Eminentissimum Celsum *loco citat.* tenuit, quod Beneficium ut sit Sacerdotale opus sit, quod exprimatur in institutione, ut Missas teneatur, & debeat per se ipsum Beneficiatus celebrare, & ibi citantur Garz. *dict. part. 7. cap. 1. num. 85.* Gonzalez *reg. 8. glos. 5. num. 74. & 77.* Add. ad Gregor. *decis. 108. numer.* 15. ubi alii Doctores, & decisiones allegantur, & Rota coram Merlin. *decis. 825. num. 5. & in Lucana Capellaniæ primo Junii* 1650. *§. penult.* coram Bichio, apud ipsummet Bichium 436. & in *Tirasonen. Beneficii* 20. *Maii* 1658. coram Priolo, quæ habetur *part. 12. recent. decis.* 345. & cum dicitur in institutione, quod Beneficiatus, seu Capellanus Missas celebrent, & adduntur illa verba, seu celebrari faciant, tunc per hanc qualitatem, quæ datur Beneficium, non dicitur Sacerdotale, nam operatur quod onus celebrationis adimpleri possit per substitutum, Rota coram Buratt. *decis. 92. num.* 12. Rota *in d. Lauretana Canonicatus* apud Eminentiss. Celsum *num.* 14 15. *&* 16. *& in Lucana Beneficii* coram Bevilaqua 28. *Aprilis* 1656. *part. 12. recent. decis. 162. a num. 13. cum seqq.* fuit dictum quod Capella, seu Beneficium, an sit Sacerdotalis, seu Sacerdotale attendendam esse fundationem, seu tenorem fundationis ex instrumento, & ut dicatur Sacerdotale non
sufficere, quod injunctum sit Rectoribus Missarum, aut 180
præsentandum esse Presbyterum, nam huic oneri posse satisfieri per alium, quia non censetur electa industria personæ, & opus esse, quod exprimatur ultra Presbyterum, seu Capellanum teneri per se ipsum: & hanc esse opinionem amplexam per Sacram Congregationem Cardinalium; & eo magis non esse Sacerdotale Beneficium, cum constat fuisse admissos Clericos ad Beneficium prædictum: nec obstare, quod per plures vices Sacerdotibus fuerit collatum. Vide dictam decisionem, ac etiam 403. *eadem part. 12. recent.* in qua fuit dictum, quod ex quo data fuerit facultas Beneficiato, vel Capellano eligendi alium Sacerdotem pro confectione Sacri in casu absentiæ, non dici Beneficium Sacerdotale. Vide etiam apud Amatum Dunozettum 956. *n. 9. &* 10. & nota, quod Rota *in*

dict. Trisanen. Beneficii, tenuit, quod ut dicatur Sacerdotale non sufficiat ultimus status, sed observantia Tridentini.

181 Cum vero Beneficium, seu Capellania requirit Sacerdotium, cum impetratur ab eo, qui actu talis non est, debet fieri hæc expressio, ut possit Papa derogare huic qualitati requisitæ in fundatione, Corradus *loco cit. a nu. 96. cum seqq.* Amayden c. 15. §. 15. *n.* 12. nec in hoc casu satis est derogatio generalis, sed opus est, ut sit specifica, maxime si Beneficium sit jurispatronatus; nam ut valida sit derogatio Papæ requiritur, ut explicite sit narrata forma in fundatione præscripta, alias nulla, Rota *in Lucana Jurispatronatus* 3. *Junii* 1647. coram Ghislerio *n.* 9. *&* 10. *part.* 10 *recent. decis.* 64. sed si qualitas Sacerdotalis, vel alia requireretur per statutum Ecclesiæ, in qua Beneficium est fundatum, tunc sufficeret derogatio generalis per clausulam, *non obstantibus*, Corrad. *loco citato*; cum tamen duobus, & per quadraginta annos non Sacerdoti datum esset Beneficium Sacerdotale desinit esse tale, & non Sacerdoti conferri potest, quia attenditur ultimus status, Corrad. *loco cit. n.* 102.

Loquimur autem de Beneficiis illis, quæ jure speciali, seu ex institutione, sive ex fundatione, seu aliquo alio jure requirunt actu Sacerdotium, non autem de illis, quæ
182 habent Ordinem annexum ex jure communi, ut sunt Dignitates, Canonicatus in Cathedralibus, & Parochiæ; nam licet hæc Beneficia habeant annexum Ordinem, attamen in jure conceditur annus impetranti, ut se ad illum Ordinem promoveri faciat, ut in *cap. licet Canon. de elect. in* 6. in Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. Seraph. *decis.* 500. Grattan.
183 *c.* 591. Tond. *par.* 2. *c* 3. §. 12. *n.* 3. Rota *in d. Lauretana Canonicatus n.* 13. & alii infiniti, Tond. vero *par.* 2. *cap.* 3. §. 12. *num.* 10. *cum seqq.* distinctionem adhibuit, quod aut qualitas Sacerdotalis exigitur ex legis dispositione, & tunc sufficit, quod aptitudine sit talis, ut scilicet possit infra annum promoveri: aut ex dispositione hominis, & tunc videndum est utrum qualitas Sacerdotis sit relata ad verbum deputationis, seu præsentationis, ut si dictum fuerit: Instituatur Sacerdos; nam tunc actu requirit talem Ordinem; si vero non ita, sufficit, ut intra annum.

184 Qando vero ordo Sacer est annexus Canonicatui, vel Dignitati, quod non sit facienda expressio talis qualitatis, nec ejus taciturnitatem inducere subreptionem, tenuerunt Garz. *par.* 7. *c.* 1. *n.* 54. Corradus *loco cit d. c.* 10. *n. secundo*, sed contrarium, quod quando Canonicatus habet annexum Presbyteratus Ordinem sit hoc exprimendum, alias gratia esset nulla, ex Felin. *in c. in nostra*, 32. *de rescriptis n.* 25. & Marco Anton. *lib.* 1. *resp.* 4. *n.* 4. docet Toudut. *par.* 2. *c.* 3. §. 12. *n.* 13.

185 Ad qualitatem exprimendam etiam attinet, quando Beneficium est litigiosum exprimi debet, juxta ea, quæ diximus supra in explicatione *litis statum*, per quam diximus, quod tollatur subreptio, & hujusmodi defectus, juxta decisiones Rotæ apud Merl. 467. *n.* 8. Lodovis. *decis. num.* 6. ibi Belt. *num.* 16. *& decis.* 605. *par.* 2. *recent. numer.* 11. *&* 178. *part.* 8. *recent.* & habemus regulam Cancellariæ 56. ibi: Inter aliquos litigiosum sit: quando autem Beneficium dicitur litigiosum dicemus (Deo dante) cum de subrogatione gratiosa sermonem habebimus, ne multiplicemus dicta: quod tamen requiratur mentio litis, alias gratia est subreptitia, adde Rotam in *Lucana Jurispatronatus* coram Eminentissimo Cello, apud eundem 176. *nu.* 11, ubi aliæ allegantur. De lite autem in secunda gratia revalidatoria non est opus facere mentionem, quando in prima gratia principali facta fuerit, nec hæc omissio causat subreptionem, Rota *in Benevent. Canonicatus* 8. *Febr.* 1647. coram Bichio *part.* 10. *recent. decis.* 14. *num.* 29. &
186 penes ipsum 289. in illa autem decisione acriter fuit disceptatum, an gratia restitutionis ad publicandum, in qua non fuit facta mentio de lite inter impetrantem, & alium, qui etiam impetraverat supra executione Litterarum Apostolicarum; & quamvis pro utraque parte plura fuerint adducta, attamen fuit conclusum per illos Dominos, gratiam non fuisse subreptitiam, quia de tempore obtentæ restitutionis ad publicandum non fuit specifice oppositum de non publicatione; quo casu fuisset nulla, juxta decisiones, quæ in contrarium ibi fuerunt allegatæ: & ita etiam distinxit Rota *decis.* 91. *part.* 4. *num.* 3. *recent.* cum enim non est specifice oppositum, non requiritur litis pendentia, juxta decis. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 51. *numer.* 26. quia hoc casu non interpellatur jus jam deductum sub Judice, sed jus quod Papæ competebat per decretum irritans appositum in Constitutione Gregorii, & nemo prohibetur jus suum inclinare; tunc restitutio hæc fuit in præjudicium juri tertio quæsitum, quia hoc procederet, quando jus fuisset radicatum per impetrationem ob non publicationem, vel ex speciali oppositione in judicio, ut latius hæc habentur in *d. decis. a num.* 15. *usque* 53. quæ decisio fuit canonizata in *Valentina Parochialis* 31. *Julii* 1647. coram Eminentissimo Cerro *num.* 5. *&* 6. *part.* 10. *recent. decis.* 121.

Ad qualitatem autem Beneficii spectat exprimere, an sit de jurepatronatus nec ne, Rota apud Dusan. *decis.* 109. *num.* 7. & sufficit, quod quis existat in possessione talis juris, licet revera non sit patronus, secundum Tuschum *lit. S. concl.* 742. scientia exprimi debet, an Beneficium sit electivum, late Tusc. *concl.* 749. *lit. S.* aliæ vero qualitates Beneficiorum, quæ a jure, vel stylo non considerantur, non sunt exprimendæ, ut adsunt quamplures solitæ decisiones, quibus omissis, vide Fagnan. *in c. super Litteris, de rescriptis n.* 59.

Sequitur tertio, quod in Supplicatione exprimi debeat Beneficii Titulus, nempe sub cujus Sancti invocatione sit fundatum. Verbi gratia: Cum perpetuum Beneficium simplex sub invocatione Assumptionis Beatæ Mariæ, 187
Lotter. *libr.* 3. *quæst.* 4. *numer.* 53. *cum sequent.* Corrad. *lib.* 3. *capit.* 5. *numer.* 14. & ita servatur de praxi, & hoc, ut constet de corpore, seu identitate Beneficii, quod petitur; & cum fuerit Parochialis cura in Ecclesia Cathedrali, non est necessaria expressio nominis Sancti, seu invocationis ipsius Cathedralis, & Parochialis, sicuti quando unica est Parochialis in aliquo loco; & si fuerit matrix in illo loco, non est opus exprimere nomen Sancti, seu Tituli Ecclesiæ, sed satis est si exprimatur locus ipsius Parochialis Ecclesiæ, nempe: Cum Parochialis Ecclesia loci Mortæ Bisaccien. Diœcesis, Corrad. *loc. cit. d. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 15. *prax. benef.*

Adsunt tamen multa Beneficia ruralia, quæ non habent Titulum, nec invocationem alicujus Sancti, sed 188
quandoque ad aliquod Altare alicujus Ecclesiæ, vel quandoque habent aliquas terrulas cum onere celebrandi Missas, nec excedunt valorem annuum duorum, vel trium ducatorum, de quibus Mascob. *requir.* 7. *dub.* 19. ac etiam Lotter. *libr.* 3. *quæst.* 4. *a numer.* 58. *cum seqq.* dicens, id contingere posse ex temporis diuturnitate, & quæ efficere poterit, ut nomen Sancti, & locus intitulationis ignoretur; & tamen substantia Beneficii conservari poterit ne dum in sola denominatione Sancti, sub cujus invocatione fuit institutum Beneficium, sed etiam in simplici nuncupatione Beneficii relato vocabulo ad prædium aliquod; quia cum non appareat ex qua causa suppressum fuerit nomen, vel invocatio, Beneficium reintegrari poterit ad ea, quæ amisit, & in illa aptitudine conservat suam essentiam, dicit Lotterius. Expressio igitur, & narrativa in hoc casu facienda tunc est sub nomine Beneficii ruralis, vel legati pii, si enim onere est Missarum: & vidi plures Supplicationes signatas sub hac narrativa Beneficiorum ruralium, & Legatorum piorum, quæ certe non causant incompatibilitatem, Mascob *loco cit.* Garz. *p.* 11.
c. 310. *cum seqq.* Sed adverte, quod hæc Legata pia, & ruralia Beneficia, ut dicantur Ecclesiastica, debent esse auctoritate Ecclesiastica erecta, saltem ex observantia subsecuta; nam si Ecclesiastica non sint, tunc quia non sunt Beneficia Ecclesiastica, & in voluntate hæredum, & descendentium eorum, qui illa fundarunt quibus dare voluerint, Gonzalez *glos.* 5. *n.* 20. Garz. *par.* 1. *c.* 2. *n.* 102. Barbos. *al. leg.* 57. *n.* 142. latissime Corradus *in prax. Benef. lib.* 3. *c.* 2. *per totum.* 189

Cum tamen erratum est in nomine, seu invocatione Sancti sub quo est Beneficium, quia diversa nuncupatio non retrahit, nec reddit difficiliorem Papam ad concedendum, certe subreptionem non causabit, Merlin. *dec.* 688. *n.* 7. cum tamen constat de corpore, sic etiam si adsit aliquod æquivocum, Rota apud Guiljel. Dunozett. *decis.* 40. *num.* 8. *&* 307. *etiam n.* 8. & apud Amatum Dunozett. *decis.* 337. *n.* 8. verum Litteræ erunt corrigendæ per Cancellariam, ut dicitur in *decis.* 337. *num.* 8. apud Amat. Dunozett. 190

Sequitur quarto, quod, licet attento jure communi facta simplici narratione vacationis, omnis modus includebatur, glos. per illum textum *in cap. si propter, de rescriptis in* 6. verbo, *vocabunt*, quæ dictum verbum, *vocabunt*, exponit morte, renunciatione, dispositione, translatio- 191

latione, vel quocunque alio modo, & in *cap. quia sæpe*
de præb. in 6. verb. vacat. & alibi Gemin. *in cap. susceptum*,
num. 10. *de rescriptis*, ubi alii Canonistæ: attamen hodie
non potest fieri impetratio, nec expeditio Litterarum,
nisi modus vacationis exprimatur. Loquimur autem de
Beneficiis in quibus datur vacatio; nam in multis non da-
tur, veluti in manualibus in quibus non datur vera vaca-
tio, sed largo modo, Rota *part.* 10. *decis.* 152. *& par.* 11.
decis. 305. *num.* 16. sic in Ecclesia non numerata, seu re-
ceptitia non datur vacatio, Rota apud Amatum Dunozet.
decis 202. nec in resignatione ad favorem, Rot. *dec.* 163.
& 207. *p.* 11. nec in unitis, Rota apud Amatum Dunozet.
decis. 230. *&* 525. nisi largo modo, ut in *d. decis.* 305. *num.*
192 16. Extat enim regula 47. Cancellariæ, in qua dispositum
est, quod si petatur aliquod Beneficium vacans per modum
in Cancellaria Apostolica exprimendum, talis impetratio
non valeat, nec Litteræ desuper expediantur, Staphil. *de*
var. modis vacan. num. 5. Hier. Paulus *in practica 6. Can-*
cellariæ in notab. super vacan. non refer. vers. gratia, Coc-
chier. *ad regul.* 46. *num.* 6. Lottec. *de re benef. lib.* 3. *quæst.*
8. *num.* 1. Gabriel. & Sil. 188. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 936. *in*
princ. Cocc. *decis.* 193. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 1. *num.*
7. & alii communiter; nisi tamen fiat impetratio certo
modo, ut per devolutionem, vel per promotionem, ut
dicit Garz. *loco cit.*
193 In præsenti tamen materia notandum est, quod vaca-
tio supponit jus in re nempe in Beneficio mediante justo
titulo acquisitum, quod acquiritur mediante collatione
acceptata, licet nedum sit acquisita possessio, ut in *cap. si*
sibi absenti, ubi Doctores omnes, *de præb. in 6.* Rebuffus
in praxi benef. in rub. de non tollendo jus quæsitum, *glos.* 6.
num. 38. *fol. mihi* 173. Paris. *de resig. lib.* 2. *quæst.* 16. *nu.* 3.
& lib. 10. *quæst.* 6. *num.* 2. Covar. *var. lib.* 3. *c.* 16. *numer.*
3. *&* 5. Gonzalez *ad reg* 8. *glos.* 15. §. 1. *numer.* 15. *&* 33.
194 Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 2. Collatio autem, & provi-
sio debet esse valida, nam subreptitia, vel obreptitia non
consumit vacationem antecedentem, Rota *in Firmana*
Beneficii coram Bichio, penes ipsum Bichium *decis.* 558
num. 12. ubi aliæ allegantur decisiones: Possessio tamen
nihil prorsus facit; nam ante possessionis apprehensio-
nem jus dicitur perfecte quæsitum, Gonzalez *loco citat.*
Rota *decis.* 358. *num.* 10. *part.* 5. *recent.* & in *Mele-*
vitana Beneficii 25. *Junii* 1649. *num.* 7. apud Tondut. *de*
decis. 57. *post tract. de pens.* & habetur penes Bichium
388. *nu.* 9. & alibi passim, pariter, ut inducatur vacatio
ex incompatibilitate, nam requiritur non solum possessio,
sed etiam pacifica adeptio secundi, ut inducatur vacatio
primi, ut dictum est, & notat Tond. *p.* 2. *c.* 5. §. 6. *nu.* 22.
195 quæ vacatio statim inducitur, licet executio suspendatur
per duos menses, ne forte supervenientibus molestiis pro-
visus utroque careat: molestiis tamen non supervenienti-
bus rata est vacatio, usque ab initio captæ possessionis su-
stinetur provisio obtenta infra bimestre, quod secus est di-
cendum respectu secundi Beneficii; nam ut hoc secundum
vacet in retentionis pœnam juxta dicta alibi, requiritur,
ut labatur tempus duorum mensium, nam post duos men-
ses, si retinuerit utrunque, secundum etiam vacat, ut
optime ponderavit Rota *in Regien. Bipheratus* coram
Priolo 28. *Maij* 1657. *part.* 12. *recent. decis.* 241. *nu.* 12.
13. 14. *&* 15.
Cum tamen jus ad rem, seu ad Beneficium duntaxat est
quæsitum, cum per hoc jus non dicatur plenum Benefi-
cium, nec per hujus juris extinctionem inducatur vaca-
196 tio, cum scilicet a Beneficio removetur jus, qui tale jus
habebat, optime Gonzalez *reg.* 8. *glos.* 15. §. 2. *in princ.*
per totum; dicitur enim Beneficium vacare, ut prius,
nulla habita consideratione hujus juris ad Beneficium quæ-
siti. Sic diximus supra per impetrationem in forma di-
gnum jus tantum ad rem acquiri, nec per eam dici con-
sumptam vacationem, Rota *in Pistorien. Parochialis* 31.
Maii 1659. coram Eminentissimo Celso, apud eundem
388. *num.* 3. *par.* 2. *recent. dec.* 523. *num.* 25. & apud Rub.
tom. 1. *part.* 2. *decis.* 569. *num.* 5. *& in dicta Regien. Biphe-*
ratus coram Priolo 28. *Maii* 1657. *p.* 12. *rec. dec.* 241. *nu.*
16. & alibi, & ita in puncto Garz. *in p.* 4. *c.* 2. *n.* 17. Cor-
rad. *in praxi benef. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 26. *&* 30. Tondut. *q. benef.*
tom. 1. *p.* 1. *c.* 87. *n.* 21.
Ut enim per talem provisionem in forma dignum di-
catur consumpta prima vacatio, & nova inducatur per
obitum ejus, qui talem obtinuit gratiam, oportet, ut
197 provisus examinatus fuerit idoneus repertus, & in posses-
sionem missus, & sic gratia Apostolica plene executioni
demandata, docet Tond. *loc. cit.* & citat Rotam *dec.* 523.
n. 2. *&* 498. *n.* 2. *p.* .... *rec. &* 601. *ibid. & dec.* 71. *n.* 4. *p.* 6.
rec. attamen secundum me non requiritur possessionis ap-
prehensio, ut dicatur consumpta vacatio per provisionem
in forma dignum: sed sufficiet, si Executor vigore Littera- 198
rum pronunciaverit pro executione Litterarum stante ido-
neitate, & novas Litteras vigore mandati expediverit, fe-
ceritque collationem Apostolica auctoritate, nam tunc
facta est collatio, & possessio nihil refert ad hanc rem,
cum per talem pronunciationem, & decretum jus acqui-
situm fuerit in Beneficio perfectum; nam quamvis gratia
in forma dignum non inducat vacationem, nisi fuerit exe-
cutioni demandata, Rota *dec.* 523. *p.* 2. *rec. &* 352. apud
Amatum Dunozet. & alibi sæpe: attamen dicitur execu-
tioni demandata, cum jam fuit patefacta qualitas idonei-
tatis per examen, & per decretum Executoris; apprehen-
sio autem possessionis nihil facit, nec requiritur, ut dica-
tur consumpta vacatio, Rota *in Legionen. Canonicatus* co-
ram eodem Dunozetto, apud eundem 33. & apud Mant.
263. *num.* 12.
Dubium tamen potest esse, an jus quæsitum dicatur per-
fecte per solam signaturam ante expeditionem Litterarum, 199
& signata fuerit gratia in forma gratiosa; nam in forma
dignum, nec per expeditionem Litterarum acquiritur jus
in re, ut mox diximus.
Maxima fuit hic altercatio inter Dominos de Rota, &
Dominos Officiales Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ,
siquidem Rota semper censuit per obitum ejus, qui habet
supplicationem signatam in forma gratiosa, induci vaca-
tionem perfectam, præsertim si supplicatio fuerit registra-
ta, & fundatur, quia, ut dictum est, gratia dicitur perfe-
cta, statim ac signata fuerit, & omissis citatis, Rota pe-
nes Cavill. *decis.* 250. & penes Duran. *decis.* 324. *numer.* 26.
per textum *in cap. cum in de rescriptis*, & irrevocabilita-
tem acquirit statim ac fuerit registrata, Ubert. *de citat. c.*
10. *num.* 332. Rota penes Eminentissimum Celsum *decis.*
161. *num.* 9. ideo, cum fuerit jus perfecte, & irrevocabi-
liter quæsitum ab eo, qui habet signatam supplicationem
in hac forma, per ejus obitum certe induci debet vacatio,
& adest decisio apud Cassad. 2. *nu.* 10 *sub tit. de pens.* apud
Put. *decis.* 275. *n.* 2. *lib.* 3. *& nu.* 12. & in *Legionen. Canoni-*
catus 10. *Decembris* 1627. coram Dunozetto, & ita vi-
detur tenere Rebuff. *cons.* 48. *n.* 1. Paris. *de resign. lib.* 10. *qu.*
6. *n.* 54. & Rota *in d. Regien. Bipheratus* cor. Priolo *n.* 16.
Dataria vero, & Cancellaria semper tenuit contrarium;
nam requirit expeditionem Litterarum, quia ante expe- 200
ditionem Litterarum gratia est informis: & quia Dataria,
& Cancellaria est organum Papæ; ideo ab hac observan-
tia non esse recedendum, dicit Garz. *p.* 4. *c.* 2. *n.* 18. *& p.* 1.
c. 5. *n.* 120. & videtur confirmare expresse Corrad. *lib.* 3. *c.*
5. *num.* 30.
Sed quod sola supplicatio signata, & registrata inducat
vacationem, Cocchiet. *reg. de non judicando* 25. *n.* 27 & 201
novissime Amayden *lib.* 1. *c.* 32. *nu.* 26. *&* 27. quia sola sup-
plicatio est titulus, cum est registrata supplicatio, & suc-
cessor in Pontificatu gratias signatas cum sola signatura
supplicationis a prædecessore facit expedire per formam
Rationi congruit, & tum non est titulus, cum non fue-
rit registrata supplicatio; & licet ante Litterarum expedi-
tionem dicatur gratia informis, cum per expeditionem forma
datur gratiæ: tamen dicit Cocchiet. *loc. cit.* quod illa est for-
ma formalis, & tantum probatoria, non autem essentialis,
& ita etiam dixit Corrad. *d. c.* 5. *n.* 24. per hæc verba: Unde 202
etiam id procedit, quamvis collatio sit facta a Papa, &
Litteræ non sint expeditæ, quia ex sola supplicatione si-
gnata, & registrata, ut dictum est, vacat per illius obi-
tum, cum per solam supplicationem, ut præfertur regi-
stratam gratiam sit perfecta ante Litterarum expeditio-
nem, Cassad. *decis.* 2. *num.* 10. *de pœnis in 6.* Put. *dec.* 275.
num. 2. *libr.* 3. & alii, quos refert Gonzalez *glos.* 15. §. 2.
num. 32. & novissime Rota *in una Cæsaraugustana Canoni-*
catus 10. *Junii* 1630. coram Durano, penes ipsum *decis.*
363. *nu.* 12 ubi quod vacatio per obitum N. fuit consumpta 203
per provisionem cum supplicatione registrata, etiam ap-
prehensa possessione, & subsequitur Corrad. *numer.* 25.
& intelligit hanc doctrinam, quando supplicatio regi-
strata est parti tradita, quia antea non dicitur jus ali-
quod considerabile ipsi parti quæsitum, cum de facili ta-
lis supplicatio, quæ non sit registrata, possit lacerari,
Gonzalez *d. gloss* 15. §. 2. *num.* 33. & hæc omnia intelli-
git Corradus, quando fuit signata supplicatio in forma
gratiosa, verum postea *num.* 30. tenuit, ut dictum est,

quod nec signatura in forma gratiosa sufficit, ut inducatur vacatio per obitum eius, qui talem habet gratiam, attento stylo Datariæ, & Cancellariæ, quem omnino esse servandum.

204 Discurrendo secundum juris apices negari non potest, quin opinio Rotæ sit vera, quia dubitari haud potest absque ignorantiæ nota, quin per signaturam supplicationis in forma gratiosa, & per ejus registrationem jus in re sit quæsitum ei, cujus favore fuerit signata, & per talem signaturam Beneficium dicitur plenum, & irrevocabiliter quæsitum: & licet requiratur expeditio Litterarum per Constitutionem Julii III. attamen illa non attinet ad substantiam Gratiæ, sed ad probationem, & requiritur in ordine ad capiendam possessionem, ut sine Litteris capi non possit, quia defraudarentur Officiales debitis emolumentis, quæ ipsis competunt de justitia, cum titulo oneroso sint tales, nempe Officiales. Igitur si jus per signaturam Papæ est quæsitum in re considerabili certum, & inextinguibile plenumque dicatur Beneficium, dicendum erit, quod vere per obitum hujus qui talem habet gratiam
205 fuisse extinctam reservationem alias inductam: & si contigerit mors hujus, qui talem habet gratiam, in mense Ordinarii, utique poterit Ordinarius conferre, ut Coechier. *loco cit. d. n.27.* qui citat Gomes. *de expectat. nu.16. & 17.* Hæc videntur mihi de jure, aliter forsan servat
206 Dataria, & Cancellaria: quia ejus Officiales, qui in hac materia habent interesse, tenent, quod non sit jus quæsitum perfecte, nisi Litteris expeditis; & hinc patet, quare habens supplicationem signatam, & registratam non admittatur ad resignandum, nisi facta de hac expressa mentione, & tunc cum magna difficultate, & si supplicatio fuerit signata solum, & non registrata, laceratur supplicatio, si velit alteri resignare, ut dicunt Paris. *de resign. q.24.* Cocchier. *ad regul.43. seu 44. n. 33. & 38.* Raceius *in prax. dec. 398. n.4. & 5.*

207 Certum tamen est, quod, ut Beneficium dicatur plenum ad hunc effectum, ut inde vacatio sumi possit, sufficit Canonica institutio absque eo, quod possessio capta fuerit, Cassad. *dec. 5. num. 5. de privil.* Lotter. *lib.3. qu 8. nu.16. & 17.* Corrad. *in prax. benef. d. lib.3. c. 5. nu. 23.* & jam dictum fuit supra.

208 Supposito certo jure in Beneficio, vacatio potest contingere vel de jure tantum, vel de facto duntaxat, vel de facto, & de jure simul, quæ omnia inter se valde distant; nam potest esse, quod Beneficium vacet de jure, & non de facto, & vice versa, considerarunt nostri Canonistæ *in c. litteras, per illum textum de concess. præb.* ubi novissime Fagnan. *n.27. & 30.* Stapb. *de litt. grat. in rub. de variis modis vacationis*, Gonzal. *ad regul 8. Cancell. glos. 15. §.1.* Mandos. *ad reg. Cancell. 30. q.7. sub nu.4.* Gatz *de benef. p. 11. c.1.* & alii passim.

Beneficium dicitur vacare de jure, & non de facto, quando verbi gratia quis commisisset delictum, per quod poenam privationis incurrisset ipso jure absque aliqua declaratione, vel secundum Beneficium incompatibile assecutus fuisset, cum tunc ipso jure vacet primum, ut supra
209 annotavimus; nam licet vacuerit ipso jure primum, tamen potest habere insistentiam facti, & retinere illud de facto: & de hac vacatione habemus jura in *capit. cum nostris, de concess. præb.* ibi: Cum Præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet juris, quam facti, ut in *c. litteras eodem tit.* ibi: Cum igitur si ita est præbenda illa, & si non de facto, de jure tamen vacare noscatur; & magis clare in *c. licet Episcopus de præb. in 6.* adsunt alia exempla, quæ hic ex proposito omitto, nempe de homicidio; de qua vacatione Amayden *lib. 1. c. 24. §. 2. num.24.*

Vacat vero de facto, & non de jure, cum Beneficium
210 habetur pro derelicto, quia qui illud obtinebat longo tempore abest a Beneficio, & ignoratur ubi sit, dicitur enim de facto vacare, cum non adsit, qui Beneficio inserviat, ad quod facit textus in *c. 2. de cler. non resid.* dicitur etiam de facto vacare, cum quis nedum possessionem ejus nactus est, nam tunc dicitur vacare de facto, cum nullus possessioni incumbit, vel vice versa cum habens solam possessionem non tamen justum titulum cedit, vel decedit; nam tunc, non dicitur vacare de jure, sed de facto, quia cedens, vel decedens nullum jus habebat: & ut Beneficium dicatur vacare oportet, ut plenum sit de facto, & de jure, nec sufficit quæcunque possessio, sed debet esse titulata, seu oportet ut adsit titulus, ut dicit Lotter. *lib.3. quæst. 8. num. 28.* & explicat Gonzalez *d. §. 1. glos. 5. num. 7.* suadetur ex hoc quia non entis nullæ sunt partes, & nemo in alium transferre potest quod in se non habet, vulgatis juribus; cum enim ille, qui possessionem, seu, ut melius loquar, detentionem tantum habet nihil juris habeat in Beneficio; igitur nec vacationem de jure per eius obitum, vel cessum producere potest.

Vacat autem tertio modo de jure, & de facto, cum vere, & legitimo modo vacat per recessum, quem quis facit a Beneficio, vel illud cedendo, tam de jure, quam de facto abdicando se jus, & possessionem, vel per obi- 211
tum, per quem omnia solvuntur; & consequenter jus, & possessio quæ erat penes illum, restat vacua: immo aliquando idem Beneficium potest eodem tempore vacare de jure per obitum unius, & de facto per obitum alterius, ut Gonzalez *glos. 15. §. 1. numer. 8.* Lotter. *libr. 3. quæst. 8. numer. 20.* quot autem modis dicatur vacare de jure, & de facto, meum hoc non est. Vide Doctores. Vide Barbosam.

Certum est apud omnes, quod cum contigit vacatio de 212
iure, & de facto, recte fit narrativa, quod Beneficium vacet, & tunc modus vacationis exprimi debet in individuo, & extat Regul. Cancellariæ, de qua supra, verbi gratia per obitum, qui frequentior, & verior reputatur, & in Dataria Apostolica adest Officialis ad id deputatus, qui vocatur, *Per obitum*, Corrad. *lib.3. capit. 5. num. 16.* Hæc de plano procedunt; dubium tamen potest esse, quando Beneficium vel vacat solum de iure, vel solum de facto. Et in quantum ad vacationem de iure tantum, quod hæc non sufficiat ad validam impetrationem, probari videtur expresse ex *cap. cum nostris, de concess. præb.* in quo textu narratur, quod cum vacasset Præpositura Ecclesiæ Causanen. & eius collatio esset devoluta Sedi Apostolicæ, Papa, qui fuit Innoc. III. mandavit Episcopo, & Canonicis Causanen. ut præfatam Præposituram conferrent Thesaurario Causanen. & dedit quosdam Executores ad prædicta exequenda; Episcopus vero, & Canonici præfati receptis Litteris prædictam Præposituram non vacare dixerunt, quia licet ille Præpositus fuerit in Episcopum assumptus, ad ipsam Præposituram post consecrationem suam de novo fuerat electus ab ipsis Canonicis, & eam sicuti antea possidebat: Executores vero asserebant hoc iuri contrarium esse, & dictam Præposituram de iure vacare contendebant; quare eam contulerunt auctoritate Apostolica, qua fungebantur, præfato Thesaurario. Papa vero huiusmodi causam delegavit cuidam Auditori, qui de mandato Apostolico decrevit gesta ab Executoribus 213
a 13 vigore Litterarum Apostolicarum nullius roboris, & momenti, & quod per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant Litteræ impetratæ; cum Præpositura illa non vacabat de facto, & quod talis possessio plus facti, quam iuris habebat, quod decretum postea confirmavit, ac mandavit, ut præfatus electus in Episcopum debuisset omni mora postposita resignare dictam Præposituram, nisi doceret de indulto Apostolico; & post resignationem præfatam mandavit, ut eadem Præpositura supradicto Thesaurario conferretur. Similis est textus in *c. litteras eodem tit. de concess. præb.* in quo idem Pontifex Innocen. III. non antea primam præbendam provideri mandavit, quæ de jure vacaverat per assecutionem secundæ, quam postquam illam detinens de facto resignaverat, ad quod compelli iussit Præpositus ille, qui primam, & secundam de facto detinebat. Patet ergo ex iuribus præfatis, quod sola vacatio de iure non videtur sufficere, nam si sufficiebat, non erat opus aliqua resignatione.

Doctores tamen nostri contrarium videntur sentire, 214
quod sufficiebat scilicet sola vacatio de jure: probari videtur ex *cap. final. de præb. in 6.* ibi: Et Beneficium ille habere dicitur, qui jus habet in illo, licet alius de facto possideat, *cap. si tibi absenti de præb. in 6.* a contrario sensu, ibi: Jus in ipso Beneficio, ut merito dici valeas, & expressius probatur hæc sententia ex *cap. licet Episcopus ad titul. de præb. in 6.* in quo textu habetur, quod valide potuit, Episcopus conferre Beneficium primum, quod quis obtinebat, postquam secundum fuerit assecutum; licet enim ille cui secundum fuit collatum Beneficium, non deberet accipere possessionem primi Beneficii sibi collati non vocato primo possessore; & notanda sunt verba textus præfati (possit alteri de iure conferre) & ideo sufficere vacationem de iure, ut possit fieri collatio, tenuerunt Gonzalez *glos. 15. §. 1. num. 63.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 8. numer. 24.* ubi docet, quod supposita vacatione de iure, plenitudinem resultantem

ex pos-

ex possessione alterius de facto non esse habendam in consideratione ad effectum, ut inde sustineatur, vel corruat Gratia; & hanc esse veram, & communem opinionem asserit.

215 Et addit Lotter. quod ad effectum, ut possessor non possit amoveri, nisi ipso citato, adhibenda sit distinctio, an possessio sit colorata, vel secus; nam si colorata, omnino citandus sit possessor, juxta *cap. licet de preb. in 6.* si vero non sit talis, nec citandus, & tunc nec intrat dispositio illius Canonis in *cap. licet*, cum emanaverit retentis terminis *cap. cum nostris*, ubi possessio fuit colorata; & rationem reddit Lotter. quia, qui possessionem coloratam non habet non censetur habere aliquam possessionem in jure considerabilem, ut latius ipse ibi explicat: unde deducit, quod ubi agitur de Beneficio reservato, quo casu possessio intrusi est notorie decolorata propter decretum irritans, Executor rite, & recte procedit ad dandam possessionem non citato dicto intruso, quia ejus possessio est infecta, & Beneficium habetur pro vacuo; sed de hac re suo loco, & fusius tractabimus hanc materiam, Deo sic dante.

216 Augustinus Barbosa *in d. c. cum nostris*, ejus fuit opinionis, quod quando Beneficium vacat de jure, & non de facto, si conferatur non facta mentione, quod de facto non vacat, Litteræ non valeant tanquam subreptitiæ, quia non continent mentionem de alterius possessione de facto.

217 Prosper Fagnan. *in d. c. super Litteris, a n. 19. cum seq.* tractat quæstionem hanc, & dicit illum textum esse valde notabilem in materia, quod Litteræ impetrationis Beneficii vacantis de jure, sed non de facto sint validæ, etiam non facta mentione possessionis alterius, quæ tamen non sit colorata: sed tamen Executor Apostolicus conferre non poterit Beneficium, nisi prius cogat detentorem ad dimittendum de facto, quod utcunque dicit Fagnan. probari in illo textu, & primum ex eo patere; nam præbenda S. Viscardi vacabat ipso jure per assumptionem ad Præposituram cum præbenda in eadem Ecclesia, sed non vacabat de facto, quia Præpositus illius possessionem vacuam non dimiserat, nec in illis de hoc fuit facta mentio: & tamen Litteræ impetrationis fuerunt validæ, quia virtute illarum secundum communiorem intellectum isti Executores jubentur conferre primam præbendam, & possessio illa non erat colorata, cum titulus jam erat extinctus, alioquin Litteræ impetrationis non valuissent, quæ de hujusmodi colorata possessione non fecissent mentionem, & observat textus in *d. c. cum nostris*, secundum intellectum Joan. Andr. quem sequitur, & communem dicit secundum alios Fagnan quia Papa in *d. c. Litteras*, mandat, ut Executores non prius conferant, quam coegerint detentorem ad dimittendum facto ipso, juxta *Extravagantem Execrabilis, §. qui vero, de preb.* ex quo docet Fagnan. colligendam esse differentiam inter Delegatum, & Ordinarium; nam Delegatus conferre non potest nisi prius compellat detentorem ad cedendum de facto, sed Ordinarius poterit libere conferre Beneficium vacans per assecutionem alterius pacificam, vel per alium modum vacationis etiam irrequisito possessore, juxta *c. de multa, §. is quoque de preb.* ad quod Fagnan. allegat multos Canonistas, nempe Joan: Andr. Bich. Butr. Imol. Anchar. Job. Abb. & Jo: Andr. *in d. c. de multa*, & concordare textum in *c. extirpanda, §. alioquin eodem titulo*. Hæc, & alia Fagnan.

218 Hieronymus Gonzalez *loc. cit. n. 65. & 66.* tuendo suam opinionem respondet ad *c. cum nostris, & c. Litteras, de concess. prebend.* & dicit, quod ibi fuerunt multæ declaratæ Litteræ subreptitiæ, non ex eo quia Beneficium non vacabat, cum de jure vacabat: sed quia non fuerit facta mentio possessionis, seu detentionis alterius de facto, quæ taciturnitas poterat forsan retrahere Papam, vel saltem tardiorem, & difficiliorem reddere ad concedendum Gratiam, ut in *d. c. cum nostris*, ibi, *ex quo d per fals*, &c. & ibi glos. in *verbo de facto*, & citat Cassad. *dec. 6. in fine de preb.* Caputaqueo. *dec. 217. p. 3.* Ant. Gabriel. *lib. 5. tit. de acquir. possess. concl. 3.* Simonet. *de reserv. q. 93 per tot.* Put. *dec. 199. in fine, libr. 3.* & Gonz. sequitur Barbos. in *d. c. cum nostris, n. 2.*

219 Sed hodie dicit Gonzal. *n. 67.* in omnibus Litteris Apostolicis apponuntur plures clausulæ, quæ supplent hunc defectum præfatæ taciturnitatis, nempe clausula, *dummodo non sit alteri jus quæsitum*, & allegat Felin. *in c. super Litteris de rescriptis, n. 11.* Silv. *Benef. 3. p. q. 11. n. 103.* Gomez. *de expect. n. 110.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 201. n. 143.* & etiam clausula, *amoto*: & allegat Felin. Menoch. *loc. cit. & dec. Rota 38. & 69 sub tit. de jurepatronatus, in antiquis*, & dicit, quod nemo solet facere mentionem de intrusione alterius, nisi quando se vult eximere ab onere solvendi annatam pro expeditione Litterarum, donec capiat possessionem, quia tunc expediuntur Litteræ sub intrusione possessionis cum clausula, *vocatis vocandis*, quæ clausula impedit executionem Litterarum, donec tres sententiæ conformes datæ fuerint, vel prima transierit in rem judicatam, & concludit Gonzal. quod narrativa intrusionis facta in Litteris non indiget justificatione.

Concludendum est igitur, quod sufficit impetranti, quod Beneficium vacet de jure, licet non de facto, Ludovis. *dec. 153. n. 9.* & Rota *in Melevitana Benef. 15. Jun.* 1649. coram Bichio, apud ipsum Bich. 388. *n.* 11. Rota *in Leodicea. Canonicat. 19. Januarii* 1652. coram Amaro Dunozett. apud eundem 906. *n.* 1. Sic quando Beneficium vacat ipso jure, vel ipso facto in pœnam impositam a lege, non expectata sententia privationis, neque citato possessore, impetrari poterit Beneficium, Rota *in Leodien. Canonicatus 25 Junii 1655.* coram Leone Verospio *p. 12. rec. dec. 69.* ubi citatur glossa *in c. licet Episcopus. de preb. in 6.* Probus ad Monachum, Paris. Heredia, Garz. Gonzalez, & Rota in aliis locis, & *in Cal. cen. Prioratus 26 Junii 1651.* coram Bichio 177. *p. 11. rec.* fuit dictum, quod valida fuit Gratia provisionis, & non subreptitia, cum narratum fuit, quod Beneficium vacabat per sententiam privationis, quæ fuerat transacta in judicatum, quamvis privatus facto detinebat: habetur etiam hæc decisio apud ipsummet Bichium 472. 220

Difficultas restringitur, an de possessione alterius sit facienda mentio, cum impetratur Beneficium. Equidem Doctores, & Canonistæ in *d. c. cum nostris de concess. preb.* præter illius textus auctoritatem dixerunt de possessione colorata faciendam esse mentionem, alias Gratia remanet subreptitia, & nulla, quod late explicavit, & declaravit Cardinalis Tuschus *litt. S. concl. 745. per tot.* De colorata autem, & nulla non esse faciendam mentionem, & illius omissionem, & taciturnitatem non inducere nullitatem, late Menoch. *de arbitr. cas. 201. nu. 144.* Camerata *tom. 2. res. 17. n. 44.* qui citat Burat. *dec. 209.* In contrarium tamen videntur tenere alii practici, nempe Gonzal. *loc. supra cit.* & alii propter clausulas apponi solitas in Litteris provisionum, nempe, *amoto*, &c. *vocatis vocandis*, &c. *dummodo*, &c. quæ clausulæ præservant a dicta subreptione: quod idem dixerunt Tuschus *d. concl. 745. n. 15.* idem Camerata *respons. 12. n. 58.* & Tuschus dicit, quod quando possessio est decolorata nec requiratur clausula, *dummodo*, vel *amoto*, ad effugiendum subreptionem, Lotter. vero *d. lib. 3. qu. 8.* late hanc rem enbrat, & docet, taciturnitatem coloratæ possessionis inducere subreptionem Gratiæ factæ de Beneficio vacanti, juxta communem dicti textus *c. cum nostris*: sed hoc referendum esse non ad eam partem Gratiæ, qua Papa providet, sed ad eam in qua dat Executores, quæ etiam datio Executoris pars est Gratiæ, juxta textum in *c. si super Gratia, de Offic. deleg. in 6.* quod bene probatur ex *d. c. cum nostris*, in quo textu irritatur factum Executoris, non autem provisio, quæ sustinetur, non obstante illo defectu, & provisio ibi fuit obreptitia tanquam fundata super devolutione, cui non poterat esse locus ex nova assignatione facta per Capitulum, & reddit rationem Lotter. quia color ille non attenditur nisi ad effectum, ut mediante possessoris citatione exequatur per Executorem priusquam procedatur ad ipsam executionem prout in *c. licet, de preb. in 6.* hoc enim potuit movere, vel removere animum Papæ in dandis Executoribus sub una potius, quam sub alia forma, ne alioquin Papa concedendo Litteras sub forma præcisa, & inhibendo legitimum possessorem a sua possessione ejicere videatur, at non potuit movere, vel removere a providendo, cum provisio fiat supposita vacatione de tempore Gratiæ, juxta *capit. etiam de rescript.* nam si suppositio est vera, quia intruso deficit Canonicus titulus, discusso colore tituli possessio remanet nuda, & de facto, nec consideratur tunc illa alicujus momenti, ut movere potuisset Papam quominus ille Gratiam concederet: sin vero suppositio est falsa, Papa non censetur Gratiam fecisse, & providisse de illo Beneficio, quod erat plenum, juxta *cap. 2. de rescript.* nam nisi vacet, ut fuit narratum, nihil concessum videtur, maxime in tertii præjudicium, cujus jus 221 222

præservatur per clausulam , *dummodo* . Concludit ergo Lotter. quod ipsius subreptionis , sive obreptionis defectus hodie non curatur propter obligationem citandi quemlibet intrusum , ut statuitur in *d. c. licet Episcopo* , & ex ista forma executorialium , quæ si expediantur cum ipsis Litteris principalibus continentibus Gratiam , sive ad partem , semper expediuntur cum illa clausula , *amoto* , quæ sub se continet mentionem possibilis possessionis coloratæ alterius ; & hanc doctrinam tribuit Lotter. Joanni de Deo , & Jo: Andr. *in dict. c. cum nostris* , *n. 23. vers. unum scias* , Archid. *ibid. n.* 8. & Rota *in Colonien. Canon.* 20. *Maii* 1602.

223 Adsunt Rotæ decisiones , quæ in contrarium valde urgent , præsertim in *Januen. Parochialis S. Fidei* 6. *Junii* 1629. coram Duran. apud ipsum 208. *numer.* 7. 8. *&* 9. in qua decisione fuit dictum , Gratiam provisionis fuisse nullam , & subreptitiam , quia in provisione Apostolica non fuit facta mentio de pacifica possessione , in qua Clerici Regulares Minores inveniebantur. Item in *Paduana Beneficii* , *seu Præpositura* 5. *Novembris* 1633. coram Amato Dunozetto , apud eundem 319. fuit dictum , quod Gratia posterior in qua non fit mentio de colorata possessione alterius provisi sit nulla , & ibi allegantur aliæ decisiones : quia possessio licet colorata , cum narratur non solum reddit Papam difficiliorem , quinimo verisimiliter retrahit , cum non præsumatur eum in præjudicium etiam colorati

224 possidentis velle alteri Beneficium conferre , ut per Doctores *in dict. cap. cum nostris* ; Sed ut verum fatear , mihi videtur , quod hæc res facile resolvitur , nam cum adest possessor cum titulo colorato in aliquo Beneficio , & aliquis alius vult illud impetrare , vel impetratio fit certo modo , & tunc sane Papa intelligit esse alium in possessione , & semper provisio fit , & Litteræ expediuntur cum illa clausula , *vocatis vocandis* , vel *vocato N.* ut observant Practici ; & habemus nonnulla exempla in decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ , præsertim in *Meliten. Parochialis* 31. *Januar.* 1650. *&* 28. *Junii* 1649. coram Bichio *part.* 11. *recent. decis.* 8. *&* 369. & evitatur tunc dicta subreptio ex taciturnitate possessionis coloratæ alterius , quia jam Papa scit , & videt adesse possessorem : vel impetratio fit ob vacationem per obitum , vel devolutionem , vel certum alium modum , per cujus expressionem Papa non intelligit adesse possessorem : & tunc , quia semper ponitur illa clausula , *dummodo a data præsentium alteri non sit jus quæsitum* , certe discutiendum est , an possessio , seu jus , quod habet quis ea possessione sit legitimum , nam illo existente tali , secunda Gratia remanet nulla , & resolvitur per illam clausulam , nec Papa tunc conferre vult prout denotat clausula prædicta quæ aufert consensum , & destruit collationem eo casu , quo jus possessoris est validum . Parum vero refert , an collatio sit nulla , quia subreptitia ex capite taciturnitatis , vel nulla ex capite resolutionis vigore clausulæ prædictæ : sin autem jus possessoris non est validum remanet illa possessio decolorata , de qua non est facienda mentio , ut consideravit Lotter. & post scripta vidi *dec.* 442. *nu.* 11. apud Peutinger. in qua dictum fuit , vacationem desumi ex solo bono jure , licet alius possessionem occupaverit , & sic collationem , seu provisionem sustinendam esse etiam non citato possessore , nam titulum sine possessione attendi debere .

225 Restat nunc videre , an sola vacatio de facto sit sufficiens ad legitimam impetrationem . Equidem Mandos. *reg.* 3. *Cancell. q.* 13. agitat hanc quæstionem , & concludit veriorem , & æquiorem opinionem esse , ut attendenda non sit vacatio de facto , sed tantum de jure , & ex modernis ita videtur sentire Fagnan. *in dict. cap. Litteras* , *num.* 28.

Contrariam sententiam sustinere videntur alii , præsertim Garz. *p.* 11. *cap* .... *in princ. &* *numer.* 14. Gonzal. *gloss.* 15. §. 1. *num.* 72. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. *&* 14. & ex recentioribus Amayden *lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *n.* 66. & ita mihi videtur sentire Rotam *in Conchen. Præstimonii* , *& Capellaniæ* 27. *Novembris* 1637. coram Carillo penes eundem 74. ibi : de tempore autem impetrationis vacatio non justificetur , nec de facto , nec de jure , & si Gratia remanet subreptitia ; ergo si fuisset justificata de facto erit valida . Dicit tamen Gonzal. *num.* 63. quod hæc sententia temperari debet , ut locum habeat , quando Beneficium vacaverit de solo facto , & jus , seu justus titulus Beneficii non reperiatur penes illum per quem vacavit de facto , nec penes alium : sed similiter ipsum jus vacabat ; nam cum titulus erit penes alium , Papa tunc non intendit tertio præjudicare , & derogare juri alteri quæsito , ac propterea non dicitur vacatio sola de facto : ad quod Gonzal. citat alios Doctores .

Sed considero , quod hujusmodi vacationis de facto tria 226
exempla adduximus . Primum , quando habetur pro derelicto ; cum a multo tempore Beneficiatus abest , & habetur pro mortuo , & tunc ad impetrationem non sufficit asserere , quod sit mortuus ; nam cum impetratur per obitum debet esse vera vacatio per obitum , alias nullius roboris , & momenti , juxta *Regul.* 21. *Cancell.* nec sufficiat hoc casu sola vacatio de facto , quia non adsit Beneficiatus , & Beneficium habetur pro derelicto , in puncto Fagnan. *loc. cit.* Secundum exemplum fuit , cum quis habet titulum , & non possessionem , quia tunc cum possessio sit vacua dicitur Beneficium de facto vacare , & illo casu verum est , quod hæc vacatio de facto non sufficit , quia possessio nihil ponit in esse quoad veram Beneficii acquisitionem , & plenum dicitur Beneficium absque possessione . Tertium exemplum adductum , in quo Beneficium dicitur vacare de facto , fuit cum quis non habens justum titulum , nec jus , sed solam possessionem aut detentionem , cedit , vel decedit , quo casu Beneficium dicitur de facto vacare , cum non possit vacare nisi id quod ipse possidebat ; & tunc quidem alius habens jus quæsitum impedit executionem Litterarum Apostolicarum , ut dictum est , & dicetur etiam infra , & consequenter redditur nulla provisio , cum Papa intellexerit concedere id quod vacavit , non tamen auferre tertio jus ei legitime quæsitum , juxta *Reg. Cancell. de jure quæsito non tollendo* , quæ nunc est 18. in ordine , & in Litteris Beneficialibus apponitur illa clausula , *dummodo tempore Datæ jus alteri non sit quæsitum* ; tunc enim resolvitur Gratia , & redditur nulla tanquam ad importunitatem petentis concessa , prout ex dicta Regula , Cocchier. *ibid. n.* 6. ubi plura ad ejus ornatum adduxit . Post scripta vidi decisionem apud Bichium 433. *n.* 24. in qua dicitur , quod cum Beneficium vacat per obitum licet de facto sufficit , ut novæ provisioni sit locus , & allegantur Doctores .

Ex quibus liquet vacationis nomen ad jus in re referendum esse . nam tunc dicimus proprie vacare , cum jus in re erat quæsitum , jus autem ad rem non facit veram vacatio- 227
nem , nam non inducitur juris resolutio , ex qua causari valeat vera , & nova vacatio , sed simpliciter declaratur duratio vacationis , ut prius . Exemplo fiat res manifesta , cum quis est præsentatus ad Beneficium , per quam præsentationem tantum jus ad Beneficium acquiritur , si ante institutionem decedat , per hujus obitum nihil impetrabile vacat , sed dicitur Beneficium , ut prius vacare , Rota penes Vivian. *de jurepatronatus dec.* 59. *n.* 1. Lotter. *lib.* 3. *q.* 17. *n.* 2. Sic etiam diximus de provisione in forma dignum ; nam si ante executionem moriatur habens hanc provisionem , Beneficium dicitur vacare , ut prius .

Expresso uno vacationis modo certi Beneficii , & ex 228
unius certa persona , tunc quia hæc expressio habet restrictivam , & implicitam negativam alterius modi , non poterit provisus venire ex altero vacationis modo , quam ex expresso : textus est Litteralis *in c. susceptum* , *de rescriptis in* 6. ibi : Cum non per resignationem vacaverit , sed per mortem , in illo enim textu fuit datum mandatum de providendo de certo Beneficio vacante per resignationem : sed tamen ante resignationem vacavit per obitum , & fuit dictum , quod illud mandatum non extendebatur ad hunc modum vacationis per obitum , cum diversa sit vacatio per resignationem ab illa , quæ contigit per obitum , & ideo concludunt omnes , quod expresso uno vacationis modo non venit alius jure attento communi , Abbas *in c. significante de rescriptis* , *n.* 6. *&* 7. Buratt. *dec.* 162. *n.* 3. Lotter. *de benef. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 57. Corrad. *in praxi benef. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 36. Tondut. *q. benef. tom.* 2. *p.* 3. *c.* 188. *nu.* 12. Salgadus *de reg. Bull. p.* 2. *c.* 12. §. *unico n.* 15. *& de regia protect. p.* 3. *c.* 10. *num.* 50. Rota in sæpe allegata *Melevitana benef.* 25. *Junii* 1649. coram Bichio apud ipsum 388. *n.* 5.

Hodie tamen per clausulam , *sive præmisso* , expresso 229
uno modo vacationis , poterit tamen impetrans ex alio capere , juxta ea , quæ diximus in explicatione hujus clausulæ , nisi tamen novus modus dispositive narretur , verbi gratia ex devolutione ; nam tunc non potest venire ex alia vacatione , quam ex expressa , nec tunc clausula illa suffragatur , ut pluries Rota decrevit , præsertim in *Segobricen. Canonicatus* 22. *Martii* 1656. coram Priolo *num.* 50. *cum seq.* est penes Tondut. *post tract. de pens.* 71. *in ordine* , & hodie est 152. *part.* 12. *recent.* ubi aliæ decisiones allegantur , & Rota *in eadem* coram Amato Dunozetto 26. *Novembris* 1655. apud eundem Amatum 971. & affert

fert etiam illam Tond. *post d. tract. de pens. 70. in ordine*, & in dicta *Melevitana Beneficii* 27. *Junii* 1649. coram Bichio *nu.* 8. quia nec dicitur consumpta prima vacatio, ut ibidem: affert etiam dictam decisionem Tond. *post tract.* 57. *in ordine*.

230 Sicut cum unus modus dispositive narratus est falsus, nec opitulatur hæc clausula, & tota tunc gratia corruit tanquam subreptitia, nam dolus nemini prodesse debet, & omnes clausulæ perdunt tunc efficaciam, ut Rota in *dict. Segobricen. Canonicatus* coram Priolo *numer.* 53. In dicta *Melevitana Beneficii de anno* 1649. coram Priolo fuit di-
231 ctum, sustinendam esse impetrationem factam cum narrativa vacationis Beneficii per habitus dimissionem cum vacaverat per contractum Matrimonii: per hujusmodi contractum resultat implicita concessio, quod ille habitum dimiserit clericalem, quæ sufficit: & licet cum certus modus dispositive narratur non venit alius; tamen hoc procedit quando utraque vacatio, seu uterque modus vacandi desumitur ex factis successivis; secus quando est unicum factum ex quo duplex contigit vacatio, ut est Matrimonium junctum dimissioni habitus, ut ibidem: sed in illa decisione erat apposita clausula, *sive præmisso*. Et quod illa clausula, *sive præmisso*, habet suum effectum, licet tantum in suppli-
232 catione sit posita, non tamen in Litteris, quia non agitur ad canonizandam Gratiam in supplicatione contentam, Rota apud Carill. *dec.* 74. *n.* 7.

233 Cum autem narrativa vacationis facta est, quod vacaverit, & ad præsens vacet, vacationis ille modus verificari debet, & de præterito, & de præsenti de tempore Gratiæ, Rota apud Eminentiss. Celsum *dec.* 597. *n.* 8. & nota, quod quando plures modi narrati sunt vacationis, quorum unus modus sufficit ad impetrationem, verificato uno illorum, Gratia sustinetur, licet alius modus non verificetur, vel falsus existat, Rota penes Rub. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 167. & dicendum est etiam suo loco.

234 In quantum ad vacationem, illud non est omittendum, quod cum quis venit Beneficio privandus ob aliquod delictum, requiritur sententia condemnatoria, & cum privatus est ipso jure, etiam requiritur sententia declaratoria, secundum veriorem sententiam, juxta *c. cum secundum de de hæreticis*, *n.* 6. & ibi glos. & alibi diximus, & late Lotter. *lib.* 3. *q.* 18. *in princ.* & optima est decisio in *Seguntina Canonicatus primo Febr.* 1658. coram Verospio *p.* 12. *rec. dec.* 308. *n.* 8. & 9. licet tamen impetratio fieri possit, a Sede Apostolica non expectata sententia, neque citato possessore, juxta aliam decisionem in *Lodien. Canonicatus* 25. *Jun.* 1655. coram Leone Verospio 69. *p.* 12. *rec. n.* 8. & declaratio cadit non super pœna, sed super facto, cum est tale quod tali pœna a lege punitur, & cum Judex possit errare circa factum, ideo multi etiam a declaratoria pœnæ admittunt appellationem, ut videre est Lotter. Differentia
235 tamen est inter sententiam declaratoriam, & condemnatoriam Judicis; nam in terminis declaratoriæ, quia est sententia legis, si moriatur delinquens, dum perpenditur factum, an sit tale, quod tali lege, quod veniat privandus, non dicitur Beneficium vacasse per obitum; nam lex inducit vacationem eo temporis momento, quo reus delictum commisit, & attenditur factum, & non sententia, quæ fertur circa factum: in condemnatoria tamen quia est sententia Judicis, quia ipse est, qui privat ob aliquod delictum, quod talem pœnam meretur, tunc si ante sententiam privatoriam succedat, quod reus moriatur, inducitur vera vacatio per obitum, Paris. *de resignatione lib.* 3. *q.* 16. *per totam*, Gabriel. *conf.* 196. *lib.* 1. Lotter. *d. lib.* 3. *qu.* 18. *nu.* 58. *cum seqq.* qui rem late discutit: sententia tamen
236 privationis suum effectum sortitur, quando fecerit transitum in rem judicatam (nam antea fecerit suspendi per appellationem) vel post tertiam sententiam conformem, ut late Lotter. *loc. cit.* Intellige tamen quod si medio tempore post inquisitionem, ante tamen obitum rei inquisiti obtinuerit provisionem certo modo, nempe ex capite privationis, tunc hic qui obtinuit certo modo poterit prosequi jus suum contra provisum in eodem Beneficio per vacationem per obitum, ut Lotter. *loc. cit.* & non omittas scire, quod in vacantibus ipso jure, utputa in simonia, potest fieri impetratio ante sententiam declaratoriam, cum clausula, *si constiterit*, Rebuff. *conf.* 59. *n.* 4. & 5. Tondut. *in q. benef. p.* 2. *c.* 5. §. 1. *n.* 2. & jam supra notavimus: & quia in Beneficiis, quæ vacant per sententiam condemnatoriam,
237 privandus potest ante privationem resignare, ut diximus in illa materia; ideo in Beneficiis, quæ ipso jure non vacant, sed requiritur sententia privativa, potest fieri impetratio, sed cum clausula, *quod resignatio cedat in favorem impetrantis*, per quam impeditur resignatio, & impetratio cum hac clausula conceditur post primam sententiam condemnatoriam, Garz. *de benef. part.* 11. *capit.* 3. *num.* 112. Cocchier. *reg.* 45. *nu.* 8. Tondut. *cap.* 27. *n.* 15. & ut alias diximus, si quis in contumaciam fuit privatus Beneficio propter aliquod delictum, quia potius præsumitur lata sententia ob contumaciam, quam propter delictum, si infra annum compareat, recuperat Beneficium, Rota *in Meliten. Parochialis* 28. *Junii* 1649. coram Bichio 369. *part.* 11. *recent. num.* 11. & *in Callien. Prioratus* 21. *Junii* 1651. coram Bichio *nu.* 14. *eadem part.* 11. *decis.* 177.
n. 14. secus si post annum non compareat, & fuerit resti- 238
tutus ex Gratia Principis, nam restitutio semper conceditur sine præjudicio bonorum incorporatorum, inter quæ complectitur Beneficium. Vide Lotter. *dict. quæst.* 18. *numer.* 63.

Denique advertendum est, quod licet reservatio pure, 239
& dispositive sit narranda, & non dubitative secundum regulas Cancellariæ, & stylum Curiæ, aliquando tamen toleratur narrativa dubitative efformata de reservatione ob probabilem in facto dubitationem, ut optime Glossa *in c. unic. de postulat. Prælator. in* 6. *verbo probabiliter*, ubi Joan. Andr. Anch. ubi etiam Franchus, Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 9. *n.* 51. nam excusari potest ab hanc narrativa pura, & simpliciter facienda de reservatione, quia reservatio vel potest contingere ratione temporis, aut loci, aut Beneficii, aut ratione personæ: & licet non possit dari ignorantia circa tempus, & locum, cum sint hæc conjuncta ipsi vacationi, nec circa qualitatem, cum etiam hæc sit annexa ipsi Beneficio, bene tamen considerari potest ratione personæ, quæ plerumque discerni nequit, nisi tamen agatur de persona, quæ habeat aliquod officium cui adsit onus deferendi signum: optime Lotter. *d. q.* 9. *n.* 48. Et notet, quod cum concurrit duplex reservatio, de utraque facienda est mentio, alias Gratia esset subreptitia, & nulla, Rota apud Bichium, *dec.* 244.

Sequitur quinto, quod in impetratione Beneficii debet 240
pernecesse narrari, & exprimi valor Beneficiorum, quæ impetrari desiderantur, ac etiam valor Beneficiorum, quæ antea obtinebat Orator, prout disponit expresse *reg. Cancellariæ* 55. in modernis, & expressio falsa vitiat, & reddit Gratiam subreptitiam, etiam si alias Papa esset concessurus, ut advertit Cocchier. *in reg.* 61. *de exprimendo valore a nu.* 23. hæc etiam pœna nullitatis ipso jure incurritur, & reddit Gratiam ab initio nullam, nam dicitur in *reg.* alioquin Gratiæ prædictæ sunt nullæ, Gonzalez *ad reg.* 8. *glos.* 15. *n.* 132. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 46. Rota *in Urgellen. Canonicatus* 29. *Novembris* 1649. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 76. *n.* 19. quæ decisio habetur etiam *p.* 10. *rec. decis.* 353. Rota apud Amatum Dunozett. *dec.* 623. *n.* 1. & denegatur executio Litteris, ut eadem Rota *in Majoricen. Beneficii* 27. *Junii* 1653. coram Albergato, apud Tondut *post tract. de pens. dec.* 55. *n.* 1. ubi aliæ decisiones allegantur.

In primis notandum est, quod hæc regula non inducit 241
novam vacationem, sed resolvit Gratiam alias factam, & conservat vacationem, ut prius, Lotter. *lib.* 3. *qu.* 2. *num.* 102. Sic si in resignatione ad alterius favorem facta verus valor non sit expressus, resignatio nulla, nec jus, seu titulus a resignante abdicatur, ut Lotter. *loc. cit.* & Rota *in Viterbien. Benef.* 25. *Junii* 1653. coram Eminentiss. Celso *n.* 5. apud ipsum 172. & apud Tondut. 85. & dissentit Cocchier. *in d. reg. de exprimendo valore nu.* 25. ubi dicit, quod hæc regula nec vacationem inducit, nec reservationem.

Est tamen regula præter juris communia dispositio- 242
nem, quo attento, nulla est facienda valoris expressio, ut observavit antiquus glossator Alphonsus *in dict. regula de exprimendo valore*, quæ antiquitus erat 61. qui etiam docet, quod auctor hujus regulæ fuit Urbanus VI. quod tamen alii negant; de qua re vide Cocchier. *loc. cit. a nu.* 12. *cum seqq.* & Corrad. *in praxi Benef. lib.* 3. *cap.* 7. tamen illud certum est, quod hæc regula habet locum duntaxat in provisionibus Apostolicis, quæ tales non censentur illæ, quæ fiunt a Legatis Apostolicis, Cocchier. *loc. citat. n.* 15. Tondut. *in quæst. benefic. tom.* 1. *part.* 2. *capit.* 3. §. 6. *nu.* 3. & 4. Buratt. *dec.* 262. *n.* 9. Corrad. *dict. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 24.

Expressio valoris dupliciter fieri potest, vel per ascen- 243
sum, cum narratur, reditus Beneficii ascendere ad ducatos centum, verbi gratia; vel non excessum, cum exprimitur, & dicitur, quod reditus, fructus, & proventus non excedunt ducatos viginti quatuor anni: differentia est in-

est inter hos modos exprimendi; nam si expressio, & narratio fiat primo modo per ascensum, tunc major quotitas non excluditur; cum vero negative concipitur expressio secundo modo per non excessum, tunc in qualibet summa verificatur excessus, Rota penes Merlin. dec. 327. num. 9. & penes Seraph. decis. 1017. num 5. & in Compostellana Coadiutoria 19. Maii 1653. coram Zarate nu. 5. & 6. quæ est penes Tondut. post tract. de pens. 32. in ordine, quæ decisio habetur p. 11. rec. 313. & dec. 443. p. 3. rec. sic expressio facta per non excessum non probat per ascensum, Rota in Mediolanen. Capellaniæ 22. Junii 1657. coram Celso apud eundem dec. 239. num. 9. & in Grossetana pensionis 3. Martii 1651. coram Dunoz, num. 7. ubi fuit dictum, quod
244 expressio facta per actum negativum nempe per non excessum, quæ verificatur etiam in obolo, non concludit ascensum in certa quantitate affectione narratam: & ibi allegantur multæ Rotæ decisiones, præsertim penes Ludovis. decis. 353. num. 10. ubi Olivet. n. 16. dicta tamen decisio est penes Tond. post tract. de pens. 43. in ordine, & apud eundem Dunoz. dec. 880. & 766. n. 14. & 991. apud eundem Dunoz. Hodie enim valoris expressio semper fit per non excessum, ut notavit Lotter. lib. 9. quæst. 20. num. 86. & 87.

245 Hæc valoris expressio debet pereuntere tempus Gratiæ, Verall. decis. 120. lib. 2. Seraph. dec. 102. Ludovis. dec. 13. num. 1. & 377. num. 4. & 419. num. 1. Buratt. decis. 18. nu. 9. Rota in Corduben. dimidiæ portionis 20. Junii 1653. coram Meltio num. 13. apud Tondut. post tract. de pens. 87. habetur hæc eadem decis. part. 12. recent. decis. 319. Lotter. lib. 3. quæst. 20. num. 56. alias gratia non potest convinci de subreptione, Rota apud Bichium decis. 479. num. 8. & 594. numer. 14. idem de eodem anno, ut dicit Lotter. loco citat.

246 Quæ valoris expressio invenit nomen taxæ, ut ex addit. ad Mohedan. decis. 20. de pub. docet Amayden de stylo Datariæ lib. 1. cap. 18. §. 2. num. 10. & quidem facienda etiam ubi multi fructus sunt, ut stylus consuevit, nam adhuc facienda est hæc expressio, Amayden loco cit. num. 8. Corrad. lib. 3. prax. benef. cap. 7. num. 28. & cum plura Beneficia obtinere cupit, non sufficit, ut in confuso fiat narratio, sed debet fieri expressio distincta valoris uniuscujusque Beneficii, Cocchier. loc. cit. n. 16. Garz. p. 1. c. 2. nu. 155. Corrad. loc. cit. d. c. 7. n. 35.

247 Et valoris expressio fit secundum communem æstimationem in ducatis auri de Camera, ut praxis ipsa testatur, & notat Corrad. loc. cit. in multis autem partibus, & Regno expressio omnium Beneficiorum fit in ducatis 24. auri de Camera, ut in Canonicatus Galliæ, Germaniæ, & Hispaniarum, Cocchier. loco cit. num. 2. Tondut. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 12. Amayden lib. 1. cap. 18. §. 3. num. 20. Rota in Abulen. Beneficii coram Zarate 28. Junii 1655. 75. num. 17. part. 12. recent. quod tamen intelligitur ad effectum non solvendi annatam, non tum quoad effectum exprimendi unum Julium, ut Amayden loco cit. n. 23. qui affert decisionem Rotæ in Cameraten. Canonicatus 20. Novemb. 1624. coram Merlino.

248 Pro exprimendo valore ne incurratur in pœnam nullitatum, practici Curiales invenerunt illam clausulam, quam ponunt in supplicatione, cum potestate augendi, & minuendi, & quod verior valor habeatur pro expresso; cujus vigore augeri, vel minui potest valor usque ad Litterarum expeditionem: non tamen operatæ Litteris expeditis, & plumbatis; nam tunc consummatur jus illius clausulæ, & Gratia redditur nulla, & subreptitia, Gonzalez. ad reg. Cancellariæ 8. glos. 15. §. 2. n. 77. Lotterius q. 20. nu. 65. lib. 3. Tondut. de pens. c. 61. n. 5. & 7.

249 Hæc tamen regula de exprimendo valore habet locum in Beneficiis non taxatis in libris Cam. uti dicit Amayden lib. 1. c. 18. §. 2. num. 20. cum vero Beneficia sunt taxata in libris Cameræ, sufficit, ut fiat expressio secundum taxam, ut idem, Doctor docet ibidem nu. 17. Taxa autem fuit inventa ad finem solvendi annatam, quæ non solvitur in Beneficiis, cujus fructus non excedunt valorem annuum ducatorum viginti quatuor auri de Camera, ut Amayden d. cap. 18. §. 3. num. 21. Lotter. lib. 3. quæst. 20. num. 42. juxta Constitutionem Clementis VII. 33. in ordine, & praxis ipsa testatur; de hac tamen annata plures nostri Doctores scripserunt, quod legitime exigatur, & quod; non sit gabella, sed primitiæ Beati Petri. Vide Amayden loco citat. Azorium part. 2. libr. 7. cap. 12. & alios. Diversa tamen ratione regula hæc exposcit expressionem valoris obtentorum antea, & eorum, quæ ex novo impetrantur; obtentorum siquidem, ne uni plus, quam exigit ejus indigentia, plura conferantur Beneficia, quod Canones vetant; 250 in illis vero quæ tunc obtinentur requirit expressionem ob causam super dictam, ne fiat fraus annatæ, ut advertit Lotter loco cit. ac etiam, ut Papa sciat qualitatem Beneficii, & merita personæ cui confert, Cocchier. in reg. 61. num. 20. Rota in Abulen. Beneficii 28. Junii 1655. coram Zarate, quæ est 75. n. 16. p. 12. rec.

Sequitur sexto, quod cum quis obtinere nititur a Sede 251 Apostolica Beneficium, quia reservatum reservatione contingente ex vacatione in mensibus reservatis, necesse est ut mensem exprimat, quod expresse habetur in reg. 9. Cancellariæ, ibi: Volens in Supplicationibus, seu concessionibus Gratiarum, quæ de dictis Beneficiis tunc vacantibus etiam motu proprio fient, de mense in quo vacaverint dispositive mentionem fieri, alioquin Gratias nullas esse. Quare supra diximus, clausulam, vel alio quocunque, non comprehendere hanc vacationem, & reservationem con- 252 tingentem ex mense reservato, & hoc importat illa particula dispositive, effectus enim narrandi mensem dispositive est, ut dicit Gonzal. glos. 32. n. 9. quod narrans tenetur ad verificationem illius, nec suffragantur clausulæ generales, quia dispositiva expressio restringit Gratiam ad illum modum vacationis, Cassad. dec. 5. numer. 3. de preb. Crescent. dec. 15. eodem tit. Mohed. dec. 17. eod. tit. Verall. dec. 63. p. 1. nec alia vacatio, quam illa, quæ dispositive facta est, capi potest, Lotter. lib. 3. q. 8. n. 63.

Et cum regula jubeat, quod expressio mensis fiat dispo- 253 sitive, non satis factum est regulæ, si fiat narratio dubitative de tali mense per particulam, forsan, vel fortasse, Gozalez d. glos. 32. num. 10. & 11. Corrad. lib. 3. cap. 6. num. 47. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num. 656. qui docent nec sufficere expressionem generalem vacationis scilicet in mensibus reservatis, sed specialis debet esse in tali mense: sic docet stylus Curiæ, ita ut neque admittatur 254 expressio, seu narratio de tali, seu veriori mense, ut dicit Gonzalez loco cit. num. 15. nam expressio mensis debet esse simpliciter absolute, & clare, ut dicunt dicti Doctores, & hoc, ut Papa intelligat, & sciat, an vacatio contigerit in mense suo reservato, vel in mense Ordinarii, ne ipsis Ordinariis præjudicium aliquod inferatur, cum aliquin hoc non intendat, & etiam, ut fraudes evitentur, ut ponderant Doctores citati; & ideo etiam talem expressionem faciendam esse in provisionibus motu proprio factis, cavetur expresse in dicta regula, ibi: etiam motu proprio; quia quamvis in Gratia motu proprio non cadat subreptio, vel obreptio, ut in cap. si motu proprio: at- 255 tamen bene considerabatur defectus intentionis, Gonz. num. 3. & 4. Corrad. loco cit. num. 46. Sic cum petitur nova provisio a Sede Apostolica, quia collatio Ordinarii non sustinetur, quia contulit Beneficium vacatum de mense reservato, de mense ipso etiam dispositive mentio est facienda Gomez. in reg. de annali quæst. 28. in fine num 4. Mohed. decis. 4. de concess. preb. Gonzalez loco citato nu. 20. Garz. dict. part. 5. cap. 1. num. 660. sic etiam in Gratia, si neu- 256 tri, facienda est mentio mensis, quando in prima Gratia non sit facta mentio mensis, Gonzalez n. 21. & 22. Garz. n. 671. in fine, quia est de Beneficio vacante: si Gratia sit reformata, seu perinde valere, non est facienda mentio mensis, quando tamen fuerit facta in prima Gratia, Garz. n. 662.

Et hujusmodi mentio mensis facienda est in omni vaca- 257 tione, quæ contigerit in mensibus reservatis, sive illa sit de jure, & de facto simul, sive de jure tantum, sive de facto, Gonzalez loco cit. num. 25. Garz. part. 5. cap. 5. cap. 1 num. 662. qui id intelligit, ut procedat, quando Benefi- 258 cium impetratur per obitum habentis jus in re alio existente in possessione, sit exprimendus mensis vacationis, & obitus illius; quando vero impetratur per obitum ultimi possessoris de facto possidentis, sufficiat exprimere mensem illius vacationis de facto; affert decis. in Toletana Parochialis 22. Maii 1589. coram Mantica, quæ est penes ipsum 61. Sive illa contingat per obitum, sive alio modo; nam semper facienda est expressio mensis, cum intrat reservatio regulæ, nam dicitur in regula, quocunque modo, quæ clausula censetur repetita in dict. vers. Volens, Gonzalez loco citat. a numer. 26. cum sequent. Garz. loco citat. num. 665.

Post firmatam supradictam doctrinam, quod scilicet regula prædicta procedat etiam in aliis vacationibus, Gonzalez numer. 31. dicit, quod in Dataria vidit admit- 259 ti Supplicationes Beneficiales de aliis vacationibus, præterquam per obitum absque expressione mensis, & ideo ad-

bitra-

bitratur, quod praxis interpretatur regulam in solis vacationibus per obitum, & citat Staphil. *in tract. de Signatura Gratiæ*, §. *provisiones*: sed dicit Gonzalez esse cogitandum, & quod sit exprimendus mensis in quacunque vacatione, verior videtur opinio, & dicit, quod ita sentit Rota *in una Tirasonen. Canonicatus*, addit Garz. *loco cit. nu.* 666. ideo Datariam admittere Supplicationes de aliis vacationibus quam per obitum, quia in vacantibus per obitum regulariter Papa non vult prævenire Ordinarios, & ideo vult certior reddi de mense; in aliis vero vacationibus, ut per assecutionem, contractum matrimonii, ingressum Religionis, privationem, &c. bene vult prævenire, & ideo admittuntur Supplicationes absque expressione mensis: si tamen vacatio contigerit in mense Apostolico, Gratia erit nulla, cum non sit facta mentio de mense ex dicta regula, & dicit, quod nec praxis, aut stylus contradicit, & sic Garz. *dict. loco citat.* interpretatur dictum Gonzalez §. 10. *in præven. num. 66. & 67.* ubi dicit: quod Papa non præsumitur velle prævenire Ordinarios, procedit tantum in vacationibus per obitum; secus in aliis in quibus censetur prævenire eo ipso, quod non narratur mensis in con-
260 cessione; non tamen opus est narrare, & exprimere mensem in quo contigit vacatio, cum alias Beneficium est reservatum, vel affectum ex alio capite, quam ratione mensis, quia tunc cessat ratio præjudicii Ordinarii; nam cum sit alias affectum, & reservatum, non potest Ordinarius se intromittere, Gonzalez *loc. cit. num.* 39. Garz. *loc. cit. n.*668. qui affert multas Rotæ decisiones, Cortad. *dict. lib. 3. cap. 6. num.* 64. cum enim Beneficium alias esset affectum, reservatio aliunde, quam ex mense accipitur, quia reservatio ex mense est subsidiaria, Rota *part.* 11. *recent. decis. 56. num.* 29. & Litteræ habent aliud initium, sicuti
261 enim ex mense reservato accipitur, Litteræ incipiunt cum illa clausula, *Dudum si quidem omnia Beneficia certis tunc &c.* Amayden *cap.* 24. §. 2. *num.* 20. & hinc fit, quod in subrogatione gratiosa non requiritur expressio mensis, quia subrogatio gratiosa, ut dicemus, datur, cum Beneficium est litigiosum, de quo non potest disponere Ordinarius collator, ut docet Garz. *loc. cit. num.* 671. sed contra scripsit Gonzalez *loco cit. num.* 40. *vers. cæterum*, ubi do-
262 cet esse necessariam talem mensis expressionem, & allegat decisionem Rotæ *in Aurien. Canonicatus 4. Junii* 1576. coram Lancellotto, & dicit, quod aliud est Beneficium esse reservatum, aliud esse litigiosum: at Garz. respondit ad dictam decisionem, quod illa loquitur de gratiosa, *si neutri*, quæ est Gratia de Beneficio vacante.

263 Quæstio tamen magis ardua est inter Gonzal. & Garz. an sit facienda mentio, & sit locus regulæ, cum vacatio contigit in illis octo mensibus reservatis? Equidem Gonzalez *loco cit. a num. 49. cum seqq.* agitat hanc quæstionem, & adducit tres opiniones, quarum prima tenet, quod fieri debeat expressio de mense in vacationibus contingentibus in mensibus Ordinarii: secunda, quod non debeat fieri mentio de vacatione contingente in mensibus Ordinarii, sed de contingentibus in mensibus reservatis duntaxat: tertia, quod de omni vacatione contingente tam in mensibus Ordinarii, quam reservatis fieri debeat mentio. Ipse tamen Gonzalez docet, quod omnino tenendum est, cum vacatio contigerit in mense Ordinarii, sit facienda mentio, ne possit aliqua injuria collatoribus ordinariis redundare: majorem difficultatem dicit esse de mensibus reservatis, an cum vacatio contigerit in illis sit exprimendus mensis, & quamvis Dataria non admittit supplicationes de Beneficiis vacantibus per obitum in mensibus reservatis, nisi fiat expressa mentio de mense vacationis: ipse tamen Gonzalez adhæret primæ opinioni, videlicet, quod expressio mensis duntaxat sit necessaria in mensibus Ordinarii, non autem in reservatis, ad quod allegat decisionem in dicta *Tirasonen. Canonicatus* coram Pamphilio, & coram Accorambono 27. *Martii* 1617. & etiam Mandosium *de signatura gratiæ*, §. *provisiones*.

264 Sed contrarium docuit Garzia *dict. part. 5. cap. 1. num.* 658. ubi docuit, quod regula hæc, quæ requirit expressionem mensis in quo contigerit vacatio, loquitur de Beneficiis vacantibus in illis octo mensibus ibi expressis, quorum collationem sibi reservat Papa, ex quo de mensibus Ordinarii nulla erat facta mentio, & consequenter ad illos non potuit fieri relatio: unde Provisus a Papa de Beneficio vacante in mense Ordinarii non tenetur facere mentionem in supplicatione de mense, in quo contigit vacatio; ad quod Garzia allegat nonnullas Rotæ decisiones, & ad decisiones, quas allegat Gonzalez, & ad Mandos. dicit, quod falso Gonzalez allegat eas, quia non loquuntur de Beneficiis vacantibus in mensibus reservatis, sed de Beneficiis aliis reservatis, quam Garz. opinionem veram esse exi-
stimo, & hunc esse germanum intellectum illius regulæ; 265
nam in provisione Beneficiorum regulæ non subjectorum non est facienda mentio de mense, Rota *in Regien. Beneficii 27. Junii* 1653. coram Bevilaqua *numer.* 9. penes Tondut. 64. & etiam adest *decisio 79. part. 4. recent.* ac etiam *in Monasterien. Canonicatus* coram Ghislerio *part.* 10. *recent. decis.* 205. *numer.* 2. fuit dictum, quod hanc hanc affirmativam amplectitur Rota contra Gonzalez, ut scilicet sit facienda mentio, quando Beneficium vacat in mense reservato; secus autem, quando reservatio aliunde consurgit, quam ex mense.

Regula tamen, certum est, quod non comprehendit Be- 266
neficia de jurepatronatus, etiam quoad hanc partem de expressione mensis: neque cum collatio fit ab Ordinario; hæc enim omnes Doctores admittunt, & quotidie Sacra Rota determinat.

Item ex parte Beneficii fieri debet expressio cujus sit Diœ- 267
cesis, ad hoc ut illi Ordinario fieri possit commissio, seu Litteræ dirigantur; & cum erratum est in hac commissione, & Litteræ aliis directæ sunt, jam diximus esse corrigendas, nec posse exequi, neque ab illo cui directæ sunt, nec verum est, quod dicit Tondut. *tom. 2. numer. 3. cap.* 185. quod hujusmodi Litteræ habent clausulam, *vel alterius Diœcesis*; nam Litteræ plumbatæ nunquam hanc clausulam continent, sed solum cum Gratiæ expediuntur in forma Brevis, & diriguntur eidem, cui Gratia, &c. fit, nam tunc dicitur: Dilecto, &c. Neapolitanæ, vel alterius Diœcesis.

Demum ex parte Beneficii explicandum erit per cujus 268
obitum vacet, si impetratur per obitum, alias si erretur in hoc nomine Defuncti, Litterarum executio suspendi debet; nam Litteræ videntur subreptitiæ, Rota *in Valentina Rectoriæ 13. Julii* coram Bichio *part. 11. recent. dec.* 191. *in princip.* nisi ex cognomine, & altera qualitate adjecta vacationi personæ nominatæ, maxime quando defunctus duobus nominibus nominabatur, quorum alterum fuit expressum in supplicatione, reddi potest certa persona defuncti, quod sufficit secundum Rotam *loco cit.* 161. *par.* 12. *recent.*

Hæc sunt quæ exprimi debent ex parte Beneficii; ex parte vero ejus, qui impetrat Beneficia, multa exprimenda sunt, & primo exprimi debet nomen ejus, qui petit, ut stylus ipse comprobat, & apud omnes est in confesso.

Dubium tamen est inter Nostros, an, cum erratum 269
fuerit in nomine Oratoris Litteræ exequi possint; nam multi Doctores scripserunt Litteras non esse invalidas, sed executioni posse demandari, cum constat de certo Oratore; sed tamen contrarium omnino tenendum est non solum in practica, sed in theorica, per textum *in l. quoties, ff. de heredibus instituendis*, ibi: *Quoties, volens alium heredem scribere alium scripserit in corpore hominis errans, veluti frater meus, patronus meus, placet nec eum heredem esse, qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur, nec eum, quem voluit, quoniam scriptus non est*: & concordat textus *in l. ambiguo, ff. de heredibus instituendis*, & expressam habemus regulam Cancellariæ 72. quæ est ultima, & disponit de potestate S. R. E. Vicecancellarii, & Regentis Cancellariæ. Et secundo loco disponitur ita: *Item, quod possit nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus Gratia, ac concessiones fiunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore constet*; ex qua regula patet, quod Regens Cancellariæ potest corrigere errorem nominis, & cognominis, quando constat de corpore: nunquam tamen cum error est in nomine Oratoris, cui gratia fit; nam hoc sibi Papa expresse reservat. Ergo si fieri non potest correctio a Cancellario, facienda est a Papa; ergo Litteræ indigent correctione; ergo absque correctione exequi non possunt. Hæc tamen correctio fit per novam supplicationem porrigendam Sanctissimo in forma reformationis, quam ponit Corrad. *in prax. disp. lib. 7. cap. 5. nu.* 16. & ita contra Dianam *part. 1. tract.* 10. *vers.* 36. Sanchez *lib. 8. disp.* 21. *num.* 37. Pontium *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. *ultim. num.* 43. Merollam *tom. 2. disp. 4. cap. 6. num.* 374. Corrad. *dict. cap. 5. a num.* 10. *cum seqq.* & ante ipsum Lotter. *lib. 3. quæst. 44. per tot.* Amayd. *lib. 1. cap. 10. numer.* 4. ubi docet, quod Regens Cancellariæ potest corrigere Litteras, quando erratum fuisset in una Littera nominis, vel cognominis, & etiam in nomine, sive cognomine illius,

ob cu-

ob cujus obitum fit impetratio, nec non invocatione, denominatione, loco, loci, & similibus, quando tamen correctio non mutaret statutum rei, & ex aliis constaret de identitate, & ideo prædictorum correctio datur seorsim non omnium simul, in quo maximam adhibendam diligentiam; nam alias posset fieri præjudicium partibus, & Cancellariæ, ac Datariæ aptando errorem per viam correctionis, qui requirat, *perinde valere*.

271 Et quamvis Rota *in Calaguritana beneficii 19. Junii* 1651. coram Eminentiss. Celso penes ipsum 136. nu. 3. dixerit, quod error nominis, vel cognominis non attenditur, quando ex aliis circumstantiis constat de veritate: attamen Rota loquitur non de errore in hujusmodi materia, ex quibus gratia fit, sed cum sumus in Judicialibus, ut legenti patet.

272 Dicit tamen Lotter. *loco cit. num.* 17. quod quotiescunque in nomine proprio ejus cui Gratia est facta erratum est, relinquitur Judici, cui res tota committitur, nam potest etiam hoc casu dari aliqua circumstantia facti, quæ omnem doli suspicionem abstergat, & convincat per meram ignorantiam erratum fuisse, indeque gratia non corruat, sed sustineatur in mente concedentis; & exemplum adducit Lotter *in una Midonien. Archidiaconatus* 1. *Julii* 1616. coram Ubaldo, in qua causa cum esset signata supplicatio super Coadiutoria cum futura successione, & Literæ expeditæ nominatim D. Francisco, cum tamen non Franciscus, sed Ferdinandus ad hoc dedisset mandatum, quia causa erroris deprehendebatur, & abbreviatura qua nomen Ferdinandi in mandato Procuratorio fuerat scriptum: sed adverte ne termini confundantur; aliud enim
273 est dicere, quod Gratia corruat ex errore facto in explicatione nominis, aliud est, quod Litteræ non possunt exequi, cum in nomine ejus cui facta est Gratia erratum est, antequam corrigatur; certum enim est, quod, cum dolo, & ex proposito error contigit, Gratia invalida potest esse: at cum error in nomine contigit ex ignorantia dicimus, quod Litteræ non possunt exequi absque correctione, & nova reformatione, quamvis Gratia facta non sit nulla, quia error aliunde, quam per malitiam contigit, sive enim Gratia sit nulla, sive valida, semper quando error contigit in nomine, & cognomine Oratoris cui facta est Gratia, Litteræ non possunt exequi absque correctione, quæ per novam Gratiam sive per novam supplicationem sunt corrigendæ.

274 Illud tamen est omnino advertendum, quod quandoque nomina sunt similia, ut sunt Bernardus Bernardinus, Antonius Antoninus; si enim committatur aliquis error circa hæc, ut cum pro Antonino scribatur Antonius, vel pro Bernardo Bernardinus, sic vice versa, tunc talis error non erit habendus in consideratione, Lotter. *loco cit.* qui loquitur in Beneficialibus materiis, Corrad. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 8. qui loquitur in materia dispensationum, si cum quis duplici vocatur nomine, nempe Joannes Antonius, Joannes Petrus, vel alio simili, non opus est, ut utrunque nomen exprimatur, sed sufficit si unum tantum exprimitur, Corrad. *loco cit.*

275 Nomini proprio statim subjicitur qualitas clericatus, quod scilicet Orator clericali Ordine sit insignitus, quæ qualitas de stylo exprimenda est, nec alias supplicationes de Beneficiis admittuntur, Paris. *de resign. libr.* 4. *quæst.* 2. *num* 9. Lotter. *libr.* 3. *quæst.* 35. *in princip.* Corrad. *libr.* 1. *prax. benef. cap.* 5. *n.* 108. *&* 122. ita ut Gratia de Beneficio, cum petitur a laico, si conceditur, si tunc clericus non sit, est nulla, & subreptitia etiam si postea qualitas superveniat; nam hæc qualitas est requisita a principio impetrationis, & tempore Gratiæ, ut Paris. & Corrad. *loc. cit.* de qua re etiam dicemus nuper: ubi vero quis in supplicatione se clericum nominaverit, cum talis non fuerit, sed laicus, & sic nulliter Beneficium obtinuit, sive ordinaria, sive Apostolica auctoritate, tunc petenda est nova provisio, sive Gratia revalidatoria, pro qua impetranda porrigitur nova supplicatio Sanctissimo, cujus formulam adducit Corrad. *loc. cit. d. lib.* 1. *prax. benef. c.* 6. *nu.* 133. *&* 134. de qua Gratia revalidatoria dicemus suo loco infra, si Deus ita dignetur.

276 Nec sufficit, ut Clericus quis existat ordinatus, verum oportet, ut exercitium habeat clericatus; nam si executione Ordinum careat non poterit recipere Beneficium; unde cum fuerit quis ordinatus ab alieno Episcopo sine litteris dimissorialibus, vel alias male ordinatus, ac propterea exercitio, & executione Ordinum careat, non poterit Beneficium assequi, quamvis re vera ordinem susceperit clericalem, & facta collatio non tenet: bene tamen verum est, quod quando executio ordinis suspenditur ad beneplacitum proprii Episcopi, quia ab alieno est ordinatus, & proprius Episcopus concesserit rehabilitationem, post hanc poterit fieri collatio illi Clerico sic male ordinato, ut de omnibus loquitur Corrad. *d. c.* 5. *a numer.* 147. imo Clericus male promotus, & cum non a proprio Episcopo Clericatum obtinuit, nec pensionis erit capax, Tondut. *de pens. cap.* 31. *num.* 4. *&* 5. non solum, & Be- 277
neficium, sed etiam pensio pernecesse supponit clericatum, Corrad. *loco citat.* qui etiam de stylo Curiæ loquitur, & dicit, quod dictus stylus tenaciter servatur, *ibidem* n. 163. Tond. *de pens. c.* 17. *nu.* 11. & alii communiter Doctores, licet ex privilegio Papæ aliter sit dicendum; Papa enim omnia potest, & eodem modo erit nulla pensio reservata laico, qui Clericum se asserebat sicut de Beneficio diximus, Corrad. *loco cit. n.* 166. sicuti, cum quis in alium ex privilegio transfert pensiones, oportet, ut translatarius sit clericus de tempore translationis, alias nulla translatio, Corrad. *loc. cit.* Tond. *c.* 31. *n.* 2. & adest decisio coram Ludovis. 18. *n.* 5.

Quandoque tamen pensiones reservantur in abstracto 278
pro personis nominandis, prout sæpe contingit in pensionibus, quæ reservantur super fructibus mensarum Episcopalium ad Regiam præsentationem in hoc Regno nostro Neapolitano: & tunc non erit necesse, quod persona nominata habeat clericatum tempore reservationis, sed eo tempore, quo Gratia effectuatur, & perficitur, non obstante, quod Literæ expediantur sub data reservationis, & in illis Clericus nominetur, quod dixit Rota *in Abulensi pensionis* coram Lancellotto, de quo meminit Corrad. *cit. num.* 172. & quamvis Garz. *in add. ad primam partem c.* 5. *num.* 16. contrarium teneat, quia Litteræ reservationis 279
pensionis sunt ad favorem talis, uti clerici, & cum data Cedulæ Consistorialis in qua reservantur, & sic oporteat esse Clericum de tali tempore: attamen Corradus *loco cit. vers. ego*, dicit, quod a decisionibus Rotalibus in dicta materia emanatis nunquam discederet, & sequendas esse existimat, quia quando hujusmodi pensiones reservantur super dictis fructibus ad illius favorem, qui tunc temporis non esset insignitus clericali tonsura, sufficit, ut tempore nominationis clericus reperiatur, & hujus nominationis formulam affert Corradus, qui etiam dicit, quod quandoque hujusmodi reservationes etiam in vim Cedulæ Consistorialis expediuntur etiam ad favorem illius, qui nec tempore nominationis erat Clericus, & tunc cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, & e contra, postquam clericali charactere fuit insignitus: de efficacia hujus clausulæ late discurrit ibidem Corrad. & tandem firmat, quod pensio reservata laico cum dicta clausula non potest exigi a pensionario, nisi postquam effectus fuerit clericus, & ex tunc tantum illius reservatio sumit vigorem, & non antea, quoad illius executionem. Vide ipsum *a num.* 176. *usque* 192.

Debet exprimere impetrans si ei desit aliqua qualitas requisita ad Beneficium, quod impetrat, veluti si non ha- 280
bet ætatem requisitam, ut in *capit. si eo tempore de rescriptis in* 9. taciturnitas enim, & defectus ætatis causat subreptionem, Tuscus *litt. S. num.* 36. & tunc non sufficit exprimere ætatem, sed debet petere dispensationem explicite, nam expressio ætatis non importat dispensationem, Rota *in Monasterien. Canonicatus* 10. *Junii* 1648. coram 281
Ghislerio 205. *numer.* 17. *&* 18. *part.* 10. *recent.* Circa quod est sciendum, quod ætas in Beneficiis simplicibus debet esse quatuordecim annorum, ut in Trident. *sess.* 282
25. *capit.* 6. quod locum sibi vendicat etiam in illis, quæ sunt de jurepatronatus, Corrad. *libr.* 4. *prax. dispens. cap.* 2. *numer.* 9. *& in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. Vivian. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 8. & alii communiter, qui loquuntur de praxi; & notandum, quod ætatis defectus præcise est exprimendus, nempe annus, & mensis, nec 283
attenditur illa particula, *circa*, Corrad. *d. c.* 2. *numer.* 27. & tunc petenda est provisio a Sede Apostolica, nam non 284
datur dispensatio in genere, Corrad. *d. cap.* 2. *in principio*. Sicuti petenda est institutio a Papa, cum Beneficium est 285
de jure patronatus, Corrad. *lib.* 4. *prax. dispens. capit.* 2. *numer.* 10. poterit tamen minor præsentari sub hac conditione impetrandi dispensationem a Summo Pontifice, nec hoc erit præsentare scienter indignum, & inhabilem, nec ex eo patronus privabitur, quia præsentatio fit cum hac conditione impetrandi dispensationem: quatenus vero non obtinebitur infra tempus, de novo saltem cumulando

lando

286 lando poterit patronus præsentare, nec sit devolutio nisi
elapsum fuerit tempus ei concessum, Vivian. *de jurepatronatus part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 19. Corrad. *d. cap.* a *n.* 14.
15. & 16.

287 Hæc dispensatio difficilius datur in anno remotiori,
quam in propinquiore: pro nepotibus autem S. R. E.
Cardinalium datur in remotiori anno, veluti septimo,
vel octavo; pro cæteris vero nobilibus ad summum ad
annum, Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 6. *a num.* 9. *cum*
288 *seqq.* & cum beneficium est jurispatronatus solet dispensari cum consanguineo compatronorum si fuerit instituendus in nono, vel decimo anno, Vivian. *loco cit. c.* 6. *n.* 8.
Corrad. *in prax. disp. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 9.

289 Semper tamen tunc supponitur habilitas, & etiam exprimitur ad recitandum Divinum Officium, Corrad. *tam
d. lib.* 4. *prax dispens. cap.* 2. *n* 49. *quam in prax. Benef. lib.* 4.
c. 6. *sub n.* 12. *vers.* & *in proposito*; nam dispensatus simpliciter super ætate non censetur dispensatus in officio, late
Corrad. *loco cit.*

290 Et cum quis est provisus de Beneficio, quod habet annexum Ordinem Presbyteratus, additur clausula sive decretum, quod Orator, cum primum ad ætatem legitimam Ordinem quemcunque sacrum suscipiendi pervenerit, proximis inde temporibus Ordinem, quem ætas
postulaverit videlicet Subdiaconatum, Diaconatum, &
Presbyteratum suscipere omnino teneatur; alioquin eo
deficiente in quibuslibet temporibus prædictis, Beneficium ipsum vacare censeatur eo ipso. Et cum est Beneficium Canonicatus, vel Dignitas, quod requirat servitium personale, additur etiam (& interim eisdem Canonicatui, & præbendæ ne debitis fraudentur obsequiis per
291 substitutum, seu Sacerdotem idoneum ab Ordinario loci, seu Capitulo dictæ Ecclesiæ approbandum deservire
personaliter teneatur, Corrad. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 39. &
31. & Amayden *lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *num.* 37. & 38. Canonicos enim non Sacerdotes posse per alios eorum Officium implere, dixit quoque Rota *part.* 14. *recent. dec.* 169.
num. 9.

292 Hæc ætas annorum quatuordecim sufficit, ut sit cœpta, ut unanimiter asserunt Scribentes, ut videre est
Gonzalez *glos.* 5. *num.* 95. Garz. *part* 7 *cap.* 4. *n.* 11. Barbos. ad Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* & *de potest Episc.
alleg.* 70. *num* 37. Hier. Campan. *in divers. Juris Canonici rub.* 7. *cap.* 6 Pax Jordanus *tomo* 2. *lib.* 10. *tit* 20. Corrad. *in prax. disp lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. & *in prax. Benef.*
293 *lib.* 4. *c.* 6. *nu* 22. & alios; quæ ætas etiam sufficit ad obtinendum Canonicatum in Collegiata, ut communiter asserunt, etiam si illi adsit unita cura animarum accessorie,
Pax Jordanus *loco cit num.* 10. Barbos. *alleg.* 61. *num.* 71.
Corrad. *in praxi Benef. lib.* 2. *cap* 12. *num* 80. *cum seqq.*
Rota *in Nusiana Canonicatus* 11. *Martii* 1547. coram
Arguelles *part.* 10. *recent. decis.* 31. & 33. quæ dicit,
quod hoc non fuit immutatum per Sacrum Concilium,
quod procedit quando est penes Collegiatam, secus au-
294 tem si exercitium esset penes Canonicum; nam tunc debet habere ætatem legitimam, ut Corrad. *loco cit.* & Barbos. Rota *loco cit.*

295 Canonicus autem in Cathedralibus, si habet annexum
Ordinem Sacrum requiritur illa ætas, quam ea poscit Ordo Sacer, cum vero nullum Ordinem Sacrum, tunc sufficit ætas viginti duorum annorum, ut dicunt Doctores
citati, & alii, nempe, quod attingat annum vigesimum
secundum suæ ætatis, cum ad minus habeat annexum Ordinem Subdiaconatus, Rota *in d. Monasterien. Canonicatus* 205. *n.* 12. *part.* 10. *recent.* quod secus est in Canonicatibus Germaniæ ex stylo, & consuetudine Datariæ, ut
in *d. decis.* 205. *num.* 15. Illud tamen omnino observandum
est, quod requiritur ætas præscripta, non autem sufficit,
ut infra annum ad illam perveniatur; nam licet detur annus ad accipiendum Ordinem Beneficio annexum: attamen debet habere tunc ætatem requisitam, verbi gratia,
obtinet quis Canonicatum cui annexus est Ordo Diaconalis, qui requirit ætatem viginti trium annorum inchoatorum, licet jus Canonicum concedat annum ad recipiendum talem Ordinem Diaconalem, si non habet: attamen debet habere dictam ætatem tempore, quo providetur, nec sufficit, ut infra annum promoveatur ad Ordinem acquisitum, videlicet Subdiaconatum; nam unum
ab alio est separatum, ut expresse deciditur in Trident.
sess. 22. *cap.* 4. *de reform.* & secundum sententiam Paris. *loco cit. num.* 14. & tenere videtur expresse Rota *in d. decis.*
205. licet tamen contrarium sustineant multi Doctores, inter quos Squill. *de privileg. Cleric. cap.* 4. *num.* 65. Grat. *c.*
5. *quæst.* 2. *num.* 5. Filiuc. *tract.* 41. *cap.* 5. *num.* 28. Layman *lib.* 4. *tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. *vers. porro*, Barbos. *de
potestate Episc. alleg.* 70. *num.* 70. qui docent sufficere, ut 296
infra annum promoveri possit ad illum Ordinem: sed
verba Concilii videntur clara. Vide tamen Pacium Jordanum *d. loco cit.* qui rem cribrat. Post scripta vidi Petrum
Mariam Passerinum totius Ordinis Prædicatorum Procuratorem, & Vicarium Generalem amicissimum, qui
hanc quæstionem late tractat in suo *tract. de electione cap.*
25. *a num.* 419. item vidi duas decisiones Rotæ apud Emi- 297
nentissimum Celsum, primam *in Lauretana Canonicatus* 27.
Jun. 1662. *num.* 13. in qua decisione dicitur, quod ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali sufficiat, ut quis
de tempore provisionis compleverit annum vigesimum, &
attingat vigesimum primum, & quod infra annum promoveri possit ad Ordinem Subdiaconatus; & alteram in
Nicien. Canonicatus 12. *Jan.* 1662. *num.* 2. in qua idem firmatur: prima est apud ipsum 367. *secunda* 393. & hæc ultima fuit iterum confirmata coram Taja 24. *Martii* 1664.
& habetur *part.* 14. *recent. decis.* 169. sic etiam tenet Jordan. *loco cit.*

Pro Dignitatibus vero quibus cura animarum imminet, 298
requiritur ætas annorum viginti quatuor completorum,
ut in Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* sic pro Curatis,
seu Parochialibus Ecclesiis, *cap. cum in cunctis*, §. ... *de
elect.* & in dicto Tridentini loco *cap.* 12. de qua re vide
Barbos. *d. alleg.* 60. Campanilem, Garz. Pacium, Filiuc.
& alios, ac etiam Azorium *instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.*
5. *quæst.* 4.

Illud etiam observatione dignum est, quod dispensatio 299
super ætate ad finem obtinendi Ordinem Sacrum, nempe Presbyteratum, non prodest pro obtinenda Parochiali,
veluti cum quis est in vigesimo tertio anno non potest obtinere Parochialem sub prætextu, quod obtinuerit Breve
super defectu ætatis unius anni, & sic infra annum se faciat promoveri; nam requiritur certa ætas, nempe viginti quatuor annorum completorum, & dispensatio super uno non extenditur ad aliud, per ea, quæ dicta sunt
alibi.

Ad obtinendum autem præbendam Pœnitentialem re- 300
quiritur ætas annorum quadraginta, Trident. *sess.* 24.
cap. 8. *de refor.* quæ ætas secundum Corrad. *in prax. Benef.
lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 30. & 31. oportet esse completa, & ante ipsum Garz. *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 35. & ita etiam videtur tenere Barbos. *alleg.* 55. *n.* 9. contrarium tamen quod
sufficiat, ut sit inchoata ætas, hæc docet Azorius *part.* 2. 301
lib. 6. *cap.* 5. & alii. Et nota obiter tamen hic generaliter
loquendo, quod quotiescunque requiritur ætas cum dictione, *in*, sufficit tunc, quod ætas sit cœpta, Rota *in Eugubina Coadjutoria* coram Eminentiss. Cerro 3 *Junii* 1650.
part. 11. *recent. decis.* 48. Et licet Trident. requirat, ut talis sit Doctor, vel Licentiatus: attamen cum in Diœcesi
non erit talis, non tenetur requirere extra Diœcesim Episcopus, & potest tunc alium, qui non habebit hujusmodi qualitates præficere, Corrad. *loco cit.* Pax *loco cit. n.* 37.
Barbos. *d. alleg.* 55. *n.* 8. & ante istos moderniores, Garz.
par. 7. *cap.* 4. *num.* 34. & alii passim, quod non observari
colligitur ex Trident. si tamen extra Diœcesim elegerit,
tunc oportebit, ut omnes qualitates præscriptas a Sacro
Concilio Tridentino habeat.

Ætas autem computatur a die Baptismatis, non autem 303
Nativitatis, ut observat communis usus; nam attenditur liber Baptismi, & ita Sacra Rota observat, Corradus *in prax. Benef. d. cap.* 6. *num.* 23 licet a die Nativitatis
computandam esse dixerit idem Auctor *in prax. dispens.
lib.* 4. *cap.* 1. *n* 23.

Item, si habuerit aliquod aliud impedimentum, quia 304
scilicet contraxerat irregularitatem, & fuerit dispensatus
ad Ordines; nam quia, ut diximus, dispensatus ad Ordines, non censetur dispensatus ad Beneficium, ideo cum
obtinet Beneficium debet hoc exprimere, alias nulla, &
& invalida erit impetratio tanquam subreptitia, in quo omnes concordant, & eo magis nulla erit, quando Orator
erat irregularis, late Garz. *p.* 7. *c.* 11. *in princip.* ubi bene
dicit, quod nulla est ipso jure: sic cum quis est illegitimus
& vellet obtinere plura Beneficia, vel Beneficium curatum, vel qualificatum, oportet, ut petat dispensationem
Apostolicam; nam ad unum tantum Beneficium, & ad
primam Tonsuram potest dispensari per Episcopum, ut 305
in *cap.* 1. *de filiis presb. in* 6. & omnes observant, Garz.
part. 7. *cap.* 2. *a num.* 45. *cum seqq.* Amayden *cap.* 16. *nu-*

mer.

mero 9. Corrad. *in prax. disp. lib. 3. cap.* 1. & alii communiter.

306 Demum si impetrans habuerit aliquod aliud Beneficium hoc exprimere necesse est, alias impetratio nulla ex capite subreptionis, quod expresse jura nostra Canonica sanxerunt, *c. si motu proprio de preb. in 6.* cum cæteris concordantibus: hanc doctrinam late explicat Tuscus *concl.* 743. In omni Gratia facienda est hæc mentio, velut in Gratia, *si neutri*, in subrogatione gratiosa; illud tamen observandum est in hac materia; nam si Beneficium, quod quis obtinere cupit, non habeat aliam incompatibilitatem, quam illam, quæ resultat ex pluralitate Beneficiorum, de qua in Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* 17. tunc si Orator unum, vel duo possideat Beneficia, sufficit, ut in supplicatione exprimat, quod unum, vel duo Beneficia possideat, explicando tamen valorem eorum, ut supra diximus, nec est per necesse, ut petatur aliqua dispensatio super his, ut docet stylus, & praxis Datariæ Apostolicæ: Beneficium autem, quod nundum effectum est proprium non tenetur exprimere, juxta *c. Gratia de rescriptis in 6.* de qua re Pont. *lib.* 8. *cap.* 17. §. 3. vel cum titulus est temporalis,
307 puta Oeconomatus, vel Vicariatus, Tuscus *litt. S. concl.* 734 *n.* 20. *& n.* 40. sicut cum prima provisio primi Beneficii fuit nulla, Rota *part.* 10. *recent. decis.* 205. *num.* 19. sed contrarium videtur tenere Tuscus *loco cit. n.* 25. 26 ubi docet, quod requiritur expressio etiam si nullum jus habeat, & de facto possideat, ac etiam si prima Gratia sit subreptitia, & nulla; si autem aliam incompatibilitatem habeat, & primum vacat per adeptionem secundi, juxta ea, quæ supra annotavimus, tunc si utrunque consuevit
308 retinere simul per legitimam consuetudinem in illis Beneficiis, in quibus hæc dari potest, sufficit, ut exprimatur consuetum, ut supra diximus de Canonicatu, & Dignitate; nam absque eo, quod petatur dispensatio super retentione satis erit, ut exprimatur, quod consuetum hoc fuerit, prout habemus decisionem apud Eminentiss. Or-
309 thob. 58. sin autem non fuit solitum, & consuetum, vel super dicta retentione non possit dari consuetudo retinendi simul, ut in duabus Dignitatibus, vel duobus Canonicatibus, vel duarum Dignitatum, de quibus vide Garz. *par.* 11. *c.* 5. tunc oportet, ut petatur dispensatio, si Orator prætendit utrinque retinere; nam omnis incompatibilitas tollitur per dispensationem, ut in *c. dudum*, 2. §. *nos igitur de elect.* quod haud sine vilipendio Pontificiæ potestatis negari nequit; qui autem retinere vult vigore dispensationis, oportet, ut illam exhibeat, Rota apud Amatum Dunozett. 764. & 811. in foro externo non prodest sola supplicatio signata, sed requiritur, ut Litteræ expediantur, quod clare deciditur in Constitutione Julii III. Rota *par.* 12. *recent decis.* 121. *n.* 29 30 & 31. non oportet tamen petere dispensationem, cum incompatibilitas consurgit ex cura habituali, juxta decisionem Eminentissimi Orthob. 58 *num.* 12.

310 In his tamen dispensationibus super retentione incompatibilium quandoque faciles, quandoque difficiles redduntur Dataria Apostolica.

311 Solet autem Dataria Apostolica sæpe dispensare, ut quis Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata simul cum Parochiali Ecclesia retineat, & tunc cum clausula, *dummodo servitia non ita concurrant quominus utrique deservire commode possit*, & correspondet hæc clausula assertioni, seu narrativæ quam facit pars, quod Parochia parum distat a Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, & commode utrique inservire poterit: & apponitur etiam clausula, quod dictus Orator in dicta Parochiali, quandiu illam obtinuerit, personaliter residere, nec quicquam ex debito illius, & necessario servitio, & Officio prætermittere debeat, & pro illis diebus, & horis, quibus Ecclesiæ Cathedrali, & Collegiatæ nomine dicti Canonicatus, & præbendæ non inservierit, distributiones quotidianas amittat, Rota apud dictum Eminentissimum Orthob. *d. decis.* 58 *num.* 21. & dispensatus ad ista duo incompatibilia censetur dispensatus a residentia unius in diebus sole-
312 mnibus, *num.* 23. Vidi ego in mea Patria sæpe practicari hanc dispensationem cum nonnullis, qui fuerunt & Parochi, & Canonici in Cathedrali Ecclesia, quia Parochiæ parum distant a Cathedrali, & quia in Cathedrali non est servitium quotidianum recitationis horarum Canonicarum, sed certo anni tempore, & hoc a paucis ab hinc annis, nempe a tempore Præsulatus Illustrissimi, & Reverendissimi D. Hieronymi Lanfranchi viri nunquam satis laudati; hic enim introduxit recitationem Horarum Canonicatum in Quadragesima, & certis aliis diebus; dispensat etiam ad duos Canonicatus, unum in Cathedrali, alium in Collegiata ratione tenuitatis fructuum, de quibus & aliis vide Amayden *lib.* 1. §. 3. *a num.* 23. *cum sequentibus*.

In resignationibus Beneficiorum illud omnino servandum est, quod sæpe diximus, nempe si ad illius titulum resignans Ordines Sacros recipit exprimi necesse est, sic si resignatarius est nepos, vel frater exprimi etiam debet, ut docet stylus Datariæ, & hæc ultra expressa, quæ hactenus cumolavimus omnino exprimenda, ne Gratia sit subreptitia. 313

Dum vero quis timet titulum, seu provisionem posse infitiari, & de subreptione, vel obreptione redargui in his, quæ substantiam Gratiæ concernunt, debet esse sollicitus, ne ab alio eludatur per aliam impetrationem; nam si subreptio objiciatur ex taciturnitate, perpendendæ erunt clausulæ principales insertæ in secunda parte supplicationis, utrum earum vigore possit fieri expressio ejus, quod prætenditur prætermissum, ex qua prætermissione subreptio oriri potest; nam si clausulæ sunt tales, ex quibus talis expressio fieri potest, utique subreptio cessat; nam non potest dici Gratia subreptitia cum continet clausulas, quarum vigore id exprimitur, quod non omissum vitiaret, juxta decisionem Rotæ penes Ludovis. 150, *n.* 7. quod solum ex clausula generali exprimendi fieri posse, ait Lotter. 314
lib. 2. *quæst.* 54. *num.* 45. quia clausulæ derogatoriæ non 315
tollunt defectum intentionis, sed duntaxat obstaculum, quod expressius fieri potest; quapropter, ut tolli possit hic defectus, recurrendum est ad supplicationem, nec statur Literis, Ludovis. *decis.* 108. *n.* 11. ibique latissime Beltram. *n.* 16 Lotter. *loco cit.*

Sed si subreptio, vel obreptio clara, & evidens, & 316
Litteræ fuerunt nullæ, opus est nova impetratione, & collatione secundum Lotter. *lib* 2. *quæst* 54. *num.* 53. & Amayden *lib.* 1. *cap.* 8 *de reformatione in principio:* cum vero subreptio, vel obreptio, de qua animadvertit impetrans, non est de illa specie, quæ defectum intentionis implicet necessario, sed tantum possibiliter, tunc poterit sibi consulere per rescriptum reformatorium, seu per reformationem, Lotter. *d. l. lib.* 2. *quæst.* 54 *n.* 97. quod quidem locum habet, cum Litteræ non sunt adhuc expeditæ, sed solum supplicatio est registrata, Lotter. *loco cit.* & Amayden. *dict. cap* 8. quibus adde Corrad. *in praxi disp. lib* 8. *cap.* 5. *num* 56. & 57. nec vigore hujus rescripti possunt aliquo modo corrigi Litteræ jam expeditæ, ut
Corrad. *nu.* 58. dicitur enim reformatio, seu reformato- 317
rium rescriptum, per quod reformatur supplicatio cum præinsertione alterius supplicationis signatæ cui subnectitur id in quo præinserta reformari petitur, & fit hæc præinsertio, ut Papa intelligat defectum prioris, Lotter. *loco cit. n.* 48 Amayden *cap* 8. qui exemplum, & formam ponit: duo tamen supponit rescriptum reformatorium, nempe Litteras non fuisse expeditas, Lotter. *n.* 47. & Amayden *in principio capitis* 8 & Gratiam fuisse validam, etiam Amayden *n.* 7. reformatio enim non habet locum ubi
Gratia nulla est in substantia, quod ex ipso vocabulo pa- 318
tet evidenter, & huic novæ supplicationi cum præinserta apponitur nova data, & non utitur illa data præinsertæ supplicationis, sed nova, quia non extendit Gratiam, & sic non est opus retrahere ad initium rescripti reformati, ut dicit Lotter. aliquando tamen extenditur, & fit supplicatio nova, in qua in corpore ponitur qualitas omissa cum eadem data primæ supplicationis in calce ponitur, cui prius, ad demonstrandum novam signaturam pro eo *cui prius* est provisum: ac propterea recipit datam præcedentis supplicationis signatæ, a qua dependet, quod declarat Lotter. *eam loco cit quam eodem lib.* 2. *quæst.* 13. *n* 19. quem sequitur etiam Rota *par.* 11. *recent. decis.* 124. *n.* 29. quam signaturam diversam esse a reformatione dicit Amayden *cap* 9. *lib.* 1. & etiam Lotter. *dict. quæst.* 54. qui diversimode videntur loqui: quando vero danda sit reformatio, an vero Gratia cui prius, dependet ex arbitrio Officialium Datariæ, & Cancellariæ, nec est propria nostra materia: ipsos vide.

Opitulari etiam sibi potest impetrans, cum dubitat de 319
sua Gratia, & impetratione, alio rescripto, quod revalidatorium noncupatur, diversum sane a reformatorio, cum hoc nempe reformatorium supplicationem signatam, datam, ac registratam tantum supponit, ut diximus; Revalidatorium vero etiam Litteras desuper expeditas supponit, sed ex aliquo defectu nullas, ut supponit Lotter. *loco cit.*

cit. Corrad. expresse in *lib.* 8. *disp. c.* 5. *n.* 56. *&* 57. Amay-
den *c.* 14. *n.* 14. quod quidem dixisse etiam videtur Petrus
Rebuffus *in prax. Benef. part.* 2. *de rescriptis, perinde n.* 57.
320 *fol.* 210. dum dixit, quod hæc Gratia, *perinde valere*, non
datur super signatura, sed super Litteris expeditis in Litte-
ris de *perinde valere* narrandis, quia sola supplicatio et-
iam signata dicitur res informis, & imperfecta ante Lit-
terarum confectionem; sed idem Doctor *num.* 26. contra-
rium tenuisse expresse videtur: magnam etiam connexio-
nem dicit Corrad. habet reformatorium cum revalidato-
rio rescripto, quia ambo hæc rescripta tendunt ad Gratiam
factam sustentandam, reformatorium, ut omissum sup-
pleat, vel male expressum corrigat in supplicatione; re-
validatorium vero, seu *perinde*, cum jam Litteræ expe-
ditæ sunt, & sicut in reformatorio, seu reformatione to-
tius supplicationis tenor præinseritur, in cujus calce sola
reformatio subditur, ita in rescripto, seu Gratia *perinde*
narratur tenor Gratiæ prius concessæ, optime Corrad.
loco citato num. 57. qui concludit, quod sicuti nunquam
reformatio datur in Litteris jam expeditis, sed super sup-
plicatione signata, ita etiam revalidatorium, seu *perin-
de*, non datur super supplicatione signata, sed tantum
super Litteris in totum expeditis, ac etiam *nu.* 58. addit,
quod nunquam vigore rescriptis reformatorii, seu Gratiæ
reformationis corriguntur Bullæ jam expeditæ; nam Of-
ficiales in reformationibus semper addere solebant clausu-
lam restrictivam, quod si Litteræ in totum expeditæ fue-
rint vigore præsentis Gratiæ, idest reformationi, non
corrigantur: hodie tamen ista clausula omittitur.
321 Invaliditas autem, seu dubium invaliditatis prioris Gra-
tiæ ex duplici potissimum capite evenire potest, vel ex ali-
quo defectu extrinseco, quia Gratia fuerit revocata & eli-
sa virtute alicujus Constitutione, vel aliunde ex parte, &
voluntate Principis, & tunc Papa rescribit etiam valere
non obstante tali revocatoria, ac si emanata non fuisset,
& vulgo dicitur, *Etiam valere*, optime Rebuff. *in praxi
Benef. part.* 3. *de rescripto etiam valere fol. mihi* 205. vel
sunt nullæ expeditæ ex parte impetrantis ob aliquam subre-
ptionem, vel obreptionem, non tamen manifestam, &
a jure communi determinatam, quo casu opus erit nova
Gratia, secundum Lotter. sed ex aliqua circumstantia, &
tunc decernit, & rescribit *perinde valere*, Rebuff. *loco cit.*
Amayden *lib.* 1. *cap.* 14. sed latius Lotter, *d. quæst.* 54. hæc
enim dicto est significativa improprietatis, & fictionis,
l. sed & si ff. de judiciis, quod & facere potest Papa, &
322 statuere, ut actus perinde valeat, ac si jure factus esset:
per hanc enim Gratiam Papa facit, ut ipsa prior Gra-
tia valeat, ac si valida fuisset tempore impetrationis, Cor-
rad. *lib* 8 *prax. dispens. c.* 8. *n.* 40. qui loquitur in materia *dis-
pens. Matrim.*
323 Hujus Gratiæ revalidatoriæ tota vis, & fundamentum
consistit in invaliditate primarum Litterarum, quæ pe-
tuntur confirmari ob aliquem defectum commissum, ob
probabilem ignorantiam admissam, qui defectus talis non
sit, qui traheret, vel retraheret Principem, seu Papam
a concessione: nec extendit, sed simpliciter confirmat
Gratiam, quod ex ipso rescripti nomine patet *perinde va-
lere* latius, & melius, Lotter. *dict. lib.* 2. *q.* 54. *n.* 54. *cum seqq.*
qua propter retrotrahitur hæc Gratia ad tempus primæ
impetrationis suscitando spiritum primi rescripti, seu pri-
marum Litterarum, ut dicunt omnes Doctores, qui de
hac re loquuntur: vivificat enim spiritum, & animam
primæ Gratiæ, Rota apud Buratt. *decis.* 708. *n.* 7. Lotter. *lo-
co cit. n.* 59 60. *&* 61. Amayden *loco cit. d. c.* 14. & sapit no-
324 vam Gratiam, quod idem sentire videtur Rota *par.* 3. *re-
cent. dec.* 266. *n.* 3. ubi dicit, non esse Gratiam totaliter no-
vam, sed quoddam adjumentum primæ, & sequitur Ton-
dut. *par.* 1. *c.* 154. *n.* 10. sic licet sit primæ revalidatoria, est
tamen nova Gratia, cum non sit primæ accessoria, sed
principalis potest dici secunda, quia sine prima ea nullum
habet vigorem, & substantiam; est secunda in ordine,
sed prima ratione virtutis, & efficaciæ, secundum Ro-
tam apud Crescentium *decis.* 15. *sub tit. de rescriptis*, Lot-
ter. *loco cit.* Amayden *loco cit. d. cap.* 14. *in princ.* & fuit
doctrina Geminiani *in cons.* 128. & sic non est prima sim-
pliciter.
325 Melius explicavit Sarnen. *in regul. de non judicando,
quæst.* 7. *sub vers. tamen istis non obstantibus*, ubi dixit,
quod istæ Gratiæ revalidatoriæ, seu *perinde valere*, viden-
tur productæ ad similitudinem quarundam consignatio-
num sine pessulatum, quæ in ædificiis infirmis, jam rui-
nam minantibus, apponuntur sustentationis gratia ex Sarn.
Corrad. *loco cit. d. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 39. & Rota *par.* 1. *recent.
decis.* 379. *&* 123. *n.* 4. & apud Merlin. *dec.* 516. *num.* 3. di-
cit, quod hæc Gratia invalidatoria, seu *perinde valere*, est
quoddam additamentum, & Gratia addita Gratiæ; ut di-
cimus retrahitur usque ab initio, & operatur ex tunc non
ex nunc, & habet oculos retro, quod etiam dixit Rota a- 326
pud Merlin. *dec.* 788. *n.* 5. nec contrarium videtur tenuisse
Rebuff. *loco cit. a n.* 32. ibi, quia valet ut nunc, non ut
tunc, quia Rebuff. loquitur, cum in medio est obstacu-
lum; nam tunc dicit, quod valet ex nunc, ne operetur in
præjudicium ejus, qui in medio tempore impetravit: &
in his terminis loquitur Rebuff. ne tertio impetranti fiat
præjudicium; secus vero cum nullus alius impetravit; nam 327
tunc valet ex tunc. Sanat autem hæc Gratia defectus dun-
taxat narratos non autem expressos; nam non extendit,
sed confirmat Gratiam, & intentio Papæ non extenditur
ad sanandum ultra id quod sibi narratur; nec est creden-
dum, Papam voluisse sanare defectus quos ignorabat, Ro-
ta apud Ludovis. *decis.* 260. *num.* 16. & in puncto Rebuff.
loco cit. num. 37. *cum multis seqq.* Seraph. *decis.* 1110. Du-
ran. *decis.* 238. *n.* 19. *&* 22. *loco cit. num.* 55. Amayden *loco
cit. cap.* 14. *num.* 8. Corradus *in praxi disp. lib.* 8. *c.* 5. *num.*
42. omnes namque defectus quoquomodo in prioribus
Litteris commissi fuerint exprimendi sunt in hac Gratia
perinde, seu rescripto revalidatorio; nam non supplet ul-
tra id, quod est in Supplicatione expressum, nisi denuo
exprimatur, & Papa sciat defectum commissum, veluti
cum minor ætate impetraret Beneficium curatum, nec ex-
presserit defectum ætatis, & sic de similibus, ut optime
Rebuff. *loco cit.* & Corrad. *d. c.* 5. *num.* 43. sicut cum quis
est intrusus in Beneficio, & obtinet novam collationem,
intrusionis, narrativam omnino facere debet, ut omnes
admittunt: in dubio autem est judicandum contra revali-
dationem, juxta doctrinam Duran. *loco cit. num.* 21. qui
allegat Cavalcan. *decis.* 29. *num.* 16. qualitates autem Be-
neficii exprimi debent in hac gratia secundum Tuschum
lit. S. conf. 722. *numer.* 11. secus autem in Gratia re-
formatoria.
Convalidat autem omnia, ac si in primis Litteris fuis- 328
sent expressa, & sanat omnes nullitates, Rota apud Gui-
lielmum Dunozett, *decis.* 349. *num.* 11. & hæc Gratia di-
citur debita vigore clausularum primæ Gratiæ, ut Amay-
den *loco cit. num.* 20. & conceditur in omnibus Gratiis, in
quibus potest error irrepere, ita ut certa regula assignari
nequeat, ut notat Amayden *n.* 15. solum tamen in Gra-
tiis factis a Papa, quæ prætenduntur nullæ: quando ta-
men Gratia Papæ non potest revalidari per hanc Gratiam
perinde valere, erit petenda Gratia ex integro, non au-
tem nova provisio; qui terminus tantum consideratur ra- 329
tione provisionis invalidæ factæ ab inferiori collatore, non
tamen respectu provisionis Apostolicæ, juxta terminos
modernos Curialium, Amayden *cap.* 7. *lib.* 1. *a num.* 68.
& proprie *num.* 70. & secundum Amayden interest inter
novam provisionem, & collationem novam, quod et-
tiam tenet Tond. *tom.* 1. *cap.* 4. §. 4. *n.* 2. & fuit doctrina
doctissimi, & practicissimi Curialis Petri Rebuffi *loco
cit. num.* 3. per hæc verba: Et sic rescriptum *perinde vale-
re*, est quando Papa Gratiam suam aliqua ex parte invali-
dam confirmat: sed nova provisio datur quando collatio
fuit facta ab alio, quam a Papa, ut asserit Philip. Prob. *in
cap. fin. de consuet. lib.* 6. & tunc est verum. Ita ille: quam
differentiam non videtur facere Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 54. *nu-
mer.* 53. dum dicit, quod cum Gratia est nulla opus est no-
va provisione.
Illud vero omnino discutiendum melius est, an scilicet 330
hæc Gratia revalidatoria, seu *perinde valere*, locum ha-
beat, cum impetratio prius habita certo sit invalida, an
vero cum dubitatur duntaxat? Equidem licet Amayden
d. cap. 7. *num.* 70. dixerit, quod dari possit casus in quo
provisio, seu Gratia Papæ ex defectu intentionis sit nulla,
adeo ut per Gratiam *perinde valere*, sanari non possit, &
quod tunc datur collatio ex integro, & sic videtur dicere,
quod non datur Gratia *perinde valere*, quando manifeste
constat de nullitate Gratiæ, attamen postea in *d. cap.* 14.
num. 23. docet, quod Gratia *perinde valere*, non requi-
rat dubietatem validitatis, sed debetur etiam si invaliditas
sit certa, modo petitio contineat æquitatem talem, quæ
in prima fuisset admissa, Petrus Rebuff. *loco cit. num.* 6. *fol.*
205. ita loquitur: Quæro quando impetrandum hoc re-
scriptum? Respondetur quando quis dubitat, primam Pa-
pæ provisionem ex aliqua causa impugnari posse, ut pe- 331
rinde valeat, ac si valida fuisset tempore impetrationis,
facit

facit *l. 2. ff. de donationibus*, Seraph. *de hoc verbo in l. partus, ff. de verb. signific. & num.* 9. ait, quod ista impetratio facit primam collationem valere, ac si prima valida fuisset; nam non tantum debet operari fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero, & quod si prima valida fuisset non esset opus hoc rescripto, sed per hanc clausulam postea validus fuit actus, ac si a principio integer fuisset, & quam ne Orator dixerit non quod datur quando dubitatur de validitate. Attamen postea in explicatione idem Doctor contrarium videtur sentire; nam ponit exempla omnia in quibus collatio certe est nulla, videlicet cum quis impetraverit Beneficium tacita qualitate, quod erat curatum, tunc est certum, quod collatio est nulla, ut in *c. cum in illis de præb. in 6.* etiam ponit exemplum de eo, qui impetravit Beneficium tacito ætatis defectu, quod est nulla provisio, ut in *c. si tempore de rescriptis in 6.*

332 Lotter. Corrad. Tondut. & alii docent, quod Gratia *perinde valere*, supponat validitatem primæ Gratiæ, & Litteras esse validas, sed tamen dubitari de illarum validitate ob aliquem defectum omissum, seu tacitam qualitatem, ita ut si prima Gratia sit omnino nulla, *perinde valere*, quæ est Gratia accessoria ad primam, etiam corruat, ut supponit expresse Lotter. *in dict. quæst. 54. in multis numeris*, præsertim *n. 53. in vers. quo circa*, ibi: Si enim Litteræ supponantur nullæ, ex obreptione, aut subreptione, quæ potuit movere, vel removere Papam, non ex veritate determinata a jure communi, quo casu necessaria est nova provisio, sed ex verisimili aliqua circumstantia, & *n. 56.* ibi: Quod Gratia, quæ prætenditur confirmari, patiatur defectum ob probabilem ignorantiam, & *n. 57.* ibi: Nam cum obreptio, aut subreptio non concernat exprimenda ea juris dispositione, jam hinc Papa pro sua humanitate inclinat in præsumptionem, quæ est pro ignorantia probabili, & exclusiva doli, Corrad. *dict. lib. 8. c. 5. n. 40. & 41.* Tond. *d. cap. 4. §. 4. n. 4.* ibi: Intellige hoc verum, quando principalis Gratia nondum est collapsa; nam si ipsa nullitatis, aut subreptionis vitium habeat, aut causæ defectum patitur, sane sicut prima, & principalis Gratia nulla est, ita & corruet ista accessoria, quia sublato principali rescripto, tolluntur omnes clausulæ, & concessiones accessoriæ: Tu vero considera.

333 Quod autem docet Lotter. *loco cit. a n. 62.* in materia Beneficiali, nempe quod si lite pendente inter provisum, & impetrantem provisus obtineat Gratiam, *perinde valere*, per quam Litteræ suæ revalidentur elisa remaneat impetratio; quod licet durum videatur, quia Papa non censetur derogare juri tertii quæsitum, de quo non sit facta mentio saltem in genere, ipse tamen Lotter. probat, & declarat satis acute per plures numeros sequentes, & *num. 69.* docet, quod non officit litis pendentia, aut prætensum jus quæsitum, & allegat Calderinum, Cravetam, & Paulum de Castro, & quod obtenta Gratia revalidatoria fit retrotractio ad initium provisionis, ut inde evanescat impetratio, citat Rotam *par. 4. recent. decis. 288. vers. quarto*. Hoc tamen non admittunt neque Tondut. neque

334 Amayden; siquidem Amayden *d. c. 14. num. 9.* quærit, utrum Gratia, *perinde valere*, sumat vires a tempore datæ primæ Gratiæ, & dicit respondendum sub distinctione, aut medio tempore nulli fuit jus quæsitum, & tunc placet, quod Gratia, *perinde valere*, retrotrahitur ad tempus primæ Gratiæ, prout est natura Gratiæ revalidatoriæ, alias non possat dici Gratia revalidata, sed concessa nova Gratia; si vero medio tempore fuit alicui jus quæsitum, tunc dicit, quod non subsistit nec prima, nec secunda Data, quia Gratia semper intelligitur, ut nemini præjudicet, Seraph. *decis. 334. n. 5.* & ideo dicit Amayden, quod additur clausula *a Data præsentium*, ad quod allegat Coch. *reg. 63. n. 9.* & hanc clausulam apponi solitam, cum Gratia est impetrabilis a tertio, secus si non esset impetrabilis. Hæc omnia docet Amayden, Tondut. vero *loco cit. d. c. 4. n. 7.* dicit, quod Gratia, *perinde valere*, non nocet tertio impetranti, quia fictio retrotractiva nunquam operatur in præjudicium tertii, cui medio tempore jus fuit quæsitum, ibique refutat expresse Lotterium, & hanc dicit veram sententiam, & indubitatam, quæ sententia magis placet, quam illa Lotterii, quia cum prima Gratia fuerit nulla, ex ea nullum fuit jus quæsitum impetranti: sed jus perfectum fuit quæsitum impetranti medio tempore; unde cum postea Papa concedat Gratiam revalidatoriam, per quam tollitur jus quæsitum tertio impetranti, opus est, ut Papa expresse deroget illi juri quæsito, alias nulla, & subreptitia, Rota *decis. 263. part. 10. recent. nu. 6. & 7.* & quod semper in hujusmodi rescriptis intelligatur clausula illa, sine præjudicio tertii, Rota apud Bich. *decis. 614. n. 7. & 8.*

Et quod hæc Gratia, *perinde valere*, seu ut alii dicunt revalidatoria, non operetur in alterius præjudicium, seu juris alteri quæsiti, nisi Papa specialiter deroget, Merlin. *decis. 516. num. 4.* licet tollat omne vitium subreptionis, & retrotrahatur usque ab initio, & operatur ex tunc, & non ex nunc, ut dictum est; idem Merlin. *decis. 598. num. 4.* in hoc casu non operatur ex tunc, sed ex nunc, optime ante istus Rehuff. *loco cit. num. 4.* & latius *num. 29. 30. 31. & 32.* 335 Post scripta vidi decisionem Rotæ *in Gerunden. Prioratus 19. Novemb. 1647.* coram Bichio, apud ipsum 235. in qua *num. 11.* ita scribitur: Neque suffragatur Gratia, *perinde valere*, obtenta hac lite pendente, quia, & si retrahi fulcat ad diem Gratiæ principalis, ac si tunc quod debuerat expressum fuisset, Cald. *cons. 12. de rescript.* Menoch. *cons. 316 n. 9.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 54. n. 58. & seq.* id procedit, dummodo facta fuerit mentio litis pendentiæ, cum alioquin Papa non censeatur velle præjudicare juri ex ea quæsito collitiganti, Garz. *de Benef. part. 5. cap 3 num. 34.*

De lite etiam in Gratia, *perinde valere*, omnino mentio 336 facienda est, alias est nulla, Spada *cons 86. tom. 2.* Ludovis. *decis. 13. num. 14* nec sufficit tunc illa clausula, *super eo inter quos lis, &c.* adsit in Litteris principalibus, quæ per Gratiam, *perinde valere*, revalidantur, quia per eam clausulam dicitur solum facta mentio litis, quæ alias est super Beneficio, non vero litis, quæ est occasione Litterarum principalium, super quibus impetratur, *perinde valere*, ut dicitur in nuper allegata *decis. 325. n. 13.* penes Bichium; Sed vide etiam aliam decisionem penes eundem Bich. 286. *n. 21.* quæ intelligenda venit juxta dictam decisionem 325. *n. 13*

Nec hæc Gratia suffragari poterit Resignatario, qui non publicavit, juxta Bullam Gregor. XIII. *de duplicandis*, idem Spada *loco cit.* sed de hac re fusius vide in decis. apud Bich. 286.

Atque etiam notandum est, quod si rescriptum reva- 337 lidatorium, seu Gratia, *perinde*, est nullum, seu nulla, tunc impetrari poterit aliud rescriptum, seu alia Gratia: nam datur, *perinde valere* super alio, *perinde*, ut docent Practici in materia benef. Amayden. *loco cit. n. 21. & 22. c. 12.* Tond. *loco cit. n. 6.* & hæc quæ diximus de rescripto reformatorio, seu revalidatorio, aptari possunt ad quamcunque materiam, & practicantur etiam in dispensationibus matrimonialibus; nam quotidie videmus impetrari Gratiam, seu rescriptum, *perinde valere*.

Cum vero defectus intentionis, & subreptio est jam de- 338 ductus, seu deducta in judicium, & lis est inter provisum, & impetrantem succurri potest alio remedio per Gratiam, *si neutri*, quæ conceditur tam tertio, quam alteri collitiganti, cum tamen neutri jus est quæsitum, & maxime juvat illa provisio, contra quem impetrans defectum subreptionis, vel obreptionis opponit; nam isto medio tempore poterit impetrare hoc rescriptum, & eo plurimum juvatur: quæ Gratia tria requirit, nempe vacationem da tempore datæ, litis pendentiam, & quod neutri litigantium jus competat, quæ late explicat Lotter. *lib. 2. quæst. 54. a num. 76. cum seqq.* & latissime Amayden *lib. 1. c. 23. per tot.* Tondut. *par. 2. c. 4. §. 3.* & alii: Sic habes, quod lis requiritur non solum ad impetrandum subrogationem in jus defuncti, sive a collitigatore, sive a tertio, sed etiam ad impetrandam Gratiam *si neutri*, vel ab altero collitigante, vel etiam a tertio, & nos latius suo loco.

Hæc sunt quæ occurri possunt circa materiam Benefi- 339 cialem, quæ ego excogitare potui: parcat tamen Lector, si aliquid prætermisi; nam memoria hominis labilis est, *l. peregre ff. de acquirenda possessione*.

In materia vero dispensationem matrimonialium multa etiam narranda sunt, alias Gratia esset subreptitia, quod 340 benignus Lector deducere poterit ex clausulis, quæ in dictis Litteris apponi solent, de quibus supra egimus. In primis enim exprimi debet nomen Oratorum, quibus Gratia fit, ita ut error in nomine vitiet Gratiam, ut supra diximus: item Diœcesis in qua ortum habent Oratores, ut committatur Ordinario proprio originis, Corrad. *lib. 7. cap. 5. num. 24. & lib. 2. cap. 2. num. 18.* domicilii autem nunquam committitur, nisi cum ex aliquo tempore ibi incolatum duxerit, & tunc speciali clausula, seu decreto, ut loquitur Corrad. *lib. 7. cap. 5. num. 30.* Exprimitur

mitur etiam causa ob quam petitur dispensatio, sive sit angustia, sive sit ob infamiam, sive ob copulam scienter, vel ignoranter, vel si copula intervenerit post separationem; nam ut diximus copula inter consanguineos habita omnino est exprimenda usque ad consummationem matrimonii, seu decreti interpositionem, Rota *dec.* 124. *n.* 40. *par.* 11. *recent.*

341 Item exprimitur in quo casu sunt consanguinei, vel affines. Item si impedimentum sit publicæ honestatis, vel aliud, & demum, quod fuerit rapta, & si adulterium inter futuros conjuges fuerit, oportet exprimere, si aliter fuerit machinatus, de quibus omnibus jam diximus aliunde in d. loco, in quo egimus de clausulis.

Illud tamen hic non est omittendum, quod licet causæ plures sint ad obtinendum dispensationes; attamen non omnes admittuntur, & sufficiunt pro obtinendis dispensationibus in quocunque gradu; nam in remotioribus admittuntur causæ minus relevantes, ut sunt angustia loci, &c. pro proximioribus vero gradibus causa debet esse magis urgens, nempe scandali vitandi, mortis, inimicitiæ, optime Corrad. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 17. ac cum petitur dispensatio in secundo gradu consanguinitatis, sive affinitatis expressio fit, quod sunt in linea æquali, idem Corrad. *loco cit. num.* 22. & cum petitur dispensatio in patre, aut in primo, & secundo ex actu fornicario exprimi debet, unde veniat impedimentum, & si vivat prima conjux adhuc exprimendum est; nam raro datur dispensatio, & tunc ponitur clausula, quod occasio auferatur, ut optime Corrad. *loco cit. num.* 23. & 24. qui docet, quod apponitur decretum, ne sub pœna carceris, & aliis, &c. simul habitent. Qualitas Oratoris nunquam solet exprimi, nisi cum petitur dispensatio pœnæ causa. Vide eundem Corrad. quia non est nostra materia explicare causas.

Narrativa quæ fieri debeat in obtinendis beneplacitis Apostolicis super alienationibus rerum Ecclesiasticarum, colligi potest clare ex dictis in capite de Clausulis, quæ apponuntur in dictis Litteris.

342 Quæ vero fieri debent in dispensationibus ab irregularitatibus etiam concipi poterit ex dictis, siquidem cum petitur absolutio, sive dispensatio ab irregularitate contracta ob homicidium debet exprimi qualitas homicidii, & quomodo factum se habuit, etiam cum homicidium fuerit casuale, etiam cum ob defensam, cum hodie de stylo semper requiratur dispensatio Apostolica etiam in illis irregularitatibus, quæ proveniunt ex homicidio mere casuali, etiam cum dabatur operam rei licitæ, vel ob defensam; nam obtinentur Litteræ saltem declaratoriæ directæ Ordinario, ut dicit Corrad. *lib.* 5. *c.* 1.

343 In his dispensationibus, seu absolutionibus notandum est, quod quando homicidium est voluntarium difficillime dispensatur per Sedem Apostolicam, & facilius cum promoto, cum promovendo vero quasi nunquam, ut observant Practici; & ego sic vidi observatum in Curia, & cum promoto post multos annos post patratum delictum; & stylus est, ut supplex libellus porrigatur Sanctissimo, qui ad Sacram Congregationem S. C. T. interpretationi præpositam, illum remittit, in qua negotium discutitur, an sit concedenda, vel deneganda Gratia, & cum illis Eminentissimis Dominis videbitur, quod Gratia potest concedi, remittitur Supplicatio Domino Datario, cum decreto: *Videtur signanda, si Sanctissimo placuerit*, ut observavit Corrad. *loco citato num.* 13.

344 In narrativa explicari debet qualitas homicidii quomodo patratum fuerit, & in quam personam patratum; nam si veneno factum, exprimenda est hæc qualitas, quia plus est veneno necare, quam gladio; nam hoc est crimen qualificatum, & Papa difficilius dispensat ob atrocitatem criminis; verum si negotium sit occultum, recurritur ad Pœnitentiariam secretam, sicut in abortu, quando dispensat cum promoto ob scandalum vitandum, Corrad. *dict. cap.* 5. *num.* 20. & sic de singulis: & si quis plura homicidia commisit debet explicare cum suis qualitatibus; nam difficilior redditur causa ad dispensandum cum eo, qui plura commisit homicidia, quam cum eo, qui unum commisit. Item explicare debet quandoque qualitas personæ interfectæ, si fuerit persona Sacra, puta Religiosus, vel Presbyter; de quibus omnibus Corrad. *loco cit.*

345 Ad facilitandum etiam Papam solet exprimi, quod Orator habuit pacem cum hæredibus defuncti, ac fiscum concordavit, quæ expressio de jure non est necessaria, sed ad facilitandum duntaxat, & quandoque cum fuerit habita pax solet apponi illa clausula, seu decretum: *Et præstita cautione per dictum Oratorem de satisfaciendo hæredibus, & proximioribus defuncti, si qui sint arbitrio Ordinarii*: vel quandoque solet dici: *Ita tamen, quod exul a dicto loco tandiu remaneat, donec pacem a consanguineis defuncti obtinuerit*. Et nota, quod non potest dari certa regula, quia tota res dependet a qualitatibus, cum quibus homicidium fuit commissum; nam juxta facti contingentiam diversa apponuntur decreta.

Similiter cum petitur dispensatio ab irregularitate contracta ob defectum natalium, quia Orator est illegitimus, 346
exprimi necesse est, ut etiam alias diximus, qualitas illegitimitatis; nam non sufficit narrare Oratorem pati defectum natalium, sed oportet explicare quomodo provenerit; nam cum spurio, & adulteris non solet dispensari, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *dispens. n.*.... Corrad. *lib.* 3. *c.* 1. Merlin. *contr.* 86. *n.* 12.

Dubium est grave inter nostros Doctores, an cum quis 347
habet plura impedimenta ad Gratiam obtinendam, necesse sit omnia impedimenta simul in una, & eadem petitione exprimere, an vero possit seorsim petere dispensationes plures in diversis Litteris? agitant hanc quæstionem nonnulli ex Nostris, præsertim Thomas Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 23. Franciscus Suarez *de legibus*, *lib.* 6. *c.* 24. Basilius Pontius *de matrim. lib.* 8. *c.* 17. §. 4. Franciscus Merolla *tom.* 2. *disput.* 4. *c.* 6. *dub.* 27.

Certum enim, atque indubitatum est, quod cum plu- 348
ra sunt obstacula, omnia narrari debent, juxta textum in *c. non potest*, *de præb. in* 6. Cassad. *dec.* 9. *n.* 4. *sub tit. de præb.* Menoch. *cas.* 203. *n.* 13. Corrad. *lib.* 5. *c.* 12. *in fine*, sed difficultas in eo consistit, an quis impedimenta seorsim possit narrare explicando unum una vice, & aliud alia vice.

Sanchez *loco cit. dict. disp.* 23. *n.* 2. tenet omnia impedi- 349
menta in una petitione esse Summo Pontifici aperienda; ita enim loquitur: Secunda sententia cui tanquam longe probabiliori adhæreo, quæ asserit necessario cum in eadem dispensatione concurrunt plura impedimenta, illorum mentio sit facienda, ne dispensatio subreptitia sit, ac nullius prorsus valoris; ducor, quod in dispensatione ne subreptionis vitio notetur narranda sunt omnia, quæ jure jubentur exprimi; at quodlibet impedimentum dirimens jure jubetur exprimi; loquitur in materia dispensationis matrimonialis. Dices non exprimi in jure, ut in eadem dispensatione utrunque impedimentum declaretur: sed respondeo, quod quamvis id non expressis his verbis in jure contineatur, ut eo ipso, quod jura præcipiunt omnia impedimenta Pontifici exprimi, nihilque taceri ex iis, quæ ad dispensationem intrinsece conferunt; præcipiunt subinde omnia impedimenta in eadem dispensatione exprimi, quia aliquo tacito verum esset dicere taceri veritatem intrinseca conferentem ad dispensationem: & confertur, quia nec impedimentum in dispensatione narratum exprimitur, prout par est, quippe conjunctum cum altero impedimento tacito constituitur vinculum longe strictius, ac difficilioris dispensationis, ut constat ex *c. tuarum*, *de auctoritate, & usu pallii*, *c.* 1. *de tregua, & pace*, *c. pastoralis de privilegiis*; idque docet principium physicum dictans virtutem unitam fortiorem esse se ipsa dispersa; quare merito, ac jure optimo Pontifex utriusque vinculi conscius hæreret maturius perpendens, an ejus concessio expediret. Et confirmatur amplius, quia absurdum videtur admittere validam esse dispensationem laborantem octo impedimentis dirimentibus decepto Pontifice petitis ab ipso octo dispensationibus seorsim, quippe Pontifex facillimo negotio eas octo personis concedere, at uni nullas concederet. Hæc, & alia ibi Sanchez, qui pro sua opinione allegat multos, & in propriis terminis allegat Dominicum *cons.* 33. *n.* 2. Decium *cons.* 602. *n.* 19. *vol.* 5. Cephal. *cons.* 639. *a n.* 39. *usque* 44. *vol.* 5. Mandosium *de Signatura Gratiæ tit. dispens. matrim. vers. reliquum est*, Menoch. *de arbitr. lib.* 3. *cas.* 203. *n.* 12. Gall. *de cognatione spirituali c.* 23. *n.* 6. Petrus Ledesm. *summ. Sacram. ubi de matrim. c.* 27. *post* 6. *concl. diffic.* 1. & fuit opinio Abbatis *in cap. non debet de consanguinitate, & affinitate n.* 12. ubi dixit, quod ubi concurrit impedimentum publicæ honestatis, & affinitatis, non sufficit explicare affinitatem, sed oportere & etiam impedimentum publicæ honestatis exprimere.

Contrariam vero sententiam, nempe quod cum quis 350
habet

habet duo impedimenta possit seorsim impetrare dispensationes, ut cum quis est bigamus, & illegitimus; nam poterit petere dispensationem bigamiæ una vice, & illegitimitatis alia vice, ita Navarr. *cons. 6. de rescriptis, & cons. 7. & 8. de consanguinitate, & affinitate*, Rodriquez *1. part. summ. cap. 238. num. 5. vel 182. conclus.* 2. Cevall. *9. quæst. pract. quæst.* 737. *num.* 27. Emmanuel Sà *verbo dispensatio num.* 16. quæ sententia fundatur super ea ratione, quia potest tolli unum impedimentum sine alio, sicut potest esse unum sine alio, neque est aliqua lex, quæ præcipiat hanc expressionem plurium defectuum, & ut tollatur aliquod impedimentum sufficit, ut illud Principi narretur cum causa sufficienti ad dispensationem, quod tantum potest esse narrando unum sine alio, sicuti cum quis pluribus est innodatus excommunicationibus potest obtinere absolutionem ab una, non facta mentione de alia, juxta doctrinam glos. *in c. ex parte, verbo redire, de Offic. Ordinar.*

351 Basilius Pontius *loco cit.* §. 4. dicit, quod sententia Sanchez quamvis sit communis tamen difficilis, quia in multis videtur valere dispensatio unius sine alio, ut si quis velit ducere consanguineam, & simul etiam teneatur voto, valida erit dispensatio voti etiam tacito impedimento consanguinitatis; sic qui tenetur voto religionis, & castitatis, valebit dispensatio unius non expresso alio, maxime si prius obtinebat dispensationem religionis, quam castitatis. In impedimentis tamen matrimonii receptum esse, ut dispensatio non valeat in uno impedimento, si non exprimatur aliud: cum tamen in dispensatione irregularitatum multi doceant valere dispensationem in una sine alia; ideo existimat Basilius Pontius, quod communis sententia intelligenda sit, quando dispensatio petitur ad unum, & eundem effectum, neque alia causa afferri potest tollendi unum impedimentum, quam aliud, & assignat rationem sui dicti, quia illa omnia efficiunt quasi unum impedimentum gravius, quod sæpe est in causa, ut negetur dispensatio, & ideo oportet totum impedimentum integrum cognoscere. Limitat primo hanc communem sententiam, ut non habeat locum, quando unum ex illis impedimentis aliter tolli poterit, ut cum concurrit votum, quod irritatione auferri potest: secundo, nisi concurrat impedimentum publicum cum occulto, quia occultum tolli potest per Pœnitentiariam secretam, juxta doctrinam ejusdem Sanchez *d. disp.* 23. *n.* 7. & 8. quia non præsumitur, quod Pontifex voluerit, ut occultum manifestetur.

352 At clarius secundum me locutus est Suarez *d. cap.* 24. *a num.* 3. *cum seqq.* docet enim iste Doctor, quod in materia obtinendi dispensationem super impedimentis matrimonii vera sit sententia Sanchez, & aliorum existimantium omnia impedimenta esse narranda in una petitione, cum publica sunt, nec posse seorsim peti dispensationes, tum propter praxim Romanæ Curiæ, quæ sic se habet, & observat, quæ facit legem; tum etiam quia talis dispensatio directe videtur peti, & concedi ad contrahendum matrimonium: & ideo intentio dispensantis non videtur esse tantum tollere unum, vel aliud impedimentum, sed simpliciter habilitare personam; ideo cum narrativa non sufficit ad talem habilitationem, tota dispensatio censetur irrita ex mente concedentis, & cum unum exprimitur impedimentum, tacite negatur alia adesse, & sic Pontificem decipit: & etiam quia experientia docuit, quod quando concurrunt plura impedimenta cum majori difficultate conceduntur dispensationes, & cum majori onere.

353 Addit etiam Suarez, quod hæc regula non videtur posse generaliter constitui de omnibus aliis dispensationibus; nam dispensatio voti castitatis peti potest prius, quam alterius impedimenti, verbi gratia consanguinitatis, & cum quis petit dispensationem super voto ad finem ducendi consanguineam, quod late explicat Sanchez, qui *num* 10. existimat, quod in dispensationibus irregularitatum, & aliarum inhabilitatum, ac pœnarum aliter, quam in dispensationibus super impedimentis matrimonii dictum est tenendum esse, quod potest per se loquendo unam irregularitatem tolli sine alia, præsertim quando irregularitates sunt omnino separatæ, quia inter irregularitates, & pœnas non est connexio: nec taciturnitas unius aliquid confert ad dispensationem alterius, nisi quatenus tollit aliquam majorem difficultatem, quam fortasse haberet Princeps in dispensando, si omnes cognosceret, quod tamen ad subreptionem non sufficere, ait Suarez, nisi vel jus aliquod cogat, vel aliæ circumstantiæ, & rationes concurrant; nullum autem jus est, quod hoc præcipiat, nec ostendi potest; & si forte quis dicat, quod jus præcipit explicare omnem veritatem conferentem ad dispensationem, respondet Suarez, quod hoc est frivolum, & petit principium; nam hoc est, quod inquiritur, an cognatio alterius irregularitatis, vel inhabilitatis, aut criminis sit intrinseca dispensationi, quæ circa aliud crimen, vel irregularitatem versatur, hoc enim ex jure probari non potest, nisi hanc subreptionem in jure non fundari. Hæ rationes concurrunt ad hanc subreptionem, quia dicit Suarez, quod multitudo irregularitatum, vel similium vinculorum ad summam reddit personam magis inhabilem extensive, & magis indignam quocunque Beneficio, quod non sufficit ad subreptionem, cum alioquin concurrat efficacia voluntatis cum cognitione omnium, quæ requiruntur ad actus validitatem, quod expressius probat Suarez; nam qui plures habet excommunicationes minus dignus est absolutione quacunque: & tamen cum impetrat absolutionem unius alia tacita valebit; sic qui plura habet crimina minus est dignus Beneficio, & si essent cognita difficilius obtineret, & nihilominus electio est valida; sic qui propter diversa crimina est obnoxius multis pœnis, minus est dignus cujuslibet remissione, & difficilius obtineret, si omnia simul remittenda proponeret, & nihilominus est valida remissio, nisi lex aliud jubeat, vel unum sine alio explicari non potest sufficienter.

Regulam ergo constituit Suarez observandam, quod per se loquendo valeat dispensatio unius sine expressione alterius, nisi gravitas unius non possit satis explicari sine alia. 354

Hanc etiam sententiam tenent ex Theologis Meroll. *loco cit. d. disp. 4. c. 6. dub.* 27. *n.* 451. Salas *de legibus disp. 20. sect.* 15. Bonacina *disp. 1. quæst. 2. par. 9. n. 1. de legibus*, & ex Nostratibus Ricc. *in prax. tom. 4. res.* 524. 355

Opinio hæc valde probabilior est, quia se conformat cum stylo Romanæ Curiæ, a quo omnia dependere fatendum est: siquidem ego considero, quod stante senten- 356
tia Rotæ, de qua supra, quod omnia ea, quæ difficiliorem reddunt Papam ad concedendum, sunt exprimenda, ne detur defectus intentionis in concedente, certe cum plura concurrunt obstacula in una, eademque persona, difficilius Papa cum eo dispensat, quam cum eo, qui unum habet. Neque negari potest, quin Papa cum hoc, qui innodatus est pluribus irregularitatibus retrahatur ad dispensandum, sicuti cum eo, qui una tantum innodatus existit facilius dispensat, quod praxis docet. Unde qui uno expresso obstaculo aliud tacet, certe per calliditatem, & malitiam inducit Papam ad concedendum Gratiam, ut loquitur textus in *c. super Litteris de rescriptis*, in quo semper, quod taceam aliquid per malitiam, quando est inductivum concessionis, annullatur Gratia; ac etiam in eodem textu clare probatur, quod veritas occultata, quæ si fuisset expressa gratia non concederetur, annullat Gratiam, ibi: Si vero per hujusmodi, &c. nec ibi Papa distinguit, an sit unum, vel plura impedimenta, sed simpliciter loquitur de veritate suppressa, vel falsitate expressa, quod certe contingit, quando omnia impedimenta, quæ concurrunt, non narrantur, quis enim negare, quod tunc veritas non taceatur, cum unum tantum exprimitur, & non aliud: nec disparitatem sufficientem invenio inter dispensationes matrimoniales, & alias dispensationes, cum semper eadem ratio militet; nam sicuti cum quis habet plura impedimenta ad contrahendum matrimonium opus est, ut omnia narret, quia, ut dicunt, tractatur de habilitanda ejus persona ad contrahendum, quæ non habilitaretur, si unum tantum impedimentum narretur; ita cum habet plures irregularitates non habilitatus de habilitanda persona ad celebrandum v. g. vel ad Beneficia. Non nego tamen, quin multoties peti consuevit aliqua dispensatio super aliquo defectu, sive impedimento seorsim ab alio etiam cum in eadem persona concurrunt, etiam cum impedimenta sunt publica; nam in occultis omnes conveniunt, quod certe stylo Curiæ remittendum erit.

Similis est alia quæstio, quam agitant Nostri, an taciturnitas prioris dispensationis reddat subreptitiam, & consequenter nullam posteriorem. Difficultas consistit, quando prior, & posterior dispensatio est circa eandem rem, atque inter utranque est dissonantia, & quædam contrarietas, nec in secunda fit mentio de prima; nam 357

si una

si una dispensatio, seu una Gratia sit alterius jam factæ executiva, certum est, quod non indiget, ut in ea fiat mentio alterius jam habitæ, late Tuschus *lit. S. conclus.* 732. *num.* 5. cum sicuti, quando inter priorem, & posteriorem dispensationem nulla est annexio, sed sunt super diversis rebus, nec tunc opus est, ut in secunda fiat mentio primæ, ut recte Abbas *in cap. penultimo de rescriptis*, *num.* 13. *&* 14. quem sequuntur omnes moderniores, quos nuper citabo.

Hæc est magna, & ardua quæstio inter nostros Doctores, & consistit potissimum in intellectu, *cap.* 2. *de fil. presb. in* 6. *& cap penultim. de prescrip.* in quibus juribus sententia affirmativa, & negativa fundatur: utriusque enim sententiæ sectatores inducunt pro propria opinione dicta
358 jura, ut præter Canonistas in dictis locis, videre est doctissimum Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 22. *per tot.* ac ne minus eruditum Suarez *lib.* 1. *de legibus*, *cap.* 23 *per tot.* & etiam Merollam *d. disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 26. *a num.* 415. *usque* 448. ac acutissimum Pontium *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. 1. omnes enim isti recentiores videntur convenire in doctrina generali, quod scilicet subreptitia sit secunda dispensatio, seu Gratia non faciens mentionem de prima, juxta sententiam præsertim glossæ *in cap.* 2 *de filiis presbyt. in* 6. *in figuratio ne casus vers. nota*, magis specifice, quam prisci Canonistæ, sicuti sunt late Tuschus *lit. S. conclus.* 729. sed discordare videntur in explicatione doctrinæ, ac limitatione ejusdem, siquidem Sanchez *num.* 6. existimat, quod cum prior, & posterior dispensatio est circa eandem rem, ac in utraque est discordantia, & contrarietas, quia prima
359 cum moderatione est concessa, posterior absolute, & absque illa moderatione, subreptitia sit posterior, nisi prioris mentio Principi fiat: & dicit hanc veram, & germanam intelligentiam dicti textus *in c.* 2. & late discurrit San-
360 chez, & ampliat, & limitat, ut ibi per eum; At Suarez tenet, quod in *d. cap.* 2. non probatur sententia Sanchez, quia in illo textu dicitur: Si illegitimus dispensationem obtinuit ad unum Beneficium, & non facta mentione defectus natalium obtinet secundam dispensationem ad plura Beneficia, posteriorem dispensationem esse subreptitiam, & nullam, & ponderanda esse verba illa, tacito illo defectu, juxta quæ non erat necessarium in secunda dispensatione facere mentionem primæ, sed tantum de personæ defectu, quia hæc duo sunt diversa; & textus tantum de uno loquitur, & quod ita intellexerunt textum illum ibi Dominicus, & Francus; unde colligunt ait Suarez, quod si ille illegitimus declarando se esse illegitimum peteret secundam dispensationem, nulla facta mentione primæ, valida esset dispensatio: quam sententiam probabilissimam existimat Suarez, & late explicat. Existimat ergo hic Doctor communem sententiam dicentem subreptitiam, & nullam secundam dispensationem, non facta mentione primæ, limitandam, & declarandam solum, scilicet habere locum, vel in casibus in jure expressis, vel quando est necessaria commemoratio prioris dispensationis, ut Princeps non ignoret totum, & proprium vinculum, seu impedimentum, quod aufert, neque etiam ignoret qualitatem, seu quantitatem gratiæ, quam facit per unam, vel per plures dispensationes: primam partem dicit Suarez probari *in cap. penult. de præscript.* cujus decisionem dicit habere locum in omnibus privilegiis, & dispensationibus, quarum variatio, sive per diminutionem, sive per augmentum cadit in tertii præjudicium; nam tunc secunda dispensatio, quæ facit dictam mutationem, sine mentione prioris est subreptitia, quia valde rationi consentaneum esse perhibet, quia omnis Gratia cum tertii præjudicio est odiosa, & nunquam videtur valida, nisi supposita certa notitia in Principe. Secunda vero pars dicit Suarez, quod est sumpta ex *cap.* 2. *de filiis presb. in* 6. nam dispensatio secunda ibi obtenta ideo subreptitia judicatur, quia non fuit sufficienter propositum Judici totum impedimentum, quod illi obstare potuisset; & assignat rationem: quia tunc voluntas dispensantis non potuit extendi ad id, quod latebat; ergo impedimentum mansit indispensatum, & sic dispensatio non potuit habere effectum; & inde colligit tunc per se non esse necessariam declarationem prioris dispensationis, si alio modo impedimentum totum sufficienter referatur, latius, & exemplis exornat Suarez atque *num.* 13. docet, quod ubicunque non intercesserit aliqua circunstantia ex dictis, seu similis connexio inter posteriorem dispensationem cum priori, non erit necessarium priorem exprimere, ut posterior sit valida, & ita intelligit Abbas *in cap. penult. de præscriptis num.* 13. Hæc & alia Suarez, cujus opinionem probabilitatem existimat Merolla *num.* 448. & doctrinam Suarez amplexus est etiam Pontius *loco cit. cap.* 17. §. 1. licet magis succin- 361
cte more suo solito; nam constituit tres regulas, quarum prima est, tunc esse necessarium primam dispensationem, vel rescriptum obtentum exprimere, quando casus est in jure expressus, & ita procedere *cap. penult. de rescriptis*, ubi fuit dictum subreptitium privilegium secundum exemptionis amplioris obtentum, sine mentione prioris privilegii etiam exemptionis magis restricte eidem concessum. Secundam regulam ponit, ut tunc sit necessarium, ut Princeps non ignoret totum impedimentum, quo aufert, & sic accipit textum in *cap.* 2. *de filiis presb. in* 6. Tertiam regulam ponit, ut tunc sit necessaria mentio de prima, quando talis expressio primæ dispensationis necessaria est, ut Princeps intelligat qualitatem, & quantitatem Gratiæ, quam facit per unam, vel plures dispensationes; & assignat rationem, quia si Princeps non intelligat quantitatem, & qualitatem Gratiæ, quam facit, non potest eam velle, & consequenter ex ea taciturnitate vitiari rescriptum. Cardinalis tamen Tuschus *dict. concl.* 729. post- 362
positam conclusionem, quod subreptitia sit Gratia posterior non faciens mentionem de prima, ampliat, & limitat multis modis, & præsertim limitat, nisi prima esset nulla. Item dicit, quod si prima fuerit strictior, quia petitio strictior fuerit, secunda vero latior, quia petitio latior fuit, non facta mentione de prima, secunda non erit subreptitia, citat Ruinum *cons.* 161. *num.* 33. *lib.* 2. Felin. *in cap. venienc de præsumpt. n* 13. nisi prima esset restricta per concedentem, quia plus fuit petitum, & minus concessum: etiam limitat, ut secunda valeat, si in secunda adsit clausula, *ex certa scientia*, cum derogatione. Item docet, quod secunda Gratia est subreptitia, si non facit mentionem de prima, puta si quis dispensatus fuerit circa Ordines, vel circa simplicia; nam si aliam petierit, debet de hac mentionem facere: sic dicit, quod in omni Gratia facta inhabili, & quæ non valeret, nisi esset per aliam Gratiam habilitatus, debet fieri mentio de prima habilitante, alias secunda nulla. Vide ipsum.

Ego autem, salva pace omnium, semper fixus rema- 363
neo in dispositione textus in *d. cap. super litteris de rescriptis*, cujus textus dispositione omnia hæc esse moderanda, siquidem cum taciturnitas alterius dispensationis est causa concessionis, quia si expressa fuisset utique non concessisset, vel non ita Papa secundam Gratiam, tunc quia illa taciturnitas causat defectum intentionis in Principe, & utique Gratia erit subreptitia; si vero etiam concessisset, si expressa esset in prima, secunda non erit subreptitia: quare an sit subreptitia, vel obreptitia id dedu- cendum erit ex Principis voluntate, ut optime dixit Sanchez *d. disp.* 22. *num.* 4. & prudens Judex id arbitrabitur ex variis circunstantiis, præsertim ex Curiæ stylo, juxta ea, quæ dicta sunt supra. Hæc secundum juris apicem mihi videntur dicenda: attamen vero secundum stylum Curiæ necessaria est omnino expressio, seu mentio primæ dispensationis, seu Gratiæ, cum conceditur secunda circa eandem materiam, si est dissimilis a prima, seu cum secunda est magis ampla, quam prima, adeo ut evitetur hæc nullitas, sive subreptio, quæ consurgit ex necessitate faciendi mentionem de prima Gratia, consuevit in Curia expediri indultum, quod non teneatur de alia Gratia facere mentionem, optime observavit Amayden. *lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 3. *&* 4. *& num.* 11. ubi sic dicit: Diximus 364
supra in principio capitis in secunda dispensatione faciendam esse mentionem de prima, quod locum habet in qualibet Gratia, adeo ut dispensatus ad Dignitatem, si eam obtineat, teneatur in illius provisione facere mentionem de præcedenti dispensatione, quod ut evitetur adinventum est indultum, quod dispensatus non teneatur in Gratiis subsequentibus facere aliquam qualitatem suarum, sive dispensationum præcedentium: quod indultum tempore Pauli V. non concedebatur, nisi visis primatus; hodie vero promiscue conceditur omnibus. Hæc ille: sic etiam habemus decisionem apud Eminentissimum Othob. 115. quæ fuit in *Veneta indulti* 7. *Junii* 1647. coram ipso, in qua decisione fuit casus, quod quædam soror Prìulæ de Priulis nobilis Veneta ingressa fuit Monasterium Sanctæ Catharinæ Venetiarum, in quo erant duæ aliæ sorores germanæ professæ, & in sui acceptatione pinguiorem eleemosynam dedit, & cum conditione ne vocem, & suffragium haberet, dum viverent duæ aliæ so-

rores, quæ soror Priula post multos annos supplicavit sanctam memoriam Urbani VIII. ut suffragii fruendi gratiam illi concederet, qui annuit, dummodo expressus consensus Priorissæ, & monialium capitulariter per secreta suffragia accederet. Verum dissentientibus Priorissa, & monialibus fuit rejecta petitio hujus Priulæ, quæ tempore Innocentii X. sac. mem. denuo supplicavit, ut vocem activam, & passivam concederet, & obtenta gratia fuit expeditum Breve, & præsentatum Vicario Venetiarum, qui mandavit exequi; & introducta causa in Rota cum clausula, *parite Litteris arbitrio Rotæ*, fuit resolutum intrare arbitrium pro retardatione Litterarum, quia quotiescunque apparuit subreptio, vel obreptio Litteræ retardantur: subreptio autem fuit considerata, quia per agentes pro sorore Priula expressum non fuit Papæ Innocentio, quod alias sanctam memoriam Urbani VIII. fuerat dispensatum super voce activa, & passiva cum moderamine, & præservatione consensus monialium, quod si scivisset, vel fuisset expressum, vel Papa Gratiam non concessisset, sine simili modificatione, vel saltem difficilius: & si fuisset factus certior de primi concessione limitata illam non mutasset, ut late ibidem; & totum fundamentum decisionis, quia si Papa scivisset, vel non concessisset, vel sub dicta forma. Igitur

365 ex stylo Curiæ cum impetratur secunda dispensatio super eadem materia dissimilis a prima, erit omnino facienda mentio de prima, alias secunda erit nulla ex defectu intentionis, licet non sit dissimilis, sed petatur de novo ad majorem cautelam, vel ad conscientiæ securitatem; si vero secunda est primæ executiva non erit facienda talis mentio; sicuti cum petitur secundo ex nova causa, Sanchez *loc. cit.* Rota apud Durand. *decis.*..... Post scripta vidi decisionem Rotæ apud Pentinger. 51. *nu.* 3. in qua ita habetur: Unde infertur conclusio, quod secunda Gratia amplians prima est subreptitia, nisi mentionem faciat modificationis in prima contentæ, quotiescunque ea respicit alterius interesse, &c.

Sic etiam non erit facienda mentio cum quis alias petiit dispensationem, & illam obtinere non potuit, ut omnes affirmant.

366 Tamen notandum, quod licet omnis subreptio causet defectum intentionis in Papa: attamen vice versa non omnis defectus intentionis includit subreptionem, vel obreptionem; nam potest esse defectus intentionis in Principe absque eo quod falsum exprimatur, vel verum taceatur: omnis enim defectus intentionis Gratiam irritat, non tamen omnis subreptio, vel obreptio, juxta ea, quæ dicta sunt; defectus quippe intentionis fortior est, & annullat etiam motu proprio factas, juxta decisionem Seraphini 398. late Lotter. *lib.* 29. *quæst.* 4. & sic accipienda est decisio Rotæ *in Parmen. portionis* 15 *Januarii* 1616. penes Spadam *tom.* 2. *consil.* 102. *in fine*.

367 Advertendum tamen est pro complemento materiæ, quod subreptitia Gratia dignosci non potest, donec causa non sit finita, nec illam facit quilibet defectus, sed debet esse patens, & manifestus, Put. *decis.* 90. *lib.* 1. Rota penes Farinac. *in posthumis tom.* 1. *decis.* 171. ideo cum Gratia est alias justificata, & excipiatur de subreptione, quæ tamen non est clara, non per hoc impediri, vel retardari debet executio Litterarum Apostolicarum, quæ non impediuntur per exceptiones invalidas, & turbidas, Rota *recent. part.* 1. *decis.* 306. & apud Royas *decis.* 337. *num.* 10. Buratt. *dec.* 805. *num.* 19. Rota penes Posth. *post tract. de manutenenda decis.* 309. Merchel. *de commiss. part.* 1. *cap.* 1. *fol.* 325. *n.* 115. Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 155. *num.* 21. *& decis.* 231. *num.* 1. & apud Bichium *decis.* 479. *n.* 18. sicuti cum exceptio requirit altiorem indaginem, non poterit retardare executionem Litterarum Apostolicarum; sed apud eundem Eminentissimum Celsum *decis.* 256. *num.* 9. dicitur, quod sola dubietas sufficiat pro retardanda, & suspendenda executione Litterarum Apostolicarum. Sed adverte, quod in *decis.* 231. reservatio erat clara, & ita exceptio turbida non poterat retardare Executorem Litterarum; non sic in *decis.* 256. aderat probabilis dubietas, & ideo intravit arbitrium, pro retardatione executionis Litterarum.

368 Et etiam notandum est, quod in materia subreptionis præsertim in Beneficialibus attenditur ultimus status rei, seu Beneficiorum, ut Rota penes Farinac. *tom.* 1. *decis.* 233. Corradus *in praxi benef. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 310. & commune est dictum, quod in Beneficialibus ultimus status attenditur, quod tamen aliqua majori explicatione indiget, sed non in hoc loco, sed in sequenti capite cum de probatione narrativæ.

ADDITIO

Ad Caput VI. Primæ partis.

De duplici specie Executoris.

SUMMARIUM.

Existente legitimo contradictore, seu possessore, merus efficitur mixtus Executor, & econtra, num. 1. *&* 2.

Non ex clausulis dignoscitur, an sit mixtus, vel merus, sed ex subjecta materia, si adest, vel non adest, legitimus contradictor, num. 3.

Quamvis Executor aliquando sit mixtus, in procedendo; attamen, secuta justificatione, remanet merus, num. 4.

Possessor quis sit censendus, num. 5.

Qui possidet custodiæ, vel administrationis causa, non dicitur possessor, neque citandus est, num. 6.

Qui mutavit titulum, extincta ejus administratione, non est citandus, num. 7. *&* 8.

In provisionibus certo modo Executor semper est mixtus, num. 9.

Provisio subreptitia non consumit vacationem antecedentem, num. 10.

De provisione subreptitia non oportet fieri mentionem in secunda impetratione, num. 11.

De provisione subreptitia censetur facta mentio per clausulas generales, ibidem.

In gratiosis subreptio resolvit gratiam, & nullam reddit, num. 12.

In rescriptis justitiæ subreptio non annullat gratiam ipso jure, num. 13.

Gratia quando dicatur subreptitia, num. 14. 15. *&* 16.

Taciturnitas qualitatis Beneficii reddit gratiam subreptitiam, num. 17. *&* 18.

Litis taciturnitas causat subreptionem, & annullat gratiam, num. 19.

Quis cum habuit sententiam manutentionis, & possessionem vigore sententiæ impetrans, debet hoc exprimere, nec salvatur gratia per clausulas, num. 20.

Litis nulla taciturnitas non inducit subreptionem, numer. 21.

Clausulæ prægnantes, & derogatoriæ evitant subreptionem ob taciturnitatem, num. 22.

Gratia an sit subreptitia, attendi debet stylus cujuscunque Papæ, num. 23.

Gratia motu proprio non est valida contra voluntatem concedentis, num. 24.

Alleganti subreptionem incumbit onus probandi, nec admittitur hæc exceptio in judicio summarissimo, num. 25. *&* 26.

Qualitatis Beneficii est facienda mentio, num. 27.

Beneficia regularia regularibus, sæcularia sæcularibus sunt conferenda, num. 28.

Regularia, quæ dicantur, num. 29. 30. 31. 32. *&* 33.

Prælatus Regularis, cum est Ordinarius, confert Beneficia sæcularia, num. 34.

Subreptitia est provisio, cum expressum fuit, Beneficium esse perpetuum, cum sit manuale, num. 35.

Beneficium quando sit Curatum, & quomodo probetur esse tale, & quando taciturnitas hujus qualitatis vitiet gratiam, nu. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. *&* 57.

Duæ Parochiales non possunt esse sub una limitum assignatione, nu. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. *&* 72.

Quando cura est penes Collegium, non est facienda mentio in impetratione, num. 73.

De cura habituali ob carentiam populi non est facienda mentio, num. 74.

In Ecclesia Cathedrali debet esse distinctio ordinum in Canonicatibus, num 75.

Canonicus, qui non est in Sacris, non potest exercere actus Canonicales, num. 76.

In impetratione exprimendum, an Dignitas sit prima post Pontificalem in Cathedralibus, num. 77.

Si prima Dignitas non cadit sub reservatione, cadit immediate sequens, num. 78.

Qui non est doctoratus in publica Universitate, male impetrat primam Dignitatem, num. 79.

An

An regula de triennali juvet hunc imperrantem, late num. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. & 94.

In aliquibus Ecclesiis Regni viget consuetudo retinendi Dignitatem, & Canonicatum, num. 95.

Tunc habet duas voces, num 96.

Si adsit consuetudo, lucratur duas distributiones quotidianas, num. 97.

Debet tunc praestare servitia, pertinentia ad Dignitatem, & Canonicatum, si compatiuntur, num. 98.

Tenetur ad canendas Epistolas, & Evangelia, sicuti caeteri Canonici, num. 99.

Officium Cantoris in Ecclesiis receptitiis non comprehenditur sub regula 9. Cancellaria, num. 100.

Capellania non comprehenditur sub regula 9. Cancellaria, num. 101.

Archipresbyteratus non comprehenduntur sub regula Cancellaria, cum sunt rurales, num. 102.

Beneficia patrimonialia, seu nationalia, conferenda sunt illis de natione, alias nulliter, si Papa expressum non fuit, num. 103. & 104.

Papa non censetur derogare qualitatibus Beneficiorum, nisi exprimatur, num. 105.

Papa censetur derogare activo, non passivo jurispatronatus, num. 106.

Qualitas illa dicitur, & exprimenda, qua apponitur in ipsa fundatione, seu erectione, num. 107

Qualitas, concessa ex indulto, non indiget expressione, num. 108.

Contrarium, num. 109.

Qualitas ex statuto requisita, non indiget expressione, num. 110.

Quando Papa confert Beneficia jurispatronatus, debet conferre habentibus qualitatem requisitam, n. 111. & 112.

Beneficia Sacerdotalia requirunt actu Sacerdotium, late num. 113. *usque ad* 139.

Dispositio textus in cap. licet Can. de election. in 6. *in quibus Beneficiis locum habeat, num.* 140. & 141.

Beneficium litigiosum, cum impetratur, est exprimendum, num. 142.

Futurus eventus declarat, ad quem pertineat collatio Beneficii litigiosi, num 143.

Ordinarius an possit conferre Beneficium litigiosum superstiti collitiganti, num. 144.

Diversum est, Beneficium esse reservatum, & esse litigiosum, num, num. 144.

Vacatio consideratur in Beneficiis perpetuis, numero 145.

Manualia non desinunt esse talia, licet durent ad vitam, num 146.

Qua dicantur Beneficia manualia, num 147. & 148.

Manualia Beneficia quandoque conferuntur a laicis personis, num. 149. & 150.

Manualia non possunt auferri a possidentibus, absque causa, num. 151.

Vacatio nulla non consumit vacationem antecedentem, num 152.

Ex sola collatione absque possessione requiritur jus in Beneficio, num. 153.

Ad impetrationem sufficit vacatio de jure tantum, num. 154. & 155.

Ad impetrationem validam sufficit etiam vacatio de facto, num. 156.

Expressa vacatione per resignationem, non venit vacatio per obitum resignantis, num. 157.

Cum expressi fuerint plures modi copulative, ita etiam probari debent, num. 158.

Secus si alternative; nam tunc sufficit, ut unus verificetur, num. 159.

Cum plures species vacationis sunt expressa cum clausula, sive, &c. *sufficit, ut una verificetur, num.* 160.

Narata vacatione falsa de praesenti etiam verificari debet, num. 161.

Non possunt dari plures vacationes ex una, eademque persona, num. 162.

Reservationes contingentes ex eadem persona, sunt exprimenda, verum ex stylo Cancellariae, *sufficit unius expressio, num.* 164. *usque* 168.

Reservationes, qua, num. 169. & 170.

Reservatio, qua clausa in corpore juris, num. 171.

Vacatio in Curia an sit diversa a vacatione apud Sedem, num. 172. *usque ad* 180.

Per sententiam privationis in Curia inducitur vacatio in Curia, num. 181.

Adducitur decisio Rota 117. *part.* 15. *num.* 182.

Beneficia vacant in Curia per promotionem, & quomodo, num. 183. *usque* 186.

Adducitur decisio Eminentiss. Cerri, *num.* 187.

Ut Beneficia non vacent per promotionem, quando concessa est retentio, Promotus debet expedire litteras dispensationis, num. 188.

Beneficia Promoti ad Episcopatum in partibus Infidelium non vacant, nec sunt reservata, num. 189.

Per translationem ad alium Episcopatum, vacant obtenta ante translationem, num. 190. & 191.

Reservatio per obitum in Curia durat per mensem, num. 192. *usque ad* 196.

Non omnes reservationes sunt perpetua, num. 197. & 198.

Reservationes perpetua qua, num. 199.

Reservationes, qua inducuntur ex Extravagant. piae, & execrabilis, *sunt perpetua, num.* 200.

Reservationes, qua inducuntur ex Regulis Cancellariae, *durant, durante vita cujuslibet Papa, quo mortuo, cessant, num.* 201. 202. & 203.

Beneficia, qua ante obitum Papa erant affecta, seu reservata, mortuo Papa, remanent etiam affecta, & reservata, num. 204.

Sede vacante Apostolica, cessat duntaxat reservatio, qua inducitur ratione temporis, nempe ex regula nona; *non autem alia reservationes, num.* 205. & 206.

Reservatio cum Decreto irritanti, *quid operetur, num.* 208. & 209.

Reservationes secundum communem sententiam non sunt odiosa, num. 210.

Affectio resultat ex appositione manus Sanctissimi, num. 211.

Reservatio ex verbis inducitur; Affectio vero ex facto, & actu reali, num 212.

Non omnis manus appositio causat affectionem; sed illa ex qua resultat mens providendi, num. 213.

Cum non sortitur effectus ex appositione manus, non consurgit reservatio, num. 214.

Utrum ex actu nullo ex appositione manus consurgat reservatio, num. 215. *usque ad* 224.

Non omnis reservatio comprehenditur sub indultu Cardinalium, num. 225. *usque ad* 229.

Expressio falsa valoris, quando remanent dua tertia partes, non annullat pensionem, num. 230.

Mala expressio procuratoris non nocet principali, num. 231. *limita, num.* 232.

Cum principalis est minor, non nocet mala expressio procuratoris, num. 233.

Valoris expressione non justificata, non datur executio litteris, num. 234.

Valor, cum est expressus affirmative, est fundamentum gratia, num. 235.

Expressus cum particula, circiter, sustinetur, si defectus est in decima parte, num. 236.

Expressus negative, non requirit exactas probationes, num. 237.

Tunc toleratur defectus in sexta parte, num. 238.

Fallit in Gratia Piscatoria, num. 239.

Expresso uno modo, non potest justificari per alium, num. 240.

Debet expressio valoris percutere tempus gratia, nu. 241.

Expressio mensis est necessaria etiam in gratia motu proprio, num. 242. & 243.

Gratia, motu proprio concessa, non tollit defectum intentionis, num. 244.

Non facta expressione mensis, omnis clausula corruit, num. 245.

Expressio mensis est facienda dispositive, & non dubitative, num 246.

Expressio mensis est facienda, etiam cum contingit vacatio in mense reservato ad favorem Papa, num. 247.

Expressio mensis est facienda quomodocumque contingat vacatio, num. 248. & 249.

Mensis non est facienda expressio, cum Beneficium alias esset reservatum, num. 250.

Non requiritur expressio mensis, cum vacatio contingit in mensibus non reservatis, num. 251.

Regula de exprimendo mense non habet locum in Beneficiis jurispatronatus laicalis, vel mixti; secus Ecclesiastici, num. 252. & 253.

Papa, cum confert Beneficia jurispatronatus Ecclesiastici, conferre debet cum suis qualitatibus, num. 254.

Quomodo Beneficium jurispatronatus Ecclesiastici non comprehendatur sub regula mensium, num. 255.

Beneficium jurispatronatus mixti non cadit sub regula, num. 256.

Quando Beneficium Jurispatronatus mixti contingit in Turno personæ Ecclesiasticæ, cadit sub regula, num. 257.

Beneficium quando dicatur laicale, & quando Ecclesiasticum, & quando mixtum, remissive, n. 258.

Beneficium Jurispatronatus, quando transit in Ecclesiam, fit Ecclesiasticum, n. 259.

Juspatronatus, competens Rectoribus sæcularibus Confraternitatis, non est Ecclesiasticum, num. 260.

Laicale Juspatronatus tunc non comprehenditur sub regulis, quando competit ex fundatione; secus si ex privilegio, num. 261.

Ad excludendam regulam reservatoriam requiritur exactissima probatio, quando sumus in personis, in quibus cadit præsumptio usurpationis, num. 263. 264. & 265.

Quando expressio mensis ponitur subsidiarie, tunc non oportet probare reservationem ex hoc capite, n. 266.

Error nominis non vitiat gratiam, quando ex cognomine probatur identitas personæ, num. 268. 269. 270. & 271.

Clericatus est exprimendus, num. 272.

Clericatus debet esse de tempore datæ; nec sufficit, si superveniat, num. 273. 274. & 275.

Translatio pensionis potest fieri in laicum, num. 276.

Exprimi debent Beneficia, ante obtenta, num. 277. 278. & 279.

Dispensatus a residentia, censetur dispensatus ad incompatibile, num. 280.

Cura habitualis non causat incompatibilitatem, n. 281.

Residentia causativa non causat incompatibilitatem, num. 282. & 283.

Fallit, si ex fundatione, ibidem.

Residentia temporalis non causat incompatibilitatem, num. 284.

Papa solet dispensare super retentione incompatibilium, num. 285.

Per narrationem incompatibilium non inducitur dispensatio, num. 286.

Cum plura sunt impedimenta, ea narrare, & accipere plures dispensationes oportet, num. 287.

Beneficium incompatibile ex lege fundationis oportet exprimi, num. 288. 289. 290. & 291.

Gratia perinde *valere explicatur, num. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. & 299.*

Copula inter conjunctos *explicanda semper est, etiamsi intercedat post habitam dispensationem, ante tamen decretum executoris, num. 300.*

Obreptio evitatur ex ultimo statu, num. 301.

DIximus in hoc cap. 6. quod, cum adest legitimus con-
tradictor, seu possessor, Executor merus efficitur
1 mixtus, & tenetur partes Judicis assumere. Adde decisio-
nem 42. *num. 9. part. 9. recent.* & 114. *num.* 8. *part.* 15. *re-
cent.* apud Bichium 397. *num.* 8. & 9. ubi aliæ allegantur,
& 461. *numer.* 5. & 6. apud eundem, & novissime *decis.*
148. *num.* 5. *cum seq. part.* 19. *recent.* & *decis.* 308. *num.* 4.
ead. part. 19. Et advertendum est, quod *decisio in Montis-
casinen.* 17. *Februarii* 1648. coram Bichio *allegata in part.*
10. *recent.* 156. est penes eundem Bichium 339. *in ordine*
2 semper enim quando adest possessor, sive legitimus con-
tradictor, de mero efficitur mixtus, quamvis clausulæ,
positæ in provisione, aliud indicaverint; sicuti e con-
trario, cum non adest possessor, sive legitimus contra-
dictor, remanet merus, quamvis clausula alioquin mix-
tum efficiant Executorem, sic non ex clausulis hæc res
3 metienda est, sed ex facti contingentia, seu ex subjecta
materia, si adest, vel non adest, legitimus contradictor,
sive possessor, Rebuff. *in prax. de forma novæ provisionis,
verb. Amoto, vers. Nec virtute hujus clausulæ*; Felinus *in
cap. ult. num.* 18. *vers. Item amplia, de præsumpt.* Rota apud
Manzanedum *decis.* 155. *num.* 2. & *decis.* 197. apud Royas
346. *num.* 4. & 333. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. apud Caval. 278.
num. 8. Mohedan. *decis.* 13. *ut lite pendente*, & *decis.* 78.
num. 11. & 12. *part.* 18. *recent.* & novissime apud Eminen-
tissimum Cerrum *decis.* 134. *num.* 12. & 237. *num.* 27. &
28. & 283. *num.* 9. ubi allegantur Abbas, & Felinus *in cap.
de cætero, de re judicata*, & allegantur etiam aliæ Rotæ
decisiones, præsertim Gregorii 413. *sub numer.* 4. & ita
quoque procedit decisio apud eundem Manzanedum 548.
num. 5. 6. & 7. Nam, ut patet legenti, ibi ideo clausula,
amoto, posita in litteris in *forma dignum*, fecit mixtum
Executorem, quia erat possessor, sicuti & aliæ decisio-
nes, quæ possunt allegari, & præsertim 336. penes Prio-
lum. Quod etiam intellige juxta ea, quæ diximus nuper
in *additione capitis de Clausulis, num.* ..... ut scilicet pro-
cedat in cognoscendo; Clausulæ enim, quæ faciunt mix-
tum Executorem, & ordinarium, constituunt judicium,
& impediunt executivum ob assistentiam legitimi contra-
dictoris; Tamen hoc procedit quoad ipsum judicium;
quia efficitur ordinarium quoad processum illius, adeo ut
ea clausulis, & oppositione contradictoris Executor Lit-
terarum Apostolicarum tenetur partes Judicis assumere in
procedendo; Verum verificatis omnibus narratis partecipi-
tata, nihil obstant hæc omnia ulteriori legitimæ executio-
ni; & tunc remanet in exequendo merus, & illæ Clausu- 4
læ reddunt quidem Executorem mixtum in procedendo,
non autem in exequendo, novissime Sacra Rota *decis.* 63.
num. 3. & 4. *part.* 19.
Possessorem tamen intelligimus, cum quis possidet ali-
quo titulo perpetuo, seu per collationem; nam qui pos- 5
sidet administrationis, seu custodiæ causa, sive œcono-
miæ, possessor non dicitur plenus, neque istum citare 6
tenetur Executor, optima est decisio penes Eminentissimum
Cerrum *decis.* 237. Etiam si huic superveniat titulus validus,
sed post extinctam suam deputationem, seu administra-
tionem, per provisionem Apostolicam, alteri medio
tempore factam, per quam fuit extincta ejus possessio,
seu detentio; unde si postea quoque ipse obtineat, non po- 7
test mutare titulum suæ possessionis; Quapropter cum quis
obtinuit provisionem isto medio tempore, Executor non
tenetur partes judicis assumere, & citare illum, qui possi-
debat jure administrationis; neque efficitur verus posses-
sor, ex titulo novo: quia non potest continuare quam non
habebat, possessionem, extinctam (ut dictum est) ex illa
provisione, medio tempore impetrata, ut egregie Emi- 8
nentissimus Cerrus *in d. decis.* 237. *a num.* 14. *cum seq.* & vi-
ce versa, si, qui possidebat jure ordinario obtineat provi-
sionem Apostolicam, & alius Provisus etiam Apostolicus
possideat, debet accipere possessionem de manu Executo-
ris, citato possessore, ut ibidem dicitur.
In impetrationibus vero certo modo, quia semper ad-
est possessor, sive legitimus contradictor, ut supponendum 9
est, Executor, quia debet prius privare primum Provisum,
semper est mixtus, Rota *decis.* 220. *nu.* 4. & 165. *part.* 16.
recent. Item Executor tenetur judicialiter audire eum, qui
se protestavit in actis, nihil fieri, nisi ipso audito, etiam si
alioquin esset merus; nam debet audire in exceptionibus
suis; alias ab isto gravamine datur appellatio, Coccin. *dec.*
763. *num.* 1. & 4.
Num. 16. diximus provisionem subrepticiam non consu-
mere vacationem antecedentem; amplia etiam si Provisus 10
acceperit possessionem, ut in *decis.* 558. *num.* 14. & 388. *n.*
10. & 11. apud Bichium, & de provisione subreptitia non
oportet fieri mentionem in litteris secundæ provisionis, Ro- 11
ta apud Burattum *dec.* 209. *num.* 7. & *in d. decis.* 558. *nu.* 13.
apud Bicchium, apud Eminentissimum Cerrum 571. *num.*
7. & 369. *num.* 4. 5. & 6. & ad litteram est glossa per illum
textum in *cap. suggestum, de jurepatronatus, in verb. quam-
vis posterius*, & in *cap. ex tenore, in verb. negotio, in fine
vers. & generaliter, de rescriptis*, & sufficienter censetur
facta mentio per clausulas generales, Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 8.
a nu. 45. *cum seq.* Ciarlinus *cap.* 216. *n.* 62. Rota *in dicta dec.*
558. *n.* 14. apud Bichium.
Num. 19. constituimus regulam, quod in gratiosis,
præsertim in Beneficialibus, subreptio resolvit gratiam, 12
eamque nullam reddit ipso jure; sæpe hoc resolvit Sacra
Rota, præsertim apud Bichium *decis.* 302. *num.* 4. &
455. *numer.* 24. apud eundem, apud Eminentissimum
Othobonum *decis.* 239. & passim, etiam si fuerit modica
in obolo, ut in *decis.* 455. apud Bichium, & *decis.* 27.
num. 3. *part.* 15. *recent.* Non sic in rescriptis justitiæ, de
quibus *num.* 21. diximus, quod per exceptionem, pro-
ponen-

13 ponendam a contradictore, redduntur nulla; adde glos-
sam finalem *in cap. ad audientiam, il secondo, de rescri-
ptis*, & ibi Abbat. *num.* 14. Felin. *num.* 22. Caval. *decis.* 92.
num. 2. Rotam penes Bichium *decis.* 302. *num.* 4. Addentes
ad Burati. *decis.* 74. *num.* 6.

A num. 26. *cum seq.* late tractavimus de subreptione ob
taciturnitatem; in primis decisio Rotæ apud Bichium
225. *citata sub num.* 34. falso impressa fuit: Nam est de-
cisio 325. deinde infrascripta addimus, nempe gratiam di-
ci subreptitiam, ex taciturnitate ejus, quod potuisset Prin-
cipem, seu concedentem retrahere a concessione, vel dif-
14 ficilius concessisset; adde decisiones 302. *num.* 5. apud Bi-
chium 235. *num.* 12. 186. *num.* 1. ubi aliæ, *part.* 16. *recent.*
& quando dolus intervenit, eo magis irritat gratiam; eo
vero cessante facilius excusatur, ut in *d. decis.* 325. *nu.* 10.
apud Bichium. Vice versa non omnium taciturnitas vi-
15 tiat gratiam; sed eorum tantum, de quibus sive ex jure,
sive ex consuetudine, & de stylo Datariæ, exprimi solent,
& facienda est mentio, Felin. *in cap. super Litteris num.* 2.
vers. Regula est, de rescriptis, Caldersinus *cons.* 10. *de re-
scriptis*, Rota *decis.* 189. *num.* 13. *part.* 15. *recent.* & apud
Eminentissimum Cerium *decis.* 158. *num.* 15. quod ex con-
16 jecturis ut plurimum pendet, scilicet an Papa facilius, vel
difficilius concessisset, prout in *allegata decis.* 189. *num.*
14. & optime hanc materiam subreptionis resolvit Emi-
nentiss. olim, & pariter amicissimus Card. de Luca *lib.* 3.
*de jurisdictione, & foro competenti in tit. de præeminentiis
discurs.* 28. *sub nu.* 12. *vers. præterea*, ubi ita scribit: *Præ-
terea dicebam, quod hæc materia subreptionis, vel obreptio-
nis, aut defectus intentionis, dicitur potius facti, quam ju-
ris, utpote metienda ex conjecturis, & adminiculis, alisf-
que facti circumstantiis, ex quibus desumenda est verisimilis
Principis concedentis voluntas; & an taciturnitas, vel re-
spectivè expressio illarum circumstantiarum, ex quibus hic
defectus deducitur, verisimiliter retraxisset, seu difficilio-
rem reddidisset concedentem, nec ne; ideaque dicitur mate-
ria arbitraria, &c.* Hæc ille, ubi etiam docet, spectan-
dam esse qualitatem personæ, cui conceditur gratia, an
scilicet sit Principi cognita, & dilecta.

17 Qualitatis Beneficii non expressionem, sive taciturni-
tatem, causare subreptionem, adde ultra dictam deci-
sionem apud Bichium 325. alias apud eundem, nempe
645. & 232. in qua dictum fuit, Provisionem Apostoli-
cam cum derogatione medietatis vocum fuisse subrepti-
tiam: quia non fuit Papæ expressa qualitas, requisita a
fundatore; ibique etiam fuit dictum, quod gratia est sub-
reptitia, cum tertii præjudicium non fuit expressum. Li-
18 tis etiam non expressionem causare subreptionem, addi-
mus decisionem Rotæ penes Bichium 286. *nu.* 11. *cum seq.*
in qua fuit dictum, restitutionem ad publicandum fuisse
subreptitiam, non facta mentione litis: quia si litem sci-
visset, utique Papa talem gratiam non concessisset: quia
non intendit præjudicare liti, & parti. Verum, ut dixi-
19 mus supra, evitatur hæc subreptio per illam clausulam
salutarem, *& super eo inter aliquos lites, cujus statum, &c.*
juxta decisionem Rotæ 325. *part.* 16. & apud Eminentis-
20 simum Cerium 846. *num.* 6. Sed, si quis habuisset manda-
tum per manutentionis sententiam, & possessionem vigo-
re sententiæ, vel mandati, tunc est exprimendum Papæ,
alias gratia foret subreptitia: quia, si hoc scivisset, vel
difficilius, vel non concessisset, Rota *decis.* 379. *num.* 9. &
27. *part.* 18.

Item diximus, litis nullæ taciturnitatem non causare sub-
reptionem, Rota apud Priolum *decis.* 272. *num.* 13. Addi-
21 mus cujuscunque actus nulli taciturnitatem non causare
subreptionem, Felinus *in cap. suggestum, num.* 2. *de rescri-
ptis*, Rota *decis.* 138. *num.* 12. *part.* 16. in qua fuit dictum,
unionis nulliter factæ taciturnitatem non causare subre-
22 ptionem. Hanc etiam subreptionem ob taciturnitatem eo-
rum, quæ sunt exprimenda, & mentio facienda, evitant
clausulæ illæ prægnantissimæ, & derogatoriæ derogato-
riarum, quæ supplent defectum intentionis, Rota *decis.*
247. *num.* 8. *part.* 16.

23 Ad quæ scripsimus *num.* 96. quod in judicando, an gra-
tia sit subreptitia, attendi debeat stylus cujuslibet Summi
Pontificis in concedendis gratiis, adde optimam, & pun-
ctualem Rotæ decisionem 162. *num.* 43. *part.* 12. *recent.*

Sub *num.* 109. diximus, motum proprium non firmare
gratiam contra voluntatem concedentis; adde decisionem
24 235. *num.* 16. *part.* 15. in qua dicitur, quod gratia ex defe-
ctu consensus, & intentionis, redditur nulla, etiamsi
motu proprio sit concessa: quia tunc remanet gratia er-

ronea; & ita etiam decidit Rota coram Coccino *dec.* 1041.
apud ipsum.

Allegantı subreptionem incumbere onus illam probandi 25
concludenter, *allegata n.* 116. adde Rotam apud Bichium
525. *n.* 24. & 645. *n.* 25. & ne noceat, sufficit, ut turbida
reddatur, ut in *d. decis.* 645. veruntamen exceptio subre-
ptionis reservatur ad petitorium, nec admittitur in judicio
summariissimo manutentionis, Rota apud eundem Bi- 26
chium 461. *n.* 14. 15. & 16.

Num. 124. ubi diximus, esse explicandam qualitatem Be- 27
neficii, juxta regulam Cancellariæ; adde decisionem 329.
in fine part. 16. *recent.* cum Beneficium est litigiosum, Rota
apud Cocc. 263. *num.* 9.

Beneficia regularia regularibus, & vice versa sæculari- 28
bus sæcularia esse conferenda, alias collatio nulla est absque
Sedis Apostolicæ dispensatione, diximus *nu.* 126. per tex-
tum *in cap. Beneficium*, ubi Doctores *de regularibus in* 6.
quia Regulares sunt incapaces Beneficii Ecclesiastici sæcu-
laris, Rota apud Priolum *dec.* 342. *n.* 12. ideo hoc esse ex-
primendum: adde decisionem Rotæ apud Bichium 360. *in
princ.* etiam si sint de jurepatronatus, Rota *dec.* 352. *n.* 13. 29
part. 16. atque Beneficia sæcularia bene esse possunt in Ec-
clesia Regulari, Rota *in decis.* 433. penes Bichium allegata
a nobis *sub num.* 128. Beneficium in dubio præsumitur sæcu- 30
lare, dicit Rota in *eadem decis.* 433. *nu.* 18. & 215. *num.* 4.
part. 15. *recent.* nec ex eo, quod est in Ecclesia Regulari,
præsumitur Regulare, nisi probetur Beneficium unitum, sive
extantum, adeo idem cum Ecclesia Regulari, ejusque mem- 31
brum, nec solitum conferri sæcularibus, prout loquitur
decisio penes Ludovisium 370. & etiam *d. decis.* 433. *n.* 21.
Item cum vacavit per obitum, vel resignationem, vel vi-
sitatum ab Episcopo, est sæculare, quamvis in Ecclesia
Regulari, Rota *decis.* 48. *num.* 13. & 14 *part* 18. status Re-
gularitatis probatur, vel originaliter, vel quadragenaria 32
præscriptione constitutus, neque unica collatione Apo-
stolica censetur mutatus ex defectu intentionis; atque col-
lationes Apostolicæ factæ sæcularibus bene probant ulti- 33
mum statum sæcularitatis, ut dicitur in *ead. decis.* 433.
num 22. & 23. Nam Beneficium an sit sæculare, vel Re-
gulare, semper attenditur ultimus status, ut in *dictis de-
cisionibus* 215. *part.* 15. & 433. maxime, cum non agitur
inter collatores de statu Beneficii, sed inter provisos de
validitate collationis, nisi in continenti per rem judica-
tam, aut confessionem partis, seu publica instrumenta,
constet de statu contrario, Rota *decis.* 439. *num*..... *part.*
2. & *decis.* 13. *num.* 26. *part.* 6. Addent. ad Burati. *decis.*
476. *num.* 15. & 16. Rota *in d. decis.* 433. *num.* 28. 29. &
30. apud Bichium, ubi aliæ allegantur decisiones. In- 34
super Prælatus Regularis potest conferre Beneficia sæ-
cularia, cum est Ordinarius, Rota *in allegata decis.* 339.
apud Bichium, etiam a nobis *sub d. num.* 128. allegata,
Insuper addendum est, Monachos Casinenses capaces
esse Beneficii sæcularis curati, Rota *decis.* 59. penes Bi-
chium.

Ad scripta *num.* 131. *cum seqq.* adde decisionem Rotæ
329. *part.* 16. *recent.* in qua dictum fuit, subreptitiam fuis-
se provisionem Apostolicam cum expressione, quod erat 35
perpetuum, & tamen erat amovibile.

Beneficium quando sit curatum, & quomodo probetur 36
esse tale, de qua materia late diximus in superiori capite a
num. 137. *cum seq.* latissime per Sacram Rotam dedu-
ctum fuit in *Gerunden. Prioratus* coram Bichio per multas
decisiones penes eundem 187. 198. 228. 244. 325. 378.
398. ex quibus decisionibus infrascripta deduci possunt
ad corroborandum scripta a nobis: Et primo certum est,
quod Beneficium curatum specie differt a simplici, Lotte- 37
rius *lib.* 3 *quæst.* 4. *num.* 15. Rota *d. decis.* 244. *num.* 15. ideo
de curato mentio specifica facienda est; nec arguere li-
cet tanquam a majori ad minus, ut *ibidem* dicitur;
& quia curatum Beneficium servitutem, & onus habet
annexum, ideo potius simplex præsumitur, quam cura- 38
tum: ita ut asserenti, illud esse curatum, incumbit onus
probandi, Rota in *d. decis.* 198. *num.* 37. & 38. & 228.
num. 26. ac etiam 645. *num.* 23. etiam apud Bichium. At
post scripta vidimus decisiones 161. *num.* 16 *part.* 18. *re- 39
cent.* ubi fuit dictum per Sacram Rotam, non fuisse sub-
reptitias litteras Apostolicas, in quibus expressum fuit
Beneficium esse simplex, cum esset residentiale: quia cum
Papa contulit quod plus est, prout est Beneficium sim-
plex, eo fortius contulisset minus, ibique citatur decisio
640. *num.* 2. apud Dunozett. juniorem. Ad constituen-
dum autem curatum, seu Parochiale Beneficium, qua- 40

unoe esse necessaria, dixit Rota in *dict. decis.* 228. *num.* 24.
apud Bichium, nempe locum certis finibus constitutum,
in quo Populus ei deputatus degat, *cap. Ecclesias* 13. *quæst.*
1. Exercitium curæ nomine proprio, *cap. extirpanda §.*
qui vero, de præbend. Nomen Curati, seu Rectoris dictæ
Ecclesiæ, *cap. cum non ignores, de præbendis*, & potestas
fori pœnitentialis, & reciproca necessitas recipiendi, ac
administrandi Sacramenta, in quo præcipuum jus Paro-
chiale consistit, *cap. omnis, de pœnit. & remiss.* & quod
inter essentialia requisita Beneficii curati est exercitium cu-
41 ræ nomine proprio, non autem alieno, ex *d. cap. extir-*
panda, dixit etiam Rota in *decis.* 377. *nu.* 13. apud eundem
Bichium, quæ omnia confirmantur in *decis.* 7. *in princ. part.*
18 *recent.* & eadem Sacra Rota in *decis.* 32. *num.* 7. *part.* 18.
tom. 1. dixit, probari Ecclesiam esse Parochialem, cum
probatur habere populum distinctum, separatum, & sub-
42 ditum cum suis limitibus, distinguendo, & specificando
terminos, & idem dicitur *decis.* 375. *num.* 17. & apud Prio-
lum. Ex sola autem asservatione Sanctissimi in aliqua Ec-
43 clesia, vel tantum ex administratione Sacramenntum,
non infertur necessario ad curam, Rota apud Priol. *decis.*
104. *num.* 25. Non probatis autem istis requisitis, enuncia-
tiva visitationis non probat Beneficium Curatum, ut in *d.*
44 *decis.* 228. *num.* 28. quamvis in *d. decis.* 187. *num.* 29. fuerat
dictum, ex visitationum enunciativis probari Beneficium
Curatum. Ex antiquis institutionibus, in quibus Benefi-
45 cium enunciatur Parochiale, seu Curatum, bene proba-
tur tale, Rota apud Carill. *decis.* 41. *num.* 4. & 317. *num.* 8.
part. 16. Item cum Episcopus tanquam tale consulit: quia
præsumitur informatus de statu, & qualitate Beneficii suæ
46 Diœcesis, juxta text. *in cap. præsumitur, de regulis juris*
in 6. Rota *in dict. dec.* 317. *num.* 11. *part.* 16. & *d. decis.* 32.
47 *part.* 18. ennunciativas tamen erroneas non probare Bene-
ficium Curatum, dixit Rota *decis.* 39. *nu.* 8. *part.* 17. sicuti
in *d. decis.* 645. *num.* 19. apud Bichium fuit dictum, solam
48 fidem Cancellarii de attestatione facta ab Ordinario in vi-
49 sitatione non probare Beneficium Curatum; nec ex quo
Beneficium est fundatum in Ecclesia Curata, dici Cura-
50 tum potest, prout in *d. decis.* 198. *num.* 49. Nec non si Be-
neficium simplex cum Curato unitum fuerit, si unio facta
fuit pro temporalibus, seu quoad fructus, non inde eva-
dit Curatum, Rota in *d. decis.* 187. *num.* 26. & apud Emi-
nentissimum Cerrum 623. *num.* 27. videndum, & obser-
51 vandum enim est, quomodo facta est unio, accessorie sci-
licet, an principaliter, ut bene observat præter alios Emi-
52 nentiss. Cerrus ibidem. Ex non residentia, & retentione
alterius Beneficii, alinquin incompatibilis, probatur Be-
neficium non esse Curatum, ut in *d. dec.* 187. *n.* 26. & 198.
53 *num.* 44. apud Bich. ex pluribus provisionibus Apostolicis
tanquam de simplici, bene probatur Beneficium esse tale,
seu non Curatum. Rota *d. decis.* 187. *num.* 24. & 198. *num.*
41. & 228. *num.* 26. præsertim ex ultimo statu quando de
54 anteriori non constat; secus si constaret de anteriori, ut
in dictis decisionibus, præcipue 228. *num.* 28. & licet in
d. decis. 187 *num* 27. fuit dictum, quod, quando non exer-
cetur per Vicarium, sed per Presbyteros conductitios,
demonstret, Curatum esse Beneficium, & curam apud
55 Rectorem; Attamen in alia decisione ejusdem causæ 198.
nu. 48. fuit dictum, hoc procedere, si Cura exercetur no-
mine Rectoris, qui residere tenetur; alias ex eo, quod
Rector apponit Capellanos, qui exerceant curam, non
sequitur, quod Cura sit penes Rectorem, seu Beneficia-
tum, & ita etiam iterum dixit Rota *in allegata decis.* 228.
30. quas etiam decisiones 198. & 228. iterum approbavit
56 Sacra Rota *in Barbasten Capellania* 19. *Junii* 1662. coram
Priolo, apud ipsum 281. *nu.* 8. Ex delatione Sanctissimi ad
infirmos, & ex libris Baptismatis probatur cura, quod di-
ctum fuit in *d. decis.* 187. *num.* 29. adest etiam decisio apud
Eminentissimum Cerrum 730. in qua videtur probari, es-
57 se Ecclesiam Parochialem ex fonte baptismali, & propriis
limitibus. Et licet Parochialia non probetur concluden-
ter per fontem baptismalem, & ex sepultura, & exactio-
ne decimarum; attamen multum conferunt testes, depo-
nentes de Sacramentorum administratione, & cadaverum
tumulatione, ad Parochialitatem inducendam, vide *d.*
decis. 5. 6. & 7.

Liceat hic obiter, non tamen omnino extra materiam
aliqua circa Ecclesiam Parochialem, seu curam, annota-
58 re. Diximus, quod ad constituendam Ecclesiam Parochia-
lem quatuor sunt necessaria, & præcipue limitum assigna-
tio cuique Parochiali, & Curatæ Ecclesiæ; Oritur dubium,
nunquid intra eorundem limitum terminationem possint
esse duæ Ecclesiæ Parochiales, una ab altera independens,
& Parochus, seu Rector unius alteri non subsit, & ab eo
independenter curam exerceat? Quæstio hæc ventilata fuit
in Sacra Rota in una *Novarien. Parochialis*, in qua multi-
plices fuerunt decisiones, quas tres perlegimus, nempe 4.
Martii 1667. coram Albergato, 13. *Junii* 1668. coram eo-
dem, 10. *Maii* 1669. coram Calataju, *in prima* 39. *secun-*
da 281. *part.* 15. *recent. tertia* 90. *part.* 16. *recent.* in quibus
decisionibus uniformiter fuit per sacrum illud Auditorium
decisum, non posse duos Parochos esse in una eadem Pa-
rochia, sicuti duos maritos unius sponsæ, *cap. in agribus*
7. quæst. 1. & *cap. sicut* 21. *quæst.* 2. *cap. quod priori* 13. *quæst.* 59
1. *cap. plures* 16. *quæst.* 1. hoc enim monstruosum esset, jux-
ta textum *in cap. quoniam §. prohibemus, de officio Ordina-*
rii: jus enim formale Parochi non potest in duobus insoli- 60
dum residere; nam implicat, quod quis sit verus, & pro-
prius Parochus, cum plena facultate, & jurisdictione er-
ga suos filianos, & quod alter Presbyter libere, & inde-
pendenter ab eo exerceat eadem jura Parochialia, aut quo-
modocunque se gerat absque ejus licentia, juxta consilium
Oldradi 67. & doctrinam Innocentii, Imolæ, & Anto-
nii de Burrio in *cap. cum non ignores, de præbendis*. Hoc
enim implicare Sacris Canonibus, dixit Rota, neque Epi- 61
scopum posse insolidum duos Parochos constituere, neque
duas Parochias in una eadem terminatione, & novam in-
tra limites prioris erigere; nam intolerabile est, filianos
pluribus Pastoribus obedire, unamque Ecclesiam esse 62
duorum sponsam, ex Gloss. *in can. sicut*, 21. *quæst.* 2. *verbo*
dividere, Gabriel. *cons.* 190. *num.* 9. *lib.* 2. Mascard. *cons.*
469. Barbos. *de officio, & potest. Episcop. alleg.* 53. *n.* 159.
aliud enim esse dixit Sacra Rota, quod duo sint in duobus
Beneficiis, ex uno confectis, aliud vero, quod sint duo in
uno eodem Beneficio, quod vetitum est a Sacris Canoni-
bus, & solum Papa potest in hoc derogare, juxta doctri- 63
nam Lambertini *de jurepatronatus lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 7. *art.*
17. *num.* 3. Ante Tridentinum Concilium vero bene potuis-
se Episcopum dividere unam curam Parochialem in duas, 64
vel duas intra limites unius, cuilibet certam partem assi-
gnando, per text. *in cap. ad audientiam, de Ecclesiis ædi-*
ficand. Exercitium tamen duntaxat posse penes plures inso-
lidum stare, vel quando cura est penes Collegium: quia
tunc nullus dicitur proprie Parochus, Gabriel *dict. consil.*
190. *num.* 2. *lib.* 2. Gonzalez *reg.* 8. Glos. 6. *nu.* 42. Grat. *cap.*
865. *num.* 23. Add. ad Greg. *decis.* 370. *num.* 11. vel quando
per coadjutores plures exercetur cura: quia coadjutores 65
repræsentat ipsum Parochum, & suo nomine exercent;
ideo in illis decisionibus fuit dictum, & decisum per con-
spicuos illos Patres, Ecclesiam S. Mariæ erectam in Paro-
chialem intra limites Ecclesiæ S. Georgii in confuso absque
terminatione situs, non fuisse Parochialem, neque Epi-
scopum hoc potuisse facere.

Sed quatenus Sacra Rota dixit, non posse Episcopum 66
plures Sacerdotes, seu Parochos, in una eadem Ecclesia
Parochiali constituere, obstantibus Sacris Canonibus;
videtur contrarium decidisse Sacrum Concil. Trid. qui
antiquos Canones moderando *in sess. enim* 21. *cap.* 4. *de*
reformat. ita determinavit: *Episcopi, etiam tanquam Apo-*
stolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesiis Parochialibus,
vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut
unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis
administrandis, & cultui Divino peragendo, cogant Re-
ctores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad
hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhiben-
da, & Divinum cultum celebrandum; unde ex hoc Sacri
Concilii decreto clare videtur, recessum fuisse ab antiqua
Sacrorum Canonum determinatione, posseque Episcopum
plures Parochos in una Ecclesia Parochiali constituere. Sed
sedulo verba Sacri Concilii consideranda sunt; nam Sa-
crum Concilium non dicit, quod Episcopus plures Paro-
chos, seu Rectores constituere possit insolidum, ut apud
omnes sit eadem cura Parochialis independenter; sed ob
Populi numerositatem, cum unus Rector non sufficiat,
alios adjungat, quot sufficiant ad Sacramenta admini-
stranda, seu coadjutores constituat, prout sonare videtur
illud verbum, *adjungat*; quare Sacrum Concilium intel-
lexit, quod Episcopus constituat Presbyteros dependentes,
seu alios coadjutores, non tamen independentes, & æque
principaliter; seu quod apud Rectorem sit cura insoli- 67
dum, & proprie, apud alios exercitium; sed hoc relin-
quimus Eminentissimis Patribus ejusdem Sacri Concilii In-
terpretibus decidendum, & declarandum, quia nostrum
non est.

Dum

Dum hæc imprimebatur, perlegimus decisionem Sacræ Rotæ in *Mediolanen. jurium Parochialium* coram Illustrissimo Matthæo *impressam in 19. part. recent.* 225. in ordine, in qua expresse habetur, quod possunt esse plures Parochi insolidum in eadem Parochia, ibi enim a *num.* 2. ita dicitur: *Cum vere, & realiter isti sint Curati, & ad eos spectet totale, & integrum Curæ animarum ministerium, cum juribus, & emolumentis Parochialibus: Quia juri non repugnat, quod duo, vel plures possint esse insolidum Curati, in cap. non ignoret,* Jo. And. *sub nu.* 2. *vers. sed contra, de prebend. & dignit.* Hostiens. *ibi n.* 6. Buttius pariter *n.* 6. Mil. *in Repert. in verbo Eccles. penes quos proprie, vere, & realiter dicitur residere omnimoda cura actualis, & habitualis, pro qua habenda non est necessaria formalitas sponsi, sed sufficit titulus perpetuus absque dependentia ab alio Parocho: hoc enim casu isti plures, licet non sint sponsi, tamen repræsentant sponsum, nempe Parochum, & de cætero vere habent curam ipsam omnimodam,* Innoc. *in c. cum non ignores, n.* 1. *de præb.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 20. *a n.* 142. *ad* 145. *Dum enim in hujusmodi Ecclesia Parochiali isti tres Portionarii sint coæquales, & provisi in titulum perpetuum per concursum ad instar Parochorum, quamvis singuli dici non possint Rectores actu, negari non debet, quod habitu tales denominari possint, & ipsis tanquam in uno corpore conservatur unicitas,* Lotter. *de re benef. eodem lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 198. *in fine. Militante autem hujusmodi juris assistentia ad favorem eorundem Portionariorum in exercitio functionum, & jurium omnium Parochialium Præpositus, & Canonici conqueri nequeunt, quod Sacra Pagina, & Constitutiones fuerint neglecta, mandantes, conjugium spirituale esse regulandum cum carnali: quod sicut istud plurimum uno eodemque tempore plurium virorum consortium adhorret, ita uno solo sponso istud contentum esse debet, juxta text. in cap. quoniam, vers. prohibemus, de off. Ordinarii, cap. cum non ignores, de prebend. & dignit.* & *firmat decisio, quæ revidetur in* 9. *rasa est. Considerabant autem Doctores, istos tres Curatos Portionarios per se ipsos constituere unum Collegium, juxta ea, quæ de novo adducuntur, & quæ in decisione* coram bon. mem. Dunozetto *examinata haud fuerunt, & stante hujusmodi Collegialitate, componente unum corpus integrale, cura animarum non residet penes eorum singulos, uti Ecclesiæ sponsos, sed tantummodo remanet penes unum Collegium, seu corpus, ex pluribus membris constitutum, & compositum, & in eo conservatur unitas, & consistit cura Animarum,* Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *vers.* 7. *quæro. ff. de offic. consul.* Bellamer. *cons.* 38. *num.* 12. *vers. cura Parochialis Ecclesiæ,* Card. Tusc. *verb. Parochia conclus.* 96. *num.* 11. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 144. *& seq. & in hoc casu licet sint plures personæ, tamen unus est Curatus: quia omnes habentur loco unius, glos. in can. nunc autem, verb. Diaclatiam, distin.* 21. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 20. *n.* 145. *Ponderabant insuper Doctores, quod isti tres Curati non cohonestantur simplici nomine Parochorum, sed fulgent alia qualitate, nempe Portionariorum, ad effectum demostrandi, quod uti singuli non fruuntur prærogativa sponsi Ecclesiæ, sed uti corpus, ex pluribus membris conflatum; itam istæ tres personæ omnino distinctæ, & separatæ, & coæquales constituunt unum Parochum, & sponsum Ecclesiæ Sancti Babylæ, & per consequens non dicuntur simplices Vicarii, sed veri Parochi, & sponsi Ecclesiæ in qua sunt perpetuo intitulati, ut in summ. num.* 1. *& potiuntur jure decimandi, ut in præsenti summario num.* 3. *nec non jure funerandi, ut in eodem summario, num.* 6. *& demum providentur per concursum, qui non est necessarius, quoties cura residet penes Capitulum, ut in summario n.* 7. *Quæ omnia proprie conveniunt illis, qui ministerium Parochorum exercent. & de jure decimandi adsunt text. in cap. cum contingat, de decimis, & in cap. fin. de Paroch.* Rota coram Cotitulo *decis.* 121. *num.* 15. & coram Zarat. *decis.* 53. *num.* 2. & de jure funerandi egregie firmat Barbos. *de Parochis part.* 1. *cap.* 1, *num.* 3, *& demum de provisione per concursum loquuntur* Pax Jordan. *de benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 21. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 6. *num.* 158. *cum pluribus seqq.* Rota *decis.* 579. *num.* 2. *& dec.* 710. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & in Laudien. Paroch.* 12. *Januarii* 1671. §. 2. coram R. P. D. Calataju. *Indubitatum est istos tres Curatos Portionarios constituere de per se Collegium absque alia superioritate Prælati, quæ de essentia Collegii pernecesse non requiritur,* ut firmat Jo. Andr. *in cap. cum non ignores, num.* 2. *vers. & si sit,* Zabar. *ibidem nu.* 1. *de præbend.* Archidiaconus *in can. sicut, num.* 2. *vers. & licet non habeant Prælatum, caus.* 21. *quæst.* 2. Rom. *cons.* 436. *num.* 6. In aliquibus tamen Civitatibus Regni, præsertim in mea patria, in unaquaque Parochia ad minus adsunt duo Parochi, in multis septem, vel quatuor, qui omnes sunt insolidum Parochi, æque scilicet, & principaliter, & dividunt curam per turnum singulis mensibus: & observavi in meo Magistro, quod solum residebat intra limites Parochiæ in illo mense, in quo illi cura contingebat. Hoc autem non sic de facili admittimus: quia cum cura est insolidum penes unumquenque, unusquisque semper tenetur, neque in hoc potest dari consuetudo in contrarium.

In Terra Cameroiæ hujus Policastren. Diœcesis adest
Archipresbyter cum cura in Ecclesia S. Danielis, insuper 68
in eadem Terra adsunt Ecclesiæ sub titulis S. Mariæ, &
S. Nicolai, in quibus exercetur cura Animarum, & in
unaque fons baptismalis, & unicuique Rectori sunt
assignati proprii filiani per familias; verum neque Rector
S. Mariæ, neque S. Nicolai, sunt perpetui, sed ad tempus
neque per concursum providentur, & videntur quasi
coadjutores Archipresbyteri, eo etiam præsertim, quia
Archipresbyter habet partem cum tumulantur cadavera
in dictis Ecclesiis, quæ omnia videntur invicem adversari,
præsertim, quia unaquæque Ecclesia habet suos
proprios filianos, in quibus curam exercet: si enim essent
simplices coadjutores, & dependentes ab Archipresbytero,
ad quid assignatio filianorum, quæ importat jus
proprium, & verum Parochiale? si Populus erat numerosus,
adjungendi erant alii coadjutores in eadem Ecclesia
S. Danielis, & non constituendæ aliæ Ecclesiæ Parochiales,
cum administratione omnium Sacramentorum,
& divisione, & terminatione Populi, neque administrant
Sacramenta nomine dicti Archipresbyteri, ut apud
ipsum sit cura habitualis, & non apud ipsos, juxta theoricam
Jo. Andreæ *in cap. cum non ignores, sub num.* 2. *vers.
sed contra, de præbendis,* Lotterius *libr.* 1. *quæst.* 20.
num. 130. Rota apud Eminentissimum Cerrum 503. *n.* 2.
& 544. *numer.* 4. & si sunt veræ Parochiales, quare non
perpetuæ, & absque consensu? Ideo diximus contrarietatem
involvere. Fuitque tamen magna controversia coram
me inter dictum Archipresbyterum, & duos alios
Rectores dictarum Ecclesiarum: quia Archipresbyter intendebat
accipere omnia emolumenta, quæ recipiunt ex
stola in dictis Ecclesiis: puta, quæ recipiunt ex denunciationibus,
sive monitorialium, sive matrimoniorum, quæ
ex fidibus librorum, & similibus, & dicebat hos esse suos
coadjutores, & ad ipsum spectare omnia emolumenta;
at ego, fretus auctoritate Sacræ Congregationis Sacr. 69
Conc. Trid. Interpretis, contrarium arbitratus fuit: quia
dixit Christus Dominus noster: *Dignus est operarius mercede
sua;* & Paulus Apostolus: *Non est alligandum os bovis
triturantis: & qui laborat manducat.* Isti Rectores laborant
in exercicio curæ Animarum, & sentiunt incommodum;
ergo debent habere mercedem laboris, & commodum
sentire, debet ipsis assignari portio pro cura, &
exercitio, juxta textum expressum, & litterarum in *cap.
ad audientiam, de Ecclesiis, ædificandis,* ibi: *Ad sustentationem
suam ejusdem Villæ obventiones Ecclesiasticas per- 70
cepturum; & in cap. extirpandæ, de præbendis, & dignitatibus,*
ibi: *Cum igitur os bovis ligari non debeat, statuimus,
ut consuetudine qualibet Episcopi, vel Patroni,
seu cujuslibet alterius, non obstante, portio Presbyteris ipsis
sufficiens assignetur:* Archipresbyter enim, vel debebat,
constituere Presbyteris ipsis portionem aliquam de sua,
& mercedem dare aliquam, tanquam suis coadjutoribus,
& ministris, vel relinquere eis emolumenta. Neutrum
intendebat ille, sed solum suum lucrum, & expetere
ab istis laborem, & pericula; quod iniquum mihi
visum fuit. Insuper in Terra Bonatoium, etiam hujus
Policastren. Diœcesis, adsunt duæ Ecclesiæ Parochiales, 71
& unus Parochus, quod etiam Sacris Canonibus videtur
contrarium, tanquam unus sponsus duarum mulierum.

Quandoque etiam cura Animarum residet penes Collegium,
sed non apud singulos de Collegio, & per conse- 72
quens singuli non dicuntur habere curam Animarum, Barbos.
de potest. Episcop. alleg. 60. *num.* 30. Rota *in dicta
decis.* 645. *num.* 13. *cum seq.* penes Bichium, & nullus dicitur
vere Parochus, Rota *decis.* 90. *num.* 12. *part.* 16. &
sic non est facienda mentio de hujusmodi cura in impetratione,
licet de cura semper sit facienda mentio, etsi
sit habitu, quicquid sit, quando cura actualis ob deficien- 73
tiam Parochorum expiravit, Rota *decis.* 684. *num.* 1. &
4. *part.* 3. *divers. & in alleg. decis.* 645. *nu.* 18. & quod non

sit facienda mentio de cura habituali ob carentiam Popu-
74 li, quando nulla est spes verisimilis reversionis Populi, Gabriel *cons.* 191. *n.* 8. *lib.* 1. Cavall. *decis.* 164. *num.* 3. Add. ad Greg. 450. *num.* 11. apud Eminentissimum Cerrum 730. *num.* 9.

75 In *num.* 153. diximus, in Canonicatibus Cathedralium debere esse distinctionem, ut alii sint in ordine Sacerdotali constituti; alii in ordine Diaconali, & alii in ordine Subdiaconali, secundum decretum Sacri Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Verum in *decis.* 44. *in princ. part.* 15. *rec.* dicitur, quod dari potest consuetudo laudabilior, ut omnes Canonici in Cathedrali sint constituti in ordine Presbyterali ultra dimidiam saltem partem; Cum vero aliquis Cano-
76 nicus non fuerit initiatus Ordinibus Sacris, non potest exercere actus Canonicales, seu Capitulares, Rota apud Dunan. *decis.* 460. *num.* 3. & 4. apud Eminentissimum Cerrum 463. *num.* 9. & 10. & 517. *num.* 4.

Num. 155. diximus, exprimendum esse, an dignitas
77 sit prima in Cathedralibus post Pontificalem: quia prima dignitas est reservata; Addendum est, quod, si prima dignitas non cadit sub reservatione, veluti si esset de jurepatronatus laicorum, ut in Metropolitana Amalphitana, tunc secunda dignitas, seu immediate sequens, cadit sub reservatione, prout in eadem Ecclesia Amalphitana est dignitas Cantoratus, Rota *decis.* 312. *num.* 3. apud Bichium, Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 33. *num.* 43. Ad effectum tamen in-
78 ducendi hanc reservationem concludentissime probandum est, quod sit prima in Cathedralibus post Pontificalem, vel prima in Collegiata, juxta *d. decis.* 312. *num.* 7. apud Bichium.

Ad quæ scripsimus *a num.* 156. *usque ad* 159. addendum
79 diximus, quod mihi quoque contigit in hac Ecclesia Policastrensi. Obtinuit jam ab anno 1660. Joseph Politus Archidiaconatum primam dignitatem in hac Cathedrali Policastren. cum expressione qualitatis Doctoratus, juxta dictam dispositionem Sacri Concil. Trident. sed re vera non erat Doctor Universitatis, sed privilegio Ducis Sfortiæ, & jam illud pacifice possederat per fere quatordecim annos, quibus expletis a meo Prædecessore de diversis criminibus processatus, & signanter, quod, cum non esset Doctor, se talem asseruit Summo Pontifici pro obtinendo Archidiaconato, & quod se non subjecerat examini, prout mandatum fuerat in Litteris Apostolicis; ideo male impetraverat, & possessio capta nulla, & pro vacua habenda erat, obstante etiam *decreto irritanti*, apposito in Sacro Concil. Trident. & Constitutione B. Pii Papæ V. Ac proinde ab eodem meo Prædecessore anno 1674. de Mense Maii injunctum fuit, quod procurare deberet indultum Apostolicum, seu *perinde valere*; Anno vero octogesimo Paulus Riccardus Doctor, & Canonicus Policastrensis, prætendens impetrare præfatum Archidiaconatum, tanquam vacatum, ex quo Joseph Politus non erat Doctor, cuidam Curiali Romano scripsit pro impetratione dicti Archidiaconatus, qui eidem Paulo rescripsit ei obstare *Regulam de triennali*, ac me super hac re consuleret. Ego considerabam, *Regulam* præfatam multum favere Josepho Polito: quia hæc confovet possessorem triennalem, & excludit dumtaxat ingressum Simoniacum, & eum, qui se intruserit in Beneficio reservato in reservatione generali, in corpore juris clausa; & cum excipiat hos duos casus, de necessitate comprehendit, & tuetur omnes alios casus,
80 etiam continentes malam fidem, & ingressum vitiosum, Rota ad Crescentium *decis. unica de præscriptione*, apud Mohedanum *decis.* 5. *de possessione*, & *proprietate*, apud Seraph. *decis.* 71. apud Ludovis. 59. Gomes. *in dicta Regula* 942. & licet tantum præstet exceptio-
81 nem, & non actionem, Rota *decis.* 1. *nu.* 21. & 22. apud Bichium; attamen tam in petitorio, quam in possessorio tuetur possessorem, ut scilicet contra ipsum, neque in petitorio, neque in possessorio lis excitari possit, Ro-
82 ta *decis.* 171. *num.* 2. & 3. & 597. *num.* 10. apud Bichium, apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 327. *num.* 3. & 263. *num.* 8. *part.* 17. & 148. *num.* 16. *part.* 18. nec potest dici de tituli invaliditate, Rota *d. decis.* 597. *num.* 11. quare adversus Provisum Apostolicum possessorem per triennium non potest agi, neque in petitorio, neque in possessorio, nisi ei obstet reservatio, quæ resultat ex obitu in Curia, ut diximus, quæ excipitur in dicta regula: quia hæc tantum est reservatio generalis, quæ est in corpore ju-
83 ris clausa, ut exponit Alphonsus Glossator. in *d. regula num.* 15. 16. & 17. ibidem Cocchier. *num.* 16. Gomes. *quæst.* 31. *vers.* 1. Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 53. *num.* 17. Rota *in d. decis.* 171. & Provisus Apostolicus, cum est triennalis possessor, ad ulteriorem justificationem sui gratiæ non tenetur, Rota *decis.* 154. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* & *in d. decis.* 327. *num.* 5. apud Eminentissimum Cerrum. Resistitque hæc regula eti- 84
am Proviso Apostolico tanquam de reservato, & habenti Breve de capienda possessione Rota *decis.* 401. *num.* 23. *part.* 19. Quæ regula, ut suum sortiatur effectum, duo 85
requirit, nempe titulum coloratum, ut exponunt omnes supradicti, & alii Doctores, præsertim Lotterius *dicta q.* 53. *num.* 11. Rota apud Bichium *d. decis.* 171. & *decis.* 51. *n.* 86
26. *part.* 15. & 297. *num.* 10. *part.* 16. prout est titulus, habitus a Papa; Rota *decis.* 455. *num.* 27. apud Bichium, etiamsi sit nullus, & invalidus: nam sufficit ad evitandum 87
intrusionem, ut dicitur in *eadem decis.* 455. *num.* 28. & *decis.* 148. *num.* 18. *part.* 18. & dixit Alphonsus Glossator *num.* 20. & non solus titulus verus sufficit, sed etiam præsumptus, qui dicitur ex decennio; nam, si post decen- 88
nium fluxerit triennium pacificum possessionis, bene sufficit, Lotterius *loco cit. num.* 31. Rota *decis.* 395. *num.* 13. apud Bichium. Alterum, quod requirit regula hæc, ut 89
præstet hoc privilegium, est possessio triennalis pacifica, absque qua nihil, ut expresse dicitur in regula, & docent Doctores citati unanimiter, præsertim Lotterius *loco cit. num.* 19. & canonizavit Sacra Rota in *d. decis.* 51. *num.* 26. *part.* 15. quibus concurrentibus dicta regula omnes impe- 90
trationes de quibusvis Beneficiis sic possessi irritas, & inanes declarat.

Ex quibus cum Joseph Politus esset non solum possessor per triennium, sed per decem, & quatuor annos pacificos, bene hoc regulæ beneficio potiebatur, & contra ipsum nulla impetratio fieri poterat, etiamsi alias ipso jure fuisset privatus, Alphons. *in d. regula num.* 29. Neque Papa regulæ de triennal. derogare solet, sicuti bene derogat regulæ de annat. Lotterius *loco cit. num.* 32. Contra 91
ipsum tamen objiciebatur, quod ex decreto Tridentini obtinens primam dignitatem debet esse Doctor, & contra decreta Tridentini non præstat auxilium regula triennalis, Cocchier. *in dicta Regula sub num.* 49. Garzias *de beneficiis part.* 11. *cap.* 13. *num.* 379. Campanilis *in divers. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 111. & 112. Barbosa *allegat.* 62. *num.* 19. Rota apud Farinac. 310 *part.* 2. *in noviss.* & 187. *num.* 35. apud Bichium: quia responderi potest primo, quod Joseph Politus erat jam Doctor, & se talem asseruit, & sic satisfactum fuit Concilio; Quod vero non fuisset doctoratus in publica Universitate, hoc non exposuit Concilium, neque declaravit, privilegium, habitum ab habente indultum doctorandi, non suffragari; Sed postea hoc declara- 92
verunt Summi Pontifices, & præsertim Sacra Rota; inde sequitur, quod dicta regula bene fovere poterat triennalem bonæ possessorem. Secundo respondetur cum Novar. *in Summa bullar. tom.* 1. *rub. de concursu, sub numer.* 6. *vers. nec obstat*, quod hoc procedit in casibus particularibus, puta *sess.* 7. *cap.* 4. & *sess.* 14. *cap.* 17. ut probat idem Garzias *part.* 7. *cap.* 3. *num.* 88. Decretum, latum a meo Prædecessore, quod scilicet dictus Joseph impetret gratiam *perinde valere*, ex quo non erat Doctor, nec subjecerat se examini, officere non videbatur dicto Josepho: Quia cum Josephus erat possessor ultra decennium, acquisiverat novum 93
titulum, ut bene probat Alphonsus Glossator *in dicta regula*, *num.* 18. 19. & 20. & ideo non indigebat novo rescripto revalidatorio, & in hoc casu, cum post dictum decretum fluxerint quinque anni, in quibus nullam aliam molestiam habuit præfatus Joseph, neque judicialem, neque extrajudicialem, super possessione, aut fructuum perceptione, prout requiritur ad excludendum effectum 94
regulæ, Lotterius *loco cit. num.* 20. Rota *dicta decis.* 171. *num.* 26. penes Bichium, & *decis.* 51. *numer.* 27. *part.* 15. *recent.* & 263. *num.* 10. *part.* 17. de novo effectus fuit pacificus possessor per triennium, per quod prædicta lis antiqua extincta fuit, ut bene explicat Alphonsus Glossator *in dicta regula*, *num.* 24. *cum multis seqq.* præsertim cum lis fuerit extra Curiam, prout mordicus tenet idem Glossator *sub num.* 34. *in fine*, & Alphonsum sequitur Gomezius *in eadem regula quæst.* 61. *vers. antiqua igitur*, Rota apud Mohedanum *decis.* 14. *sub num.* 2. *vers. in triennali vero*, *sub titulo de causa possessionis*, & *proprietatis*, Lottec. *in d. quæst.* 63. *num.* 12.

Hæc ad favorem Josephi Politi adduci poterant: & considerabam, expeditionem, seu impetrationem, quam facere intendebat Paulus Piccardus, certo modo, esse faciendam cum narrativa facti, ut in facto erat, & in suppli-

plica-

plicatione petere derogationem regulæ, ut dixit Alphon-
sus *n.* 28. quatenus erat necessarium, quod de facili pot-
erat obtinere Piccardus, ex quo provisio Josephi fuit
nulla, & contra decretum Concilii, exposceotis virum
doctoratum in prima Dignitate; Sed non acquievit con-
siliis meis, & accessum habuit ad quendam legis peri-
tum hujus Diœcesis, qui Vicariatus officio functus fue-
rat, antequam ad hanc Diœcesim pervenissem; qui im-
memor præfatarum literarum Polii, efformavit memoria-
le Sanctissimo porrigendum, in quo asseruit, Joseph Po-
lium impetrasse Archidiaconatum in Ecclesia Policastren.
& in litteris adesse clausula, quod infra annum ascendere
debuisset ad lauream doctoratus, vel liceotiari in aliquo
publico Gymnasio, alias ipso jure vacaret Archidiaco-
natus; quæ clausula semper apponi solet in litteris pri-
mæ Dignitatis in Cathedralibus post Pontificalem; ac pro-
inde Paulus poterat provideri de dicto Archidiaconatu
sic vacante, & ad instar hujus supplicis libelli Procura-
tor, Romæ existens, fecit formari supplicationem, &
signari, ac litteras desuper expediri; Quibus in Curia E-
piscopali præsentatis, noluit meus Vicarius executionem
dare, quia erant omnino subreptitiæ: Nam in litteris,
seu Bullis expeditis ad favorem Josephi, non erat dicta
clausula; Quæ tunc ponitur, quando impetrans non as-
serit, se esse Doctorem, & ideo Papa mandat, quod in-
fra annum se faciat promoveri ad Doctoratum, vel saltem
licentiari in aliqua publica Universitate; at cum in im-
petratione Joseph asseruisset, se jam esse Doctorem, non
fuit apposita; & sic narrativa Pauli fuit falsa (licet non
dolosa, quia delusus fuit) & litteræ suæ impetrationis
omnino subreptitiæ: debebat enim asserere, quod Joseph
Polius asseruit esse Doctorem, prout non erat, publi-
cæ Universitatis, ac proinde petere *certo modo* provi-
sionem de dicto Archidiaconatu, & in supplicatione pe-
tere derogationem regulæ, ut dixit Alphonsus *num.* 26.
tunc enim litteræ expediendæ erant sub altera forma, seu
certo modo; nempe committi debebat Vicario Policastren.
quod vocato Josepho possessore, illoque prius privato,
conferre debuisset Paulo Archidiaconatum; Sibi igitur
imputet Paulus, qui relicto Consilio senioris, illique no-
lens acquiescere, secutus doctrinam junioris, perdi-
dit omnes expensas, erogatas in hujusmodi impetratione.
95 *Num.* 165. diximus, quod in aliquibus Ecclesiis Ca-
thedralibus, præsertim hujus Regni, viget consuetudo
retinendi Dignitatem, & Canonicatum; adde, quod
hanc consuetudinem non improbat Sacra Rota, sed va-
lidam supponit, ut in *decis.* 576. *n.* 2. penes Bichium, *&*
224. *part.* 16. *recent.* & tunc habet duas voces, Rota in
96 *d. decis.* 576. *num.* 2. *&* 3. ubi aliæ allegantur, & dicitur
ibid. quod hæc est verissima, & receptissima Doctorum
sententia; & si adsit consuetudo, duas lucratur distribu-
tiones, Joann. Andr. in *cap. cum olim, de sententia, &*
re judicata, num. 8. ibidem Abbas *numer.* 6. *vers. quan-*
doque, Rota *dicta decis.* 576. *num.* 4. *& in dict. decis.*
224. *numero* 7. Moneta *de distributionibus quæst.* 4. *nu-*
mero 6. *part.* 2. Seclusa tamen consuetudine, non de-
97 bentur: quia interessentia non potest duplicari, ut di-
cit Moneta *loco cit.* debet tamen præstare servitia, inhæ-
rentia Dignitati, & Canonicatui, ubi simul non ita con-
98 currunt, ut eodem tempore ab una persona nequeant
præstari, Garz. *de Beneficiis, part.* 3. *capit.* 2. *numer.*
502. *&* 503. *cum seq.* Rota *dict. decis.* 576. *numer.* 5 Ve-
99 rum tenetur canere Epistolas, & Evangelia, sicuti cæte-
ri Canonici, ut ibidem dicitur.

Ad dicta *numero* 174. *in fine* addendum est, quod
in multis Ecclesiis matricibus, seu receptitiis, adest of-
ficium Cantoris, cui incumbit onus dirigendi Chorum,
& officium, atque intonandi Antiphonas, & Psalmos,
100 nullumque habet speciale emolumentum, prout obser-
vatur in hac nostra Diœcesi Policastren. Cum vacat hoc
officium, non comprehenditur *sub regula* 8. *sive* 9. *re-*
servatoria mensium: quia non est Beneficium, ut in ter-
minis dixit Sacra Rota *decis.* 329. *numer.* 7. *part.* 16. si-
101 cuti neque Capellania cadit sub reservatione, Rota *de-*
cis. 327. *in fine part.* 15. *recent.* Item locuti fuimus ibi-
dem de Archipresbyteratibus Ruralibus, de quibus dubita-
vimus, an cadant sub reservatione; nunc vidimus novis-
102 simas decisiones 193. *numer.* 19. *&* 297. *part.* 17. *recent.*
in quibus dicitur, quod Archipresbyteratus Ruralis,
sine Collegio, & jurisdictione; prout sunt illi Amal-
phiten. Diœcesis, non sunt Dignitates, neque compre-
henduntur sub reservatione regulæ 4 *Cancellariæ*.

Beneficia patrimonialia, seu nationalia, esse conferen-
da illis de natione, diximus *a n.* 175 adde Rotam *decis.* 103
361. *n.* 1 *& decis.* 37. *n.* 2. *&* 3. *part.* 15. *recent. & decis.* 106.
n. 12. *part.* 16. *&* 338. *n.* 3. *ead. part.* 16. nec censetur Papa
derogare, & extraneis conferre, nisi expresse hoc expri-
mat, Ruta *decis.* 28. *e* 3. *&* 4. *p.* 15. ubi aliæ allegantur
decisiones. Et cum habent qualitates requisitas, illis de ju- 104
re debentur, ut in *d. decis.* 37. *p.* 15.

Papam non censeri derogasse qualitatibus Beneficiorum, 105
præsertim Jurispatronatus, diximus *n.* 181. adde magistra-
lem *decis.* 28. *part.* 15. *recent. &* 232. penes Bichium, &
alibi sæpe: Sunt enim tunc subreptitiæ litteræ impetratio-
nis, cum Papæ non fuit narratum, Beneficium deberi cer-
tis personis, vocatis in fundatione: quia si hoc fuisset ex-
pressum, non concessisset; cum Papa tamen derogat,
censetur tantum derogare activo, non passivo Jurispatro- 106
natus, Rota *decis.* 372. *n.* 7. 8. *&* 9. *part.* 17. *& decis.* 159.
part. 18. Sed qualitas debet esse adjecta in fundatione, seu
erectione; nam si post apponatur (cum non est contra jus) 107
cum assensu Episcopi, tunc hæc qualitas non est exprimen
da in gratia Papæ, nec illius taciturnitas vitiat gratiam:
quia Papa non debet observare qualitates, quæ non sunt
de natura Beneficij, quales sunt, quæ superveniunt post e-
rectionem; sed illas, quæ sunt de natura Beneficii, quales
sunt illæ, quæ apponuntur in fundatione, Rota apud Coc-
cinum *decis.* 2028. & novissime *decis.* 665. *n.* 14. *&* 15. *p.*
18. qualitatem autem, quæ ex indulto concessit Papa, seu 108
ex privilegio, non sunt necessario exprimendæ, nec ea-
rum taciturnitas facit gratiam subreptitiam: quia Papa con-
cedendo indultum, non censetur sibi, & successoribus, li-
gare manus, Coccinus *dicta decis.* 2028. *per totam, & de-*
cis. 343. *a n.* 11. *cum pluribus seq. p* 16. *& decis.* 249. penes
Ludovis. *&* 73. *n.* 40. apud Eminentissimum Cerrum; sed
circa hoc ultimum videtur, contrarium firmasse Sacra
Rota *decis.* 731. *n.* 6. *part.* 18. ubi dictum fuit, quod Papa 109
tenetur dare personis, concessis ex indulto; & in *decis.*
725. *part.* 18. *tom.* 2. dictum fuit, Papam teneri observa-
re qualitatem jurispatronatus, concessi ex privilegio ex
causa restaurationis, alias gratia est subreptitia ex defectu
intentionis; sed consideranda sunt in hac decisione verba
privilegii. Idem dicendum est, cum Beneficium debetur 110
habentibus certas qualitates a statuto; nam Papa non tene-
tur ad hoc, nec taciturnitas vitiat, Rota *decis.* 375. *part.*
4. *tom.* 1. Imo cum Papa ex aliqua causa providet de Bene-
ficiis, habentibus qualitatem jurispatronatus, veluti quia
est Ecclesiasticum, & cadit sub reservatione, debet con-
ferre habentibus qualitatem, requisitam in fundatione:
quia per tales reservationes censetur tantum præjudicare
Collatoribus, non autem personis, vocatis in fundatio- 111
ne, Seraphinus *decis.* 1420. *n.* 3. Rota *decis.* 206. *n.* 10. 232.
num. 3. *& decis.* 189. *n.* 15. 16. 17. *&* 18. penes Bichium, in
qua decisione 189. fuit dictum, collationem Apostolicam
de Beneficio Jurispatronatus, non facta expressione, quod
debebatur consanguineis ex fundatione, fuisse nullam: quia
si Papæ hoc fuisset narratum, vel non concessisset, vel dif-
ficilius concessisset: Et iterum apud eundem Bich. *decis.*
302. *num.* 12. ibique aliæ allegantur, & novissime *decis.*
731. *n.* 5. *&* 6. *p.* 18. *eq.* 2. Sic etiam dicendum est, cum con- 112
fert jure devoluto; nam nebet conferre personis, habenti-
bus qualitatem, in fundatione appositam, juxta ea, quæ
nuper diximus.

Diximus in hoc capite *n.* 170. quod sunt quædam Bene- 113
ficia Sacerdotalia, quæ ex sui fundatione requirunt Sacer-
dotium, & quod tunc hanc qualitatem debet habere Pro-
visus de tempore Datæ, & allegavimus multas Doctorum,
ac Rotæ decisiones. Sed in *decis.* 44. *n.* 4. *part.* 15. *recent.*
impressa postquam tractatus noster in lucem prodiit, con-
trarium fuit dictum, nempe, sufficere, quod tempore pos-
sessionis sit Sacerdos, licet non fuerit talis tempore Da-
tæ.

Hanc quæstionem fusissime tractavit Prosper Fagnanus 114
insignis Canonista in *cap. ut Abbates de ætate, & quali-*
tate a n. 37. *usque ad* 60. & extra controversiam est, quod,
si Ecclesia sit Parochialis Collegiata, etiam cum cura, aut
Dignitas Curata, Abbatia, Præpositura, Archipresbyte-
ratus, Canonicatus, præbendæ portiones presbyterales in
Cathedralibus, vel Collegiatis, non requirunt actu Sacer-
dotium, sed sufficit, ut infra annum, vel aliud tempus,
ascendant ad Sacerdotium, ut videre est in *cap. licet canon,*
cap. commisse, cap. statutum, de elect. in 6. *cap. cum in cun-*
ctis, §. inferiore, de elect. Clem. ut ii, §. illi vero, de æta-
te, & qualitate, Sac. Conc. Trid. *sess.* 22. *c.* 4. *de refor-*
mat.

mat. ut fusius Fagnan. *loco cit.* n.38.39.40.& 41. in iis enim Beneficiis, quæ a jure exposcunt qualitatem Sacerdotalem, ex eodem jure sufficit promotio intra annum, ut bene Rosa *decis.* 215. *n.* 12. *part.* 19. *infra citanda*, & 400. *ead. part.* Sola autem difficultas procedit in aliis Beneficiis simplicibus, & Capellanis, quæ de jure communi non habent certos ordines annexos, sed illos habent ex fundatione, privilegio, statuto, vel consuetudine, ut loquitur glossa *in c. si eo tempore, verb. ætatem, circa finem, vers. & hoc vera intelligo*; & quidem in hoc dubio Abbas Panormitanus *in dicto cap. cum in cunctis, §. inferiora, n.* 10. *in solutione, de elect.* ponit hanc theoricam, & distinctionem, quod quædam est annexio respectu aptitudinis, quædam vero annexio respectu actus. Primo casu requiritur, quod quis habeat ætatem tempore promotionis, in qua quis possit promoveri ad ordinem requisitum; nec est necesse, quod tunc habeat illum ordinem, sed satis est, quod sit habilis ad illum accipiendum, & tenetur illum recipere quamcitius potest, temporibus tamen competentibus, &c. Secundo casu, quando est annexio respectu actus, requiritur necessario, quod tempore promotionis habeat illum ordinem annexum Beneficio. Hæc est doctrina Abbatis, quam dicit de mente Glossæ *in Clement. ut iis, qui de ætat. & qualit.* Hanc Abbatis theoricam trituravit Fagnan. *a n.* 44. *usque ad n.* 53. qui concludit: *Ad obtinendam Capellaniam, seu Beneficium Sacerdotale, requiritur Sacerdotium in ipso actu collationis, si ordinis annexio facta sit respectu actus; Si vero annexio facta sit respectu aptitudinis, non requiri, ut Provisus sit actu Sacerdos, quod & Abb. concedit; neque ut tempore collationis habeat ætatem, quam requirit ordo Presbyteratus, quod Abbas non concedit; sed satis esse, ut sit in tali ætate, ut infra annum possit in Presbyterum ordinari, & sic in vigesimo quarto anno inchoato: quia sic poterit in vigesimo quinto inchoato promoveri ad Sacerdotium, ad præscriptum Clementin. final. de ætate, & qualitate*, & Conc. Trid. *cap.* 12. *sess.* 23. Hæc Fagnanus, qui ulterius progreditur, & petit, quomodo cognoscatur, an annexio facta sit respectu actus, an vero respectu aptitudinis; & relicta theorica Abbatis, amplectendam dicit theoricam Rotæ *in Romana Capellaniæ* 19. *Martii* 1580. coram Pamphilio, & *Recanaten. beneficii* 14. *Junii* 1608. coram Cardinali Lancellotto, quæ habetur in *recent. part.* 2. *decis.* 216. n. 6. quam theoricam approbasse S. Congregationem fertur: scilicet, aut verba fundationis, seu institutionis Beneficii, respiciunt ex necessitate ipsum actu præsentationis, institutionis, vel collationis, aut non respiciunt actum, sed potius ipsius prosecutionem. In primo casu requiritur Sacerdotium in ipso actu: veluti si in fundatione Beneficii cautum sit, ut præsentetur, instituatur, aut eligatur, Sacerdos, vel conferatur Sacerdoti; vel eligatur Sacerdos, qui missam, &c. nec refert an affirmative, vel negative, verba sint concepta, quod latius explicat Fagnanus. In secundo vero casu non requiritur Sacerdotium actu, sed satis est, ut sit in ea ætate, ut possit promoveri: veluti, si dictum sit, quod Capellanus debeat esse Sacerdos, qui per ipsum celebret, & his similibus verbis. Sed hæc sententia, & distinctio non placet Amayden *de stylo Datariæ libr.* 1. *capit.* 15. §. 25. *sub numer.* 9. eamque insulsam vocat, *ex eo quod fundator non potuit apprehendere prosecutionem celebrationis missarum, nisi apprehenderit principium: unde Sacerdotium apprehensum in prosecutionem censetur multo magis apprehensum in ipso principio, in cujus consequentiam succedit reliquum tempus.* Hæc Amayden.

115 Verum in hac materia emanaverunt plures decisiones Rotales *in una Cremonen. Jurispatronatus*, nempe 3. *Julii* 1673. 173. 22. *Junii* 1674 335. 17. *Junii* 1675. 550. & 607. omnes *part.* 18. *recent.* & coram Emerix juniore, & *alia* 1. *Aprilis* coram Calataju. 354. *part.* 19. *recent.* in quibus decisionibus late fuit discussus hic articulus, an, cum Beneficium est Sacerdotale, requiratur Sacerdotium in actu præsentationis, seu collationis, & si ex observantia diurna, & longissima tale dici possit? In prima enim decisione 173. fuit dictum, quod, cum Beneficium est actu Sacerdotale, debeat esse talis præsentationis tempore, &
116 non sufficit ætas, ut quis possit intra annum promoveri ad Sacerdotium; tale vero dicitur Beneficium, cum per
117 duo sæcula fuit præsentatus ad Beneficium actu Sacerdos, licet non appareat ex fundatione: quia ex tali observantia bene probatur, quod requiritur hæc qualitas tempore præsentationis; & licet oppositum fuit, quod hic est actus facultativus: tamen fuit responsum, quod cum per duo sæcula fuerat præsentatus semper actu Sacerdos, & quando simplex Clericus, fuit opus dispensatione, remanebat firmum, esse tale. In secunda decisione 22. *Junii* 1674. 335. *part.* 18. coram eodem Emerix fuit recessum a *dict. decis.* 173. in quantum ad factum scilicet, cum non appareret ex fundatione, quod requirebatur actu Sacerdotium, ad inducendam hanc qualitatem, non sufficere, quod semper 118
fuerit Sacerdoti collatum, & observantiam non sufficere, Gen. *in c. cum de beneficio*, 11. *de prebend. in* 6. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 47. n. 28. & quod sola, & simplex observantia interpretativa non sufficit, sed requiritur illa, quæ 119
transit in præscriptionem, seu consuetudinem, legitime præscriptam, Calder. *cons.* 19. *numer.* 6. *vers. item, de prebendis*, ad quam inducendam in actu facultative non solum requiritur frequentia actuum, & temporis cursus, sed etiam præsentationes coactæ præsentandi Presbyteros in vim consuetudinis, & animo illam inducendi, & quod 120
non sufficient voluntariæ, Rota *decis.* 162. *num.* 20. *part.* 12. Merl. *decis.* 825. *numero* 23. & 24. Firma tamen remansit in hac decisione conclusio, quod, cum Beneficium est actu Sacerdotale, hæc qualitas debeat esse tempore collationis, nec sufficiat, si postea superveniat; & quod diversum 121
sit pati defectum in qualitate, & pati defectum in ordine, ut *d. decis. numer.* 8. 9. 10. & 11. In decisione autem 550. *eadem part.* 18. coram eodem fuit etiam acriter disputatum dubium, & dictum, quod sit recurrendum ad fundationem; & tunc, aut verba fundationis, seu institutionis Beneficii respiciunt ipsum actum præsentationis, insti- 122
tutionis, seu collationis, ut si fuerit cautum, quod præsentetur, instituatur, aut eligatur Sacerdos; & tunc qualitas Sacerdotalis necessaria debet concurrere in præsentato de eodem tempore præsentationis, hoc est in ipso actus initio, Fagnan. in *cap.* 1. *numero* 54. *de ætate, & qualitate*, Corrad. *libr.* 2. *capit.* 10. *n.* 116. Rota *decis.* 216. *part.* 123
2. Aut vero verba fundationis, seu institutionis non respiciunt ipsum actum præsentationis, institutionis, vel collationis, sed tantum illius prosecutionis, seu Beneficii de- 124
servituram; ut si dictum fuerit, quod Capellanus præsentandus per ipsum teneatur inservire, Missas celebrare, vel quod Rector, seu Beneficiatus debeat esse Presbyter, vel Sacerdos, qui celebret Missas, &c. vel simile, & tunc sufficiat, esse in ea ætate constitutum, ut infra annum promoveri possit ad Sacerdotium; ita etiam Rota determinavit in *d. decis.* 559. *n.* 13. & 14. *parte* 18. quæ determinatio, & decisio fuit iterum confirmata in eadem causa *dec.* 607. *in eadem part.* 18.

Demum in allegata decisione coram Calataju 354. *par.* 19. *recent.* Dum ibi fuit dictum, quod, an qualitas Sacer- 125
dotalis exigatur in actu præsentationis, inspiciendus sit 126
tenor fundationis, per textum *in cap. recipimus, de privilegiis*, Probus ad Monachum *in cap. ei cui, de prebend. in* 6. Lotter. *lib.* 2. *q.* 47. *num.* 29. Nihilominus, cum fundatio non reperitur, recurrendum sit ad observantiam, prout in omnibus fieri solet. Item fuit dictum, quod Beneficia, aptitudine, & prosecutione Sacerdotalia, requirant tantum ætatem habilem, ut infra annum promo- 127
veri possint ad Sacerdotium, Grat. *cap.* 133. *num.* 2. & Rota *in Urbevetana jurispatronatus* 10. *Decembris* 1670. §. *cæterum* coram eodem Calataju. Beneficia vero actu Sacerdotalia requirunt omnino Sacerdotium tempore præ- 128
sentationis, alias præsentatio esset nulla, Probus ad Monachum *d. c. ei cui*, & citatur etiam decisio apud Bichium 129
313. *num.* 5. & 6. ita dicitur in *dict. decis.* 354. *a numer.* 40. *cum seq.* atque Beneficia habitu Sacerdotalia tantum requirere ætatem vigintiquinque annorum inchoatam, *ibid. numer.* 47. & 48. Item ad Beneficium Sacerdotale Clericum, in anno 24. non completo constitutum, promoveri non posse, ibidem dicitur *numer.* 49. & 50. quia annus, intra quem quis ad Sacerdotium promoveri debet, non datur ad complendam ætatem, sed ad se promovendum quanto citius, ut ibidem citatur Lotterius *libr.* 2. *quæst.* 47. *numero* 20. hæc decisio coram Calataju fuit Confirmata 9. Maii 1678. coram Emerix, quæ habetur *part.* 19. *recens. decis.* 215. licet non suo ordine impressa; in qua etiam dictum fuit, quod ex observantia bene arguitur, Beneficium esse Sacerdotale, ac etiam cum fundator dixerit, quod ad Beneficium eligatur Sacerdos, quod etiam dixit Fagnanus *loco cit.* & iterum *decis.* 400. *part.* 19. Licet vero hæ decisiones videantur in aliqua parte discordes; attamen concordant omnes in illa conclusione firmanda, quod, cum Beneficium est actu Sacerdotale, hæc qualitas requiratur de tempore præsentationis.

Apud

131 Apud nos tamen firmum etiam videtur, quod, cum non
habemus fundationem Beneficii, ex qua explicite hoc di-
judicari possit, semper ad observantiam sit recurrendum;
quia tritum est apud omnes, quod ad observantiam sit re-
currendum in omnibus rebus dubiis, & hæc sit optima in-
terpres quarumcumque dispositionum: & hæc omnibus
132 prævaleat, ad textum *in cap. quarelam, ubi Doctores de ele-
ctione, cap. cum dilectus, de consuetudine*, ibi: *optima est
legum interpres, & l. hoc jure §. ductus aqua, ff. de aqua
quotidiana, & æstiva*, late Castillus Sotomayor *tom. 7. de
tertiis c. 30. n. 14. & cap. 34. sub n. 5.* Covar. *in regula pos-
sessor, 2. part. §. 4. n. 5.* Hæc enim veritatem demonstrat,
ut ait Surdus *in cons.* 262. *n.* 26. & millies, atque millies
133 decrevit Sacra Rota: atque ideo, cum ob antiquitatem
temporis, ejusque diuturnitatem, fundationes non pos-
sunt haberi, ex quibus, quid fuerit cautum, aperte habea-
tur, supplendum per observantiam subsequentem, & per
præsentationes, excedentes centum annos, expresse di-
xit eadem Sacra Rota *in decis.* 333. *n.* 1. *part.* 17. & etiam
134 in puncto Rota apud Priolum *decis.* 41. *n.* 16. ibi: *Obser-
vantia apprime deservit pro declaratione prædictæ disposi-
tionis, ad exclusionem qualitatis Sacerdotalis*, ut in specie
tradunt Gonz. *regul.* 8. *glos.* 5. *n.* 85. *& seq.* Lotter. *de re
benefic. lib.* 2. *q.* 47. *n.* 61. Rota in *Lucana Capellania* 17. *De-
cembris* 1593. coram Gyptio apud Garz. *de beneficiis, part.
7. cap. 1. sub n. 72. v. & maxime stante observantia, in Ro-
mana Capellania* 2. *Januarii* 1589. coram bon. mem. Caro-
lo Pamphilio, apud eundem Garz. *part. 7. cap. 1. n. 94. in
fine, vers. & postea*, & coram Mantica *decis.* 129. *n.* 1.
& seq.

135 Attente tamen observandum est, ut evitemus confusio-
nem terminorum, quod Beneficium potest esse Sacerdo-
tale actu, & habitu; Ut tamen tale sit, oportet, ut in
fundatione dictus sit, quod per se ipsum teneatur Missas
celebrare; nec sufficit, ut sit in fundatione cautum, quod
præsentandus sit Sacerdos bonus, & idoneus, qui in divi-
nis deservire debeat, nisi ulterius adjiciatur, quod celebret
per se ipsum, seu onus adimpleat, ut recedendo ab aliis
opinionibus, & declarationibus EE. Cardinalium S. C.
Tridentini Interpretum, firmavit Sacra Rota apud Prio-
136 lum *decis.* 41. *n.* 11. & 12. ibique citantur aliæ novissi-
mæ decisiones, & pleno, atque accurato calamo probat
Fagnanus *in cap. ut Abbates n.* 20. *cum multis seq. de ætate,
& qualitate*, motus etiam, quod in *decis.* 175. apud eun-
dem Priolum *n.* 1. habetur, quod tunc dicitur Sacerdota-
le, quando qualitas Sacerdotii adiicitur ipsi actui electio-
nis, & præsentationis; cum vero prosecutioni ejusdem
electionis, & aptitudini præsentati, tunc non est Sacer-
dotale, juxta opinionem S. Congregationis Cardinalium
Concilii Tridentini Interpretum, quæ decisio Prioli licet
137 videatur prima facie contraria *decis.* 550. *part.* 18. *recent*,
coram Emerix emanatæ supra allegatæ, in qua fit distin-
ctio, quod, cum verba fundationis Beneficii diriguntur,
& respiciunt actum præsentationis, & tunc sit actu Sacer-
dotale Beneficium, & requirat talem ordinem; cum ve-
ro respiciunt illius prosecutionem, seu Beneficii deservi-
turum, sit Sacerdotale habitu, & sufficiat intra annum
promoveri ad Sacerdotium, ut supra vidimus; in hac ve-
ro apud Priolum dicitur, quod, quando qualitas Sacerdo-
tii adiicitur prosecutioni, non sit Sacerdotale, & quod
138 tunc possit esse Clericus: quia attente unaquæque est con-
sideranda; nam in illa 550. coram Emerix dicitur, quod
est habitu sacerdotale Beneficium, quando onus imponi-
tur prosecutioni, & servituro Beneficii, cum adiicitur,
quod per se teneatur inservire, & Missas celebrare, quod
requisivit Rota apud Priolum, ut sit sacerdotale. Et ecce,
quod non sunt contrariæ: Nam coram Priolo non distin-
xit Rota inter sacerdotale actu, & habitu, quod fecit co-
ram Emerix: Ut sacerdotale tamen Beneficium sit, sive
139 actu, sive habitu, requiritur, quod per se ipsum tenea-
tur onus explere, juxta declarationem Sacræ Congrega-
tionis Concilii; alias neque actu, neque habitu erit sa-
cerdotale, sed potest obtineri a simplici Clerico. Vide Fa-
gnanum, qui fusius, &c.

140 Num. 183. quod promoti ad Dignitates, Canonicatus,
& Parochias, debent intra annum se promoveri facere ad
ordinem requisitum, seu annexum, nempe ad Sacerdo-
tium, si fuerit Dignitas, vel Beneficium Curatum, vel
ad alium Ordinem Sacrum annexum Canonicatui, per
141 textum *in cap. licet Canon, de electione in* 6. verum Sa-
cra Rota *decis.* 44. *num.* 21. & 22. *part.* 15. dixit, quod
præfatus textus *in d. c. licet Canon*, procedit tantum in
Curatis, seu Parochialibus Beneficiis, non autem in Ca-
nonicatibus, qui non comprehenduntur *in d. c. licet Ca-
non*, firma remanente dispositione text. *in c. 7. §. inferio-
ra, de electione*.

Diximus in *num.* 185. quod, cum Beneficium est litigio-
sum, oportet hoc expressi ex eo, quia Ordinarius non pot- 142
est conferre Beneficia litigiosa, per textum *in cap.* 1. *&
2. ut lite pendente in* 6. Rota *decis.* 187. *n.* 21. & 198. *nu-
mero* 8. penes Bichium; & ad quem pertineat collatio, fu-
turus eventus declarat, Rota *decis.* 147. *num.* 4. *part.* 15. *re-
cent.* & an Ordinarius collator possit illud conferre super- 143
stiti colliganti, agit Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancella-
riæ, glos.* 51. *numer.* 113. & 114. Sed advertendum est,
quod Beneficium litigiosum non dicitur reservatum: hæc 144
enim distant inter se; nam lis non inducit reservationem,
sed solum suspendit collationem Ordinarii, donec lis dura-
verit, aliis omissis, Rota *decis.* 300. *numer.* 31. apud Bi-
chium.

Num. 191. diximus, quod vacatio consideratur in Be-
neficiis perpetuis; adde Rotam apud Bichium 461. *n.* 20. 145
in manualibus largo modo datur: quia vacant etiam per re-
motionem, & per obitum, Rota apud eundem Bich. 336.
n. 16. & licet quandoque Beneficia manualia durent ad vi-
tam, non ideo efficiuntur perpetua, Rota *decis.* 245. *n.* 146
17. *part.* 6. *recent.* & apud Eminentissimum Cerrum 886.
numer. 28. nec regulariter hæc cadunt sub reservatione,
idem Eminentissimus Cerrus *decis.* 287. *num.* 4. Manua-
lia autem Beneficia non collectiva sunt illa, quæ non sunt
erecta in titulum auctoritate Ecclesiastica, sive Pontificia,
sive Ordinaria, prout sequitur, adhuc Beneficium dici-
tur perpetuum, & collectivum, Navar. *consil.* 7. *de præ-
bendis*, Gonzalez *ad regulam Cancellariæ* 8. *glos.* 5. *a nu-* 147
mero 20. *cum seq.* Barbos. *de jure Ecclesiastico lib.* 3. *cap.*
5. *numer.* 3 Rota apud Merlinum 501. *n.* 6. & apud Prio-
lum 104. *num.* 13. habentque certa bona, & emolumenta,
ex quibus deservientes percipiunt stipendia, non intuitu
Ecclesiæ principaliter, sed ratione personalis servitii, quæ
excludunt statum Beneficialem, juxta Consil. Calderini 9. 148
numero 2. *de rescript.* Rebuff. *in praxi benef. titul. de di-
spensat. ratione ætatis, verb. vel earum Vicaria*, Navar.
consil. 27. *numer.* 3. & 7. *de præben.* Garz. *de Benefic. part.*
1. *cap.* 2. *numer.* 93. Rota *in dict. decis.* 104. *n.* 16. apud
Priolum, ubi multæ aliæ decisiones allegantur; Et hæc
non conferuntur ab Ecclesiastica persona, prout videmus
in praxi, Rota apud Cavalerium *decis.* 350. *n.* 45. & *d.
decis.* 104. *n.* 15. nec refragatur hoc Sacris Canonibus,
cum alias laici sint incapaces juris spiritualis, prout est
collatio, seu institutio ad Beneficia: quia hæc non sunt ve-
ra Beneficia, neque in his cadit vera institutio, seu colla-
tio; sed est simplex deputatio Capellani, quæ laicis com- 150
petere potest, ad tradita per Abbatem in *c. decernimus, de
judiciis*, Lotter. *lib.* 1. *n.* 38. Rota *in d. decis.* 104. *n.* 22.
cum seq. & quamvis sint hæc Beneficia ad nutum amovibi-
lia; attamen non ita, ut ex odio, & malitia amoveri pos- 151
sint, Imola *clem.* 1. 16. *de excess. Præl.* Barbos. *d. c.* 5. *n.*
16. Rota apud Caval. *decis.* 72. *n.* 5. apud Buratt. 382. & *di-
cta decis* 104. *n.* 12.

Ad quæ *n.* 193. 194. & 195. diximus, nempe, quod va-
catio supponit jus in re mediante collatione valida: Nulla
enim collatio non consumit antecedentem vacationem; 152
adde Rot. apud Dunozett. jun. *decis.* 905. *n.* 6. & *decis.* 116.
n. 8. *part.* 16. *recent.* Jus autem acquiritur ex sola collatio-
ne, absque eo, quod possessio subsequatur; fallit, ut ibi-
dem diximus in vacatione ob assecutionem Beneficii In-
compatibilis: nam tunc sequitur, ut possessio pacifica
per duos menses intercedat, vel saltem si dolose dilata 153
fuerit: quia, ut diximus, non assecutio, sed retentio pri-
mi post pacificam possessionem per duos menses inducit
vacationem, Rota *decis.* 357. *n.* 1. & 2. *part.* 15. *recent.*
& *decis.* 60. *n.* 16. 17. & 21. *part.* 19. *recent.* & notes,
quod non statur assertioni partis asserentis, se accepisse
possessionem, ut ibidem *n.* 18. & 19.

Pariter in *num.* 220. diximus, sufficere vacationem de 154
jure, licet non de facto, ad validam impetrationem; adde
novissimam decisionem 85. *num.* 8. *part.* 16. *recent.* & *in
eadem part.* 16. *decis.* 325. *num.* 12. dicitur, possessionem
excludere de facto vacationem, per textum *in cap. cum
nostris, de concessione prævendæ*; at etiam adde, sufficere
implicitam vacationis confessionem, ut in *d. decis.* 338. 155
apud Bichium, quem etiam affert Tondutus 57. *post tra-
ctatum de pensionibus*.

Subsequenter sub *num.* 225. diximus, Rotam sentire, 156
vaca-

vacationem de facto sufficere ad validam impetrationem, a
satis esse ad novam provisionem; adde *decis.* 443. *num.* 24.
apud Bichium; notandum tamen est, quod vacatio de ju-
re, & de facto, præfertur vacationi tantum de facto, &
præferendus est ille, qui venit ex vacatione de jure, &
de facto, illi, qui venit ex vacatione duntaxat de facto,
Cassador. *decis.* 5. *n.* 4. & 5. *de prebend.* Gonzalez *reg.* 8.
glos. 15. §. 1. n. 79. Coccin. *decis.* 14. 45. *n.* 12.

157 Ad ea, quæ *a n.* 228. diximus, addendum est, quod
expressa vacatione per resignationem, non venit vacatio
per obitum resignantis, Rota apud Bichium 351. *n.* 18.
& cum expressi fuerint plures modi copulative, sive con-
158 junctim, copulative probari debent, Rota *decis.* 355 *n.*
10 *part.* 16. *recent.* nec sufficit unum verificari, ut *ibidem*
dicitur; secus vero si plures modi fuerint expressi alter-
native; nam tunc sufficit, quod unus verificetur ad su-
stentandam impetrationem, Rota *decis.* 317. *n.* 17. *part.*
16. ubi aliæ allegantur decisiones; & quod, quando plu-
159 res vacationis species sunt narratæ cum clausula generali,
quovis modo, non sint omnes justificandæ, sed sufficiat
unius justificatio, dixit Sacra Rota apud Eminentissimum
Cerrum *decis.* 711. *n.* 3. Sicuti ex duabus reservationibus
160 narratis sufficit unam verificari ad sustinendam impetratio-
nem, Rota *decis.* 30. *n.* 10. *part.* 15. *recent.* quod venit ad-
dendum ad *n.* 233. ad quem etiam numerum adde: *Ibi di-*
161 *ximus*, quod, cum narrativa vacationis est facta de præ-
senti, est justificandus modus etiam de præsenti; adde in-
quam decis. Bichii 457. *n.* 1. & magis in puncto *decis.* 285.
n. 2. apud eundem Bichium. De hac re etiam *infra suo lo-*
162 *co.* Vacationes autem plures ex una eadem persona dari
posse, sæpe negavimus, juxta textum *in c. susceptam*, *de*
rescript. in 6. Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *n.* 16. *vers. præterea*,
Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 11. *n.* 14. Hierony-
mum Priolum *decis.* 154 *n.* 4.

163 Adverte etiam hic, quod *decisio Calcien. Prioratus* 26.
Junii 1651. coram Bichio, citata a nobis in *decis.* 177. *part.*
11. *recent.* est penes ipsum 472 *tom.* 2.

Hinc nunc addimus, reservationes omnes contingen-
tes ex una eademque persona, & vacatione, exprimen-
164 das esse, Paris. *consil.* 138. *n.* 8. *lib.* 4. Lotter. *de re benefic.*
lib. 2. *quæst.* 27. *n.* 47. Rota *decis.* 244. *n.* 14. apud Bich.
Verum Cancellaria Apostolica de pluribus reservationibus
unam exprimere solet, qua expressa non idem alia exclu-
165 ditur, Rota *decis.* 234. *n.* 25. *part.* 16. nam una expressa
reservatione, censentur expressæ aliæ, per clausulas gene-
166 rales, Rota *decis.* 162. *part.* 17. præsertim quando est ex-
pressa reservatio, quæ contingit ex vacatione per obitum
in Curia, sive apud Sedem: ad hanc enim, uti ad princi-
167 paliorem, & digniorem, restringi se solet Cancellaria,
aliæque reservationes non intrant, nisi in defectum, &
cum hæc intrat, de cæteris Papa non curat, etiam si præ-
cedentes sint, latius Lotterius *loco cit. nu.* 48. 49 & 50. si-
cuti reservatio ratione mensium vigore *regula hodie nona*
168 *Cancellariæ*, est duntaxat subsidiaria in defectum aliarum
reservationum; nam alia existente reservatione, hæc ces-
sat, Rota apud Bichium *decis.* 433. *n.* 36. & *decis.* 30. *n.* 9.
part. 15. *recent.*

Nostrum non est explicare hic, quid, & quotuplex sit
reservatio, reservationesque recensere: nam illas suppo-
nimus cognitas Lectori; duntaxat diximus, quod reserva-
tiones sunt quadruplicis speciei, nempe ratione temporis,
169 loci, personæ, & rei, seu Beneficiorum: Ratione enim
temporis est reservatio, quæ contingit ex vacatione in
mensibus reservatis; ratione loci, quæ contingit ex va-
catione in Curia, seu apud Sedem; ratione personæ, quæ
contingit ex ipsis personis familiarium, nempe Papæ, &
Cardinalium, Pronotariorum, Subcollectorum, & simi-
lium; & ratione rei, quæ contingit ex ipsis Beneficiis,
nempe quia est prima Dignitas post Pontificalem in Ca-
thedralibus, vel prima in Collegiatis, Rota *decis.* 476. *n.*
170 3. *part.* 18. etiam si in Collegiata sit unica Dignitas, Rota
decis. 165. *part.* 18. Has reservationes fusius explicant Si-
monetta, Æneas de Falconibus *in propriis tractatibus de*
Reservationibus. Alphonsus Glossator antiquus, Cocchier,
Gomesius, Mandosius in Regulis Cancellariæ, Lotterius,
Garzia, Gonzalez, & alii quamplurimi Scriptores. Ex
omnibus autem recensitis reservationibus unam tantum
esse inclusam in corpore juris, asserunt quasi communi-
171 ter nostri Doctores, nempe contingentem ex obitu in Cu-
ria, ut etiam alias diximus, juxta textum *in c.* 2. *juncto*
cap. præsenti, *de prebendis in* 6. Alphonsus Glossator *in*
regula de triennali, *numer.* 14. ibique Sarnen. *quæst.* 27.
numer. 7. *vers. & ista*, Cocchier. *in regula* 1. *sub numer.*
22. *vers.* 1. Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 27. *numer.* 28. *cum seq.*
Gratianus *cap.* 574. *numero* 18. Rota *decis.* 171. *numer.* 3.
apud Bich. apud quem multas alias decis. reperiet Lector
benevolus; Altercantur tamen Doctores, an eadem sit
vacatio apud Sedem, & vacatio in Curia, an vero di-
versa? quam præ cæteris agitat Lotterius *dict. quæst.* 27. 172
a numer. 14. *cum seq.* qui omnino negat, esse diversam,
affirmarunt Cocchier. *regula* 8. *glos.* 6. *numer.* 5. & alii,
Sacra tamen Rota *in decis.* 247. *numer.* 3. *part.* 16 *recent.*
dixit, quod vacatio in Curia, & apud Sedem inter se fra-
ternizant, & sæpissime confunduntur, per textum *in di-* 173
cto cap. 2. ubi Franch. *numero* 2. *de prebendis in* 6. & prius
dixit Glossa *in d. cap. statutum*, *verb. in curia*, *eodem tit.*
de prebend. in 6. & etiam Rota apud Puteum *lib.* 2 *decis.*
38. & novissime *decis.* 197. *part.* 17. itaut impossibile sit
inter has facere differentiam, ut dixit eadem Sacra Rota
decis. 372. *numer.* 12. *eadem part.* 17. Certum tamen est, 174
quod ad inducendam reservationem, paria sunt vacare in
Curia, & vacare apud Sedem, Rota *decis.* 599. *numer* 6.
part. 18. *recent. tom* 2. Apud Sedem, & in Curia, non 175
solum dicuntur vacare, quæ per obitum vacant Curiali-
um, aliorumque accedentium ad Romanam Curiam, qui
non habentes domicilium permanens, ibi decedunt; Ve- 176
rum etiam ad effectum reservationis, apud Sedem, largio-
ri modo loquendo, seu in Curia, dicuntur vacare ea Be-
neficia, quorum vacatio contingit per actum, qui fit in
Curia, sive Beneficia in ea vacent per obitum naturalem,
vel civilem, sive per decretum, sive per resignationem in
manibus Papæ, sive per promotionem, sive per privatio-
nem, mediante sententia lata in Curia, sive per matrimo- 177
nium, ibidem contractum, vel alio quocunque modo,
per actum, qui fit in Curia, in ea, & apud Sedem dici-
tur vacare Beneficium, juxta doctrinam Franch. *in cap.*
præsenti, *de prebend in* 6. Eminentiss. Othob. *decis* 130.
n. 9. Æneas d. Falcon *de res. quæst* 4 *principali*, *effectu* 6.
novissime Sacra Rota *d. decis.* 247. *n.* 2 & clarius *dicta* 599.
num. 2. & 3. *part.* 18 *tom.* 2. *recent.* in qua *num.* 4. dicitur, 178
quod *cap.* 2. *de prab. in* 6. comprehendit omnem vacatio-
nem; quod verum putamus extensive, quod scilicet exten-
datur ad omnes modos; sed vera vacatio in Curia, in cor-
pore juris clausa, est illa, quæ succedit per obitum, ut
diximus, Lotterius *loco cit. n.* 36. *cum seq.* Sed post scripta
observavimus *decis.* 247. *part.* 16. & 651. apud Eminentis-
simum Cerrum, in quibus decisionibus, in eadem causa 179
factis, scilicet *Leodien. Præpositura*, dicitur, quod reser-
vatio, quæ consurgit ex decreto de dimittendo, dicatur
etiam clausa in corpore juris in *cap.* 2. *de prab. in* 6. Sed
adverte, quod in *d. decis.* 247. *num.* 2. dicitur, quod stri-
cte, & proprie loquendo, reservatio per obitum in Cu-
ria, de qua in *dict. cap.* 2. est diversa ab aliis: quia reserva-
tio in corpore juris dicitur illa solum, quæ est a jure com-
muni inducta, & in ejus corpore inserta; unde reservatio-
nes ob promotionem, & cæteræ, quæ sunt in *extravag.*
ad regimen. de prab. non dicuntur insertæ in corpore juris,
Eminentiss. Othob. *decis.* 197. *num.* 22. & 23. Potissima 180
vero differentia inter reservationem clausam in corpore ju-
ris, & alias, est, quia illa decolorat omnino titulum, non
tamen aliæ, Rota in *d. decis.* 171. *numer.* 4. & 5. apud
Bichium.

Diximus, quod censetur inducta vacatio in Curia, seu
apud Sedem per sententiam privationis, latam in Curia,
prout expresse dicitur in *dict. decis.* 599. *part.* 18. *recent.* 181
cujus verbis usi fuimus, & ita etiam dicit Cocchier. *in regula*
34. *de annali sub num.* 13. qui etiam id ampliat non solum,
cum Beneficium est extra Curiam, sed etiam si persona,
quæ Beneficio privatur, extra Curiam inveniatur, & suf-
ficit, si in Curia adsit lata sententia, citat decisionem Ro-
tæ 35. alias 80. *de prabend. in antiquis*, & Simonett. *de* 182
reserv. quæst. 29. sed hanc rem optime illustravit Sacra Ro-
ta *in Anglonen. Archipresbyteratus* 1. *Julii* 1667. coram
olim Eminentiss. Taja, quæ decisio est 117. *part.* 15. *re-*
cent, ubi *a num.* 23. *usque ad* 33. ita habetur: *Imo prævale-*
re ipsam Apostolicam provisionem, *ut Beneficio vacante*
in Curia, *ubi promulgatum erat edictum*, *& ubi Leonardus*
Antonius erat imputatus, *reputatusque delinquens*; *& li-*
cet, *cum quis privatur Beneficio*, *videatur illud vacare*
in loco, *ubi per sententiam fit privatio*, *ad Rotam in an-*
tiquis de prabendis decis. 71. *tamen hæc decisio intelligen-*
da est, *quando est ibi persona*, *qua privatur*, ut apud Go-
mezium *ad regulam de impetrat. Benefic. vacant per obi-*
tum famuli Cardinalis, *quæst.* 7. *in fine*. *Placuit Dominis*
inde.

in decisione revocata, §. ultimo, prosata observationi re-
spondere, provisionem Apostolicam sustineri, si sententia
privationis lata esset in Curia, ut declaravit Lotterius de
re Benefic. quæst. 26. n. 30. vers. & secundum d. decis. lib. 2.
Et tantum approbare doctrinam Lotterii, quoniam agere-
tur de sententia, lata in Curia, &c. & in hunc sensum ve-
nisse Garz. de benefic. cap. 1. num. 75. part. 1. Lotter. dict.
quæst. 27. d. num. 30. & maxime observanda visa fuerat
decisio 728. lib. 3. part. 3. divers. ubi, & si sententia pri-
vationis lata fuisset in Curia, & delictum commissum in
partibus, vacatio tamen Beneficii judicata fuit in partibus
ratione delicti. Sed hodie ex allegatis in decisione, d. §.
penult. & præcipue Garz. d. cap. 278. incipiendo a numer.
72. vers. quia respondetur, & ibi allegatis inspectis, cog-
nitisque, responsum est, aliud procedere in vacatione, in-
ducta ob modum negativum, consistentem in non faciendo,
seu in omissione, quo casu solum consideratur, ubi est per-
sona, & in exemplis residentium in Curia privatorum,
quia non solverint pensionem in partibus, aut quia non pro-
moti fuerint intra annum, adeoque Beneficia vacaverint in
Curia, apud Garz. &c. aliud in vacatione, inducta in jure
per actum positivum, & inde conciliata fuit dict. decis.
728. quæ concludit, illud Beneficium vacasse in partibus;
quia hæreticus hæresim incurrit in partibus, ut in dicta de-
cisione, & præcedenti decisione 707. ab initio, & Garz. d.
cap. 1. num. 80. sane autem positivum, & pertinaciam hæ-
retici, & hæresis consistentis in faciendo, & male facien-
do. Et vacationi per modum negativum compar videtur
vacatio per privationem ipso facto, & jure, ex edicto in
Urbe contra non residentes, & revertentes; unde non po-
tuit in partibus in fraudem Curiæ Romanæ Judex ordina-
rius procedere per sententiam privatoriam, cum vix de-
buisset procedere per declaratoriam, d. decis. 728. atque
ita, si præsens in Curia privatur suo Beneficio, dicitur
Beneficium vacare in partibus; intelligendo tamen, quan-
do Beneficium non vacavit ipso jure, apud Gonzal. ad re-
gulam 8. glos. 15. §. 2. num 18. cum allegatis, & aliis in
decis. dict. §. penult. nam, si per sententiam quoque va-
casset, si prius vacasset ipso jure, vacatio prima est at-
tendenda cum provisione præpostera, capit. 6. de rescri-
ptis, in 6.

183 Insuper diximus, quod vacare dicuntur Beneficia per
promotionem ad Episcopatum: vacant enim, per text. in
cap. cum in cunctis, §. 1. de elect. Sed antiquitus non erant
reservata, ut clare disponitur in illo textu 15. ibi: Ad quem
spectant Beneficia, quæ habebat, de illis disponendi liberam
habeat facultatem, & observavit antiquus Glossator Al-
phonsus in regula 24. seu 25. de Benef. vacat. Rota decis.
385. n. 5. part. 19. recent. Sed hodie vigore extravag. ad
Regimen, quia dicuntur vacare in Curia, sunt reservata
quocunque tempore postea vacaverint, ibi: Quæcunque
tempore sint vacatura, Rota apud Coccinum 1488. E-
minentissimus Othob. 197. nisi Papa concesserit indultum
retinendi promoto, quo casu tunc nulla inducitur vaca-
184 tio, neque requiritur collatio nova, neque possessio, Ro-
ta apud Manzanedum decis. 890. & 916. Eminentissimus
Cerrus decis. 797. 846. & part. 18. recent. decis. 599. n. 10.
At reservatio non provenit ex vacatione, sed ob promo-
185 tionem, per extravag. ad regimen, de præbendis, ut opti-
me observavit Eminentissimus ille Princeps in dict. decis.
797. num. 3. inde sequitur, quod hæc reservatio semper
durat, etiamsi Papa indultum concesserit retinendi dicta
186 Beneficia: quia sunt reservata ex tunc, prout dicitur in d.
extravag. ad regimen, Rota apud Manzanedum locis ci-
tatis, apud Eminentissimum Cerrum, & alibi, & rema-
nent tunc reservata, ut prius, clarius explicat idem Emi-
187 nentissimus Princeps in dict. decis. 797. quæ etiam habetur
part. 14. recent. decis. 246. cujus verba sunt hæc: Non
obstat, quod Beneficia promoti ad Episcopatum, non attento
indulto retinendi, semper remaneant Sedi Apostolicæ re-
servata, per extravag. ad regimen, de præb. §. Rursus Mo-
nasteria; Quia dixerunt Domini, aliud esse, Beneficium
vacare per promotionem, aliud, Beneficium esse reserva-
tum: Reservatio enim est certa, & inconvertibilis; Sed
non inde certo est vacatio per promotionem, quoties Papa,
ut hic, præventive concessit indultum retinendi: Istud enim
impedit vacationem, quæ alias per subsequentem promo-
tionem induceretur, & operatur, ut promotus absque in-
novatione tituli, & absque nova collatione, & possessione,
Beneficium, ut prius, retineat, quod non prius vacat,
quam successive per ejus mortem naturalem; ut optime re-
spondit Rota coram Pen. decis. 117. n. 12. & seqq. & in
Cusentina Beneficii 18. Junii 1631. coram bon. mem. Du-
nozetto. Reservatio autem inducta per dictam extravag.
non fundatur super vacatione, sed super promotione, &
efficit, quod omnia Beneficia, quæ obtinebat promotus tem-
pore promotionis, Sedi Apostolicæ reservata sint, sive
tunc vacantia, sive in futurum vacatura, juxta littera-
lem dispositionem. Auctoritates vero allegatæ ab informan-
tibus pro Philippo casui nostro non contradicunt, neque ap-
plicantur; nam Simonet. de reserv. q. 27. Cassad. decis. 3.
de constit. Mandos. ad reg. 1. Cancellariæ, quæst. 15. num.
7. & alii, nihil aliud firmant, nisi quod Beneficia promo-
ti, cui concessa fuit retentio, remaneant reservata, ut
prius, quod non controvertitur; sed non inde sequitur, nec
ipsi voluerunt, quod vacaret per promotionem, imo ex-
pressis verbis prosupponunt vacationem per mortem, ut Si-
monett. d. q. 27. numero 5. ibi: Deinde monetur in parti-
bus, & ibi: Quæcunque tempore sint vacatura. Cassador.
ibi: Nam quomodocunque postea vacent, censentur reser-
vata, etiam si per obitum d. decis. 3. de constit. Alii au-
tem, qui voluerunt vacare per promotionem, loquuntur,
& intelliguntur duntaxat in casu, quo retentio concessa fuis-
set post secutam vacationem per promotionem: Tunc enim
gratia retentionis ipsam precedentem vacationem non tol-
lit, sed solummodo suspendit ejus effectum usque ad obitum,
quo succedente, provisio fit uti de vacante per promotio-
nem: cum illa vacatio nunquam fuerit consumpta; secus
autem est quando retentio conceditur ante secutam vaca-
tionem; nam hoc casu per gratiam ipsius retentionis im-
peditur, & excluditur vacatio ob promotionem, solumque
prorogatur reservatio, seu effectus reservationis, ad mor-
tem ipsius promoti; & tunc vacatio succedit per mortem,
& provisio fit uti de vacante per obitum, ut distinguendo
declarat Barbos. allegatus pro Philippo vot. decis. 28.
sub n. 13. vers. quod tunc demum ego intelligebam. Hæc
ibi. Sic habes, quod, cum conceditur retentio præven-
tiva ad vacationem, postea dicitur vacare per obitum,
quod iterum dixit Rota decis. 599. num. 2. part. 19. sed
debebat promotus expedire litteras super dispositione, ut 188
advertit Cocchier. in reg. 24. seu 25. n. 26.

Beneficia promoti ad Episcopatum in partibus infideli- 189
um non vacant, nec sunt reservata, Rota in dict. decis.
559. n. 11. part. 19. & apud Eminentissimum Cerrum
decis. 864. n. 4. Cocchier. in reg 24. num. 15. & 26. vers.
2. non procedit, Garz. de Benef. part. 11. cap. 6. num. 24.
qui alios citat: quia hic non adipiscitur possessionem, nec
per eum stat, ut requiritur in juribus allegatis; ideo dixi-
mus, collationem Canonicatus vacati per mortem Illustris-
simi Domini Pauli Garbinati Episcopi titularis spectasse ad
Eminentissimum Archiepiscopum Neapolitanum. Et non 190
solum per promotionem, sed etiam per translationem in-
duci vacationem, & reservationem omnium Beneficio-
rum, obtentorum ante translationem, Rota decis. 397.
in fine part. 18. tom. 1. recent. & apud Coccinum 736. prio-
ra tamen non vacant, si fuerit cum eo dispensatum, Coc- 191
chier. loco cit. n. 16.

Reservatio per obitum in Curia durat per mensem, 192
ita ut, si infra mensem Papa non contulerit Beneficium,
Ordinarius poterit illud conferre, per textum in cap. sta-
tutum de præbendis in 6. ubi Papa Gregorius X. Statutum fe-
licis recordationis Clementis III. seu IV. quod Beneficia,
in Curia vacantia, nequaquam per alium, quam per Ro-
manum Pontificem conferri valeant, moderatur ad men-
sem, ut scilicet, si collata fuerint per mensem Papæ, Sta-
tuto non obstante, poterit ea conferre Ordinarius, Cocch.
reg. 1. num. 23. Novar. in sum. bull. tom. 1. de Benefic. reser-
vatione, n. 3. & hæc restrictio ad mensem solum procedit
attento dicto textu pro vacationibus in Curia, sive apud 193
Sedem per obitum, cæteris autem nullum tempus esse præ-
finitum, bene observat Cocchier. tam loco cit. nempe reg.
1. n. 23. quam etiam ad reg. 8. sive 9. glos. 6. n. 6. quare er-
rant illi pseudopractici, qui simpliciter asserunt, transa-
cto mense, & Papa non providente, posse Ordinarium
providere; Verum dictum textum in d. cap. statutum fuisse
correctum per extravag. Piæ solicitudinis, inter com. de præb.
asserit Cocchier. d. glos. 6. n. 6. quod omnino negat Lotter. 194
d. q. 27. n. 55. qui dicit, quod in d. extravag. statuitur men-
sis pro præteritis; ita enim Lotter. scribit: Non posuit ergo
legem futuris vacationibus, ultra mensem duraturis, sed 195
præteritis intra mensem jam elapsum, & retro computandum
ex die data, ibi: a data præsentium, hactenus in Curia va-
caverint, quæ verba adeo clara sunt, ut qui circa illa titu-
bat ad grammaticos veniat remittendus. Hæc ille. Certum
enim

enim est hisce temporibus dispositionem *d. cap. statutum*
196 non vigere, & videmus in observantia, Papam non afsici hoc tempore ad providendum; nam providet etiam ista Beneficia, quæ vacant per obitum in Curia, quando ei placet, nec Ordinarius potest se ingerere, observat
197 Novar. *loco cit.* Insuper notandum est ad propositum in nostra materia, quod non omnes reservationes sunt perpetuæ, sed multæ temporales ad vitam Papæ, cum scilicet
198 Papa reservat sibi, & ad sui beneplacitum, cujusmodi fuit reservatio, inducta in *extravag. ad Regimen*, *a Benedicto XI.* Alphonsus *in reg. 2. num. 7. & in reg. 24. seu 25. de benefic. vacat. per promotionem*, *num. 2.* Lotter. *qu. 27 num.*
199 97. Perpetuæ autem sunt, quando non sibi, sed dispositioni Sanctæ Sedis, reservat collationem, juxta distinctionem expressam textus *in cap. si gratiosa*, *de rescriptis in 6.* Lotter. *de re beneficiaria lib. 2. qu. 26. num* 12. unde reserva-
200 tio, quæ evenit ex *extravag. Piæ*, est perpetua, ut idem Lotter. *d. lib. 2. qu. 27. num. 57. & 58.* sic etiam illa, quæ inducitur ex *extravag. execrabilis*, Alphonsus *loc. cit. supra*, & notandum est, quod non concordant Alphons. Cocchiet. & Lotterius in explicando, quæ generales, quæ speciales, atque perpetuæ, sint reservationes, ipsos vide *locis citatis*.

201 Hinc in præsenti deducimus, quod reservationes Beneficiorum, quæ inducuntur ex regulis Cancellariæ, expirant mortuo Papa: cum sint factæ duraturæ ad ejus beneplacitum, quod morte extingitur, ut expresse dicitur in *cap. si gratiosa, de rescript.* notant omnes, præsertim Cocchiet. *in proœmio num.* 20. Inde, Sede Apostolica vacante, in quocunque mense vacaverint Beneficia, Episcopus con-
202 fert: quia non viget *regula reservatoria mensium*, quæ fuit extincta per obitum Papæ; tunc enim cessat impedimentum, quod consurgebat ex *reg. 9. Cancell.* Mandos. *ad reg. Cancell. q. 1. num. 10.* Cocch. *in dict. reg. 1. nu. 24. & in proœmio num. 21.* Gonzalez *ad regul. 8. glos. 12. & glos. 40. num. 3. & in proœmio §. 5.* Lotter. *lib. 3. q. 11. nu. 24.* Garz. *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 772.* Squillant. *de privilegiis Episcoporum*, *part. 3. cap. 3. n. 29.* sic tamen fuisset vacatum Be-
203 neficium, Sede Apostolica vacante, & non esset collatum, potest Summus Pontifex per regulam Cancellariæ sibi adhuc provisum reservare, Cochiet. *loco cit.* Squillant. *loc. cit. num. 31.* Barbosa *de jure Ecclesiastico*, *lib. 3. cap. 13. nu. 96.*
204 Sed advertendum est, quod Beneficia vacantia, Sede Apostolica vacante, poterit Ordinarius conferre, non autem, quæ vacaverunt ante obitum Pontificis, vel alia affectione, vel reservatione sint affecta, vel reservata, ut nos scripsimus in opusculo nostro *de recta distributione redituum Ecclesiasticorum*, *in cap. ult.* nam quæ semel affecta Beneficia, semper sunt talia, & ibi adductis adde Squillant. *loco cit. num. 35.* Garz. *loco cit. num. 785. & 789* atque Magistralem Sacræ Rotæ decisionem apud Bichium 645. *num. 27. & 28.* ibique citatur decisio apud Durandum 267. *num.* 8. apud Merlin. 92. *num. 8.* & novissime firmavit Sacra Rota *decis.* 121. *a num. 8. cum seqq. part. 19.* Lotter. *loco cit. num. 25.* tamen non procedit in Beneficiis Germaniæ: quia cum adsint concordata, quæ si vacant, Sede Apostolica vacante, & alias sunt reservata respectu concordatorum, remanent etiam reservata, Rota *decis. 215. part. 17.*

205 Sicuti supradicta regula, quod mortuo Papa cessant reservationes, intelligenda est de reservatione, quæ inducitur ratione temporis, seu de reservatione, quæ tantum inducitur ex regula 8. seu 9. Cancellariæ, in qua reservantur menses, in quibus cadit vacatio; secus autem dicendum est de reservatione, quæ inducitur, vel ratione personæ, aut ratione Beneficii, de quibus nuper diximus; nam tunc etiam si vacatio contingat, Sede Apostolica vacante, non ideo poterit Ordinarius providere: rationem hujus assignant, quia reservatio non inducitur in
206 obitu possessoris (& sic in vacatione) quo tempore regulæ Cancellariæ expiraverunt: sed reservatio fuit inducta a principio statim ac fuit facta collatio, seu promotio, vel quo fuit prima Dignitas, vel alio modo affectum, & reservatum; ita Garz *loco cit. num. 344.* Gonz. *loco citat. num. 43.* Squillant. *d. cap. 3. num. 33. & 34.* Vivianus *in praxi lib. 5. cap. 5. num* 164. Assignari etiam potest & alia ratio, quia hujusmodi reservationes, vel ratione personæ, vel Beneficii, sunt inductæ in *extravag. de preb.* & Constitutionibus Apostolicis, in quibus est reservatio Sedis Apostolicæ, & sic semper durant. Pariter notandum est,
207 quod potest dari reservatio simplex absque *decreto irritanti*, & cum *decreto irritanti*, prout bene ratiocinatur Lotterius *lib. 2. quæst. 26. num. 5.* & multum interest, an reservatio sit cum *decreto irritanti*, vel absque hujusmodi *decreto:* Nam, cum est simplex reservatio, licet provisio sit infirmis, & nulla; attamen adhuc potest allegari ignorantiæ causa, super qua donec fiat discussio, est in titulo aliquis color: at cum adest in reservatione *decretum irritans*, hoc non potest prætendi, quia *decretum irritans* afficit etiam ignorantes, & ex ipsa reservatione invalidatur, Gonz.
in regula 8. gloss. 67. num. 17. Lotterius *d. lib. 2. quæst. 26. nu.* 208
7. & 8. & hanc vim, & efficaciam habet *decretum irritans*, non solum quando est adjunctum reservationi particulari, clausæ in corpore juris, de qua nuper dictum est, vel super certo corpore Beneficii, sed etiam cum est adjunctum reservationi generali, dummodo tamen reservatio sit clara, & notoria, illiusque ignorantia non possit prætendi, ut etiam sæpe diximus, Rota apud Coec. *decis. 51. nu. 3.* Lotter. *in loco cit. num. 10.* Cocchiet. *in d. regula 1. num. 14*
& 15. & regula 8. num. 8. & 9. Ita ut tunc Provisus ab Ordi- 209
natio non possit agere spolio, quia *decretum irritans*, ut sæpe dictum est, inficit titulum, & possessionem; & quamvis adsit detentio, illa caret juris adminiculo, præsertim, si reservatio sit clausa in corpore juris, ut dictum est, late præter alios Cocchiet. *loco cit. num. 18. 19. & 20.* & notes etiam, quod, cum reservatio contingit ex Regula nona hodie Cancell. nulla adhibetur distinctio, an reservatio sit super certo, vel incerto corpore Beneficii, Cassad. *decis. 1. nu. 3. de rest. spol.* Rota apud Cocc. *decis.* 1056. *num.* 20. ibique dicitur, quod hodie omnes reservationes sunt generales, & per viam legis, & ex motu proprio, & sic inficiunt possessionem, perinde ac si essent super certo corpore expresso, præter alios citatur Gonz. *reg. 8. gloss.*
66. num. 34. cum seq. Has vero reservationes, ne quis di- 210
xerit esse odiosas, quasi detrahentes potestati Ordinariorum (ut quamplurimi existimarunt) præsertim Rota apud Coec. *decis. 846. num.* 11. quia omnis potestas a Papa, tanquam a fonte, fluit in inferiores, & in ipso est summa potestas, ipseque concessit hanc conferendi potestatem Ordinariis; Unde cum restringit, nihil tollit Ordinariis, sed suam prosequitur supremam potestatem, quod justum, congruens, & decens arbitrandum est, ut omnes Papam recognoscant summum Ecclesiæ Caput, primumque dispensatorem, & ut etiam sibi bene meritis providere possit, latius, & optime Lotterius *lib. 2. quæst. 26. a num. 13. cum multis seqq.* Cocchiet. *in proœmio regula 8. nu. 3. cum seqq.*

Demum quamvis affectio, quæ resultat ex appositione manus Sanctissimi, juxta *Extrav. ad Romani Pontificis*, *§. Romani*, *inter comm. de preb.* sit re ipsa, & in sub- 211
stantia reservatio, & forsan majoris efficaciæ: tamen secundum nomen differt a reservatione, Gonz. *reg. 8. gloss. 43. num. 1.* Lotter *d. quæst. 26. num. 29.* Cocchiet. *in regul.*
8. gloss. 19. qui reservationem ex verbis induci, affectio- 212
nem vero per actum realem, & factum dicit, *ibique* explicat, ex quibus actibus resultat affectio per manus appositionem. Nec omnis manus appositio inducit affectionem, sed illa, ex qua resultat mens providendi de
Beneficio, Gonz. *gloss. 52. num. 38.* Garz. *part. 5. cap. 1.* 213
num. 175. Lotter. *loco cit. num. 30.* quare, si manus appositio fuerit conditionata, & actus non poterit effectum
sortiri, non intrare reservationem, scripserunt Simonet- 214
ta *de reservatione quæst. 60. num. 6.* Lotterius *loco cit. qu. 26. num. 39.* Rota *in recent. part. 2. decis.* 190. At celebris fuit altercatio inter nostros, utrum ex actu nullo, vel cum non potuit sortiri effectum, ex hac manus appositione consurgat affectio? quod affirmavit Gonz. *d. gloss. 52.*
num. 15. & clare dispositum videtur in *d. extravag. ad* 215
Romani, *§. Romani*, ibi: *ex aliqua causa suum non sortiatur effectum.* At negavit Lotterius *loco cit. num.* 37. qui inter-
pretatur *d. Extravag.* 15. locum procedere, quando in 216
appositione manus Papæ concurrit præexistens reservatio generalis cum *decreto irritanti*; nam tunc dicit verissimum, quod nulla existente provisione Papæ, nihilominus Ordinarius non potest conferre, & ita dicit declarasse Rotam *decis. 190. num. 9. part. 2.* reprehendit Garziam
loco cit. quod hoc non advertit Sacra Rota in *decis.* 358. 217
num. 10. apud Bichium dixit, non intrare affectionem ex manus appositione Sanctissimi, quoties resignatio facta coram Sanctissimo (est unus modus appositionis manus) non habuerit effectum: quia non censetur apposita manus, nisi ad effectum, ut sequatur resignatio: & in his terminis locutam fuisse Sacram Rotam in *decis. 417. & 419. part. 1.* & novissime in *decis. 112. num. 6. part. 16. recent.*

receat. dixit, affectionem ex appositione manus Sanctis-
218 simi, juxta dictum §. *Romani*, dependere a validitate gra-
tiæ; & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 197. *n.* 19.
dicitur, quod manus appositio ex falso supposito non in-
ducit affectionem ex defectu voluntatis Papæ, ibique ci-
tantur multæ aliæ decisiones, præsertim apud Buratt. 78.
219 Verum in eadem *decis. n.* 28. *&* 29. dictum fuit, & con-
clusum per illos doctissimos Patres, affectionem esse in-
ductam ea appositione manus Sanctissimi in dando Coad-
jutorem cum futura successione: quia ipsa appositio ma-
nus Papæ inducit affectionem, & illa sola repellit Ordina-
220 rium Collatorem, & iterum in *decis.* 333. *num.* 11. *ead.*
part. 16. *recens.* Quicquid sit de hac quæstione, cujus de-
finitionem Sacræ Rotæ remittimus, cum pro utraque par-
te sint Doctores, & ejusdem Sacri Tribunalis decisiones;
certum est, quod ex sola signatura Sanctissimi oritur hæc af-
fectio, ut in *d. decis.* 111. *n.* 35. *& alibi*, sicuti quoque in-
dubitatum credimus, quod hæc affectio durat quousque
consumpta fuerit vacatio, per collationem, seu provi-
221 sionem, sive Provisus apprehenderit possessionem, sive
non, cum possessio sit quid separatum a provisione, Lot-
ter. *d. q.* 36. *n.* 39. *&* 40.

Post scripta vidimus decisionem apud Priolum 284.
222 in qua *numer.* 8. ita dicitur: *Respondetur, quod cessat*
talis affectio eo ipso, quod appositio manus Papæ est re-
stricta ad certum, & limitatum effectum resignationis:
tunc enim non extenditur ad diversam vacationem per
obitum; Unde, si resignatio corruit ob malam expres-
sionem valoris, Beneficium non vacat per resignationem,
sed per obitum, in qua vacatione non censetur, quod Papa
voluerit Ordinario præjudicare, ut in puncto Paris. *de resi-*
gnat. lib. 10. *d. q.* 2. *n.* 40. *& seq. ubi sub n.* 44. *& seq. de*
communi testatur, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 154.
& seq. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancellariæ d. glos.* 52. *n.* 54. Rota
d. decis. 419. *part.* 1. *divers. & generaliter de resignatione*
nulla, Achill. de Grass. *decis.* 14. *de restit. spol. in Cusen-*
sina Parochialis 22. *Aprilis* 1594. *n.* 5. coram Pamphi-
lio impress. Marches. *de commis. part.* 1. *fol.* 952. *& in Lau-*
dien. Canonic. S. Dionysii 17. *Maii* 1624. coram Coccino
impress. inter *recent. part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 539. *n.* 3. *&* 4.
confirmata 2. *Maii* 1626. §. *demum non obstat*, coram
Pirovano.

223 Alteram vidimus decisionem coram eodem Priolo in
eadem causa *Hispalen. Beneficii*, in qua hoc de novo con-
firmatum fuit, ut in *decis.* penes eundem 301. *n.* 10. ibi:
Quia, cum appositio manus sit limitata ad certum, & præ-
cisum effectum resignationis ad favorem certæ personæ, non
comprehendit diversam vacationem per obitum, si talis
resignatio suum non sortiatur effectum, juxta receptam di-
stinctionem, de qua late apud Merlinum *decis.* 768. *n.* 10.
cum pluribus seq. & signanter *n.* 15. Eadem Sacra Rota
224 apud Eminentiss. Cerrum 227. *n.* 3. dixit, quod existente
resignatione conditionali per clausolam, *dummodo aliun-*
de vivere, &c. dicta conditione non verificata, non in-
ducitur affectio, & ibi citat decisionem *in Laud. Canon.*
S. Dionysii 23. *Martii* 1623. coram Coccino.

Sed hanc rem etiam explicare videtur Paul. Rub. in *add.*
ad decis. 254. *a n.* 22. *cum seq. part.* 9. *recent.* ubi dicit,
quod aut provisio Papæ non potest sortiri effectum ex a-
liqua causa, & tunc bene intrat affectio, & citat *decis.* Bu-
ratti 16. Sacrati 187. Merlini 768. aut vero provisio Papæ
est nulla ex defectu mentis concedentis, quia adest falsitas
causæ circa pertinentiam collationis, ut puta reservationis
quia scilicet Papa voluit conferre uti reservatam, vel adest
error circa ipsam vacationem principaliter narratam, &
tunc per manus appositionem non intrat affectio ex defe-
ctu mentis Papæ, nam si scivisset, manus non apposuisset,
citat *decis.* Buratti 36. *n.* 10. Ferentillum ad Buratt. *decis.* 78.
n. 8. *d. decis.* Sacrati 187. & Merlini 768. moltasque alias
decisiones Sacræ Rotæ; Sed remettimus nos in hoc dubio
ad Sacram Rotam.

Postremo pro complemento hujus materiæ addendum
duximus, quòd non omnes reservationes comprehendun-
225 tur sub indultis concedi solitis Eminentiss. S. R. E. Cardi-
nalibus, seu melius, Eminentissimi Cardinales virtute
indultorum non possunt conferre omnia Beneficia reserva-
ta quacunque reservatione; nam expresè excipiuntur
quatuor per Bullam san. mem. Urbani VIII. quæ incipit,
Accepto, quod nempe reservatio, quæ contingit ex obi-
to in Curia, & familiaritate ipsiusmet Papæ, Conclavi-
statu, & ex descriptione in libris Cameræ Apostolicæ.
Item Beneficia, duplici reservatione personali affecta,
juxta Constitutionem ejusdem Summi Pontificis 288. quæ
incipit *Quamvis*, & in quantum ad hanc debet ex duplici 226
coæquali, & personali consurgere reservatio, nec suffici-
unt duæ reservationes dispares, & diversæ speciei, Gra-
tian. *cap.* 982. & Magistralis est decisio apud Priolum 169.
in qua late explicatur hæc materia, ad quem remittimus
Lectorem, & novissime etiam Rota *decis.* 599. *n.* 15. 16.
17. *&* 18. *tom.* 2. *& decis.* 476. *n.* 4. *&* 5. *part.* 18. in qui-
bus etiam dictum fuit, quod debent esse duæ reservationes 227
coæquales, & distinctæ; secus si una accessoria, & ejusdem
speciei; quia tunc bene comprehenduntur sub indulto; &
quod vacatio in Curia quolibet modo non comprehen-
datur sub indultis, Rota *d. decis.* 599. *num.* 8. 9. *&* 13. &
quamvis S. R. E. Cardinales conferant Beneficia, vacantia
in eorum titulis; tamen ea Beneficia, quæ strictè in Curia
vacant per obitum Curialium, vel Conclavistarum, vel
duplici reservatione coæquali, non conferunt, ut dicitur
in eadem *decis.* 599. *num.* 18. In quantum vero ad reserva- 228
tionem, quæ oritur ex Conclavistatu, certum est, quod
nec etiam comprehenditur sub simili indulto, solito con-
cedi S. R. E. Cardinalibus, dicitur exprese in d. Bull. san.
mem. Urbani VIII. *Accepto*, quæ fuit confirmata a suc-
cessoribus Summis Pontificibus, Rota in *d. decis.* 476. *nu.*
13. *part.* 18 *tom* 2. ita ut collatio remanet nulla, & peni-
tus decolorata, nec facit legitimum contradictorem, ut
ibidem dicitur, quæ decisio fuit *Neapolitan. Beneficii* 18.
Martii 1675. coram Rondino, & sicuti ego consulens di-
xeram, evenit, & Sacra Rota decidit. Sed mihi displi-
cuit, quia decisio prodiit contra singularem Amicum
meum; & ita etiam dixit Rota *decis.* 382. *part.* 17. *recent.*
& notabile est, quod reservatio, quæ provenit ex Con- 229
clavistatu, semper durat, secus autem, quæ ex familiari-
tate Papæ; nam hæc durat, vivente Papa, Rota *decis.* 382.
part. 17. *recent.* sicuti etiam omnia Beneficia S. R. E. Cardi-
nalium, & Prælatorum sunt reservata semper, & a solo
Papa conferuntur, sive sint acquisita ante Cardinalatum,
sive post, prout in eadem *decis.* 382. *n.* 17.

Scriptis *num.* 240. addendum est, quod falsa expressio 230
valoris non viriat gratiam pensionis, quando remanent
duæ tertiæ partes pro titulari, Rota *decis.* 236. *sub num* 5.
part. 4. *tom.* 3. *recent.* & penes Bichium 410. *num.* 6. Item
malam expressionem procuratoris, sive expeditoris, non
nocere principali, quando hic non fuit in dolo; & licet
Sacra Rota non solet admittere excusationem propter 231
fraudes, quæ fieri possunt: tamen hoc procedit, quan-
do error committitur circa ea, quæ Papam difficiliorem 232
reddere potuissent ad concedendum, vel non; & convin-
citur ex scripturis authenticis, principalem non esse in
dolo. Item cum principalis non fuerit usus tali gratia:
quia tunc non censetur approbasse quod fecit procurator,
Rota in *d. decis.* 410. *num.* 9. 10. *&* 20. sic etiam cum prin- 233
cipalis est minor; nam ei nullatenus nocet error procura-
toris, ut in *d. decis.* 410. *num.* 12. Sed contrarium firmas-
se videtur Rota *decis.* 120. *num.* 18. *&* 19. *part.* 17. ubi di-
ctum fuit, ætatem minorem Pensionarii non esse aptam
excusare a subreptione ob malam expressionem valoris,
quamvis factam a procuratore; maxime quando fuerit usus
gratia: nempe simplicitatem, & ignorantiam excusare a
subreptione, & nullitate ob malam expressionem; ad confir-
mandam vero gratiam ex mala expressione valoris, requi-
ritur probatio concludens, & deduci debent onera, Rota
decis. 424. *n.* 10. *part.* 18. Quando vero mala expressio re- 234
signantis noceat resignatario, & vice versa, dicemus suo
loco. Cum valoris expressio non justificatur, denegatur
executio Litteris Apostolicis, ut ibidem diximus; adde
decis. 253. *n.* 10. penes Bichium, & novissimam Rotæ *de-*
cis. 263. *n.* 16. *part.* 17. Priolum *decis.* 284. *n.* 3.

Num. 243. diximus, valoris expressionem dupliciter 335
fieri posse, vel per ascensum affirmative, vel per non
excessum negative; cum exprimitur affirmative, est
fundamentum gratiæ, & causa ipsius gratiæ, præser-
tim pensionis, Rota *decis.* 255. *numero* 6. apud Bi-
chium, *&* 12. *numero* 5. *part.* 16. *recent.* & conclu-
denter tunc probandus, Rota in *dict. decis.* 255. alias
gratia corruit, Rota *decis.* 187. *numero* 26. *part.* 11.
& apud Priolum 280. *numero* 2. apud quem alias in-
venies decisiones, & apud Eminentissimum Cerrum
184. *numero* 14. *&* 15. si autem fuerit narratum cum
particula, *circiter*, tunc sustinetur, si defectus fuerit
in decima parte, ut *ibid. numero* 23. *& decis.* 206. 236
numer. 10. apud eundem; Expressus autem per non exces-
sum, ut dicemus suo loco, non requirit exactissimas pro- 237

bationes, Rota *decis.* 286. *n.* 7 & 378. *n.* 1. apud Bichium,
& 192. *n.* 4. *part.* 16. & justificari debet eo modo, quo fuit
expressus, Rota *decis.* 244. *n.* 19. apud Bichium; modicus
238 tamen excessus, nempe in sexta parte, toleratur, Priolus
decis. 100. *n.* 10. apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 578.
num. 3. qui bene *numer.* 5. id limitat, quando aliquis im-
petrasset ob non expressionem veri valoris: quia in hac
239 impetratione piscatoria (sic vulgariter dicta) non fit di-
minutio, teste Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 19. *numero* 104. expres-
so autem uno modo, non potest justificari per alium;
240 nam, cum sit expressio per non excessum, non justifica-
tor per assensum, Rota *d. decis.* 244. *num.* 20. & 645. *nu-
mero* 5. & 378. *num.* 3. penes Bichium, & dicemus infra
sequenti capite.

241 Percutere debet valor tempore gratiæ, ut diximus *n.* 245.
adde Rotam *d. decis.* 120. *n.* 6. *part.* 16.

242 Expressionem mensis, in quo vacavit Beneficium, ne-
cessariam diximus *num.* 251. & 252. ex regula 8. sive 9.
Cancellariæ dicit Cocchier. in *d. regul. glos.* 13. & hoc,
ut Papa sciat, an vacatio contigerit in mense reserva-
to; nam non intendit præjudicare Ordinariis: & est ne-
243 cessaria talis expressio etiam in provisionibus, motu pro-
prio factis, ut mandat dicta regula: quia licet gratia, mo-
tu proprio facta, tollat vitium subreptionis, non tamen
tollit defectum intentionis, Cocchier. *in d. regul.* 8. *glos.*
244 13. *n.* 13. & etiam in novis provisionibus, Lotter. *lib.* 2.
q. 13. *n.* 15. est etiam facienda expressio mensis in nova
provisione per resignationem, quando resignans obiit in-
fra viginti dies, juxta Puteum *decis.* 165. *lib.* 2. & cum
245 non est facta hæc expressio, collatio, ut diximus, est nul-
la, nec juvat clausula, *sive præmisso*, & omnes aliæ clausu-
læ corruunt, Rota apud Priolum 154. *n.* 9. 10. & 11. Di-
246 ximus quoque, quod dispositive facienda est expressio,
& non dubitative per verbum, *forsan*; adde Cocchier.
loco cit. glos. 13. *numer.* 3. qui idem dicit, cum dicitur,
vel alio veriori mense. Addendum etiam est, quod, cum
Episcopus gaudet alternativa, & vacatio contingit in
247 mense alternato ad favorem Papæ, etiam de tali mense dis-
positive est facienda mentio: quia, ut dicit Cocchier. *d.
glos.* 13 *num.* 2. illi sex menses subrogantur loco octo cum
eisdem qualitatibus. In gratia tamen *perinde valere*, non
requiritur expressio mensis, cum alias in prima gratia fa-
cta fuerit, diximus *n.* 256. adde Cocch. *d. glos.* 13. *n.* 7.

248 Qualitercunque contingat vacatio, sive de jure, sive
de facto: sive de jure tantum, sive de facto tantum,
mensis, in quo contingit, facienda est expressio, dixi-
mus *n.* 257. adde Cocchier. *d. regul.* 8. *glos.* 13 *n.* 7. Lot-
ter. *lib.* 2. *quæst.* 37. *n.* 15. & etiam in quacunque vacatio-
249 ne, in qua intrat reservatio regulæ octavæ, sive nonæ,
ut expresse disponitur in *d. regul.* ibi: *quocunque modo va-
caturæ*; & hanc opinionem putat tutam Cocchier. *loco
cit.* licet alii contrarium scripserint: nam esset maxima re-
strictio ad regulam præfatam; cum tamen Beneficium es-
set alias reservatum alia reservatione, seu ex alio capite,
250 tunc mensis non est facienda mentio, Gonzalez & Garzia
citatis *n.* 160. quia, ut supra diximus, hæc reservatio est
subsidiaria; adde etiam Cocchier. *d. glos.* 13. *n.* 7. *v. li-
mita primo*.

251 Ad quæstionem propositam sub *n.* 263. addenda dictio,
non, scilicet cum vacatio non contingit; Et quod non
requiratur expressio mensis, cum contingit vacatio in aliis
mensibus non reservatis, cum Garzia, Cocchier. *d. glos.*
13. *n.* 2. & *n.* 7. Lotter. *lib.* 2. *q.* 37. *n.* 18. & 19. & *lib.* 2.
q. 27. *n.* 37. & 38. & idem dicit, cum Beneficium est re-
servatum.

252 Diximus *n.* 266. *regulam* 8. *seu* 9. reservatoriam men-
sium, exprimi jubentem mensem, in quo vacatio con-
tingit, non habere locum in Beneficiis jurispatronatus.
Declarata primo procedere, quando Beneficia sunt juris-
patronatus laicalis, vel mixti; secus si Ecclesiastici: quia
tunc cadunt sub reservatione, ut apud omnes est in con-
fesso per doctrinam *glos. in cap.* 2. *verb. collatio de præ-
bend. in* 6. Garz. *cap. unic. de jurepatronatus in* 6. Expri-
mendus quoque est dispositive mensis, in quo fit vacatio;
253 hæc admittunt omnes Doctores, Cocchier. *d. regula* 8.
glos. 8. & pluries Sacra Rota Romana, præsertim penes
Bichium *decis.* 302. *n.* 11. & 273. & *part.* 15. *recent. de-
cis.* 30. *n.* 4. Ecclesiastica tamen licet comprehendantur
254 sub regula, attamen cum suis qualitatibus, ut solum præ-
judicium afferat Collatoribus, non tamen vocatis, prout
Rota *d. decis.* 302. *n.* 12. & 189. *n.* 16. apud eundem Bi-
chium, & diximus nuper supra; non tamen comprehen-
ditur sub regula Beneficium jurispatronatus, quamvis
Ecclesiastici, quando in erectione talis jurispatronatus vo-
cati fuerint aliqui in perpetuum: quia illa dictio *in perpe-
tuum*, excludit omnem reservationem mensium, quicquid 255
dicat Cocchier. *in reg* 8. *glos.* 1. *num.* 15. & *glos.* 8. dixit
Rota *decis.* 327. *n.* 4. & 15. *part.* 15. & de particula *sem-
per*, scilicet cum fundator caverit in fundatione, quod
jus præsentandi semper spectet ad vocatos in fundatione,
adest magistralis decisio apud Royas 274. & apud ipsum
aliæ, & Doctorum auctoritates: pari ratione cum funda-
tor in fundatione reservaverit jus præsentandi pro hære-
dibus, & successoribus, cum facultate præsentandi in
omni casu, & in defectum hæredum cum potestate no-
minandi, & præsentandi toties, quoties, &c. tam tunc,
licet quo ad præsentationem evadat Ecclesiasticum, rema-
net tamen laicale ad effectum excludendi reservationem;
nam si illi subjaceret, non posset fieri præsentatio per pa-
tronos in omni casu, & toties, quoties &c. ut optime
Rota *decis.* 242. *per tot. part.* 19. *recent.* & ratio est evi-
dens: quia fundator in limine fundationis potest dispo-
nere prout sibi placet, & excludere reservationem. Si-
milem decisionem habemus apud Dunozet tum 769. vel
cum fuit dispositum in fundatione, quod non possit ju-
rispatronatus derogari; nam tunc non subjaceret regulis,
Rota apud Eminentissimum Cerrum 731. *in fine*. Mixtum 256
autem juspatronatus non cadit sub hac regula, omissis mul-
tis ex condicto, Rota *decis.* 290. *p.* 18. *in fin.* dummodo
æqualiter sit tale; nam si plus Ecclesiasticum, quam lai-
cale, includitur sub dispositione cujusque regulæ, secun-
dum Cocchier. *dict. glos.* 1. *n.* 4. quod contrarium dixit
Rota apud Eminentiss. Cerrum *dec.* 732. *num.* 4. ibi: *Ut
de patronatu mixto, etiam quod præponderet qualitas Ec-
clesiastica*; sicuti cum Beneficium est mixtum, & tamen 257
ordo præsentandi est divisus, & fit per turnum, cum con-
tingit vacatio in turno Ecclesiastici patroni, tunc habe-
tur omnino Ecclesiasticum, & cadit sub regulis, Jo. And.
in cap. cum in illis, §. *fin. in fine*, *de præb. in* 6. Vivian.
de jurepatron. part. 1. *cap.* 3. *num.* 18. Rota apud Priolum
decis. 362. *n.* 10. 11. & 12 & 432. *n.* 19. Quando tamen
sit laicale, quando Ecclesiasticum, quando vero mistum 258
juspatronatus, consule Doctores, præsertim Lotter. *lib.*
2. *q.* 10. qui, licet, ut sit Ecclesiasticum, requirat quod
sit fundatum ex bonis Ecclesiæ, & competat Ecclesiæ ex
fundatione: attamen Sacra Rota non semper requirit has
qualitates; nam, si Ecclesiæ competat ex hæreditate, vel 259
legato, etiam dicitur Ecclesiasticum, ut in *decis.* 48. *n.*
5. & 329. *n.* 4. *part.* 18. *recent* per textum clarum in *cap.
unic.* §. *fin. de jurepatronatus in* 6. & subjacet *regulis Cancel-
lariæ*, & reservationibus, Rota *dec.* 413. *part.* 18. & 242.
part. 19 nisi aliud caveatur ex fundatione, ut nuper dixi-
mus; sicuti cum competit Rectoribus sæcularibus Confra- 260
ternitatis, non autem ipsi Confraternitati, est laicale, Ro-
ta apud Eminen. Cerrum *decis.* 732. *n.* 3. & prius dixerat
Rota apud Duran. *in decis.* 130. *n.* 2. Gravis tamen fuit
altercatio in Sacra Rota, quando juspatronatus, compe-
tens Confraternitati, sit censendum Ecclesiasticum, vel
laicale, ut videre est *decis.* 1445. apud Coccinum, & *d.
decis.* 130. apud Duran. & conclusum fuit, quod, quando
Confraternitas distinguitur ab aliis, quia habet aliquod si-
gnum religiosum, & pium, & induitur vestibus religiosis,
& est erecta auctoritate Ordinarii, sit Ecclesiasticum; se-
cus vice versa, vide dictas decisiones.

Diximus vero laicale non comprehendi sub reservatio-
ne regulæ 8. sive 9. quod intelligendum est, cum juspatro-
natus competit ex fundatione, dotatione, sive constru- 261
ctione, sive alio titulo oneroso; Cocchier. *regula* 8. *glos.*
1. *num.* 5. & *glos.* 8. *num.* 2. Lotterius *libr.* 2. *quæst.* 8. nam
si ex præscriptione, privilegio, vel consuetudine compe- 262
tat, bene cadit sub regola, secundum doctrinam Cocchier.
loco cit. Rota apud Priolum *decis.* 362. *numer.* 17. & 630.
numero 54. *part.* 4. *tom.* 3. & fuit doctrina Glossæ *in cap.*
2. *de præb. in* 6. *in additione*, *verb. collatio*, & etiam
dixit Rota apud Coccinum *decis.* 1056. quæ loquitur in ju-
repatronatus ex augmento dotis, quod competit ex pri-
vilegio, & tunc nec juvat quasi possessio præsentandi pro-
pter *decretum irritans*, appositum in regula 9. Coc-
chier. *loco citat. numer.* 18. & in illis personis: in qui- 263
bus usurpatio cadere potest ad excludendam *regulam re-
servatoriam*, requiritur exactissima probatio, vel instru-
mentum dotationis, seu fundationis, vel saltem mul-
tiplicata series præsentationum per antiquissimum tem-
pus, quod memoriam hominum excedat, nec enun-

ciari-

264 ciativæ Ordinarii sufficiunt, & enunciativæ non at-
tenduntur contra Provisum Apostolicum, Rota *decis.*
192. num. 10. 11. & 12. *part.* 16. *in recent.* & in allegatis
decisionibus apud Priolum 362. & 432. in quibus fuit di-
ctum, quod juspatronatus laicale, in quo cadit suspicio
usurpationis, concludenter debet probari ex fundatio-
265 ne, & dotatione, alias præsumitur ex privilegio, & sic
subjacet regulis Cancellariæ, & reservationibus; & quod
tunc exceptio jurispatronatus proposita, tanquam turbi-
da, non est apta retardare paratam executionem debitam
Proviso Apostolico, & iterum apud eundem Priolum *de-*
cis. 383. Addendum quoque est, quod aliquando expri-
266 mitur vacatio in mense reservato subsidiarie, quia scilicet
petitur impetratio ex alia reservatione, & tunc cum sub-
sidiarie ponitur reservatio, quæ contingit ex mense, non
267 officit, si non verificetur, Rota *decis.* 30. *par.* 15. *in re-*
cent. Demum advertendum est, quod *regula*, quæ olim
dicebatur *de mensibus*, non est eadem ac *regula* hodie *re-*
servativa mensium, prout latius explicat Lotter. *lib.* 2. *de*
quæst. 37.

268 Scripsimus *a num.* 269. *cum seq.* errorem nominis vitia-
re gratiam impetrationis; addendum est, quod Sacra Ro-
ta *in Tauren. Capell.* 27. *Junii* 1669. coram Vicecomite
174. *part.* 16. *recent. num.* 11. dixit, errorem nominis
non vitiare gratiam impetrationis, cum ex cognomine,
& aliis circumstantiis de identitate personæ dubitari non
potest, talemque errorem in nomine non vitiare gratiam,
habemus ex §. *si quis in nomine*, *inst. de legatis*, *l. si in nomi-*
ne, *C. de testamentis*, Rebuff. *in praxi de Benef. de forma*
signaturæ, *vers. & error*, Royas *decis.* 261. *num.* 3. præci-
269 pue, quia diversitas hæc nominis apta non est difficilio-
rem reddere Papam in concedenda gratia, Ægid. *decis.* 4.
de rescript. Rota *decis.* 436. *num.* 2. & 3. *tom.* 3. *recent.* Hæc
in illa decisione; sed adverte, quia decisio loquitur in sub-
rogatione gratiosa, & subjecit eadem decisio, quod agi-
tur potius de justitia, quam de gratia, ne detur novus col-
litigans per regulam Cancellariæ *de subrogandis*, & solet
270 superstiti passim concedi; & in his terminis loquitur præ-
fata decisio, ut patet ad litteram; & nota, quod in præfa-
ta decisione dictum fuit per Sacram Rotam, quod gratia
subrogationis non corruet ex errore nominis, quod Nos
ultro admisimus, præciso dolo; sed diximus, non pos-
se executioni demandari absque correctione, quod est di-
versum, prout etiam notavimus.

271 In *num.* 268. citavimus decisionem *in Valentina Recto-*
riæ 31. *Julii* 1651. coram Bichio *decis.* 191. *num.* 4. *par.* 11.
est penes ipsum Bichium 479.

272 Exprimendum esse Clericatum, diximus *numero* 275.
adeo ut, si impetrans non sit Clericus tempore impetra-
tionis, corruat gratia; Adde optimam decisionem *in Ca-*
lagurritana Canonicat. 17. *Martii* 1651. coram Dunozett.
juniore, quam affert Tondutus *post tractatum de pensioni-*
bus 26. *in ordine*, in qua fuit dictum, resignationem Ca-
nonicatus ad favorem cujusdam Francisci Hieronymi Lo-
pez fuisse nullam, eo quia tempore impetrationis erat
laicus, quamvis postea impetrasset novam provisio-
nem, quia a Procuratore resignantis fuit præstitus tempo-
73 re, quo resignatarius erat laicus, & sic resignatio fuit
nulla, non obstante, quod Clericatum postea assumpse-
rat: quia non ideo resignatio convalidatur, tanquam
facta incapaci, sed requiritur, ut rursus præstetur consen-
sus resignantis, & nova subsequatur gratia; & etiam di-
xit Sacra Rota apud Priolum *decis.* 389. *n.* 12. & 13. *in d.*
dec. penes Tondut. 26. dicitur, quod nulla fuit inducta va-
catio, nec abdicatum fuit jus a resignante; nam consen-
274 sus resignantis habet implicitam conditionem, si resigna-
tarius sit habilis, eique Beneficium quæratur, sub qua
conditione Summus Pontifex resignationem censetur ad-
mittere, sed quod resignans cadit a jure suo, dixit Rota
in *d. decis.* 389. *num.* 11. apud Priolum. Et adverte, quod
in *d. dec.* 389. resignans scienter resignavit laico, de qua
re alibi in eadem *decis.* 26. apud Tondutum dictum fuit,
quod non profuit impetratio novæ gratiæ, renovato con-
275 sensu per Procuratorem: quia novus consensus non po-
tuit præstari a dicto Procuratore ratione primi manda-
ti, ex quo per primam præstationem consensus, ejus man-
datum fuit expletum, Vide dictam decisionem 26.

In eadem materia *dicti* n. 278. addimus, quod transla-
tio pensionis potest fieri in laicum postquam fuerit Cleri-
276 cus effectus, cum ponitur dicta clausula, *postquam Ton-*
suratus fuerit, *ex nunc*, *prout ex tunc*; Interim tamen non
debetur pensio, Tondutus *de pens. c.* 31. *n.* 2. & 3.

Adductis *n.* 306. addendum est, quod quando impetra-
tur novum Beneficium, si aliud, vel alia prius obtinuerit
impetrans, exprimere omnino debet, juxta textum in
cap. si motu proprio de præb. in 6. Quod etiam expresse dis-
ponitur in *regula de exprimendo valore* 55. quæ mandat,
exprimi valorem obtentorum, eo magis & ipsa Benefi-
cia, & non solum Beneficii obtenti, sed cujuslibet juris
in Beneficio sibi competentis, etiamsi jus sit controver-
sum, Cocc. *decis.* 1639. quia, lite non obstante, Papa
solet se reddere difficiliorem; sed contrarium postea firma-
vit Rota *dec.* 157. *in fine par.* 17. *recent.* Abhorrent enim
Canones nostri, atque semper exosam habuerunt pluralita-
tem Beneficiorum in una, eademque persona, ut bene 277
ponderavit Lotterius *lib.* 3. *quæst.* 23. *num.* 2. obstante et-
iam Divi Pauli sententia: *Alius quidem esurit*, *alius au-*
tem ebrius est. Ita ut si quis habeat Beneficium ad vitam 278
congrue sustentandam, absque Apostolica dispensatione
aliud non potest obtinere, & hoc etiam in simplicibus pro-
cedere, dixit Sacra Rota *decis.* 639. *num.* 8. & apud Bich.
&c. & 313. *num.* 14. apud eundem, quod probatur clare
ex Trid. *sess.* 24. c. 13. *de reformat.* ubi permittitur Episco-
pis, dare secundum Beneficium eidem, quando primum
non fuit sufficiens ad vitam congrue ducendam (sed utinam
servaretur in praxi) ita quoque dixit Sacra Rota *decis.* 281.
par. 17. ubi etiam dicitur, quod si tertium detur, vacant
duo priora; atque extendit ad Beneficia jurispatronatus,
licet contrarium scripserint plerique Doctores; Sed adver-
se, quod ista incompatibilitas in simplicibus inducitur,
quando unum est sufficiens ad congruam sustentationem
vitæ, alias non inducitur, nec eget dispensatione, omissis
aliis ex condicto, Rota apud Priolum *decis.* 4. *n.* 8. quod 279
procedit etiamsi secundum sit litigiosum, quando pri-
mum est sufficiens ad congruam vitæ sustentationem, nam
adhuc requiritur dispensatio Apostolica, Rota *decis.* 313.
numer. 14. apud Bichium; an vero Beneficium obtentum
ipso jure vacet per impetrationem alterius, vide Gonz.
reg. 8. *glos.* 15. §. 2. *num.* 67. & 68. Seraph. *decis.* 445. &
483. Coccin. *d. decis.* 1639. qui in affirmativam senten-
tiam inclinat.

Ad *num.* 308. adde, quod dispensatus a residentia cen-
setur dispensatus ad incompatibilia, Rota *decis.* 341. *n.* 4. 280
part. 15. Item ad decisionem 58. *num.* 12. coram Eminen-
tiss. Othob. quem allegavimus, quod Cura habitualis
non causat incompatibilitatem, quæ egeat dispensatione 281
adde *decis.* 193. & 198. *num.* 50. apud Bich. Item adde,
quod residentia causativa non inducit incompatibilitatem,
quæ dispensatione Apostolica egeat, sed requiritur resi-
dentia præcisa, quæ in casu non residentiæ secum afferat 282
privationem Beneficii, non fructuum, sicuti esset onus
positum recitandi Primam, & Completorium; nam tunc
privatur fructibus: nec onus Missam celebrandi causat re-
sidentiam præcisam: quia potest expleri per alium, nisi
tamen in fundatione esset cautum, quod per se ipsum ce- 283
lebret, prout latius Rota *in d. decis.* 13. *n.* 7. *cum seq.* penes
Bichium, & Rota *decis.* 489. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* & apud
Cavalerium *decis.* 551. apud Priolum *decis.* 54. *n.* 5. & 175.
n. 8. & *decis.* 84. *n.* 11. & apud Eminentiss. Cerrum *dec.* 477.
per tot. & fuit doctrina Innocentii *in cap. final. de clericis*
non residen. sicuti etiam residentia temporalis non causat 284
incompatibilitatem, sed debet esse continua, veluti si in
aliquibus diebus tantum residere tenetur, ut eadem Sacra
Rota decidit in *d. decis.* 13. *num.* 4. & *in d. decis.* 647. penes
Eminent. Cerrum, & late agit Gonzal. *reg.* 8. *gloss.* 15. *n. n.*
20. *cum seq.* Solet quandoque dispensari super retentione
incompatibilis, prout diximus *n.* 311. nam quandoque dis- 285
pensatur super retentione Canonicatus, & Ecclesiæ Pa-
rochialis; & advertit etiam practicus Cocchier. *regul.* 8.
gloss. 7. n. 19. qui etiam ponit clausulas apponi solitas in hu-
jusmodi provisionibus; tenet tamen Cocchier. *loco cit. vers.*
postremo adverte, quod per narrativam, seu expressio-
nem Beneficiorum, ante obtentorum, non inducitur
dispensatio ad pluralitatem incompatibilium, per text. *in* 286
cap. non potest, §. *final. de præb. in* 6. & ita tenet etiam Gon-
zalez *d. glos.* 15. *n n.* 27. & 28. Ex possessione autem decen-
nii præsumitur dispensatio Apostolica, Rota apud Bi-
chium *dec.* 598. *n.* 33. & eo fortius ex vicennali, vel tri-
cennali, Rota *dec.* 341. *n.* 6. *par.* 15. *rec.* Cum autem con- 287
currunt plura impedimenta, sive reservationes, oportet
plures intercedere dispensationes; nam per sublationem
unius impedimenti, sive reservationis, non tollitur alte-
rum, sive altera, Rota *dec.* 242. *n.* 3. *part.* 15. *recent.* &
360. *n.* 23. & 24. apud Bichium.

288 Quando Beneficium est incompatibile ex lege funda-
tionis Beneficii, tunc oportet hoc exprimi in gratia dis-
pensationis; nam si hoc non exprimatur, dispensatio ad
incompatibilia non prodest: quia non censetur, quod
Papa voluerit derogare legi fundationis per clausulas ge-
nerales, appositas in Litteris Apostolicis, Rota *dec.* 313.
num. 15. apud Bichium, ubi aliæ multæ allegantur deci-
siones. Unde notandum est, quod quamvis supra diximus,
quod cum Beneficia sunt incompatibilia, non pro-
289 hibetur acquisitio, sed retentio incompatibilis; attamen
hoc procedit in incompatibilitate, inducta a lege, non
autem ab homine, quæ fortior est; & sic, cum in funda-
tione est cautum, quod quis non possit præsentari ad se-
cundum Beneficium, tunc omnino non potest acquirere,
& præsentari, quamvis velit dimittere primum post præ-
290 sentationem, licet possit ante, prout expresse dicitur in
d. decis. 313. in qua decisione in hac parte acquisitionis fuit
recessum ab altera decisione ejusdem Sacræ Rotæ, in ea-
dem causa facta, apud eundem Bichium 189. *n.* 13. in qua
fuit dictum, quod incompatibilitas solum consideratur re-
spectu retentionis, & fuit assignata ratio retractationis in
eadem *decis.* 313. quia scilicet in illa prima decisione 189.
non fuerat visum totum instrumentum fundationis dicti
Beneficii, in qua cavebatur expresse, quod habens aliud
Beneficium non posset præsentari. Insuper fuit dictum in
decisione 313. *num.* 11. quod non erat excusandus, qui
obtinuit præsentationem secundi Beneficii, ex quo erat
291 litigiosum: quia hoc procedit in incompatibilitate, inducta
a jure communi, quo attento quis non tenetur dimittere
primum, cum secundum est litigiosum; secus quando in-
compatibilitas est inducta ex lege fundationis: quia mi-
tius agitur cum dispositione legis, quam hominis, &
allegatur Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 47. *num.* 15. Et *num.* 13. ea-
dem decisio dicit, quod, attento jure communi, lis su-
per secundo Beneficio excusat quidem a dimissione primi
pacifice possessi, licet e converso lis super primo Beneficio
non efficiat, ut illud possit retineri cum secundo, absque
controversia obtento.

Quæ diximus *a n.* 314. *cum pluribus sequentibus* de gra-
tia *perinde valere*, aliqua explicatione indigent, præser-
292 tim circa litem exprimendam; pro qua re adduximus duas
decisiones Sacræ Rotæ 286. & 325. apud Bichium, in *d.*
enim *decis.* 286. *num.* 21. & 22. dicitur, quod in *gratia re-
validatoria*, seu *perinde valere*, non est opus fieri men-
tionem litis, quando in prima gratia principali de lite fuit
facta mentio: & hanc conclusionem receptissimam dicit
ibi Sacra Rota, allegantur que Doctores multi, & aliæ
ejusdem Sacræ Rotæ decisiones; quod præsertim proce-
dit, quando in secunda gratia non agitur de canonizanda,
sed de coadjuvanda prima, aliquo defectu laborante, jux-
293 ta decisionem in Placentina Capellaniæ coram Pennia a-
pud Marchel. *part.* 1. *fol.* 135. limitat tamen Sacra Rota
hanc conclusionem in *d. decis.* 286. *n.* 23. quando lis esset
diversa, inter diversas personas mota post gratiam.

Item in eadem *decis. num.* 17. dicitur, quod in *gratia
revalidatoria*, quæ non cadit in præjudicium juris alte-
294 rius collitigantis, de lite non oportet fieri mentionem, &
allegatur consilium Oldradi 299. *nu.* 4. quia non est prohi-
bendus aliquis, lite pendente, aliquod jus, seu rem im-
petrare, dummodo tamen fiat sine præjudicio juris alieni:
quia Papa non se retraxisse a concedendo, etiamsi litem
scivisset, juxta decisionem Cavall. 670. *n.* 15. & 16. vel
quando impetratur jus non radicatum, Rota ibidem *num.*
28. & 29. & ad hoc, ut in *gratia revalidatoria* super ve-
niente de lite mentionem fieri necesse sit, oportet, ut pen-
295 deat lis super eo, super quo cadit gratia directe, vel in con-
sequentiam; secus si super re diversa, prout in *dec.* 91. *nu.*
10. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. ibidem n.* 30.

In decisione vero 325. fuit magna altercatio inter illos
conspicuos Patres, & divisi fuerunt, ut patet legenti.
296 Multi enim dixerunt, quod licet *gratia perinde* retrotra-
hatur ad diem Gratiæ principalis, tamen hoc procedit,
dummodo sit facta mentio litis pendentiæ: cum alioquin
Papa non censeatur velle præjudicare juri, ex ea quæsito
collitiganti, nec sufficit clausula generalis, *& super eo,
inter aliquos*, &c. in primis litteris apposita, quæ revali-
datur per gratiam, *perinde*: quia per illam clausulam di-
citur solum facta mentio litis, quæ alias est super Benefi-
cio, non vero litis, quæ est occasione Litterarum prin-
cipalium, super quibus impetratur gratia, *perinde valere*,
juxta decisionem Comituli 30. *num.* 5. & Serapb. 1110.
num. 2. & ita dixerunt multi Patres in illa decisione 325. *n.*
21. 12 & 13. Alii tamen Patres dixerunt, quod gratia *pe-
rinde valere*, seu *revalidatoria*, lite pendente obtenta,
deserviat pro argumento intentionis Papæ, voluisse scili-
licet conferre habenti primam gratiam, & in dubio ita præ-
sumendum ad sustentandam gratiam, ut ibidem legitur *n.*
27. & 28.

Adest etiam apud eundem Bichium *decis.* 614. in qua *nu-
mer.* 7. & 8. fuit dictum, quod in *gratiis revalidatoriis*,
semper intelligitur clausula, *absque præjudicio tertii*. Item
in *decis.* 141. *num.* 36. *part.* 16. *recent.* fuit dictum, quod
in *gratia Sanatoria* non oportet fieri mentionem juris non
deducti in judicium, juxta doctrinam Lotter. *lib.* 2. *tract.*
51. *num.* 26.

Post scripta vidimus notabilem decisionem apud Prio-
lum 272. in qua *n.* 8. & 9. ita dicitur: *Hinc non relevat, quod 297
valor expressus in gratia* perinde valere *non suffragatur
Gaspari in præjudicium Antonii, cui medio tempore per col-
lationem Ordinarii jus fuerat quæsitum, & in eadem gratia
revalidatoria implicite præservatum*, Mandol. *de Signat.
Grat. tit.* perinde valere, *ante fin. vers. perinde igitur*, Ro-
ta coram Merlin. *decis.* 516. *num.* 4. & *seqq. quia constito
ex prædictis, jus fuisse abdicatum a resignante, & conse-
quenter non potuisse Beneficium vacare per ejus obitum, uti-
que non resistit assertum jus, per collationem Ordinarii me-
dio tempore quæsitum, quod tantum obstaret, & intelligeretur
præservatum, si esset validum, & perfectum; secus autem
si nullum, & invalidum, juxta inconcussam distinctionem*,
de qua Barbos. *de claus. claus.* 44. *num.* 10. Add. ad Buratt.
decis. 55. *num.* 8. Rota *decis.* 572. *num.* 6. *part.* 1. *decis.*
634. *num.* 1. *vers. unde sequebatur*, *part.* 2. *recent.* & *d. dec.*
383. *n.* 10. coram Reverend. Carillo, & *n.* 13. & ita dixit
Sacra Rota. *Denique dictam secundam gratiam non vitiat
taciturnitas litis, inter provisos pendentis de tempore im-
petrationis: quia ex supradictis nullius apparet momenti jus,
per Antonium in litem deductum: & ad hunc effectum necesse
esset, ut tale jus de directo, vel in consequentiam concer-
neret idemmet in dicta gratia impartitum, utpote si Anto-
nius de mala narratione valoris opposuisset, & in tali defe-
ctu suam intentionem fundando, ea de causa obtinuisset Bene-
ficium; secus autem, dum venit ex diverso titulo collatio-
nis inferioris, cujus respectu gratia* perinde valere *non fuit
impetrata*, juxta consilium Oldradi plene distinguentis
299. *a n.* 3. *usque ad fin.* Rota *dec.* 91. *n.* 10. *p.* 4. *tom.* 2. & *dec.*
14. *n.* 35. & *seqq. par.* 10. *recent.*

Ex qua decisione habes duo. Primum est, quod *gratia
revalidatoria* tunc non juvat impetrantem, quando al- 298
ter medio tempore impetraret jus validum, & perfectum,
quod censetur præservatum implicite; secus autem quan-
do nulliter impetrasset; nam tunc bene *gratia revalidato-
ria* prodest. Secundum est, quod in secunda gratia, sive
perinde, non est facienda mentio litis, inter provisos pen-
dentis tempore impetrationis, quando apparet nullius mo-
menti jus per secundum impetratum, deductum in litem;
& necesse est, ut tale jus de directo, vel in consequentiam
contineat idemmet in gratia per secundum impetrantem:
ut esset, si secundus impetrans opposuisset de tali mala nar-
rativa, & impetratione, ut in tali defectu suam intentionem
fundando impetrasset Beneficium ea de causa; secus si ex
diversa causa, & diverso titulo. Notandum est etiam, quod
gratia *perinde valere*, ad cautelam obtenta, non facit præ- 299
judicium primis Litteris, in quibus se fundat Provisus, a-
lias gratia retorqueretur in odium, nec *revalidatoria*
inferri potest ad subreptionem, Rota *decis.* 161. *n.* 22.
part. 18.

Ad *n.* 340. *in fine*, in quo diximus, exprimendam copu-
lam, habitam inter consanguineos usque ad consumma-
tionem matrimonii, seu decreti interpositionem, alias
nulla dispensatio esset; adde *decis.* 455. *n.* 34. *cum seq.* apud 300
Bichium: quia adjungitur casus necessario exprimendus
Pontifici; nam Sacri Canones damnant incestus, quocun-
que tempore committantur, & toties incurritur impedi-
mentum matrimonii, quoties incestus committitur, cum
minus sit venia dignus, qui post crimen in idem labitur
crimen, ut ibidem considerat Sacra Rota.

Ad *ultimum numerum*, quod obreptio evitatur ex ulti- 303
mo statu Beneficii, præter, alias Rotæ decisiones adde *de-
cis.* 457. *in fin.* apud Bich. & alibi sæpe, &c.

CAPUT VII.

Quæ Narrativa in Litteris Apostolicis sit ab impetrante probanda, seu justificanda coram Executore, & quomodo.

SUMMARIUM.

1 *Aliud est Gratiam non esse justificatam, aliud esse subreptitiam, & n. 2.*

3 *Narrativa partis in Litteris Apostolicis, vel est fundamentum Gratiæ, seu causa finalis, vel tantum causa impulsiva.*

4 *In omnibus gratiosis, ut Gratia suffragetur omnia expresse, sive per modum conditionis, sive per viam modi, sunt justificanda, & num. 5. & num. 6.*

7 *Illa narrativa justificanda, quæ fit a parte in supplicatione, quæ Papæ porrigitur, non autem quæ in Litteris esset superaddita, & n. 8.*

9 *Non omnis narrativa æqualiter justificanda, sed quæ est fondamentum Gratiæ concludenter est probanda.*

10 *Etiam si talis narrativa in negativa consistat.*

11 *Negativa difficilis probationis, & quomodo probanda, & n. 12.*

13 *Qui impetrat ob non publicationem resignationis, debet hanc negativam concludenter probare.*

14 *Probatio debet esse concludens per veras, non præsumptivas probationes.*

15 *Ut excludatur negativa, sufficit possibilitas in contrarium.*

16 *Litteras non fuisse expeditas in tempore, probatur per diligentias in Cancellaria, & Camera.*

17 *Refertur opinio* Garziæ, *quomodo probetur negativa non publicationis.*

18 *Negativa non dimissionis vigore Decreti concludenter probanda.*

19 *Negativa non expeditionis Litterarum vigore Bullæ Julii III. probanda ab eo, qui se in ea fundat, & concludenter.*

20 *Negativa non expeditionis Litterarum debet probari ab eo, qui se fundat in ea, & fit per diligentias in locis, in quibus Litteræ expediuntur, & parte citata, n. 20.*

21 *Negativa non promotionis intra annum ab eo, qui in ea se fundat, debet concludenter probari.*

22 *Negativa, quæ de jure requiritur, etiam si sit fundamentum Gratiæ, non est concludenter probanda.*

23 *Narrativa, quæ non est fundamentum Gratiæ, non est concludenter probanda.*

24 *Sufficit tunc de facto eam justificare.*

25 *Narrativa facti de facto est justificanda, & eo modo quo concepta fuit.*

26 *Narrativa, quæ non est fundamentum Gratiæ, nec alias retrahit, non indiget aliqua justificatione, & num. 27. 28. 29. & 30.*

31 *Ex pluribus copulative narratis sufficit unum verificare.*

32 *Cum narrativa sit alternative, sufficit unum verificare, & num. 33.*

34 Garzia *tenuit, quod omnia narrata sint justificanda.*

35 *Refertur opinio* Auctoris, *& num. 36. num. 37. & num. 38.*

39 *Narrativa concessionis, quæ movere potuit probanda etiam si non negetur, vel si non adsit pars adversa, & n. 40. & 41.*

42 *Narrativa facta taxative requirit concludentem probationem.*

43 *Narrativa, quæ sapit objectum, concludenter probanda,*

44 *Narrativa Papæ non requirit justificationem.*

45 *Clausula,* ut asseritur, *non requirit justificationem, quia est narrativa Papæ.*

46 *Gratia concessa,* motu proprio, *non requirit probationem.*

47 *De quo tempore narrativa justificari debet, nempe impetrationis, vel executionis Gratiæ num. 48. usque ad 56.*

57 Auctoris *sententia, & 58.*

59 *Impetrans Beneficium, quæ est prima Dignitas post Pontificalem in Cathedralibus, vel prima in Collegiata, debet hoc concludenter probare.*

60 *Narrativa, quod Beneficium sit curatum, indiget justificatione.*

61 *Narrativa, quod Beneficium sit simplex, non indiget justificatione.*

62 *Qualibet narrativa reservationis concludenter probanda, & n. 63.*

64 *Clausula,* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *facit Gratiam conditionalem, & indiget plena justificatione.*

65 *Per clausolam hanc Papa declarat suam intentionem nolle prævenire.*

66 *Cum Papa vult prævenire ponit clausulam,* dummodo de tempore Datæ nulli sit jus quæsitum.

67 *Tunc requiritur plena probatio reservationis ratione mensis, quando adest concursus alterius tituli; secus si nullus; nam sufficit tunc semiplena probatio secundum* Beltraminum.

68 *Cum capitur reservatio ex mense, & obitus contingit in ultimo die mensis reservati, debet probari præcise obitus ante mediam noctem, & n. 69.*

70 *Reservatio ex quocunque capite contingat semper concludenter probanda.*

71 *Clausula,* constito, *concludenter probanda in concurso alterius tituli, & num. 72.*

73 *Notoria est reservatio, quando obitus contigit in mense reservato, vel alternato pro Papa, vel in mense fixo.*

74 *Qui impetrat Beneficium tanquam reservatum ex obitu apud Sedem, quid probare debeat, & quæ differentia sit inter vacationem apud Sedem, & vacationem in Curia.*

75 *Reservatio, quæ contigit ex obitu Collectoris, vel Subcollectoris, quomodo probanda.*

76 *Reservatio, quæ oritur ex familiaritate Cardinalium, quomodo probanda.*

77 *Vacatio per obitum probatur plene per fidem Parochi formiter extractam a Libro Defunctorum de verbo ad verbum, ut iacet, & ex fide Magistratus qui præest sanitati.*

78 *Obitus probatur ex confessione partis venientis ex eadem vacatione.*

79 *Obitus cum contingit in longinquis partibus probatur per famam, & conjunguntur probationes.*

80 *Requiritur probatio plena obitus in mense reservato, quando adest alius legitimus contradictor ab Ordinario, & n. 81.*

82 *Vacatio per obitum plene est iustificanda, quando Papa voluit concurrere cum Ordinario.*

83 *Narrativa vacationis eodem modo verificari debet, quo facta fuit, num. 84.*

85 *Ex pluribus modis narratis, sufficit unum verificare.*

86 *Fallit, si narrativa sit restrictiva ad unum modum.*

87 *Cum modus narratus est falsus, tunc impetratio nulla.*

88 *Fallit, si falsus modus expressus non fuerit causa concessionis.*

89 *Vel cum collatio fit ab Ordinario; nam tunc non attenditur falsus modus.*

90 *Cum impetratio fit certo modo, tunc exigitur plena probatio.*

91 *Devolutio est concludenter probanda, cum impetratur Beneficium tanquam devolutum, & num. 92. & 93.*

94 *Impetrans certo modo ob assecutionem secundi incompatibilis debet probare concludenter retentionem primi.*

95 *Narrativa qualitatis Beneficii concludenter probanda, cum est fundamentum Gratiæ.*

96 *Status ultimus an, & quomodo attendi debeat, num. 97. usque ad 119.*

120 *Narrativa, quod Orator fuit præsentatus a medietate patronorum, debet concludenter probari, & de tempore Gratiæ, num. 121. & 122,*

123 *Narrativa, quod iuspatronatus competat ex dotatione, vel fundatione, concludenter est probanda.*

124 *Narrativa valoris omnino justificari debet, & quomodo, num. 125. usque ad 134.*

135 Valor obtentorum levioribus probationibus probatur, & 136.

137 Valor obtentorum non est necesse justificari, cum adest Decretum de dimittendo.

138 Valor pro justificatione Gratiæ semiplene probatur, cum per non excessum est expressus, & quomodo, num. 139. usque ad 171.

172 Probatio valoris fieri debet etiam si nullus adsit legitimus contradictor, num, 173.

174 Viginti quatuor ducati auri de Camera constituunt Scuta 38 cum dimidio moneta Romana, Regni autem ducatus quadraginta duos circiter.

175 Valor expressus cum clausula, forsitan, non indiget justificatione.

176 Valor Beneficii concludenter probari debet, cum est Gratiæ fundamentum.

177 Valor expressus affirmative, & pro pensionis sustentatione concludenter probandus, n, 178. usque ad 188.

189 Secundum Rotam, aliquando sufficit probatio per publicam vocem, & famam, junctis aliis adminiculis.

190 Cum testes discordant, attenditur minor, & liquidatio fit per medium.

191 Cum expressio sit affirmative, deduci debent onera certa, & necessaria, & testes debent deponere deductis oneribus, & 192.

193 Cum agitur pro justificatione Gratiæ, coram Executore expressio censetur facta, deductis oneribus, præsertim cum negative est expressus valor.

194 Fallit, cum agitur pro sustinenda pensione; nam tunc etiam coram Executore testes debent deponere, deductis oneribus positive.

195 Pensio reservata in resignatione cum expressione certæ summæ, & cum clausula, non alias, erit nulla, si valor expressus non justificatur, tunc pensio erit individua, & si valor in obulo deficit erit pensio nulla in totum,

196 Cum certus valor est expressus, cujus intuitu est imposita pensio, si narrativa valoris deficit, Gratia erit nulla, nec pensio reducibilis.

197 Secundum Zachariam Pasqualigum, quando tractatur de imponenda pensione, provisus non tenetur exprimere verum valorem.

198 Sive Beneficium sit plenum, sive vacuum, cum imponitur pensio cum clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, tunc narrativa valoris omnino justificanda coram Executore.

199 Requiritur tunc plena, & concludens probatio, nec sufficit per famam.

200 Supplendum est titulari, si deficiant in futurum centum per diminutionem pensionis.

201 Diversum est, cum agitur pro justificatione valoris ad finem sustinendi pensionem simpliciter reservatam, & diversam, cum est apposita clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore.

202 Quamvis pensio sit simpliciter reservata, absque illa clausula, dummodo, tamen titularis poterit agere pro supplemento, si deficiant illa centum.

203 In illa centum, quæ remanere debent pro Rectore, non computantur incerta omnino.

204 Cum resignatur Beneficium ad cujus titulum quis est ordinatus cum clausula, dummodo aliunde habeat, coram Executore hoc erit verificandum.

205 Arbitrio Executoris hoc erit relinquendum.

206 Non erit necessarium, ut Executor justificet remanere unde vivat, quando reservatur pensio sufficiens ad vitæ sustentationem.

207 Qualitas Clericatus, vel Presbyteratus verificatur ex Ordinarii attestatione.

208 Ex testibus de publica voce, & fama.

209 Clericatus debet esse de tempore Gratiæ.

210 Doctoratus probatur per exhibitionem Privilegii, & per publicam vocem, & famam.

211 Doctoratus debet esse de Collegio, nec sufficit obtentus a Duce Sfortia.

212 Ætas requiritur pro ut fuit narrata, & probatur per fidem Parochi, n. 213.

214 Cui incumbat probare ætatem secundum Garziam, 215. & 216.

217 Reus possessor non eximitur ab onere justificationis, cum actu probaverit suam intentionem.

218 Omnes qualitates expressæ semiplene probandæ, cum non sunt Gratiæ fundamentum, sic præsentia in Curia, familiaritas, n. 219. 220. & 221.

222 Narrativa, quod duo incompatibilia retinere possint absque dispensatione, omnino erit verificanda, alias vacata Beneficium.

223 Narrativa nova provisionis Apostolicæ petita ad corroborationem non erit verificanda; secus si prima provisio fuerit nulla, n. 224

225 Idoneitas non est partis narrativæ, sed Papæ dispositivæ.

226 In dispensationibus Apostolicis pro Matrimonio contrahendo omnis causa probanda, quia fundamentum Gratiæ.

227 Narrativa gradus expressi omnino verificanda.

228 Non est necessarium deponere de stipite.

229 Testes consanguinei admittuntur ad probandum consanguinitatis, vel affinitatis gradum.

230 Narrativa copulæ probatur partium assertione.

231 Narrativa inimicitiarum debet concludenter probari.

232 Narrativa scandali, & infamiæ non est articulanda precise, nec de tempore executionis, vel impetrationis, sed sufficit verisimilitudo, & periculum.

233 Narrativa paupertatis plene per testes probatur.

234 Utilitas evidens plene probari debet, quia Gratiæ fundamentum; cætera vero non indigent plena justificatione.

235 Generalis Regula est, quod quæ sunt Gratiæ fundamentum concludenter probanda.

236 Gratia, quæ tendit in alterius præjudicium, non potest exequi, nisi citato eo, de cujus præjudicio agitur.

237 Narrativæ justificatio debet præcedere Gratiæ executionem.

238 Si actor non justificaverit suam intentionem, reus absolvitur etiam non docto de jure suo.

239 Litteræ Apostolicæ paratam habent executionem, cum sunt justificatæ.

240 Executor non potest dare Gratiam pro justificata, & debet prius justificare Litteras, seu narrata, & postea exequi.

241 Litteræ executioni demandatæ præsumuntur justificatæ, quando Executor est merus; secus si mixtus, num. 242.

243 Litteræ in forma gratiosa nullam justificationem requirunt, & si aliquam, extrajudicialiter potest procedere Executor, n. 244.

245 Intellectus decisionis Cameræ in Romana appaltus gabellæ Carnis,

In primis notandum est, quod materia justificationis, & probationis narrativæ partis diversa est a materia subreptionis, ut dixit Rota coram san. memoriæ Gregorii XV. *decis.* 89. in ultimis verbis, & clarius in *decis.* 350. etiam in fine, & novissime penes Bichium *decis.* 244. *num.* 51. nam potest contingere, quod Gratia non sit subreptitia, & tamen non justificata; nam multa considerantur circa justificationem, quæ sunt aliena a subreptione: & aliud est quærere an Literæ sint justificatæ, an vero sint subreptitiæ, ut dicitur in *decis.* 350. cum enim non est justificata narrativa corruit Gratia ex defectu justificationis, Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 234. *n.* 6. & 256. *n.* 4. & quamvis secundum modum loquendi Sacræ Rotæ Romanæ cum narrativa non probatur, dicatur Gratia impetrata per subreptionem, vel obreptionem, ut in *decis.* 169. *n.* 26. *part.* 11. *recent.* & 266. *n.* 1. *part.* 11. *recent.* & apud Eminentiss. Othob. *decis.* 129. & alibi, & *par.* 11. *recent. decis.* 41. *n.* 18. 1

Attamen improprie dicitur talis, quia subreptio, vel obreptio intrat, quando vel verum tacetur, vel falsum exprimitur: & potest dari casus in quo quis nec verum tacuit, nec falsum expressit, & tamen narrativa ex defectu probationum non justificetur, ac proinde Gratia corruat. 2

Narrativa partis in omnibus Litteris Apostolicis potest esse duplicis speciei; vel est fundamentum Gratiæ, 3

seu

seu in qua se fundat Papa ad concedendum, seu, ut alii di-
aunt, causa finalis ad concedendum; altera, quæ non est
fundamentum Gratiæ, seu non est causa finalis, sed tan-
4 tum impulsiva, sive concomitans, ut alii loquuntur, Pro
certo tenendum est, quod in gratuitis narrata sunt justifi-
canda, ut Gratia suffragetur ei, qui illam impetravit, si-
ve sint expressa in vim modi, sive per modum conditionis,
quia narrativa est pars Gratiæ, Cassad. *dec.* 10. *sub tit. de*
rescript. Mohedan. *dec.* 35. *sub tit. de renunciat. alias* 304.
ibi maxime, quia omnia narrata, & ibi, additio Littera
B. Puteus *decis.* 322. *lib.* 3. Verall. *dec.* 27. *num.* 3. *part.* 1. *&*
128. *eod. part.* Ludovis. *decis.* 314. *num.* 1. Duran. *dec.* 87.
num. 17. *&* 147. *n.* 7. Rota *part.* 10. *recent. decis.* 55. *num.*
12. *& ead. par.* 10. *decis.* 25. *num.* 6. ibi, & propterea o-
mnis narrativa est ante omnia justificanda, & 147. *num.* 1.
5 *& part.* 10. *recent.* & apud Amatum Dunozet. *dec.* 202. *nu-*
3. *&* 587. *num.* 9. *& decis.* 46. *n.* 7. *part.* 12. *recent.* & a-
pud Arguelles *decis.* 115. *num.* 2. *&* 3. *& part.* 14. *recent. de-*
cis. 386. Plam. *de resig. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 44. *& lib.* 10.
quæst. 3. *num.* 1. Honorius *in summ. Juris Canon. lib.* 1. *tit.*
de rescriptis, *sub n.* 8. *vers. & omnia*, Garz. *de benef. par.*
6. *cap.* 2. *num.* 189. qui alios citat, Cocebier. *in reg.* 67. *nu-*
5. Tund. *q. benef. tom.* 1. *p.* 2 *cap.* 4. §. 1. *num.* 17. Gonza-
lez *gloss.* 9. *in annot.* 4 *n.* 230. *cum seqq.* Cottad. *in praxi*
dispens. lib. 7. *cap* 6. *n.* 2. *& n.* 30. Lotter. *de re Benef. lib.*
2. *quæst.* 48. *num.* 286. Rota penes Seraph. *dec.* 870. *nu.* 1.
& apud Eminentiss. Celsum *dec.* 273. *n.* 5. late Marescott.
var. lib. 2. *c.* 1. Ubertus *in prax. p.* 6. *de justific. Litterarum*
Apostolicarum in principio, & omnes quasi communiter:
& docent nostri Canonistæ *in c.* 1. *de litis contest. in* 6. ubi
6 tractant hanc materiam; remanet enim Gratia nulla cum
narrata non verificantur, Cassad. *dec.* 4. *sub tit. de prob.*
Rota penes Posth. *dec.* 303. *n.* 3. quod procedit, quando
narrativa est facta in supplicatione, quæ Papæ porrigi-
gitur; nam si in Litteris esset superaddita ab Officialibus,
non eget tunc justificatione, quia non est narrativa partis,
7 de qua habemus decisionem Rotæ apud Ludovis. 377. *n.* 6.
in qua fuit dictum, quod narrativa intrusionis facta dun-
taxat in Litteris ad evitandam annatam non indiget justifi-
8 catione, ubi Oliver. *n.* 7. idem docet Garz. *de Benef. par.*
5. *c.* 1 *n.* 209. Honorius *d. lib.* 1. *tit. de rescriptis*, *sub num.*
3 qui ex hoc infert, quod multæ clausulæ, quæ in Bullis,
vel aliis Litteris Apostolicis apponuntur per Officiales, ju-
stificatione non indigeant.

9 Non tamen omnis narrativa æqualiter justificanda est;
nam narrativa illa, quæ est fundamentum Gratiæ, in qua
scilicet Princeps se fundavit, concludenter est probanda,
nec sufficit levis probatio, Felin. *in c. ad aures de rescript.*
Verall. *decis.* 128. *part.* 1. Honorius *loco cit. sub num.* 8.
Garz. *de Benef. part.* 6. *cap* 2. *num.* 163. *&* 225. Ludovis.
decis. 387. *num.* 5. Rota *recent. par.* 2. *decis.* 444. *num.* 2.
Seraph. *decis.* 989. *num.* 4. Cavaler. *decis.* 266. Buratt. *de-*
cis. 175. ubi late Ferentillus, Rota *part.* 10. *recent. decis.*
147. *n.* 2. *& dec.* 10. *n.* 3. *& decis.* 11. *n.* 1. *& decis.* 8. *n.* 7.
& 369. *n.* 4. *par.* 11. *recent. & par.* 12. *decis.* 250. *n.* 1. *&*
162. *n.* 23. *ead. par.* 12. & apud Amatum Dunozett. *decis.*
88. *n.* 1. Lotter. *d. lib.* 1. *quæst.* 43. *n.* 3. Amayden *lib.* 1. *cap.*
33. *n.* 29. Duran. *decis.* 208. *n.* 2. ideo narrata sub clausu-
la, *ut asserit*, in quibus se fundat Papa, quia est Gratiæ
fundamentum, concludenter sunt probanda, ut jam di-
ximus de hac clausula.

10 Quod procedit etiam, si negativa consistat; nam
tunc etiam verificari debet, & sibi imputet, quod ita ex-
pressit Ludovis. *decis.* 242. *num.* 2. & ibi Oliver. *num.* 11.
ubi allegat alias quamplures Rotæ decisiones: iterum
idem Ludovis. *decis.* 210. *& decis.* 13. Rota *part.* 6. *recent.*
decis. 651. *num.* 5. *&* 671. *part.* 4. *recent. &* 323. *par.* 2. *et-*
iam recent. Rota *in Ripana beneficii* 4. *Junii* 1655. coram
Bevilaqua *num.* 4. *&* 5. quæ decisio habetur *part.* 12. *re-*
cent. decis. 46. & Buratt. *decis.* 175. ubi Ferentill. Rota
apud Amatum Dunozett. *decis.* 202. *num.* 11. *&* 250. *n.* 3.
& 125. *num.* 7 *& part.* 10. *recent.* 351. *num.* 4. *&* 164. *num.*
17. *& d. decis.* 46. *num.* 8. *part.* 12. *recent.* apud Peutinger.
decis. 317. *num.* 24. *& part.* 13. *in recent. decis.* 449. *num.* 4.
& 390. *num.* 8. *part.* 14. *in recent.* latissime Marescott. *var.*
lib. 2. *cap.* 1. Amayden. *dict. cap.* 33. *sub num.* 30. Ubert.
loco cit. vers. sed quid si narrativa contineat negativam, Fa-
lin. 245. *&* 246. Gabriel. *de probat. concl.* 6. *num.* 1. Lotter.
lib. 2. *quæst.* 48.

11 Negativa autem difficilis est probationis, ideo proba-
ri potest vel per testes, deponendo scilicet, quod non
potuisset aliter fieri, vel esse non potuisset, quin ipsi scivis-

sent, Mart. Andr. *decis.* 55. *n.* 6. Rota *recent. par.* 1. *dec.*
532. *n.* 2. & apud Buratt *dec.* 604. *n.* 10. & apud Amatum
Dunozett. *decis.* 731. *n.* 21. & apud eundem *dec.* 603. *nu.* 1.
& par. 14. *recent. dec.* 223. *n.* 5. *&* 243. *n.* 10. & apud Peutin-
ger. *dec.* 85. *n.* 6.

Sed de hac vide Farinac. *de testibus quæst.* 65. *n.* 229. & 12
quando testis est verisimiliter informatus super negativa,
non sit necesse, quod removeat sensum ab actu, dicendo,
quod aliter non possit esse, quod ipse sciat, sed sufficiat,
quod deponat simpliciter super negativa, Rota *in Cusen-*
tina pensionis coram Litta, penes Marchesi. *tomo* 1. *fol.* 629.
Ludovis. *dec.* 325. *n.* 27. ubi allegat alias Rotæ decisiones;
vel etiam per diligentias, Mart. *in Ant. loco cit. fol.* 246. vel
partis confessionem, Tondut *par.* 2. *c.* 4. §. 1. *n.* 19.

Hinc qui impetrat ob non publicationem resignationis 13
in tempore factam hanc negativam concludenter probare
tenetur, ut valida sit sua impetratio, Ludovis. *dec.* 13. *n.*
9. & ibi Oliver. *sub n.* 12. *dec.* 210. *per tot.* & ibi etiam Oli-
var. *&* 288. *per tot.* Rota *in Colonia Canonicatus* coram
Meltio 17 *Junii* 1647 *part.* 10. *recent. dec* 85. *n* 8. *&* 9. Fla-
min. Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14 Garz. *de Benef. par.*
11. *c.* 3. *n.* 308. Garz. *par.* 6. *c.* 2. *n.* 225. Cocchier. *in reg.* 34.
de publ. *n.* 29. Lotter. *lib.* 3. *n.* 13. *&* 14. Tond. *quæst.* 9. *be-*
nef. part. 2. *c.* 4. §. 1. *n.* 21. Prosper de Augustino ad Qua-
rantam *in verbo beneficiorum resignat. probat. circa finem*
vers. adveniente, Ricc. *in praxi part.* 5. *in rub. praxis pro-*
bandi negativam, *resol.* 1. Honorius *in summ. Bull. tom.* 1.
tit. de Beneficiorum resignatorum probation. num 29. Spada
cons. 83. *num.* 6. *tom.* 2. quia satis regula est trita, quod qui-
libet debet probare fundamentum suæ Gratiæ; unde qui
primo impetravit non tenetur probare se publicasse, maxi-
me si in possessione reperiatur: sed ille qui impetravit ex
eo, quod primus, qui obtinuit non publicaverit in tem-
pore debet probare talem non publicationem ob quam
non factam in tempore prætendit Beneficium vacasse, &
reservatum Sedis Apostolicæ, a qua impetravit, ut dicunt
Doctores citati.

Et quidem hæc probatio debet esse concludens, & per 14
veras probationes, nec sufficit probatio præsumptiva, vel
quæ deducitur ex præsumptione, ut dicitur in decisione
Ludovis. *decis.* 210. *n.* 3. in qua decisione fuit dictum, quod
non probatur negativa non publicationis ad hunc effectum,
si probetur publicationem fuisse factam extra tempus, quia
actus est reiterabilis, & potest esse, quod a resignante fue-
rit facta, quia Bulla Gregorii admittit ad publicandum,
tam resignatarium, quam resignantem, & etiam potest
esse, quod fuerit obtenta prorogatio, & fuerit facta in
tempore prorogato, Oliver. ad Ludovis. *decis.* 288. quod
etiam dixit Rota coram Penia de anno 1594. quam refert
Garz. *d. par.* 11. *c.* 3. *n.* 330. & iterum coram Ludovis. in
d. decis. 288. Navar. *loco cit. sub n.* 29. & Belt. ad Ludovis.
decis. 288. dixit, quod hujusmodi negativa non publica- 15
tionis non probatur ex collatione facta resignatario post
tempus ad publicandum, quia potuit esse obtenta alia col-
latio, & provisio, quæ in tempore fuerit publicata, cum
in Beneficialibus non implicet dari multiplicationem titu-
lorum; quare Rota in *d. dec.* coram Ludovis. 210. dixit,
quod altero ex duobus modis potest fieri hæc probatio,
vel ob confessionem ejus qui debuit publicare, & non
publicavit, vel per expeditionem Litterarum post tem-
pus datum ad publicandum in Constitutione Gregorii,
quod incipit a die Datæ, quem ultimum modum pro-
bandi non publicationem meliorem esse, dixit Lotter. *loco*
cit. num. 16. cum per unius partis confessionem neque sit
tuta, cum potuisset fieri probatio ab altero, nempe a re-
signante, ut in *d. decis.* Ludovis. 288. Lotter. *loco citato*
n. 21. & ut excludatur negativa sufficit possibilitas in con-
trarium, Rota *in Valentina Rectoria*, coram Bichio 31.
Julii 1651. *num.* 18. est hodie 191. *par.* 11. *recent. & apud*
ipsum 479.

Litteras autem non fuisse expeditas in tempore, fit per 16
diligentias in Cancellaria, & Camera, Rota *decis.* 310.
part. 10. *recent.* Joannes tamen Cocchier. *in d. reg. de publi-*
can. num. 34. tenuit sufficere probationem per conjectu-
ras, ut si impetrans probet fuisse relaxatas Litteras resi-
gnationis in fine termini dati ad publicandum, ut impos-
sibile sit Litteras transmissas potuisse esse ad locum, ubi
erat facienda publicatio, & citat Paris. *lib.* 11. *quæst.* 6.
Quarantam, & alios, & docuit hoc etiam Garz. *loco cit.*
317. & adducit Rotæ decisiones, ac etiam per testes per
quos affirmativa sciri potuit, verbi gratia, per Canonicos
vel alios Clericos, qui solent in Ecclesia diebus festivis

Divinis interesse, Garz. *etiam loco cit. n.* 319. docuit ne-
17 gativam non publicationis probari etiam ea non petitione
possessionis infra tempus ex eo, quod infra tempus datum
ad publicandum non habuit resignatam collationem, sine
qua possessio adipisci non potest; nam Constitutio intelli-
gitur de valida possessione, & apprehensio possessionis si-
ne collatione nulla est, *ut in c.* 2. *ne Sede vacante, & c.*
pastoralis de privil. ad quod Garz. adducit multas Rotæ
decisiones, præsertim in *Leodien. Canonicatus* coram Pam-
philio 29. *Maii* 1597. & ita etiam tenet Cocchier. *de reg.*
non publican. n. 36. non citato Garzia.
18 Pari modo negativam non dimissionis vigore decreti il-
le probare debet, qui in ea se fundat, & impetravit ex hac
vacatione, tunc enim dictam non dimissionem conclu-
denter probare debet, & plene, & debet probare, quod
post adeptionem secundi Beneficii per duos menses reti-
nuit primum, & quod pacifica fuit possessio secundi Be-
neficii, Buratt. *d. dec.* 175. ubi Ferentill. ubi dicitur, quod
sufficit, si verbis dimiserit, licet & fructus perceperit;
& de hoc etiam alibi diximus.
Sic etiam negativa non expeditionis Litterarum, cum
quis capere vult Beneficium, quia Litteris expeditis intra-
vit possessionem, juxta Constitutionem Julii III. proban-
da est ab eo, qui se fundat in ea, Lottec. *lib.* 3. *quæst.* 19. *n.*
33. qui allegat Rotæ decisionem in una *Virdunen. Paro-*
chialis 23. *Junii* 1586. coram Giplio, Rota *in dicta Valen-*
tina Rectoria, coram Bichio 31. *Junii* 1651. *n.* 8. 191. *par.*
19 10. *recent.* Idem dicendum est, cum quis impetrat, quia
non fuerunt expeditæ Litteræ in tempore vigore decreti;
nam semper hujusmodi probatio fit per diligentias in Can-
cellaria, & aliis omnibus locis in quibus Litteræ Apostoli-
cæ expediri solent, juxta decisionem coram Royas 337. *n.*
1. *& decis.* 29. *num.* 67. *part.* 7. *recent.* & iterum Rota *par.*
10. *recent. decis.* 351. *a n.* 10. *cum seqq.* quæ decisio est ma-
20 gistralis in materia hac. Diligentiæ tamen fieri debent par-
te citata de ordine Judicis, in dictis decisionibus 337. *&*
303. apud Royas *&* 351. *par.* 10. *recent.* Item negativa ex
registro ubi Gratiæ registrantur, Amayden. *d. c.* 33. *n.* 31.
in fine.
21 Eadem est ratio de eo, qui impetrat certo modo, quia
provisus primo loco non facit se promoveri infra annum
ad Ordinem requisitum ad Beneficium obtentum; nam de-
bet hoc concludenter probare, juxta decisionem Rotæ *in*
Bononien. Beneficii 14 *Decembris* 1635. coram Amato Du-
nozett. apud eundem 412. in qua fuit dictum, negativam
hanc non fuisse probatam ex attestatione Notarii Cancel-
lariæ facientis fidem se fecisse diligentias in libro Ordina-
tionum Curiæ Archiepiscopalis Bononiæ, in qua solent
annotari hujusmodi Ordinationes, & inter promotos
non reperisse descriptum Clericum, quia dicta probatio
non concludit pernecesse non fuisse ordinatum, quia
possunt alibi ordinari cum Litteris dimissorialibus: & no-
ta, quod sola probabilitas sufficit, ne probatio negati-
væ, seu non existentiæ concludat, Rota *in d. decis.* 351.
num. 15 *part.* 10. *& decis.* 29. *num.* 70. *part.* 7. *recent.* *&*
323. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* *& in dicta Valentina Rectoria*
penes Bich. 479.
22 Aliquando etiam negativa, etiam si fundamentum Gra-
tiæ non sit, probari debet, cum aliquid scilicet negative
est expressum, cujus expressio de jure requiritur, cum
scilicet fit expressio valoris per non excessum, Amayden.
d. c. 33. *n.* 32.
23 Narrativa vero, quæ non est Gratiæ fundamentum ne-
que concludenter probanda est, nec indiget plena justifi-
catione, Garz. *d. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 225. ubi affert multas
Rotæ decisiones, Honorius *loco cit. num.* 8. *vers. narra-*
tiva supplicantis, Buratt. *decis.* 306. *num.* 5. Rota *decis.*
296. *par.* 2. *recent.* Duran. *decis.* 237. *num.* 4. *&* 5. Rota
decis. 73. *part.* 11. *recent. num.* 7. *& decis.* 419. *num.* 2. *par.*
12. *recent.* & apud Amatum Dunozett. *decis.* 37. *num.* 3. ubi
fuit dictum sufficere leviores probationes, Ferentill. ad
Buratt. *decis.* 78. *num.* 8. Amayden *loco cit. d. cap.* 34. *num.*
29. Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 3. sic qualitates, quæ ex-
primuntur, & sunt extrinsecæ, semiplene probari satis erit,
ut dicunt Garz. *in loco cit. num.* 225. Rota *d. dec.* 296. *par.*
2. *recent.*
24 Et tunc sufficiet talem narrativam de facto justificare,
Garz *part.* 6. *cap.* 2. *n.* 205. ubi alios allegat, Ludovis. *decis.*
137. *num.* 7. ubi Belt. *Litt. C. & ad decis.* 84. *num.* 6. sicuti
narrativa facti sufficit, ut de facto justificetur, & eo mo-
25 do quo facta est, nec indagandum quid de jure, Rota *re-*
cent. par. 1. *decis.* 410. *n.* 4. Duran. *decis.* 306. *n.* 4. semper
enim sufficere narrativam justificare eo modo quo conce-
ptam fuisse, tradunt Sarnen. *in reg. de triennali quæst.* 1. *n.*
13. *vers. ubi vero*, Seraph. *decis.* 990. *num.* 7. Rota *in Cæ-*
saraugustana coram Bichio 4. *Febr.* 1634. *nu.* 18. ubi cæte-
ræ allegantur decisiones, quæ sunt penes ipsum 587 *& par.*
9. *tom.* 1. *decis.* 306. *n.* 15. sic cum sit fuerit specifice narrata
sufficit, ut eo modo, quo narrata fuit, justificetur, Rota
apud eundem Bichium *decis.* 187. *num.* 11. & inferius ple-
nius dicetur.
Imo narrativam, quæ non sit fundamentum, aut de 26
substantia Gratiæ, nec alias retraxisset Papam a conceden-
do, non esse narrativam, quæ justificari oporteat, Ro-
ta penes Duran. *decis.* 306. *num.* 5. & penes Caridum *dec.*
86. *n.* 9. ubi dicitur, quod omnia narrata in Gratia non in-
digent justificatione, juxta decisionem Seraph. 330. sed
tamen ea, quæ in jure expressa sunt, & quæ Papam mo-
vere possunt ad concessionem; & idem dixisse videtur Ro-
ta *in Mediolanen. Beneficiorum* coram Eminentiss. Celso,
penes ipsum, 282. *num.* 20. ibi: Et tamen hujusmodi quali-
tas videtur potius stare demonstrative, quam dispositive,
cum ex illa non fuerit motus Pontifex ad concedendum,
atque ideo etiam si non esset justificata, Gratiam non vitiat,
juxta *decis.* 4. *num.* 6. *de rescriptis*, Cocc. *decis.* 239. *num.*
3. *& in recent. decis.* 258. *num.* 10. 11. *par.* 7. Lotter. *de re*
Benef. lib. 2. *quæst.* 48. *a num.* 278. *cum seqq.* ubi *num.* 281.
asserit, quod regulare est, ut ex pluribus narratis illud suf- 27
ficiat justificasse, quod sufficiebat pro Gratia obtinenda,
& allegat decisionem Achill. 11 *num.* 2. *&* 3. *de rescript.* &
in una *Bononien. Canonicatus* 2. *Febr.* 1593. coram Cardi-
nali Pamphil. & ita quoque Amayden *cap.* 33. *n.* 27. *vers.*
varior., ibi; & per consequens narrativam non secundum
omnes sui partes verificandam esse ad Gratiæ justificatio-
nem, sed tantum secundum eas, quæ Papam movent ad
concedendum Gratiam, Felin. *in cap. liber, vers.* 1. *limi-*
ta de probat. Put. *decis.* 96. *lib.* 2. Verall. *decis.* 299. *lib.* 2.
in 2. Rota *decis.* 10. *&* 14. *in novissimis de rescriptis*, *& in*
Burgen. fructuum 22. *Junii* 1592. coram Blanchetto. Hæc 28
Amayden; & quod neque narrativa, quæ reddit Papam
difficiliorem, si non justificetur, non reddat Gratiam nul-
lam, & subreptitiam, Spada *cons.* 41. *n.* 4. *tom.* 2. ubi alle-
gat Rotæ decisiones.
Sic Gratia non erit nulla, si non justificetur, imo si fal- 29
sitatis redarguatur narrativa, in qua Papa non se fundat, 30
Rota *par.* 11. *recent. decis.* 213. *n.* 7. & erronea narrativa,
quando non movet Papam, nec reddit difficiliorem, Ro-
ta *decis.* 202. *n.* 13. *par.* 10. *recent.* *& in Nazarena, seu Mon-*
tis Viridis Beneficii 4. *Decemb.* 1651. coram Amato Duno-
zett. Post scripta visa apud eundem 911. *num.* 2. ubi dicitur,
quod narrativa, quæ non est Gratiæ fundamentum, nec
ea principaliter Papa motus fuit, non egeat justificatione;
& allegatur decisio in eadem *Montis Viridis* 14. *Martii*
1646. coram Verospio, *& in decis.* 310. *par.* 14. *in recent.*
fuit quoque dictum validam esse reservationem pensionis,
quamvis non fuerit probatum Beneficium ascendere ad du-
cator 75. prout fuerat expressum, & redditur ibi ratio;
nam quotiescunque falsa narrativa non est dolosa, neque
voluntati Papæ adversatur, Gratia nunquam redditur nul-
la, vel subreptitia.
Dicunt etiam, quod cum plura narrantur, etiam si co- 31
pulative, satis esse, ut unum probetur, quia copulati-
va resolvitur in disjunctivam, & præsertim Marchel. *par.*
3. §. 3. *de commune relaxationis juramenti*, & Amayden
cap. 33. *sub num.* 39. ubi explicat, & dicit, quod quan-
do exprimuntur plura capita, quorum unum de per se
sufficit ad impetrandam Gratiam, sufficit unum tantum
verificare, cum scilicet unum sit causa totalis Gratiæ con-
cessionis, & in puncto allegat Seraph. *decis.* 330. *num.* 3.
& 1432. *num.* 9. tutius tamen dicit alternative efformare
narrativam, & Rota *in Romana Præpositura* 7. *Junii* 1633. 32
hæc enim casu sufficere unum verificare, docet in plurimis
locis Rota, nempe apud Seraph. *decis.* 911. *in fine*, Rota
recent. par. 1. *decis.* 379. & in una *Bononien. Canonicatus*
19. *Febr.* 1590. coram Pamphilio, penes Marchel. *par.* 1.
fol. 4787. & apud Duran. *decis.* 265. *num.* 26. & apud
Mant. *decis.* 51. *num.* 4. & coram Merlino 178. *num.* 5. &
in una *Majoricen. Canonicatus* 27. *Maii* 1656. coram Mel-
zio, quæ est penes Tondut. *post tract. de pens.* 56. quæ de-
cisio habetur *part.* 12. *recent. decis.* 156. *num.* 5. & iterum
Rota *decis.* 46. *num.* 8. *recent.* Tond. *part.* 2. *cap.* 4. §. 1.
num. 18. & est textus apertus, in regulis juris in 6. *cap. in*
alternativis, *& l. si quis ita stipulatus de verb. oblig.* cum
cæteris concordantibus, & sic quando plures vacationes 33
alter.

alternativæ sunt expressæ, sufficit unum verificare, Rota apud Seraph. *in dec.* 330. & apud Amatum Dunozett. *dec.* 337.*n.*7.*tom.*1.

34 At Garz. *part.* 6. *cap.* 2. *a numer.* 189. *cum multis seqq.* enixe tenet, quod in Gratiosis omnia narrata sunt justificanda, & adducit multas Rotæ decisiones, præsertim in una *Hispalen. pensionis*, in qua fuisse dictum ætatis expressionem falsam vitiare Gratiam, quamvis cætera fuissent vera, & super ætate Papa non se fundasset, & allegat Mascbard. *concl.* 325. Joann. Gutt. *can. quæst. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 68. & 108. item affert decisionem Rotæ d 34. *par.* 1. *divers.* ubi illud quod dicebatur sufficere ex narratis verificari aliquid, licet non omnia narrata verificentur, non placuisse Dominis de Rota in Litteris Gratiosis, quod præsertim habere potest locum in Beneficialibus, in quibus mens Papæ est præcisa, & dicit Imola *in cap. super Litteris de rescriptis*.

35 Ego vero, salva pace omnium, existimarem, quod in gratiosis, de quibus loquimur, cum Papa post narrativam partis, quam primo loco apponit in sua dispositiva apponit illam clausulam, *de prædictis, vel præmissis diligenter informes*, tunc omnia narrata sunt verificanda, quia mens Papæ est præcisa, & per hanc clausulam dat formam, quæ ab Executore servanda est, & Papa per dictam clausulam mandat de omnibus informari se debere Delegatum; nam illa particula, *de prædictis*, omnia narrata complectitur, & ad omnia narrata refertur, & sic omnia narrata debent verificari, alias non servaret fines mandati Executor, & Delegatus, quos servare debere omnes docent, ut in puncto Corrad. *lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 19. ubi allegat Ludovis. *decis.* 478. sed in illa decisione nihil de hac materia, Cum vero in dispositiva Papæ non adest clausula hæc, tunc verum est, quod non omnia narrata
36 sunt justificanda, sed tantum illa, quæ sunt fundamentum, seu sunt de substantia Gratiæ, & quæ fuerunt causa concessionis, vel quæ moverunt Papam ad facilius concedendum, sive narrativam, quæ faciliorem reddit, juxta decisionem Ludovis. *dec.* 13. *num.* 8. & ita conciliari possunt Rotæ decisiones, quæ ad invicem possunt esse veræ in casu suo; & cum simpliciter dicitur, omnia narrata sunt verificanda per Oratorem, seu impetrantem, intelligendum est, hoc dictum juxta ea, quæ dicta sunt, scilicet cum adest clausula, *de præmissis*, omnia narrata justificari debent; sic cum adest clausula, *si ita est*, de qua habemus textum expressum in *c. olim in fine de rescriptis*; ubi glossa in verbo omnia, & Doctores: cum vero non est talis clausula, non omnia, sed tantum quæ fuerunt causa concessionis, vel facilioris concessionis: Post scri-
37 pta vidi decisionem Rotæ *in Cæsaraugustana Canonicatus* 30. *Maii* 1630. coram Dunozett. apud eundem 856 *n.* 5. & 6. ubi dicitur, quod causa impulsiva omnino verificari debet; & hæc sunt verba: Non obstat, quod dicatur, Pontificem voluisse potius prævenire Capitulum in conferendo, quam providere ob illius incapacitatem; quia etiam hoc admisso negari tamen non potest, quin narrata suspensio fuerit causa saltem impulsiva Gratiæ, ut in puncto advertit Rota coram Seraph. *decis.* 870. *nu.* 1. *vers. sed quia Papa ex hac narrativa*, & *num.* 3. quod sufficit ad hoc, ut sit omnino justificanda; nam etiam ea, quæ possunt movere Papam ad facilius concedendum, verificari debent, *c. super Litteris* 20. *c. postulasti* 27. *in verb. de levi non scribimus*; ubi Abbas *num.* 1. *de rescriptis*, Decius *cons.* 142. *n.* 5. *prope fin. vers. quod autem talis impetratio*, Garz. *de Benef. part.* 10. *c.* 3. *n.* 12. *post med.* Crescent. *dec.* 8. *n.* 9. *de preb.* Capuaquen. *d. dec.* 128. *n.* 1. *par.* 1. Rota *inter recent. dec.* 24. *n.* 3. *par.* 2. & *dec.* 6. *n.* 13. *par.* 6. & in terminis Litterarum præventivarum, in *Hispalen. portionis impress.* penes Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 4. *n.* 40. Hæc ibi. Con-
38 cludendum est, quod quando narrata, quæ, non movent Papam, seu Principem ad concedendum non verificantur, Gratia non redditur nulla, juxta decisionem coram Guilielmo Dunozetto, apud eundem 113. *num.* 3. sed vide Coccin. *in annotationibus annotat.* 223. ubi tractat hanc materiam, & tenet, quod in Beneficialibus quælibet narrativa sit justificanda.

39 Et adeo verum est, quod impetrans debet justificare narrativam, quæ fuit causa concessionis, vel quæ movere potuit ad facilius concedendum, quod hoc procedit, & ad hoc tenentur impetrans etiam si non negetur, vel non fuerit aliqua partis oppositio, quia dicta narrativa concessionis, vel facilioris concessionis est pars Gratiæ, Garz. d. c. 2. *n.* 161. & allegat ad hoc decisiones Rotæ in *Salamantina pensionis* 18. *Aprilis* 1572. coram Lancellotto, & *in Cæsaraugustana pensionis* 20. *Decembris* 1591. coram Pamphilio, & *in Ferrarien. Parochialis.... Aprilis* 1659. & demum *in Argentina Beneficii* 12. *Novembris* 1601. & novissime *par.* 10. *recent. dec.* 85. *n.* 13. & apud Amatum Dunozett. *decis.* 831. *n.* 19. vel cum falsitas Gratiam vitiaret, Ridolf. *par.* 2. *c.* 9. *n.* 117.

Et licet in dicta Salamantina, & Agrigentina dicatur, 40
quod tenetur verificare omnia narrata, parte opponente, parte vero non opponente, tenetur verificare ea solum quorum falsitas vitiat Gratiam, vel quorum expressio facilius movet Papam ad concedendum: Attamen Garzia *nu.* 163. resolvit, quod impetrans, parte non opponente, non tenetur verificare, nisi ea, quorum falsitas vitiat Gratiam, quia alias impetrans esset inhabilis, veluti Clericatum expressum, dispensationem, vel quæ sunt fundamentum Gratiæ, veluti reservationem, vel devolutionem narratam, vel quia Gratia fuit facta sub conditione, ut in pensione, cum clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, vel quia Papa alias omnino non concessisset; & etiam ea, quorum expressio movet Papam ad facilius concedendum, licet alias concessisset. Parte vero opponente, tenetur verificare omnia narrata, idest non solum dicta, sed etiam valorem Beneficii, & objectum narratum, quem non tenetur probare, nisi opponatur, vel negetur, & qualitatem Beneficii, quod non requirit residentiam, Diœcesim suam, seu Civitatem narratam, quam tenebitur probare, si opponatur, alias non. Sic si narraverit se esse ex Diœcesi, ubi impetrat Beneficium: & ita intelligendam dictam decisionem Salamantinam, & Agrigentinam, dicit Garz. *loco cit.* quod etiam latius declarat per sequentes numeros, & ad doctrinam Garz. in quantum dicit, quod Gratiæ narrativa conditionalis requirit plenam, & concludentem probationem, adde *dec.* 341. & 179. *part.* 12. *recent.* & alibi.

Verum Rota in *Conchen. Beneficii* 10. *Maii* coram Sa- 41
crato, quam refert Amayden. *d. cap.* 33. *sub num.* 24. dicit, quod jura, & decisiones dicentes parte opponente omnia esse justificanda, esse intelligenda de iis, quæ moverunt concedentem.

Quando tamen limitate, & taxative est facta narrati- 42
va, tunc probatio debet esse concludens in illa narrativa, quia expressio limitata operatur limitatum effectum, ut in c. *cui de non Sacerdotali de preb. in* 6. est enim tunc illa narrativa causa concessionis, Honorius *in d. c. de rescript. sub n.* 8. Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 282. *n.* 2. sic cum facta est Gratia cum expressione certæ qualitatis, Rota *decis.* 325. *num.* 8. *part.* 10. *recent.* concludens etiam 43
probatio requiritur, quando narrata sapiunt objectum, & continent inhabilitatem personæ, Rota *part.* 12. *recent. decis.* 419. *num.* 3. ubi allegantur aliæ decisiones, in qua decisione agebatur de resignatione nulla ob labem simoniæ, & tanquam vacans Beneficium per dictam simoniam commissam alius impetravit; nam fuit dictum, quod concludenter debebat probare, quia fuit causa concessionis, & quia narrata sapiebant objectum, & adest etiam *decis.* 172. *par.* 12. & sic cum agitur ad privationem, narrativa cum omnibus qualitatibus expressis est justificanda, Rota apud Guilielmum Dunoz. *decis.* 256. *n.* 2. in qua decisione optime allegatur textus *in c. olim cum ibi glossa in verbo omnia de rescriptis*.

Narrativa autem Papæ non semper indiget justificatio- 44
ne; nam cum est de facto proprio, vel si est de facto alieno, cum eo tamen gesto nulla indiget probatione. Vide Honorium *loco cit.* Amayden *d. cap.* 33. *lib* 1. vide etiam Rotæ decisionem apud S. M. Gregor. XV. 239. & ibi latissime Oliver. Beltram. *sub Littera B*, Rota *recent. part.* 11. *dec.* 319. *n.* 5. & apud Merl. 407. *n.* 7. & 838. *n.* 1. & 3. sic narrativa, quæ ponitur in Litteris, sub clausula, *ut asseritur*; nam hæc reputatur narrativa Papæ, nec indiget aliqua verificatione, Cavall. *dec.* 533. *n.* 3. Seraph. *dec.* 388. *n.* 2. Rota millies, & præsertim *decis.* 551. *par.* 2. *recent.* & 371. *par* 5. *recent.* Ferentill. cum Buratt. *dec.* 621. *n.* 18. & 706. *n.* 15. & 16. Ridolf. *in prax. par.* 2. *c.* 8. *n.* 64. Ubert. *in prax. par.* 6. *fol.* 247. *sub vers. quando Littera continent narrativam Papæ*. Nec Gratia motu proprio concessa in- 46
diget, ut ejus narrativa justificetur, quia sola voluntate Papæ innititur, & in hoc concordes sunt nostri Doctores, & infinitæ sunt Rotæ decisiones. Vide tamen *decis.* 759. apud Dunozet. Verum tamen est, quod admittitur probatio in contrarium.

Sed de quo tempore verificari debet narrativa, seu 47

causa narrata, quod vera scilicet extiterit de tempore impetrationis, seu datæ Litterarum, an vero de tempore executionis, seu quando Executor Gratiam exequitur, dubium procedit, quando Papa committit Executori, ut veris expositis Gratiam faciat, conferat, dispenset vel quid simile, non autem quando ipse Gratiam facit perfectam, & tamen nodum ministerium committit Executori; nam tunc cum ipse perfecte Gratiam faciat, causa & narrativa de eo tempore debet esse vera, & in hoc omnes concordant; sicuti quasi communiter tenent causam non esse necessariam tempore, quo mittitur Romam esse veram, ut videre est Sanchez *lib.* 8. *quæst.* 30. *n.* 2. Metolla *titul.* 1. *disp.* 4. *c.* 6. *dub.* 24. *n.* 314. Riceius *in prax. dec.* 261. *n.* 2. Pontius

48 *lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 1. dubium inquam procedit cum Papa dat mandatum ad Gratiam auctoritate Apostolica faciendam, an requiratur tunc, an uno tempore executionis, & loquitur de narrativa, seu causa, quæ est fundamentum Gratiæ.

49 Equidem, quod causa, & narrativa verificari debeat de tempore impetrationis, urgent nonnulla jura nostra Canonica, præsertim textus *in c. cum te de rescriptis*, ibi: quod nulla fecisse deberes, si data Litterarum diligentius attendisses, cum tempore, quo Litteræ ipsæ datæ fuerunt de Capitulo ipso esse, sicut qui erat Archidiaconus, & Canonicus ejusdem Ecclesiæ, nec esses adhuc in Episcopum consecratus, ubi glossa in verbo, *datam*, dicit, quod semper consuevit notari illa decretalis, quod data Litterarum semper sit consideranda. Item facit textus in *c. constitutus, de rescriptis*, ibi: qui tunc est in eadem Ecclesia.

50 Insuper stringit textus in *c. gratia de rescriptis in* 6. ibi: cum tempore impetrationis nescires, patet enim ibi, quod erat facienda mentio alterius Beneficii de tempore impetrationis: ac fortius stringit in *c. si eo tempore eodem tit. de rescriptis in* 6. ibi: cum tempore datæ ipsarum adhuc non esses idoneus, ubi glossa in verbo, *cum tempore*, ait, hic nota inspiciendum tempus datæ, facit enim textus in *cap. cum cui de præb. in* 6. ubi clare probatur, quod in rescriptis gratiosis data, & non præsentatio inspicitur: quod idem probari videtur in *c. tibi de rescriptis in* 6. beneque probat textus in *c. quia circa de consanguinitate, & affinitate*, ibi: cum tamen ante dispensationem obtentam viam fuerat universæ carnis ingressa unica filia, quam habebat: ibi etiam fuit obtenta dispensatio cum assertione, quod ex Oratoribus consanguineis erat orta filia, cum non illa tunc erat mortua.

51 Vice vero versa, quod narrativa sit verificanda tempore executionis, facit textus *in cap. dilectus filius, il* 2. *de præb.* 27. in ordine ibi: Fraternitati tuæ mandamus quatenus, si tibi constiterit, quod in Novarien. Ecclesia præbenda vacaret tempore, quo ejusdem Ecclesiæ Canonici nostras Litteras receperunt: notanda enim sunt hæc verba, tempore, quo ejusdem Ecclesiæ Canonici nostras Litteras receperunt.

52 Quod causam narratam de tempore impetrationis veram esse oporteat, ac etiam de illo tempore verificandam, docent quasi communiter Canonistæ *in cap. quia circa de consanguinitate, & affinitate*, ibi Posth. *in princip.* Joan. Andr. *num.* 3. Butr. *num.* 3. Abbas *num.* 4. & alii, Milis in *suo repertorio, verbo gratia, num.* 3 Mascard. *de probat. conclus.* 1128. *num.* 2. Guttierez *can. quæst.* 9. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 131. ita etiam Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 32. *numer.* 4. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 20. *sub num.* 13. *in fine*, Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *sub* 24. *sub num.* 317. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 2. & alii Theologi penes istos: & rationem præter jura allegata assignant, quia Pontifex est, qui revera dispensationem concedit, & solam executionem Ordinario remittit cum clausula, *si preces veritati nitantur*: at si preces appositæ non sunt veræ, cum Papæ exprimuntur, deficit mens, & intentio Papæ; ergo oportet, ut de illo tempore sint veræ, ac hoc verificandum erit.

53 Imo Sanchez *loco cit. a num.* 8. *& num.* 12. Suarez *loco citato num.* 13. Metolla *loco cit. num.* 320. Pontius *loco cit. num.* 3. Covar. *in* 4. *decretalium* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *in fine*, Guttier. *de matrim. cap.* 126. & alii existimant non sufficere causam esse veram tempore impetrationis, sed necessarium etiam esse, ut sit vera, & probetur narrativa, quæ fuit causa concessionis eo tempore, quo Executor exequitur suam commissionem; assignant rationem isti Doctores, quia in tali casu gratia non esset justa, & contra intentionem Principis delegantis, & excederet facultatem, & formam mandati, & consequenter esset nulla ex defectu potestatis; nam non potest præsumi, Principem velle concedere gratiam injustam, aut dare ad hoc facultatem, nec vult dare tale mandatum, nisi supposita causa justa, & consequenter nec supponitur, quod si causa non sit vera tempore executionis, & sic deficiente causa, quod talis gratia concedatur; insuper per mandatum, quod concedit Papa non est facta gratia, sed facienda; ergo si fiat non existente causa fit sine legitima causa, & erit consequenter nulla, & injusta; & sicuti male faceret Princeps ipse si tunc non existente causa gratiam faceret, sic etiam Executor, seu ille, cui delegavit, ut gratiam suo nomine faceret, & ideo illa clausula, quæ vel apponitur, vel censetur apposita nempe, *si preces veritati nitantur*, non solum refertur ad tempus in quo petitur dispensatio, & facultas conceditur, seu concedenda est; nam hoc erit necessarium, ut tale mandatum justum reputetur: sic etiam expresse habetur in jure, quod cessante causa finali mandati, cessat & illud, ut in *c. si pauper de præb. in* 6. & ibi glossa in verbo *cesset*, late Tiraquell. *in tract. cessante causa n.* 180. existimant isti nostri Doctores, quod si causa redeat, licet per aliquod tempus non duraverit, cum revivisceret, & justa est, mandatum exequi poterit.

Alii vero existimaverunt satis esse, ut causa fuerit tempore, quo mandatum ad gratiam datum fuerit, & quod illa clausula, *si preces*, ad illud duntaxat tempus sit referenda, & probata causa narrata de illo tempore posse Executorem ad illius executionem procedere; ita Petrus Rebuff. *tom.* 2. *constit. regiarum in tract. de rescript. in præfat. n.* 56. *vers. decimo quarto*, Mascard. *concl.* 1128. *n.* 22. & induci potest textus in *d. c. quia circa*, a contrario sensu, *de consanguinitate, & affinitate*. 54

Alii vero senserunt satis esse, si narrativa, quæ fuit causa concessionis, seu causa finalis, verificetur duntaxat de tempore executionis; ita Garz. *de Benef. part.* 6. *c.* 2. *a num.* 276. *cum seqq.* & in specie de dispensationibus *num.* 283. dicens: Unde infertur ad dispensationes matrimoniales, quæ committuntur Ordinariis, ut dixi, cum clausulis, quod diligenter se informent, & si reperierint, preces veritati niti, dispensent, quod sufficiet narrata esse vera, & verificari tempore executionis ipsius dispensationis, seu commissionis, licet tempore datæ Litterarum non essent vera: & ita videtur practicari; nam articuli, qui fiunt pro verificatione dispensationum semper loquuntur de tempore præsenti, & non tempore datæ; & quamvis contrarium scilicet narrata debere esse vera tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, & non postea tempore executionis, Corduba *in summ. quæst.* 45. *cap.* 2. *part.* 1. Guttierez *q. Canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 131. *&* 133. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 30. *num.* 4. *&* 5. & Abbas *in cap. quia circa de consanguinitate, & affinitate num.* 4. qui ait, quod veritas narratorum in dispensatione est consideranda secundum tempus impetrationis, nec sufficit narrata prius fuisse vera, vel post impetrationem verificata, quando veritas causarum narratur de præsenti; & quod necesse sit probare narrata esse vera tempore impetrationis, docent etiam Rebuff. *ad leges Gallicas* 2. *tom. tit. de rescriptis in præfat. num.* 56. Mascard. *d. cons.* 1128. *num.* 22. sed Abbas, ibi non loquitur in nostris terminis, scilicet quando dispensatio committitur alicui cum clausula, quod informet, & si reperiat preces veritati niti, dispenset: sed loquitur in dispensatione gratiosa, in qua certum est veritatem narratorum considerandam esse secundum tempus impetrationis, juxta dictam regulam, quod subreptio consideratur respectu datæ; & ita accipiendi sunt Rebuff. & Mascard. Hæc Garz. *loco cit.* qui etiam addit, quod in dispensationibus cum copula, in quibus impetrantes narrant inter eos copulam præcessisse, & quod nisi matrimonium inter eos contrahatur, ipsa infamata, & innupta remaneret, graviaque exinde scandala possint verisimiliter exoriri, ut solet dici in dispensationibus propter infamiam; & ita non essent vera tempore impetrationis, sed postea consulto copula habetur, ut infamia, & nota possit verificari, non esset exequendum mandatum dispensationis, & oportebit, ut fuerit vera tempore impetrationis, & ita procedere dicit sententiam Cordubæ, Sanchez, & aliorum. Hanc sententiam Garziæ tenet Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *c.* 2. *n.* 28. *cum seqq. & lib.* 7. *c.* 6. *n.* 25. & alibi. 55

At idem Garz. *num.* 289. dicit etiam, quod non sufficiet causam narratam fuisse veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, si tempore informationis, 56

& exe-

& executionit ea deficiat, & jam non sit vera; ut si nar-
ratum fuerit mulierem esse pauperem, aut habere dotem
minus competentem, licet tunc ita esset: tamen si ante
executionem Commissarii, & antequam Ordinarius dis-
penset, & deficiat, vitiabitur dispensatio.
57 Dicendum est, quod in omnibus gratiosis Litteris pro-
bandum est per Executorem narrativam, seu causam nar-
ratam fuisse veram tempore impetrationis, seu datæ Lit-
terarum, quia absque causa Papa non committit: narra-
tiva est illa, quæ movet Papam ad concedendum; ergo
debet esse vera tempore, quo Litteræ impetrantur, quod
non semel Sacra Rota determinavit, præsertim in *dec.* 37.
n. 2. *rec*, apud Duran. *dec.* 265. *n.* 17. *& dec.* 99. penes Rub.
tom. 3. *& dec.* 124. *num.* 45. *rec.* apud Amatum Dunozett.
dec. 776. *n.* 5. Rota *dec.* 99. *n.* 3. *p.* 7. *rec.* *& p.* 10. *dec.* 174. *n.*
13. *& dec.* 317. *n.* 5. *p.* 10. *rec.* *& p.* 5. *dec.* 387. *n.* 16.
Quia tamen per solum mandatum ad faciendam Gra-
tiam, Gratia non dicitur completa, sed facienda est per
Executorem, ideo oportet, ut tunc etiam vera sit, &
probetur per Executorem Apostolicum; nam potestas sua
58 est limitata, quando vera sunt exposita, & narrata: ideo
cum non probantur vera tempore, quo exequitur suum
mandatum, cessat sua jurisdictio, quia Executori tradi-
tur potestas conditionata, quatenus vera sunt exposita;
quousque enim Gratia in esse perfectum deducatur sem-
per durare debet causa ascitiva, seu narrativa, nam si
defecerit, deficit & voluntas Principis volentis Gratiam
facere, & cessat potestas Executoris, quæ fuit limitata,
juxta opinionem Sanchez, & aliorum. Hæc omnia,
quæ hactenus cumulavimus, conveniunt in genere omni-
bus gratiosis Apostolicis in quacunque materia, cum pro
illis exequendis dantur Executores cum causæ cognitione,
& illis committitur Gratia facienda veris existentibus nar-
ratis. Sed descendamus ad particularia, quæ verificanda
sint in materia Beneficiali, quæ in materia dispensationum
sive matrimonialium, sive aliarum materiarum, quæ et-
iam in materia Litterarum in evidentem, & quomodo
sint verificanda.
59 Et in quantum ad materiam Beneficialem retenta Regu-
la antedicta, quod narrativa, quæ est fundamentum Gra-
tiæ sit plene, & concludenter justificanda; secus vero
cum non est talis, plura deducuntur; primo, quod quan-
do impetratur Beneficium cum narrativa, quod si prima
Dignitas post Pontificalem, vel prima in Collegiata, quia
talia Beneficia sunt reservata, juxta Regulam tertiam,
seu quartam Cancellariæ, tunc ad effectum reservationis,
quia impetratur tanquam reservatum: hæc qualitas con-
cludenter probanda venit, quia est fundamentum Gratiæ,
Rota apud Cavaller. *dec.* 266. *nu.* 6. & apud Carillum *dec.*
46. *n.* 3. *&* 41. *n.* 1. Oliver. ad Ludovis. *decis.* 411. *sub nu.* 5.
in fine, & Rota *in Placentina Archidiaconatus* 5. *Aprilis*
1638. coram Albergato, *vers. justificatio*, *num* 2. in qua
decisione cæteræ decisiones allegantur; hæc decisio habe-
tur *part.* 12. *recent. dec.* 331. & iterum Rota *in Gerunden.*
Canonicatus 20. *Februarii* 1647. coram Ghislerio 25. *num.*
8. *& 9. part.* 10. *recent.* & apud Eminentiss. Othob. *decis.*
261. *numer.* 5. *& una Neapolitana Camiliarcatus* 26. *Junii*
1547. coram Bichio, *num.* 7. apud eundem Bichium *tom.*
1. *decis.* 312. & eo potius cum agitur contra provisum ab
Ordinario, pro quo adest assistentia juris, Oliver. ad
Ludovis. *decis.* 411. *vers. advertendum est*, Rota apud
Carill. *loco citat, decis.* 46. *numer.* 5. *& decis.* 41. *numer.* 1.
Rota apud Amatum Dunozettum *decis.* 804. *numer.* 15. 16.
17. *&* 18. Et quidem advertendum est, quod prima Di-
gnitas in Cathedralibus post Pontificalem semper est reser-
vata, sive habeat, sive non, reditus. In Collegiatis au-
tem, ut intret reservatio opus est, ut illius reditus exce-
dat valorem decem Florenorum, ut in dicta Regula quar-
ta Cancellariæ, quæ hanc qualitatem considerat tantum
in principalibus Collegiatis, Rota *in Arianen. Archidia-
conatus* 26. *Junii* 1637. coram Verospio. *vers. quarto de-
mum*, & iterum in eadem *Arianen.* coram Mormanno 4.
Decembr. 1637. *vers. quoniam*, & apud Eminent. Othob.
dec. 140. *a n.* 29. *cum seq.*
60 Narrativa, quod Beneficium sit curatum, vel quod cu-
ra exerceatur per alium, est omnino justificanda, juxta alibi
61 tradita: narrativa vero, quod Beneficium sit simplex abs-
que residentia, nulla eget justificatione ob juris præsum-
ptionem, sufficit sola assertio jurisque assistentia, Rota
decis. 33. *num.* 4. *&* 644. *part.* 2. *recent.* Oliver. ad Ludo-
vis. *decis.* 108. *num.* 13. Rota apud Eminentissimum Cel-
sum *decis.* 238. *num.* 7. *&* 314. *num.* 15. *& par.* 10. *rec. dec.*
357. *num.* 14. *&* 159. *num.* 2. *& part.* 11. *recent. decis.* 203.
& 281.
Sciendum, quod quælibet narrativa reservationis, quæ 62
est de substantia gratiæ, debet concludenter probari, quia
agitur de excludendo Ordinario, & est fundamentum
Gratiæ, Rota *part.* 2. *recent. decis.* 160. Ludovis. 359. *&*
dec. 53. Duran. *dec.* 442. Rota apud Bichium *dec.* 221. *nu.*
7. *& dec.* 244. *num.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 11. *nu.*
69. *cum seqq.* Cavall. *dec.* 597. *numer.* 7. Gonzalez *ad regul.*
Cancellariæ in proœmio §. 7. *n.* 217. ubi plures citat, & in
annotationibus post glossam 9. *n.* 257. & fusius in glossa 11.
num. 99. *&* 109. Belt. ad Ludovis. *dec.* 53. *&* 359. Theod.
Amayden *lib.* 1. *cap.* 29. *per tot.* & cum agitur de reserva-
tione mensis, probari debet concludenter, Gonzalez, &
Amayden *loc. cit*, Ubert. *in prax. p.* 6. *fol.* 234. *sub verb.*
obitus, optime Rota penes Eminentissimum Celsum *dec.* 63
19. *nu.* 1. non tamen sufficit per famam, Germanius *de in-
dultis*, §. . . . . . *num.* 46. Massob. *prat.* 29. *dub.* 12. *nu.* 7.
quod etiam contingit ratione illius clausulæ, *dummodo col-
latio ad nos hac vice pertineat*, quæ facit Gratiam condi- 64
tionalem, & declarat per ipsam Papam nolle conferre,
nisi quatenus sit Beneficium reservatum, Rota penes Lu-
dovis. *decis.* 314. *num.* 3. & quatenus reservatio probatur,
Rota *dec.* 245 *num.* 19. *tom.* 2. *rub. & d. decis.* 25. *p.* 10. *rec.*
nam quando Papa vult prævenire Ordinarium Collatorem
non apponit dictam clausulam, *dummodo collatio ad nos*,
quæ declarat intentionem Papæ, Rota *part.* 2. *rec. decis.*
444. *&* 777. sed ponit aliam, *dummodo tempore datæ præ- 65
sentium non sit alteri jus quæsitum*, Rota penes Duran.
dec. 306. *nu.* 8. Belt. ad Ludovis. *d. dec.* 314. quod tamen in-
telligit idem Belt. *ad decis.* 84. *num* 7. quod tunc requiratur
plena probatio reservationis, quia vacatio contingit in
mense reservato, quando adest concursus alterius tituli,
Rota penes dictum Eminentissimum Celsum *loc. citat.* ubi
aliæ decisiones allegantur, nam alio non concurrente suf- 66
ficiet semiplena probatio, Belt. allegat decisionem Rotæ
in Legionen. Canonicatus coram Coccino penes Marches.
tom. 1. *fol.* 347. & hoc casu probari, debet præcise tempus,
veluti cum contingit in ultimo mense, debet probari, quod
mors secuta fuerit ante mediam noctem mensis non reser- 67
vati, nam a media nocte incipit, & durat usque ad aliam
mediam noctem, Rota apud Eminentissimum Celsum *dec.* 68
19. *n.* 3. quæ fuit *Abulen. portionis* 14. *Junii* 1647. quæ de-
cisio habetur etiam in 10. *p. rec. dec.* 76. Et cum sunt plura
horologia diversa, attenditur major numerus, sicuti de te- 69
stibus dicitur, Rota *in d. Abulen. pensionis* 14. *Junii* 1647.
coram Celso *nu.* 7. & iterum in *d. Abulen. pensionis* 22. *Ju-
nii* 1648. coram Dunozett. apud eundem scilicet Amatum
decis. 804. *n.* 6. *&* 7. sive etiam reservatio contingat ratio-
ne alterius regulæ Cancellariæ, sive etiam ratione litis,
Put. *decis.* 266. Rota *dict. decis.* 160. *par.* 3. *rec. &* 482. *ad*
par. 2. Amayden *cap.* 24. *nu.* 22. præsertim ad effectum su- 70
brogationis Gratiosæ, ut in suo loco late, Deo volente,
dicemus; nam lis licet reservationem non inducat, ligat
tamen manus Ordinarii, Rota *decis.* 167. *num.* 15. *par.* 10.
Et ad effectum justificationis Gratiæ, lis sufficit, ut de fa-
cto verificetur, Garz *p.* 6. *cap.* 2. *nu.* 205. & 206. Ludo-
vis. *dec.* 84. Belt. *ibid. n.* 6. qui ampliat etiam si adsit clausu-
la, *constito*, nisi tamen adsit concursus alterius tituli, prout
dixit de vacatione in mensem reservato, vel quando alias 71
non concessisset; nam tunc etiam de jure est justificanda,
Ubertus *part.* 6. *prax. fol.* 246. *vers. at quando*, qui loqui-
tur generaliter de omni narrativa etiam de facto; semper
enim, quando allegatur reservatio, & impetratur Bene-
ficium ex capite reservationis, debet concludenter probari
reservatio, tanquam fundamentum Gratiæ, præsertim
concurrente alio proviso: & quia debet probari conclu-
denter reservatio, ideo debet esse clara, patens, & no-
toria, Rota *part.* 2. *recent. decis.* 197. præsertim ad effe- 72
ctum subrogationis Gratiosæ, Ludovis. *decis.* 58. *part.* 9.
tom. 2. *recent, decis.* 245. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 200.
nec sufficit probatio æquivoca in hoc casu, Rota penes
Carillum *dict. dec.* 41. *num.* 16. esset tamen notoria, quan-
do probatur obitus in mense reservato, vel cum Ordina-
rius gauderet alternativa in mense alternato pro Papa,
vel in mense fixo pro Papa, ut esset mensis Maii, Rota *rec.* 73
p. 4. *tom.* 1. *dec.* 205. *& in Hispalen. Beneficii* 24. *Junii* 1650.
coram Bichio, penes eundem Bichium 405. Eadem est ra-
tio de eo, qui impetravit Beneficium tanquam reservatum
ex vacatione apud Sedem; nam debet concludenter pro-
bare copulative duo, nempe, quod Beneficiatus decessit
in Curia, & quod ibi commorabatur occasione Curiæ
exer-

excedens Curialitatem; nam quæ vacat per obitum degentis Romæ ratione originis, vel domicilii non dicuntur vacare apud Sedem, *cap. præsenti §. fane de præb. in 6.* Lotter. *lib. 2. quæst.* 27. *num.* 100. Gonzalez *glos.* 13. *num.* 29. Garz. *part.* 6. *cap.* 1. *num.* 83. Rota *in Romana Beneficii Sancti Petri* 14. *Maii* 1655. coram Bevilaqua *part.* 12. *recent. decis.* 14. *numer.* 22. ubi aliæ allegantur decisiones, & valet dicere, quod Beneficia, quæ vacant apud Sedem dicuntur vacare in Curia: non tamen e converso, quia majus est vacare in Curia, quam apud Sedem, *ibidem nu.* 23. & novissime Rota *in Mediolanen. Beneficiorum* 13. *Martii* 1623. coram Albergato Decano, §. *quamvis*, quæ decisio datur in fine operis, & iterum in eadem *decis.* 15. *Maii* 1650. *etiam part.* 12. *rec. dec.* 179. ubi dicitur, quando requiritur Curialitas, nempe per exercitium personale in Curia, & debet esse de tempore obitus, nec sufficit antecedens, ut *in dict. decis.* 174. *num* 26. & 29. *in decisione autem Tirasonen Beneficii* 1. *Decembris* 1673. coram Rondinino, §. *& quatenus dicitur*, quod hæc reservatio oritur, etsi quis Curiam non sequeretur, quia hæc qualitas tantum requiritur, dum agitur de Beneficiis illius loci, in quo Curia residet, per *glos. in c. præsenti, ubi alii de præb. in* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 27. *n.* 28.

Et qui impetrat ex vacatione Collectorum spoliorum juxta regulam Cancellariæ quintam debet probare deputationem in talem ex Litteris patentibus, Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 875. *num.* 5. & *part.* 11. *decis.* 155. nec opus est, ut probet esse unicum, sed hoc præsumitur, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, Rota *dict. decis.* 876. *num.* 3. & 4. & *dict. decis.* 155. *num.* 11. & 178. *num.* 3. & 4. debet probare non solum pluralitatem, sed etiam ab eodem fonte in decisione pro eodem officio; nam si plures sint in eodem Capitulo, vel loco, sed tamen pro diversis locis, vel si non ad diversa officia, prout unus pro decimis, alter pro spoliis, vel si unus a Thesaurario, vel S. R. E. Camerario, alter a Nuntio, non dicuntur plures, sed adhuc unus, Rota apud Dunozett. *dict. decis.* 876. *num* 8. & 9. ubi aliæ allegantur, & apud eundem *decis.* 100. *num.* 6. & *dict. decis.* 155. *num.* 12. Rota apud Bichium *decis* 221. *num* 6. *tom.* 1. quia sufficit, ut sit unicus in suo officio; sufficit, ut momento temporis fuerit unicus, ut intret reservatio, Rota *dict. decis.* 876. *num.* 6. & 100. *num.* 6. apud Amatum Dunozettium & 155. *num.* 13. *part.* 11. sicuti sufficit sola deputatio absque exercitio, ut in *dict. decis.* 155. *num* 9. & 188. *num.* 5. & 6. *par* 11. & Beneficia Collectorum decimarum a Summo Pontifice impositarum etiam sunt reservata, ex *dict. reg.* 4. *Cancellariæ*, Rota *in dict. Licien. Canonicatus* 19. *Januarii* 1629. coram Amato Dunozet. apud ipsum 100. & *dict. decis.* 155 *num* 2. *part.* 11. *recent.* etiam si sint positæ decimæ pro subsidio Imperatoris, ut in *dict. decis.* 100. apud Amatum *num.* 8. 9. & 10. Nec refert an electio fiat a Capitulo, & quod exactio vadat ad periculum Capituli; quia sufficit, ut deputatio fiat vel S. R. E. Camerario, vel Thesaurario Cameræ Apostolicæ, quia semper Beneficia, quæ vacant ex eorum obitu sunt reservata, ut in *dict. decis.* 100. apud Amatum *num.* 7. & 155. *etiam nu.* 7. *part.* 11. & ut dicitur in *dict. decis.* 100. *num.* 3. 4. & 5. Collector decimarum non opus est ut sit unicus, sed tantum Subcollector spoliorum debet esse unicus. Post scripta vidi decisionem apud Bich. 221. *tom.* 1. in qua fuit decisum, quod ad inducendam reservationem ex capite deputationis Exactoris decimarum requiratur exacta probatio, & quod non prohibetur, nisi per Litteras patentes deputationis, & si per testes, debent deponere, quod interfuerint ipsi deputationi, nec probetur per edicta contra debitores decimarum, vel per exactiones, quia hoc potest procedere ex mandato nudi ministerii ad exigendum absque jurisdictione, quæ omnino erit necessaria ad inducendam reservationem, quia scilicet debet esse deputatio cum jurisdictione.

Idem prorsus judicium faciendum est, cum quis impetrat Beneficia per obitum Protonotariorum Apostolicorum, sive participantium, sive non participantium, quorum Beneficia per *Extravag. Ad Regimen*, & ex Regula Cancellariæ sunt reservata, ut late Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 28. *numer.* 43. 44. 45. & 46. etiam si fuerit creati a Legatis S. R. E. ut idem Lotter. *dict. lib.* 2. *quæst.* 29. *per tot.* Rota *part.* 12. *recent. decis.* 174. *numer.* 28. Coccin. *decis.* 349. probari debet concludenter deputatio, seu ipsum Protonotarium esse, & regulariter per Litteras, seu privilegium, juxta decisionem Ludovis. 471. & ibi Oliver. ita ut non admittatur probatio per publicam vocem, & famam, Lotter. *dict. quæst.* 28. *num.* 99. & 100. quod intelligendum est de Protonotariatu dato immediate ab ipso Papa, nam si fuerit datus a Legato probari potest per testes, Ludovis. *loco citat. num.* 1. Lotter. *dict. quæst.* 28. *num.* 101. cum autem privilegium Protonotariatus datum a Papa fuerit deperditum, & justificaretur amissio, tunc dicitur in *dict. decis.* 471. quod probari potest per testes deponentes, se vidisse privilegium, & per testes deponentes de communi reputatione, ac de exercitio, ut dicitur in *dict. decis.* 471. verum hoc non admittunt alii, præsertim Paris. *libr.* 8. *quæst.* 2. *num.* 22. Olivet. *ad dict. decis.* 471. quia privilegia Papæ, & Litteræ Apostolicæ semper registrantur, & quidem non semel, sed bis, primo in registro supplicationum, secundo in registro Litterarum.

Requiritur etiam, ut intret reservatio ex hoc capite, ut tale officium acceptetur, si ad partis supplicationem emanavit privilegium; secus motu proprio, Lotter. *dict. qu.* 28. *num.* 70. & 77. Rota in *dict. decis.* 174. *num.* 32. *part.* 12. *recent.* ubi aliæ; quomodo autem probatur ista acceptatio, late agit Lotter. *loco citat. a numer.* 80. *cum sequent.* potest enim contingere vel expresse, vel tacite. Vide ipsum nec necessarium erit verificare juramentum præstandum a Protonotario Apostolico, late Lotter. *dict. quæst.* 29. *num.* 14. & de hac re adest *dicta decisio* apud Bichium 221. in qua dictum fuit ad inducendam hanc reservationem ex capite Prothonotariatus non sufficere exhibitionem supplicationis registratæ, sed requiri exhibitionem Litterarum in actis, nec sufficere probare usum per testes de publica voce, & fama; per exhibitionem tamen Litterarum expeditarum bene probari acceptationem dicti Officii, seu Dignitatis, quæ acceptatio est quoque necessaria, prout in *dict. decis. n.* 21. & 22.

Pari ratione habemus decisionem Rotæ *in Terracon.* 74 *Præceptoria* 13 *Junii* 1657. coram Bevilaqua *part.* 12. *rec. decis.* 257. in qua dictum fuit, quod cum Beneficia familiarium S. R. E. Cardinalium sint reservata ex regula quarta Cancellariæ, familiaritas ad hunc effectum inducendi reservationem debet concludenter probari: addit tamen *decis. numer.* 9. quod probatio non debet esse tam stricta, quia plena, & concludens dicitur illa, quæ occurrit secundum casus contingentiam, juxta decisionem Buratt. 255. *numer.* 4. & Add. ad Ludovis. *decis.* 166. *Litt. A*, & ibi visa fuit sufficiens probatio, quæ resultabat ex publica, & jurata attestatione Ducis Cajetani attestantis mortuum fuisse familiarem Cardinalis Cajetani fratris; familiaritas tamen contrahitur per mensam edentium, ut ibi, & alibi; sic etiam dicendum est de familiaribus Papæ.

Igitur vacatio per obitum, ut ex isto consurgat reserva- 75 tio, talis narrativa probari debet concludenter, ut dictum est, Rota apud Cocc. *decis.* 87. & Rota penes Marches. *de commis. part.* 1. *fol.* 349. Rota apud Dunozettum *decis.* 804 *num.* 15. & 162. *numer.* 22. *part.* 12. *recent.* ubi aliæ allegantur. Ubert. *loco citat. fol.* 245. quia absque vacatione non datur reservatio, Rota penes Duran. *decis.* 12. *num.* 2. & dicitur probatio plena in hoc casu cum pro- 76 ducitur partita Libri mortuorum extracta per Parochum formiter de verbo ad verbum, ut jacet, Rota apud Ludovis. *decis.* 78. & 359. & apud Duran. *decis.* 263. Beltr. *ad decis.* 78. ubi alios citat, Gratiosus Ubertus *loco citat.* Lotter. *dict. cap de re benef. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 45. & 46. Rota *in Imolen. Decanatus* coram Verospio, penes Tond. *post tract. de pens. decis.* 46. & *part.* 11. *recent. decis.* 347. *num.* 2. & 178. *num.* 2. & *decis* 300. *num.* 2. & 337. & optime *in Placentina Beneficii* coram Ghislerio *part.* 10. *recent. decis.* 62 *num.* 1. & 2. & *decis.* 89. *num.* 8. 9. 10. & 11. *p.* 12. *recent.* & 210. & 394. *eadem part.* 12. *recent.* & apud Eminentissimum Celsum *decis.* 130. *num.* 2. sic etiam probatur concludenter ex testibus de visu deponentibus, se vidisse illum mortuum, & sepeliri, quæ est perfecta, Rota *in Ovetten. Beneficii* coram Dunozettu, apud eundem 271. *num.* 3. & *decis.* 62. *part.* 10. *recent. num.* 3. sic etiam obitus probatur ex fide Magistratus Præpositi sanitati subscri- 77 pta ab Officiali cum opportuna legalitate, Cavall. *decis.* 572. Rota apud Dunozett. *tom.* 1. *decis.* 315. *num.* 3. debet tamen extrahi citata parte, cum adest, ut alibi notavimus, vel quia deponunt, quia vicini, Ludovis. *decis.* 37. *num.* 2. Ubert. *part.* 6. *fol.* 445. Item cum venit quis ex eadem 78 vacatione ex confessione scilicet adversarii venientis ex eadem vacatione, ut millies, atque millies Rota decrevit, Ludovis. *decis.* 137. *num.* 10. Caval. *decis.* 551. *num.*

1. *part.*

1. part. 2. recent. decis. 309. & in dict. Imolen. Decanatus pra aliis 1651. coram Verospio num. 5. penes Tondut. post tractat. de pens. decis. 46. quæ habetur part. 11. recent. decis. 254. & apud Eminentissimum Celsum decis. 130. num. 1. & apud Amatum Dunozett. 575. & decis. 601. num. 2. & part. 12. recent. decis. 418. num. 3. & 110. & 178. & 73. & 74. part. 11. recent. & 274. & 159. part. 10. recent. & in Majoricen. Beneficii 4. Aprilis 1650. coram Albergato, & Regien. Beneficii 27. Junii 1653. coram Bevilaqua, quas affert Tondut post tract. de pens. & novissime Rota in Tirasonen. Beneficii 1. Decembris 1673. coram Rondinino, vers. veritas narratorum, ubi dicitur, quod reservatio, quæ attenditur ex obitu in mense reservato, optime probatur, & per testes, & per confessionem adversarii venientis ex eadem vacatione, & procedit hoc in omni narrativa partis, quæ recte probatur ex assertione alterius partis, Buratt. decis. 255. numer. 5. Rota apud Eminentiss. Othob. dec. 187. imo etiam ex implicita confessione partis optime probatur vacatio, juxta decisionem Rotæ in Melevitana Beneficii penes Tond. 57.

79 Et cum mors contingit in partibus longinquis, & remotis, tunc etiam ad hunc effectum sufficit probatio per famam, Lotter. dict. quæst. 10. numer. 54. cum sequent. & conjunguntur aliquando probationes; nam ex pluribus imperfectis, & semiplenis probationibus contingit hoc casu probatio plena, ut voluit Lotter. loco citat. num. 49. cum sequent. quem consule: sic cum mors contingit in mari, quia est difficilis probationis, tunc tam exacta non exigitur probatio, Gonzalez gloss. 11. numer. 103. testis vero, qui deponeret alternative de tali, vel tali mense non probaret obitum ad effectum reservationis, & vacationis, Ludovis. decis. 359. numer. 3. ubi Beltram. Lotter. decis. 290.

80 Tunc vero requiritur probatio plena obitus in mense reservato, quando adesset alius provisus, sive concurreret legitimus alius contradictor, ut etiam diximus supra, nec tunc admittuntur testes de auditu, Rota in Ovetten. Beneficii 10. Martii 1662. coram olim Eminentissimo Vicecomite part. 13. recent. decis. 424. numer. 5. neque juramentum suppletorium, ut ibidem num. 6. dicitur. Nam si non adsit concursus alterius provisi sufficeret semiplena probatio per publicam vocem, & famam, optime Rota penes Ludovis. decis. 103. num. 6 & 84. numer. 8. & penes Cavall. 33. num. 2. Rota recent. part. 1 decis. 101. & part. 2. decis. 252. num 6. & novissime Rota part. 11. in recent. decis. 319. numer. 4. & 6. Gonzalez de regul. Cancellaria glos. 11. num. 104. & gloss. 15. §. 2. nu. 75. ubi dicit, quod vacatio probatur per famam, & semiplene, quia non agitur de magno præjudicio, tempus vero vacationis ad effectum probandi reservationem plene, & concludenter probandum, Ubert. loco citat. fol. 244. vers. obitus, &

81 plene probatur, ut diximus, ex patrita libri defunctorum, ut jacet; nam per hunc modum probatur obitus, nedum ad effectum justificationis, verum etiam ad effectum reservationis, ut dicitur in dict. decis. 62. numer. 2. part. 10. recent. & hoc intelligitur, quando agitur de probanda reservatione contra provisum ab Ordinario; nam si agatur inter duos provisos Apostolicos ratione reservationis, tunc vacatio in mense reservato non indiget plena justificatione, prout tenuit expresse Rota apud Amatum Dunozett. decis. 601. num. 3. Igitur conclusio supra posita, quod vacatio, seu obitus in mense reservato concludenter probari, justificarique, debet procedit cum adest concursus provisi ab Ordinario, & hoc ante omnia est probandum, quia est fundamentum Gratiæ, alias Gratia remanet inexequibilis, Rota in dict. Ovetten. Beneficii coram olim Eminentissimo Vicecomite decis. 424. in princ. part. 13. recent.

82 Sicuti etiam vacatio per obitum plene est justificanda, quando Papa voluit concurrere cum Ordinario ad conferendum, secundum Rotam apud Duran. decis. 306. num. 6.

83 Narrativa vacationis eodem quippe modo verificari debet, quo fuit facta in Litteris, Gomes. in reg. de trienn. quæst. 11. num. 13. in fine, Rota part. 6. recent. decis. 71. num. 12. Seraph. decis. 990. num. 7. Rota in Leodien. Canonicatus 28. Junii 1655. coram Verospio, vers. hinc, ubi cæteræ allegantur decisiones part. 12. recent. decis. 69. & penes Tondut. 49. post tract. de pens. & sufficit narrativa vacationis de facto justificare, juxta decis. Ludovis. 84. ibique Belt. & decis. 73. num. 10. Ubertus loco citat. part. 6. fol. 246. & novissime Rota post scripta visa in Terraconen. Preceptoria 13. Junii 1657. coram Bevilaqua part. 12. recent. decis. 257. num. 22. & 23. ubi aliæ allegantur, & & citantur Garz. part. 11. cap. 1. num. 35. Lotter. libr. 3. quæst 8. num. 61. nisi adsit contradictor, ut docent communiter Doctores: sic resignatarius sufficit, quod de facto justificet vacationem per resignationem; nam potest capere per clausulas generales, Rota recent. part. 2. decis. 309. num. 2. & penes Farinac. tom. 1. posth. decis. 122. & 379. & in Regien. Bipeberatus 28. Maii 1657. coram Priolo, part. 12. recent. decis. 241. fuit dictum, quod Gratia
provisiva fundata in expressione particulari, vel speciali, 84
v. g. incompatibilis, emissa in parte dispositiva, & alternative concepta, operatur, ut Gratia, seu provisio recte subsistat, etiam si modus vacationis primo datus per resignationem, nec de facto, nec de jure verificetur, ut ibi numer. 11. & allegantur Rotæ decisiones, & Doctores; verificari tamen debet de tempore vacationis, alias nulla impetratio, Rota apud Carill. decis. 74. numer. 2.

Ea pluribus tamen modis narratis sufficit unum verifi- 85
care, quando unus sufficit ad impetrandam Gratiam, licet alter non verificetur, vel etiam falsus fuerit, Rota penes Rub. part. 4. tom. 2. decis. 167. maxime si alternative facta est expressio, in puncto Rota apud Carill. decis. 74. num. 7. Tondut. part. 2. cap. 4. §. 1. numer. 18. Rota apud Coccin. 139 num. 1. Rota in Majoricen. Canonicatus 27. Martii 1656. coram Meltio num. 5. vers. & dum narrativa part. 12. recent. decis. 156. quam etiam affert. Tondut. post tract. de pens. Rota apud Amatum Dunozett. 337. nu. 6. & alibi, Merlin. decis. 178. num. 5. Lotter. libr. 3. quæst. 8. num. 14. nisi tamen narrativa sit restricta ad unum mo- 86
dum, Rota recent. part. 1. decis. 379. num. 5. Tondut. loco cit. cum tamen expressio plurium vacationum facta est, ut Papa facilis reddatur ad conferendum, tunc hæc narrativa plurium vacationum est verificanda, ideo cum sit ad aggravandum possessorem ad effectum privationis omnino verificari debet talis narrativa plurium vacationum, Rota dict. decis. 167. num. 16. & 17. part. 4. tom. 2. Rub.

Cum vero falsus modus est expressus, scilicet sub falsa 87
narrativa contra facti veritatem, impetratio certe erit nulla, Rota recent. part. 5. decis. 369. num. 32. & in Melevitana Beneficii coram Brebio 25. Junii 1549. penes ipsum 388. in quibus decisionibus aliæ allegantur: & tunc cum falsus modus est expressus dispositive non juvat illa clausula, vel alio, ut diximus; nam cum corruit Gratia principalis ob subreptionem, cæteræ clausulæ non operantur, quia fraus nulli prodesse debet, Rota in dict. Segobricen. Canonicatus num. 23. 152. part. 12. recent. in eadem Segobricen. coram Amato Dunozett. penes eundem 971. num. 12. quam etiam affert Tondut. post tract. de pens. 70. in ordine, & Rota apud Carillum decis. 250. num. 9. Hoc autem casu cum narrativa vacationis, quæ est causa concessionis est falsa, cessat etiam affectio per manus appositionem; sic etiam habemus decisionem Rotæ 127. part. 13. num. 5. in qua num. 7. dicitur, quod provisio Papæ obtenta cum supposito, quod Beneficium esset vacatum in mense reservato non inducit reservationem, nec præjudicat Ordinario cum revera non est reservatum, quia cessavit per alternativam; secus vero si falsus modus non fuit causa concessionis; nam tunc remanet affectum, Ferentill.
ad Buratt. decis. 78. num. 8. & ita intelligi decisionem ejus- 88
dem Buratt. 36. in qua dicitur, quod remanet affectum Beneficium ex manus appositione, etiamsi Gratia esset subreptitia; & post scripta vidi Eminentissimum Othob. decis. 197. num. 18. Rota apud Rub. tom. 2. decis. 45. nu. 7. & part. 10. rec. decis. 25. num. 30. 31. & 32. in quibus idem dicitur.

In vacationibus autem, quorum provisio spectat ad Or- 89
dinarium, non attenditur falsus modus narratus, quia non irritat, Carill. dec. 74. n. 5. & 6.

Sequitur, quod cum Beneficium impetratur, tanquam 90
vacans certo modo, plena tunc, & concludens probatio exigitur, Gonzalez ad reg. 8. glos. 15. num. 123. & 124. Buratt. decis. 175. num. 5. & 6. Rota in Ripana Beneficii 4. Junii 1655. coram Bevilaqua num. 9. quæ decisio est 46. in ordine part. 12. recent. & etiam penes Tondut. 65. in ordine, & optima est decisio apud Peutinger. 17. in qua dictum fuit, quod cum impetratur Gratia certo modo, narrata sunt concludenter justificanda: sic habemus magistralem decisionem in Avellana Canonicatus, coram Eminentissimo Cerro part. 11. recent. decis. 132. numer. 7. cum sequent.

sequent. in qua dictum fuit, quod impetrans certo modo
cum expressione, quod primum Beneficium vacaverit ob
assecutionem secundi incompatibilis debeat concludenter
probare, quod impetrans per duos menses pacifice non
solum de facto, sed etiam de jure possederit cum retentio-
ne primi, quia incompatibilitas est in retinendo, ut ibi
fusius dicitur, alias non intrat vacatio, & nos alibi dixi-
mus. Vide etiam Buratt. *decis.* 120. Et tunc, ut diximus,
non potest capi vacatio ex alio capite, Rota *recent. part.*
1. *decis.* 379. *num.* 5. Rota *in Bononien. Canonicatus* apud
Marches. *part.* 1. *fol.* 357. *& in Vercellen. Canonicatus* 19.
Junii 1648. coram Bichio, penes ipsum 360. *num.* 26. *&*
in Pistorien. Parochialis 17. *Maii* 1651. coram Eminentis-
simo Celso, apud eundem 119. *num.* 10. *& decis.* 392. *nu.*
3. *& in Firmana Capellania* 28. *Aprilis* 1651. coram Bi-
chio *p.* 11. *rec. dec.* 143. *nu.* 9. *&* 10. penes ipsum 461. Nec
tunc justificari potest Gratia ex via præventionis, Rota
p. 14. *rec. dec.* 518. *n.* 16. *cum seqq.*

91 Et adverte, quod cum quis impetrat ex devolutione,
ex quo patroni non præsentaverunt, debet impetrans con-
cludenter probare negligentiam plene, & concludenter,
Gar. *part.* 10. *cap.* 3. *num.* 16. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 24. *nu-*
mer. 37. Manzanedus *decis.* 667. Rota *in dict. Pistorien.*
coram Celso *num.* 3. ubi aliæ allegantur, docendo non du-
de lapsu temporis, sed quod patronus habuerit scientiam
vacationis, & præsentare neglexit, Buratt. *decis.* 18. Fe-
rentill. ad eund. *decis.* 938. Rota *recent. part.* 6. *decis.* 221.
& decis. 21. *tom.* 3. *Rub.* ubi id latissime discutitur, idem
Cels. *loc. citat. & decis.* 392. in qua decisione *num.* 4. *&* 5.
dicitur, quod devolutio est probanda ab inferiore ad pro-
92 ximum superiorem, usque ad Papam, adeo ut quilibet
habeat sex menses ad conferendum a die scientiæ, & ibi
allegantur aliæ Rotæ decisiones; quod etiam tenuit Rota
in *Melevitana Beneficii* 5. *Decembris* 1631. coram Amato
Dunozett. *num.* 3. ibi: Devolutio enim non simpliciter
desumitur ex temporum decursu a die vacationis quatenus
intraret supputando tempora de jure præscripta patronis
ad præsentandum, & Episcopo, atque Metropolitano
ad conferendum: sed probanda est discretive de inferiori
ad superiorem cum scientia vacationis Beneficii, *capit.* 2.
cap. licet il 1. *de supplen. negl. præl.* gloss. *in clem. unica in*
verbo locorum, eod. tit. Mant. *decis.* 260. Rota *recent. dec.*
386. *p.* 2. non enim currunt tempora, nisi a die scientiæ,
cap. per diuturnitatem de concess. præb. & novissime Rota
in Leodien. Beneficii coram Bevilaqua *part.* 14. *recent. de-*
cis. 518.

93 At tenet me aliæ Rotæ decisio in *Ovetten. Parochialis*
16. *Aprilis* 1657. coram Priolo, quæ habetur *par.* 12. *re-*
cent. decis. 217. in qua decisione expresse deciditur, quod
licet tempus ad præsentandum patronis currat a die scien-
tiæ; attamen collatoribus inferioribus a die vacationis,
ita ut ex tunc currat tempus devolutionis. Verba decisio-
nis sunt hæc: Nec potest allegari ignorantia, tum quia ex
testibus in eodem Summario relatis *num.* 5. constat de cer-
ta, ac indubitata scientia; tum etiam quia quidquid sit
in patronis præsentare debentibus, communis est opinio,
94 quod in Ordinariis collatoribus, quando (prout hic) va-
catio contingit de facto simul, & de jure, nempe ob
mortem Beneficiati, non expectatur eorum actualis, & ve-
ra notitia, sed tempus ad præsentandum currit a die vaca-
tionis, quia cum ex Officio teneantur inquirere, & sci-
re, ignorantia esset crassa, & supina, quæ non excusat.
Hæc, & alia ibi.

95 Sequitur quarto, quod narrativa qualitatis Beneficii
ad effectum justificationis Gratiæ, & Litterarum executio-
nem plene quoque probari debeat, cum est Gratiæ funda-
mentum, & facienda est attento ultimo statu Beneficii,
nisi doceant de anteriori statu, ad textum in *cap. cum de*
benef. de præb. in 5. ubi notant Canonistæ communiter,
Rota penes Caval. *decis.* 390. *num.* 5. Rota *in Hispalen. be-*
neficii coram Bichio 24. *Januarii* 1650. penes Tondut. *post*
tract. de pens. 44. *num.* 12. & apud ipsummet Bichium *de-*
cis. 405.

96 Verum hæc materia indiget majori explicatione, & di-
lucidatione ad intellectum tam dicti textus *in capit. cum de*
Beneficio, quam textus *in capit. querelam de elect.* & *capit.*
consultationibus, de jurepatronatu, siquidem *in c. que-*
relam, disponitur validam fuisse electionem, seu præsen-
tationem factam a populo, qui existebat in quasi posses-
sione præsentandi, sublata quæstione super proprietate ju-
rispatronatus inter populum illum, & Cardinalem San-
ctæ Susannæ: sic clare ibi deciditur, quod status ultimus
possessionis sit attendendus. Similis decisio habetur *in d.*
cap. consultationibus de jurepatronatus, *in dict. capit. cum*
de Beneficio dicitur, quod cum providetur Clericis sæ-
cularibus de aliquo Beneficio, intelligi debeat, quod tan-
to tempore ab uno, vel pluribus sæcularibus Clericis insti-
tutis in eo Rectoribus extitit continue, & pacifice guber-
natum, ut præscriptio legitima sit completa, etiam si an-
te, vel post Religiosi quandoque ministraverint in eo-
dem; quare videtur, quod hic non ultimus status abso-
lute sit attendendus, sed status vetus, & præscriptus.
Ideo notandum est, quod diversus est status Beneficii, &
status collationis Beneficii, siquidem status Beneficii est
subjectum possessionis existentis apud ipsam Ecclesiam,
aut Beneficium circa illius qualitates; status autem colla-
tionis est subjectum possessionis existentis apud collatorem, 97
aut præsentantem, vel eligentem tanquam fructus colla-
tionis, sive præsentationis. De statu Beneficii loquitur
textus *in cap. cum de Benefic. de præb. in* 6. de statu vero col-
lationis, seu præsentationis loquitur tam textus *in cap. que-*
relam, quam *in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess.*
& proprietate, nec eadem est ratio utriusque status, si
quidem quando agitur de ultimo statu præsentandi, vel
conferendi, non attenditur qualis fuerit anterior status, &
vetus; nam in hoc statu manuteneri debet, qui est in ulti-
ma possessione, seu quasi, etiam si constet de anteriori 98
possessione, juxta § *retinendæ de interdictis*, *& in dict.*
cap. querelam, *& cap. consultationibus*, ubi Abbas *num.* 3.
Rota apud Caval. *decis.* 609 *num.* 9. Tondut. *pars.* 2. *cap.*
4. §. 9. *num.* 7. *&* 8. Add. ad Gregor. *decis.* 77. Rota apud
Eminentissimum Celsum *decis.* 367. *num.* 4. *&* 12. Feren-
till. ad Buratt. *decis.* 776. *&* 777. *numer.* 12. Rota *part.* 10.
recent. decis. 240. *nu.* 5. & apud Amatum Dunozett. 344.
num. 4. *&* 5. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 125.
num. 13. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *num.* 360. *vers. septi-*
ma regula, Coccinus *annot.* 304. *num.* 2. optime in pun-
cto discurrit Lotter. *de re benef. lib.* 2 *quæst.* 34. *a num.* 25.
cum sequent. & ante ipsum Oliver. Beltr. ad Ludovis. *decis.*
77. *num.* 12. ita ut nunquam removeri debeat, qui institu-
tus, vel præsentatus fuit ab eo, qui fuit, & est in posses-
sessione quasi præsentandi, vel conferendi, licet pro fu-
turo tempore aliud sit observandum, Rota apud Eminen-
tissimum Othob. *dict. decis.* 125. sic existens in quasi pos-
sione conferendi tanquam de libero etiam per unicam col-
lationem manuteneri debet in quasi possessione conferendi, 99
dummodo dicta unica collatio habuerit effectum, late *in*
Spoletana Jurispatronatus 24. *Novembris* 1654. coram
Eminentissimo Cerro, *part.* 12. *recent. decis.* 93. *dict. nu.*
11. *cum sequent.* & idem decidit Rota *part.* 14. *recent. dec.*
140. *num.* 11. verum in *Neapolitana Beneficii* 11. *Februa-*
rii 1664. coram Albergato *eadem part.* 14. *decis.* 156. *nu.*
7. *cum sequent.* fuit dictum, quod licet stante ultimo pro
libertate Beneficii, sed probatio jurispatronatus deservire
solvitur pro futuris vacationibus, pro ut distinguit Mare-
scott. *var. resol. cap.* 55. *num.* 64. *lib.* 1. & Rota *in Faven-*
tina Parochialis 4. *Septembris* 1662. coram Nitot. quæ est
penes ipsum 34. tamen hæc conclusio procedit, quando ad
collationem Beneficii deventum est ab Ordinario ante- 100
quam patroni docerent de jurepatronatus; secus autem
quando probatio circa patronatum facta fuit ante effectua-
tionem collationis; nam tunc ultimus status non attendi-
tur, & proprietas possessionis præfertur, & ibi allegan-
tur Doctores, & decisiones, præsertim Rota in *Capuana*
Abbatia 5. *Maii* 1659. §. *final. &* 16. *Januarii* 1660. §. *præ-*
terea coram Priolo, prima est 64. secunda 152. *part.* 13.
recent. Sic etiam in *decisione in Melevitana Beneficii dict.*
anni 1665. coram Ottalora *part.* 14. *recent. decis.* 423. di-
citur ad sustinendam provisionem Apostolicam ex capite
reservationis sufficere ultimum statum simplicem, quia
actus collativi spectant ad possessorem, per textum *in d.*
c. consultationibus, allegatur *decis.* 514. *p.* 13. *rec.* & tunc
alterum statum non attendendum, quando ante collatio-
nem constat de contrario; attamen debet constare per con-
cludentes, & claras probationes, ut in *d. dec.* dicitur, &
etiam 614. Coccin. *loc. cit.*

Quando vero non agitur de statu ipsius Beneficii, licet 102
reputatur secundum tempus impetrationis, quia unaquæ-
que res judicatur secundum tempus dispositionis, juxta
textum in *leg. cum præsens* 37. *ff. si certum petatur*, Rota
decis. 737. *part.* 2. *recent.* & in inducenda natura Benefi-
cii attendi debet ultimus status, qui status præsens conside-
ratur tanquam subjectum possessionis existentis apud Be-
neficium, late Marescott. *lib.* 1. *cap.* 55. Lotter. *loco citat.*
& nu-

& numer. 35. *&* 36. Attamen hoc indicium fundatur in præsumptione, quæ de sui natura veritati cedit, *leg. continuus*, *§. cum ita verbor. oblig.* iden sequitur, quod hujus status ultimi præsumptio non prævalet ad statum anteriorem legitime impressum in Beneficio; sed probatio hujus prævalet illi præsumptioni, ut ex dicto *cap cum de Beneficiis* non obscure deducitur, optime Lotter. *loco cit. num.* 38. qui a *num.* 39. optimam assignat rationem, quia dato statu antecedenti legitime impresso non agitur amplius de inducendo novo simplicitar, sed simul de immutando præcedenti; quæ immutatio non potest contingere, nisi detur status fortior, & prævalens, atque legitime præscriptus. Rota *decis.* 188. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* ultimus er-
101 go status prævalet in dubio; secus vero cum de anteriori legitime constet, Corrad. *lib.* 1. *prax. Benef. num* 31. *&* 362. Duran. *decis.* 340. *num.* 12. *&* 391. *num.* 9. Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 101. *numer.* 5. & apud Ludovis. *decis.* 434. *&* 238. *num.* 5. *part.* 5. *recent. &* 152. *num.* 11. *part.* 10. *recent.* constare autem debet de antiquo statu con-
102 trario per legitimas, & concludentes probationes, Rota apud Eminentissimum Othob. *decis.* 240. *num.* 25. *& decis.* 65. *num* 26. *part.* 11. *& decis.* 13. *num.* 26. *part.* 6. Add. ad Butatt. *dec.* 776. ita ut status anterior turbidus non sit attendendus, nec insiciit quin ultimus sit attendendus, Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 747. *num.* 4. *&* 5. nam semper prævalet ultimus, cum de anteriori statu contrario legitime non constat, ut in dictis *decis. & decis.* 57. *num.* 35. *part.* 10. *recent. &* 965. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *Rubei*, & alibi: Vel cum ultimus fuerit præscriptus legitime, ut mox subjiciam, nec status ultimus attenditur, quando ante consumptam vacationem apparat de statu contrario per legitima documenta, valut de jurepatronatus, Rota apud Eminentiss. Othob. *decis.* 234. *numer.* 33. *& in dict. decis. allegatis supra* 136. 140. *&* 423. *part.* 14. *rec. &* 64. 152. 514. *p* 13. *in rec.* plene firmatur adversus ultimum statum requiri concludentem, claramque probationem, vel ex partis confessione, vel re judicata, vel per publicum instrumentum.

104 Hinc sequitur, quod cum agitur ad effectum simplicis justificationis Gratiæ, Regula est generalis, ut sufficiat ultimus status, ut Gratia dicatur justificata, Abbas *in capit. cum nobis de jurepatronatus n.* 8. *vers. si vero*, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 739. *n.* 5. *&* 735. *& p.* 1. *dec.* 233. Seraph. *dec.* 1229. *&* 1095. Caval. *dec.* 390. *n.* 5. Duran. *dec.* 208. *n.* 6. *&* 234. *n* 6. Ludovis. *decis.* 482. *n.* 7. qui allegat Innoc. *in c. postulate num* 1. *post medium*, *vers. si autem de jurepatronatus*, Rota *decis.* 101. *num.* 8. *part.* 7. *recent.* Butatt. *dec.* 776. *& decis.* 162. *num.* 3. *part.* 12. *in recent.* & apud Carill. *decis.* 54. *num.* 6. (ubi dictum fuit ad effectum validitatis sufficere ultimum statum quamvis non sit præscriptus) Lottar. *loco citat. num* 40. Rota *in dict. Hispalen. Beneficii* coram Bichio *de anno* 1650 *& in Gerunden. Prioratus* coram eodem 14. *Junii* 1645. quarum prima est 405. secunda 228. *apud* ipsummet Bichium, in quibus dicitur, quod per executionem Litterarum sufficit ultimus status, dum non doce-
105 tur de contrario statu anteriori legitime præscripto: idem dicitur apud Peuting. *decis.* 218. *num.* 3. alibi sæpe, Cocc. *tom.* 1. *ann.* 304. *num.* 6. Corradus *dict. libr.* 1. *prax. benef. num.* 318. nam per talem statum evitatur vitium subreptionis, ut dicit Corradus, Rota *recent. part.* 12. *decis.* 162. *num.* 30. *&* 31. Seraph *decis.* 729. Caval. *decis.* 450. *num.* 5. & vide Corradum *sub num.* 360. *vers. septima*, ubi dicit, ultimum statum suffragari etiam contra provisum Apostolicum in possessorio summariissimo, Add. ad Butatt. *decis.* 776. *num.* 18. nisi tamen ultimus status deducatur ex
106 titulo infecto, Rota *parte* 2. *recent. decis.* 710. vel cum non fuerit effectuatus, Rota *eadem parte* 2. *recent. decis.* 315. Lotter. *de utroque casu loco citat. numer.* 43. Corrad. *loco cit. numer.* 319. *libr.* 1. *prax. benef.* sic etiam
107 cum agitur incidenter de statu Beneficii ad effectum validitatis collationis, sufficit ultimus status, dummodo non agatur principaliter de pertinentia collationis, Rota apud Durand. *decis.* 377. *num.* 6. per textum *in cap. cum Ecclesia, de caus. possessionis, & propriet.* nam secundum ultimum statum præsertim collativum judicandum est ad effectum sustinendi provisionem Apostolicam, tanquam de reservato, Butatt. *decis.* 570. & Rota *decis.* 143. *part.* 7. *recent. & decis.* 137. *num.* 5. *&* 106. *num.* 8. *part.* 11. *& decis.* 90. *num.* 11. *part.* 12. *recent.* & apud Eminentissimum Othob. 132. *num.* 14. ad invalidandam, vel excludendam reservationem attenditur ultimus status, Rota *decis.* 99. *num.* 24. *&* 357. *num.* 27. *part.* 10. *recent.* Dunozet. *decis.* 776. *num.* 18. Add. ad Butat. *decis.* 776. *num.* 17. Durand. *dec.* 340. Sed vide Coccinum *in annot.* 304. *a num.* 12. qui optime discutit, & *num.* 11. dixit, quod cum agitur de collatione facienda, tunc non attenditur ultimus status, quando constat de contrario.

Cum vero non agitur simplicitar de justificatione Lit- 108
teratum, seu Gratiæ, & alius est qui se opponat, & probat anteriorem statum, non usque attendendus est ultimus status, quia hic ultimus status in præsumptione duntaxat fundatur, Rota *recent. part.* 2. *decis.* 737. Lotter. *loco citat. num.* 44. Gratian. *cap.* 574. *num.* 13. *&* 14. Corrad. *lib.* 1. *num.* 183. & dictum est supra: requiritur tamen concludens probatio non turbida; nam inficit provisio, ut dicitur in dicta decisione 405 in fine, & dicta *decis.* 218. apud Bichium: at si probato primævo statu contrario legitime, altera pars, quæ obtinuit provisionem, secundum ultimum statum vellet probare, illum statum fuisse legitime præscriptum, tunc admittitur, illoque legitime præscripto probato obtinebit; nam per præscriptionem legitimam status antiquus fuit recte immutatus, præsertim cum convenit antiqua observantia, Durand. *decis.* 442. *num.* 2. *&* 3. Rota apud Dunozett. 887. *num.* 2. *&* 861. *num.* 2. ubi aliæ allegantur decisiones; licet quando non appa- 109
teat legitime præscriptus non esset attendendus, ut in allegatis decisionibus, quod ut mutetur antiquus, & novus constituatur, plura certe requiruntur: enim vero quequid Doctores de tempore ad præscribendum necessario scripserint in nostra materia requiritur tempus quadraginta annorum completum, & continuum, Gem. & Franc. *in dict. cap. cum de Beneficia*, Gonzalez *glos.* 7. *num* 25. Seraph. *decis.* 950. *num.* 2. *&* 1227. Rota *recent. part.* 7. *dec.* 50. *num.* 7. & apud Eminentiss. Celsum *decis.* 367. *num.* 11. & apud Carill. *decis.* 54. *num.* 5. *&* 162 *num* 9. & apud Farinac. *tom.* 2. *decis. posth decis.* 427. Lotter. *dict. quest.* 34. *num.* 45. Olivec. ad Ludovis. *decis.* 434. *numer.* 20. qui alias Rotæ decisiones allegat, Tond. *quest. Benef capit.* 9. *num.* 6. *& cap.* 40. *num.* 4 Corrad. *in praxi Benef. lib.* 1. *numer.* 326. immo sufficit una provisio, quæ duravit per annos 110
quadraginta; nam unicus actus habens causam successivam per quadraginta annos inducit sufficientem præscriptionem, Rota *part* 10. *recent. decis.* 99. *num.* 15. *&* 6. ubi ad id allegatur doctrina Abb. *in c. fin. n.* 17. *vers. disting. de consuet.*

Et Corradus bene advertit, quod hoc procedit, quando 111
anterior status contrarius fuit jam perfectus, & legitime quoque præscriptus; nam si anterior non fuerit talis non prodest: ut præscribatur autem ultimus, sufficit spatium decem annorum, & fuit opinio Felin. *in cap. in nostra de rescriptis*, Geminian. *in dict. cap cum de Beneficie*, Gonzalez *dict. glos.* 7. *num.* 24. Marchesi *dict. cap.* 55. *numer.* 70. Item requiritur bona fides, Rota *decis.* 229. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* & apud Farin. *dict. decis.* 927. Lotter. *loca citat. num.* 46. requiritur potestas, & voluntas in superiore, qui tale Beneficium confert; nam si non adsit potestas, vel si desit voluntas, nihil omnino actum est, Rota *recent. par.* 2. *decis.* 368. & apud Farin. *tom* 1. *posth. decis.* 172. *num.* 8. Lotter. *loco cit. num* 52. Tondut. *dict. cap.* 9. *num* 7 Olivec. *loc. cit. ad dict. decis.* 434. *num.* 20. Duran. *dict. decis.* 340. *num.* 11. in qua etiam decisione dictum fuit, quod requiritur bona fides impetrantium, & scientia eorum, contra quos præscribitur status; iterum dictum fuit apud eundem *decis.* 381. & novissime *decis* 104. *numer.* 13. *part.* 10. *rec.* ibi: Collationes vero Apostolicæ de anno 1629 & 1636. *eadem Summar. num.* 3. *&* 4. non merentur allegari, cum non sint aptæ immutare statum Beneficii, nisi concurrat quadragenaria, animus, & intentio Pontificis illum immutandi, & scientia, & patientia illorum, qui ex hac status mutatione præjudicium recipiunt: quæ tamen omnia hic penitus desunt, ut notant Canonistæ *in cap. qui Beneficium de preb in* 6. tradit Lotter. *de re benef. lib.* 4. *q.* 34. *numer.* 45. *cum pluribus sequent.* & dixit Rota *in recent. decis.* 368 *part.* 2. cum aliis per Adden. ad san. mem. G. *decis.* 434. *num.* 20. idque multo minus cum facte fuerint per viam resignationis, ut firmavit Rota *decis.* 360. *sub num.* 14. *vers. qua sane provisa*, *eadem part.* 2. *recent.* & latius *in Lucana Jurispatronatus* 29. *Januarii* 1644. coram Reverendissimo P. D. Paolo Ghislerio, *§. non obstant.*

De voluntate tamen mutandi legitime constare debet, 112
cum aliàs provisiones Sedis Apostolicæ nec mutant statum Beneficii, quia Papæ intentio non præsumitur talis, ut pluries judicavit Rota, præsertim *decis.* 421. *num.* 2. *par.* 2. *rec.*

2. *rec.* & *decis.* 163. *numer.* 3. & 4. *part.* 1. *recent.* & apud Caval. *decis.* 390. *num.* 3. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 153. *num.* 5. Rota apud Carillum *decis.* 41. *nu.* 11. & apud Amatum Dunozett. 195. *numer.* 11. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 125. *num.* 12. & 224. *nu.* 17. Oliver. ad Beltr. *dict. decis.* 434. *num.* 20. Tond. *dict. cap.* 9. *numer.* 5. Mare-
113 scott. *dict. cap.* 55. *num.* 18. Corrad. *in praxi Benef. libr.* 1. *nu.* 369. Quod procedit, quando constat de anteriori statu Beneficii in casu dubio, & cum constat de certo statu Beneficii, provisiones Apostolicæ bene declarant statum Beneficii, quod scilicet antiquus fuerit similis ultimo, Rota *dec.* 93. *nu.* 19. & 20. *p.* 12. *rec.* Lodovis. *decis.* 482. Ferentill. *loco citat. num.* 6. Corrad. *dict. cap.* 1. *sub numer.* 368.
114 & attenditur ad finem firmandi statum, Ludovis. *loco cit.* Caval. *decis.* 234. Carill. *decis.* 46. *numer.* 10. sicuti etiam qualitas Beneficii bene ostenditur ex ultimo statu, Rota *in Asten. Coadiutoria* 21. *Junii* 1652. coram Celso, apud eundem 155. *num.* 10. ubi fuit dictum, quod provisio ab Ordinario facta tanquam de simplici declarat Beneficii quali-
115 tatem; cum tamen constiterit, quod Papa sciverit, & voluerit mutare statum, tunc per provisionem Apostolicam cum tali scientia, & voluntate immutatur status, Marches. *loco cit. num.* 35. Corrad. *loco citat. numer.* 370. Eminentissimus Othob. *decis.* 263. *num.* 5. Rota apud Carill. *loco citat. decis.* 41. *numer.* 11. & apud Amatum Dunozettum *decis.* 887. *num.* 5. & 6. & *decis.* 152. *num.* 13. *part.* 10. *recent.* & 93. *num.* 18. *part.* 12. si concurrant actus positivi contrarii; nam tunc etiam provisiones Apostolicæ immutant, juxta *decis.* 90. *num.* 27. *part.* 12. & optima est decisio apud Bichium 405 *supra citata*, in qua *numer.* 20. dicitur, quod ad hoc, ut provisiones Apostolicæ immutent statum Beneficii, oportet, ut probetur in Papa adfuisse scientiam præcedentis status, alias non dicitur probata voluntas immutandi illum, & ibi allegatur decisio Buratt. 636. & 8. *num.* Ludovis. 434. Attende tamen ne terminos confundas; nam licet provisiones Apostolicæ non immutent statum, nisi quando datur in Papa scientia, & voluntas; tamen hoc procedit, & intelligitur ad effectum vindicandi Ecclesiam de servitute in libertatem in patronorum prejudicium; secus vero quoad validitatem provisionis; nam sustinetur, juxta *cap. consultationibus*, ut clare
116 Rota apud Ninot *decis.* 39. *num.* 4. & 5. Collationes autem ab Ordinariis factæ non possunt immutare statum Beneficii ex defectu potestatis, Buratt. *decis.* 639. & apud Buratt. 861. *num.* 3. & 887. *num.* 4. & 210. *num.* 7. *per tot. part.* 10. *recent.* sicuti nec statum Ecclesiæ, apud eundem Dunozet. *decis.* 202. *num.* 10. & 250. & *in decis.* 405. *annot.* 14. apud Bichium.

117 Ex hactenus dictis in hac materia patet, quod expressa qualitate vel Curæ in habitu, vel manualitatis, vel regularitatis, vel patrimonialis, jurispatronatus, vel quid simile, narrativa est probanda secundum ultimum statum, secundum dicta, et per Doctores locis citatis, & adde decisionem Rotæ penes Duran. 199. sic an Vicarius sit perpetuus, vel amovibilis in Parochialibus unitis, attendi debet ultimus status, Garz. *part.* 11. *cap.* 2. *num.* 5. Tond. *part.* 2. *cap.* 1. §. 5. *numer.* 14. quod tamen in hac materia
118 omittendum non est, quod provisiones, quæ liti causam dederunt, aut lite pendente emanarunt non sunt attendendæ pro ultimo statu firmando, Duran. *decis.* 234. *nu.* 9. & *p.* 10. *rec. dec.* 210. *num.* 4. quæ est eadem apud Eminentiss. Celsum 45.

119 Ultimus vero status cum asseritur, probandus est plene, præsertim ad effectum reservationis, & præsertim si adsit provisus ab Ordinario existens in bona fide, qui per præsumptiones non est a sua possessione ejiciendus, Amayden *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 87. & 88. qui alios citat. Cum vero agitur inter provisos super validitate provisionum, semper attenditur ultimus status, & quasi possessio ejus, qui contulit, licet forsan super proprietate possessor bonum jus non foveret, ad textum in *d. cap. querelam, de elect.* & ad hunc effectum liberæ, vel non liberæ collationis sufficit semiplena probatio, Rota *par.* 14. *recent. dec.* 291. *num.* 6. & 7.

120 Narrativa, quam Orator fecit, quod a medietate patronorum præsentatus fuerit, concludenter debet probari, quia est Gratiæ fundamentum; nam cum hoc supposito Papa derogat in alia medietate, Rota apud Duran. *decis.* 100. *num.* 6 & 199. *num.* 4. & 5. apud Ludovis. *dec.* 452. *sub num.* 3. apud Buratt. *decis.* 316. & *in Aquilana jurispatronatus* 29. *Januarii*, & 4. *Junii* 1646. coram Eminentissimo Corrado, & *in Salmonen. Beneficii* 13. *Martii* 1650. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 85. *nu.* 2. & *in Imol. Beneficii* 4. *Junii* 1757. coram eodem, apud eundem 234. *nu.* 6. & *in Lucana Jurispatronatus* 17. *Maii* 1658. coram eodem, apud eundem 256. *num.* 4. & iterum in *Lucana Jurispatronatus* 6. *Junii* 1659. cor. eodem, apud eundem *decis.* 296. & *part.* 6. *recent. decis.* 295. Rota in *Comen. Jurispatronatus* coram Arguelles 7. *Febr.* 1650. *p.* 11. *recent. decis.* 10. *num.* 2. & 3. & verum in eadem causa 14. *Junii* 1652. coram Albergato *eadem part.* 11. *recent. decis.* 266. *num.* 1. & *in Sulmonen. Beneficii* coram Arguelles 10. *Martii* 1649. *part.* 10. *recent. decis.* 293. *num.* 8. & *in Mutinen. Beneficii* 28. *Martii* 1648. coram eodem Arguelles, *eadem part.* 10. *decis.* 169. *numer.* 26. Garz. *part.*
10. *cap.* 5. *de Benef.* & alii. Nota tamen, quod narrativa 121
præsentationis a medietate patronorum debet esse vera de tempore Gratiæ, ita ut cum Papa derogat tunc debeat impetrans habere talem medietatem, ut scilicet tunc fuerit præsentatus a medietate patronorum, neque sufficiat, ut postea superveniant præsentationes, Rota *in Lucana Capellania* coram Damasceno 22. *Maii* 1613. *decis.* 443. *par.* 1 *num.* 2. *recent.* & optime Rota *in Florentina Capellania* 29. *Maii* 1643. coram Amato Dunozetto, apud ipsum 344. *numer.* 20. ibi: Ex alio capite Gratia Marii non visa fuit justificata, ex quo narravit Papæ se fuisse præsentatum a medietate patronorum: & tamen bene justificatur in facto de tempore Gratiæ, ipsum non fuisse præsentatum, vel nominatum aliquo modo, cum saltem pro justificatione requireretur præcedens nominatio, vel mandatum ad nominandum, ex quo resultare potuerit consensus patronorum, juxta decisionem Achill. 12. *de jurepatronatus*, Caval. *decis.* 21. & 28. sed adverte prout annotavi in capite de Clausulis, quod adest decisio apud Bichium 419. in qua dicitur, quod Gratia Apostolica cum derogatione medietatis vocum patronorum sustinetur, quamvis tempore Gratiæ revera non adesset, quia sufficit, quod sequatur intra legitima tempora, juxta stylum Datariæ, & Cancellariæ, ea ratione, quia Papa consensum Patronorum solum considerat intra legitima tempora, & ibi adducuntur decisiones Rotæ. Et ut alias diximus, cum Papa derogat medietati patronorum, intelligitur de patronis existentibus in quasi possessione præsentandi secundum ultimum statum Rota in *dicta decis.* 256. penes Eminentissimum Celsum, & *decis.* 471. *part.* 4. *recent. tom.* 2. penes Rub. & *in Capuana Abbatia* coram Bichio 5. *Maii* 1657. Rota *part.* 10.
recent. decis. 293. *num.* 8. & 169 *num.* 27. in qua decisione 122
fuit dictum, quod Monachi Cœlestini Sulmonenses non erant in quasi possessione præsentandi, quia non præsentaverunt per 40. annos, & sic jus præscriptum, & consequenter Gratia nulla: vel illis, qui deducunt jus suum ab ultimo possessore; nam hoc sufficit pro Gratiæ justificatione, Rota apud Amatum Dunozett. 344. *num.* 4. ubi aliæ allegantur decisiones. Verum in *Sulmonen. Beneficii* 23. *Januarii* coram Peutingerio *part.* 10. *recent. num.* 20. fuit dictum, quod in hac materia nec hæres juvari poterit possessione sui auctoris, quia hæc non transit in hæredem absque possessione: hæc etiam decisio habetur penes eundem Peutingerium *dec.* 266. sufficit enim Executori alterutrum probare pro Gratiæ justificatione, Rota *part.* 13. *recent. decis.* 73. *num.* 13.

Sic etiam narrativa, quod Beneficium competat ex fundatione, & dotatione alterius familiæ omnino, & 123
concludenter probari debet, præsertim, quia addi solet clausula, *constito*, quæ facit gratiam conditionalem, & requirit plenam probationem, Duran. *decis.* 87. *num.* 137. *cum sequent.* Rota *recent. part.* 1. *decis.* 573. & 701. Rota *part.* 14. *recent. decis.* 15. & *decis.* 385. quando tamen Ordinarius non est in causa, bene probatur per utranque partia assertionem, Rota apud Dunozett. *dict. dec.* 344. *numer.* 1. & 2.

Narrativa valoris omnino justificari debet; nam regu- 124
la Cancellariæ hoc exposcit, & male, seu falso expressus reddit nullam Gratiam, & subreptitiam, ut alias diximus, & omissis aliis Rota *part.* 2. *recent. decis.* 590. *num.* 2. & *in Urgellen. Decanatus, seu Canonicatus* 29. *Novembris* 1649. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 76. *nu.* 15. quæ etiam decisio habetur *part.* 10. *recent. decis.* 353. & apud Dunozett. *decis.* 623. *num.* 1. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 15. *num.* 9. & *part.* 5. *recent. decis.* 159. *num.* 14. Garz. *part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 427. Tondut. *de pens. capit.* 61. *numer.* 2. quia narrativa valoris est pars Gratiæ, quapropter justificari debet eo modo, quo facta fuit narratio coram Executore Litterarum Apostolicarum, Bu-

ratt. decis. 18. *numer.* 9. & Rota apud Amatum Dunozett.
decis. 1007. *num.* 6. & ejus justificatio impedit executionem
Litterarum, Rota *in Majoricen. Beneficii* 27. *Junii* 1653.
coram Albergato, penes Tondut. *de pens.* 55. *num.* 1. in
125 Beneficii provisione autem motu proprio facta, quamvis
valor sit exprimendus, non tamen justificandus, Rota penes Duran. *decis.* 167. & ut alias diximus, talis narrativa
etiam debet referri ad tempus Gratiæ, Rota penes Tond.
76 *num.* 6. quæ est eadem *part.* 11. *rec. decis.* 191. Ludovis.
dec. 13. *n.* 1. *&* 319. *n.* 12. *eadem p.* 11.
126 Nunc videndum est, quomodo probatur valor expressus, & quomodo sit articulandus, seu, per quod tempus
deduci debeat; & quidem in quantum ad hanc articulationem temporis non concordant Doctores, equidem Garz.
127 *part.* 5. *cap.* 3. *a num.* a 18. qui hanc excitat quæstionem, refert tres opiniones, quas omnes probat, & ipse quartam
sententiam ponit, nempe articulandum esse per decennium
antea, & hanc dicit esse sententiam secundum morem, &
stylum Sacræ Rotæ Romanæ, & hanc opinionem sequendam, & varias adducit ejusdem Rotæ decisiones, ut videre est ipsum *a num.* 228. *usque* 242. quam etiam opinionem tenuerunt multi alii, præsertim Cocchier. *in reg.* 61.
num. 26.
128 Hanc opinionem, & regulam, quam indifferenter
Garz. tradit, Lotterius *lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 93. *cum seqq.*
restringendam esse arbitratur, & modificandam, ut locum duntaxat habeat in impetrante ob non expressum valorem; in provisis autem impracticabilem esse dicit, quia
in his non cadit terminus habilis de quinque annis ante,
& de quinque post, ut late ipse ibi discurrit; in provisis
enim quoad Gratiæ justificationem sufficere probationem
valoris per triennium antea; nam tale triennium continuo habet cohærentiam in jure æstimabilem, *leg. quicunque, Cod. de Apochis publicis, leg.* 10. & allegat plures
Rotæ decisiones, præsertim Manticæ 91. *vers. quod attinet*. Ideo Lotter. *loco citat. num.* 92. distinguendum esse
existimat inter materiam objectivam seu odiosam, & favorabilem, nec unam cum alia confundendam; nam cum
129 agitur de sustinenda pensione, vel de vacatione ob non expressum valorem, quæ est materia odiosa, & objectiva,
tunc requiratur probatio valoris per decennium antea; in
materia vero justificationis Gratiæ sufficere justificare valorem per triennium antea; & in quantum, quod impetrans Gratiam ex defectu expressionis veri valoris debeat
probare verum valorem per decennium antea, tenuit ante
Lotterium Rota penes Seraph. *decis.* 1441. *num.* 11. hanc
eadem sententiam, quod in materia objectiva debeat probari, seu articulari valor per decennium, Rota apud Eminentissimum Othob, *decis.* 172. *num.* 5. *&* 41. *num.* 12. Sic
130 ad finem sostinendi pensionem, Rota *recent. part.* 9. *tom.*
1. *decis.* 187. Burat *decis.* 383. & in his quoq; terminis loquuntur decisiones penes Amatum Dunozett. 723. *num.* 2.
& part. 12. *recent. decis.* 201. *num.* 3. *&* 4. *&* 282. *n.* 4. *&*
288. *num.* 6. *&* 298. *num.* 10. *&* 62. *num.* 10. & 13. *part.*
10. apud eundem tamen Dunozett. 542. *num.* 10. dictum
fuit, ad effectum sostinendi pensionem sufficere probationem valoris per sex annos ante, & post, & ibi allegatur
Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 23. *numer.* 23. *& in decis.* 53. apud Arguelles *num.* 22. etiam firmatur, quod Doctrinæ, & auctoritates firmantes, quod testes non deponentes per decennium non probent valorem, locum non habeant,
quando Gratia non est conditionalis, nec fundata in expressione, nec agitur de ea sustinenda, quo casu non requiritur probatio per decennium, sed tamen in materia
objectiva ad finem annullandi pensionem, in qua materia, vide Magistralem decisionem apud Bichium 213.
Et generale est, quod in omni materia objectiva valor
per decennium probari debeat, Seraph. *decis.* 485. *num.* 1.
Verum Cocchier. *in reg.* 61. *de valore nu.* 27. tenet, quod
131 si ex adverso detur regula de valore incumbit onus probandi excessivitatem valoris per decem annos ante impetrationem; & ita resolvisse Rota coram Capuraquen. 1.
Februarii 1557. & allegat etiam Paris. *quæst.* 2. *lib.* 10. *nu.*
50. & Farinac. *decis.* 550. *part.* 2. ubi scribit, valorem fructuum Beneficii probari plene, & concludenter ad effectum regulæ; secus autem si ad effectum retardandi, vel
annullandi pensionem super Beneficio impositam: quia
tunc dicit, quod sufficit levis probatio, & allegat eundem Farinac. *d. dec.* 550. & 455. *n.* 8.
132 Cæterum videtur, quod probatio valoris per ultimos
annos antea non concludat ad aliud tempus de præsenti,
Paris. *de resignatione lib.* 10. *quæst.* 2. *num.* 51. Verall. *decis.*
330. *part.* 3. Lotter. *dict. lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 57. maxime
in materia odiosa, & in probando valore pro sustinenda
pensione, ut dixit Rota *in Romana pensionis* 19. *Januarii*
1656. coram Cerro, penes Tondut. 92. *numer.* 16. in qua
fuit dictum, quod a valore anni 1610. non possit trahi
consequentia ad valorem anni 1615. licet conjectura desumi possit ex valore de præsenti in antecedens tempus, Ludovis. *decis.* 553. *num.* 5. & ibi Olivet. *num.* 15. & Rota *in eadem Romana pensionis n.* 5. excessum autem duorum, vel
trium mensium in consideratione habendum non esse, tradit ibidem Lotter. *loc. cit. n.* 59. *&* 60.
Hinc sequitur secundum Lotter. quod valor Beneficii 133
non probatur, si articulatur de eo anno, in quo obtinuit
provisionem, cum id potuerit evenire ex aliquo accidenti, nempe sterilitate, vel alio infortunio, juxta textum
in *leg. dotem*, *§. qui maximos*, *ff. de publ. & vectigalibus*,
ideo uniformem probationem necessariam docet hic Doctor per aliquot annos, ad textum, in *leg. pretia rerum*,
§. ult. ad legem falcidiam, sufficit tamen, ut fiat per tres
annos, ut jam notatum est. Hæc, & alia Lotter. *loc. cit.*
num. 61. *&* 62.
Hæc Doctrina Lotterii intelligenda est sano modo;
nam valor etiam debet percutere tempus Gratiæ, prout dixit Rota *in Compostellana Parochialis* 21. *Februarii* 1650. 134
coram Amato Dunozetto, apud eundem 848. Idem dicendum est, quod testes deponere debent de illo, & antea simul, ita ut non sufficiat solum de illo tempore præterito,
sed uniformiter debet esse depositio, quia potest esse augmentum, vel detrimentum ea tempore productum; & ita
expresse tenet idem Lotter. *loco cit. n.* 56. ubi docet, quod
justificatio debet concludere ad tempus gratiæ, de tempore autem pecuniariæ valoris narrativa probari nequit, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 196.
Quomodo autem probandus sit valor Beneficiorum, videndum nunc est; siquidem in quantum attinet ad proban- 135
dum narrativam valoris Beneficiorum jam obtentorum,
quæ necesse fieri debet, ut jam dictum est, levioribus quidem probationibus facienda est, & quælibet levis probatio sufficit, quia talis expressio non ad alium finem jubetur, nisi ne una persona plura obtineat Beneficia, atque
Ideo talem qualem, ac levissimam probationem sufficere
pluries dixit Sacra Rota apud Seraph. *decis.* 224. *&* 1199.
apud Coce. *decis.* 458. apud Ludovis. *decis.* 13. 84. 78. *n* 6.
ubi etiam dixit, quod debet esse perfecta in suo genere,
quod iterum repetiit Rota *part.* 2. *decis.* 27. & per duos te- 136
stes de auditu, Rota *part.* 4. *recent. tom.* 2. Rub. *decis.* 91.
atque ex uno teste, Rota in *Gerunden. Beneficii* 11. *Martii* 1648. coram Eminentissimo Celso, penes ipsum *decis.*
31. *num.* 11. ubi aliæ allegantur decisiones, Rota *in Placentina Beneficii* 27. *Maii* 1656. coram Ghislerio *part.* 10.
recent. decis. 62. *numer.* 27. & de quali probatione iterum
Rota *in Placentina Beneficii* 15. *Junii* 1648. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 45 *num* 13. *& in Firmana Beneficii* coram Bichio 23. *Maii* 1653. apud Tondut.
post tract. de pens. 42. *nu.* 3. & penes eundem Bichium 538.
& in *Imolen. Decanatus* 1. *Decembr.* 1651. coram Verospio, *num.* 10. *part.* 11. *decis.* 103. sic quod in materia
sufficiat levis probatio, Rota apud Burati. *decis.* 255. *nu.*
13. apud Cavall. *decis.* 33. *num.* 3. *& part.* 1. *rec. decis.* 572.
& part. 3. 512. *& in Asten. Coadiutoria* 21. *Junii* 1652. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 155. *n.* 8. Garz.
de benef. part. 6. *cap.* 2. *num.* 167. Lotter. *libr.* 3. *quæst.* 20.
num. 66. *cum seqq.* qui etiam dixit sufficere dictum unius
testis deponentis de fama, Rota apud Arguell. *decis.* 53.
num. 16. Vel si fiat probatio per Litteras familiares, & allegat Rotæ decisionem *in Tirasonen Capellaniæ* 28 *Novembris* 1608. & Rota *in Viscen. Parochialis* 20. *Junii* 1650.
coram Bichio *p.* 11. *rec. dec.* 59. *nu.* 5. dixit etiam quod valor obtentus probatur ex unico teste deponente de publica
voce, & fama, juncto quovis alio adminiculo, & Rota
in Corduben. dimidiæ portionis coram Meltio, *p.* 11. *dec.*
319. *n.* 15. dixit, quod etiam minor probatio, quam semiplena sufficiat, quod etiam dixit eadem Rota *p.* 14. *rec.* 137
decis. 292. *num.* 11. Hæc vero probatio non est necessaria,
quando adest Decretum de dimittendo, sicuti nec narrativa valoris, Seraph. *dec.* 1393. *n.* 2.
Cum vero tractatur de probando valore pro justificatione Beneficii, quod tunc impetratur, licet tunc expressio requiratur ad finem, ne fraudetur solutio annatæ; at- 138
tamen non est credendum, quod pro modica solutione
quis se voluerit exponere periculo amittendi totam Gratiam, cum per malam expressionem in Regula de expri-
mendo

mendo valore tota annullatur provisio: ideo quasi com-
muniter dixerunt nostri Doctores, quod sufficiat semi-
plena probatio, Ludovis. *decis.* 35. Lotter. *d. lib.* 3. *qu.* 20.
a num. 74. *cum seqq.* sed hoc indiget majori explicatione;
siquidem narrativa dupliciter fieri potest, vel negative
per non excessum, vel affirmative per ascensum: unus
139 enim modus ab alio differt, nec ab uno ad aliud infertur;
nam narrativa valoris facta per non excessum non proba-
tur per probationem de ascensu, nec per testes deponen-
tes per excessum, & vice versa, Seraph. *decis.* 1017. *&*
1467. Ludovis. *dec.* 147. *&* 353. *num.* 4. & ibi Oliver. *nu.*
16. *& part.* 4. *decis.* 5. *&* 684. Rota *recent. par.* 2. *dec.* 37.
& 443. Buratt. *dec.* 769. *num.* 7. & Rota penes Eminentiss.
Othob. *decis.* 221. *num.* 41. Duran. *decis.* 172. *nu.* 1. Mer-
lin. *decis.* 237. *num.* 4. *in Mediolanen. Capellaniæ* 22. *Ju-*
nii 1657. coram Eminentiss. Celso, penes eundem 239. *n.*
9. Rota *in Valentina Rectoriæ* 31. *Junii* 1652. coram Bichio
part. 11. *recent. decis* 191. & penes Tondut. 76. *num.* 4. *&*
in Gerunden. Prioratus 8. *Martii* 1649. coram eodem, &
apud eundem 378. *numer.* 3. *& in Grossetana pensionis* 3.
Martii 1651. coram Dunozetto, apud ipsum 880. & pe-
nes Tondut. 43 *post tract. de pens.* Rota *part.* 11. *rec. dec.*
369. *num.* 13. & apud Guilielmum Dunozettum *decis.* 37.
num. 5. & apud Amatum 633. *nu.* 8. *&* 9. quæ decisio fuit
in Perusina Parochialis 11. *Julii* 1641. *&* 776. *numer.* 14.
Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 33. & quilibet
140 excessus verificatur in expressione facta negative per non
excessum; quod secus est cum per ascensum facta est nar-
rativa, optime Rota penes Merlin. *decis.* 237. *tom.* 5. *in*
Compostellana Coadiutoria coram Zarate 9. *Maii* 1653.
part. 10. *rec. dec.* 313. *n.* 5. *cum seqq.* & est penes ipsum 34.
Amayden *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 62. quod etiam potest intelligi jux-
ta decisionem Duran. quia si testis deponeret per hæc ver-
ba: v. g. *puo valore il detto Beneficio fendi* 40. tunc vide-
141 tur deponere de summo valore, ad quem fructus possunt
ascendere, & non excedere, & sic de negativa implicita,
ut videre est dictam decisionem Rotæ penes Durand. 172.
142 Cum enim valor exprimitur per non excessum, ut com-
muniter fieri solet, & talis est stylus, non exigitur tam
exacta probatio, & plena, sed sufficit semiplena, Rota
apud Mantic. *dec.* 138. apud Cavall. 533. *& in Calagurita-*
na præstimonii 10. *Maii* 1649. *vers. probatur etiam*, co-
ram Eminentiss. Othob penes eundem 172. *& in Burgen.*
Beneficiorum 31. *Januarii* 1652. coram Eminentiss. Celso,
penes eundem 138. *n.* 5. *&* 175. *nu.* 2. *&* 282. Rota *in Pla-*
centina Beneficii 27. *Maii* 1647. coram Ghislerio, *part.*
10. *recent. decis* 62. *num.* 6. quæ decisio est magistralis in
materia valoris probandi in provisionibus Beneficiorum,
& *in Valentina Parochialis de Moncada* 28. *Junii* 1648. co-
ram Eminentiss. Cerro *eadem part.* 10. *recent. decis.* 107.
num. 12. ubi plurimæ allegantur decisiones, & *in Eugubi-*
na Coadiutoria 3. *Junii* 1650. coram eodem Eminentiss.
Cerro *part.* 11. *recent decis.* 48. *nu.* 26. *& in Mediolanen.*
Beneficiorum coram Eminentiss. Celso 24. *Januarii* 1654.
part. 11. *rec.* 331. & apud eundem 175. *in principio*, *&*
decis. 48. *num.* 26. *&* 59. *num.* 5. *dict. part.* 11. *&* 10. *decis.*
274. quia non est fundamentum Gratiæ, Garz. *de benefic.*
part. 5. *cap.* 3. *num.* 198. Lotter. *lib.* 3. *qu.* 20. *nu.* 76. Cor-
radus *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 33. Amayden *libr.* 1.
c. 6. *n.* 61.
143 Ideo dicunt, quod testes de publica voce, & fama pro-
bant valorem expressum per non excessum, & sufficiunt
pro Gratiæ justificatione, Mant. *loco cit. dict. decis.* 138.
Ludovis. *decis.* 78. *num.* 3. *&* 471. *num.* 10. Seraph. *decis.*
962. *num.* 2 Durand. *decis.* 438 *num.* 3. *&* 4. *&* 85. *nu.* 4.
& 234. *num.* 4. *&* 244. *num.* 3. & Rota *in dict. Calagurita-*
na præstimonii 10. *Maii* 1649. coram Eminentiss. Othob.
vers. probatur, & penes Tondot. 56. *post tract. de pens. &*
in d. Burgen. Beneficiorum coram Eminentissimo Celso,
penes eundem 138. *num.* 4. *& in Beneventana Canonicatus*
coram Zarate 4. *Maii* 1654. penes ipsum 57. *nu.* 8. Rota
in Montisfalisci Canonicatus 28. *Junii* 1655. coram Bichio,
par. 12. *rec. decis.* 71. *n.* 6. *cum seqq.* apud Peutinger. *decis.*
347. *nu.* 15. apud Arguelles *decis.* 4. *nu* 5. *&* 11. apud Zara-
tam 66. *num.* 5. & alibi sæpe, Cocchier. *d. reg.* 61. *sub nu.*
27. Lotter. fama non debet esse vaga: & multo magis pro-
144 batur valor, cum testes deponunt de fama, & credulita-
te, quia dicunt videre illud, quod per famam sciunt pu-
145 blicam, Durandus *loco cit. dec.* 38. *nu.* 4. *&* 5. Ideo enim
fit, quod in probando hujusmodi valore per non exces-
sum probationes conjunguntur, Rota *in d. Beneventana*
coram Zarate *loco cit.* in ultimis verbis dicti numeri, & *in*
altera Beneventana Canonicatus coram Bichio *die* 8. *Febr.*
1647. *n.* 6. apud ipsummet Bichium *decis.* 286. *& dict. dec.*
62. *n.* 23. 24. *&* 25. & aliis allegatis decisionibus, & apud
Zaratam 56. *n.* 10. & semper, quando Gratia non est funda- 146
ta super expressione valoris, valorem alioquin expressum
sufficit probare semiplene, Rota apud Ninot. *dec.* 79. *n.* 7.
Quapropter licet testes deponentes de valore causam
scientiæ reddere debeant, alias non esset probatio semi- 147
plena, nec esset perfecta in suo genere; tamen hæc pro-
batio sic imperfecta, si cum alio adminiculo conjungitur,
fit sufficiens, Lotter. *dict. quæst.* 20 *num.* 78. & citat Ludo-
vis. *decis.* 143. *num.* 2. & Buratt. *decis.* 81. *nu.* 2. *& in Am-* 148
purien. Beneficii 31. *Maii* 1624. coram Burato, verum
Ludovis. loquitur, quando unicus testis deponit: sic et-
iam ex testibus deponentibus ad futuram rei memoriam
examinatis, adminiculatis tamen cum aliis adminiculis,
ut in *d. decis.* penes Eminentissimum Celsum 175. *num.* 1.
in qua fuit dictum, quod valor expressus per non exces-
sum in ducatis 60. & 24. fuerit justificatus per tres testes exa-
minatos ad futuram rei memoriam una cum attestatione
Curiæ, & Rota in *d. decis.* 62. *num.* 15. ubi citatur decisio
in *Aquilana Canonicatus* 28 *Junii* 1645. coram Royas, &
in *Burgen. Beneficiorum* 26. *Januarii* 1654. coram Eminen-
tissimo Celso, apud eundem 175. *in principio*, dicitur,
quod valor probatur ex testibus examinatis ad perpetuam
rei memoriam, cum sunt bene informati, & deponunt
deductis oneribus, & adminiculatis aliis adminiculis, ut
ibi; est etiam hæc *decis. p.* 11. *dec.* 331.
Pari ratione licet unicus testis non sufficiat, nec faciat 149
probationem, quia dictum unius dictum nullius, tamen
cum talis depositio adminiculatur, & jungitur aliis admi-
niculis, probat sufficienter valorem, Mant. *decis.* 81. *n.* 2.
Ludovis. *decis.* 143 *num.* 2. Duran. *dec.* 172. *nu.* 4. Rota *in*
Corduben. dimidiæ pensionis 20. *Junii* 1653 coram Meltio
part. 11. *rec. decis.* 319. *nu.* 13. ac eandem affert Tood *post*
tract. de pens. dec. 87. & iterum Rot. *in dict. Montisfalisci*,
coram Bichio *part.* 12. *decis.* 71 *num.* 20. *&* 11. *& dec.* 14. 150
nu. 7 *p.* 10. & habetur penes ipsum 645. nisi adsit fumus de
majori valore; nam tunc non sufficit, nec probatur valor
per unicum testem, Buratt. *dec.* 269. *n.* 8.
Testes debent deponere per actum, seu modum nega-
tivum expressum in Litteris, & informati debent reddere 151
rationem dicti, ut valor expressus probetur, Rota in
Placentina Beneficii coram Eminentissimo Celso, apud eun-
dem 45. *num.* 11. & iterum apud eundem Eminentissimum
Celsum *decis.* 70. *num.* 5. & in *Gerunden. Prioratus* 29 *Ja-*
nuarii 1646. coram Bichio, penes ipsum 244. *n.* 18 *&* 19.
si enim testes non essent informati, & dixerint se ignorare
qualitatem Beneficii, utique valorem non probarent, jux-
ra decisionem Rotæ apud Seraph 1462. *num.* 4. Marescott.
lib. 2. *cap.* 1. *num.* 67. Lotter. *in puncto loco citat. numer.* 85. 152
Quapropter testis, qui non fuit in loco Beneficii, illius va-
lorem deponere nequit, Seraph. *decis.* 102. *num.* 5. si ta-
men testes super interrogatoriis negent se esse informatos
de redditibus per ascensum, non per hoc eliditur eorum
testimonium quoad non excessum de quo assertive depo-
nunt de publica voce, & fama, juxta decisionem coram
Peutinger. 347. *num.* 16 nec per testes, qui nesciunt one-
ra, Rota *decis.* 736. *part.* 2. *rec.* nam debent deponere de- 153
ductis oneribus, Rota *part.* 2. *rec. dec.* 196. Ludovis. *dec.*
357. Rota apud Bichium 594. *n.* 12. ut alias non putat Lu-
dovis. *dec.* 411. & ita censetur deponere idem *dec.* 273. te-
stes autem deponentes de summo valore, ad quem fructus
ascendunt, concludere videntur per non excessum, Rota 154
dec. 71. *n.* 13. *p.* 13. *rec.* sed in *dec.* 144. *n.* 20. penes Bichium
dicitur, quod testes deponentes de valore affirmativo per
ascensum non justificant narrativam valoris per non exces-
sum: cum autem deponunt in totum, & per totum, vi-
dentur deponere per non excessum, Rota *decis.* 394. *n.* 8.
part. 12.
Nec testis de simplici auditu probat valorem Beneficii,
Seraph. *decis.* 102. Lotter. *loco cit. n.* 84. Rota apud Ama-
tum Dunozettum *dec.* 694. *n.* 3. Testes, qui se referunt ad 155
arrendamenta, vel qui deponunt de valore secundum ar-
rendamenta non probant valorem Beneficii, ut in *d. dec.*
Seraph. 102. *n.* 1. Lotter. *loco cit.* quia valor Beneficii non 156
probatur per talem probationem per arrendamenta, cum
arrendamenta nunc minuunt, nunc augent valorem, sic
non est certa, ut in aliis terminis Rota apud Posth. *decis.*
317. *n.* 6. in puncto Ludovis. *dec.* 359. *n.* 7.
Quando tamen testes variant deponendo de valore, tunc 157
eligitur media via, Rota *p.* 2. *rec. decis.* 196. & deducitur
proba-

probatio per pretium medium, Rota penes Eminentiss. Othob. dec. 221. n. 7.

158 Dictum autem testis debet percutere utrunque tempus præteritum, & præsens per verbum *fuit*, & *est*, Ludovis. decis. 359. num. 8. Lotter. dict. quæst. 20. num. 81. nisi tamen ex circumstantiis, vel facti qualitate utrunque concluderetur, Gonzalez gloss. 9. num. 94. Belt. ad Ludovis. decis. 227. num. 10. Lotter. loc. cit. in d. autem decisione Montisfalisci Canonicatus, de qua supra numer. 8. dictum fuit probatum esse valorem per non excessum etiam si testes non percutiant tempus vacationis Beneficii; sic etiam dicitur in decis. 53. numer. 16. apud Arguelles, in qua dictum fuit, quod licet testes non deponant percutiendo tempus Beneficii, si tamen deponant super articulis, in quibus articulatur valor de tempore vacationis, bene probant; nam recipiunt interpretationem ab eisdem articulis; & quod testes debeant deponere de valore secundum tempus Gratiæ, Rota apud Zaratam dec. 115. n. 23. & apud Bichium 378. nu. 2. præsertim ad convincendum Gratiam de subreptione, Rota apud eundem Bichium dec. 479. num. 8. & 594. n. 14.

159 Probaturque quoque valor ex antecedentibus provisionibus factis cum expressione similis valoris, Rota *in Beneventana Canonicatus* 8. *Febr.* 1647. coram Bichio, & in alia etiam *Beneventana* coram Zarata, penes Tond. 8. num. 6. Rota *in d. Eugubina coadiutoria* coram Eminentiss. Cerro part. 11. recent. decis. 48. num. 25. & 274 n. 8. & 9 licet tamen Rota part. 3. lib. 3. divers. decis. 16. nu. 7. tenuerit, quod expressio facta ab antecessore non probat valorem Beneficii, quam sequitur Lotter loc. cit. num 101. & Rota penes Eminentissimum Celsum decis. 45. numer. 12. quæ decisio etiam habetur part. 10. decis. 210. dixit, quod tales provisiones deserviunt ad adminiculandum valorem, & iterum Rota *in d. Placentina Beneficii* 62. nu. 18. 19. 20. & 21. & Rota part. 10. rec. dec. 14. num. 7 & *in Beneventana Canonicatus* coram Zarate 4. *Maii* 1654. num. 6. penes Tondut. post tract. de pens. 8. & penes ipsum 57. & iterum Rota apud Nimot. dec. 79. num. 6. dixit, quod talis expressio deservit ad comprobandum veritatem narrativæ. Verum in decis. 456. part. 13. recent. tenuit Rota, quod probatur valor ex antecedentibus provisionibus.

160 Probatur etiam valor ex instrumento fundationis, Rota *in Majoricen. Beneficii* 27. *Junii* 1653. coram Albergato, penes Tond. 55. aliqua etiam decisione fuit dictum, quod ad dictam probationem nec testes de auditu deponentes non deductis omnibus probant, nec de publica voce, & fama contra instrumentum fundationis.

161 Item optime probatur ex confessione alterius partis venientis ab eadem vacatione, cum in ejus impetratione dictum valorem expresserit, Garz. de benef. par. 5. cap. 3. n. 208. Buratt. dec. 300. Merlin. 157. n. 14. Duran. dec. 114. num. 7. & 237. num. 6. Rota apud Eminentissimum Celsum decis. 155. num. 7. & 31. nu. 2. & 50 & 314. & penes Tondut. de pens. 42. num. 3. & 46. num. 9 & 47. num. 4. & 71. num. 2. & part. 11. recent. decis. 59. num. 3. & 254. nu. 4. & part. 10. decis. 357. n. 10. & apud Amatum Dunozettum 344. num. 7. & 575. num. 17. & 611. n. 4. & 766. num. 13. & apud Guilielm. Dunozettum 92. num. 8. & 307. num. 5. & part. 12. decis. 75. num. 7. & 168. num. 4. part. 10. apud Peuringer. decis. 420. num. 3. & apud Zaratam decis. 116. nu. 8. & part. 14. rec. decis. 117. num. 21. & alibi sæpe, & passim admittit Sacra Rota.

162 Ex locationibus bonorum Beneficii verus valor non probatur juxta decisionem Rotæ, penes Ludovis. dec. 147. n. 2. bene tamen locationes deserviunt post adminicula, Rota penes Eminentissimum Celsum dec. 45. n. 12. & Rota in d. dec 62. n. 22. p. 10. dixit, quod locationes probant junctis aliis adminiculis, & iterum in dec. 210. n. 11. & simul cum aliis prostant præsertim valorem obventorum, Rota penes Bichium dec. 410. nu. 10. & in dec. 535. nu. 7. apud eundem dicitur absolute, quod ex locationibus non probatur valor Beneficii.

163 Taxa librorum Cameræ non probat verum valorem, secundum eundem Ludovis. decis. 13. num. 4. Lotter. loco citat. num. 101. Corrad. libr. 3. prax. benef. cap. 7. num. 31. & 32. licet probet valorem obventorum, junctis aliis adminiculis, Rota penes Eminentissimum Celsum in d. dec. 155. quæ etiam habetur part. 11. recent. decis. 181. numer. 7. at in Beneficiis taxatis in libris Cameræ non habere locum regulam de exprimendo valore, dixit Amaydem lib. 1. capit. 18 §. 2. num. 20. & in Beneficiis, quæ providentur per Consistorium expressio fit juxta taxam librorum Cameræ, etiam si taxa non exprimat verum valorem, Amayden loco citat. §. 2. num. 14. & 17. Tondut. in quæst. benef. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 13. & satis est exprimere valorem taxatum in libris Cameræ, Valerius in differentiis vers. loci verbo subreptio, disp. 3. Pasqual. in decis. moralibus Canonicis decis. 504. num. 2. qui docet verum valorem exprimi 164
debere in Beneficiis non taxatis. Quamvis tamen locationes, vel taxa librorum Cameræ, verum probet valorem, attamen sufficiunt ad excusandum de dolo, & excusant ne incurratur in pœnam regulæ, Lotter. loco citat. num. 101. & citat Belt. ad Ludovis. decis. 490. attamen Ludovis. in d. decis. num. 5. dicit, quod taxa non excusat a mala expressione valoris, & optime ponderat Corrad. lib. 3. cap. 7. prax. benef. num 32. modicus tamen excessus non habetur in con- 165
sideratione, Lotter. loc. citat. num. 104. & semper Rota solet relaxare sextam partem, Gautiel cons. 200. num. 13. lib. 1. Rota apud Mant. decis. 182. num. 4. & *in Conchen. pensionis* 13. *Junii* 1648. coram Eminentissimo Corrado, & *in Asculana jurispatronatus* coram Merlino 1. *Julii* 1650. par. 11. recent. decis. 73. num. 41. & apud Amatum Dunozett. 880. & *in Mediolanen. Beneficiorum* 26. *Januarii* 1654. coram Celso, penes eundem 175. nu. 3. & *in Firmana jurispatronatus* 20. *Novembr.* 1658. coram Priolo part. 12. recent. decis. 394. num 9. ubi aliæ multæ allegantur Rotæ decisiones, sicuti in valore incerta non computantur, nisi fuerint solita locari; nam tunc computantur secundum illam quantitatem, qua locari consueverunt, Garzia d. part. 5. capit. 3. numer. 115. præsertim in materia objecti- 166
va, ut nuper dicemus. Punctum tamen defertur arbitrio Executoris, an, & quando dicatur probatus valor expressus per non excessum, Rota part. 12. decis. 71. num. 15 & decis. 62. numer. 22. Ferentill. ad Baratt. decis. 538. sub num. 22. Rota apud Bich. decis. 378. num. 1. & 645. numer. 15.

Et notes, quod licet Curiales invenerint illam clausu- 167
lam, *cum potestate addendi, & minuendi, & quod verior valor habeatur pro expresso*, vigore cujus augeri, vel minui potest valor: attamen hæc clausula, ut alias credo quod diximus, expirat Litteris expeditis, Rota *in Pistorien. beneficii* 28. *Junii* 1647. coram Melito part. 10. rec. dec. 108. n. 12. & si verus valor in Litteris non fuerit expressus, Gratia efficitur nulla, & subreptitia, ut diximus, nec juvari potest, quod in supplicatione adsit hæc clausula, Gonzalez gloss. 15. §. 2. nu. 77. Lotter. dict. qu. 20. nu. 65. Tond. de pens. cap. 61. num. 5. & 6. Vide etiam de hac re Rotæ de- 168
cisionem part. 12. decis. 75. num. 8. in recent. Imo non possunt expediri novæ Litteræ cum augmento, sed narrativa majoris valoris in vim primæ supplicationis, in qua non fuit declaratum, juxta reg. Cancellariæ 65. Rota in d. 108. n. 11. ultra quod dicta clausula non se extendit ultra tertiam partem, Seraph. dec. 1393. n. 4.

In multis Regnis, & Provinciis, adsunt concordata, 169
ut exprimatur valor Beneficiorum in ducatis viginti quatuor auri de Camera, ut est in concordatis Germaniæ, Hispaniarum, & Galliæ, Cocchier. reg. 61. de exprimendo valore num. 21. Tondut. part. 2. quæst. 9. benef. cap. 3. §. 6. num. 12. tomo 1. Amayden lib. 1. cap 18. §. 3. numer. 20. Laurentius Nicolars in prax. benef. ex concordatis Germaniæ titul. 2. de annatis §. 2. fol. mihi 169. & quam sæpissime Rota, præsertim apud Zaratam decis. 88. a n. 17. cum seq. Rota apud Amatum Dunozett. dec. 37. n. 4. tenuit, quod ex quo Canonicatus Germaniæ consistunt in distributionibus quotidianis, non egent justificatione, quod tamen intelligitur quoad effectum solvendi annatam, non tamen 170
quoad obligationem exprimendi verum valorem, Rota *in Cameracen. Canonicatus* 20. *Novembris* 1614. coram Melino, penes Tondut. loc. cit. n. 23. Rota decis. 75. n. 15. & 16. part. 12 sic etiam cum adest consuetudo exprimen- 171
di, & stylus in Dataria pro aliquibus partibus, tunc sufficit exprimere secundum stylum, Rota part. 11. decis. 163. num. 8. & 9. & dict. decis. 75. par. 12. num. 18. Rota *in sæpe allegata Leodien. Canonicatus* coram Verospio 28. *Junii* 1655. p. 12. decis. 69. & sufficere expressionem factam secundum consuetudinem Provinciæ, dixit etiam Rota apud Zaratam dec. 88. n. 20.

Et cum sit expressio in ducatis 24. auri de Camera secundum communem, quæ ut dicit Amayden cap. 6. n. 66. sit in omnibus impetrationibus ex capite vacationis per 172
obitum, sive alio certo modo, & in resignationibus simplicibus, tunc licet hic valor, ut satis dictum est, semiplene sufficit probari, tamen oportet, ut talis fiat probatio, licet nullus id neget, vel aliquis non adsit contradictor,

aut extrajudicialiter procedatur ; nam semper probatio
fieri debet, & constare necesse est de valore expresso, li-
cet extrajudicialiter agatur, ne fiat fraus regulæ, optime
Lotter. *dict. quæst.* 20. *num.* 53. & 54. Viginti quatuor te-
174 men auri de Camera faciunt scuta triginta octo cum dimi-
dio monetæ Romanæ computato valore, sicuti in Julius
sexdecim, & bajocchis duobus, quia ducatus Cameræ
consistit in scuto aureo stamparum, & emitur Julius quin-
decim, & bajocchis duobus, in puncto Rota in *d. Asca-
lana jurispatronatus* coram Meltio *part.* 11. *recent.* 73. *nu.
numer.* 11. *in fine*, monetæ autem Regni hujus Neapolis
dicta scuta viginti quatuor faciunt quadraginta duos du-
catos plus, vel minus; quare autem fiat expressio secun-
dum valorem auri de Camera, respondet Corrad. *loc. citat.*
quia attendi debet locus concedentis, ne contingat fraus
committi. Vide ipsum *loco citat.* Justificari ergo debet va-
lor, ut gratia justificata remaneat, Rota *recent. part.* 2.
dec. 738. & aliis sæpe: non tamen indigere justificatione,
175 quando valor fuit expressus cum clausula, *forsitan*, dixit
Rota *in Regien. Beneficii* 6. *Martii* 1651. coram Peutinge-
176 rio *part.* 11. *rec. dec.* 119. Quandoque vero valor Benefi-
cii concludenter probari debet etiam si nullus adsit con-
tradictor, & contingit cum Gratiæ est fundamentum, ex
pluribus Amayden *loco cit.* Rota p. 10. *rec. dec.* 357. *n.* 22. &
seq. & apud Eminentiss. Othob. *dec.* 221. & alibi sæpe.

177 Hæc in quantum ad narrativam valoris expressi negati-
ve per non excessum. Quando vero exponitur affirmative
per ascensum ad aliquam summam, (quæ expressio ita fie-
ri solet in omnibus resignationibus cum pensione, Amay-
den *loco cit. num.* 67. cujus rei assignat rationem: quia cum
Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 13. requirat, ut re-
maneant mille pro Episcopo, & centum pro Rectore, &
in Dignitatibus, & Canonicatibus Dataria non admittat
resignationes, nisi concurrant duo, primum, quod re-
signanti remaneat unde commode vivere possit, & resi-
gnatario tantum obveniat, ut Dignitatem cum decore su-
stinere valeat, & licet detur casus, quo resignatarius sit
dives, adeo, ut Dignitatem honorifice sustinere valeat
non ex Ecclesiæ proventu, sed ex patrimonii reditu, ni-
hilominus Dataria cogitat casum, quo resignatarius dece-
deret pensionario superstite, & Dignitas, sive Canonica-
tus esset conferendus idoneo, sed pauperi; ideo requirit,
ne pensione fructus Dignitatis, sive Canonicatus exhau-
riantur, ne videlicet Dataria astringatur conferre diviti
minus habili, quam pauperi valde idoneo, & ideo requi-
rit expressionem valoris per ascensum. Hæc Amayden.

178 Tunc alter regula constituenda est, & dicendum est,
quod valor affirmative narratus concludenter sit proban-
dus, quia est fundamentum Gratiæ, Rota *part.* 2. *recent.*
444. & *decis.* 684. *part.* 4. *divers.* & 381. *num.* 2. *part.* 1.
etiam divers. & 550. *part.* 1. *recent.* Seraph. *decis.* 109. *nu.*
2. Buratt. *decis.* 437. Garz. *part.* 1. *cap.* 5. *de benef. nu.* 975.
Amayden *loco cit. n.* 61. & citat alias decisiones, Tondut.
de pens. cap. 14. *num.* 12. & post scripta, Rota *in Romana
pensionis* 19. *Januarii* 1646. coram Eminentissimo Cerro,
apud Tondut. *post tract. de pens. decis.* 92. *num.* 11. & apud
Amatum Dunozettum 58. *num.* 1. & *in Conchen. pensionis*
21. *Maii* 1649. coram Eminentiss. Corrado *part.* 10. *rec.
decis.* 306. *num.* 2. & 3. ubi aliæ Rotæ decisiones allegan-
tur, & iterum in eadem *Conchen. pensionis* coram Bichio
24. *Februar.* 1650. apud eundem 410. quem vide, & in
Lucana pensionis 17. *Maii* 1616. coram Meltio *part.* 12.
recent. decis. 178. *nu.* 11. 12. & 13. & *in Hipporegien. pen-
sionis* coram eodem 187 *p.* 12.

179 Igitur in probando valore respectu validitatis pensionis
reservatæ super Beneficio resignato ad favorem resignan-
tis, tunc in primis valor debet esse certus tempore reserva-
tionis pensionis, ut diximus alias, & in puncto Rota *in
Parmen. pensionis* 25. *Junii* 1627. coram Merlin. & *in Corio-
nen. pens.* 24. *Januarii* 1646. *vers. nec ob id* coram Verof-
pio, & *in d. Grossetana pens.* 3. *Martii* 1651. coram Du-
nozetto, penes eundem Amatum Donozett. *decis.* 880.
idem Tondut. *de pens. cap.* 14. *num.* 20. Rota penes Posth.
tract. de manutenendo decis. 276. quæ narrativa de vero va-
lore ideo opus est, ut exprimatur: quia cum agitur de pen-
sione, quæ reservatur super fructibus Beneficii pleni, Pa-
180 pa non habet plenam certitudinem valoris, & alioquin
vult scire valorem punctualem; qua propter consuevit ap-
poni in Litteris illa clausula, *ut asseris*, quæ facti dubieta-
tem demonstrat in concedente, & conditionem importat,
& æquivalet ac si dictum esset, *si ita est*, Lotter. *de re be-
nef. lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 1. Rota *in dict. Conchen. pensio-
nis vers. eoque magis*, & in *Trejana pensionis* 14. *Maii* 1629.
coram Queipo, penes Posth. *post tract. de manutenen. dec.*
316. & *in d. Grossetana pensionis nu.* 2. & 3. apud Dunoz.
880. & *in d. Romana pensionis* coram Eminentissimo Cer-
ro, penes Tondut. *quæst.* 2. *num.* 12. Barbos. *in prax. exi-
gendi pensionem part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 5. *vers. similiter con-
ditionalis*, quare Gratia, seu provisio stat in suspenso, 181
donec per necessarias probationes purificata fuerit condi-
ctio prædicta, ut dicitur in *d. Grossetana pensionis sub n.*
3. ubi aliæ decisiones allegantur, præsertim penes Mar-
ches. *de commiss. part.* 2. *fol.* 515. & 516. quod idem impor-
tat clausula, *ut asseris*, punctualiter Rota *in dict. Romana
pensionis* coram Eminentissimo Cerro, penes Tond. *quæst.*
2. *num.* 11. & optime etiam fuit dictum in *Lucana pensionis*
17. *Maii* 1656. coram Meltio 178. *n.* 14. & 15. *p.* 12. ibi.
Et eo concludentiorem probationem requiri firmat *d. dec.*
R. P. D. Albergati, quia agitur de pensione reservata sine
causa, & Beneficio pleno, quo casu cum Papa non potue-
rit aliunde certam habere notitiam valoris mandavit appo-
ni clausulam, *ut asseris*, quæ facti dubietatem in conce-
dente demonstrat, & insimul præsefert conditionem, quę
imponit impetranti majorem, atque strictiorem obligatio 182
nem plene, & concludenter probandi hujusmodi valorem,
ut Rota resolvit in *Conchen. pens.* 21. *Maii* 1649. *vers.* ideo-
que adjecta fuit clausula, coram Eminentissimo Corrado,
& *in d. dec. Grossetana pens.* 3. *Martii* 1651. §. *maximam*,
coram Rever. D. meo Decano, & *dec.* 316. *n.* 3. post Mo-
der. Perus. *de manuten.* Hæc ibi: sed videtur contra hæc scri-
pta urgere decisio Rotæ *in Segobien. pensionis* 4. *Julii* 1657.
coram Verospio *p.* 12. *rec. dec.* 288. *nu.* 9. & 10. quod pen-
sionarius non tenetur ad justificationem valoris, nec nar-
rativæ, quamvis in Literis fuerit apposita clausula, *ut as-
seris* : & ponit rationem, quia hæc clausula nullatenus
Gratiam conditionalem constituit; sed adverte, quod in
illa decisione agebatur inter titularem, & pensionarium
pro consecutione pensionis, & cum titularis consenserat,
pensionarius ad aliud non tenebatur, quod diversum est a
nostra materia.

Sequitur etiam clare, quod cum valor fuerit expressus 183
conditionaliter debeat bene, concludenterque probari af-
firmative contestando, quod reditus ascendunt ad talem
summam, nempe ad expressum, Rota *dec.* 380. & 381.
p. 1. *divers.* 684. *par.* 4. *divers.* & 444. *par.* 2. *recent.* Add.
ad Ludovis. *decis.* 272. *num.* 10. Tondut. *de pens. cap.* 14.
num. 18. Nec ut diximus hoc casu valor probari potest per 184
probationem negativam, deducendo illum per non ex-
cessum, ut in puncto Rota *d. par.* 4. *divers. dec.* 684. & *in
d. Grossetana pensionis* coram Dunozetto, *numer.* 7. & *in
supradicta allegata Perusina Parochialis* 11. *Julii* 1641. co-
ram Amato Dunozetto, penes ipsum 633. *n.* 8. & 9. Nec
sufficit expressio facta per titularem in supplicatione, si-
cut nec probat expressio facta in reservatione pensionis,
idem Dunozett. *decis.* 63. *n.* 10. Tondut. *d. c.* 14. *num.* 11.
quia ut dicitur in *d. decis. Rota in Grossetana pensionis*, ex-
pressio cum sit per actum negativum verificatur etiam in
obolo, nec propterea potest concludere ascensum in certa 185
quantitate affirmative narratum; valor autem expressus
in reservatione pensionis usque ad obolum verificari neces-
se est, nec pensio ob vitium subreptionis corruit in totum,
Rota penes Posth. *decis.* 278. & *in d. Lucana pensionis* co-
ram Meltio *de Anno* 1656. *part.* 12. *recent. decis.* 178. *nu.*
10. & 11. Nec in casu attenditur æquitas in remittendo
sextam partem, sed prævalet rigor, ut dicitur in *dict. dec.
num.* 8. ubi allegantur decisiones 414. *num.* 12. & 488. *nu.*
5. *part.* 4. *recent.* quare stante dicta decisione Rotæ, ne-
scio, an verum scripserit Tondut. *de pens. cap.* 61. *num.* 7. 186
dicens excusari Titularem, si mala expressione deducen-
do sextam partem de rigoroso valore fructuum, quam so-
let deducere Rota: hoc verum siquidem est in justificandis
aliis impetrationibus, non autem cum agitur de sustinen-
da pensione, pro cujus validitate oportet, ut valor expres-
sus justificetur usque ad obolum, optime etiam Garz. *par.*
1. *cap.* 5. *num.* 426. & 427. & Rota iterum penes Posth. *de-
cis.* 278. *post tract. de manutenen.* sibi enim imputet, quod 187
falsum expresserit valorem; id enim sua culpa accidit, &
ideo in totum corruit pensio, ut late agit Tond. *de pens.
cap.* 16. per totum, & nisi tamen expressio fuerit facta non
pro se in certa quantitate, sed quoad duas ex tribus parti-
bus non excedat; nam tunc pensio sustinetur infra valorem
moderatum, Rota apud Eminentissimum Othob. *decis.*
61. & *decis.* 76. *num.* 6. 8. 11. & 18. & 163. Tondut. *dict.
cap.* 61. *num.* 3. Expressio tamen falsa facta a Procurato-

re; seu

re, seu Expeditore eum principalis non fuit in dolo, ipsi
non nocet, & excusat Rota apud Bichium *decis.* 410.
188 *numer.* 8. Sequitur ex dictis, quod valor pro sustinenda
pensione non possit probari per publicam vocem, & fa-
mam, quia hæc probatio non est concludens, Rota *part.*
4. diverf. decis. 684. *&* *in Romana pensionis* apud Bichium
255. *num.* 4. Tondut. *loco cit. cap.* 14. *num.* 121. Rota ta-
men penes Ludovis. *decis.* 245. *in principio*, docet, quod
testes de publica voce, & fama, juncta depositione alte-
rius de certa scientia, sufficiunt etiam in hac materia pro
sustinenda pensione, ut in *d. decis.* 277. *num.* 5. probat,
quod valor Beneficii in conditione positus probatur etiam
per probationes imperfectas adminiculatas aliis conjectu-
ris, quia probatio valoris est difficilis, & Rota *in d. Ro-*
mana pensionis coram Eminentiss. Celso 92. penes Tondut.
189 *n.* 8. tenuit, quod testes de publice voce, & fama plene pro
bant, junctis aliis adminiculis in hac materia, & in *d. dec.*
allegantur decisiones Ludovis. & Seraph. 1199. *&* *part.* 3.
rec. 340. *n.* 3. *&* *in dec.* 273. penes eundem Ludovis. Rota
decrevit pro validitate reservationis pensionis stante depo-
sitione unius testis, qui deposuit de scientia, & veritate,
& de fama, juncta depositione alterius, qui deposuit de
fama tantum; nam tunc oritur plena probatio. Vide eun-
dem Tond. *d. c.* 14. & quod probationes in hac materia sci-
licet pro sustinenda pensione conjungantur, tenuit Rota *in*
Romana, *seu Sabinen. pensionis* 20. *Junii* 1639. cor. Ama-
to Dunoz. 542. penes ipsum *n.* 5. 6. *&* 7. post scripte visa.
In casu vero quo testes in hac materia discordent in summa,
190 attenditur minor summa in qua concordant, & eum nul-
lo modo concordant liquidatio valoris fit secundum me-
diocrem summam, ut diximus, Tond. *d. c.* 14. *n.* 15.
191 Notandum etiam est, quod cum narrativa fit affirmati-
ve de valore, ex illo deduci debeant onera necessaria, &
certa, quia sic censetur expressus, Rota *part.* 4. *rec. dec.*
500. Lotter. *lib.* 3. *qu.* 2. *num.* 97. Tond. *de pens.* c. 14. *n.* 22.
dummodo tamen sint ordinaria, & necessaria; secus si
extraordinaria, & voluntaria, Buratt. *decis.* 410. *&* 418.
idem Tondut. *loco citat. num.* 23. *&* 468. debent enim
tunc testes deponere, deductis oneribus, sæpe sæpius Ro-
ta, præsertim *decis.* 288. *num.* 9. *part.* 11. *&* 288. *num.* 8.
& apud Amatum Dunozett. *decis.* 280. *num.* 6. in quibus
192 aliæ decisiones allegantur, quod non potest recte deponi,
nisi testes habeant notitiam bonorum Beneficii, super quo
imponitur pensio, prout loquitur *decis.* 288. *numer.* 8. *&*
10. fertilis cum infertili anno computari debet, juxta di-
ctam *decis.* 288. *numer.* 11. *part.* 11. *&* 288. *numer.* 7. *par.*
12. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 172. *numer.* 4.
& 5. *&* 62. *numer.* 10. *part.* 10. *recent.* & alibi: quod
eo magis procedit, cum lis est inter Titularem, & pen-
sionarium pro invalidanda, vel sustinenda pensione, ut
loquuntur decisiones citatæ. Et licet cum agitur coram
193 Executore pro executione Litterarum, pro ut est nostra
materia, tunc expressio, seu narrativa valoris simpliciter
dicta sit interpretanda, deductis oneribus, Lodovis. *decis.*
273. *num.* 3. & alibi, Rota apud Amatum Dunozett. 946.
num. 4. ubi aliæ decisiones allegantur, & Rota *part.* 10.
recent. decis. 357. *numer.* 12. *&* *decis.* 62. *numer.* 11. maxi-
me cum expressio est facta per actum negativum nec non
excessum; nam tunc non est opus, ut deponat deductis
oneribus, nec onera tunc etiam necessaria deducuntur,
Mantic. *decis.* 182. *numer.* 7. Merlin. *decis.* 237. Caval.
decis. 383. *numer.* 2. *&* 3. quod intelligitur de oneri-
bus extrinsecis; nam expensæ pro recolligendis fructi-
bus semper deducuntur, cum fructus dicantur, deductis
expensis, Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 946. *nu-*
mer. 53.
194 Attamen non procedit, cum coram Executore agere-
tur pro justificandis Litteris, in quibus pensio fuit reser-
vata cum clausula, *dummodo remaneant centum pro Recto-*
re: quia etiam illa centum debent remanere libera ab o-
mni onere, in allegatis decisionibus, præsertim in *dict.*
Lucana pensionis coram Meltio, *num.* 21. tunc enim testes
debent deponere coram Executore, deductis oneribus posi-
tive, ut dictum est, nempe ab extra impositis, & extrin-
secis, Rota *in dict. decis.* apud Amatum Dunozett. 946. *n.*
6. & quæ onera deduci debeant, satis declarat Rota *in Ro-*
mana pensionis apud Bichium 255. & in *Firmana pensionis*
apud eundem 86. quas vidi post opus hoc absolutum, &
debent esse informati de valore bonorum Beneficii, & re-
dituum, ut dictum est.
195 Et cum pensio est reservata cum expressione certæ sum-
mæ in casu resignationis cum clausula, *non alias*, vel alia
simili, quæ conditionem importet, & cum restrictione ad
certam summam, tali casu cum valor expressus per viam
conditionis non justificetur pensio erit nulla tanquam sub-
reptitie imposita, & reservata, & deficit voluntas resi-
gnantis, Garz. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 425. Tondut. *de pens.*
cap. 15. *num.* 3. & cum expressio, seu narrativa valoris re-
strictive ad certam summam ad finem determinandi quan-
titatem pensionis pro congrua, quæ remanere debet penes
ipsum resignantem, qui etiam protestetur se sub illa reser-
vatione resignare, addita etiam clausula, *&* *non alias*,
tunc pensio fit individua, & si in obolo deficiet valor, in to-
tum pensio corruit, Lotterius *de benef. lib.* 1. *q.* 41. *nu.* 33.
Rota *p.* 7. *rec. dec.* 169. *&* *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 536. Tond. *de pens.*
c. 15. *sub nu.* 6.
Et extra casum resignationis cum certus valor fuerit ex- 196
pressus, & intuitu valoris fuerit pensio reservata, si nar-
rativa valoris non sit vera, nec probetur, Gratia est nul-
le in totum, nec pensio reducibilis, ut Tondotus *d. c.* 15.
num. 5. Nulla etiam in uno obolo in totum nulla est, Lot-
ter. *lib.* 1. *qu.* 38. *num.* 54. Merlin. *decis.* 721. *&* 804. Ton-
dut. *loc. cit. num.* 6. quem in hac materia vide. Et nota,
quod cum nostra intentio sit tractare de executione Litte-
rarum Apostolicarum, Litteras semper exequi tenetur, qui
Gratiam obtinuit: cum vero agitur post executionem Gra-
tię inter Titularem, & pensionarium super validitate pen-
sionis, quis tunc teneatur probare, nostrum hoc non
est; non tamen me latet, quod Pasqualigus *in decisioni-*
bus moralibus decis. 540. *numer.* 4. docuit, quod cum 197
tractatur de imponenda pensione provisus non tenetur
verum valorem narrare, & manifestare, & tunc non vi-
tiari pensionem, si verus valor non exprimatur, & quod
potest uti jure suo.
Hactenus dicta eo magis procedunt, quando in Litteris 198
fuit apposita clausula, *dummodo remaneant centum pro Re-*
ctore, cum Beneficium est curatum; tunc enim sive Bene-
ficium fuerit plenum, quia resignatum, sive vacuum, o-
mnino debet verificari ab Executore, quod dicta sum-
ma remaneat pro Rectore libera ab omni onere, juxta Tri-
dent. dispositionem *sess.* 24. *cap.* 13. ille enim dictio, seu
clausula, *dummodo*, conditionem importat, & prius ju-
stificari debet, ante justificationem nihil ponit in esse,
Seraph. *decis.* 1017. *num.* 4. Ludovis. *decis.* 57. *num.* 2. ubi
aliæ allegantur, Rota *recent. part.* 5. *decis.* 281. latissime
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 38. *a num.* 40. *cum seqq.* Rota
in Hipporegien. pensionis 28. *Junii* 1651. coram Meltio, *p.*
11. *rec. dec.* 187. *per tot.* quæ decisio est in hac re, & in pun-
cto magistralis, & concludentissime justificari debet hæc
narrativa, Rota *in Perusina Parochialis*, *seu pensionum* 11.
Julii 1641. cor. Amato Dunozett. apud eundem 633. *n.* 1.
& 2. & optime Rota *in Lucana pensionis* 17. *Maii* 1656.
coram Meltio, *p.* 12. *rec. dec.* 178. *n.* 18. *cum seqq.* Ridolf.
in prax. p. 2. *c.* 9. *n.* 118. Buratt. *dec.* 261. *n.* 8. & ibi Ferentill.
num. 17.
Et plena, & concludens requiritur tunc justificatio, 199
seu probatio, Seraph. *decis.* 1122. *num.* 21. Belt. ad Ludo-
vis. *decis.* 245. *num.* 11. qui dixit, quod hoc casu non suf-
ficit probatio per famam, & allegat *decis.* 444. *part.* 2. *in*
recent. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 291. *num.* 17. Ridolf. *d.*
cap. 9. *num.* 120. Ricc. *in prax. p.* 3. *resol.* 109. *n.* 1. ubi de
hac clausula late agit, & procedit etiam, parte non oppo-
nente; nam ex natura ipsiusmet clausulæ requiritur talis ju-
stificatio, ex Salustio Trib. *in prax. lib.* 3. *c.* 1. *nu.* 8. Ridolf.
loc. cit. n. 120. quæ etiam justificatio fieri debet, ut diximus
supra, detractis oneribus necessariis, & ordinariis, la-
tissime Belt. Add. *dec.* Greg. 245. *n.* 120. Ridolphin. *loc. cit.*
Tondutus *de pens. d. c.* 14. *n.* 22. *&* 23. Rota apud Amatum
Dunozett. *dec.* 6. *nu.* 5. ita ut ex fructibus certis, & non de
incertis remanere debeant centum pro Rectore, Rota *in*
d. dec. 187. *n.* 26. *p.* 11.
Et tunc quamvis probatum fuerit talem summam apud 200
Rectorem Beneficii remanere de tempore reservationis;
attamen si in futurum deficiat pro summa, quæ deficit sup-
plendum est Titulari a pensionario, nempe per diminu-
tionem pensionis, quia dicta clausula respicit ne dum tem-
pus præsens, sed etiam futurum, & illa reservatio habet
causam successivam, & semper durabilem in futurum,
Seraphin. *decis.* 591. *num.* 4. Rota *in Romana pensionis* 25.
Maii 1646. *vers. unde*, coram Bichin, *&* *in d. Hippore-*
gien. pensionis coram Meltio *numer.* 23. *cap. Titularis* 55.
num. 15. Gratian. *c.* 613. Ridolphin. *d. cap.* 9. *quæst.* 121.
Tondut. *d. cap.* 14. *de pens. num.* 21. & latissime *disceptat.*
cap. 38. *a num.* 17. & tandem *num.* 25. concludit non esse

recedendum a doctrina Seraphini, per quam scilicet dicta clausula habet tractum successivum; quidquid in contrarium scripserit Garz. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 398. & 399. ubi dicit sufficere si tempore Gratiæ, & reservationis tantum sit vera narrativa, nec oportere, ut futuro tempore vera semper sit, de qua etiam te vide Barbos. *de clausulis*, cum agit de hac clausula *n.* 6.

201 Ne tamen terminos confundamus, notandum est, quod diversum est justificare valorem, seu valoris narrativam ad finem sustinendi pensionem simpliciter reservatam, vel impositam, sive in Beneficio pleno, sive vacanti; & aliud est, cum agitur ad justificatione pensionis non simpliciter, sed conditionatæ reservatæ cum illa clausula, *dummodo remaneat centum pro Rectore*; nam primo casu sufficit justificatio tempore Gratiæ, & reservationis; in secundo autem nedum illo tempore oportet valorem esse verum, sed etiam in futurum, optime Rota *in d. Hipporegien. pensionis* coram Meltio *num.* 28. per hæc verba: Præterea animadvertebant Domini, quod pensio de qua agitur reservata fuit sub expressione valoris Ducatorum 400. per ascensum, quo casu pensionarius tenetur plene, & concludenter illa justificare tanquam fundamentum suæ Gratiæ, Rota *in Ravennaten. pensionis* 28. *Junii* 1596. coram Litta, *vers. sed etiam*, inter impressas apud Mareches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 615. & fuit late probatum in *Hispalen. pensionis* 22. *Martii* 1613. coram bon. mem. Pirovano, *in recent.* 444. *per tot. confirmata decis.* 526. *part.* 3. cum aliis allegatis in *Conchen. pensionis* 21. *Martii* 1649. coram R. P. D. meo Corrado, alias pensio in totum annullatur, etiam si clausula, *dummodo*, justificata remaneat, quia hæc alio tendit, ac longe distat a justificatione narrativæ valoris, quæ verificanda venit tanquam fundamentum Gratiæ, & sufficit justificatio de tempore supplicationis: clausula vero prædicta, ut supra dicebatur respicit continuationem, & progressus pensionis, nec est sufficiens justificatio de tempore Gratiæ, sed requiritur successiva, adeo ut semper probandum sit, centum remanere pro Rectore, atque ita ex hujusmodi clausulis uti respicientibus diversa tempora, & effectus utraque venit justificanda, prout in his terminis resolutum fuit in *dict. Conch. pensionis* 21. *Maii* 1649. coram R. P. D. meo Corrado, §. *hæc enim alio tendit*. Hæc Rota; quæ satis corroborant hactenus scripta. Cum opus hoc absolvissem, Romam veni pro quadam mea lite, ibique antequam opus prædictum torculo supponerem, vidi decisionem *in Romana pensionis* apud Bichium 255. in qua comprobantur fere omnia scripta in hac materia pensionis; & in primis ibi dicitur, quod cum pensio fuerit reservata sub clausula, *dummodo*, & narrativa valoris fuerit per ascensum, pensionarius in judicio petitorio probare tenetur dictum valoris plene, & concludenter, quia est Gratia conditionalis, & dicta narrativa valoris est fundamentum Gratiæ, & quod dicta clausula, *dummodo*, respicit diversa tempora, & habet diversos effectus; nam respicit ipsam pensionis reservationem; nam Papa non intendit reservare, nisi remaneant centum pro Rectore, juxta Doctrinam Lotter. *lib.* 1. *q.* 41. & nedum respicit tempus præsens, sed etiam futurum, ita ut sit locus diminutioni, si reditus minuantur; nam fit minutio ad convenientem quantitatem. Vide dictam decisionem, quæ mihi videtur magistralis, & ibi multa dicuntur ad propositum.

202 Sed advertas, quod licet pro verificatione Gratiæ reservationis pensionis simpliciter reservatæ sufficiat, quod valor expressus probetur de tempore supplicationis, & quod cum adest clausola, *dummodo*, oporteat, ut semper sit verus: attamen hæc clausula cum non est apposita expresse, si futuro tempore valor sit diminutus non per hoc præcluditur via Titulari agendi pro sua congrua omni jure sibi debita, juxta Apostolum 1. *ad Corinthios capit.* 9. & petendi, ut sibi congrua, quæ loco alimentorum succedit, assignetur; verum siquidem est, quod de tempore supplicationis, & Gratiæ oportet verificare narrativam, tanquam fundamentum Gratiæ, non tamen per hoc sequitur, quod Titularis, cum contigerit diminutio redituum congruam sibi assignari petere nequeat, illa enim clausula operabitur, ut expresse onus probandi incumbat pensionario agenti in petitorio, cum vero non apposita expresse, licet semper censeatur tacite apposita in Beneficiis curatis. Rota *in Compostellana Coadjutoriæ* 9. *Maii* 1653. coram Zarate penes Tond. 32. effectus erit, ut semper probatio ad Titularem pertineat, ut alibi fusius, Deo volente, dicemus, cum hic non sit locus opportunus. Vide tamen dictam decisionem apud Dunozettum 633. *numer.* 3. & 4. in qua dicitur, quod quando pensio est reservata cum clausula, *dummodo*, cum agunt pensionarii contra Titularem, etiam si ipse consenserit reservationi, illi teneantur probare remanere centum pro Rectore, & iterum Rota *in Lucana pensionis* 17. *Maii* 1656. coram Meltio *p.* 12. *rec. dec.* 178. *a nu.* 18. *cum seqq.* Vide etiam dictam decisionem in *Romana pensionis* penes Bichium.

Notandum vero est, quod in valore, seu summa, quæ remanere debet penes Titularem, nempe centum pro sua congrua, non computantur fructus omnino incerti nullam habentes certitudinem, neque ratione summæ, neque ratione quotæ, seu quantitatis, ut sunt funeralia, & omnia ea quæ ex stola percipiuntur: quia hæc sunt omnino incerta, & venire non potest dependere a futuro eventu; qui vero non sunt omnino certi, sed tantum ratione quantitatis, ut sunt decimæ, bene computantur, optime Rota *d. Hipporegien. pensionis* coram Meltio *num.* 26. & 27. & in *d. Romana pensionis a num.* 13. *cum seqq.* quod procedit etiam si pensio esset reservata super incertis, ut ibidem; nam cum in clausula, *dummodo*, non sit facta mentio de incertis, sed solum de fructibus, & reditibus, ubi agitur de statuenda congrua non veniunt fructus incerti, ut sunt funeralia, oblationes, &c. & similia, quæ sunt omnino incerta, nisi tales reditus soleant locari quotannis pro certa pecunia; & cum ponitur pensio etiam super incertis intelligitur de incertis, quæ habent quandam certitudinem, ut sunt decimæ, & alia, quæ solum sunt incerta ratione summæ. 203

Cum vero resignatur Beneficium ad cujus titulum quis est ordinatus, quo casu apponitur in Litteris illa clausula, *dummodo habeat aliunde*, & id necessario exprimi debet, ut diximus secundum Rotam *p.* 10. *rec. dec* 85. *n.* 14. tunc Executoris partes sunt hoc verificare, nempe resignanti suppetere bona, & reditus, quibus commode, & decenter vivere possit, quod de tempore Gratiæ verum esse debet, & concludentissime probandum, Amayden *lib.* 3. *c.* 16. *n.* 16. & affert *dec. in Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1628. coram Pirovano, licet tunc cum non simus in materia objectiva valor sufficiat justificari per duos annos ante tempus Gratiæ, secundum Ferentill. ad Baratt. *decis.* 538. *num.* 22. Garz. tamen *part.* 6. *cap.* 2. *num.* 276. *cum seqq.* docet satis esse, si de tempore executionis Gratiæ, & resignationis justificetur, quod habeat unde vivat, licet non justificetur de tempore Gratiæ, seu supplicationis; sed hoc patet ex dictis hoc totum pendere ab arbitrio Judicis, & scilicet verum quis habeat, ut sufficienter possit sustentari, quia habere debebit rationem aliquorum annorum præcedentium, & aliquorum subsequentium, ut facta comparatione, & compensatione anni fertilis cum sterili augeri possit valor probabilis fructuum, ex quibus ali possit resignans, cujus resignatio admissa fuit sub illa expressione, quod habeat sufficientes reditus ad sui sustentationem ex Rota *in rec. dec.* 159. *n.* 8. & 9. *p.* 5. *n.* 4. *p.* 4. *divers.* docet Tond. *de pens. c.* 58. *n.* 7. & 8. 204 205

Cum tamen resignatur Beneficium cum pensionis reservatione, quæ alias sufficeret ad vitæ sustentationem ex ipsa reservatione pensionis pateret, tunc alia verificatione non erit necessarium, Garz. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 209. Tondut. *dict. capit.* 58. *num.* 12. nec requiritur aliqua justificatio, cum resignans est mortuus, vel Religionem ingressus, Amayden *d. cap.* 16. §. 1. *num.* 18. Item observa cum Beneficium aliquod resignatur, & pacifica resignantis possessio controvertitur, Gratia resignationis est justificanda per resignatarium, Verallus *decis.* 26. Rota penes Farinac. *tom.* 1. *posth. decis.* 122. sic cum resignans non fuerit triennalis antea pacificus tenetur justificare ipsius resignantis jus, ac debet justificare titulum suæ Gratiæ, Rota *rec. p.* 2. *decis.* 309. & cum adest possessor in Beneficio resignato, quia impetravit ille per obitum; tunc resignatarius tenetur totam suam Gratiam justificare, ac validam resignationem cum publicatione intra legitima tempora, Rota in *rec. dec.* 85. *p.* 10. 206

Qualitas Clericatus, seu Presbyteratus ad effectum justificationis Gratiæ optime probatur ex attestatione Ordinarii, illiusque assertione, ut millies resolvit Sacra Rota, præsertim in *Avellana Canonicatus* 27. *Martii* 1651. coram Cerro *part.* 10. *recent. decis.* 131. *numer.* 3. quam etiam decisionem affert Tondutus *post tract. de pens.* 7. *in ordine*, & in *Segobien. pensionis* 4. *Julii* 1657 cor. Verospio *part.* 12. *recent. decis.* 288. *num.* 3. *in Alarien. Canoni-* 207

catus

catus 29. *Aprilis* 1650. coram Eminentissimo Celso *p.* 11. *recent. decis.* 28. *num.* 2. *in Compostellana Parochialis* 10. *Julii* 1652. coram Peutingerio 80. *nu.* 4. *par.* 11. *recent. in Casenten. Canonicatus* 1. *Junii* 1651. coram Eminentissimo Cerrado *eadem part.* 11. *decis.* 155. *num.* 17. & *in Asculana Jurispatronatus* 1. *Julii* 1650 coram Meltio *eadem par.* 11. *recent. dec.* 75. *n.* 5. *in Firmana Beneficii* coram Brehio 23. *Maii* 1653. *nu.* 1. penes Tondut. 42. *num.* .... *in Leodien. Canonicatus* coram Verospio 28. *Junii* 1655. *par.* 12. *rec. dec.* 69. *n.* 2. *in Pampilonen. Beneficii* 1. *Julii* 1658. coram Celso, penes eundem 274. *num.* 2. Duran. *decis.* 87. *n.* 3. & alibi sæpe: sic etiam ex testibus de publica voce, &
208 fama, & communi reputatione, Ludovis. *decis.* 138. *num.* 10. Rota *in Geranden. Parochialis* 27. *Aprilis* 1657. coram Eminentissimo Celso, penes eundem 231. *n.* 3. & *dec.* 126. *p.* 5. *rec.* & *in Corduben. dimidia pensionis* coram Verospio 246. *n.* 2. *p.* 12. *rec.* & apud Amatum Dunozett. 595. *n.* 5. & ....

209 Quę qualitas, seu narrativa Clericatus debet esse de tempore Gratiæ, seu supplicationis signatæ, ut alias diximus per textum in *cap. si eo tempore de rescriptis in* 6. Rota apud Caval. *decis.* 196. *part.* 5. *rec. decis.* 387. & *in Calaguritana Canonicatus* 17. *Martii* 1651. coram Dunozet. apud eundem 881. *num.* 1. ac etiam penes Tond. 26. latissime Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *c.* 5. per plures numeros, & iterum Rota apud eundem Amatum Dunozett. 606. *nu.* 4. post scripta visa.

210 Qualitas Doctoratus cum exprimitur probatur per exhibitionem Privilegii, vel alias semiplene, Rota *in Asculana Jurispatronatus* 1. *Julii* 1650. coram Meltio *num.* 6. 7. & 8. ibi: Gradus Doctoratus justificatur ea communi reputatione, & fama, Bellam. *decis.* 114. in iis enim, quæ non concernunt fundamentum, atque substantiam Gratiæ, sufficit aliqualis probatio, Rota coram Duran. *decis.* 237. *num* 4. in terminis, quod pro justificando Doctoratu in Litteris expressio sufficiat communis reputatio, resolutum fuit coram Caputaquen. *decis.* 277. *num.* 4. *par.* 1. *in Placentina Canonicatus* 11. *Martii* 1599. coram Orano, impressa apud Marchesan. *de commis. part.* 1. *fol.* 399. *sub num.* 3. *vers. qualitas autem*, & etiam firmatum fuit in *Oscen. Archidiaconatus* 14. *Decembris* 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio §. *docuit enim*, ubi etiam conciliatur decisio emanata in *Cæsaraugustana pensionis* 21 *Decembris* 1591. coram recol. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, impress. penes eundem Marchesan. *de commis. tom.* 1. *fol.* 564. sic etiam per publicam vocem, & famam, ex depositione plurium testium, Rota *in Oscen. Archidiaconatus* 14 *Decembris* 1648. coram Peutingerio *par.* 10 *rec. decis. nu.* 1. 2. & 3. Docuit enim de Doctoratu Salinat, probando cum per publicam vocem, & famam ex depositione plurium testium, quod sufficere in puncto Gratiæ provisionis de provisione cum adscriptione Doctoratus, tradit Caputaquen. *decis.* 277. *num.* 4. *part.* 1. & fuit dictum in *Placentina Canonicatus* 11. *Martii* 1599 coram Orano, impress. apud Marches. *de commis part.* 1. *fol.* 339. *sub nu.* 3. *vers. qualitates autem*, quem modum probandi non excludit, si bene consideretur decisio *Cæsaraugustana pens.* 21. *Decembris* 1591. coram recol. mem. Cardinali Hieronym. Pamphil. impress. apud Marches. *de commis. tom.* 1. *fol.* 564. *num.* 6. licet Rota ibi dixerit, ad probandum Doctoratum requiri vel exhibitionem Privilegii, vel testes, qui Doctoratui interfuerint. Ideo enim hoc dictum fuit, quia in eo casu probatio Doctoratus desumebatur tantum ex verbis enunciativis testium; nec talis qualitas articulata fuerat, ita ut ratio illius decisionis erat excludere enunciativas testium, & admittere modos duos, quibus Doctoratus probari potest, sequendo doctrinam Alex. *cons.* 107. *n.* 2. *lib.* 7. ubi ait probari posse per testes de publica voce, & fama, quem in specie firmavit Rota apud Caputaquen. & Oran. superius allegat. & apud Guid. *decis.* 113. relat. a Maschard. *concl.* 527. *n.* 10.

211 An autem necessarium sit Privilegium Collegii Universitatis, an vero sufficiat aliquod aliud privilegium habens talem facultatem, ut sunt Privilegia, quæ Romæ dantur a Domino Duce Sfortia, qui habet indultum doctorandi, potest esse dubium, & res hodie circa controversiam est: quia licet tale indultum fuerit concessum, & concedatur etiam aliquando per Papam doctorandi, attamen postea per B. Pium V. in Constitutione 60. fuit expresse dispositum, quod tale Privilegium non suffragetur ad finem obtinendi Dignitates, sed oporteat, ut quis Lauream Doctoratus adipiscat in publica aliqua Universitate, & in Bullis quando quis non est actu Doctor, ponitur illa clausula, *dummodo infra annum in aliquo publico Collegio Lauream Doctoratus consequatur*: & quod tale privilegium non acquisitum in publica Universitate non sit in consideratione habendum, Rota *in Calaguritana Beneficii de Oscen.* 15. *Decembris* 1653. coram Eminentissimo Celso, penes eundem 174. *numer.* 4. & eo magis in puncto Rota *in dict. Oscen. Archidiaconatus* coram Peutingerio 271. *num.* 5 *p.* 10. *rec.* & *in eadem Oscen.* 17. *Martii* 1649. coram Leone Verospio *eadem p.* 10. *rec. dec.* 299. *n.* 25. sufficit tamen talem qualitatem Doctoratus de facto justificare, præter alios Garz. *p.* 6. *c.* 2. *n.* 105.

Ætas, quæ requiritur, probanda erit, quæ narrata fuit 212
Paris. *lib* 10. *divers. q.* 3. *numer* 36. & 37 Verall. *decis.* 138. *cum multis sequentibus part.* 1. Garz. *part* 6. *cap.* 2. *nu.* 169. *cum sequent.* nam provisio facta de Beneficio non habenti ætatem requisitam ad dictum Beneficium est nulla, nec per quascunque clausulas iste defectus sanari potest, nec per eas inducitur dispensatio, Corrad. *in prax. disp. libr.* 4. *c.* 1. *num.* 17. & 18. quod procedit etiam si defectus sit minimus, nempe deficiat quomodolibet modicum tempus; 213
nam non potest intrare arbitrium in illis, quæ a jure requiruntur, Garz. *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 84. Corrad. *loco cit. nu.* 20. unde prævie probanda erit, quæ tamen recte probabitur optime per attestationem Parochi formiter factam extrahendo partitam a libris Baptizatorum, Rota apud Burat. *decis.* 116. & 365 & *part.* 6. *rec. dec.* 260. *nu.* 14. apud Eminentissimum Celsum 115. *num.* 3. quæ etiam habetur *par.* 11. *rec. decis.* 218. & *decis.* 214. *num.* 4. & 297. *num.* 8. Duran. *decis.* 79. *n.* 5. Rota *p* 12. *rec. dec.* 62. *nu.* 2. & *part.* 10. *dec.* 205. *num.* 7. & *part.* 11. *decis.* 48. *num.* 1. & 162. *num.* 6. ubi dicitur, quod iste est approbatissimus modus & 303. *num.* 9. ac etiam per testes, qui deponunt de ejus nativitate, vide Maschard. *de probat. concl.* 666. & 668. Gratian. *part.* 6. *cap.* 2. *num* 186. *cum seqq.* & alios: sufficiet tamen semiplena probatio, juxta ea, quæ supra diximus, in puncto Puteus *decis.* 202. Garzia *par.* 2. *c.* 2. *num.* 129.

Cui tamen incumbat probare ætatem, quando de illa in 214
Gratia mentio aliqua facta est agitur quæstionem hanc Garz. *part.* 6. *cap.* 2. *a num.* 175 *cum seqq.* & respondet distinguendo, quod aut quis petit sententiam canonizatoriam sui tituli, seu adjudicatoriam Beneficii, & ex adverso negatur eum habere legitimam ætatem ad Beneficium, & tunc petenti adjudicatoriam incumbit onus probandi ætatem tanquam fundamentum suæ intentionis, & Gratiæ; nam petit tanquam habilis: sed contra videtur tenere Lotter. *lib.* 2 *quæst.* 47. *nu.* 11. ubi docet, quod si in actu adeptionis Beneficii objiciatur defectus aliquis, puta ætatis, objicienti incumbit onus probandi defectum, illumque justificare, nec tenetur ipse ætatem suam probare, & al- 215
legat multos Doctores, præsertim Rotam *in Tridentina Canonicatus* 15. *Decembris* 1603. coram Meslino: sin tamen non negetur ætas, cum de illa non facta fuit mentio in Gratia, non opus est illam justificandi, quamvis ait Garz. *num.* 178. quod quando agitur de executione Gratiæ *in forma dignum* teneatur Executor ex Officio inquirere habilitates ad Beneficium requisitas, & cum negatur hæc qualitas, sufficiet illam probare per semiplenam probationem; nam qualitates narrativæ semiplene probare satis erit, ad quod allegat decis. Ægidian. 76. & 113. & 114. Verall. 277 *part.* 1. Moder. *reg.* 18. *quæst.* 11. & multas Rotæ decisiones, & adest etiam decisio Rotæ 299 *par.* 2. *recent.* & alibi.

Cum vero quis instat pro absolutoria tantum, & tunc 216
dicit Garz. *num.* 184. quod indistincte non tenetur probare ætatem in sua Gratia non expressam, & si ex adverso negetur; nam ea quo de ea nulla fuerit facta mentio in Gratia præsumitur habilis, & opponenti onus probandi incumbit; nam possidens petens absolutoriam non tenetur probare ætatem, ad quod multos Doctores, variasque adducit doctrinas Garz. Vide ipsum. Sed adverte, quod pro- 217
visus non eximitur ab onere justificationis narratorum in Litteris, etiamsi sit reus, & possessor, quotiescunque actor suam plene justificavit intentionem; nam tunc cessat præsumptio pro possessore, & nunquam reus tenetur suam executionem concludenter probare, Rota *p.* 10. *rec. dec.* 170. *n.* 30. ubi aliæ allegantur.

Generaliter omnes qualitates narratæ in Gratia bene- 218
ficiali, quæ non sunt fundamentum Gratiæ, seu quæ taxative non sunt expressæ, non sunt plene probandæ, sed sufficit semiplene probari, Rota *decis.* 296. *part.* 2. *recent.*

& part. 11. *recent. decis* 155. *num.* 18. Burati. *decis.* 931. *sub num.* 3. Cocern. *decis.* 145. *sub num.* 2. quod intelligendum de qualitatibus, quæ esprimi debent, nec sunt fundamentum Gratiæ; qualitates autem, quæ non sunt necessario exprimendæ, vel quia de jure insunt, licet exprimantur, justificari oon debent, Loiter. *libr.* 3. *quest.* 4. *num.* 21. *&* 22. nec causant subreptionem, Ludovis. *decis.* 107. quare narrativa, quod quis fuerit præsent in Curia,
non est fundamentum Gratiæ, & hæc qualitas sufficit, si
219 semiplene probetur, Rota *decis.* 357. *numer.* 6. *part.* 11.
& part. 12. *decis.* 217. *num.* 1. sic etiam familiaritas alicu-
220 jus Cardinalis sufficit, si semiplene probetur per testes, ut
in *d. dec.* 357. *n.* 6.

221 Oriunditas ex aliquo loco probatur ex testibus, ut in allegatis decisionibus 357. *num.* 5. *&* 155. *nu.* 16. *part.* 11. *&* 217. *nu.* 1. *part.* 12. & apud Guilielmum Dunozert. *dec.* 307. *num.* 4.

222 Sequitur ex dictis, quod narrativa quoque, quod duo incompatibilia retinere possunt absque dispensatione Sedis Apostolicæ, omnino erit probanda, & concludenter, quia est pars, & fundamentum Gratiæ, Ludovis. *decis.* 13. *num.* 8. *&* 11. ibique Oliver. Amayden *libr.* 1. *cap.* 16. §. 3. *num.* 20. qui adducit decisionem Rotæ *in Meten. Circatoria* 19. *Decembris* 1622. coram Merlin. nec narrativa opus est, ut justificetur pluribus provisionibus, quia consuetum exequitur ex unico actu, Corradus *lib.* 2. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* ..... Lotterius *lib.* 3. *quest.* 8. *nu.* 112. sic etiam probatur ea diuturna possessione Canonicatus cum præbenda, Rota *in Arianen. Archidiaconatus* 26. *Junii* 1637. coram Verospio. Si tamen talis consuetudo non probatur, vacat Beneficium, & impetrari posset certo modo, Corrad. *loco cit.*

223 Advertendum etiam est, quod narrativa novæ provi-
sionis non est justificanda, Rota penes Duran. *decis.* 233.
nu. 4. sed satis sit, provisionem Ordinarii de facto proces-
sisse validam: sed si impetratur nova provisio ex eo, quia
224 provisio Ordinarii fuit nulla, requiritur ut narrativa pro-
visionis Apostolicæ justificetur, Rota apud eundem Du-
ran. *dec.* 248. *num.* 8. narrativa vero intrusionis apposita
in Litteris non eget justificatione; secus in supplicatione,
Ludovis. *decis.* 377. ubi Oliverius *nu.* 7.

225 Idoneitas non est narrativa partis, sed dispositiva Papæ, de qua in suo loco, cum agemus de Executore Litterarum in forma dignum, Deo tamen dante. Hæc in quantum ad materiam Beneficialem magis practicabilia notavi, & secundum doctrinam traditam cætera terminari possunt.

226 In quantum ad materiam dispensationum in causis matrimonialibus; In primis Regula est generalis constituenda, quod causa expressa pro obtinenda dispensatione concludenter est probanda, quia est fundamentum Gratiæ, Henriquez *de Matrim. lib.* 11 *cap.* 5. *num.* 5. Corradus *in prax. disp lib.* 7. *c.* 6. *n.* 2. causæ autem sunt multæ, ut alibi notavimus, & suo loco dicemus.

227 Sic etiam narrativa gradus expressi debet omnino verificari, quia Papa in gradu expresso dispensat, & non generaliter; verificatio autem gradus fit per testes informatos deponentes per gradus distinctos, juxta textum in *cap. licet* 6. *testes autem de testibus*, ubi dicitur, quod testes personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguant, & in suo nihilominus juramento concludant se accepisse a suis majoribus, quod deponunt, & credere ita esse; sed nec tales sufficiunt, nisi jurando deponant se vidisse personas, vel saltem in uno prædictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere. Similis est dispositio textus *in c. tua nos de consanguinit. & affinitate*, in quo disponitur, quod testes producti ad consanguinitatis gradus computandos a stipite debent incipere, idest a parentibus, vel germanis, & sic per ordinem distinguere gradus nominibus propriis, vel æquipollentibus indiciis distinguendo personas, præsertim cum sæpius testimonium perhibent de auditu; & ita observari inconcusse in Curia Archiepiscopali Neapolitana, fatentur Gonzalez *cap.* 20. *sub n.* 12. Corradus *lib.* 7. *prax. disp. c* 6. *n.* 21.

228 Ex dictis tamen juribus patet, quod non est necessarium deponere de stipite, sed sufficit de lateralibus, quia in *dict. capit. licet*, dicitur ab utroque latere singulos gradus, ubi *glos. in dict. verbo gradus*, exprese hoc tenet, & in *dict. cap. tua nos*, clarius id esse a parentibus, vel germanis, *ubi glos. in verbo germanis*, dicit, quod non est necesse incipere a stipite, sed sufficit a fratribus, & ita practicatur; & sic de affinitate dicendum erit.

Et licet testes consanguinei, vel affines repellantur regulariter a ferendo testimonio pro consanguineis, quia eorum dictum redditur suspectum, quod receptum est apud nostros: attamen in hac materia, consanguinei, & affines magis idonei reputantur tanquam magis informati de gradibus, optimus est textus, & clarus in *cap. super eo, de testibus il secundo*, 22. *in ordine*, *ubi glos. in verb. cum mater*, notat præ cæteris Corrad. *loco citat. dec.* 6. *numer.* 46. 219

Narrativa copulæ inter Oratores probatur eorum assertione, sicuti status eorum juramento, quod non fuerit sub spe facilius impetrandi, ut alias diximus, & dicitur exprese in dispensatione, recepto ab eis juramento, quia, quę ab animo dependent, solo juramento firmantur. 230

Narrativa inimicitiarum debet concludenter probari, & in specie cum dispensatio petitur cum hac expressione, & testes de ea formiter, & cum causę assignatione deponere debent, alias nihil probant; graves autem inimicitiæ quæ sint arbitrio Judicis remittuntur, Corrad. *lib.* 3. *prax. disp. c.* 2. *n.* 71. *cum seqq.* 231

Narrativa autem scandali, & infamiæ non est articulanda præcise, nec opus est, ut vigeat tempore executionis, vel impetrationis: sed sufficiet probare, quod verisimiliter exoriri possunt scandala, & jurgia inter consanguineos utriusque Oratoris, & probabilis sit timor, Corrad. *lib* 8. *c.* 2. & sufficiet ad hoc examinare testes. 232

Narrativa paupertatis Oratorum plene probatur per testes, & sic de singulis; de quibus omnibus, Deo dante, suo loco. 233

In materia vero Litterarum, *si in evidentem*, quia utilitas evidens est fundamentum Gratiæ, illa probanda est concludenter, & per plenas probationes, quod denotatur ex illa clausula, *vobis legitime constiterit*: late agit Corradus *lib.* 9. *cap.* 5. *per tot.* concludenter enim probari debet, Duran. *decis.* 250. *num.* 2. Gen. *cap.* 89. *num.* 2. Caval. *decis.* 45. *n.* 59. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *capit.* 30. *num.* 15. 16 & 17. Ciarlinus *cap.* 105. *nu.* ..... Bos. *tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 73. Rota *decis.* 319. *num.* 9. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & apud Merlin. *dec.* 702. *n.* 7. *&* 710. *n* 8. *& in Comen. pecuniaria* 16. *Junii* 1662. coram Eminentiss. Celso apud eundem 383. *n.* 4. 234

Cætera vero quæ narrantur in hac materia, non indigent plena justificatione, quia non sunt fundamentum gratiæ; nam in solita utilitate Ecclesiæ Papa intentionem suam firmat, & ex ea movetur ad concedendum.

Ex hactenus hucusque cumulatis inferri potest ad alias materias; nam semper fundamentum Gratiæ, sive narrativa, ex qua Papa movetur ad concedendum, sive quę est causa finalis concessionis, concludenter probari debet: cætera vero quæ non sunt in causa, sive super illis non fundatur Gratia, seu intentio Papæ ad concedendum non sunt plene justificanda: & citatis adde optimam decisionem *in Nicien. Canonicatus* 12. *Januarii* 1662. coram Eminentissimo Celso, penes eundem 392. *numer.* 1. in qua dictum fuit, quod Gratia impetrationis Beneficii fundata super incapacitate alterius, tunc, ut sustineatur incapacitas tanquam fundamentum Gratiæ, debet plene justificari. 235

Et tunc justificari debet eo citato, de cujus agitur interesse, Rota *in eadem Nicen. Canonicatus* 28. *Junii* 1662. coram eodem Eminentissimo Celso, penes eundem *decis.* 390. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 186. *num.* 12. *part.* 5. *recens. decis.* 142. *& in Aquilana Canonicatus* 2. *Junii* 1651. coram eodem Eminentissimo Celso, penes eundem *dec.* 121. *num.* 6. ubi aliæ etiam allegantur: & a fortiori non possunt exequi, nisi citato eo, de cujus agitur præjudicio, Burats. *dec.* 528. *n.* 6. Seraph. *dec.* 1056. etiam si non possideret, Eminentiss. Othob. *dec.* 58. ut dicemus suo loco. 236

Igitur pro complemento hujus Capitis narrativę justificatio debet præcedere Gratiæ executionem, quia in tantum fit Gratia in quantum preces verificentur, & narrativæ verificatio est suppositum necessarium, ut Gratia inexequibilis sit, Rota penes Duran. *dec.* 205. *num.* 6. est enim hoc necessarium, Rota *part.* 7. *recent. decis.* 174. & in *Beneventana Canonicatus* 14. *Maii* 1954. coram Zatate, penes Tondut. 8. *numer.* 6. Ridolf. *part.* 2. *capit.* 8. *num.* 57. Tondut. *part.* 2. *cap.* 4. § 1. *num.* 6. Narrativa enim pars Gratiæ dicitur, quia Papa fundatur super nar- 237

ratis;

satis; ideo antequam narrativa verificetur, & justificetur, Gratia est informis, nec nomen Gratiæ meretur, sed quasi nulla, & subreptitia censetur, Duran. *dec.* 147. *num.*.... & 285. *num.* 128. Eminentissimus Othob. *decis.* 120. *num.* 4. Gonzalez *glos.* 9. *in annot. num.* 230. & 231. Cocchier. *in reg.* 67. *de clausula, si ita est, num.* 5. quod
238 omnes admittunt; & adeo verum est, ut ante justificationem narrativæ, qui Gratiam obtinuit nullum jus certum habere dicatur, nec in re acquisitum, Gonzalez *loc. cit. num.* 232. & 233. Cocchier. *in dict. reg.* 67. *num.* 6. sicuti diximus de provisione in forma dignum, quæ ante verificationem non tribuit jus certum in Beneficio, sed ad Beneficium in materia Beneficiali, nec possessor eximitur a justificatione, cum actor suam Gratiam justificaverit, Rota apud Rub. *decis.* 142. *numer.* 4. *tomo* 1. si tamen actor non justificaverit, reus possessor absolvitur, etiam si suum titulum non justificaverit; nam jura abhorrent magis, quod nullum habens titulum ingrediatur possessionem Beneficii, quam, quod, cum ingressus per non habentem titulum vitiatur; nam sive justa, sive injusta sit possessio pleni juris, obtinet tam qui possidet, quam qui non possidet, *leg.* 2. *ff. uti possidetis*, Rota penes Merlin. *decis.* 200. si resignatario justificatur, quamvis possessor non exhibeat titulum, Ubert. *cap.* 2. *nu.* 3. Eminentiss. Othob. *decis.* 172.

239 Quare licet, ut dicemus nuper capite sequenti, Litteræ Apostolicæ paratam habeant executionem: attamen hoc procedit postquam sunt justificatæ; nam si justificatæ non sunt executionem certe non merentur, quia habent semper illam tacitam conditionem, *quatenus verificentur*, & clausulam, *si preces veritati nitantur*, *leg. final. Codic. de diversis rescriptis*, Imol. *in capit. super litteris de rescriptis*, *num.* 19. Lotter. *libr.* 2. *quæst.* 54. *num.* 81. Rota apud Comitulum *decis.* 115. & *decis.* 184. *part.* 2. *recent.* Durand. *decis.* 250. *num.* 5. & 440. *num.* 6. & 278. *num.* 2. & apud Eminentissimum Othob *decis.* 132. *nu.* 4. & 5. & *in Lucana jurispatronatus* 17. *Maii* 1638. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 256. *num.* 1. & apud eundem 360. *num.* 7. & 366. *numer.* 7. & 119. *numer.* 2. & apud Amatum Dunozettum 697. *numer.* 2. & 876. *num.* 2. & 886. *num.* 4. & 897 *num.* 1. 901. *num.* 1. & 1007. *num.* 6. & 262. *num.* 1. & *part.* 10. *recent. decis.* 147. *num.* 12. & *decis.* 108. *num.* 5. *decis.* 14. *num.* 3. *decis.* 25. *num.* 1. 2. 3. 4. & 5. & *decis.* 210. *num.* 8. & *part.* 11. *decis.* 28. *num.* 1. & *part.* 12. *decis.* 46. *num.* 12. & *decis.* 100. *numer.* 3. & 4. & 123. *num.* 2. & 155. *num.* 1. & quotidie hoc in Rota canonizatur, quia gratia, quæ non est justificata, non meretur gratiæ nomen, Rota apud Amatum Dunozett. 167. *num.* 33. & est nulla, apud eundem 202. *num.* 4. & 5. non autem dicitur justificata, nisi narrata fuerint modo, quo diximus probata, Rota apud Eminentissimum Celsum 256. *num.* 4. Corrad. *lib.* 7. *cap.* 6. *sub num.* 25. *vers. & sic non potest*, & *lib* 8. *prax. dispens. cap.* 1. *numer.* 39. ubi dixit Delegatum, seu Executorem non posse devenire ad executionem dispensationis, nisi verificatis expositis in Litteris: sic decretum super alienatione rerum Ecclesiæ vigore Brevis non potest interponi, nisi verificatis expositis, & clausula, *in evidentem*, præcedente, nempe causæ cognitione, Corrad. *lib* 9. *cap.* 11. *in princip.* quod procedit etiam nullo existente contradictore, Rota *p.* 10. *dec.* 85. *num.* 13.

240 Nec Executor poterit dare Gratiam pro justificata, sed debet ex actis constare de justificatione, Ludovis. *decis.* 413. *num.* 264. & 265. *num.* 8. Olivet. ad eundem Ludovis. *decis.* 150. debet enim Executor prius justificare Litteras, prævia causæ cognitione, & postea exequi illas, Rota *diversor. part.* 2. *decis.* 221. & penes Posthium *post tract. de manutenen.* 103. *num.* 7. Ubertus *part.* 6. *fol.* 264. *vers. mixtus*, alias nulliter agit, Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 918. *numer.* 5. Eminentissimus Othob. *decis.* 41. *numer.* 10. & licet aliquando Rota dixerit, quod
241 Litteræ cum fuerint jam executioni demandatæ, justificatæ præsumantur, Buratt. *decis.* 842. *numer.* 4. & 406. *numer.* 1. *part.* 1. *recent.* Eminentissimus Othob. *decis.* 154. Eminentissimus Celsus *decis.* 396. *numer.* 2. apud Amatum Dunozettum *decis.* 661. *numer.* 11. & apud Bichium *decis.* 392. *numer.* 12. & *decis.* 456. *part.* 13. *recent.*

Hoc autem procedit, quando Litteræ continent Executorem merum; secus si mixtum; nam tunc verificatio
242 debet apparere ex actis, ut nuper dictum est; nam Executor mixtus non potest extrajudicialiter procedere, sed juris ordine servato, ut dicendum est, Rota *dicta decis.* 601. apud Amatum Dunozettum, & 182. *numer.* 6. & 250. *numer.* 4. apud eundem, & Rota *in Caurien. Prioratus* 342. *num.* 11. & 12. *part.* 10. *recent.* & optime *in Vicen. Parochialis* 24. *Junii* 1650. coram Bichio, *part.* 11. *recent. decis.* 59. *a numer.* 10. *cum sequentibus*, & penes ipsum 431. *numer.* 10. & 11. & apud Dunozettum *decis.* 731. *numer.* 37. & 38. apud Duran. *decis.* 238. *numer.* 8. & 9. & apud Merlin. *decis* 702. *numer.* 43. ut alibi sæpe, & apud eundem Bichium *decis.* 375. *in fine*, & 399. Item præsumptio hæc justificationis suffragari potest in judicio executivo Litterarum Apostolicarum ad impediendum, ne via executiva quis consequatur possessionem Beneficii, non autem in judicio Ordinario adjudicationis Beneficii, postquam actor suam intentionem plene probaverit, & Gratiam justificaverit; nam tunc cessat præsumptio, quæ stat pro possessore, & debet ipse quoque justificare, Rota *d. dec.* 431. *nu.* 13. penes Bich. & ita quoque videtur loqui Eminentissimus Celsus *loc. cit.* Verum tamen est, quod ex lapsu longissimi temporis præsumitur justificata Gratia, Rota apud eundem Dunozettum *dec.* 252. *n.* 7.

Hæc quæ diximus procedunt in Gratiosis Litteris conti- 243
nentibus Gratiam faciendam ab Executoribus: attamen in gratiosis, seu Litteris expeditis in tali forma nulla narrativa est justificanda, Cocchier. *in dict. regul.* 67. *numer.* 7. Paris. *de resignatione libr.* 10. *quæst.* 3. *numer.* 53. Merlin. *decis.* 241. *numer.* 11. ad textum *in leg Judices*, & *authentica ad eloquentissimum*, *Cod. de fide instrumentor.*
Lotter. *libr.* 2. *quæst* 41. *in princip. num.* 9. & si aliquam 244
justificationem requirant Litteræ, potest merus Executor extrajudicialiter se informando ad executionem procedere, Rota apud Amatum Dunozettum *decis.* 75. & 297. *numer.* 4. & merus Executor, cum viderit Gratiam subreptitiam potest abstinere ab executione, sed non potest decernere contra ipsius substantiam, nisi tamen quando de mero efficitur mixtus Executor, quia adesset le-
gitimus contradictor; idem Merlin. & ita intelligitur 245
decisio Cameræ *in Romana appaltus Gabella carnis* coram Gastaldo 13. *Octobris* 1659. quæ habetur *part.* 11. *recent.* 14. *numer.* 4. dum ait, quod etiam merus Executor de veritate precum inquirere debet, & cognitionem obreptionis habet, de qua re suo loco (Deo dante.)

Firma ergo remanet conclusio, quod in omni materia narrativa debeat ab Executore ante omnia justificari eo modo quo dictum est, aliquando plene, ac concludenter, aliquando semiplene, sive agatur ordinarie, sive executive, sive sit mixtus, sive merus Executor, cum teneatur justificare; & nulla alia adest differentia inter merum, & mixtum, quia mixtus tenetur procedere judicialiter, & partes Judicis assumere: merus vero potest se extrajudicialiter informare, quod in sequenti Capite fusius demonstrabitur: alias si Executor, non justificatis Litteris, illas exequeretur, nulliter procederet, Buratt. *decis.* 329. *num.* 7. Peutiog. *decis.* 77. *num.* 2. & alibi sæpe: illis tamen justificatis, executioni debere libera demandare actus justitiæ reputatur, Rota *part.* 13. *recent. decis.* 456.

A D D I T I O

Ad Caput VII. Primæ partis.

Quæ narrativa, &c.

S U M M A R I U M.

In gratiosis omnia narrata sunt justificanda, numer. 1.

Ex gratia non justificata nullum jus dicitur quæsitum impetranti, num. 2.

Aliud est, gratiam esse subreptitiam, aliud non justificatam, n. 3. & 4.

Ut littera non dicantur justificata, sufficit possibilitas in contrarium, n. 5.

Justificatio narrativæ facienda est, etiam cum agitur executive, num. 6.

Narrativa est justificanda, etiam nulla opponente, num. 7.

Cum gratia est facta, Executor ex se est merus, num. 8.

Littera in forma gratiosa non dantur, nisi pravia justificatione, num 9.

Littera in forma gratiosa concessa, exequuntur absque alia justificatione, n. 10.

Executor Litterarum in forma gratiosa immittere statim potest Provisum, numer. 11. limita, numer. 12.

Narrativa, que est fundamentum gratia, concludenter est probanda, nu. 13. & 14.

Narrativa, qua consistit in negativa, est justificanda, n. 15. usque ad 18.

Sufficit verificare vacationem, seu narrativam eo modo, quo est facta, nu. 19.

Diligentia ad probandum negativam expeditionis Litterarum sunt fatienda in omnibus locis, in in quibus Littera expediri; possunt, n. 21.

Narrativa, qua non est fundamentum gratia, sufficit, ut probetur semiplene, n. 22 23. & 24.

Cum plura narrantur copulative, sufficit, unum verificari, n. 25. 26. & 27.

Cum unus modus exprimitur, illo non probato, gratia corruit, nu. 28.

Narrativa Papa, ad instantiam partis emanata, non probat, n. 29.

Narrativa verificari debet de tempore gratia, num. 30. usque ad 35.

Reservatio, contingens ex prima dignitate in Cathedrali, concludenter est probanda, num. 37. 38. & 39.

Cum est dubium, an sit prima dignitas non intrat reservatio, num. 40.

Ex provisionibus antecedentibus probatur prima dignitas, num. 41.

Cum cura animarum est annexa prima dignitati, est exprimendum, n. 42. & 43.

Regula Cancellariæ 57. *quomodo intelligenda? numer. 44.*

Prima dignitas in Collegiata est concludenter probanda, nu. 45. usque ad 58.

Per provisiones Apostolicas num immutetur collegialitas? nu. 59. 60. 61.

Prima dignitas in Collegiata providetur semper a Sancta Sede, etiamsi ejus reditus non excedant valorem decem florenorum, nu. 62.

Narrativa, quod Beneficium sit curatum, eget justificationi, nu. 63. & 64.

Narrativa, quod Beneficium sit simplex, non est probanda, nu. 65.

Reservatio narrativa est plene probanda, num. 67. 68. & 69.

Quomodo probetur reservatio ratione mensis? nu. 70. 71. & 72.

Menses fisci qui? nu. 73. 74. & 75.

Obitus in mense reservato, quomodo probetur? n. 76. & 77.

Alternativa quomodo probetur? n. 78. & 79.

Papa an possit concurrere in mense alternato cum Ordinario? n. 80. usque ad 84.

Alternativa habet locum solum in Beneficiis collationis, nu. 85.

Papa si providet cum supposito reservationis, illa collatio corruit, n. 86.

Cum adest concursus alterius tituli, reservatio concludenter est probanda, n. 87.

Sufficit semiplena probatio, cessante concursu alterius tituli, nu. 88.

Reservatio rationi mensis, quando incipiat, nu. 89. & 90.

Reservatio ratione subcollectoria, ut intret, qua requirantur, & quomodo probetur? nu. 91. usque ad 112.

Reservatio ratione Pratonotariatus, qua requirat, & quomodo probetur? nu. 113. usque ad 120.

Reservatio ratione familiaritatis S. R. E. Cardinalium qua requirat, ut intret, & quomodo probetur? nu. 121. usque ad 137.

Vacatio per obitum, seu obitus, quomodo probetur? nu. 138. usque ad 144.

Vacatio ipsa plene probanda, numer. 145. 146. & 147.

Ex pluribus vacationibus narratis sufficit unam verificari, n. 148. & 149.

Cum falsus modus dispositive est narratus, clausula, sive præmisso, *non juvat, numer. 150. usque ad 156.*

Narrativa vacationis certo modo plene probanda, & citata parte, n. 157. usque ad 160.

Impetratio certo modo non potest fieri contra triennalem possessorem, nu. 161.

Qui impetrat ob retentionem incompatibilis, quid probare debeat? n. 162. usque ad 177.

Cum quis presumpserit retinere duo incompatibilia per duos menses, utroque privatur, num. 178. & 179.

In provisionibus Apostolicis de incompatibili apponitur decretum de dimittendo infra duos menses, & intelligitur prout de jure, num. 180. & 181.

Quandoque expediuntur Bulla de primo antequam expediantur de secundo, nu. 182.

Impetrans ex devolutione, ipsam probare debet concludenter, & quomodo, n. 184. usque ad 193.

Episcopus non potest, jure devoluto, conferre Beneficia jurispatronatus sub pratextu litis, si patroni infra legitima tempora prasentaverunt, num. 194. usque ad 197.

Per prasentationem nullam non eliditur devolutio, num. 198. usque ad 202.

Decretum Sacri Concilii Tridentini sess. 23. *habet locum etiam in Beneficiis jurispatronatus, numer. 199.*

Episcopo an currat tempus a die vacationis, an vero a die scientia, ut intret devolutio? nu. 203. usque ad 216.

Papa potest concurrere cum inferiore collatore in devolutione, & quomodo, numer. 217. usque ad 225.

Quando Beneficium impetratur, uti devolutum, que clausula apponantur? n. 226. 227. & 228.

Qualitas Beneficii expresse est probanda, nu. 229. & 230.

Status Beneficii est diversus a statu collationis, numer. 231.

In jure prasentandi, & conferendi manuteneri debet ille, qui habet ultimum statum possessionis, nu. 232 usque ad 236.

Ultimus status antecessoris an prosit successoribus? n. 237. usque ad 247.

Pertinentia jurispatronatus quomodo probetur, num. 248.

Refertur decisio Sacræ Rotæ apud Bichium, *quando possessorium absorbetur a petitorio, nu. 249. & 250.*

Consensus illius, qui non est patronus, an noceat vero patrono? n. 251. usque ad 259.

In concursu prasentationum quis praferendus? num. 260. & 261.

In calculando voces habendus est respectus ad illos, qui prasentaverunt, n. 262. & 263.

Quasi possessio prasentandi attenditur in gratia derogationis jurispatronatus, & quomodo hoc intelligatur? num. 264.

Unica prasentatio, effectum sortita, sufficit ad constituendum aliquem in quasi possessione prasentandi, nu. 265.

Ad sustinendam provisionem jam factam, sufficit ultimus status, num. 266.

Non attenditur ultimus status, quando ante institutionem constat de contrario, nu. 267. & 268.

Prasentationes cum enunciativa jurispatronatus non sufficiunt ad probandum statum anteriorem, sed debet constare per legitimas probationes, num. 268. 269. & 270.

Ut status primus non sit attendendus, oportet, ultimum esse prascriptum, n. 271. & 272.

Beneficium collativum est in fructu, n. 273.

Beneficium, an sit collativum, probatur ex ultimo statu, n. 274. 275. & 276.

Provisiones Apostolica quando immutent statum Beneficii, nu. 277. usque ad 288.

Ad sustinendam provisionem Apostolicam sufficit ultimus status, nu. 289.

Quasi possessio conferendi, tanquam de libero, sufficit, cum precesserunt alia, nu. 291.

Epi-

Episcopus constituitur in quasi possessione conferendi per unicam collationem, effectum sortitam, numero 292.

Cum provisio ultima fuerit impugnata, non constituit ultimum statum, n. 293. & 294.

Ad dignoscendam Beneficii qualitatem semper attenditur ultimus status, n. 295. usque ad 303.

De qualitate Beneficii anteriori debet constare per legitimas probationes, n. 304. & 305.

Non est attendendus ultimus status, quando constat de contrario per unionem, n. 306. & 307.

Pro mutatione Beneficii tria requiruntur, num. 308. usque ad 314.

Narrativa præsentationis a medietate patronorum, de quo tempore debet esse vera, n. 315. & 316.

Juspatronatus probatur per plures præsentationes, effectum sortitas, n. 317.

Quando unica præsentatio sufficiat, num. 318. usque ad 323.

In personis, in quibus cadit suspicio usurpationis, quæ requiratur probatio, n. 324. & 325.

Quomodo probetur juspatronatus, remissive, numer. 326.

Quando transeat juspatronatus cum universitate bonorum remissive, n. 327.

Quando juspatronatus dicatur hæreditarium, remissive, num. 328.

Quando transit in fideicommissarium, remissive, num. 309.

Quando sit gentilitium, remissive, num. 330.

Valor expressus justificandus, num. 331. usque ad 342.

Valor narratus per non excessum, quando justificandus, n. 343. & 344.

Valor de quo tempore articulandus, num. 345. usque ad 354.

Narrativa valoris per non excessum semiplene probatur, num. 355. usque ad 361.

Valor expressus affirmative requirit exactas probationes, num. 362. usque ad 377.

Quæ expensæ deducenda in valore Beneficiorum, nu. 378. usque ad 384.

In valore Beneficii non computantur expensa incertæ, & quæ? num 385. 386. 387. & 388.

Clausula, dummodo aliunde habeat, &c. *num. 389. usque ad 394.*

Resignatarius non tenetur justificare titulum antecessoris, num. 395. 396. 397. & 398.

Narrativa, quod duo incompatibilia retineri possunt, justificanda, num. 399.

Utilitas Ecclesiæ debet esse evidens, numer. 400. & 401.

Utilitas debet esse Ecclesiæ, non Prælati, numer. 402.

Requiritur utilitas, & beneplacitum copulative, numer. 403.

Utilitas de tempore contractus, num. 404.

Litteræ executioni demandatæ, præsumuntur justificatæ, si rite processum fuerit; secus si non citato possessore, n. 405.

Cum non apparet, quod possessio fuerit tradita ab Executore, non præsumuntur justificatæ litteræ, num. 406.

IN gratiosis omnia narrata sunt justificanda: quia sunt
pars gratiæ; & licet Cocchier *ad regulam 67. de clausu-*
1 *la si ita est, num. 5.* docent, quod tunc censetur gratia sub-
reptitia, saltem quo ad effectum utendi, nec ex ea conse-
quitur jus, neque in re, neque ad rem. Nos autem dixi-
mus, quod aliud est, gratiam esse subreptitiam, aliud
vero, non justificatam; potest tamen salvari dictum Coc-
chierii: quia dicit, dici subreptitiam saltem quoad effe-
2 ctum utendi; bene tamen ait Cocchier, quod nullum jus
ex ea consequitur, cum narrata non verificantur: quia
exequi non possunt Litteræ, Gregorius *decis. 387. num 5.*
part. 10. recent. decis. 147. in fine, & par. 16. decis. 116.
num. 2. apud Bichium 285. *num.* 1. apud Burattum *decis.*
942. apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 37. *num.* 3. &
502. *num.* 4. apud Priolum 38. *n.* 1. & 469. *num.* 1. hoc au-
3 tem interest, cum Litteræ sunt subreptitiæ, & cum non
sunt justificatæ: quia in primo casu semper sunt nullæ, &
nunquam exequi possunt; in secundo vero non possunt
executioni demandari quousque sunt injustificatæ; acce-
dente tamen justificatione bene exequuntur, & recupe- 4
rant viam executivam, ut diximus alibi; & ideo jus hoc
pendulum dici potest, pendens scilicet ex justificatione;
ut autem non dicantur justificatæ, sufficit possibilitas in 5
contrarium, secundum Sacram Rotam *decis.* 27. *num.* 11.
part 13. & *decis.* 314. *num.* 10. *part.* 18. Quæ justificatio 6
narratorum facienda est, etiam cum agatur executive,
Manzanedus *decis.* 155. *n.* 12. & nullo opponente: quia,
ut dictum est, narrata sunt pars gratiæ, Cocchier. *in d. re-*
gula 67. num. 6. & clarius infra declarabitur. Hoc tamen
procedit, cum Executores Litterarum Apostolicarum sunt 7
mixti, vel cum Litteræ continent tantum mandatum ad
gratiam faciendam, veris stantibus narratis, sive, ut me- 8
lius loquamur, in gratiis faciendis; cum autem Litteræ
continent gratiam factam, Executores dantur duntaxat
ad merum factum: quia tunc sunt meri Executores nudi
facti, ut dixit Rota apud Peniam *decis.* 32. *num.* 9. veluti
cum Litteræ Beneficiales fuerunt expeditæ in forma gratio-
sa, & committitur aliquibus solum possessionis traditio,
non oportet tunc verificari narrata, Patisius *de resignatio-*
ne lib. 10. *quæst.* 3. *num.* 53. Cocchier *loco cit. reg.* 67. *num.* 7.
qui in hoc reprobat Zerolam: quia tales Litteræ in for- 9
ma gratiosa non dantur, nisi prævia justificatione, & ex
ipsis justificantur, Rota *decis.* 160. *num.* 4. *part.* 15. *recent.*
& apud Priolum *decis.* 236. *in fine*, ac proinde absque justi- 10
ficatione exequendæ, idem Priolus *dec.* 211. & apud Cer-
rum 830. *num.* 12. Quare poterit Executor mandare, quod 11
immittantur in possessionem aliis omissis, Manzanedus
decis. 155. Rota *decis.* 333. *num.* 13. *part.* 4. *tom.* 2. nisi ta- 12
men de mero efficiatur mixtus, quia adest legitimus con-
tradictor, & pars opponit: quia tunc narrata sunt pro-
banda, & eo casu tenetur partes Judicis assumere, Co-
chier *loco cit. num.* 7. Manzanedus, Priolus, & Cerrus *lo-*
cis citatis, & dec. 42. *num.* 9. *part.* 9. nec tunc potest ex-
trajudicialiter procedere, Doctores citati, & sæpe dixi-
mus eum non tenetur citare, neque tenetur facere proces-
sum judicialem, sed potest extrajudicialiter procedere,
Rota *dec.* 365. *n.* 15. *par.* 9. cum vero mixtus, si tunc o-
mittat servare ordinem judiciarium, & audire contradi-
ctorem, ejusque exceptiones, & defensiones, nulliter a-
git Pen. *dec.* 94 *n.* 3. & 4. & *decis.* 484 *n.* 3. Imo dilatione
petita pro possessore, seu contradictore absente ad eum
certiorandum, *d. dec.* 484. *n.* 4.

Diximus in initio hujus capitis, *n.* 3. *eam seqq.* quod il- 13
la narrativa est concludenter probanda, quæ est fundamen-
tum gratiæ; adde Cocchier. *loco cit. n.* 8. Rotam *dec.* 116.
n. 3. *par.* 16. Rotam *in Ripana Beneficii* coram Bevilaqua 4.
Junii 1655. penes Toodut. 75. *n.* 4. 444. *par.* 2. & optime
apud Coccinum *decis.* 536. & 1571. in quibus dictum fuit,
quod illa narrativa est pene, & concludenter probanda,
quæ absolute est causa concessionis; quæ vero non est ab-
solute causa concessionis, sed simplex, licet sit pars gra- 14
tiæ, tamen sufficit semiplene probari, ut etiam dicemus;
quapropter vacatio apud Sedem, quando est causa gra-
tiæ derogationis jurispatronatus, concludenter venit
probanda: quia Papa non derogat, nisi vacatio sit a-
pud Sedem, Rota *decis.* 1220. *num.* 4. & 5. apud Coc-
cinum, & cum est gratiæ fundamentum, etiam nullo
opponente, verificari debet, Rota apud Peniam *decis.*
484. *n.* 5. & 6.

Num. 10. diximus etiamsi narrativa in negativa consi-
stat, illam probari oportere; adde *d. decis.* 75. penes
Tondut. *de pens.* Cocchier. *reg.* 36. *de publicandis, num.* 31. 15
Rotam *decis.* 50. *num.* 2. & 341. *num.* 5. *part.* 15. & apud
Eminentiss. Cerrum 710. *num.* 1. & 864. *Sic* qui impetrat
ob non residentiam, tunc non residentiam debet conclu-
denter probare; & quamvis adsit pœna privationis ipso 16
jure, requiritur tamen declaratoria facti, & probationem
post se expectat, late Rota *dec.* 314. *par.* 4. *num.* 1. Quod
procedit, quando negativa fuit Papæ narrata; secus ve- 17
ro quando narrativa continet duntaxat factum, ex quo
sequitur negativa: quia tunc sufficit verificare factum 18
narratum, Rota *dec.* 360. *num.* 6. apud Bichium, & *dec.*
189. *num.* 6. *par.* 15. in qua dicitur, quod sufficit justifica-
ri factum, & non jus; & sufficit etiam justificari narrati-
vam, seu vacationem eo modo, quo facta est, Rota *Leo-* 19
dien. Canonicatus 28. *Junii* 1655. coram Verospio, penes
Tondut. *de pens.* 49. *num.* 11. ubi aliæ allegantur decisio-
nes, & diximus *n.* 25.

Decisionem, quam allegavimus *num* 19. *in Valentina*
Rectorio 31 *Julii* 1651. coram Bichio, est penes ipsum 475. 20
in qua

In qua dicitur, quod qui se fundat in negativa expeditio-
nis Litterarum, idem probare tenetur. Adde etiam de-
cisiones 400. *n.* 15. *&* 280. *nu.* 26. apud eundem Bichium:
21 diligentiæ enim fieri debent in omnibus locis, in quibus
annotari solent gratiæ, itaut nullus debeat prætermitti,
& sufficit aliquid esse possibile, ne probatio negativæ non
existentiæ concludat, ut in *dictis decisionibus*, ita etiam
qui impetrat ob non delationem habitus, juxta Constit.
Xisti V, illam concludenter debet probare, Rota *d. decis.*
1571. apud Coccinum.

Narrativam, quæ non est fundamentum gratiæ, non
22 esse concludenter probandam, diximus *n.* 23. adde Cocch.
reg. 67. *num.* 8. Rotam *decis.* 56. *num.* 8. *&* 296. *n.* 7. *p.* 15.
recent. quod limitat Cocchier, si para non opponat; nam
23 parte opponente, tunc omnia narrata sunt justificanda,
etiamsi non sint fundamentum gratiæ, puta valor Beneficii,
narrativa obtentorum, qualitas Beneficii, quod non re-
quirat residentiam Diœcesis suæ; nam tunc probare tene-
bitur, si opponatur, aliter non. Sed adverte, quod hæc
omnia, licet non sint fundamentum gratiæ, ut dicit Coc-
24 chier, attamen sunt semper verificanda, etiamsi pars non
opponat; licet non tam rigide; & de valore, & aliis di-
cemus infra. Resolvat tamen hæc ex dictis in capite hoc
benignus Lector, scilicet an, & quomodo teneatur im-
petrans gratiam justificare ea, quæ non sunt fundamentum
gratiæ.

25 *Num.* 31. diximus, quod, si plura narrantur etiam co-
pulative, satis est, ut unum probetur: quia copulativa
resolvitur in distinctivam: adduximus Marchesanum, &
Amayden; Attamen in superiori capite in additione ad
num. 128. contrarium diximus, nempe cum expressi fue-
rint plures modi vocationis copulative, probari omnes
26 oportere, secundum decisionem Sacræ Rotæ 325. *num.*
10. *part.* 16. secus si dispositive, & alternative, juxta de-
cisionem ejusdem Sacræ Rotæ 317. *n.* 17. *eadem par.* 16. &
antea dixerat apud Coccinum *dec.* 139. *nu.* 1. a dictis Sacræ
Rotæ recedere non audemus, & post scripta vidimus de-
cisionem apud Eminentissimum Cerrum 711. *n.* 3. in qua
27 dicitur, quod, cum plures narrantur species vacationis
cum clausula generali, *Quovis*, *&c.* tunc sufficit justifica-
28 tio unius; Certum tamen est, quod, cum unus modus
exprimitur, si non verificetur, provisio corruit, ut sæpe
sæpius Sacra Rota, præsertim apud Ptolum *dec.* 34. *n.* 40.
& notandum est, quod expressio certi modi vacationis est
facienda, attenta Regula Cancellariæ, non autem. at-
tento jure communi, secundum quod sufficit, quod Be-
neficium vacet, Lapus *alleg.* 6. *num.* 5. Gabr. *conf.* 188. *lib.*
1. Coccin. *dec.* 139. *n.* 3 nec contrarium probat *c. susce-
ptum*, *de rescriptis in* 6. in quo tantum disponitur, quod
narrato uno modo, non venit alter.

29 Ad scripta *num.* 44. addimus, quod narrativa Papæ,
cum emanat in gratia ad instantiam partis, nec respicit
rem gestam cum ipso Papa, non probat, nisi aliunde ju-
stificetur, Frideric. de Senis *conf.* 117. *n.* 2. Garz. *par.* 9. *c.* 2.
n. 361. Rota *dec.* 280. *nu.* 21. apud Bich. ubi aliæ allegantur
decisiones; secus autem, si res gesta esset cum Papa, Ro-
ta apud eundem Bichium 275. *n.* 7.

30 Agitavimus quæstionem *a nu.* 49. *cum seq.* de quo tem-
pore verificari debeant narrata: & diximus, quod in gra-
tiosis narrata verificanda sunt de tempore datæ. Adde
Franchum *in cap. cum illis num.* 8. *de præbendis in* 6. Felin.
in cap. cum te num. 18. *de rescriptis*, Imolam *in clem. fin.
num.* 20. *de rescriptis*, Rotam *decis.* 443. *num.* 2. *part.* 2.
recent. & apud Burattum *decis.* 867. *num.* 5. apud Bichium
455. *num.* 4 apud Manzanedum 490. *num.* 19. *per textum
in cap. cum te de rescriptis*, non attento quid acciderit
medio tempore inter supplicationem signatam, & Litte-
rarum expeditionem. Hanc receptam esse sententiam di-
cit P. Bardus *in selectis lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 4. *per textum in
cap. si eo tempore*, *de rescriptis in* 6. ex quo textu dicit, Do-
ctores colligere ex taciturnitate alicujus veritatis necessario
31 exprimendæ, vel expressionis falsitatis tempore datæ red-
di rescriptum subreptitium, & nullum, licet tempore se-
quenti, seu tempore executionis verificetur, citat Glos.
in d. cap. si eo tempore, Monachum etiam *nu.* 2. Franchum
n. 1. 2. *&* 3. Joannem Andr. *in cap. ad aures de rescriptis*,
ubi Barbosa *num.* 5. *&* 6. & alios, ex qua doctrina Bardus
32 dicit: *Breve dispensationis super defectus ætatis ad Ordines
Sacros pro tredecim mensibus esse subreptitium, si tempore
datæ defectus sit in pluribus, quam tredecim mensibus; Se-
cus vero, si quis petierit dispensationem in tredecim mensi-
bus, & non dixerit illo tempore tantum sibi deficere ad æta-
tem requisitam; nam tunc nullum vitium subreptionis conti-
net, atque validum esse: & quamvis statim non potuisset re-
scripto uti ob pluralitatem mensium; cum tamen pervenerit
ad illam ætatem, in qua solum tredecim menses defecerint;* 33
*poterit uti: quia sensus petitionis est, ut simpliciter Ponti-
fex dispenset in tot mensibus; & ideo nulla falsitas*, Ita
Bardus ibi *num.* 5. *&* *num.* 22. At Nos consideramus, quod
semper secundo modo petitur hæc dispensatio: quia po-
nitur in Brevi clausula, *hæc*, *&c.* Unde cessat omnino
scrupulum Patris Bardi: Hinc etiam dicit Bardus, quod 34
inhabilitates tum respectu Beneficiorum, tum Ordinum, 35
attendi debent tempore executionis, seu collationis Bene-
ficii, vel Ordinis, cum hæc tamen conditione, ut tem-
pore datæ nulla fuerit in Litteris subreptio; nam ea posita,
non poterit impetrans obtinere Beneficium, vel Ordinem:
quia rescriptum fuit nullum; Si vero nulla subreptio inter-
venerit, tunc sufficiet si tempore executionis cesset inhabi-
litas, & hunc esse stylum Curiæ asserit *n.* 23. & citat Bar-
bosam *in c. si*, *cui*, *de preb. in* 6.

Sub *num.* 59. diximus, reservationem, contingentem 36
ex prima Dignitate post Pontificalem in Cathedralibus,
probandam concludenter, quia est gratiæ fundamentum,
& novissime apud eundem Bichium *decis.* 280. *num.* 15.
& 18. nec sufficit una enunciativa, sed requiruntur duæ, 37
& supra centum annos ad probandum primam Dignita-
tem in Cathedralibus, Rota *decis.* 143. *num.* 14. *part.* 7. *&*
d. decis. 180. *numer.* 23. apud Bichium; Addendum est 38
hic, quod, ut intret hæc reservatio, oportet, ut in a-
ctu sit talis, scilicet cum vacat; sufficit tamen, ut ante
provisionem sit talis, late Garz. *de Beneficiis part.* 5. *cap.*
1. §. 5. *num.* 257. *&* 258. Cocchier. *ad reg.* 3. *de reservat.
& dignit. num.* 21. Tria etiam requisita requirit Cocchier
loco cit. num. 9. ut aliqua Dignitas dici possit prima in Ca- 39
thedralibus post Pontificalem. Primum, quod sit electi-
va. Secundum, quod habet administrationem bonorum
temporalium. Tertium, quod habeat prærogativam in
stallo Chori, & loco, & voce Capitulari; At secun-
dum requisitum non est in usu; unde bene subnectit Coc-
chier ibi: *dummodo consuetudo loci*, *vel Provinciæ*, *aliud
non statuerit*; cum vero non est certum, quod sit prima
Dignitas in Cathedrali, sed hoc redditur dubium, & am-
biguum ex aliis provisionibus, tunc non intrat reservatio,
nec *decretum irritans* resistit possessioni, donec discutia- 40
tur; & interim, si adest possessor, est legitimus contra-
dictor: quia debet esse clarum, quod sit prima Dignitas,
Rota *in d. decis.* 280. *num.* 17 *cum seq.* apud Bichium: Ex
provisionibus autem antecedentibus tanquam prima Di- 41
gnitate bene talis qualitas probatur, Rota *decis.* 596. *num.*
13. *par.* 18. & etiam ex ultimo statu bene probatur hæc qua-
litas, & sufficit ad reservationem, ut dicitur in eadem
decis. 596. *num.* 7. *&* 8. ex ordine etiam descriptionis post
Pontificalem bene probatur prima Dignitas, Rota *d. decis.*
596. *num.* 3. & notes, quod, si prima Dignitas vacave-
rit in mense reservato, potest præsumi reservatio ex utro-
que capite, nempe ex *reg.* 4. *&* 9. hodie, Coccinus *decis.*
2005. *num.* 7.

Notandum etiam hic duximus, licet extra locum suum,
quod quando primæ Dignitati est annexa cura Animarum,
ut in hac Policastrensi Ecclesia, hoc etiam est exprimen- 42
dum, licet non in ordine ad reservationem, sed ad quali-
tatem Beneficii necessario exprimendam; nam Dignitas
Curata majorem exigit idoneitatem, juxta textum *in cap.
cum in illis*, *de præbendis in* 6. Ita Cocchier *in regula* 63. *de
expressione qualitatum Benef. n.* 9 etiamsi cura, annexa
Dignitati, sit habitualis, Othob. *decis.* 58. *num.* 6. secus 43
autem esset, si cura esset penes totum Capitulum, ut in
eadem decisione Othob. & in superiori capite notavimus,
qualitates Beneficiorum omnino exprimendas, ex *reg.
Cancellariæ*, hodie 57. tum illas, quæ sunt a jure inductæ
(ut est qualitas Curæ) tum etiam ea, quæ secundum sty-
lum exprimi debent, Cocchier *loco cit.* Sacra tamen Rota
in sæpe allegata decisione 325. *n.* 19. dixit, præfatam *regu-* 44
lam 57. intelligendam de qualitatibus illis, quæ potuissent
retrahere Principem a concedendo.

Pari etiam modo dicimus, primam Dignitatem in Col- 45
legiata concludenter esse probandam per probationes ple-
nas, & necessarias, ut intret reservatio ex hoc capite,
juxta eandem *regulam quartam Cancellariæ*, Caval. *decis.*
266. *&* *decis.* 143. *num.* 1. *part.* 7. add. ad Gregor. 411. &
apud Bichium 312. allegatam *num.* 7. hoc enim probandum
est, ut possit esse locus reservationi, & *decreto irritanti*,
& inficere quascunque provisiones inferiorum Collato-
rum,

46 rum, tam respectu tituli, quam possessionis, juxta tea-
tum in *cap. in eo tempore, de electione in* 6. Rotam *decis.*
243. *n.* 2. *par.* 16. *recent.* Gonzalez. *ad regulam* 8. *Cancel-
lariæ in annotationibus n.* 228. Rotam apud Buratt. *dec.* 176.
n. 1. & 2. apud Priolum 469. *num.* 1. & 2. Collegialitas au-
47 tem, quando alias non constat de primæva institutione,
vel Apostolico Privilegio, bene probari potest per con-
jecturas, Innocentius *in cap. postulasti, de jurepatronatus,*
Hostiens. *in cap. nostris*, ibique Joannes Andr. *num.* 18.
eodem titulo de jurepatronatus, Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 14. *nu-
mero* 54. Rota *d. decis.* 234. *num.* 3. *part.* 16. Nec opus est,
ut concurrant omnia signa Collegialitatis, Rota *recent.*
292. *num.* 12. *part.* 2. *tomo* 2. addentes ad Burattum 455.
& *in d. decis.* 234. *num.* 4. Lotterius *loco cit. numer.* 79. Ex
antiquissimis etiam enunciativis, ex Litteris Apostolicis,
49 decretis Canonicis, ex communi arca, ex syndico, sive
œconomo, ex venditionibus, locationibus capitulariter
factis, ex conventione Canonicorum, ex congregatio-
nibus capitulariter factis, ex collationibus Canonicatuum,
ex traditione possessionis Canonicis, cum assignatione
stalli in Choro, & loci in Capitulo, ex visitationibus
Episcoporum, ex relationibus ad limina bene probatur
Collegialitas, ut latissime fuit dictum in *dict. decis.* 234.
a numer. 5. *cum multis seqq.* Lotter. *d. quæst.* 14. latis-
sime, & apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 450. Cum
50 autem status ultimus est Collegialitati contrarius, tunc
non sufficiunt probationes æquivocæ, sed debent esse
claræ, & indubitatæ, præsertim si ultimo statui cor-
respondet etiam centenarius antecedens, prout fuit deci-
sum in *d. decis.* apud Priolum 469. nec status præcedens ju-
51 vat, nisi probetur aut per partis confessionem, aut per
instrumentum publicum erectionis, aut per sententiam,
Rota *d. decis.* 469. *num.* 5. atque in fine dictæ decisionis di-
citur, quod excluditur Collegialitas ex provisionibus an-
52 tecedentibus factis ab Ordinario, tanquam de Parochiali,
cum concursu. Collegialitas etiam & prima Dignitas in
ea concludenter venit probanda, & clare, & non per
æquivocas probationes, ut ex ea consurgat reservatio
contra provisum ab Ordinario, in possessione existente
etiam in subrogatione gratiosa, juxta allegatam decisio-
nem apud Caval. 266.

53 Prima autem Dignitas docetur eo ipso, quod non ad-
sunt aliæ Dignitates, ut ibidem dicitur *num.* 18. neque ex-
cludit Collegialitatem non residentia Canonicorum per
accidens, veluti ob tenues fructus: quia, ut intret reserva-
tio ex hoc capite sufficit, ut sit talis, nempe Collegiata ha-
54 bitu, Merlinus *decis.* 87. *n.* 14. & *decis.* 221. *n.* 22. *par.* 16.
recent. add. ad Burattum *decis.* 455. & *in d. decis.* 234. *n.* 21.
& sufficit, ut resideat prima Dignitas, prout ibidem dici-
tur *num.* 20. Collegialitati tamen omnino repugnat cum
55 non adest numerus determinatus Canonicorum: quia cum
tunc non detur vacatio, non potest dici Collegium, ut
optime discurrit Lotter. *in d. lib.* 1. *quæst.* 14. *in principio*,
ideo diximus, perperam prætendisse Clerum Lauretæ,
56 Ecclesiam S. Nicolai esse Collegiatam, sicuti diximus Ar-
chipresbyteratus rurales, licet habeant aliquam præemi-
nentiam super clericis villarum non subjacere *regulæ* 4.
juxta *decis.* 195. *n.* 17. & 18 *par.* 17. Parochialitas tamen
non repugnat: quia bene potest consistere, quod Ecclesia
sit Collegiata, & in ea adsit cura Animarum, idem Lotte-
rius ibidem discurrit *a n.* 93. Rota *in d. decis.* 234. *n.* 22. ut
est insignis Collegiata major Amalphiten. Diœcesis, in qua
57 Præpositus est prima Dignitas, (ut in omnibus fere colle-
giatis Præpositus est prima Dignitas, juxta Eminentissimum
Certum *decis.* 572. *num.* 5. præsertim in Germania, Rota
540. *num.* 8. *part.* 18. eique annexa est cura Animarum,
licet exerceatur per Decanum, quandoque tamen cura
58 habitualis est penes Collegium totum, actualis vero pe-
nes Vicarium, nisi fuerit translata in Vicarium perpe-
tuum: quia tunc utraque est apud ipsum, Rota *decis.* 400.
part. 18.) Neque status Collegialitatis immutatur per pro-
59 visiones Apostolicas, cum constat de anteriori statu; ne-
que censendum est, Papam immutare voluisse hujusmodi
statum, nisi plene probetur ejus scientia, & voluntas,
Rota apud Merlinum *decis.* 87. *num.* 15 & 16. & *ibidem*
234. *num.* 24. præsertim cum ultimus status est compatibi-
60 lis cum primo, nempe Collegialitas, & cura, Marescot.
lib. 1. *c.* 55. *num.* 58. Rota *in d. decis.* 234. *num.* 26. Sicuti
61 econverso non inducitur status Collegialitatis per promo-
tiones Apostolicas: quia Papa non concedit Collegialita-
tem, nisi mature ex magna causa, Rota *d. decis.* 469. a-
pud Priolum.

Insuper diximus ibidem, omnes Dignitates primas in
Cathedralibus esse reservatas absque restrictione valoris;
primas autem in Collegiatis, si excedant valorem decem
florenorum. Adde Squillant. *de privilegiis Episcoporum*, 62
part. 3. *cap.* 3. *num.* 26. sed hodie omnes primæ Dignitates
in Collegiatis conferuntur a Sede Apostolica absque ista re-
strictione.

Ad *num.* 60. quomodo probetur Beneficium esse cura- 63
tum, plene habetur in *decis.* 187. 198. 228. 244. & 325.
apud Bichium, & notavimus etiam sufficienter super; ta-
men Rota in allegata decisione 244. *num.* 50. dicit, quod,
licet de cura sit facienda mentio, attamen non sequitur, 64
quod semper requiritur illius justificatio. Sed hujus Sacræ
Rotæ dictum intelligendum secundum subjectam mate-
riam; nam, cum est facta narrativa, quod Beneficium
est curatum, & cum tali qualitate obtentum, existima-
mus, quod hæc qualitas omnino sit justificanda, ut in di-
ctis decisionibus allegatis; non tamen eget justificatione, 65
quod sit simplex; Ex allegatis *num.* 61. adde *decis.* 191. *nu-
mer.* 3. *part.* 16. Manzanedum *decis.* 794. *num.* 4. & 5. *de-
cis.* 838. *num.* 6. apud Priolum *decis.* 84. *num.*..... & apud
Eminentissimum Certum *decis.* 747. *num.* 1. propter ju-
ris assistentiam, quæ est adeo fortis, ut relevet impetran- 66
tem ab onere justificandi, Addentes ad Gregorium *decis.*
108. *num.* 13. Rota *decis.* 699. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Cerrus
loco cit.

Ad *num.* 62. *cum seqq. usque ad* 74. diximus, reserva- 67
tionem plene, & concludenter probandam: quia est gra-
tiæ fundamentum; adde Coechier. *ad regulam* 8. *sive* 9.
Cancellariæ num. 11. *in proœmio d. regulæ*, Rotam apud
Manzanedum *decis.* 175. Rotam *decis.* 274. *num.* 5. & 6.
part. 19. & *decis.* 76. *eadem part.* Eminentiss. Othob. *de-
cis.* 271. *num.* 5. ut enim sit locus immissionis, concluden-
ter probari debet reservatio, alias si turbide, impeditur 68
executio Litterarum, Rota *decis.* 327. *in principio*, *part.*
15. *recent.* & apud Duran. 340. & *decis.* 150. *num.* 8. *p.* 7.
& notes, ad probandam reservationem non sufficere uni- 69
cam enunciativam, sed saltem requiri duas supra centum
annos, Rota *decis.* 280. *num.* 23. penes Bichium, in qua
decisione Capitulum, quod possidebat vigore unionis fa-
ctæ ab Episcopo, impedivit executionem Litterarum A-
postolicarum, quamvis de unionis effectu dubitabatur, tan-
quam de reservato: quia non fuit probata clara reserva-
tio; Quod vero reservatio ratione *regulæ* 8. *sive* 9. hodie,
in qua reservantur octo menses, sit plene probanda, adden- 70
dum est, quod non sufficit justificare obitum in mense re-
servato in *regula reservatoria*; sed pernecesse convalidari
debet probatio, quod talis mensis sit reservatus: quia Ordi-
narius potest gaudere alternativa, Rota *decis.* 30. *num.* 6. 71
& 7. *part.* 15. Mellinus *decis.* 377. quia tunc mensis Apo-
stolicus fit ordinarius, Rota apud Eminentiss. Cerrum
729. *num.* 3. & ideo probandum, mensem esse Apostoli- 72
cum, Rota *decis.* 199. *num.* 7. *part.* 15. sunt tamen aliqui
menses fixi, & tunc sufficit, ut probetur vacatio in illo
mense, prout Januarius, de quo habemus decisionem a- 73
pud Bichium 146. *num.* 5. & apud Priolum 166. *num.* 3. &
345. *num.* 2. & 362 *numer.* 4. Majus, de quo extat deci- 74
sio 405. *num.* 12 apud eundem Bichium, quam etiam af-
fert Tondutus *post tractatum de pens.* 44. *in ordine*, & a-
pud Priolum *decis.* 154. *num.* 9. & *decis.* 232. & 540. *num.*
16. *part.* 18. *recent.* Augustus, de quo extat decisio no- 75
vissima 192. *num.* 7. *part.* 16. *recent.* & intrat tunc clare re-
servatio, cum probatur obitus in tali mense reservato, qui
probatur, vel ex fide Parochi, attestantis obitum Benefi-
ciati in tali mense, Rota coram Zarate *decis.* 92. *num.* 10. 76
& *decis.* 66. *num.* 2. & 3. *part.* 19. vel testibus de visu, vel
ex confessione adversarii, venientis ex eadem vacatione,
ut diximus suo loco, & habetur in allegatis decisionibus,
& sæpe sæpius Sacra Rota, & ex testibus, deponentibus
fide publica voce, & fama, junctis aliis adminiculis, jux- 77
ta decisionem Manz. 175. *num.* 7. & 464. *num.* 1. Quod ve-
ro Episcopus gaudeat, vel non gaudeat alternativa, ad
hunc effectum intrandi reservationem, bene probatur ex 78
fide registi, seu libri Datariæ, qui plenam facit probatio-
nem, Rota *in allegata decis.* 199. *n.* 8. *par* 15. *rec.* Man-
zanedus *decis.* 464. *n.* 2. & *d. decis.* 76. *num.* 9. *part.* 19. &
est necesse probare residentiam Episcopi, ut ibidem dici- 79
tur; & notandum est, quod, licet Papa possit concurre-
re cum Ordinario, & præventive conferre Beneficium 80
vacatum in mense Ordinarii, ut diximus sub *num.* 64. & 65.
& notant omnes scribentes: quia habet absolutam, & ple-
nariam jurisdictionem in omnibus, præsertim in Benefi-
cia-

81 cialibus, nec gravat Ordinarios: cum ab ipso ipsi hanc
potestatem recipiant, late Lotterius *lib. 2. quæst. 22. per tot.*
& concurrere potest etiamsi Beneficium devolutum sit
conferendum, Rota *decis.* 336. *n.* 3. *&* 5. *par.* 15. Attamen
82 cum Episcopus gaudeat alternativa, non potest, secun-
dum Coech. *in regula* 8. *sive* 9. *in proœmio*, *n.* 14. propter
decretum irritans, appositum in *regula*, & citat Moheda-
num *decis.* 1 *n.* 4. Puteum *dec.* 492. *nu.* 2. *lib.* 2. nisi expresse
Papa huic *regulæ* derogaverit, vel alias provisioni adjece-
rit verbum universale, *quomodolibet*; vide ipsum. Sed
83 contrarium Barbosa *allegat.* 57. *n.* 10. *& de jure Ecclesia-
stico lib.* 3. *c.* 13. *n.* 116. Squillant. *de privilegiis Episcoporum*,
par. 3. *c.* 3. *n.* 8. & sic etiam videtur tenere Lotter. *lib.* 2. *quæst.*
n. 27. licet non clare. Papa enim per quæcunque indulta,
& privilegia, quæ Inferioribus concedit, nunquam sibi
adimit potestatem conferendi, nec ista impediunt, quin
84 valeat cum Ordinario collatore concurrere: cum sit Or-
dinarius Ordinariorum, Rota *decis.* 200. *n.* 7. *&* 8. *part.*
16. *recent.*

Item notandum, quod cum alternativa solum locum
habeat in Beneficiis collativis, ut omnes admittunt, & ex-
presse habetur in *regula* 9 prout bene advertit Rota apud
Eminentissimum Cerrum *dec.* 729. *nu* 4. 619. *num.* 9. apud
85 Manzanedum 773. hinc etiam adminiculari debet, juxta
decisionem ejusdem Manzan. 464. *n.* 4. alternativa autem
expirat morte Papæ, illam concedentis, Cocchier. *reg.*
8. *glos.* 21. *n.* 2. Gonz. *reg.* 8. *glos.* 51. *n.* 4. *&* 5. Rota *dec.*
76. *n.* 7. *par.* 19. Beneficia autem, quæ vacant intra tem-
pus acceptationis secundæ alternativæ, sunt reservata, si
vacant in mense reservato, Rota *d. dec.* 76. *num.* 9. *&* 10.
part. 19.

86 Cum vero Papa providet cum supposito reservationis,
& noluit cum Ordinario concurrere, tunc cessante reser-
vatione, collatio est nulla; quia Papa providendo cum
hoc supposito reservationis, non censetur voluisse præju-
dicare collationi Ordinarii, nisi quatenus intret reserva-
tio, Gem. *consl.* 92. Rota *decis.* 585 *n.* 44. *par.* 5. *recent.*
dec. 234. *n.* 1. *&* 244. *n.* 6. *&* 302. *n.* 16. apud Bichium, apud
Cocciuum 2129. *n.* 13.

87 Diximus etiam, requiri plenam probationem, quan-
do adest concursus alterius tituli, vel si Ordinarius esset in
causa: quia tunc concludenter debet probari, beneficium
vacasse in tali mense reservato, nec sufficit probatio per
famam, Puteus *decis.* 265. *lib.* 3. neque æquivoca, ut nu-
per diximus cum Cavaletto *dec.* 266. His tamen cessanti-
88 bus, sufficere semiplenam probationem; adde Rota apud
Manzanedum *dec.* 276. *in fine*. Diximus pariter, reserva-
89 tionem incipere ad mediam noctem ultimi diei dicti men-
sis; adde doctissimum Gonzal. *reg.* 8. *glos.* 11. & Garz.
par. 5. *c.* 1. §. 11. Cocchier. *reg.* 8. *seu* 9. *in proœmio num.* 10.
Lotter. *lib* 2 *quæst.* 40. *n.* 54. Rotam *dec.* 98. *n.* 4 *part.* 19. cur-
90 ritque de momento in momentum, ut ajunt citati Do-
ctores.

Vacationem apud Sedem Apostolicam, & in Curia
non esse diversam, diximus in additione præcedentis ca-
pitis, ubi lectorem remittimus.

In *vers. Et qui impetrant*, addendum est, quod, ut in-
91 tret reservatio ex capite subcollectoris, probari oportet,
quod tempore deputationis in tale officium erat in digni-
tate constitutus; nec sufficit, ut postea dignitatem asse-
92 quatur, quia non potest fieri deputatio jurisdictionis ei, qui
non est in dignitate constitutus, juxta textum *in c. statutum*,
de rescript. in 6. Et licet quandoque deputentur subcolle-
ctores, qui non sunt in dignitate constituti; attamen eo-
rum Beneficia non sunt reservata, novissime Rota *dec.*
30. *par.* 16. *recent.* ubi aliæ allegantur, quæ est eadem apud
Eminentissimum Cerrum 933. *&* 874. Cocchier. *reg.* 4.
93 *num.* 13. Nec sufficit merum munus exigendi, sed requiri-
tur subcollectorem effici subdelegatum Apostolicum cum
omnimoda jurisdictione: dupliciter enim fieri potest de-
94 putatio subcollectoris, uno modo cum jurisdictione o-
mnimoda, altero ad nudum ministerium, nempe exigen-
di: ut enim intret reservatio, oportet, ut sit deputatus
cum jurisdictione; nam non sufficit deputatio ad exigen-
95 dum, Rota *dec.* 299. *n.* 8. apud Bichium, Garzias *de Benef.*
par. 5. *c.* 5. *n.* 180. Rota *dec.* 567. *n.* 6. *par.* 16. *recent.* reproba-
ta Mandosio *in reg.* 4. *Cancellariæ*, *quæst* 8. quem etiam
reprobat Lotter. *lib.* 2 *quæst.* 32. *sub n.* 155. qui dicit audi-
tum non esse, Curiam aliter unquam sentisse, & in illa de-
cisione fuit dictum, non intrasse reservationem, ex quo
subcollector fuit deputatus a Domino Bacello Appaltatore
Cameræ, qui non poterat dare jurisdictionem subcollecto-
ri, prout requiritur ad hunc effectum reservationis, no-
vissime Sacra Rota *dec.* 262. *par.* 18.

Hincque profluit, ut dicit Lotter. *num.* 158. deputatio- 96
nem istam in subcollectorem ad effectum reservationis non
aliter posse justificari, quam per Litteras deputationis, fa-
ctæ cum omnimoda jurisdictione, itaut quælibet alia pro-
batio sive per testes, sive per Litteras missivas, quæ ex-
plicite non referant deputationem factam cum tali jurisdi-
ctione, minus sufficiens sit, uti æquivoca, ad textum *in*
cap. præsentia, *de probat.* quia delegata jurisdictio non
probatur aliter, quam per ipsum delegatum: nisi testes
fuissent præsentes, & concluderent ad punctum delegatæ
jurisdictionis, nec probatio exercitii in exigendo, & com-
munis reputationis aliquid operatur, quicquid sit ad alium
effectum, quam reservationis, Lotterius latius ibidem *n.*
159. 160. *&* 161. ita etiam Garz. *part.* 5. *c.* 1. *num.* 376. *&*
378. Quæ omnia comprobat *dec.* 221. *n num.* 23. apud Bi- 97
chium, in qua ita habetur: *Similiter ad probandum, quod*
Papazzonus deputatus fuerit subcollector decimarum, non
exhibentur Litteræ deputationis, facta cum omnimoda ju-
risdictione, ut requiritur, ita ut qualibet alia probatio sive
per testes, sive per Litteras missivas, quæ explicite non re-
ferant deputationem, factam cum tali jurisdictione, non suf-
fragetur: cum sit æquivoca, & jurisdictio delegata, non
nisi per Litteras ipsius deputationis probetur, *l. unic. C. ad*
de mandat. princ. c. cum in jure peritus, *cum ibi notat. de of-*
ficio deleg. & in terminis Rota *dec.* 10. *sub n.* 2. *vers. de qua*,
de offic. deleg. in novis, Bellencio. *de Charitat. subsid. quæst.*
111. *num.* 1. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 376. Lot-
ter. *de re Benef. lib* 2. *quæst.* 32. *num.* 158. *&* 159. Castro-
palao *oper. moral tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 20. *num.* 6. qui
eius sequendo distinctionem Bellencin. *d. quæst.* 111. *numer.*
11. *dicat*, *quod. si quæstio est de subcollectoria inter subcol-*
lectorem, & solvere detentem, illa probanda est per Litte-
ras, & non aliter; si vero ad effectum reservationis, pro-
bari potest per Litteras, & per testes; hoc tamen intelli-
git, dummodo testes fuerint præsentes deputationi, *prout de-*
claravit Rot. *in Ferentina Parochiali* 9. *Maii* 1568. coram
bon. mem. Rubeo, relata per Garz *d. cap.* 1. *num.* 377. &
sequitur Lotter. *d. quæst.* 32. *num.* 160. *& seq.* Cocchier. ad
regul. 4 *Cancellariæ num.* 7. *& ita intelligenda est decisio Ro-*
ta 252. *num.* 1. *part.* 2 *recent. Hinc non relevant testes de*
publica voce, & fama, & de communi reputatione, Castro-
palao *d. punct.* 10. *sub num.* 6. *ubi dicit rationem: quia hoc*
testimonium inducit solum præsumptionem, non veritatem,
Barbos. *de potest. Episc. alleg* 57. *num.* 125. Cocchier. *dict.*
num. 6. *vers. non tamen*, Garz. *d. part.* 5 *cap.* 1. *num.* 378.
Bellencin. *dict. tract. quæst.* 112. *per tot. ubi respondens*
ad textum in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris, dicit in
eo casu defuisse deputationem, sed adfuisse in persona depu-
tati vitium & inhabilitatem, quam delegans tempore dele-
gationis ignoravit: ideoque, cum non deficeret Superio-
ris auctoritas, communem errorem, ac tolerantiam opita-
lari, sic etiam Monet. *de decim. cap.* 9. *quæst.* 5. *num.* 235.
& 236.

Ad inducendam hanc reservationem ex capite subcolle- 98
ctoris non requiritur actuale exercitium, sed sufficit po-
tentiale, ut occurrente occasione exercendi, sit paratus,
ut ex ultis antea Sac. Rotæ decisionibus restringit eadem
Sacra Rota coram Eminentissimo Cerro apud ipsum 519.
Neque requiritur præstatio juramenti: quia hoc respicit 99
executionem, & reservatio ex sola deputatione contrahi-
tur, *ibid. num.* 8. Sicuti cessio ante obitum non tollit reser- 100
vationem: quia sufficit, quod aliquo tempore fuerit sub-
collector, ut in *d. decis. n.* 9.

Ibidem diximus, intrare hanc reservationem, si unus sit
deputatus generaliter subcollector, alii autem particulares
subcollectores pro aliis effectibus, puta pro exigendis de- 101
cimis; nam etiam dicitur unicus, & intrat reservatio, o-
ptima, & magistralis est *decisio allegata* 221. *num.* 4. *cum*
seqq apud Bichium, in qua ita dicitur: *Et de subcollecto-*
ria habemus regulam quintam Cancellariæ, quæ comprehen-
dit etiam subcollectores, deputatos a Cardinali Camerario
ad exigendas dictas decimas, pro servitio Imperatoris im-
positas: quia ipsi quoque veniunt appellatione collectorum
proventuum Cameræ, de quibus regula loquitur, cum hujus-
modi decima nomine Cameræ exigatur, eidemque applicetur,
eroganda postmodum in auxilium Imperatoris; nec talis Col-
lector desinit esse unicus, ut regula requirit, esto quod in lo-
co adsit simul alius subcollector pro spoliis Clericorum: cum
utriusque officia sint distincta, & circa diversa quilibet,
ponderavit Rot. *in Licien. Canonicatus* 26. *Martii* 1629.

coram Reverendiss. D. meo Dunozetto Decano *impress. par.*
5. recent. decis. 261. *num.* 10. *& 11. & in Cremonen. Cano*
nicatus, 14. *Januarii* 1630. coram Reverendiss. Ubgellen.
inter ejus impress. decis. 233. *num.* 18. *ubi alleg. concord.* Et
ita etiam tenet Cocchier *in regula* 4. *num.* 17. licet Alphon-
sus Glossator antiquus *in d. regula num.* 4. id omnino ne-
102 get; quia isti fructus, vel proventus, non sunt debiti Ca-
meræ Apostolicæ, sed in subsidium: & quia verba *regu-*
la, debent intelligi proprie, & non improprie, vel fi-
ctæ; etsi dicatur, quod illud, quod succedit loco debiti
Cameræ, debet esse ejusdem naturæ, hoc procedit, quan-
do esset omnimoda similitudo; Sed certe non est rece-
dendum a Sacræ Rotæ determinatione. Et quod sufficiat,
momento temporis fuisse unicum, imo sola possibilitas,
quod aliquis fuerit unicus, ut Beneficia sint reservata,
103 adde optimam novissimam decisionem 51. *num.* 5. 6. *&*
7. part. 15. *recent.* ubi aliæ etiam allegantur Sacræ Ro-
tæ decisiones, quæ est eadem apud Cerrum 884. *cit. &*
519. & unus debet esse tam pro Civitate, quam pro Diœ-
cesi, Cocchiet. *reg.* 4. *numer.* 9. Unicitas autem præsu-
104 mitur, & asserenti pluralitatem incumbit, illam justifi
care idem Cocchier *num.* 10. Eminentiss. Cerros *d. decis.*
51. *num.* 5.
105 Post hæc cumulata antequam typis mandarentur, prodie-
runt in lucem *decima septima*, *decima octava*, *& decima*
nona pars Recentior. & in *decis.* 205. *part.* 17. fuit dictum,
quod ut per subcollectoris deputationem intret reservatio,
oportet, esse in dignitate constitutum eum, qui in tale eli-
gitur officium, per textum *in cap. statutum*, *de rescri-*
ptis in 6. Procedit hoc in subcollectoribus, deputatis a Pa-
pa, non autem in aliis, deputatis ab inferioribus, nem-
106 pe a Nunciis, Thesaurariis, &c. quia in his secundario
datur jurisdictio, non autem æque principaliter, & quod
hoc fuit acriter disputatum in Sacra Rota, sed non fuit
resolutum; & in *decis.* 249 *num.* 19. *part.* 18. iterum fuit
disputatum hoc dubium, sed Sacra Rota noluit illud diri-
mere,
In eadem *decis.* 249. fuit dictum, quod, licet deputa-
107 tio subcollectoris sit probanda ex Litteris patentibus, ut
cognoscatur, an ad nudum ministerium, vel ad jurisdi-
ctionem exercendam fuerit facta deputatio, cum requira-
tur exercitium jurisdictionis; attamen hoc etiam testibus
probari potest: & idem dictum fuit in *d. decis.* 262. *par.* 18.
108 Et in *decis.* 532 *part.* 18. fuit etiam dictum, quod quam-
vis in *decis.* 221. apud Bichium dictum fuerit, quod ad pro-
bandum deputationem subcollectoris requirantur Litteræ
patentes, vel ad summum per testes, qui interfuerunt de-
109 putationi; ibi tamen fuit dictum, hoc procedere secun-
dum facti contingentiam, neque exclusa fuerunt alia ge-
nera probationum, quando sunt perfecta; & quod regu-
lare sit, ut unus testis cum aliis adminiculis plene probet
110 in quacunque materia, juxta decisionem Gregorii 521. *n.*
4. neque excludenda sit fides Secretarii, quæ ad effectum
reservationis probandæ sufficit, Buratt. *decis.* 706. *n.* 2. Et
111 *d. decis.* 244. dictum fuit, probari deputationem subcolle-
ctoris, cum ab aliis Nunciis successoribus fuerit quis, uti
talis, approbatus, & semper solitum esse, subcollectores
deputari cum exercitio jurisdictionis, & quod semper
unicus præsumatur, & pluralitas sit probanda; Reservata
112 autem sunt Beneficia, quæ subcollector possidebat tempo-
re deputationis, ut dicitur in *regula*, & notatur in *d. dec.*
249. *num.* 18.
Addenda sunt sequentia ad *versic. idem prorsus* ubi lo-
cuti fuimus de reservatione, contingente ex officio Pro-
tonotariatus; & primo, quod intret reservatio, etiamsi
Protonotarius non sit de numero participantium, ut ex-
113 presse habetur in quadam Pauli III. Constitutione 78. ad-
de etiam *decis.* 262. *num.* 1. *part.* 15. *recent.* apud Burat-
tum *decis.* 706. *n.* 4. *& decis.* 162. *part.* 17. & apud Ama-
tum Dunozettum *decis.* 632. Coccinum *decis.* 1059. *num.*
12. *& part.* 16. *recent. decis.* 14. *num.* 2. ubi etiam dicitur,
idem esse, si creatus sit a quocunque alio, habente talem
114 potestatem; probatur autem per Litteras Apostolicas,
ut in *d. decis.* 262. *num* 7. *& d. decis.* 14. *num.* 3. & sufficit,
ut probetur, se pro tali gessisse, Protonotarium se nuncu-
115 pando, Buratt. *d. decis.* 706. Spada *cons.* 53. *lib.* 2. Rota
d. decis. 262. *num.* 7. *& decis.* 162. *num.* 8. *part.* 17. Dixi-
mus, requiri acceptationem talis gratiæ; adde quæ firma-
vit Sacra Rota in *d. decis.* 14. *part.* 16. cujus verba sunt:
Illius acceptatio negari non potest: quia eandem convincit
inevitabile dilemma: Aut Albertus per se ipsum supplica-
vit, & gratiam Protonotariatus obtinuit, & cessat omnis
hesitatio; vel id ab alio, ejus nomine, fuit impetratum
cum successiva Brevis expeditione, quod, cum fieri non so-
leat, sine considerabili impensa, inducit præsumptionem
mandati, ut in his terminis Puteus *decis.* 329. *lib.* 2. Rota
decis. 407. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* Cassad. *d. decis.* 3. *num.* 4.
de procuratoribus, Spada *cons.* 53. *num.* 14. *& 15. lib.* 2.
præcipue cum ipse usu fuerit Gratia, se Protonotarium nun-
cupando in actibus a se gestis, juxta deducta in decis. 706.
numer. 19. *part.* 3. *recentiorum; nam hoc multum confert ad*
prædictorum corroborationem, ut notatur in fine citata dec.
407. *par.* 1. & advertit Spada *cons.* 52. *num.* 8. *eod. tom.* 2.
& in omnem casum sufficit ad effectum reservationis præsum-
pta acceptatio Protonotariatus, desumpta ex eo, quod per
illum, etiamsi honorarium, duntaxat augetur dignitas, &
honor absque ullo incommodo, & plura dantur privilegia,
quæ ad propositum recenset Spada *d. cons.* 52. *& 53. n.* 5.
& 6. lib. 2. *Inde parum refert, non probari, Albertum sus-*
cepisse Protonotariatus insignia, & juramentum fidelitatis
præstitisse: quia, ad hoc ut Beneficia remaneant reservata,
non considerantur predicta: cum reservatio oriatur ex gra-
tia creationis in Protonotarium, non autem ex susceptione
insignium, & juramento, ut sensit Rota *decis.* 1033. *in*
fine part. 3. *diversorum*, Puteus *decis.* 329. *num.* 1. *lib.* 2.
Coccin. *decis.* 349. *num.* 3. *& 4. in decis.* 632. *num.* 4. coram
Dunozetto Jun. & facit Duran. *decis.* 263. *numer.* 6.
Hæc ibi,
Et quod Protonotariatus probatur ex solutione impen- 116
sæ pro expeditione, eadem Sacra Rota apud Bichium 221.
num. 20. ubi allegantur aliæ decisiones, *& decis.* 162. *n.* 7.
part. 17. Cum vero agitur in concursu cum proviso ab Or- 117
dinario, & possessore Protonotariatus, ex quo resultat
reservatio, concludenter probari debet ejus acceptatio, &
non per præsumptiones, Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 32. *nu.* 57.
Rota *decis.* 706. *num.* 12. *& 13. par.* 3. *& decis.* 216. *par.* 7.
& d. decis. 221. *num.* 18. apud Bich. ubi etiam *num.* 22. di-
ctum fuit, quod non probatur ex testibus, deponentibus
de publica voce, & fama, Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 28. *nu.*
99. Rota *d. decis.* 706. *num.* 14. *par.* 3. *recent.* Et adverten-
dum est, quod in *decisionibus* 262. *part.* 15. *&* 14. *part.* 16.
non fuit concursus inter provisum Apostolicum ex reserva- 118
tione, resultante ex Protonotariatu Apostolico, & pro-
visum ab Ordinario possessorem; sed inter provisum Apo-
stolicum, & provisum ab Indultario; quapropter non
sunt contrariæ dictæ decisiones, cum dicta decis. apud
Bichium 221. Acceptatio tamen non requiritur, quando
gratia Protonotariatus conceditur motu proprio, Rota 119
d. decis. 221. *num.* 9. Sicuti neque requiritur in subcollecto-
re, quando eodem modo, seu motu proprio creatur, Ro- 120
ta apud Eminentissimum Cerrum 519. *numero* 6. Ut au-
tem intret reservatio, non requiritur probatio præstatio-
nis juramenti, & fidei professionis, ut diximus; adde
Coccin. *decis.* 349. *num.* 2. *&* 3. & Rotam *decis.* 10. *num.* 17.
part. 18.
Diximus etiam *num.* 74. reservationem, resultantem ex
familiaritate S. R. E. Cardinalium, concludenter proban-
dam esse, sive ad familiaritatem S. R. E. Cardinalium ad
hunc effectum inducendi reservationem necessario requiri 121
plenam, & concludentem probationem, Sarnen. *de Benef.*
vacant. per obitum familiarium, *quæst.* 13. Rota *dec.* 584.
par. 1. *recent.* Addentes ad Gregorium *decis.* 166. *numer.* 10.
Licet ad effectum justificationis non tam exacta requiratur
probatio, sed levioribus probationibus justificetur, Ro-
ta apud Cocc. *decis.* 888. *num.* 34. Hæc tamen plena proba-
tio non requiritur tam stricta, quin plena dicatur illa, 122
quæ occurit secundum casus contingentiam, & quæ de-
sumitur ex pluribus concurrentibus, & simul junctis, ut
utar verbis Oliverii *in additione ad d. decis.* 166. duo enim
probanda sunt; unum, quod provenit ex parte Cardina- 123
lis, nempe deputatio ad servitium cum præstatione salarii,
seu victus; alterum ex parte familiaritatis, nempe servitium,
idem Oliverius, *vers. probatur*; ad familiaritatem enim
contrahendam quoad hunc effectum, ut ex illa consurgat
reservatio, requiritur pernecesse deputatio certa ipsius 124
Domini Cardinalis, & personæ electio ad aliquod mini-
sterium, & officium, sine aliqua fraude, vel fictione; de-
berque intercedere commensalitas continua, nec attendi-
tur commensalitas ex alio respectu, quam certi servitii,
seu ministerii, erga personam Domini; ita ut ratione ho-
noris, consanguinitatis, & amicitiæ, non sufficiat; quia
vera, & propria commensalitas est, cum quis recipitur 125
ad ministeria, & obsequia, mediantibus expensis cibariis,
quamvis salarium non recipiat in pecunia; nam familia-
ritas

titas ex duobus constituitur, ex mente, & dente, seu ex
dente, & corpore: latius Lotterius lib. 2. quæst. 32. n nu-
mero 8. cum seqq. Cocchier in reg. 3. de reservat. dignit. &
Benef. familiarium, n num. 29. cum seqq. Oliverius loco cit.
126 & alii passim, Rota apud Manzanedum decis. 60. in qua
dicitur, quod familiaritas ad hunc effectum constituitur
ex salario, & parta, & sufficit, ut recipiat portionem
panis, & vini, absque obsonio, & præstet servitium,
juxta decis. Coccin. 1059. n. 26. cum seq.
127 Sed Oliverius loco cit. qui bene criturat hanc rem, dicit,
quod Cardinales sæpe retinent domi personas, quibus et-
iam exhibent partem, & illi serviunt in anticameta, &
associant ipsos ad Capellas, concistoria, & similes actus;
128 & tamen isti non sunt familiares: quia non ut familiares,
sed veluti consanguinei, vel ratione magnæ amicitiæ, vel
doctrinæ, vel benemeriti domi retinentur, non ut servi-
tium præstent; & ideo dicit, quod Rota requirit servi-
129 tium certum, idest, quod ad certum servitium sit quis desti-
natus, ut constet de familiaritate, Rota in dec. 684. n. 6.
part. 1. recent. quod tamen dicit Oliver. intelligi debere
130 non de certitudine certi servitii, scilicet, quod sit Secre-
tarius, præfectus cubiculi, vel domus, sed quod sit desti-
natus ad serviendum, vulgo per Gentiluomo, assistendo
Cardinali, uti familiaris. Tenet etiam Oliverius, quod te-
131 stes singulares admittuntur ad probandam familiaritatem,
si deponunt de actibus in particulari, cum tendunt ad fa-
miliaritatem probandam, quod etiam firmavit Rota apud
Coccinum decis. 1610. num. 6. Ac librum rotuli de per se
132 non esse sufficientem, sed junctis aliis adminiculis, nem-
pe testium depositionibus, Rota apud Manzanedum de-
cis. 739. apud Coccin. 372. Olivar. loco cit. Attestationem
vero Cardinalis multum conferre, dixerunt Rota apud
Coccinum decis. 888. num. 38. Oliver. loco cit. & præse-
tim cum testium depositionibus, idem Coccin. dec. 1610.
num. 3. Probata tamen semel familiaritate, semper præsu-
133 mitur, nisi probetur dissolutio per recessum, & modica
recessio, sive per modicum tempus, non iosicit, idem
134 Oliverius loco cit. dissentit tamen Cocchier a Lotterio: quia
Lotterius requirit tempus quatuor mensium, saltem, mo-
tus ex regula 32. Cancellariæ, ibi: Qui ipsorum Cardina-
lium familiares continui commensales ad minus per quatuor
135 menses; At Cocchier ex Quint. Mand. & Garz. par. 5. corp.
1. §. 5. n. 276. tenet, necesse non esse hoc tempus, sed
sufficere ad hunc effectum reservationis, quod durante fa-
miliaritate, Beneficia obtinuerit. Et nos consideramus,
quod Beneficia familiarium S. R. E. Cardinalium sunt re-
servata ex alia regula, nempe ex regula hodie quarta Can-
136 cellariæ, quæ, ut patet, absolute reservata Beneficia fa-
miliarium Cardinalium; regula vero 32. loquitur de con-
sensu præstando a Dominis Cardinalibus in provisione
Beneficiorum, vacantium per obitum suorum familia-
rium, & ad hunc effectum requirit tempus, quod scili-
cet fuerint commensales per quatuor saltem menses, qua-
si velit expresse indicere d. regula, quod, si per quatuor
menses non fuerint commensales, non sit expostulan-
dus consensus Domini Cardinalis, cujus erat familiaris,
remanente tamen reservatione, &c. & de hujusmodi re
vide Lotterium, & Cocchier. loco cit. qui latius rem tri-
turant; & intrat hæc reservatio non solum respectu Be-
137 neficiorum, in puncto familiaritatis obtentorum, sed
etiam respectu obtentorum antea, Lotter. ibidem numer.
76. Oliverius loco cit. & clare dicitur in Regula, ibi: Obti-
nent, & imposterum obtinebunt, eorum familiaritate du-
rante; quæ reservatio non extinguitur per obitum
Cardinalis, vel per recessum a familiaritate, ut expres-
se habetur in regula, & notant Lotter. & Cocchier lo-
co cit.
De probanda vacatione per obitum jam abunde locuti
fuimus in superiori cap. à num. 75. & quod probetur
concludenter etiam ad effectum reservationis, scilicet ex
138 partita, extracta a libro mortuorum, prout jacet, &
quotidie resolvit Rota; & hunc esse verum modum pro-
139 bandi reservationem, contingentem in mensibus reserva-
tis, dixit Rota decis. 92. num. 3. pars. 15. recent. & 105.
num. 1. eadem part. 15. Seu ex fide Archivistæ, penes quem
conservantur libri mortuorum, Rota decis. 106. n. 2. penes
140 Bichium; Fides autem debet habere legalitatem, Rota d.
141 decis. 105. part. 15. Sic etiam ex confessione partis, ve-
nientis ex eadem vacatione, quæ omnibus probationi-
nibus plenior est, ut in decisionibus mox allegatis, & nu-
per in d. decis. 92. num. 4. decis. 174. num. 2. & decis. 296.
num. 5. part. 16. recent. ubi aliæ allegantur 558. & 572.
apud Bichium, & apud Eminentiss. Cerrum 445. numer. 2.
& decis. 667. numer. 1. par. 18. & 395. part. 19. Item pro- 142
batur mors Beneficiati per publicam vocem, & famam,
prout diximus sub num. 79. adde Ludovis. decis. 78. num. 2.
ubi Addentes, Cocc. decis. 372. num. 5. Dunozettum de-
cis. 337. num. 1. & decis. 296. nu. 3. part. 16. recent. in qua
decisione aderat concursus alterius provisi, & decis. 105.
num. 2. part. 15. & novissime decis. 90. num. 4. part. 17.
& apud Priolum decis. 166. num. 2. præsertim, si adsunt
alia adminicula, ut in præfatis decisionibus, etiam ad ef-
fectum devolutionis, Lotter. lib. 3. quæst. 10. numer. 55. 143
qui plene discurrit de probando obitu per famam, etiam
ad effectum reservationis; cum vero testes discordaverint 144
a fide Parochi, sunt eorum dicta ita interpretanda, ut non
discordent a dicta fide, omnisque intellectus accipiendus
est, Rota penes Bichium decis. 247. num. 4.
Vacationem ipsam plene esse probandam, jam liquet: 145
quia absque vacatione non potest intrare, reservatio hæc
enim fundatur in vacatione, Rota in Ripen. Beneficii co-
ram Bevilaqua 4. Junii 1655. penes Tondut post tract. de
pens. 85. num. 4. ubi aliæ multæ allegantur decisiones, &
decis. 41. penes eundem, & Rotam novissime 314. num. 1.
par. 18. Et quidem verificari debet, ut diximus num. 83. 146
eo modo, quo facta est; & allegatis ibidem, adde alias
decisiones, allegatas supra in additione ad num. 10. Et de
facto ipsam justificare satis esse, quoque diximus, adde
Manzanedum decis. 254. numer. 4. & 842. Rotam apud
Eminentissimum Cerrum 806. num. 5. & apud Priolum
40. num. 7. Et semper remanet probata ex consimili va- 147
catione, ab altera parte narrata, Rota decis. 325. num. 3.
part. 16. recent. & 323. num. 4. eadem par. 16. recent. &
decis. 209. num. 3. & 219. num. 2. & 298. num. 3. part. 17.
& sæpe sæpius.
Quod ex pluribus vacationibus narratis sufficiat unam 148
verificari, diximus hic num. 85. & iterum pluries, at-
que abundanter supra in superiori capite, & novissime
vide decisionem Rotæ 30. num. 15. part. 15. recent. & cum
narrativa fuit alternativa facta, sufficit, ut unus modus 149
verificetur, ut diximus, & adde decisionem apud Prio-
lum 389. num. 2.
Cum falsus modus vacationis dispositive est expressus 150
tunc clausula sive præmisso, nullo pacto juvat, diximus,
num 87. hujus capitis, & allegavimus decisionem Sego-
bricen. Canonicatus penes Tondutum post tract. de pens.
70. & 71. in ordine, quæ est penes Priolum 34. Adde Lot-
terium de re Benef. lib. 3. quæst. 8. a num. 63. cum seqq. qui
rem bene cribrat.
Sed in hac materia cum falsus modus est expressus, ad- 151
sunt quatuor Sacræ Rotæ decisiones in Rheginen. Dyphe-
rarus penes Priolum 33. 54. quam allegavimus 154. &
216. in qua late fuit hæc materia discussa; in prima enim,
quæ est 33. n num. 15. fuit dictum, illam conclusionem,
quod ubi modus vacationis, primo modo dispositive nar-
ratus, est falsus, corruit tota gratia, nec potest sustine- 152
ri ex alia vacatione procedere, quando impetrans in
dispositiva se restrinxit ad unum modum vacandi: tunc
enim, si ille modus est omnino falsus, quia scilicet nec de
jure, nec de facto verificetur, provisio sustineri non pot-
est, ex clausula generali, sive præmisso, quæ tanquam
accessoria corruit cum ipsa gratia, juxta decisionem Putei
390. in correctis, & decis. 120. num. 4. par. 4. cum aliis,
ibi allegatis; Secus autem cum impetrans in dispositiva
non se restrinxit ad unum modum, sed alternative proces- 153
sit sive &c. Nam hoc casu sufficit, quod unus ex dictis mo-
dis verificetur, juxta regulam in cap. in alternativis, de
regul. juris, in 6. & decisionem Cardinalis Seraph. 911.
in fine, ut ibi num. 18. In alia decisione 54. num. 1. dicitur, 154
nempe conclusionem, quæ dicit, quod ubi modus vaca-
tionis, primo loco narratus, est falsus, corruat tota gra-
tia, nec sustineri possit ex generalibus, & accessoriis clau-
sulis, procedit, quando provisus utitur clausulis genera-
libus, sive præmisso, sive quovis alio modo, in quibus ter-
minis procedunt decisiones, & auctoritates, hoc asseren- 155
tes; Secus si provisus usus fuisset expressione particulari,
exprimendo alternative, seu per simplicem resignationem,
aut assecutionem, &c. quia tunc operatur, ut provisio
recte subsistat, etiam si modus vacationis per resignatio-
nem, nec de facto, nec de jure verificetur, juxta deci-
sionem Seraph. 911. in fine, Duran. 81. num. 4. & in Bono-
nien. Canonicatus, penes March. part. 3. fol. 157. num. 2.
Pen. decis. 613. num. 2. & ita distinguendo Cocc. 139. nu-
mer. 9. & 263. num. 1. vers. neque obstat. In decisione au- 156
rem

tem 154. apud eundem in eadem causa fuit recessum a di-
ctis decisionibus, & *num.* 5. ita dicitur: *Nam, licet in
literis sue provisionis post expressum modum vacandi per
resignationem, addita fuerit clausula generalis*, sive præ-
misso, sive quovis alio modo vacaverit; *Attamen in sup-
plicatione, quia solum fuit dispositive narrata vacatio per
resignationem*, ibi: *Cum itaque postmodum dyptheratus
per liberam resignationem Francisci Bosurgii sponte factam,
& per nos admissam, vacaverit, & ad præsens vacet, clau-
sula generalis, in literis superaddita, nihil operatur, nisi
justificata, saltem de facto, vacatione per resignationem
dispositive narrata*, ut admonet Garz. *de Benef. part.* 11.
cap. 1. *num.* 36. Lotterius *eodem tit. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 70.
& 71. & dixit Rota *decis.* 616. *num.* 2. *vers. non obstat, part.*
4. *diverf. in recent. decis.* 120. *num.* 8. *part.* 4. & *decis.* 167.
num. 26. & 416. *num.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *Et quamvis clau-
sula contineat in se plures alternativas*, ibi: *aut ex alte-
rius cujuscunque persona, seu per similem resignationem,
aut assecutionem alterius Beneficii vacaverit, ut ex formu-
la posita a Pacil. de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 95.
vers. sive præmisso, & per Rebuff. *in praxi tit. de format.
signat. num.* 1. & 8. *Tamen alternativæ hujusmodi non al-
ternant cum vacatione principali resignationis expressa, sed
cum modis prædictis vacandi eadem clausula generali conten-
tis: cum ad effectum, ut justificatio unius partis alternati-
væ sufficiat, necesse sit, ut illa desumatur ex parte princi-
pali dispositive, & quod sit æque principaliter posita cum
vacatione principali, non autem accessoria, sub clausula
generali contenta*, & in his terminis procedit textus *in c.
in alternativis, de reg. juris in* 6. prout ita loquitur Rota
coram Seraphino *decis.* 911. *in Romanien. Canonicatus* co-
ram Cardinali Pamphil. apud Marchesf. *de commis. part.* 1.
fol. 357. *num.* 2. coram Mantic. *decis.* 81. *num.* 4. & coram
Cocc. *decis.* 263. *num.* 2. *cum aliis in prima decis. adductis
sub §. non obstat*, & tradit Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 14.
*Ideo dum Joseph nullo modo justificavit vacationem per resi-
gnationem prius narratam, gratia, tanquam obreptitia,
dici non potest justificata; proinde frustra recurrit ad clau-
sulas alternativas, in ea insertas, quæ tanquam accessoria,
cum ipsa corruunt*, sicuti ex punctualibus decisionibus Pu-
tei 390. *num.* 1. & 267. *in principio, lib.* 3. ratiocinatur
Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 71. & *seq.* Hæc ibi, & hæc
decisio fuit confirmata iterum in *d. dec.* apud eundem 216.
& ita quoque Rota novissime firmavit in *decis.* 197. *num.*
27. *part.* 17. *recent.* & apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 128.
num. 25.

157 Vacationis certo modo narrativam concludentissime,
diximus *num.* 90. probandam esse; adde Rotam apud
Ubagum *decis.* 2. *num.* 9. & *decis.* 6. *num.* 4. Royas *decis.*
315. *num.* 4. & *decis.* 116. *num.* 3. *part.* 16. *recent.* & *decis.*
231. *num.* 4. *part.* 15. *recent.* in qua dicitur, quod in im-
petratione certo modo apertissimæ, & indubitatæ requi-
runtur justificationes, & adest etiam decisio penes Gre-
gorium 353. *num.* 5. ubi Olivet. Bell. & in eadem decisione
158 231. *num.* 12. firmat Sacra Rota, quod, cum Beneficium
impetratur certo modo, illo non probato, non potest
ex alio obtineri, nec tunc clausula, *sive præmisso, si-
ve, &c. suffragatur*, juxta *decisionem* 561. *in fine* apud
Bichium, quam allegavimus, & hæc narrativa justificari
debet parte citata, & exactior probatio requiritur, juxta
159 decisiones Sacræ Rotæ apud Seraphinum 1471. *n.* 2. apud
Burattum 529. & alias, quas allegat Eminentissimus Cer-
rus *in sua dec.* 282. *n.* 10. Eminentissimus Othobonus 180.
n. 11. & 12. Eminentissimus olim Celsus 121. Ubag. *dec.* 9.
n. 9. Rota novissime *dec.* 434. *n.* 4. *par.* 18. *tom.* 2. Et Execu-
160 tor Litterarum, certo modo impetratarum, nulliter proce-
dit, & tanquam privatus, non tanquam Judex, agit, si
prius non justificaverit literas plena citata parte, & si alias
immiserit in possessionem, possessio non erit manuteni-
bilis, Rota *d. decis.* 434. *n.* 6.

161 Insuper impetratio certo modo non potest fieri contra
triennalem possessorem pacificum: quia per talem pos-
sessionem vigore regulæ triennalis sanatur omnis defe-
ctus, etiam non publicationis, Burat. *decis.* 280. *num.* 2.
apud Bichium 171. Celsus *decis.* 392. & 408. *n.* 2. Ubag.
dec. 9. *n.* 16. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 53. *n.* 7.

162 Diximus etiam in hoc *num.* 90. quod qui impetrat Be-
neficium certo modo ob assecutionem secundi cum reten-
tione primi incompatibilis, debet hoc concludenter pro-
bare; at non solum retentionem probare debet, sed &
pacificam possessionem per duos menses secundi, de fa-
cto, & de jure, juxta celebrem doctrinam Gomesii *su-
per reg.* 3. *Cancellariæ quæst.* 53. §. & *ideo, vers. ratio diffe-
rentiæ est*, Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 205. Ad-
dent. ad Buratt. *decis.* 19. *num.* 20. Rota apud Priolum *dec.*
216. una cum fructuum perceptione, Barbosa *ad cap.* 17.
num. 10. & 12. & *sess.* 24. *de reformat.* Rota *decis.* 281. *nu-
mer.* 2. *part.* 19. vel majoris partis, Vital. *in clem. si plures
num.* 26. & 27. *de præb.* Dunoz. jun. 811. *num.* 1. Buratt.
decis. 233. vel per eum steterit, quin omnes perceperit,
Buratt. *ibidem*; præsumuntur tamen percepti a pacifico
possessore, Dunoz. *loco citato*; Ac requiritur etiam, ut
nullæ illatæ sint molestiæ: quia, si molestiæ datæ sunt su-
per dicta retentione, & possessione secundi, non induci-
tur vacatio ob incompatibilitatem, ne utroque ca- 163
reat; Ideo impetrans ex hoc capite dictam pacificam pos-
sessionem probare debet, & obtinens ex hac incompati-
bilitate potest excludi a sua impetratione, si ille, qui ob-
tinuit secundum incompatibile, probaverit molestias in- 164
fra duos menses; succumbet tamen si non probaverit con-
cludenter molestias intra dictum tempus duorum men-
sium, percutiendo scilicet tempus duorum mensium:
quia, cum sit de substantia, illud præcise attingere de-
bet, *l. cum te, Cod. de probat.* Merlin. *decis.* 711. *num.*
20. Unde, si in tertio, vel quarto mense fuerint mole- 165
stiæ, non juvant ad excludendum impetrantem; Atqua
molestiæ debent esse particulariter datæ circa dictam asse-
cutionem, & possessionem secundi, non autem in gene- 166
re, vel si sit controversum quoad alios; & molestiæ de-
bent habere effectum: quia, si non obstantibus molestiis
possederit, & fructus perceperit, bene inducitur vaca- 167
tio, ut optime dicitur in *dict. decis.* 216. & *decis.* 33. *nu-
mer.* 8. penes Priolum. Et notandum, quod non sufficit
sola commissio ad inducendum litem, sed requiritur ci-
tatio partis in dicto termino duorum mensium, ut in *dict.
decis.* 33. *num.* 10. penes Priolum. Imo possessio non de- 168
finit esse pacifica ob monitorium secutum, cum fuit ex-
peditum a Judice, non habente jurisdictionem, sicuti est
Auditor Cameræ in Beneficialibus, prout in terminis *re-
gulæ triennalis*, dixit Rota penes Bichium 171. *numero* 6.
& ut molestiæ prosint obtinenti secundum Beneficium in- 169
compatibile ad impediendam vacationem primi, proba-
ri oportet, has fuisse illatas circa possessionem, & fru-
ctuum perceptionem, aliar non interrumpunt bimestre 170
pacificum, & potest fieri impetratio, juxta dictum Sar-
ment. *in regula de annali, quæst.* 45. *sub numer.* 8. *vers. bre-
viter*, Rota apud Bichium *decis.* 171. *num.* 76. in puncto,
& in *decis.* 33. *num.* 11. apud Priolum, unde si molestiæ
datæ fuerint circa possessionem, vel fructuum perceptio-
nem, seu majoris partis, non inducitur vacatio primi,
juxta textum *in cap. si tibi concesso, juncta glos. in verbo
vacare, de præb. in* 6. Add. ad Burattum *decis.* 19. *nu.* 21.
& etiam molestiæ de facto sufficiunt ad excludendam pa-
cificam possessionem, prout dicit Add. *add. decis.* 19. *n.*
20. Sicuti illarum effectus turbativus pacificæ possessionis
non incipit antequam inferuntur: ita tandiu durat, quan-
diu durant dictæ molestiæ; quibus cessantibus, cessat pa- 171
riter effectus, & incipit actus pacificæ possessionis, Bu-
rattus *decis.* 622. *num.* 8. Priolus *d. decis.* 33. *num.* 13. Igi-
tur, ut primum vacet propter incompatibilitatem secun-
di, non sufficit solum justificare illius impetrationem, & 172
assecutionem, sed ulterius concludenter probari debet,
quod impetrans per duos menses pacifice non solum de fa-
cto, sed etiam de jure secundum possederit cum retentio-
ne primi; vel per eum steterit, quin possessionem paci-
ficæ adipisceretur, juxta dispositionem *cap. de multa de be-
nef.* ubi Glos. *in verb. post receptionem*, omissis aliis Emi-
nentissimus Cerrus *decis.* 359. *n.* 7. & ut excludatur vaca- 173
tio ex hoc capite assecutionis incompatibilis, necessario
debet esse lis super secundo, nec sufficit, si sit super pri-
mo, quod dimittere omnino tenetur post pacificam pos-
sessionem secundi per menses duos. Et etiam notavimus
in add. superioris capitis *num.* 291. & adde *decis.* 811. *n.* 15.
apud Dunoz. jun. neque contraria videtur decisio 369.
apud Eminentissimum Cerrum, ut legenti patet. Hæc ta-
men exceptio competit ipsi impetranti, non autem potest
suffragari alteri, juxta decisionem Prioli 216. *in fine*.

In hac etiam materia an ad inducendam vacationem 174
ob incompatibilitatem, expectandus sit lapsus duorum
mensium, in quibus primum fuit retentum, an vero il-
lico ac secundum est obtentum, ita ut fieri possit impetra-
tio, dubitari potest. Equidem adsunt tres decisiones Sa-
cræ Rotæ penes Priolum, nempe 33. 54. & 154. In pri- 175
ma fuit dictum, requiri lapsum duorum mensium, nec

antea

antea induci vacationem, neque fieri retrotractationem; in secunda, & in tertia videtur contrarium dixisse Sacra Rota; in prima 33. ita dicitur: *Minus obstat, quod licet Galantes expediverit Breve de capienda possessione, nomine Cameræ sub die 8. Augusti 1648. ejus tamen supplicatio fuit signata, nempe die 13. Junii antecedentis, sicque longe ante provisionem Josephi, obtentam die 21. Julii sequentis: quia fuit responsum, quod, si ipse utitur data supplicationis eo tempore dyptheratus non vacabat per assecutionem incompatibilis, cum non essent elapsi duo menses, qui a die 17. Maii assecuta possessionis terminabant die 17. Julii sequentis: Nam incompatibilitas ad effectum inducendi vacationem non obstat assecutioni, sed retentioni ultra duos menses, quibus duntaxat, & non prius vacat primum, nisi fuerit dimissum, juxta textum in cap. commissa, de elect. in* 6. Gabriel. *cons.* 193. *sub num.* 7. *vers. neque opus est, cum seq. lib.* 1. Lotterius *de re Benef. lib.* 3. *quæst* 23. *numer.* 17. Rota penes Mohed. *decis.* 14. *num.* 2. *de prab. in recent. dec.* 101. *num.* 5. *part.* 4. coram Card. Seraph. *decis.* 174. *num.* 2. Burattus *decis.* 102. *num* 2. b. m. Merlin. *decis.* 6. *sub numer.* 8. *vers. quoniam in d. Avellina Canonicatus* 27. *Martii* 1655. coram R. P. D. meo Cerio, *§. finali, & in Fesulana Beneficii, seu Oratorii* 4. *Julii* 1654. coram R. P. D. meo Albergato, *§. fin. Unde illius provisio eo minus subsistere potest, tanquam impetrata de Beneficio vero non vacante,* ut dixi Rota coram Card. Seraph. *decis.* 997. *numer.* 1. *& in Compostellan. Benef.* 1. *Julii* 1648. *§ verum eo magis, &* 25. *Junii* 1649. coram Eminentissimo Domino Cardinali Othobono. In secunda vero *numer.* 12. ita dicitur: *Quia in hac materia distinguendum est inter primum, & secundum Beneficium, ut nempe lapsus bimestris sit expectandus pro impetratione secundi, non autem primi. Et ratio differentia est: quia secundum vacat in pœnam retentionis primi ultra duos menses, quæ non committitur, nisi illis ex toto elapsis, juxta textum in cap de multa,* ibi: *& si forte illud retinere contendit, etiam alio spolietur, de prab. & in extravag. Execrabilis, §. si vero deinceps, eodem tit.* Rota penes Cassador. *decis.* 1. *num.* 1. *de constit.* & coram Merlin *decis.* 6. *num.* 1. *& seq.* in quibus terminis loquitur Gabriel. *cons.* 193 *num.* 8. *lib* 1. *in decisione allegatus. Primum vero vacat per assecutionem secundi ipso jure statim adepta illius possessione, ut dictum est, & licet executio suspendatur per duos menses, ne forte supervenientibus molestiis provisus careat utroque Beneficio; tamen molestiis non supervenientibus, recta est vacatio usque ab initio capta possessionis, & sustinetur provisio, durante bimestre obtenta, per text. in d. cap. de multa,* ibi; *Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud, post receptionem alterius, libere conferat, cui merito viderit conferendum, de prab &* bene explicat Castren. *cons.* 265. *sub num.* 2. *vers. sed agitur de jure impetrantis, & seqq. per tot. lib.* 2. Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 15. *num.* 114. *&* 116. Castrop. *d. disp* 6. *puncto* 33 *§.* 6. *tit. de vacatione ob assecutionem sub numer.* 21. *vers. at si absque ullo litigio,* Add. ad Buratt. *decis.* 19. *numer.* 23 *in fine.* Hæc etiam *decis. habetur part.* 12. *recent.*
176 241. *In decisione autem* 154. *numer.* 12. *&* 13. ita dicitur: *Nec relevat oppheratum tunc temporis non fuisse vacantem, ex eo, quia assequens secundum Beneficium incompatibile habeat duos menses ad dimittendum primum,* ut tradunt Glos. & DD. *in cap. commissa, de electione; nam id procedit quatenus infra lapsum illorum duorum mensium superveniant molestia super secundo Beneficio, ne de eo provisus, dimittendo prius obtentum, careat utroque Beneficio, sed illis, prout hic, non supervenientis, primum dicitur vacasse usque ab initio captæ possessionis secundi incompatibilis,* sicuti explicant Castren *cons* 265 *ad med. lib.* 2. Garz. *part.* 11. *cap.* 5 *num.* 114. *&* 116. Add. ad Buratt. *decis.* 19. *in fine,* ut declaravit Sacra Rota *in Calaguritana dimidii Beneficii* 17. *Martii* 1603. coram Ortemberg, *& in supradicta,* 2. *decis. hujus causæ §. nec videbatur obstare.* Certum enim est, quod post duos menses pacificæ possessionis fieri potest collatio: quia intrat vacatio, & retrotrahitur usque ab initio, Add. ad Buratt. *dec.* 19. *n.* 23 *in fine,* & novissime Rota *dec.* 648. *n.* 5. *&* 6. *par.* 18. ubi etiam dicitur, quod non est necesse, probare subsecutam possessionem secundi Beneficii, sed sufficit non doceri de impedimentis legitimis: quia post duos menses fieri potest collatio.

177 Sed alterum restat videre in hac materia, an dimissio, oretenus facta, sufficiat ad evitandum pœnam *extravag. Execrabilis,* ut scilicet dicatur vere dimisisse primum qui illud animo dimittit, & oretenus dicit habere pro dimisso, licet coram Ordinario sub publico testimonio non dimittat, seu resignet, loquimur in terminis *extravag.* prædictæ: quia attento decreto *de dimittendo,* apponi consueto in litteris impetrationis secundi, certum est, quod per talem dimissionem non dicitur satisfactum dicto decreto. Equidem multis Doctores, præsertim Barbosa *in repetitione dicta extravag. num.* 7. Garzias *par.* 11. *cap.* 5. *num.* 40. tenent, quod satis sit vere dimittere, & titulum, & possessionem, licet non fiat coram Ordinario, & ab eo acceptata resignatione; & dicunt, quod ita observatur de consuetudine, quamvis in rigore, attenta dicta *extravag.* aliter dicendum sit. Hanc sententiam videtur clare amplexisse Sac. Rot. in duabus decisionibus *in Bononien. Canonicatus,* coram Illustriss. Rondinino 551. *&* 640. *part.* 18. *recent.* quia hæc dimissio non dicitur resignatio, seu cessio libera: sed necessaria ad formam *cap. de multa, de prab.* & Sac. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. *de ref.* & ideo dicitur potius coacta, quam spontanea, quam ipsum jus acceptat illico ac secundum incompatibile acquisitum est, prout etiam ratiocinatur Sacra Rota penes Coccinum *decis* 2060. *a num.* 11. *cum seq.* Sed in contrarium est *decis.* 60. *part.* 19. *recent.* in eadem causa *Bononien. Canonicatus* coram Illustrissimo Albergato, in qua *a num.* 6. ita fuit dictum: *Nec facit ad probandam resignationem, quod Sandrius declaraverit coram Notario Episcopali se dimittere, & resignare Canonicatum, quam obtinebat in Collegiata Sancta Maria Majoris propter assecutionem alterius in Collegiata S. Petronii: quia talis resignatio, utpote facta apud Notarium, carens ea hac facultate, remansit nulla, cum fieri debuisset in manibus Superioris, habentis potestatem instituendi, & destituendi: non enim residet in arbitrio Beneficiati, postquam Beneficium acceptavit illud ad libitum dimittere, & se liberare ab obligatione, qua per acceptationem remansit adstrictus favore Ecclesia, cujus servitio se addixit,* juxta text. *in cap. admonet, & in cap. fin.* ubi Doctores, *de renunciat. sed accedere debet assensus Superioris, qualis ad effectum, de quo agitur, dicitur Papa, Legatus a latere, & Episcopus, cap.* 2. *&* 3. *de instit.* ut notat Gabriel. *cons.* 187. *sub num.* 5. *lib.* 1. quem sequuntur Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num* 262. Barbos. *de officio, & potestate Episcop. par.* 3. *alleg.* 69. *num.* 24. Rota coram Mohedan. *decis.* 22. *alias* 135. *de renunc. & decis.* 110. *num.* 6. coram Bichio. *Minus obstat, quod per assecutionem secundi Canonicatus Sancti Petronii vacaverit primus ipso jure, ratione incompatibilitatis: quia id procedit, quando canonice, & servatis servandis, Beneficiatus assequitur secundum Beneficium incompatibile cum primo; non autem quando sine auctoritate Superioris vult primum dimittere, ut acceptet secundum: quia tali casu, licet quo ad ipsum possit dici vacare primum, non tamen dicitur vacare quo ad Ordinarium, qui, ratione obligationis contracta cum priori Ecclesia potest Beneficiatum, qui propria auctoritate, & sine legitimo Superioris assensu resignavit, revocare ad servitium antiqua Ecclesia,* Glos. *in can. qui vero, in vers. ut redeant* 7. *quæst.* 1. ibi: *Si Ecclesia vult eum repetere, & perdit quantum ad se, sed non quantum ad priorem Pralatum,* & tradit alia Glos. *in can. si quis jam, in verb. translatus* 21. *quæst.* 1. ibi: *Si sine licentia Episcopi transit, non ipso jure vacet prior Ecclesia, imo prior Episcopus, potest eum repetere, & vacet quantum ad ipsum:* bene Rota *decis.* 6. *num.* 3. *&* 4. *de consuetudine in novis,* Barb. *de jure Ecclesiast. univers. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 16 *& seqq. & ratio est illa, quam supra diximus, quod Beneficiatus, acceptans Beneficium, per quasi contractum se obligat ad illius administrationem,* Riccius *in praxi part.* 3. *resolut.* 583. *num.* 3, *usque in fin. In præsenti non solum deficit licentia, & consensus Superioris; verum etiam constat de positivo dissensu: dum Vic. Gen. renuit, expresse mandans quod Sandrius rediret ad Ecclesiam Sancta Maria Majoris, ut testatur Notarius Episcopalis in summario Joannis Baptista num* 6. *Prateroa ad hoc, ut interveniat vacatio primi per assecutionem secundi incompatibilis, probandum venit, quod ille, qui secundum assecutus est, ejusdem pacificam possessionem habuerit,* ut tradit Glos. *in dicto can. si quis jam, illamque continuaverit saltem per duos menses,* juxta text. *in dicto can. de multa,* & alios relatos per Maschardum *de probat. conclus.* 183. *per tot. & in decis.* 241. *num.* 1. *part.* 1. *recent. alias primum non dicitur vacare: cum vacatio non oriatur ex acceptatione incompatibilis, sed ex pacifica possessione, & retentione utriusque post lapsum bimestris, qua duo inter se valde differunt,* Rota *decis.* 189. *num.* 13. *&* 313. *num.* 3. coram Bichio, *& in prima decis. hujus causa, §. neque alteram,* coram R. P. D. Rondinino, *quod tantum abest fuisse probatum a Marco Antonio, quod*

stat de

stat de contrario, dum pro parte Jo: Baptista ostensum fuit, Sandrium usque ad obitum possedisse duntaxat Canonicatum Sancta Maria Majoris, & huic soli Collegiata inservisse, & nullatenus accepisse possessionem Canonicatus Sancti Petronii, ut advertit eadem prima decisio *dicto §. Neque alterum.*

Nec subsistit, quod possessio secundi Canonicatus probata remaneat per assertionem ejusdem Sandrii, affirmantis, se dimittere primum Canonicatum Sancta Maria Majoris propter assecutionem secundi in Ecclesia Sancti Petronii: quia id intelligendum est de assecutione tituli, non autem possessionis, qua cum sit facti, non acquiritur ipso jure per simplicem provisionem, & collationem, sed per Provisum actualiter apprehendi debet, c. cum Bertold. de re judic. clare Paris. *de resignat. lib. 10. quast. 6. num 4. & in omnem eventum, sicuti ex probationibus, supra relatis, apparet, Sandrium nunquam possedisse Canonicatum S. Petronii; ita quoque talis assertio convincitur erronea, dum res diversimode se habere dignoscitur*, Rota *decis.* 570. & 985. *utrobique num.* 6. coram Dunozett.

Denique non suffragatur, quod actualis possessio secundi non sit necessaria, quando non constat, provisum de secundo fuisse impeditum illam apprehendere: quia cum tunc per eum dicatur stare, in odium ejus negligentia haberi debet pro possessore: quoniam liquet in facto, per Sandrium non stetisse, sed fuisse impeditum a Vicario Generali Bononia, qui eidem injunxit continuationem servitii sua Ecclesia S. Maria Majoris, cui proinde Sandrius obediendo recte fecit, ne propter inobedientiam, & futuram litem forsan caruisset utroque, ex deductis per Glos. in dict. Can. si quis vero, verb. ut redeant, Garz. *de benef. part. 11. cap. 5. num.* 172. Rot. *decis.* 189. *num.* 14. & 313. *num.* 11. coram Bich *Atque ita responsum fuit, mandatum non esse exequendum, utraque parte informante.*

Dicendum est ergo, quod, cum quis animo, & oretenus dimittit Beneficium, & abstinet a fructuum perceptione infra illos duos menses, non incurrit pœnas *Extravagantis*: quia, ut diximus, requiritur non solum possessio, sed etiam fructuum perceptio; cum tamen fructus non percepit, censetur, quod dimiserit possessionem: quæ sicuti animo retinetur, ita pariter animo dimittitur; & ita in terminis considetavit eadem Sac. Rota *decis.* 281. *numero* 2. *part.* 19. & cum accipit secundum incompatibile, tacite videtur primo renunciare, Coccin. *decis.* 1234. *numero* 5. Sed attente considerandum est, quod aliud est, quod resignatio, seu cessio, fieri nequeat valide, nisi coram Ordinario Collatore, & ab ipso acceptari debeat, & ex causis expressis in Bulla Beati Pii V. inter quas causas est receptio alterius Beneficii incompatibilis; aliud vero est, quod dimissio animo oretenus facta cum astinentia, seu non receptione fructuum intra duos menses, sufficiens sit pro evitandis pœnis *Extravagantis.*

Insuper notandum est, quod postquam quis secundum incompatibile adeptus fuerit, non potest amplius cedere, seu resignare Beneficium primum: quia jam per secundi adeptionem extinctum fuit jus, quod habebat in primo, licet remaneat pendulum per duos menses ad videndum, an sit secundi pacificus possessor, ne utroque careat; Sed vere vacavit ab initio, itaut fieri possit impetratio ex tunc, licet effectus differatur usque ad duos menses, Rota apud Coccinum *d. decis.* 2060. *per totam*, præsertim *n.* 12. Cum vero resignatio fieri contigit ante adeptum secundum incompatibile, tunc, ut valide fiat, fieri debet coram Ordinario, juxta dictam Bullam. Sed advertandum est, quod fieri nequit in fraudem reservationis, obstante *regula Cancellaria* 3. quæ, ut diximus in *nostro tractatu in cap. de clausulis, a n.* 89. habet locum, cum fit assecutio secundi auctoritate Apostolica: quia tunc intrat reservatio, non tamen quando Ordinarii auctoritate, ut post Gonz. *glos.* 15. §. 2. Garziam *part* 11. *cap.* 5. *num.* 45. Navarrum *cons.* 18. *numero* 3. *de preb.* & alios, Rota penes Burait. *decis.* 242. Othob. *decis.* 197. *num.* 1. & 2. Ideo diximus in *d. tractatu*, prudenter agere Beneficiatum, si secundi Beneficii ab Ordinario collati possessionem recipiat in mense non reservato, ad hoc, ut primum Ordinarius conferat, juxta doctrinam Gonz. *loco cit. num.* 42. Vide ipsum, & Garz. *part.* 11. *c.* 5. *per tot.*

178 Cæterum, quamvis diximus, quod, ut vacet primum, probari debet non solum receptio, sed retentio pacifica per duos menses, juxta doctrinam Glos. *in c. de multa, verb. post receptionem, vers. nec per solum, de prabend.* quia, ut diximus, incompatibilitas obstat retinendo, non assequendo, ut pluries Sacra Rota decrevit, præsertim in *Avellina Canonicatus* 27. *Martii* 1651. coram Eminentissimo Cerro, quem adducit Tundut. *post tractat. de pens.* 63. & est penes ipsum 359. Attamen si provisus de secundo incompatibili præsumpserit ultra duos menses post pacificam possessionem adeptam, primum quoque retinere, certum est, quod utroque ipso jure privatus exsistit, per *d. Extravag. Execrabilis*, ibi: *alioquin ex tunc sint ipso jure secundo privati*, ubi Glos. *verb. ipso jure*, notat, quod attento *cap. de multa*, secundo non erat ipso jure privatus,
sed privandus per sententiam; per dictam tamen *Extra* 179
vag. non requiritur sententia, sed ipso jure est privatus, & etiam notat Cocchier *in regula* 8. *glos.* 7. *sub num.* 13. *vers. primo igitur*, & idem statuit Sacrum Concilium Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. & *sess.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* Rota apud Eminentissimum Cerrum 266. Sicuti inducitur privatio ipso jure, cum quis retinet Canonicatum, & Parochialem; neque requiritur monitio, juxta *decis.* Rotæ apud Coccinum 552. *numero* 3. & 4. & vide Gonzal. *in reg.* 8. *glos.* 15. *a n.* 9. *cum seqq.*

Inde in provisionibus Apostolicis de secundo incom 180
patibili, ut notavimus *in d. cap. de clausulis*, apponitur
decretum *de dimittendo* infra duos menses, alias utroque
privatur; quod decretum intelligitur, prout de jure, a
die captæ pacificæ possessionis, ut bene notavit Gon- 181
zalez *d. regula* 8. *glos.* 15. *a n.* 109. & tunc Beneficium pri-
mum dicitur vacare ob decreti interpositionem, Rot. *de-*
cis. 951. apud Eminentissimum Cerrum; tempus enim duo- 182
rum mensium incipit a die possessionis pacificæ, vel quominus per eum steterit, ut expresse in Litteris apponitur, & notavit Rota apud Dunozett. juniorem *d. decis.* 811. *numer.* 14. apud Burait. 233. *numer.* 5. ubi fuit dictum, quod dictus terminus currit a die interpositi decreti de immittendo, quia ex tunc per eum stat; Imo Garzias *d. cap* 5. *n.* 104. dicit, quod provisus a Papa de secundo incompatibili non potest excusare vacationem primi ex eo, quod non expediverit Bullas, sine quibus non potest capere possessionem, si per eum stat, quominus expediat, juxta decisionem Rotæ in causa *Leodien. Canonicatus*, coram D. Pamphilio: Nec dicitur satisfactum huic decreto, si impetrans duntaxat supplicationem pro dimissione porrexerit: sed ultra requiritur post firmatam supplicationem, ut consensus præstetur in manibus Notarii Cancellariæ, ut in *d. decis.* 233. *numero* 10. apud Burait. & in procuratore requiritur mandatum speciale, & illud debet esse purum, non conditionale, habetur ibidem; ignorantia vero captæ possessionis excusat, Gonzalez *loco cit. num.* 212. vide ipsum, qui plura, & Garziam *dict. part.* 11. *per totum capur* 5. qui etiam late pertractat hanc materiam; quandoque tamen observavimus, collato secundo incompatibili provideri primum vacatum per talem Provisionem, nec expectari dimissionem faciendam a proviso de secundo; & vidimus aliquando Litteras expeditas fuisse prius de primo vacato ob assecutionem incompatibilis, & postea Litteras expeditas de secundo; sed de hoc mihi non placet: quia
dari potest casus, in quo provisus de secundo incompati- 183
bili non acquirat illud, & sit litigiosum, & utroque frustretur; melius est expectare dictum tempus duorum mensium post pacificam possessionem ad omnes lites evitandas.

Impetrans ex devolutione diximus *n.* 91. quod ipsam de- 184
volutionem concludenter debet probare, adde *decis.* 461.
n. 12. & 13. apud Bichium, Cocchier *reg.* 33. *de triennali*
n. 75. Rota apud Eminent. Cerrum *dec.* 134. *n.* 14. ubi dici-
tur, quod probatur sufficienter, quando Ordinarius diu di-
stulit providere, Rota apud Manzanedum *dec.* 667. nam li- 185
cet Papa possit concurrere, tamen propter clausulam illam,
dummodo, videtur se restringere ad vacationem narratam,
& nolle concurrere cum Ordinario, ut ibidem considerat
Manzaned. quod procedit, etiamsi motu proprio sit facta 186
dicta provisio: quia stante dicta clausula, *dummodo*, &c.
etiam concludenter est justificanda devolutio, Rota apud
Eminent. Cerrum 903. *n.* 2. & cum devolutio intrat ex va-
catione per resignationem, tempus currit, & capitur de- 187
volutio a die renunciationis, non autem a die admissionis, Rota *decis.* 351. *numer.* 21. apud eundem Bichium. Tempus illud, per quod fit devolutio, probandum est: quia est de substantia; unde probatio debet esse concludens respectu ipsius temporis, juxta textum in *leg. cum sit, Codice de probat.* Mascardus *de probat. concl.* 1357. curritque hoc tempus de momento in momentum, itaut, si vacatio contigerit in primo Martii, hora nona, du-

rat tempus usque ad primam diem Septembris hora deci-
ma per totam, ut bene advertit practicus Cocchier in *reg.*
33. *de triennali sub n.* 72. Squillant. *de privil. Episc. part.* 3.
c. 5. *n.* 16. verum tempus quatuor dierum in inferiore Col-
latore non inducere devolutionem, dixit Rota apud Coc-
cin. *decis.* 2129. *n.* 9.

189 Sub *n.* 92. diximus, tempus currere a die scientiæ: quia
devolutio fit ob negligentiam, ut omnes Doctores asserunt,
& passim Sacra Rota, apud Eminentissimum Cerrum *dict.*
190 *decis.* 134. *n.* 10. Negligentia autem non intrat, ubi est
ignorantia, seu non adest scientia; hoc enim certum est
in quantum ad patronos præsentare debentes infra legiti-
ma tempora: quia tempus non currit eis, nisi a die scien-
tiæ vacationis, non autem a die vacationis, ob textum
in cap. quia diversitatem, de concessione præb. Cocchier *in*
regul. 33. *de triennali, n.* 72. Lotter. *lib.* 2. *q.* 6. *num.* 33.
Squillant. *d. cap.* 15. *num.* 17. & sæpe Sacra Rota, præser-
tim *decis.* 388. *n.* 13. *&* 31. apud Bichium, apud Eminen-
tissimum Cerrum *decis.* 114. *n.* 6. *&* 645. *n.* 8. & alii pas-
sim; & notitia debet esse indubitata; nam ubi tractatur de
191 punienda negligentia, non sufficit scientia præsumpta,
etiam ex eo, quod esset publicum, ut ratiocinatur Lot-
terius *d. q.* 6. *n.* 24. unde in hoc statuendo Judex debet con-
siderare qualitatem Beneficii, modum vacationis, loco-
192 rumque distantiam, & ex his arbitrabitur scientiam, vel
ignorantiam, juxta doctrinam Abbatis in *d. cap. quia di-*
versitatem, n. 7. *de concessione præb.* Lotter. *loco cit. n.* 25.
& ea adverso probandum est, Patronos habuisse prius no-
titiam vacationis, cum ignorantia præsumatur, Rota in
193 *d. decis.* 388. *n.* 14. Non tamen adhæret Lotterius *loco cit. n.*
26. dum ibi scribit: *Contingit autem etiam facta præsenta-*
tione, juxta terminum juris, eum nihilominus elabi, velutì
si orta inter plures præsentantes discordia super pertinentia
jurispatronatus, ea non finiatur inter hujusmodi terminum:
tunc enim elapso termine, Episcopus libere confert quemad-
modum etiam ubi non posset Episcopus ex duobus præsenta-
tis alterum præeligere sine scandalo, prout determinavit
textus in cap. quoniam in quibusdam, de jurepatronatus.
Hæc Lotterius; ab eoque expresse recedimus: quia facta
194 præsentatione, si labatur tempus, non solum quatuor men-
sium, sed quatuor annorum, & lis duraverit, nunquam
poterit Episcopus libere conferre, sed expectandus erit exi-
tus litis, & interim dandus erit Oeconomus, si fuerit Pa-
195 rochialis; tunc vero poterit Episcopus libere conferre,
quando nulla intercessit præsentatio, & tempus fuerit la-
psum, ita non semel Sacra Rota nostra Magistra decrevit,
præsertim *decis.* 261. *p.* 15. *recent. ubi n.* 15. affertur opti-
ma ratio: quia alias Ordinarii semper conferrent jure de-
voluto, differendo malitiose institutionem, donec expi-
raret quadrimestre, & *decis.* 148. *eadem part.* 15. *recent.*
ubi numero 15. respondetur ad jura Canonica, quæ in
contrarium allegantur, ut illa procedant, & admittant
196 devolutionem, vel quando lis est inter patronos, non
convenientes in præsentando, vel quando ad præsentan-
dum non veniunt intra legitima tempora: non autem quan-
do patroni præsentaverant intra tempus legitimum; nam
tunc terminanda est lis, nec poterit Ordinarius conferre
jure devoluto; & allegatur etiam ratio super allegata, &
iterum Rota *decis.* 176. *n.* 5. 6. *&* 7. *eadem part.* 15. *recent.*
197 & ita etiam Squillant. *loco cit. n.* 22. qui distinguit qua-
tuor casus, & tandem concludit, quod posita præsenta-
tione intra legitima tempora, si lis duraverit, non poterit
Episcopus conferre. Bene tamen verum est, quod devo-
lutio non eliditur per præsentationem nullam; nam nul-
198 la existente præsentatione ob inhabilitatem, & incapaci-
tatem præsentati, bene intrat devolutio, Cocchier *in d.*
reg. 33. *n.* 72. *in fine*, Garzias *de Benef. part.* 10. *cap.* 3.
num. 2. & Rota *decis.* 461. *num.* 21. apud Bichium, per
textum *in cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. & cap. licet,*
de supplenda negligentia Prælat. prout mihi in facto con-
tigit; nam cum J.U.D. Dominicus Pugliese Bonatorum
Policastrensis Diœcesis præsentasset ad Beneficium suum fi-
lium duodecim annorum, & eidem dixissem, quod alium
præsentaret, quia filius erat incapax dicti Beneficii obæ-
199 tatis defectum, juxta Concil. Tridentin. dispositionem
in *cap.* 6. *sess.* 23. *de reformatione*, quæ cum sit generalis
comprehendit etiam Beneficia jurispatronatus: quia Be-
neficium jurispatronatus etiam Beneficium dicitur, juxta
veriorem sententiam approbatam a Sacra Rota, & a Sa-
cra Congregatione, omissis, ex condicto, infinitis, Cor-
radus *in prax. dispensationum Apost. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 8.
200 Rota novissime in *decis.* 257. *part.* 16. *recent.* hæc enim
habilitas cum sit requisita a jure, debet intervenisse in prin-
cipio, & actu præsentationis, & institutionis, juxta do-
ctrinam Pauli Castren. *cons.* 16. *num.* 2. *lib.* 2. Gabr. 143.
num. 49. *lib.* 2. & aliorum, Rota *decis.* 66. *numer.* 5. Ideo
cum incapacem præsentaverit scienter, facta fuit devolu- 201
tio. Post scripta vidimus decisionem Sacræ Rotæ apud
Priolum 91. in qua *num.* 4. 5. *&* 6. dicitur, quod Patro-
nus laicus præsentans inhabilem, vel minus idoneum, non
privatur jure præsentandi, nec fit devolutio, per textum
expressum in *cap. cum vos, de officio Ordinarii*, ubi Glos.
verb. minus idonea; secus vero si patronus esset Ecclesiasti- 202
cus: quia tunc fit devolutio, prout dicit eadem glos. ibi-
dem.

In quantum vero ad Episcopum, seu Ordinarium col- 203
latorem, an currat ei tempus a die scientiæ, an vero a die
vacationis, seu factæ devolutionis, adduximus decisio-
nes, quod a die scientiæ currat Episcopo tempus, &
ita tenent multi Doctores, præsertim Barbos. *de jure Ec-*
clesiastico, lib. 3. *cap.* 13. *num.* 108. Squillant. *de privil.*
Episcop. part. 3. *cap.* 15. *num.* 23. & alii passim, & vide-
tur tenuisse clare Rota apud Mantic. *d. decis.* 260. *num.* 3.
& apud Coccin. *decis.* 2129. *num* 8. & probari potest hæc
sententia, quia constat, devolutionem consistere in trans- 204
itu collationis, seu potestatis conferendi de persona in
personam, juxta textum *in capit. postulastis, de concess.*
præb. atque transitum hunc fundari in negligentia inferio-
ris, non conferentis, ut optime explicat Lotterius *lib.* 2.
quæst. 24. *in princ.* præsertim *num.* 5. negligentiam autem
omnino justificandam esse, videlicet inferiorem potuis-
se, & noluisse conferre; atque scientiam vacationis in
ipso collatore probandam esse, deducitur ex *capit.* 3. *de* 205
supplend. negl. Prælat. & cap. quia diversitatem, in fi-
ne, de concess. præb. & quidem certam, non autem inter-
pretativam, juxta allegat. Lupi 78. *sub num.* 12. & Sera-
ph. 1173. & latius discurrit Lotter. *dict. quæst.* 24. *a num.*
6. *cum seq.* & pro hac sententia videtur apertus textus *in* 206
cap. licet, de supplen. negl. Prælat. & ibi Glos. *in verb.*
notitia. At contrarium resolvit Sac. Rota *in alleg. decis.* 207
217. *part.* 12. *recent.* & ita quoque tenet Lotter. *loco nuper*
cit. a numer. 14. *cum seq.* quia *certitudo*, dicit, *hæc refe-*
renda est, ad factum, in qua scientia deducitur, cum sci-
entia regulariter conjecturis, & præsumptionibus justifice-
tur, omissis aliis, Menoch. *cons.* 89. *numer.* 17. Surdus 208
cons. 321. *num.* 10. & in hac materia dicit Lotterius, suf-
ficere verisimilem scientiam, & tempus currere non dum ea
die, quo probatur collatorem vere, & certe scivisse, sed
ex die, quo potuit id verisimiliter scire, & hanc senten-
tiam pluries probare Rotam, asserit; eandem opinionem
tenuit etiam Cocchier *in sub alleg. reg.* 33. *de triennali*
sub numero 72. ubi docet Episcopo residenti currere tem-
pus a die vacationis: quia potuit, & debuit scire vaca-
tionem, allegat Malchardum *cons.* 879. *num.* 10. Abbatem
in cap. licet, de supplen. negl. Præl. Zerolam *in praxi* 2.
part. verb. devolutio, §. 2. & fuisse resolutum per Rotam
in una *Burgen. Canonicatus* 27. *Martii* 1583. coram Bu-
balo; hoc tamen procedit, quando vacatio contigisset 209
de jure, & de facto; quia tunc ignorantia non est ad-
mittenda; secus si de jure tantum, puta, cum vacaret per
resignationem & resignans adhuc detineret; nam tunc
non præsumitur notitia in Episcopo vacationis Beneficii;
& ideo non currit illi tempus, tanquam ignoranti, ac ex-
cusatur ob probabilem ignorantiam, Eminentissimus Cer-
rus *decis.* 128. *a numero* 13. *cum seq.* & ita quoque dixit
Sacra Rota apud Priolum *decis* 48. nam, cum contingit 210
vacatio de facto, & de jure, non excusat Episcopi igno-
rantia, quæ dicitur crassa, & supina, præsertim in col-
latione Parochialium; excusat tamen ignorantia verisi-
milis, & probabilis, ut in *dict. decis. numero* 10. *&* 11.
& ideo considerari debet qualitas Beneficii, modus vaca-
tionis, locorum distantia, temporum prolixitas, atque
circumstantiæ, ex quibus arbitrari potest scientia, vel 211
ignorantia, idem Priolus *d. decis.* 48. *numero* 12. dixisse
antea videtur Glos. *in d. cap. licet., d. verb. notitia*, dum
dixit, quod tempus currit a die, quo scire potuit; fama
tamen mortis, ut inducat devolutionem, debet esse clara,
Coccinus *decis.* 2129. *num.* 9. In dubio tamen scientia præ-
sumenda est, non ignorantia, & qui illam allegat, probare 212
debet, ut ibidem dicit Priolus: & cum devolutio fit grada-
tim (non per saltum) sed ad immediatum superiorem
collatorem, ut bene explicat Lotterius *dict. quæst.* 24. *nu-*
mero 43. Cocchier *dict. reg.* 33. *de publicandis numer.* 73.
per textum expressum *in cap.* 2. *de concess. præb.* & tunc 213
oper-

oportet justificare scientiam omnium, idest in primo Col-
214 latore de vacatione, & in aliis de devolutione, ad eos fa-
cta, Lotterius *loco cit. quæst.* 24. *numero* 45. Rota *decis.*
23. *n.* 14. *part.* 16. *recent.* ut mox dicemus; non tamen
currit tempus legitime impedito ad devolutionem, seu trans-
215 itum faciendum: Quoniam, ut diximus, devolutio, &
transitus ad alium Collatorem fundatur super negligentia;
Sed negligens dici nequit, cum fuerit legitime impeditus,
latè Lotterius *q.* 24. *a num.* 18. Emin. Cerr. *dict. decis.* 134.
216 *n.* 16. Sed non fuerit admissa pro legitima causa detentio
apud Imperatorem: quia collatio est voluntariæ jurisdi-
ctionis, ut in *d. decis.* 134. *n.* 17.
217 Summus Pontifex bene potest concurrere cum inferiore
Collatore per devolutionem, antequam ad ipsum Papam
fiat devolutio, ut apud omnes est inconfessu, & sæpe di-
ximus, Cocchier *loco cit.* Lotterius *loco cit. num.* 67. Rota
decis. 236. *p.* 15. *recent.* sed illud in hac materia notandum
hic duximus, quod, licet patronis laicis Episcopus possit
tempus prorogare ad præsentandum, & concedere ulterio-
218 rem dilationem, cum quisque possit proprio juri cedere,
quod unanimiter admittunt Doctores; hoc tamen non
219 procedit, quando ex prorogatione resultaret tertio præju-
dicium, Rico. *in praxi part.* 1. *res.* 195. *n.* 2. Corradus
in praxi benef. lib. 4. *cap.* 2. *n.* 6. Vivius *de jurepatronatus*
part. 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 14. Rota *decis.* 13. *num* 4. *part.*
17. quæ fuit *Lunen. & Sarzanen.* 6. *Januarii* 1671. coram
220 Bevilaqua; ideo non obstante prorogatione, ab Ordina-
rio concessa, Papa potest conferre, concurrendo; nam
prorogatio, concessa ab Ordinario, non potest Papæ præ-
judicare: & potest concurrere in devolutione, ut fuit di-
ctum in *d. decis.* 13. *n.* 5. *part.* 17. & licet Papa apponat
221 clausulam illam, *dummodo tempus patronis non sit elapsum,*
&c. intelligitur de tempore, quod competit eis a jure, non
autem de prorogato ab Ordinario; neque tunc clausula,
dummodo alteri, &c. juvat: quia intelligitur de jure vali-
do, & legitimo, non autem de jure inefficaci, prout di-
citur in *d. decis.* Hæc autem decisio fuit declarata in *Pam-*
222 *pilonen. benef.* 27. *Novembris* 1673. coram Eminentiss. Vi-
cecomite 180. *part.* 18. *recent.* in qua fuit dictum, quod,
cum devolutio fit gradatim, juxta textum in *c.* 2. *de con-*
cess. preb. primo ad inferiorem, secundo ad Ordinarium,
tertio ad Metropolitanum, quarto ad Papam, Rebuf. *in*
praxi tit. de devolut. n. 17. Lotterius *lib.* 2. *q.* 24. Cels. *de-*
cis. 392. cum vero Ordinarius prorogavit inferiori de pro-
prio semestri, quia uti poterat conferre, ita & prorogare,
& quicquid sit de illa opinione, an Papa scienter providen-
do in tempore nondum elapso voluerit prævenire, & præ-
judicare Ordinario; quæ opinio fuit varie recepta; ea
tamen opinione admissa, procedit, vel quando Papa con-
currendo prævenit inferiorem Collatorem, *ex regula, qui*
223 *potior* 54. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 27. *a* 6. vel cum concursus
est simultaneus, & datæ omnino pares: quia tunc antefer-
tur provisio Papæ ratione prærogativæ; non tamen pro-
cedit, quando Ordinarius præoccupavit, *cap. si a Sede,*
ubi Glos. *verb. appareat, de preb. in* 6. quia tunc Papa,
224 tanquam justissimus Princeps, non præsumitur velle pro-
videre Beneficium, cui datus fuit Rector, & etiam præ-
judicare inferiori Collatori, attenta clausula, *dummodo,*
&c. quando vero prorogatio tendit solum in præjudicium
Ordinarii, & non Papæ, est valida & in casu *decisionis*
225 *Lunen. & Sarzanen. Capellaniæ* (quæ est 13. *cit. part.* 17.)
Papa prævenerat institutionem Ordinarii. Hæc habentur
in *d. decis.* 180. *part.* 18.
In praxi notandum est in currenti materia devolutio-
226 nis, quod ubi impetratur Beneficium tanquam devolu-
tum, apponitur in supplicatione illa clausula, *& detur de-*
volutio dispositive in Litteris, advertit Mandos. *in reg. de*
annali quæst. 90 *numero* 5. *vers. in calce,* & hoc ne sub co-
lore devolutionis extorqueatur gratia de affecto, vel re-
227 servato (aliud enim est Beneficium esse reservatum, aliud
devolutum) quæ clausula operatur, ut in litteris exprima-
tur casus devolutionis, & ponitur illa clausula, *dummodo*
collatio devoluta sit; & ideo omnino devolutio est justi-
ficanda; nec propterea tunc aliquid operatur illa clausula,
etiamsi reservatum, & affectum: quia hæc clausula restrin-
gitur ab illa antecedenti, *dummodo collatio devoluta sit,*
quæ, tanquam potentior restringit gratiam ad ipsam devo-
lutionem, ut non possit intrare alius modus vacationis,
sive implicite, sive explicite narratus, optime ex Mohe-
dan. *decis.* 17. *de preb.* & Verall. *decis.* 63. *part.* 1. Lotterius
d. q. 24. *n.* 37. Rota *in allegata decis.* 461. *n.* 12. & 13. apud
128 Bichium. Hoc autem, quod diximus, cum in supplica-

catione adest clausula, *& detur devolutio dispositive,* magis
declarandum est; dicimus igitur, quod tunc per talem clau-
sulam Papa se restringit ad devolutionem, & per ipsam re-
stringitur tota gratia, adeo ut nec illa alia clausula genera-
lis, *sive præmisso,* aliquid operetur: quia satis Papa se de-
claravit, nolle Beneficium providere, nisi quatenus de-
volutum, juxta egregias decisiones Cassadori 5. & Mohed. 229
17. *sub tit. de prebendis,* Mant. 260. Coccini 2129. *n.* 4.
& 5. *& seq.* & eo casu devolutio probanda est per gradus
distinctos, de inferiori, scilicet, ad proximiorem supe-
riorem, donec ad Papam deveniat, juxta *cap.* 2. *de concess.*
preb. & cap. licet, de suppl. negl. Prel. Mant. *dict. decis.*
260. *n.* 2. Coccin. *dec.* 2129. *n.* 6. & quando ponitur dicta
clausula, *& detur devolutio dispositive,* ponitur alia clau-
sula, *dummodo collatio ad nos, &c.* per quas clausulas satis
Papa se declarat, nolle concurrere cum Ordinariis inferio-
ribus Collatoribus, & velle conferre, quatenus devolu-
tum, & non alias; prout, cum confert cum supposito,
quod sit reservatum, optime Cassad. *loc cit.* & latius expli-
cat Coccin. *n.* 11. 12. & 13. Quando vero non adest dicta
clausula, *& detur devolutio dispositive,* tunc non tenetur
impetrans probare devolutionem gradatim, sed solum
ipsam devolutionem ad Papam, & apponitur in lit-
teris alia clausula, nempe, *dummodo tempore data præ-*
sentium alteri non sit jus quæsitum, per quam demonstrat
Papa cum inferioribus Ordinariis concurrere velle, itaut, 230
si collatio spectat ad primum Collatorem inferiorem, suf-
ficit hoc casu probare, quod ille non providerit infra sex
menses data scientia Collatoris, nec oportet probare scien-
tiam aliorum proximiorum Collatorum, veluti Episcopi,
vel Archiepiscopi, demonstrat illa clausula, *dummodo tem-*
pore data, &c. fusius Cocc. *loc. cit.*
Qualitatem Beneficii expressam probandam esse, dixi-
mus *numero* 85. cum est gratiæ fundamentum; hoc enim
generale est, quod omnis qualitas expressa concludenter
est probanda, quando super ea fundatur gratia, Lotter.
lib. 3. *quæst.* 17. *n.* 303. qualitas autem Beneficii, quæ ei
de jure inhæret, sicuti non est exprimenda, ita expressa 231
non eget justificatione, Lotter. *lib.* 3. *q.* 4. *num.* 20.
Distinctionem, quam adhibuimus *numer.* 97. *cum seq.*
inter statum Beneficii, & statum collationis Beneficii,
non solum facit Oliver. ad Ludovisium *in dict. decis.* 77.
num. 12. & Lotter. *in dict. lib.* 2. *quæst.* 34. *a num.* 25.
Sed etiam Rota *decis.* 299. *sub n.* 2. & 3. *part.* 1. *recent.*
& novissime *decis.* 106. *num* 6. & 7. *part.* 16. *recent.*
In jure conferendi, vel præsentandi, manuteneri de- 232
bet illa, qui reperitur in ultimo statu possessionis, Rota
decis. 30. *num.* 11. *part.* 11. non attento priori statu, dixi-
mus *num.* 98. quia cum agitur inter patronos, seu præsen-
tatos, sufficit sola quasi possessio, juxta *cap consultationi-*
bus de jurepatr. Add. ad Butatt. *decis.* 776 *num.* 11. Cels. *de-*
cis. 102. *n.* 3. Ruyas *decis.* 223. *in fin.* Adde etiam si ulti- 233
mus status sit contrarius voluntati Testatoris, quando
agitur inter præsentatos; nam habens ultimam præsenta- 234
tionem conformem ultimo statui, venit instituendus, Ro-
ta apud Ubac. *decis.* 5. ubi aliæ, & *decis.* 33. *num.* 11. &
13. apud eundem Ubac. *decis.* 323. *num.* 19. *part.* 16. *rec.*
ubi multi allegantur Doctores, & decisiones; & præsen-
tatio facta ab eo, qui hunc ultimum habet statum, seu 335
possessionem, sufficit præsentato, ut sit instituendus, ut
ibid. dicitur; nec tunc exigitur alia probatio, Rota *decis.*
82. *num.* 5. *part.* 15. Attamen hic ultimus status prodest 336
possessori, qui alias præsentavit, non autem successori,
qui non est in possessione, seu quasi, juris præsentandi,
Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 16. Rota *decis.* 471. *num.* 21.
part. 4. *tom.* 2. Oliverius ad Ludovis. *d. decis.* 77. Rota *d.* 337
decis. 352. *n.* 18. *part.* 16. *recent.* Sed contrarium videtur
sensisse Sacra Rota in *decis.* 82. *num.* 3. & 5. *part.* 15. *rec.*
in qua expresse dictum fuit, possessionem juris præsen- 238
tandi, competentem antecessoribus, & donatariis, suf-
fragasse cuidam Alphonso donatario, itaut ab eo præsen-
tatus instituendus erat absque alia probatione; & in *d. de-*
cis. 268. *part.* 15. *rec. in fin.* ibi: *Non obstat, quod quasi pos-*
sessio Michaelis Angeli, Jacobi, & Lucæ, non transierit in
heredes absque nova apprehensione, juxta firmata in Mele-
vitana Jurispatronatus 16 *Junii* 1659. coram R. P. D. meo
Bevilaqua: *quia in hoc casu non agitur de excludendo præsen-*
tatum a veris patronis ex sola quasi possessione antecessorum,
in quibus terminis loquitur Rota in dicta Melevitana Juris-
patronatus; sed tantum de instituendo præsentatum a suc-
cessoribus eorum, qui vere erant patroni, & existebant in
quasi possessione præsentandi; hoc enim casu attenditur maior

numerus præsentantium, & quasi possessio antecessoris bene
suffragatur successori ad effectum institutionis, etiam absque
nova apprehensione, Lotterius de re benef. libr. 2. quæst. 11.
num. 116. & seqq. cum aliis congestis in Andrien. Beneficii
6. Februarii 1668. §. pertinentia coram me, & decis. 176.
num. 4. eadem part. 15. ibi: Pertinentia ad eos, qui Cæsareum
præsentarunt, non fuit impugnata, & nihilominus ex
ejus summa n. 6. & seqq. apparet, omnes præsentantes fuisse in
quasi possessione præsentandi, vel esse hæredes eorum, qui
alias præsentarunt, quod sufficit ad hunc effectum, Lotter.
de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 118. & seqq. Greg. dec. 339.
num. 1. & ibi Add. num. 9. Rota in Leodien. Beneficii 14. Januarii
1628. coram Ubaldo, & in d. Andrien. Beneficii 12.
238 Decembris 1667. coram me, §. quamvis. Et quod jus præsentandi,
seu pertinentia, spectet ad eum, qui habet
causam ab eo, qui existebat in possessione, seu quasi præsentandi,
Rota apud Manzanedum decis. 683. n. 1. &
813. num. 2. & 3. & novissime apud Hier. Priolum decis.
115. num. 18. ubi aliæ decisiones allegantur; quia ultima
& immediata quasi possessio sufficit pro justificatione
pertinentiæ jurispatronatus ad effectum institutionis, &
justificationis gratiæ derogatoriæ pro medietate, Rota
decis. 82. n. 2. part. 19. sic etiam pertinentia jurispatronatus
spectat ad descendentes illius, qui existebat in quasi
possessione præsentandi, dixit Rota apud Manzanedum
in decis. 687. n. 1. & apud Eminentiss. Cerrum 445. num.
242 13 & 15. in qua etiam decisione dicitur, quod quasi possessio,
quæ spectabat defuncto, prodest filiis; & Rota
243 apud Priolum decis. 46. dixit, quod existenti in quasi possessione
præsentandi non est opus probare descendentiam
a fundatore.

244 Sed quod quasi possessio præsentandi non transeat de
persona defuncti in illam hæredis citra novam apprehensionem,
per textum in l. cum hæredes, ff. de acq poss. Rota
apud Duran. decis. 62. apud Burattum 832. apud Ludovis.
decis. 417. novissime Rota decis. 667. num 6. & 7. part.
18. bene tamen ex descendentia probata ab ultimo præsentante
ex familia probatur pertinentia jurispatronatus, de
Senis cons. 111. sub n. 9. Lotterius lib. 2. q. 11. a n. 114.
cum seq. Merl. in decis. 798. Greg. decis. 349. ubi Olivesius
apud Bichium 388. num. 18. Add. ad Buratt. 832. n.
4 Coccin. decis. 921. n. 2. & 3. Rota decis. 667. n. 6. & 7.
245 quod est diversum; possessio enim præsentandi antecessoris
non transit in successorem absque nova apprehensione:
tamen ex illa probatur pertinentia jurispatronatus ad favorem
successorum, Rota d. decis. 667. & explicat etiam
Oliver. ad Ludovis. decis. 417. n. 14. in quantum vero ad
pertinentiam, sufficit probare descendentiam ab eo, qui
fuit in possessione, seu quasi præsentandi, ut dictum est,
& dixit quoque Rota apud Ludovisium 349. in qua etiam
dicitur, non esse opus probare descendentiam a primo
247 fundatore; qui enim est in possessione præsentandi, nullam
habet necessitatem probandi descendentiam: quia eo
ipso, quod est in possessione, sive quasi præsentandi, præsumitur
descendere a veris patronis, Seraphinus decis.
1334. Rota 224. numer. 9. & 347. part. 1. recent. Olivetius
loc. cit. Ad effectum tamen acquirendi possessionem
præsentandi manutenibilem ultra exercitium illius juris,
requiritur, ut præsentans proprio, non alieno, jure utatur,
Rota decis. 269. numero 4. part. 10. & 922. numer.
3. apud Dunozettum Jun. & dec. 22. n. 10. part. 16. recent.

248 Pertinentia etiam jurispatronatus non solum probatur
ex continuatis, & successivis præsentationibus, seu ex possessione
centenaria: quia sic remanet probata pertinentia
ex fundatione, & dotatione, juxta consil. de Senis 234.
Coccin. decis. 1445. numero 2. Rot. decis. 290. numero
3. part. 18. apud quam aliæ; sed etiam per annos quadraginta,
Rota apud Ubac. decis. 5. numero 4. & decis. 29.
n. 8. apud Priolum decis. 46. n. 21. sed quadragenaria debet
esse conjuncta cum fama pertinentiæ jurispatronatus,
ut declaravit Sacra Rota in decis. 579. numero. 9. & 718.
n. 4. part. 18. recent non tamen interrumpitur centenaria
per provisionem Papæ cum clausula non approbandi juspatronatus;
nam adhuc probatur pertinentia, præsertim si
subsequantur aliæ provisiones, Rota decis. 290. n. 6. 7. &
8. ubi aliæ Rotæ decisiones: atque executio facta ab Ordinario
Litterarum Apostolicarum cum clausula, verificato,
&c. bene probat pertinentiam jurispatronatus, Caval
decis. 378. n. 3. & d. decis. 290. n 8.

249 Advertendum etiam est, quod Sacra Rota in dec. 396.
num. 28. cum seq. apud Cælium Bichium, dixit: Cum ultimus
status est legitime præscriptus, & ex instrumento publico
reservationis jurispatronatus constat liquido de non jure
habentis ultimum statum pro se; tunc possessorium absorberi
a petitorio, ut notatur in cap. consultationibus, de jurepatronatus,
Rota decis 167. n. 9. & 10. part. 2. divers. decis.
324. n. 4. & 5. part. 1. rec. decis. 18. n. 8. apud Modernum de
jurepatronatus, cum aliis, in puncto allegatis a Moderno
Carpensi contr. for. cap. 153. n. 16. nec tunc admissio alicujus
ad præsentandum, si admissu repugnant verba fundationis effectu,
quin contra illum in futura vacatione admittens excipere
possit de non pertinentia jurispatronatus: exinde enim
constitutus quidem fuit admissus in quasi possessione præsentandi,
sed jus præsentandi non acquisivit, Lambertin. de jurepatr.
1. part. lib. 2. quæst. 3. art. 17. n. 11. & 13. Innocent. in
cap cum Ecclesia Sutrina, sub n. 4. Abbas ibid. num. 35. de
causa possessionis, & proprietatis, Rota decis. 53. num. 3. &
decis. 284. num. 7. part. 1. recent. & in Beneventan. jurispatronatus
23. Januar. 1640. §. fin. coram me, quicquid sit quando
evidens non est jus veri patroni, & non jus ejus, qui ultima
vice præsentavit, in quibus terminis loquuntur ex adverso
allegati. Hæc ibi: Consensus enim alterius, seu præ- 251
sentatio illius, qui alias non est patronus, aut fuit præstitus,
seu præsentavit, ignorante alio vero patrono, &
tunc certe nihil prodest ei, nec per talem actum constituitur
in quasi possessione præsentandi in præjudicium patroni,
Oliver. ad Ludovis. in d. decis. 349. & Ludovis. in allegata
decis. 417. Posthius de manutenendo observat. 32. n.
11. & 12. quia absque scientia non datur patientia, sine qua 252
non potest acquiri quasi possessio; si vero consensus fuit præstitus,
sive admissus ad præsentandum, consentientibus,
& scientibus patronis, & tunc per talem actum constituitur
in quasi possessione, Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina,
n. 93. de causa possessionis, & proprietatis, Ludovis. d. dec.
417. ubi Oliver. n. 13. dicit, quod acquiritur quasi possessio
ex isto actu admissionis ad præsentandum, etiamsi non
probetur effectuatio præsentationis; verum ista admissio
(ut diximus) constituit quidem in quasi possessione præsen- 253
tandi, sed non facit patronum, & citat decis. 284. sub n. 7.
p. 1. recent. & dicit idem Posthius d. obser. 32. n. 13. & quod
ista quasi possessio juvat contra admittentem, non autem 254
contra successores in jurepatronatus, quibus non potest
præjudicare admittens per talem admissionem, & citat
eandem dec. 284. n. 8. p. 1. rec. & ita quoque Posthius loc. cit.
n. 14. sed extant hac de re duæ decisiones apud Priolum 113. 255
& 136. quæ fuerunt emanatæ in causa Capuanæ Abbatiæ
inter Dominos Ducem Sermonetæ, & Ducem Laurenzanæ;
in quarum prima sic dicitur: Nec suffragatur Duci
Sermonetæ quasi possessio Ducissæ Camillæ matris, aliquin
sufficiens ad sustinendam gratiam provisionis Apostolicæ
cum derogatione medietatis vocum, cap. consultationibus,
de jurepatronatus: siquidem licet vocum medietas, in gratia
expressa, intelligatur de medietate existentium in quasi
possessione præsentandi, ex decisionibus allegatis in Firmana
Beneficii 3. Aprilis 1656. coram me, & in Lucana Capellania
28. Aprilis ejusdem anni, coram R. P. D. meo Bevilaqua;
adhuc tamen gratia non est justificata: quia Dux
Sermonetæ nunquam extitit in quasi possessione præsentandi,
& quasi possessio, acquisita per Ducissam, non transivit in
illius filium, & hæredem, juxta opinionem, quam servat
Rota, ut coram Mantic. decis. 88. numer. 5. Coccin. decis.
464. num. 3. s. m. Greg. decis. 222. num. 6. & seqq. ubi Add.
num. 12. & decis. 117. numer. 7. ubi pariter Add. numer. 14.
Merlin. decis. 563. num. 2. & cumulatis concordantibus firmatum
fuit in Cratuvien. Præpositura 12. Junii 1645. & 4.
Maii 1646. coram R. P. D. meo Verospio, & in Cumen.
Capella 27. Aprilis 1648. coram Dunozetto. Imo, quatenus
etiam transivisset, non relevaret; acquisita enim fuit
per Ducissam ex consensu præstito resignationis, facta per Antonium
Cardinalem Caietanum favore Patriarchæ Caietani,
quæ quidem acquisitio quasi possessionis præsentandi potuit
præjudicare bon. mem. Duci Francisco Cajetano, illam admittenti
ad præsentandum, non autem aliis, ut in specie dixit
Rota decis. 284. num. 8. part. 1. Add. ad s. m. Greg. decis.
417. num. 13. in fine, vers ulterius, Posth. de manut. observ.
32. num. 14. Et ex eadem responsione tollitur replicatio,
quod idem Franciscus fassus fuerit, ad Ducissam Camillam
spectare pro medietate patronatum istius Beneficii; nam,
cum Dux modernus Laurenzanæ non sit hæres dicti Francisci
patrui, sed veniat ex propria persona, uti hæres fideicommissarius
Honorati, non potuit eidem præjudicare, l.
duobus, §. 1. ff. de jurejur. l. qui testamentum, ff. de probat.
Surd. cons. 326. num. 13. Rota coram Merlin. decis. 405.
num. eodem, præsertim cum dicta confessio detegatur erronea

nea ex quo Ducissa, tanquam fœmina, erat exclusa ab hereditate Honorati, & sic non erat compatrona; idcoque minus est attendenda, l. non fatetur, ff. de confess. Rota eosam f. m. Greg. *decis.* 126. *num.* 10. & coram Buratto *decis* 912. *eodem num. Hinc patet, non applicari text. in cap. consultationibus* 19. *de jurepatronatus, cum nec Sermoneta Dux existat in dicta quasi possessione præsentandi, nec Archiepiscopus, ab eo præsentatus, fuerit institutus, ut opus esset ad hunc effectum*, ut notat Abbas *in d. cap. in consultationibus, num* 9. *vers. quod ego intelligerem*, Paul. de Citadin. *de jurepatronatus* 6. *part. art.* 3. *num.* 13. *in fine, & n.* 16. Rocc. *eodem tract. verb. competens, num.* 45. *circa finem, vers. hanc tamen conclusionem, & num. seq.* Menoch. *de recuper. remed.* 1. *n.* 120. Dec. *cons.* 149. *n.* 2. *& cons.* 127. *nu.* 1. Cels. Hugo *cons.* 77. *n.* 1. *&* 2. hanc opinionem sæpissimè amplexa fuit Rota, *ut in decis.* 167. *n.* 10. *part.* 2. *divers.* Seraph. *decis.* 1395. *num* 4. *vers. ultra quod, in Compostellana Parochialis* coram Blanchett. quam refert, & sequitur Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num* 48. *& antecedentibus in recent. decis.* 180. *num.* 2. *&* 3. *part.* 3. *decis.* 83. *num.* 5. *&* 6. *part.* 5. Pen. *decis.* 521. *num.* 7. *&* 8. *in Comen. Capellania* 27. *Aprilis* 1648. coram bon. mem. Dunozett. cum aliis per Posth. *observ.* 32. *num.* 8. *quia nimirum ante institutionem proprietas absorbet causam possessionis, ex notatis per DD. in d. cap. consultationibus*, & benè firmat Dec. *cons.* 127. *numer.* 1. & respondit Rota *d. decis.* 83. *num.* 5. *part.* 5. *rec. & in allegata Comen. Capellania* 27. *Aprilis* 1648. coram bo. mem. Dunozett. & latè deductum fuit *in decis.* 1630. coram Pen. *repetita in rec. decis.* 374. *part.* 1. *ideò tunc in concursu præferendus est præsentatus à vero patrono*, ut magistraliter dixit Rota *d. decis.* 1630. coram Pena.

256 In secunda autem sic dicitur: *Nec relevat, ut in alia replicabatur, quod Papa per expressionem medietatis vocum ad favorem Archiepiscopi, qui asseruit se præsentatum ab altera medietate, intellexit de patronis, existentibus in quasi possessione præsentandi, & ita debeat attendi ultimus status, ut fieri solet, ad effectum justificationis provisionis Apostolicæ, juxta cap. consultationibus, de jurepatronatus*, & dixit Rota *decis.* 471. *num.* 20. *&* 21. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & in Lucana jurispatronatus* 17. *Maii* 1638 coram R. P. D. meo Celso. *Siquidem admisso etiam hoc intellectu, gratia dici non potest justificata: quia Dominus Dux Sermoneta nunquam habuit dictam quasi possessionem præsentandi, & quasi possessio Camillæ matris, licet præjudicaverit Duci Francisco illam admittendo ad præsentandum, Moderno autem D. Duci Laurenzanæ, venienti ex propria persona, præjudicare non potuit, ad notat per DD. in cap.* 1. *de jurepatronatus in* 6. *cum aliis, in antecedente decis. allegatis. Præsertim non probata scientia, & patientia illius, ut opus esset etiam ad effectum, ut intret dispositio dicti cap. consultationibus*, Rota *decis.* 197. *n.* 40. *part.* 5. *recent.* coram f. m. Greg. *decis.* 417. *num.* 2. *in Verdunen. jurispatronatus* 22. *Junii* 1646. coram Rev. Tarraconen. *& in Bononien. Beneficii* 26. *Febr.* 1652. coram R. P. D. meo Albergato; *ultra quod defuncta Camilla, non potuit in Ducem Sermonetæ filium, & heredem continuare talis possessio sine novo usu, & exercitio jurispatronatus*, ut tradit Lotterius *ubi supra, quæst.* 114. *lib.* 2. & sequitur Rota *decis.* 471. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* coram Duran. *decis.* 62. *num.* 6. *&* 14. *cum pluribus adductis in prima decisione, §. siquidem, & novissimè in Melevitana jurispatronatus* 16. *Junii præteriti* coram R. P. D. meo Bevilaqua, *non suffragante, quod hoc procedat quoad factum, ut scilicet possessio non transeat ad heredem, quoad effectum manutentionis, non autem quoad effectum pro justificatione pertinentiæ jurispatronatus: quia distinctio recipitur, ubi constat de pertinentia jurispatronatus favore defuncti, qui reperiebatur in quasi possessione præsentandi, & vice versa non apparet de bono jure, & proprietate ad favorem alterius, prout in casu decisionis in Placentina Capellaniæ* 30. *Aprilis* 1615. coram b. m. Coccino, *in Asculana jurispatronatus* 1. *Julii* 1650. *& in Aquilana jurispatronatus* 1. *Februar.* 1651. coram R. D. meo Meltio *Episcopo Papien. Secus autem ubi constat de anteriori, & contrario statu jurispatronatus, & de pertinentia veri patroni, & in præsenti, cum D. Dux Laurenzanæ concludenter doceat de jure suo exclusivo totaliter juris D. Ducis Sermonetæ*, ut admittit Rota *in dicta Placentina Capellania*, coram Coccino, §. *& ita dicendum, in fine*, & ita declaravit *in Fesulana Parochialis* coram Pirovano *decis.* 37. *num.* 4. *&* 5. *part.* 1. *recent. Præterea cessat dispositio dicti textus in cap. consultationibus: dum non constat de quasi possessione præsentandi, acquisita per D. Ducem Sermonetæ, & D. Archiepiscopus, ab ipso præsentatus, non fuit adhuc institutus: quia textus disponit quidem, quod institutus ad præsentationem non veri patroni, existentis in quasi possessione præsentandi, non possit removeri, etiamsi postea constet de bono jure alterius; sed nullo modo, quod præsentatus ab illo debeat præferri, si antequam fuerit processum ad institutionem, de proprietate veri patroni constiterit: tunc enim præsentatus a vero patrono venit præferendus præsentato a patrono putativo, non attento ultimo statu*, ut distinguunt DD. *in d. cap. consultationibus*, & ibi Abbas *n.* 9. Dec. *cons.* 127. *num.* 1. Rota *decis* 167. *num.* 10. *part.* 2. *divers.* coram Pena *decis.* 374. *num* 4. *part.* 1. *recent. & ultra relatas in alia decis. §. hinc patet, & in Sulmonen. Beneficii* 25. *Januarii* 1647. coram bo. mem. Peutingerio, *& in dicta Melevitana jurispatronatus* coram R. P. D. meo Bevilaqua. Hæc ibi.

Notandum etiam est, quod consensus præstitus resigna- 257
tioni, constituit in quasi possessione præsentandi, non
secus, ac si intervenisset certa præsentatio, Rota *decis.*
154. *n.* 4. *part.* 2. Olives. ad Ludovis. *decis.* 349. *numer.* 7.
quod procedit, quando non esset alius possessor jurispa- 258
tronatus; nam existente alio, quasi possessio præsentandi
respectu resignationis non constituet in quasi possessione
præsentandi simpliciter respectu vacationis per obitum,
idem Oliver. *d. decis.* 349. *n.* 7. qui etiam ibidem dicit, 259
quod, si quis fuerit provisus ab Ordinario, vel a Papa,
tanquam de libero, & ad se eximendum a molestiis sibi il-
latis a prætensis compatronis, vel ad se reddendum ma-
gis tutum, adhiberet consensum prætensorum patronorum,
non per hoc censetur præjudicatum libertati Ecclesiæ,
nec per talem consensum dicuntur constituti in quasi pos-
sessione præsentandi, citat Rotam *decis.* 333. *num.* 6. *part.*
1. *recent.* notes tamen, quod idem est præsentare, ac
consensum præstare, Coccin. *decis.* 1445. *n.* 5.

In concursu præsentationum, quando quis fuit præsen- 260
tatus ab eo, qui non existit in possessione, neque descen-
dit ab existente in possessione, & vice versa alius fuerit
præsentatus ab eo, qui descendit ab existente in possessio-
ne, instituendus, & præferendus hic erit, Rota *dict. de-
cis.* 352. *numer.* 12. *part.* 16. quia non est attendenda præ-
sentatio ejus, qui non est patronus verus, nec est in pos-
sessione, seu quasi, præsentandi, Manzanedus *decis.* 893.
in fine. Item generale est, quod ante institutionem sem- 261
per petitorium absorbet possessorium, ut notant omnes
in *cap. consultationibus de jurepatronatus*, & tunc sem-
per, (ut alias diximus) præferendus est præsentatus a vero
patrono, Rota apud Priolum *decis.* 113. *numero* 3. *cum
seqq.* & plane in *decis.* 167. *numero* 9. *&* 10. *par.* 2. *di-
vers.* & late Oliverius ad *decis.* 77. Ludovisii *numero* 12.
Ex hic notes, quod in calculando, seu computando vo- 262
ces, est habendus respectus ad illos, qui præsentaverunt,
Manzanedus *ibidem numer.* 15. sicuti cum competit plu- 263
ribus familiis, unaquæque familiam unam vocem habet,
non habito respectu ad personas, Rota *decis.* 667. *nume-
ro* 8. *part.* 18. *recent.* quinimo in eadem *decis.* 396. *nu-
mero* 33. apud Bichium *cum seq.* dicitur, quod illa do-
ctrina, scilicet quod ad effectum justificationis gratiæ 264
derogationis medietatis patronorum, attendi debeat qua-
si possessio præsentandi, *intelligenda sit* (ut ejusdem ver-
bis utamur) *in sensu negativo, hoc est, quod in calculan-
da medietate non computetur vox patroni, qui non sit in
quasi possessione; sed non in sensu affirmativo, ut scilicet
computetur vox possessoris, quando de ejus non jure appa-
ret incontinenti per publicum instrumentum, & concur-
runt alii possessores, habentes etiam jus clarum in petito-
rio: quia tunc non est momenti sola quasi possessio.* Hæc
ibi. Insuper nota, quod Sacra Rota in *decis.* 296. *num.* 265
8. *part.* 15. *recent.* dixit, unicam, & ultimam præsen-
tationem, effectum sortitam, sufficere ad constituen-
dum præsentantem in quasi possessione, ita ut præsenta-
tus ab eo sit instituendus, *rejecta* disputatione super per-
tinentia, per textum *in dict. cap. consultationibus, de ju-
repatronatus*, & ibi allegantur Doctores, & decisiones,
ita quoque videtur aperte dixisse apud Manzanedum *de-
cis.* 638. *numero* 4. *& decis.* 88. *numero* 2. *& decis.* 73.
numero 17. *&* 18. *part.* 11. *recent.* & apud Priolum in
decis 115. *numero* 19. fuit dictum, quod quando lis est 266
inter præsentatos, pro sustinenda provisione jam fa-
cta, satis sit allegare ultimum statum, & præsentatio-
nem, per textum *in dict. capit. consultationibus*: sem-
per enim, quando est differentia inter collatores, seu pa-
tronos, vel quando agitur de gratiæ justificatione,
suffragatur ultimus status, quicquid sit, cum agi-

tur ad indagandam veritatem, Rota *decis.* 516. *num.* 14.
part. 19.

267 Sub *n.* 99. diximus, non esse attendendum ultimum statum præsentandi, vel conferendi, quando ante institutionem constaret de contrario statu, & de pertinentia alterius per legitimas probationes; Adde *decis.* 352. *n.* 17. *part.* 16. *recent.* Eminentiss. Certum *decis.* 483. *n.* 5. & 623. *n.* 14. Rotam *d. decis.* 167. *n.* 10. *pars.* 2. *divers.* Oliver. *in d. decis.* 77. Ludovis. *num.* 12. *infra*, *vers. si tamen*, & constare debet incontinenti de tali contrario statu, ut dictum est, per liquidissimas probationes, quæ non patiantur difficultatem, scilicet per rem judicatam, instrumentum dotationis, seu fundationis clarum, & incontrovertibile, vel per partis confessionem, Posthius *de manutenendo obs.* 32. *n.* 7. & 8. Rota *decis.* 73. *n.* 18. *part.* 11. Priolus *decis.* 38. *n.* 8. Rota apud Ubacum *decis.* 34. *n.* 28. itaut præsentationes cum enunciativa jurispatronatus non sufficiant,
268 Priolus *loco cit. n.* 14. & 15. & cum anterior est turbidus, non attenditur, Eminentiss. Certus *d. decis.* 487. *num.* 10.
269 ita etiam, nec sufficiunt publica instrumenta, si contra illa aliquid coloratum, & apparens opponatur, Rota apud Ubacum *d. decis.* 34. *n.* 29. Diximus etiam, quod status ultimus, & ipsæ etiam provisiones Apostolicæ non atten-
270 duntur, quando liquido constat de contrario per sententiam, transactam in rem judicatam, vel per centenariam, vel quadragenariam cum fama publica, comprobatam instrumentis; nam tunc possessorium absorbetur a petitorio, Eminentiss. Certus *decis.* 445. *n.* 21. & ut dictum est in cor-
271 pore, ut status primus non sit attendendus, oportet, ut ultimus sit præscriptus per spatium quadraginta annorum;
272 nam tunc antiquus immutatur in novum, Eminentissimus Certus *decis.* 623. *n.* 15. Oliverius ad Ludovis. *decis.* 434. *n.* 20. Duran. *decis.* 340. *n.* 19. & 381. *n.* 2. & *decis.* 182. *num.* 25. *part.* 18. per text. clarum in *cap. cum de Benef. de prab. in* 6. Sed quis investigare poterit, quid dicendum cum facta institutio ex falso supposito, scilicet a falsis patronis, & facta institutione detegatur error? Rota in *decis.* 209. *n.* 11. *part.* 17. dixit, quod est removendus: quia invalida præsentatio; ibique allegantur decisiones. Simile fuit dictum in *Gerunden. Parochialis* 28. *Junii* 1660. coram Bevilaqua, quam affert Massola *post suum tract. trismegist. lecal.* 50. *in ordine n.* 6. ubi fuit dictum, quod ubi liquido constat de veritate, proprietate, & statu, non attenditur institutio, seu collatio.

273 Item addimus ad *eundem numerum*, quod, cum Beneficium est collativum, est in fructu collatio, scilicet spectat ad Papam, seu ad alium inferiorem collatorem, si collatio spectat ad ipsum; & quod sit collativum, bene probatur ex duabus provisionibus Apostolicis, effectum sortitis, quæ important perfectam probationem ultimi status collativi, Rota *recent. decis.* 63. *part.* 11. & 315. *n.* 1. 2. & *dec.* 215. *n.* 5. *part.* 15. & 219. *n.* 22. *pars.* 16. *recent.* in qua etiam dicitur, quod sufficit spatium quadraginta annorum;
274 & quod Beneficium sit colativum bene probatur ex ultimo statu ad includendam, vel excludendam reservationem, Rota *decis.* 533. *n.* 4 *part.* 4. *tom.* 3. & 143. *part.* 17. apud Bichium 312. *n.* 18. ubi aliæ, Eminentiss. Certus *decis.* 483. *numero* 45. ubi etiam aliæ multæ decisiones, & apud Priolum *decis.* 38. *n.* 4. & *decis.* 44. *numero* 17. quicquid sit, si
275 agatur principaliter de pertinentia collationis, juxta textum *in cap. consultationibus, de jurepatronatus*, quod habet locum in collatione, Priol. *d. decis.* 38. *numero* 5. præsertim
276 cum Provisus in ultimo statu possedit per quadraginta annos, quamvis fuerit unicus actus, qui habet causam successivam, juxta doctrinam Abbat. *in capit. fin. numero* 18. *de consuetudine*, Rot. *decis.* 290. *numero* 8. & 9. *part.* 5. & *in decis.* 312. *numero* 19. & 20. apud Bichium.

277 Quandoque, & sæpe diximus, provisiones Apostolicas non immutare regulariter statum Beneficii, quotiescunque non constat de mente Papæ, per ea, quæ scribunt Doctores nostri in *cap. cum de Beneficio, de prab. in* 6. omissis aliis Manzanedus *decis.* 135. & 737. *num.* 18. maxi-
278 me vero quando clare constat de anteriori statu contrario, Rota apud Eminentiss. Certum 483. secus autem si non constaret clare de anteriori statu; nam tunc ultimus præsumitur correspondere primo, & quod primus fuerit sicuti est ultimus, & Apostolicæ provisiones deserviunt ad decla-
279 randum talem statum, quousque non doceatur de contrario, Eminentiss. Certus *d. decis.* 483. & *decis.* 48. *num.* 15. *part.* 18. *tom.* 1. *recent.* ex pluribus enim Apostolicis provisionibus bene resultat status possessio, seu quasi possessio, Rota
280 *d. decis.* 48. *n.* 16. In *decis.* 182. *n.* 17. *eadem part.* 18. *tom.* 1. *recent.* fuit dictum, quod probato certo statu Beneficii, provisiones Apostolicæ nunquam immutarent statum Be-
neficii quovis lapsu temporis, nisi concurrat voluntas 281
Papæ, quæ requiritur ultra potestatem, & cursum temporis, Franchus *in d. cap. cum de Beneficio, numero* 6. *de prab. in* 6. Addentes ad Burattum *decis.* 153. *n.* 5. ut in *d.*
decis. 182. *num.* 17. allegantur multæ aliæ decisiones. Ve- 282
rum in *decis.* 329. *numero* 5. *ead. part.* 18. Sacra Rota dixit, quod cum status Beneficii fuerit continuatus per duo
fere sæcula conformiter per provisiones Apostolicas, et- 283
iamsi fundatio resistat, est attendendus, per dictum textum *in cap. cum de Beneficio, de prab. in* 6. & ibidem allegata Glossa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa poss. & proprietatis*, *decis.* 41. apud Catillum, & 441. *numer.* 2. apud Royas, & tunc non esse inquirendum de voluntate Pontificis stricte: quia præsumitur per cursum tanti tem-
poris, sicuti qualibet titulus legitimus, & validus, juxta 284
conf. Gab. 88. *numer.* 17. *vol.* 1. ita dicitur in *d. decis.* 329. *numer.* 9. & 10. cum tamen quis est in quasi possessione con-
ferendi, tunc certius dici potest, quod provisiones Apo- 285
stolicæ nec immutant statum, nec præjudicium aliquod afferunt inferiori Collatori, juxta decisionem 41. *n.* 4. apud doctissimum Manzanedum.

Sed advertendum est, quod quando provisiones Apo- 286
stolicæ sunt conditionales, vel ad instantiam partis, tunc non probant ultimum statum; quia non immutant primum,
Rota *decis.* 215. *numero* 17. & 18. *part.* 15. nisi tamen fuis- 287
sent purificatæ; nam tunc bene probant, ut latius in *dict. decis.* 215. *numero* 20. *cum seq. part.* 15. *recent.* non tamen me latet decisio Seraphini 799 *numero* 3. & apud Tondut. 12. *post tractatum de pens.* in quibus dicitur, quod collationes, seu provisiones Apostolicæ non immutant statum Beneficii jurispatronatus, nisi Papa haberet notitiam talis jurispatronatus, & nihilominus vellet conferre: quia tunc
fit collativum, idem Seraphinus *decis.* 1301. & apud Ton- 288
dutum *loco cit. n.* 13. sicut cum Papa procedit per resignationem, non immutat statum, Rota apud Eminentiss. Othob. 224. *numero* 16. & 17. & 291. *n.* 25. *part.* 15. Priolus *decis.* 34. *n.* 25. & 44. *n.* 20.

Insuper dicimus, quod ex eo, quod collatio est in fru-
ctu ad sustinendam provisionem Apostolicam jam factam, 289
semper ultimus status sufficit, isque attendendus est Rota *decis.* 106. *num.* 8 *part.* 11. 215. *numero* 6. & 266. *numer.* 5. & 6. *part.* 15. *recent.* & apud Eminentiss. Certum *decis.* 498. *numero* 11. *cum seq.* quamvis appareat postea de statu contrario antecedenti; nam iste deservire potest pro futuris vacationibus, non tamen pro retardanda provisione jam facta; Ideo illa regula, quæ dicit, quod non attenditur ultimus status, quando constat de anteriori legitime, ut supra dictum est, procedit, quando constat de anteriori ante collationem; secus si post; nam tunc deserviret pro futuris collationibus, non autem ad infringendam jam factam, ut etiam diximus in corpore, & adde *dictam decis.* apud Eminentiss. Certum, & apud Priolum *decis.* 38. *n.* 7.

Nec hoc est contrarium nuper adductis sub *numer.* 272. 290
versicul. sed quis, ubi attulimus decisionem Sacræ Rotæ 209. *numero* 11. *pars.* 17. in qua dictum fuit, quod institutio facta ex falso supposito, ad præsentationem ejus, qui credebatur esse Patronus, & revera non erat, revocanda erat, cum postea liquido constavit de non jure præsentantis: quia præsentatio fuit nulla; Nam aliud est cum detegitur, falsum fuisse suppositum pertinentiæ jurispatronatus: quia tunc detecta falsitate, & erroneitate, præsertim cum præsentans non erat alioquin in possessione, seu quasi, præsentandi, institutio corruit, & revocatur, prout fuit in casu illius decisionis, & etiam in *decis. Gerunden. Parochialis*, in qua concursus fuit invalidus, tanquam factus a non habente potestatem; aliud vero est, cum quis est in possessione, seu quasi, conferendi attento ultimo statu, ratione cujus fuit facta collatio; nam si post collationem legitime constaret de anteriori statu contrario, tunc non revocatur collatio facta secundum statum ultimum: sed status contrarius anterior legitime probatus deserviet pro futuris collationibus, ut optime Rota *decis.* 435. *per tot. parte* 2. *recent.* sicuti præsentatio, facta secundum ultimum statum, præservat institutionem jam factam, & status contrarius anterior deserviet pro futuris præsentationibus, prout diximus, & optime Ferentillus ad Buratt. *decis.* 776. ubi late, & etiam late explicat Oliver, *ad decis.* Ludovis. 77. *numero decimosecundo* Verum,

si post

si post collationem factam constaret evidenter de contrario statu antecedenti per sententiam in rem judicatam transactam, partis confessionem, vel publicum instrumentum, nihil admittens contra se; eo caso forte revocanda esset collatio, ut videtur firmasse Sacra Rota, ni fallimur, *in d. decis. 435. sub n. 4. vers. 2. quod de jurepatronatus*, & apertius apud Eminentiss. Cerrum 498. ibi: *Et certum, quod fere centum ab hinc annis hujusmodi Parochialis reperitur in statu libertatis, & Sedes Apostolica in quasi possessione illam conferendi, eveniente vacatione mense reservato, adeo ut hic status, tanquam ultimus, sufficiat ad sustinendam provisionem Apostolicam, tanquam de reservato: quia dicitur fructus dictæ quasi possessionis, quamvis appareret de antecedenti statu contrario: ista enim deservire posset pro futuris vacationibus, non tamen pro retractanda dicta provisione, nisi de proprietate in contrarium constaret per liquidissimas probationes, nempe per rem judicatam, aut confessionem partis, vel publicum instrumentum nihil admittens contra se. Nec minus colerate, ex optime firmatis* per Rotam *decis. 435. per tot. & signanter sub num. 4. vers. secundo quod, part. 2. recent.* coram bon. mem. Merl. *decis. 641. num. 9. &* 10. cum cæteris allegatis per Addentes ad f. m. Greg. *decis. 77. sub num. 12. v. & circa hanc materiam.*

Verum diceremus, quod, cum præsentatio est facta ab existente in quasi possessione bona fide, & secuta est institutio, vel est facta collatio a collatore, existente in quasi possessione conferendi, pro illa vice nunquam sit revocanda, & annullanda, si post institutionem, vel collationem quomodocunque appareat de contrario anteriori statu; sed hic deserviet pro futuro tempore, juxta celebre consilium Menoch. 90. *a n. 116. usque ad fin.* ubi *n.* 125. quamplurimos citat, & tunc posse retractari, & revocari, quando præsentatio fuit facta sub falso supposito prætensi jurispatronatus ab eo, qui non existebat in quasi possessione. Rationem hujus dicti assignamus eam, quam assignat Menochius *a n.* 121. scilicet, quia tam præsentatio, quam collatio est in fructu; fructus enim suos facit bonæ fidei possessor, *l. bona fidei, ff. de acquirendo rerum dominio.* Igitur cum quis est in quasi possessione, vel præsentandi, vel conferendi, & præsentavit, vel contulit, non debet institutio, vel collatio irritari: quia privaretur fructu jam consumpto; quod secus est quando nulla præcessit possessio.

291 Cum præcesserunt aliæ collationes, effectum sortitæ,
tunc quasi possessio, tanquam de libero, sufficit, esto,
quod Ordinarius succumberet in judicio ordinario, Rota
apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 370. *n.* 16. & constituitur
Episcopus in possessione conferendi per unicam collationem
effectum sortitam, idem Eminentiss. Cerrus *ibid.*
292 *n.* 21. atque ultimus status attenditur, etiam pro sustinenda
provisione Ordinarii, Rota apud eundem Eminentiss.
Cerrum *decis.* 329. *n.* 15. Limitatur si provisio Apostolica
293 ultima, ex qua deducitur ultimus status, fuisset impugnata
per litem: quia tunc non firmat statum, Rota *in d. decis.*
266. *n.* 7. & 8. *part.* 15. quod etiam temperandum est, si
294 lis fuisset extincta per sententiam, quæ fecisset transitum
in rem judicatam; nam hoc status firmatur per dictam
provisionem, quæ pro se habet rem judicatam, ut dicitur
in eadem decisione 266. *n.* 9. & 10.

295 In quantum autem ad statum ipsius Beneficii, de quo
locuti fuimus *a n.* 100. *cum seq.* sequentia addimus: Certissimam
regulam constituimus, quod ad dignoscendam
296 qualitatem Beneficii semper ultimus status sit inspiciendus,
sicuti etiam, an sit manuale, Rota *decis.* 49. *in fine part.*
297 15. & 329. *n.* 4. *part.* 16. an sit regulare, vel sæculare,
Rota *decis.* 215. *n.* 2. *part.* 15. an sit conferendum per concursum,
298 Priolus *decis.* 469. & sic de similibus, præsertim
quando cum ultimo statu conjungitur observantia, Rota
299 apud Tondut. *post tract. de pens.* 64. *n.* 16. quapropter attenditur
status ultimus pro qualitate Beneficii dignoscenda,
etiam ad inducendam reservationem per obitum in mense
300 reservato, cum non agitur inter collatores, sed inter provisos,
Rota apud Bichium *decis.* 457. *n.* 9. & 10. & 433.
n. 28. & 29. & 300. sic etiam ad dignoscendum an juspatronatus
301 sit gentilitium, vel hæreditarium, Rota penes Priolum
decis. 46. *n.* 20. fallit tamen hæc regula, quando constat
302 de anteriori statu; nam tunc, sicuti diximus, non attenditur
ultimus in conferendo, vel præsentando, ita nec
303 ad statum ipsius Beneficii ultimus attenditur, Rota *decis.*
465. *n.* 7. *part.* 4. *tomo* 2. & *decis.* 300. *numero* 24. & 312.
numer. 22. & 620. *numer.* 11. apud Bichium, Oliverius ad
Ludovis. 434. Ferentillus ad Buratt. 776. *numer.* 12. & ita
quoque dicimus, quod de anteriori debet constare per liquidas, 304
& exactas probationes, ut dicunt decisiones, &
Doctores citati, nempe per publica documenta, evidenter
clara, aut per rem judicatam, vel partis confessionem,
Oliverius, & Ferentillus *locis cit.* Lotterius *lib.* 1. *q.* 34. *n.*
19. & 32. Marescottus *var. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 66. Rota *decis.*
65. *n.* 26. *part.* 11. & novissime *decis.* 215. *n.* 8. & 9. *part.* 305
15. itaut æquivocæ probationes status antiqui non perturbent
ultimum statum, & status antiquus turbidus nihil officit:
quia attenditur ultimus, juxta allegatas decisiones,
præsertim 215. *part.* 15. & 457. *n.* 9. & 10. apud Bichium;
sicuti vice versa novus status etiam perfecte est probandus, 306
non per æquivocas probationes, Rota *decis.* 106. *num.* 9.
part. 16. *recent.*

Ita quoque dicimus, ultimum statum non esse attendendum, 307
quando constat de contrario per unionem, Rota *d.*
decis. 620. *n.* 11. apud Bichium: sed ipsa unio claris probationibus,
& indubitatis, aut altiorem indaginem non requirentibus,
est probanda; alias æquivoce, & imperfecte 308
non juvat, Rota *d. decis.* 215. *nu.* 25. & 26. *part.* 15.
recent. Priolus *decis.* 377. *n.* 8. & 15.

Aliam regulam ponimus indubitatam, pro mutatione 309
status Beneficii requiri tria necessario: nempe potestatem,
voluntatem, & tempus quadraginta annorum; itaut tempus
quadraginta annorum non sufficiat, nisi etiam probetur 310
& voluntas, & potestas simul operativa in actu, ex
quo prætenditur elici mutatio status, Franchus Geminianus,
Joannes Andreas, & Archidiaconus *in cap. cum de*
Beneficio, de præb. in 6. Rota *decis.* 106. *n.* 1. & 4. *part.* 16.
recent. & apud Eminentiss. Cerrum 623. *n.* 16. ubi etiam
requiritur patientia ejus, contra quem immutatur, sicuti 311
etiam omnino requiritur spatium quadraginta annorum, 312
Glossa *in cap. cum de Beneficio, verb. legitima de præb. in 6.*
Rota *decis.* 23. *n.* 28. *ead. part.* 16. *recent.* apud Eminentiss.
Cerrum *decis.* 483. *n.* 9. & 623. *n.* 15. alioquin status anterior
clarus, evidens, & indubitatus, cuique ultimo præ- 313
fertur, Rota *decis.* 140. *n.* 24. apud Eminentiss. Othobonum;
Adden. ad Ludovis. *decis.* 77. & ad Buratt. 776. *n.* 15.
& *in d. decis.* 106. *numero* 5. *part.* 16. *recent.* voluntatem
mutandi statum sive Ecclesiæ, sive Beneficii in Papa non
præsumi, ideo scientiam, & voluntatem mutandi proban- 314
dam esse, asserunt Nostri, & canonizavit Sacra Rota *dec.*
234. *num.* 24. *part.* 16. tunc præsertim, cum unus status
cum alio est compatibilis, Rota *d. decis.* 105. *n.* 12. & 234.
n. 23. *part.* 16. nisi tamen esset decursum longissimum tem- 315
pus, prout supra notavimus, attenta decisione Sacræ Rotæ
329. quam ibi attulimus. Demum notes, quod ultimus
status, etiam non præscriptus, non interrumpitur ex allegatione
tituli invalidi, Rota *decis.* 290. *numero* 19.
part. 18.

Diximus *n.* 121. narrativam præsentationis medietatis 316
patronorum debere esse veram de tempore gratiæ; itaut
cum Papa derogat in medietate, tunc Provisus debet habere
præsentationem ab alia medietate; & allegavimus decisionem
443. *part.* 1. *recent.* & apud Dunozet. juniorem
344. sed hoc moderandum est, juxta scripta superius in
hac additione: quoniam videtur aperte, quod Sacra Rota
recesserit ab hac sententia, ut in *dec.* 419. apud Bichium,
& 239. *n.* 16. *part.* 16. *recent.* in quibus dicitur, quod suf- 317
ficit, ut præsentatio fiat infra legitima tempora, nec curandum,
an ante, vel post, sit facta,

Ad *n.* 123. adde, quod juspatronatus probatur per plures
præsentationes, effectum sortitas, saltem tamen per 318
annos quadraginta, etiam in privatis patronis, Rota apud
Dunozet. seniorem 270. *n.* 3. & 299. *n.* 11. & 12. *part.* 16.
& *decis.* 296. *n.* 4. & 5. *part.* 15. *rec.*

Itaut unicam præsentationem effectuatam, quæ solum 319
duravit per annos vigintisex non sufficere, dixerit Rota in
d. dec. 299. *n.* 13. & 14. & 313. *eadem part.* 16. *rec.* & licet in
dec. 296. *n.* 8. contrarium determinari videatur; attamen ibi 320
non loquitur Rota de probando jurepatronatus, sed loquitur
ad effectum institutionis præsentati ab eo, qui habet unicam,
& ultimam præsentationem; & clare loquitur Rota,
quod est diversum; nam tunc sufficit, ut alias diximus, ad
constituendum quem in quasi possessione præsentandi, dummodo
secuta fuerit institutio, per textum in *d. c. consultationibus*,
Priolus *decis.* 183. *nu.* 34. vel intellige, quando
unica præsentatio perduravit per annos quadraginta, jux- 321
ta alias ejusdem Sacræ Rotæ decisiones: Ex possessione 322
enim quadragenaria, cum fama, & aliis adminiculis,
bene probatus juspatronatus, Rota *decis.* 148. *n.* 7. *ea-*

323 *dem part.* 15. dummodo versemur in privatis personis, in
324 quibus usurpationis cessat præsumptio; quadragenaria,
tamen per se sola non sufficit, sed copulative requiritur,
etiam fama jurispatronatus, Rota *decis.* 331. *n.* 13. *part.*
15. *recent.*

In personis autem, in quibus cadit usurpationis suspi-
cio (ut sunt Domini temporales, Universitates, & fami-
liæ Nobilium Regni) tunc requiritur rigorosa probatio
325 ex fundatione, & dotatione, juxta dispositionem Sac.
Conc. Trid. Rota *dec.* 215. *n.* 10. *part.* 15. & hæc est vulgata
doctrina; attamen temperanda est cum eadem Sacra Rota
decis. 239. *n.* 5. 6. & 7. *part.* 16. *ut scilicet* (& sunt ejus ver-
326 ba) *procedat, quando agitur de libertate Beneficii; quan-
do vero non agitur de libertate Beneficii, sed de sola per-
tinentia jurispatronatus inter compræsentatos, & patro-
nos, tunc leviores admittuntur probationes, atque etiam
sola quasi possessio præsentandi sufficit*, juxta doctrinam
Lotterii *lib.* 2. *quæst.* 13. *n.* 128. Hæc Rota, ibique alle-
gantur etiam aliæ Rotæ decisiones, & ita quoque dixit
apud Bichium *decis.* 155. *n.* 2. & 188. *n.* 3. & 382. *n.* 1. &
327 2. Quomodo vero probetur juspatronatus, vide Priolum
decis. 3. 18. 34. 38. 44. Eminentiss. Cerr. 120. 102. 430.
604. 498. 196. 255. 707. 445. 565. 581. 493. 686. 693.
808. 779. 498. apud Bichium 106. 420. 558. 118. 138.
154. 188. 388. 162. 270. 282. 361. & alibi. Quando trans-
328 eat cum Universitate bonorum, vide apud Eminentissi-
mum Cerrum 493. apud Bichium 270. Quando sit hæredi-
329 tarium, *d. dec.* 493. apud Eminentiss. Cerrum 502. Quan-
330 do transit in fideicommissarium, vide *d. decis.* 502. &
521. apud Eminentiss. Cerrum, apud Priolum 113. 130.
331 & 305. apud Bichium 3. & 387. Quando gentilitium ex-
traneos non admittens, vide *decis.* 102. apud Eminentiss.
Cerrum, & apud Priolum 46. 159. 115. 381. 337. non
tamen implicat, quod pro parte sit gentilitium, & pro
parte evadat hæreditarium, Rota *decis.* 667. *part.* 18.
Ad exclusionem autem gentilitii non sufficit probare,
fœminas non præsentasse, sed opus est probare fuisse fœ-
minas, illasque voluisse præsentare, & fuisse rejectas,
& acquievisse, Rota *decis.* 82. *n.* 5. & 6. *part.* 19.

332 De valore expresso justificando, late scripsimus in su-
periori *cap. a* 324. *cum multis seq.* & cum non justifica-
tur ab impetrante, Executor non potest exequi gratiam,
juxta *decis.* 253 *num.* 10. apud Bichium, & apud Uba-
eum *decis.* 101. *n.* 5. Aliqua tamen addenda duximus. In
333 primis narrativa valoris, licet sit pars gratiæ, ut adduxi-
mus ibi; attamen in provisionibus Apostolicis non est gra-
tiæ fundamentum, sed fundamentum gratiæ in illis est re-
servatio, & idoneitas, Rota *decis.* 296. *n.* 8. & 355. *n.* 2.
part. 16 & *decis.* 70. *n.* 8. *part.* 17. *rec.* Ideo in gratia, *si*
334 *neutri*, semiplene probari valorem sufficit, & per testes
de publica voce, & fama: quia gratia, *si neutri*, non fun-
datur in expressione valoris; & ad evitandam subreptio-
335 nem, quæ posset provenire ex mala expressione valoris,
sufficit semiplena probatio, Rota apud Manzanedum *de-
cis.* 59. *numer.* 1. & ut gratia judicetur subreptitia ob ex-
pressionem non veri valoris deducenda sunt onera, Ro-
ta *decis.* 424. *part.* 18 Est tamen gratiæ fundamentum in
provisionibus Beneficiorum, factis ab Illustriss. Nuncio
336 Hispaniarum, qui habet indultum conferendi Beneficia
non excedentia valorem viginti quatuor ducatorum de Ca-
mera: tunc enim est gratiæ fundamentum, & conclu-
denter probandus per excessum, itaut excessus in uno Julio
provisionem annullet, computatis tam certis, quam in-
certis, Rota in *dict. decis.* 296. in qua etiam dicitur, quod
337 ad hunc effectum non sufficiunt depositiones testium, exa-
minatorum summarie, & ad perpetuam rei memoriam,
& quod negativa non excessus talis summæ coarctari de-
beat per testes, deponentes, quod si alias reditus habe-
338 ret Beneficium, ipsi scirent, & quod aliter esse non pos-
sit, ut ibidem dicitur *n.* 14 & talis probatio non excessus
valoris ducatorum viginti quatuor, ante provisionem ju-
stificari debet: quia est gratiæ fundamentum: & quando
339 qualitas dat jurisdictionem, de ea antecedenter conclu-
340 denter constare debet, Rota *decis.* 259. *numero* 4. *part.*
341 15. & clarius 296 *numero* 22. & 23. *part.* 16. *recent.*
& *decis.* 78. *part.* 18. alias provisio est nulla, nec fa-
cit legitimum contradictorem, ut ibidem dicitur, sed
contra videtur *decis.* 266. *part.* 17. *recent.* vide illam.

342 Est etiam gratiæ fundamentum valor expressus affirma-
tive in reservatione pensionis, ut diximus late, & dice-
mus; & tunc concludentissime probandus est, omissis
343 aliis, Rota penes Bichium 255. *n.* 6. & tunc testes debent
deponere deductis oneribus, ut diximus; alias valor non
probatur, Rota *decis.* 41. *n.* 3. *part.* 17. & *decis.* 424. *nu.*
10. *part.* 18. *recent.*

Diximus etiam, quod valor narratus per non excessum, 344
licet non possit probari per testes, deponentes affirmative
per ascensum, & vice versa, & quotidie resolvit Sacra
Rota. Verum, cum testes deponunt affirmative in to- 345
tum, & per totum, nec affirmant deductis oneribus, vi-
dentur deponere per non excessum, nec concludenter ul-
tra summam narratam, Rota apud Priolum *decis.* 100. *n.*
7. 8. & 9.

Valor, de quo tempore articulandus, & probandus, 346
locuti fuimus *a nu.* 126. *usque* 134. adduximusque senten-
tiam Garziæ, & Lotterii: addendum est, quod quando
valor deducitur impugnative ad gratiam alterius ob non 347
expressionem veri valoris, seu in materia objectiva, re-
quiritur probatio redituum per integrum decennium,
Rota apud Priolum *decis.* 301. *numero* 7. & 8. *decis.* 158.
numero 1. 2. & 3 *part.* 18. *recent. decis.* 213. *numero* 7. &
13. apud Bichium; in qua decisione *numero* 14. respon-
detur, & explicatur decisio 159. *a numero* 7. *part.* 5. *recent.*
vide dictam decisionem; quicquid sit, quando valor pro-
bandus sit pro justificatione clausulæ, *dummodo remaneant*, 348
&c. in quo casu ibidem dicitur, quod Rota nondum deci-
dit: vel quando agitur de probando valore ad effectum
sustentandi gratiam reservationis pensionis; nam tunc
non requiritur probatio valoris per decennium, secundum 349
Sacram Rotam in *d. decis.* 213. *numero* 24. & 25. Sed con-
trarium in hoc casu firmasse videtur Rot. *decis.* 745. *num.*
5. *part.* 18. ut scilicet requiratur probatio per quinque an-
nos ante reservationem, & quinque post reservationem
pensionis: Quia per dictum tempus fit adæquatio tem-
porum fertilium, & sterilium, pro uniformi ratione va-
loris exinde deducenda. Ita etiam cum agitur de proban-
do valore ad effectum, ut quis sustentari valeat ex fructi-
bus Beneficii, non est probandus valor per decennium;
sed sufficit valorem per duos annos ante, & duos post,
Rota *decis.* 535. *num.* 5. apud Bichium. Pro justificatio-
ne gratiæ, & ad alios favorabiles effectus, sufficit, pro- 350
bari valorem per triennium, seu aliud tempus, Judici be-
ne visum: Et in hac materia objectiva sciendum est, quod
testes debent deponere, *quod Beneficium tempore provisio-* 351
*nis oneribus deductis valet certam summam, per quinque
annos ante, & quinque post, anno fertili cum infertili com-
putato, & quod communi æstimatione tantum valet: &
ita testis de tali Beneficio notitiam habens, dicit se scire,
& si plus, vel minus valeret, ipse non ignoraret*, juxta do-
ctrinam Gomez. *in regula de valore quæst. ult.* & Lotter.
lib. 3. *quæst.* 20. *numero* 89. & *de quinque, vel sex annis in
materia objectiva*, Rota coram Caval. *decis.* 213. *num.* 6.
vers. 2. hæc ibi Rota *d. decis.* 158. *numero* 2. & 3. *part.* 18.
recent. Quomodo vero expressio facta a resignante valo- 352
ris Beneficii, quod possidet per aliquos annos in materia
objectiva, probet ipsum valorem, vide Priolum *decis.* 272.
301. & 312.

Si reditus Beneficii consistat in frumento, prout fre-
quenter in Regno nostro Neapolitano, tunc valor fru- 353
menti non debet articulari de tempore messis, in quo tem-
pore est vilior, sed inspiciendus est communis valor tem-
pore medio, Rota in allegata decisione 213. *n.* 3. apud Bi-
chium; & si testes deponant indefinite de valore frumen- 354
ti, declarantur per dicta testium deponentium in specie,
ut in allegata *decis.* 213. *n.* 6. valor tamen fructuum ille at-
tenditur, quo res venduntur in publico foro pecunia nu-
merata, de quo nullus conqueri potest, Rota *decis.* 120.
n. 6. & 7. & 398. *n.* 23. *part.* 17. nec attenditur ille, vulgo
a credenza, aut cum venditur vulgo *per semenza*, Rota
decis. d. decis. 398. *n.* 23. & plene probant illi testes, qui
deponunt, ita se vidisse emere, & vendere, Rota *d. decis.* 355
120. *n.* 15. Item notandum est, quod fructus æstimari de-
bent quanti valent in loco Beneficii, & cambium, quod
solvitur pro transportanda pecunia, non est in considera-
tione, juxta *decis.* Putei 210. *n.* 2. *lib.* 3. & 325. *num.* 36.
apud Bichium; Sed consideramus, quod, cum est reser-
vata pensio cum clausula, *dummodo*, &c. congrua reser-
vata titulari, debet esse immunis etiam a cambio: quia de-
bet esse libera ab omni onere.

Num. 342. diximus, narrativam valoris factam nega- 356
tive per non excessum probari semiplena probatione; ad-
de novissime Rot. *decis* 323. *part.* 16. & *decis.* 56. *num.* 7.
& 192. *num.* 4. *eadem part.* 16. *recent.* debent tamen esse
testes informati, ut causam reddant, & animum Judicis

ad ita

ad ita credendum moveant, Rota *decis.* 378. *num.* 1. apud
Bichium, Priolus *decis.* 195. *numero* 7. *&* 236. *numer.* 4.
Eminentissimus Cerrus *decis.* 732. in quibus etiam dici-
tur, quod probatur valor publica voce, & fama: & quod
357 valor probatur ex provisionibus antecedentibus, in qui-
bus idem valor est expressus, Rota novissime *decis.* 199.
358 *num.* 3. *part.* 15. maxime si coadjuvetur hæc probatio cum
aliis adminiculis, vel ex testibus, deponentibus de non
excessu; adde *d. decis.* 192. *num.* 3. nisi adsint alii testes,
359 contrarium, de majori summa deponentes, Rota *de-
cis.* 325. *num.* 31. apud Bichium, & optima probatur ex
360 narrativa consimili, facta ab altera parte; adde *decis.*
193. *num.* 9. *eadem part.* 16. *recent.* Item ex locationibus
361 continuati probatur valor, Rota *decis.* 199. *num.* 4. *p.* 15.
& quamvis in supra allegata *decis.* 213. *num.* 16. dictum fue-
rit, quod ad effectum regulæ valor requirit exactiores
probationes; attamen intelligendum est dictum Rotæ
secundum alias decisiones allegatas: & ad effectum ju-
362 stificationis gratiæ probari valorem ex testibus, depositio-
nibusque de publica voce, & fama, dixit etiam Rota
apud Manzaned. *decis.* 712. *num.* 3. *&* *decis.* 838. *num.* 2. *&*
decis. 40. *num.* 8. *part.* 17. *recent.*

363 Ad *num.* 178. *cum seq.* ubi diximus, valorem expressum
affirmative requirere exactas probationes; quia tunc est
gratiæ fundamentum, ex quo cum tali expressione reserva-
tur pensio; adde aliam decisionem magistralem 120. *num.*
5. *part.* 16. *recent.* & justificari debet de tempore reser-
vationis, alias pensio in totum corruit, ut diximus,
Rota *decis.* 120. *part.* 17.

Item addendum, & explicandum est, quod, quando
fit expressio valoris affirmative, cum qua expressione re-
364 servatur pensio, & nihilominus apponitur etiam clausu-
la, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, tunc diversa
est justificatio valoris pro sustinenda gratia, & sufficit,
ut valor justificetur de tempore gratiæ; & cum adest clau-
365 sula, *dummodo, &c.* requirit probationem successivam,
ut diximus ad decisionem Bichi, allegatam in corpore
in *Romana pensionis apud ipsum* 236. & 255. adde *d. decis.*
366 120. *part.* 16. *recent.* & tunc non sufficit probatio valoris
per testes, deponentes de publica voce, & fama, ut in
decis. 255.

367 Et quamvis ex narrativa valoris facta Pontifici, & cum
impetrans suscipit in se onus probandi valor remaneat
justificatus, juxta *decis.* Rot. apud Ubac. 103. *num.* 9. &
pensionarius relevetur ab onere probandi narrativam va-
loris pro justificatione gratiæ; attamen nunquam pro
sustinenda pensione reservata cum expressa clausula,
dummodo remaneant, remanet probatus, etiamsi titularis
consentiat, vel confessus fuerit valorem Beneficii, & ca-
pacitatem pensionis, Tondutus *de pens. cap.* 14. *num.* 13.
qui citat *decis.* Cavaler 181. & expresse dicitur in *d. decis.*
120. *numer.* 7. *&* 8. *part.* 16. & redditur rationem Rota:
quia non versamur in conditione tacita, *si ita est, &c.*
368 sed expressa, *dummodo, &c.* & sic tunc semper pensiona-
rius tenetur assumere onus probandi, licet agatur contra
eum, qui pensioni consensit, nec consensus censetur præ-
stitus sub eadem conditione clausulæ, *dummodo, &c.* ut
videre est in *d. decis. num.* 9. *&* 10. ubi aliæ decisiones al-
legantur, & *num.* 13. *&* 14. dicitur, quod hoc procedit,
etiamsi titularis susceperit onus justificandi valorem;
nam intelligitur respectu justificationis de tempore gra-
369 tiæ, non autem respectu clausulæ, *dummodo, &c.* quæ
respicit tempus futurum, ut diximus sub *num.* 201. &
esto, quod confessus fuerit valorem, non per hoc exclu-
ditur, quin postea contrarium probare possit; nam datur
probatio contra propriam confessionem, ut ibidem dici-
370 tur *num.* 20. Atque in *decis.* 265. *part.* 15. *recent.* dicitur,
quod pensionarius pro validitate pensionis reservatæ te-
netur justificare valorem expressum cum clausula, *ut as-
seris, &c.* contra successorem titularem, etiamsi antecess-
sor titularis consenserit pensioni, & assumpserit in se
onus probandi valorem: quia successor titularis habet ti-
371 tulum a Papa, & non ab antecessore titulari, &c. in re-
servatione autem pura datur executio contra eum, qui
se obligavit in forma Cameræ, juxta *decis.* 25. *part.* 8. *re-
cent.* Tondut. *d. cap.* 14. *num.* 23. Novissime vero emana-
372 vit *decis.* 372. *num.* 2. *part.* 19. *recent.* in qua fuit dictum,
quod, quando titularis consentit pensioni, & apponitur
clausula, *dummodo remaneant, &c.* consensus præstitus
a titulari recipit eandem conditionem a Pontifice apposi-
tam, *dummodo, &c.* & tunc pensionarius non relevatur
ab onere probandi valorem, ut satisfaciat conditioni, ap-
positæ a Papa, juxta doctrinam Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 38.
num. 45. Adden. ad Greg. *decis.* 57. *num.* 12. Caval. *decis.*
181. *num.* 1. Bich. *decis.* 222. quod ita procedit *decis. in
Ariminen. pensionis* 7. *Junii* 1669. coram Eminentiss. Car-
pineo; Sed cum titularis extra consensum pro reservatio-
ne pensionis in eadem supplicatione, qua Sanctissimus
gratiam concessit de Beneficio, & pensione, claris ver-
bis asseruit, & affirmavit, se esse bene informatum de 373
vero valore Ecclesiæ, & renunciavit cuilibet exceptioni,
& verificationi veri valoris, & omni, & cuilibet appel-
lationi, recursui, &c. pensionarius relevatur ab onere
probandi valorem pro dictæ clausulæ justificatione; quæ
sufficienter inducitur ex amplissima confessione valoris,
facta a Rectore, qui suscipit in se onus probandi, renun- 374
ciando omni exceptioni, & *ibi* dicitur, quod hæc est
constans Sac. Rotæ sententia, & multæ aliæ allegantur
decisiones ejusdem Sacræ Rotæ; neque per hoc exclu-
ditur mens Pontificis, qui voluit non solum tempore in-
stitutionis, & concessionis gratiæ, remanere centum
pro Rectore, sed etiam futuris temporibus: quia hæc
probatio facienda est a titulari, qui per confessionem
valoris, & renunciationem exceptionis ejusdem valoris,
assumpsit in se onus probandi, & relevavit pensionarium
ab eo onere, ut in *decis.* dicitur *num.* 7. *&* 8. probando 375
tamen diminutionem, erit locus diminutioni pensionis, 376
ibidem *numer.* 9. *&* *in decis.* 245. *num.* 34. *part.* 17. fuit di-
ctum, quod, quando est expresse posita dicta clausula,
nunquam relevat pensionarium ab onere probandi, et-
iamsi titularis confessus fuerit valorem, & promiserit
solvere quicquid sit in tacita conditione. Hæc autem pro-
cedunt in judicio petitorii; nam in possessorio onus pro- 377
bandi incumbit non pensionario, existenti in possessione,
sed titulari, ut in præfatis decisionibus, & millies, atque
millies canonizavit Sacra Rota, Tond. *ind. cap.* 14. *de pens.
a num.* 4. *cum seq.*

Dictis *num.* 193. *cum seqq.* adde *decisiones* 296. *num.* 15.
16. *&* 17. *&* 355. *num.* 7. *part.* 16. *recent.* in qua decisione 378
296. ita scribitur: *Pariter, non obstante, quod testes, pro
Proviso Apostolico examinati, deponant de dicto non excessu
viginti quatuor ducatorum, nulla facta mentione, seu de-
ductione onerum, quia sub narrativa valoris per dictum
non excessum ad satisfaciendum regulæ de valore solum ve-
niunt fructus certi, qui in absentia etiam sine aliqua ara-
te debentur*, Mohedan. *decis.* 16. *de prob.* *& si Benefi-
cium non deductis oneribus non excedit dictum valorem
viginti quatuor ducatorum, multo minus excedit illis de-
ductis*, Rota *decis.* 357. *num.* 12. *& seq. part.* 10. *recent.*
*licet secus sit e converso, quando scilicet quis tenetur
probare valorem per ascensum, sive per excessum vigin-
ti quatuor ducatorum; nam isto casu si testes de dicto
excessu deponunt, nulla facta mentione, seu deductione
onerum, ex eis nullatenus prætendi potest probatus di-
ctus excessus: cum intelligatur deductis oneribus*, Rota
decis. 444. *num.* 4. *&* 5. *part.* 2. *recent.* *quapropter illa pro-
batio deducta ex testibus, deponentibus de valore per non
excessum, nulla modo destruitur, nec conturbatur per
testes, deponentes de excessu, nulla facta mentione one-
rum; & pro annullanda provisione Nuncii sufficit, te-
stes deponere de valore per excessum viginti quatuor du-
catorum, non deductis oneribus, imo eis comprehensis*,
Garzias *de benef. cit. cap.* 3. *num.* 153. *& seq. &* 163.

Quas vero expensas, seu quæ onera deducere opor-
teat valore Beneficiorum, non concordantes invenimus 379
decisiones; nam in *decis.* 213. apud Bichium, quæ fuit
Casertana pensionis 31. *Martii* 1645. *a num.* 27. *cum seq.*
dictum fuit a redditibus, seu valore fructuum Ecclesiæ
Casertanæ non esse detrahendum salarium Procurato-
ris, neque exactoris, expensas pro candelora in die Pu-
rificationis Beatissimæ Virginis, salarium Organistæ,
reparationes Ecclesiæ, & Domus, & supellectiles sacræ;
quia hæ expensæ sunt voluntariæ, vel variæ, & incer-
tæ; vice versa in *decis.* 120. *num.* 16. *part.* 16. dictum
fuit, detrahenda esse onera, ordinata ad recollectionem 380
fructuum (quod non dictum fuit in *decis.* 325. *num.* 37.
apud Bichium) ut sunt semina, merces pro exactore,
deputato ad exigendum decimas, expensas pro repara-
tione Ecclesiæ, & Domorum, & pro cultu Divino, ut
sunt paramenta sacra pro Altari, pro candelora in die
Purificationis, pro salario Clerici, Capellani, atque
omnia onera extraordinaria, neque explebilia a titula-
ri, sic etiam detrahenda esse onera Missarum *decis.* 420. 381
num. 15. apud Bichium; Et in *decis.* 255. *a num.* 24. apud

cum-

382 eundem Biahium dictum fuit, detrahendas esse expensas
pro reparatione Ecclesiæ, pro cera, oleo, vino, hostiis,
salario Clerici, pro festivitate Titularis; nam centum pro
383 Rectore debent esse libera ab omni onere ordinatio. In-
super in statuendo valore Beneficii pro sustinenda pen-
sione cum clausula, *dummodo*, *&c.* solum computari
debent illi fructus, quos quis percipit libere in absentia,
dixit Rota *decis.* 255. *num.* 2. penes Bichium; nec com-
384 putari debet, quod percipit, ratione alterius servitii,
quod præstat, celebrando Missam; neque habitatio Do-
385 mus, & hortus Parochi, quamvis antecessor locaverit
partem eam sibi detrahendo, ut in *d. decis.* 255. *num.* 18.
19. 20. *&* 21.

386 Neque in valore Beneficii computantur incerta, ut sunt
funeralia, oblationes, benedictiones nuptiales, elee-
mosynæ, & similia, quæ omnino incerta sunt, prout di-
xit Rota *decis.* 120. *num.* 19. *part.* 16. & quamvis pensio
reservetur, tam super certis, quam super incertis, ne-
387 que talia computantur; nam intelligitur de incertis fru-
ctibus, qui ad certitudinem reduci possunt, & locari, ut
sunt decimæ, & cætera, ut diximus sub *num.* 203. qui-
bus adde Rotam in *d. decis.* 120. *num.* 20. *&* 21. *part.* 16.
& decis. 255. *num.* 16. *&* 17. apud Bichium, &c. quod
388 pro constituenda congrua non veniunt fructus incerti,
prout sunt oblationes, funeralia, &c. nam incerti etiam
percipiunt ratione laboris; adde *d. decis.* 255. *num.* 14. *&*
389 15. nisi tamen essent solita locari pro certa summa, ut
dicitur in allegatis decisionibus, & in *decis.* 41. *num.* 14. *&*
15. *part.* 17.

Ad scripta *num.* 204. adde optimam decisionem 31.
part. 16. *recent.* in qua in una *Asten. Canonicatus* coram
390 olim Eminentiss. Taja, nunquam satis laudato viro, fuit
dictum, quod resignatio Canonicatus Asten. cum clausu-
la, *dummodo resignans aliunde commode vivere*, *&c.* fuit
declarata nulla, & invalida, & resignans habuit regres-
sum ad Canonicatum resignatum, quia coram Executore
non fuit probatum, quod de tempore executionis habue-
rat unde aliunde vivere commode poterat, quamvis prius
& ante tempus resignationis, habuerat aliunde, nempe,
patrimonium: quia debebat constare, & verificari con-
ditio, quod aliunde habebat unde commode vivere pos-
set de tempore resignationis, & executionis: quia quan-
do tempus est de substantia, tunc probatio debet esse con-
cludens respectu temporis, ut latius in *d. decis.* quæ ite-
rum fuit confirmata in alia *decis.* 331. *eadem part.* 16. *rec.*
At in *Leodien. Beneficii* coram Priolo *de anno* 1672. apud
391 eundem 389. *num.* 14. fuit dictum, quod, ex quo quis
ordinatus fuit ad titulum patrimonii, præsumitur veri-
ficatio hujus clausulæ, *dummodo aliunde*, *&c.* & cum
392 Executor deveniret ad executionem litterarum, non ob-
stante dicta clausula, præsumitur pro sententia Executo-
ria donec contrarium probetur. Justificatio autem hujus
393 clausulæ solum opponi potest a resignante, cujus favore
apposita est in litteris; & resignante non opponente, ab
alio opponi non potest clausulæ hujusmodi non justifica-
tio, Sarnen. *de regul. triennali quæst.* 39. *num.* 4. Seraph.
decis. 457. Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 237.
num. 4. & cum resignans non opponit, & requiritur ju-
394 stificatio, saltem cum omnis levis probatio sufficit, secon-
dum eundum Eminentiss. Cerrum *loco cit.* Sed Nos cen-
semus, quod cum dicta clausula, *dummodo*, importet
conditionem, & formam, semper requiritur justifica-
tio, ut alibi diximus.

Ad *num.* 206. *vers. item*, adde quod dixit Rota *decis.*
39. *num.* 1. *part.* 16. *recent.* quod cum resignatarius fuerit
395 triennalis possessor, si per ejus obitum alius provideatur,
tunc successor in Beneficio non tenetur justificare gratiam
& probare requisita resignationis, sed alleganti incum-
bit onus plene, & concludenter probandi contrarium,
tanquam fundamentum suæ intentionis: quia regula de
triennali tuetur successorem; & ibi aliæ decisiones alle-
gantur.

396 Item quod resignatarius non tenetur justificare titu-
lum resignantis, si hic fuerit pacificus possessor per trien-
nium; nam per regulam triennalem, eximitur ab hoc
onere, Rota *decis.* 286. *num.* 8. apud Bichium; vel cum
resignatarius possederit Beneficium pacifice per plures an-
nos; nam tunc non tenetur justificare titulum resignan-
397 tis, Rota *decis.* 433. *num.* 9. apud eundem Bichium; licet
alioquin, ut diximus in dicto loco, resignatarius tenea-
398 tur justificare titulum resignantis, cum ab eo jus suum de-
pendeat, & sit fundamentum suæ gratiæ, juxta decis-
nem 253. *num.* 4. apud Bichium; atque etiam ibidem dici-
tur, quod tenetur justificare resignationem, juxta Consti- 399
tutionem san. mem. Greg. XIII. scilicet, quo resignatio sit
publicata: quia publicatio est pars gratiæ.

Diximus *num.* 22. quod narrativa, quod duo incom- 400
patibilia retineri possint absque dispensatione Apostolica,
concludenter sit probanda; addendum est, quod sufficit,
ut hoc probetur per tempus quadraginta annorum, & suf-
ficiunt duo actus, Rota *decis.* 7. *num.* 27. *&* 28. *part.* 15.
recent.

Ad *num.* 234. addendum est, quod utilitas Ecclesiæ 401
pro exequendo Brevi alienationis, ut diximus, debet es-
se indubitata, & evidens, juxta doctrinam omnium scri-
bentium, & Sacræ Rotæ, præsertim in *decis.* 375. *nu.* 16.
apud Bichium, & probanda est aliunde, quam per as- 402
sertionem partium, & ipsiusmet Executoris, ut in præal-
legata *decis.* 375. *num.* 11. *&* 12. *&* 443. *num.* 6. *&* 662. *num.*
16. apud eundem Bichium, & utilitas debet probari,
quod sit Ecclesiæ, non autem Prælati, seu Cleri: quia 403
ob utilitatem Ecclesiæ, non Cleri, vel Prælati, conce-
ditur facultas alienandi, ut notant Butrius, & Abbas per
illum textum *in cap. exposuisti de prob.* Rota *in dicta de-
cis.* 375. *num* 7. Rota apud Priolum 196. *num.* 16. & debet 404
probari utilitas, vel necessitas Ecclesiæ, nec sufficit so-
lum beneplacitum, neque sola utilitas, vel necessitas;
adde Rotam apud Priolum *dict. decis.* 196. *numer.* 10. &
alias diximus. Nec hodie sustinetur consuetudo alienan-
di, absque beneplacito Apostolico, stante Bulla san. me-
mor. Urbani VIII. ut ibidem dicitur *num.* 11. *&* 12. At-
que utilitas consideratur de tempore supervenienti, Cal- 405
detin. *cons.* 5. *vers. nec obstat*, *de rerum permutatione*,
Rota apud Merlin. 355. *num.* 34. apud Priolum *decis.* 216.
num. 13.

Num. 242. adde, quod Litteræ quamvis fuerint execu- 406
tioni demandatæ, & tunc insurgat præsumptio justificatio-
nis, Rota *decis.* 357. *num.* 8. *part.* 15. tamen, si Executor
processerit non citato possessore, tunc non præsumitur ju- 407
stificata, Rota *in cit. decis. in corpore* 399. *num.* 15. apud
Bichium; vel cum non apparet possessionem fuisse tradi-
tam ab Executore, ut in *d. decis.* 399. *num.* 13. apud Bi-
chium. Ad decisionem vero Dunozett. 252. in fine
dicti numeri allegatam, adde *decis.* Rot. 49. *numer.* 15.
part. 15.

CAPUT VIII.

Quomodo Executor Litterarum Apostolicarum procedere debeat ad justificationem Litterarum continentium Gratiam extrajudicialiter, vel judicialiter executive, vel ordinarie; ubi de legitimo Contradictore, quando hic impediat immissionem, vel judicium executivum.

S U M M A R I U M.

1 *Cum in Litteris adest clausula, quæ importat judi-
cialem cognitionem, prout est*, vocatis vocan-
dis, *Executor tenetur assumere partes Judicis,
& tunc non sunt Executores, sed Judices*, *n.* 2.

3 *Cum datur certa forma procedendi, illam tenetur o-
mnino servare Executor.*

4 *Quando in Litteris non adest clausula, quæ impor-
tat judicialem cognitionem, Executor potest extra-
judicialiter procedere.*

5 *Executor datus ad dispensandum potest extrajudiciali-
ter procedere.*

6 *In Beneficialibus, cum nullus adest legitimus con-
tradictor, Executor post extrajudicialiter proce-
dere.*

7 *Cum Papa dat mandatum ad Gratiam, Executor
est mistus, nempe cum jurisdictione, qui tamen
debet procedere cum causa cognitione*, *num.* 8.

9 *Quid intelligendum per judicialem, quid per ex-
trajudicialem cognitionem.*

10 *Executor datus in Litteris*, si in evidentem, *semper
judicialiter procedere debet.*

11 *Executor dispensationum Apostolicarum pro matri-
monio contrahendo extrajudicialiter procedere po-
terit; attamen semper in scriptis consuetudine
procedere*, *&* *num.* 12.

13 Col-

13 *Collatio, & provisio actus est extrajudicialis.*

14 *Cum adest intrusus, seu possessor, Executor fit mixtus, & extrajudicialiter non potest procedere, sed juris ordine servato, secus si nullus contradictur; nam tunc extrajudicialiter*, num.15.

16 *Refertur opinio* Theodori Amayden.

17 *Executor non tenetur in forma judicii procedere, cum possessio est vacua, licet teneatur Gratiam justificare, tenetur tamen procedere in forma judicii, cum adest possessor, vel contradictor*, numer. 18.

19 *Executor Gratia impetrata certo modo, qua tendit contra alium, tenetur in forma judicis procedere, ac citare illum, contra quem Gratia tendit.*

20 *Non sufficit citatio personalis, vel per contradictas, quando personalis non praecessit.*

21 *Semper est citandus Beneficii possessor etiam a more, & mixte Executore, etiamsi possessor sit intrusus, dummodo non sit notorio talis*, num. 22. 23. 24. & 25.

26 *Quando possessio omnino est nulla, & infecta decreto maxime irritanti non requirit citationem ad hoc, ut provisus Apostolicus immittatur in possessionem*, num. 27. & 28.

29 *Beneficia provisi ad Episcopatum vacant ipso jure, & quia proceditur Concistorialiter, non requiritur citatio primi possessoris.*

30 *Executor dans immissionem proviso non citato possessore nulliter agit, non privat possessione, & dicitur committere spolium, non secus ac si a parte fuerit commissum*, & *primus possessor manutenendus, nisi habuerit se pro spoliato*, num. 31. 32. 33. 34. & 35.

36 *Possessio data secundo, non citato primo proviso, est imperfecta, & vitiosa, nec manutenibilis.*

37 *Rota solet dare manutentionem adversus factum Judicis nulliter procedentis.*

38 *Debet restitui possessio primo eadem celeritate, ac fuit ablata, & absque citatione.*

39 *Executore procedente non justificata Gratia, seu reservatione, ejus sententia est nulla.*

40 *Datur manutentio immisso ex decreto Judicis, nisi evidenter constet de injustitia, & nullitate*, & num. 41.

41 *Nullitas est notoria, cum absque citatione possessoris processit ad immissionem Executor.*

42 *Semper quod agitur de expellendo possessore Executor est mistus, qui adhibita cognitione, citato possessore procedere debet; constare tamen debet de possessione.*

43 *Plus confert possessio capta auctoritate propria Beneficio vacante, quam auctoritate Judicis, cum est plenum.*

44 *Quid tenuerit* Rota apud Durand. 407.

45 *In judicio manutentionis solum possessio attenditur, non autem, an Littera fuerint in omnibus justificata.*

46 *Possessor non debet vocari in impetratione Beneficii.*

50 *Contradictor, qui non possidet, an sit citandus*, n. 51. 52 53. & 54.

55 *Judicium justificationis executivum aliquo decreto retardatur, & fit ordinarium*, num. 56.

57 *Refertur opinio Monachii in materia legitimi contradictoris, & quando impediat immissionem, & quando judicium executivum*, num. 58. 59. 60. 61. & 62.

63 *Quid requirant Doctores, ut judicium executivum vigore* legis fin. C. de edicto Divi Adriani toll. *fiat ordinarium*, num. 64. *usque ad* 72.

73 *Quid scripserunt nostri in materia Beneficiali, ut impedire possit immisse, & judicium fiat ordinarium ex executivo*, num. 74. 75. 76. 77. 78. & 79.

80 *Quid tenuerit Sacra Rota aliquando in hac materia legitimi contradictoris, quis scilicet dicatur talis, quando impediat immissionem, quando judicium executivum*, & num. 81. *usque ad* 95.

96 Rota Romana *variavit in hac materia*, 97. *usque ad* 106.

107 *Refertur opinio multorum*, 108. & 109.

110 *Refertur responsio* Eminentissimi Othob. *ad multas decisiones in contrarium allatas.*

111 Decisio Eminentiss. Othob. 154. *loquitur in terminis gratiosa subrogationis in qua militat diversa ratio*, num. 112. & 113.

114 *Aliud est impedire immissionem, aliud impedire viam executivam, cum immissio est in via executiva possit impedire; aliud possessor, aliud est simplex contradictor.*

115 *Immissio in via executiva debetur proviso Apostolico post justificationem Gratia, in qua justificatione Gratia pendet aequalitas, & paritas titulorum.*

116 *Auctor distinguit totam materiam.*

117 *Cum concurrunt provisus Apostolicus, & provisus ab Ordinario, & ambo petunt immissionem, videndum est ex quo supposito venit provisus Apostolicus; nam si ex reservatione clara, provisus ab Ordinario non potest impedire immissionem proviso Apostolico*, & num. 118.

119 *Cum reservatio est dubia, provisus ab Ordinario impedit immissionem proviso Apostolico, sed in judicio executivo*, num. 120.

121 *Cum non probatur reservatio, immissio datur proviso ab Ordinario.*

122 *Cum provisus ab Ordinario possidet, si clara reservatio, non impedit, si dubia, & turbida, impedit, & cum titulus validus, & relevans, & incontinenti doceat ordinarie procedendum, & interim manutenetur possidens*, num. 123. *usque ad* 130.

131 *Quid in terminis Gratiosa subrogationis*, num. 132. & 133.

134 *Quid dicendum, cum concurrit praesentatus ad impediendam immissionem*, num. 135. *usque ad* 139.

140 *Cum concurrunt duo provisi Apostolici, si unus habeat Gratiam vel justificatam, vel non indigentem justificatione, alter vero habeat Gratiam justificandam, hic non impedit primi immissionem*, num. 141. *usque ad* 145.

146 *Justificata Littera impediunt viam executivam Litteris que adhuc justificanda sunt*, & 147.

148 *Quid dicendum, cum ambo provisi habent Litteras justificatas, vel non indigentes justificatione, & an tunc agendum ordinarie*, num. 149. & 150.

151 *Cum provisus Apostolicus possidet, licet titulo impari, agendum est via ordinaria.*

152 *Requiritur tunc possessio valida, & rite accepta, & quod fuerit capta vigore tituli Apostolici*, num. 153.

154 *Quando in Litteris est clausula*, amoto illicito detentore, *non tamen a nobis, tunc possessor alio titulo, quam Apostolico non est legitimus contradictor.*

155 *Qui non venit ex ultima vacatione, non est legitimus contradictor.*

156 *Capitulum non est legitimus contradictor, nisi ratione qualitatis a statuto requisita.*

157 *Littera Apostolica perdunt viam executivam, cum fuerit per sententiam dictum non esse exequendas; secus si dictum fuerit non esse justificatas*, & numer. 158.

159 *Executor Apostolicus citra vitium attentatorum non potest procedere ad immissionem, cum lis vertitur in Curia Ordinarii super institutione.*

CErtum est, quando in Litteris adest aliqua clausula,
quae importat judicialem cognitionem, teneri Exe-
cutor judicialiter procedere, ut est clausula, *servatis*
servandis, vocatis de jure vocandis, tunc enim opus est, 1
ut Executor assumat partes Judicis, & judicialiter pro-
cedat: hoc apud omnes est in confesso, optime Ro-
ta apud Durandum *decis.* 238. *num.* 6. Ludovis. *decis.* 69.
ubi late Bek. Rota *recent. part.* 1. *decis.* 558. Ricc. *in*
prax. part. 3. *quaest.* 8. & late diximus supra, cum de
Clausulis egimus: & eo fortius procedit, quando prae-
cise in Litteris dicitur, *Vocata, &c.* tunc enim omnino ju-
dicialiter est procedendum, prout habemus decis. in *Mi-*
liten. Parochialis coram Bichio *de anno* 1649. & 1650. *par-*
te 11. *recent. decis.* 8. & 369. & apud ipsum Bichium *decis.*
393. *num* 8. illi enim quibus diriguntur Litterae cum hac
clausula, non sunt censendi Executores meri, sed veri Ju- 2
dices,

dices, Fel. *in cap. Exhibita de judiciis sub num.* 4. *vers. Et nota*, Bero *cons.* 14. *num.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 44.
3 *num.* 8. & quia tunc certa forma præscribitur a Principe, seu Papa, quam omnino Executor observare tenetur, alias nulliter agit, Duran. *decis.* 225. Eminentiss. Otbob. *decis.* 153. *num.* 2. prout in *d. decis.* 8. *p.* 11. *recent.* Et vice versa, quando in Litteris nulla legitur clausula, quæ judicialem
4 importet cognitionem, poterit Executor extrajudicialiter se informare, Imola *in cap. fin. de præsumpt.* Lupus *allegat.* 60. *num.* 5. Marescottus *variar. lib.* 3. *cap.* 1. Buratt. *decis.* 622. *num.* 2. Rota *in Mediolanen. præeminentiarum* 5. *Martii* 1663. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 396. *n.* 3. & apud Post. *post tract. de manuten.* 662. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 746. *num.* 24. Post. *obser.* 12. *n.* 62. Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 75. *num.* 2. *tom.* 1.

5 Quare dicunt nostri Doctores, quod Executor datus ad dispensandum super impedimento aliquo dirimente matrimonium possit extrajudicialiter procedere, & poterit tunc se informare oretenus de veritate expositorum nullum conficiendo processum, nec tenetur testes formiter examinare, sed sufficiet, ut se informet pro suæ conscientiæ arbitrio, & quatenus opus est, ut certior sit de narratis: quia cognitio causæ committitur conscientiæ Executoris per illam clausulam, *cujus conscientiam oneramus*: & quamvis dicatur, etiam si per informationem eandem preces veritati niti reperetis, attamen hanc informationem non oportere esse judicialem, docent Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 15. Gonzalez *ad reg* 8. *gloss.* 9. *in annot. num.* 20 *&* 25. & citat *cons.* Cardinal. 63. *ante n.* 1. *& decis.* Knicæ apud Put. 144. *lib.* 2.

6 Sic etiam in Beneficialibus, cum nullus adest legitimus contradictor, posse Executorem extrajudicialiter procedere se informando de veritate, & Litteras exequendo, Garz. *part.* 6. *cap.* 2. *num.* 141. *cum seqq.* Rota penes Post. *post tractat. de manutenendo decis.* 277. *num.* 3. *&* 4. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 842. *num.* 10. Tond. *in quæst.* 9. *benef. part.* 2. *cap.* 4. §. 1. *num.* 22. Rota penes Merl. *decis.* 438. & loquitur in terminis subrogationi gratiosæ, & novissime Rota *recent. part.* 9. *tom.* 2. *decis.* 465. *num.* 15. & alibi sæpe. Et advertendum etiam est, quod Executor non desinit esse merus, si citat, seu citati mandat aliquem ut capitulum, & admittit, tamen ratione alterius interesse, quam justificationis Litterarum, Manzaned. *decis.* 155. *num.* 10. 11. *&* 17.

7 Sed res aliquam pati videtur difficultatem, quoniam Executor Litterarum Apostolicarum, sive Beneficialium, sive dispensationum, & aliarum in quibus Papa mandatum dat ad Gratiam faciendam, verificatis expositis, est Executor mistus, quia cum jurisdictione est datus, ut latius diximus supra; Executor vero mixtus tenetur cum causæ cognitione procedere, quod omnes fatentur, juxta *decis.* Ludovis. 307. *num.* 5. *&* 6. Rota penes Rub. *tom.* 3. *decis.* 51. & apud Eminentis. Othob. *decis.* 164. *num.* 10. alias nulliter procedit, ut ibidem dicitur, & fuit doctrina Abb. *in c. fin. de præsumpt sub num.* 12. ideo majori dilucidatione indiget, & explicatione, quid per judicialiter, quid vero per extrajudicialiter intelligatur:
8 Per actum enim judicialem illum intelligimus, qui fit per Judicem in contradictorio judicio cum contentione scilicet inter actorem, & reum, cum judicium definiatur, ut sit actus legitimus coram Judice factus inter actorem, & reum, sive verum, sive fictum, juxta ea, quæ tyronibus explicantur in institutionibus, & in *cap.* 1. *de judiciis*, & tunc contentiosa vocatur jurisdictio, juxta text. in *leg. inter stipulantem* §. 1. *de verborum oblig.* extrajudicialem autem actum illum vocamus, qui fit a Judice etiam cum causæ cognitione: attamen non contentiose, nec judiciali strepitu inter partes, sed ex proprio officio exercendo jurisdictionem, sed non contentiosam, cum nullas adesse partes invicem pugnantes,
9 nec talem requirere personarum distinctionem, supponamus voluntariæque jurisdictionis actus, seu exercitium dicimus, & hæc ubique fieri, & exerceri posse ad differentiam contentiosæ, quæ in proprio duntaxat territorio expleri valet, juxta text. *in l. fin. ff. de jurisdictione omnium Judicum*, *& cap.* 2. *de const. in* 6. late, & optime præter alios doctissimos Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *d. c. jurisdictione cap.* 2. *de multiplici divisione jurisdictionis in principio*, ubi dispensationem matrimonialem, & Beneficiorum collationem inter voluntariæ jurisdictionis actus congggerat

Etenim in quantum ad Executores Litterarum Apostolicarum in materia alienationum bonorum Ecclesiasticorum, sive concordiarum, sive cessionum jurium, & similium, quia in omnibus his Litteris semper apponitur illa clausula, *vocatis vocandis*, semper judicialiter est procedendum, cum citatione nempe eorum quorum interest, prout diximus in suo loco; sic cognitio, seu verificatio expositorum, & causa evidentis utilitatis semper judicialiter facienda est, in hoc enim omnes conveniunt, & millies Sacra Rota hoc decrevit, & habemus insignem decisionem apud Amatum Dunozett. 731. & apud Bichium 375. *in fine*. 10

In quantum vero ad dispensationes matrimoniales, certum est, quod justificatio, seu verificatio narrativæ est facienda etiam prævia causæ cognitione; Executor enim, seu Apostolicus Delegatus cum Oratoribus dispensare debet, ac propterea semper consueverunt testes examinari, Gen. *in prax. cap.* 69. *num.* 7. Corrad. *libr.* 8. *cap.* 2. *n.* 10. *& lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 21. *&* 42. *prax. disp.* & ita vidi in omnibus Curiis Ecclesiasticis servari, & servatum observavi ab antiquioribus peritis; qui tamen testium examen, & processus non dicitur actus judicialis, sed extrajudicialis, licet ab habente jurisdictionem sit factus; nam non fit cum jurisdictione contentiosa inter partes: verum tamen est, quod, ut dicunt multi, Executor dispensationum non tenetur examinare hos testes, sed sufficiet si eos interroget de narratis, & justificet causam narratam, Sanch. & alii, quod est effectus extrajudicialis cognitionis, juxta doctrinam Abb. *in cons.* 41. *lib.* 1. Gonzal. *in proœmio* §. 7 *num.* 233. & quamvis adsit illa clausula, *si per informationem eandem vobis constiterit*, tamen hæc clausula referri potest ad extrajudicialem cognitionem, Gonzalez *loco cit.* & sua doctrina Abb. *in cap. fin. de præsumpt. sub numer.* 13. qui late dirigit materiam; & hoc quia regulariter nullus adest legitimus contradictor, & inter Oratores suam exercet voluntariam jurisdictionem, sibi delegatam, & ita satis erit si animum suum de veritate narrata Summo Pontifici informet, qua justificata procedat ad concedendum dispensationem; tunc enim clausulæ, *si vobis constiterit*; *veritati niti repereris*, & aliæ important, ut tela judiciaria procedatur, quando adest alterius præjudicium, ut in *d. decis.* 731. *num.* 31. 32. 33. *&* 34. alias extrajudicialiter procedi potest, præsertim vigore clausulæ, *cujus conscientiam oneramus*, ut ibidem & apud Gulielm. Dunozett. *decis.* 349. *nu.* 25. *& part* 7. *recent. decis* 94. 11 12

Tota ergo implicantia potest esse in materia Beneficiali; an Executor judicialiter, vel extrajudicialiter procedere possit, vel teneatur ad Litterarum Apostolicarum verificationem, & executionem, Enim vero certum est, quod collatio, & provisio Beneficiorum est actus extrajudicialis, ut in *cap. concertationi de appell. in* 6. ubi notant omnes, & Abb. *in dict. cap. fin. de præsumpt. sub num.* 13. Gonzalez *glos.* 9. *in annot. num.* 15. qui late discurrit: ac propterea processus, qui fit ab Executoribus conficitur vigore Litterarum Apostolicarum super verificatione præcisa clausula, *vocatis vocandis*, & possessore forsan expellendo, nec judicialem dicit idem Gonzalez *loco citato numer.* 19. *in annotat. post glos.* 9. 13

Resolutio tamen non est tam ardua in se, re ipsa, 14
pro ut forsan prima facie videtur, quoniam ab ea pendet, an adsit legitimus contradictor, vel possessor, qui citandus erit; si enim adsit intrusus, vel alius possessor, sive contradictor in Beneficio, quia tunc, & si merus efficit mixtus, & debet procedere ordine judiciario, & servatis servandis, & certo processus omnino judicialis efformandus erit; nam nihil deficit tunc, ut judicium sit verum, & formatum, ex quo interveniunt oppugnatores, & jura omnium sunt audienda, & experienda, intervenit enim actor, & reus, & unus jura, alter exceptiones proponit, juxta textum *in cap forus de verb. significatione*, & juxta doctrinam omnium Scribentium, tam Cæsarum *in tit. ff. & C. de judiciis*, quam Canonistarum *extra eodem tit.* optime Felin. *in cap. fin. num.* 27. *de præsumpt.* Lambert. *de jurepatronatus lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 12. *principali art.* 4. Gonzalez *in annot. loco cit. num.* 38. *&* 39. qui citat Rotæ decisiones, qui dicit, quod pluries judicavit Rota, ut videre est Ludovis. *decis.* 40. Duran. *decis.* 254. & alibi, Royas *decis.* 169. *num.* 9. alias nihil agitur, ut in dictis *decis.* & penes Eminentissimum Othob. *decis.* 162. *a num.* 10. *cum seqq.* & penes Eminentissimum Celsum

decis.

decis. 113. num. 121. & in Cosentina Canonicatus coram Meltio 5. Junii 1649. vers. nullitas, autem, ubi aliæ etiam allegantur, quæ decisio nunc habetur in 10. part. recent. decis. 314. post scripta in lucem proditam, ad textum expressum in cap. licet Episcopus de præb. in 6. ubi glos. in verbo tamen vocato; quod clarius, & fusius, Deo dante, mox demonstrabo; tunc enim Gratia formiter, & parte citata justificari debet, Gonzalez in annot. post glos. 9. num. 218. Ferentill. loco cit.

15 Cum vero nullus adest legitimus contradictor, satis erit ut extrajudicialiter procedat, & se informet super justificatione ob clausulam semper apponi solitam, si preces veritati nitantur, Buratt. decis. 842. num. 6. Ferentill. ad eundem Buratt. in d. decis. 842. num. 10. cum seqq. Rota apud Eminentissimum Othob. decis. 95. 58. num. 27. & Rota in recent. part. 6. decis. 20. num. 9. & part. 7. decis. 51. num. 10. sed Theodotus Amayden lib. 1. cap. 5. sub num. 50. vers. Executor vero Gratia, loquens de Executore Gratiæ in forma dignum ita ait: Missus autem debet recipere probationes super justificatione Gratiæ etiam nemine opponente, non quidem omnino extrajudicialiter, sed cum productione jurium in actis, omissa solummodo citatione, quia non est citandus, citat Abb. in cap. accedens, num. 9. vers. ratio huius de causat. Ægid. decis. 303. Paris. cons. 49. numer. 31. libr. 4. Verum ipse Amayden d. cap. 5. numer. 107. docet, quod Executor, cui est commissa informatio super idoneitate, non potest se extrajudicialiter informare, de qua re suo loco. D. Franciscus Salgadus de retent. bull. part. 2. cap. 34. num. 59. docet, quod magis est extrajudicialis, quam judicialis sit hæc cognitio; & cum Executor remanet merus, quia nullus adest contradictor, sufficiet, ut mandat tradi possessionem: quia tunc præsumitur, quod omnia sint justificata; nam in extrajudicialibus ei creditur, Manzaned. decis. 155. num. 3. & 4.

16 Igitur conclusio sit, quod Executor non teneatur in forma judicii procedere, cum possessio est vacua, & potest tunc extrajudicialiter procedere, licet Gratiam teneatur sic extrajudicialiter verificare, Salgadus de retent. bullar. part. 2. cap. 34. num. 79. & de regia protectione 2. parte cap. 13. num. 57. Rota apud Manzanedum decis. 155. num. 1. 14. & 15. apud Peutingerium decis. 118. num. 5. apud Zaratam decis. 7. num. 6. & part. 6. recent. decis. 71. num. 6. apud Arguell. decis. 15. num. 1. & apud Eminentissimum Othob. decis. 58. num. 27. apud Amatum Dunozettum 397. num. 4. & part. 10. recent. decis. 34. num. 28. & 29. Et tunc cum Litteræ fuerint executæ præsumitur, quod fuerint justificatæ, ut dictum fuit capite præcedenti, Othob. decis. 154. & p. 11. recent. decis. 59. n. 10. & 17.

17 Sin autem possessio fuerit plena Executor Litterarum tenetur in forma judicii procedere, & assumere partes Judicis, cum adest possessor, vel alius legitimus contradictor, qui se opponat, quia tunc mixtus efficitur, juxta doctrinam Abb. & aliter in cap. fin. de præsumpt. Amayden cap. 5. num. 50. & 51. Ludovis. decis. 69. numer. 5. & 6. & decis. 500. ubi Beltr. & part. 4. recent. tomo 2. Rub. decis. 244. num. 7. Salgadus de reten. bull. part. 2. cap. 34. n. 113. Rota apud Eminentissimum Celsum decis. 113. in fine, & in Colonien. Canonicatus, seu Ferculi 17. Junii 1647. coram Meltio part. 10. recent. decis. 85. num. 4. Amatum Dunozett. decis. 250. num. 4. apud Burattum decis. 651. num. 5. vers. & ideo, apud Arguelles d. decis. 15. num. 8. ubi dicitur, quod licet quis non possideat, tamen si opponat, & citatus fuit, efficitur mixtus Executor, & tenetur judicialiter procedere, Rota in Viennen. Parochialis 20. Junii 1650. coram Bichio, part. 11. recent. decis. 59. num. 16. & 17. ibi: Sicuti ipsa sententia Executoris Rocca figuram ibi non citatum non afficit, Bald. in l. ab eo, num. 17. C. quomodo, & quando Judex, Abbas in cap. inter quatuor nu. 7. de majorit. & obed. Caputaq. decis. 190. parte 2. Rota decis. 98. num. 7. part. 1. recent. & minus extrajudiciales informationes, quas Executor accepisse præsumitur, afficere possunt, Alexan. in l. sæpe num. 125. ff. de re jud. & in l. 2. num. 11. C. de eden. Acchill. decis. 5. in fine, de re judicata, Rota coram san. mem. Gregorio XV. decis. 305. n. 3. & alibi: sic etiam Litteræ expeditæ certo modo, quia dantur de pleno Beneficio, censentur potius Judicis, ut dixit Lotter. d. lib. 2. quæst. 44. num. 8. ita semper tenetur partes Ju-
18 dicis assumere, & citare partem, Rota apud Farinac. tomo 2. posth. decis. 507. Buratt. decis. 529. num. 6. Eminentiss. Othob. decis. 58. num. 34. & 35. & in dictis decis. Militen. Parochialis 850. & 369. part. 11. recent. & in d. Cusentina Canonicatus parte 10. recent. 314. & magistraliter in Aquilana jurispatronatus 18. Junii 1649. coram eod. Meltio part. 10. recent. decis. 327. n. 16. 17. & 18. ibi: Dum igitur Litteræ Apostolicæ Riveræ productæ coram Ordinario Aquilano continent clausulas, verificato, dummodo, & amoto, ut in summ. additionali Cavinæ num. 1. ex istis clausulis fuit præservatum jus validum, & considerabile, quod habebat Cavina, Seraph. decis. 1489. num. 4. Rota in recent. decis. 527. num. 6. parte 1. Card. Caval. decis. 280. n. 2. & Executor factus fuit mixtus, Caputq. decis. 337. nu. 6. part. 1. Greg. XV. decis. 91. n. 2. & decis. 413. ubi Add. n. 4. circa fin. quia propterea procedere, aut aliquid facere non potuit nisi partes Judicis assumendo, & sic juris ordine servato, atque citato Cavina legitimo contradictore, Fel. in cap. de cætero num 9. de re jud. Mohed. decis. 7. num. 5. de rest. spol. cum aliis satis copiose relatis in decis. 451. n. 2. p. 3. rec. Hæc ibi,

19 Et pari ratione, cum Gratia, de cujus justificatione agitur, venit purificanda ex facto alterius de cujus præjudicio agitur, tunc non potest deveniri ad justificationem, nec ad executionem alterius, nisi citato eo, de cujus agitur præjudicio, Flores de Mena lib. 1. quæst. 4. num. 26. Eminentissimus Othob. decis. 186. num. 11. & in dictis decis. in Meliten. Parochialis, præsertim d. decis. 369. & apud eundem Bichium dec. 399. num. 15. semper enim quod Gratia est impetrata contra aliquem primo provisum certo modo non poterit deveniri ad illarum executionem, nisi citato eo, contra quem est impetrata, licet nondum possideat, idem Eminentissimus Othob. decis. 58. numer. 34. & 35. ubi allegatur decis. 641. part. 4. recent. & in Regien. jurispatronatus 3. Junii 1641. coram Eminentiss. Pan-
zirolo, Buratt. decis. 529. numer. 6. Seraph. decis. 1056. 20
Eminentiss. Othob. decis. 121. num. 6. & in dictis casibus non sufficit citatio per contradictas, quando personalis non præcessit, ut in d. decis. 369. num. 3. & d. decis. 8. num. 5. part. 11. sicuti nec admittitur assertio Executoris, seu Judicis, quod fuerunt factæ diligentiæ debitæ in loco solito domicilii, ut ibidem decis. 8. num. 5. & idem prorsus dixit iterum Rota in dicta Cusentina Canonicatus coram Meltio 314. num. 9. cum seq. part. 10. per hæc verba: Non sufficit, quod Joannavarus prætendat dictum Josephum fuisse citatum, quia hoc non probatur præterquam ex sola assertiva emanata in Judicis sententia: & tamen Judici de hoc asserenti, & quod adhibita fuerit causæ cognitio, ac servatæ fuerint solemnitates, quæ solent, & debent observari fides non est adhibenda, cum super his confici soleant separatæ scripturæ, ut bene explicat Menoch. cons. 439. sub num. 28. præterea constare etiam deberet de modo, quo ista citatio facta fuit, videlicet, an fuerit personalis, vel per edictum; & si per edictum, an servata fuerint requisita, de quibus per Vestr. in prax. lib. 4. cap. 3. num. 4 Pas. in prax. tomo 2. fol. 15. col. 3. num. 11. Rota decis. 104. num. 10. parte 6. recent. & præcesserit citatio personalis, quæ omnino requiritur ex text. in clem. 2 de re jud. Seraph. decis. 1276. num. 4. adeo ut ille, qui nunquam fuit personaliter citatus, citari neque possit per contradictas, Rota decis. 109. lib. 2. cum aliis per Card. Cavall. decis. 410. n. 2. Nec refert, quod dici possit, Josephum fuisse absentem, quia nihilominus citari personaliter debuit eo in loco in quo reperiebatur, ut post Imol. cons. 105. col. 1. Rota apud Caputaq. decis. 117. num. 3. part. 1. Dec. cons. 460. n. 29. vel saltem in domo suæ solitæ habitationis, & ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, in qua est Canonicatus controversus, juxta dispositionem textus in in clem. causam 3. de elect. cujus formam esse præcise servandam ad effectum, ut absens sua possessione privetur, firmavit Rota in Rossanen. Parochialis 14. Junii 1645. sub §. nullitas, coram R. P. D. meo Othob. Ultra quod etiam si constaret de citatione per edictum in loco Beneficii in hoc casu non sufficeret, quia dictus Joannavarus impetravit Canonicatum sub Narrativa, quod in Urbe reperiebatur, a qua discedere nolueras; unde optime sciebat ubi ille morabatur, & propterea in eadem Urbe citari debebat, prout fuerat demandatum in ipsis Litteris Apostolicis ejusdem Joannavari, ibi: Citato ipso Josepho; Atque ita cum de legitima citatione non constet, & paria sint aliquid non fuisse legitime factum, & non fuisse factum, l. nihil interest ff. de reg. juris, ex hujus citationis defectu non fuit privatus Josepus sua possessione, qua stante, non est ei deneganda manutentio, ex vulgato §. retinendi instit. de interd. cum concord. Et ita utraque parte informante

fuit

fuit decisum. Hæc ibi: & etiam tenuit Ubertus *de citat.*
cap. 2. num. 66.

21 Semper ergo, quod Beneficii possessio non est vacua,
sed plena, quia adest possessor semper hic citandus erit,
juxta text. expressum in *cap. licet Episcopus, de præb. in 6.*
ubi dicitur, quod licet per adeptionem secundi Beneficii
incompatibilis, vel cum fiet per provisum quominus adi-
piscatur possessionem vacet eo ipso primum, & possit
Episcopus primum Beneficium conferre: attamen non
potest provisus intrare possessionem primi, nisi vocato
illo, qui prius illud possidebat, ubi glos. *in verb. te non*
vocato, ait, quod non removebitur possessor a sua posses-
sione, vel quasi, sine causæ cognitione ex quo titulo pos-
sidet, & licet injusto, quod etiam probatur ex *cap. cum*
nostris, de concess. præb. ubi idem decidi expresse vide-
tur, & probatur etiam ex regulis generalibus, quia etiam
prædo manuteneri debet in sua possessione, nec expelli,
ut in *cap. Litteris fuis de restitutione spoliatorum, & ex l.*
fin. C. de rei vendicatione, plus enim juris obtinet, qui
possidet, quam qui non possidet, *l. 2. ff. uti possidetis*, quod
latissime explicat Menoch. *de adipisc. rem. 4. num. 447.* in
puncto Gonzalez *in annot. post gloss. 9. num. 227.* Rota *de-*
cis. 42. part. 9. tomo 2. recent. Eminentiss. Othob. *decis.* 57.
Tondut. *tom. 1. part. 2. cap. 4. §. 1. num. 13. & 14.* Cam-
pan. *in divers. juris Canon. rub. 11. cap. 13. num* 220. Uber-
tus *d. cap. 14. num. 149. cum seqq.* optime Rota *in Callien.*
Prioratus 5. Julii 1649 coram Bichio, *part. 10. recent.*
decis. 342. num. 13. 14. & 15. apud ipsum 399. ubi fuit di-
ctum, quod quamvis quis ipso jure privatus foret Be-
neficio per Constitutiones Apostolicas, & alius impetras-
set, sequitur, ut primus ille possessor, qui privatus est
in immissione citetur, nec commodo possessionis priva-
tur absque citatione. Verba decisionis sunt hæc: Tum et-
iam, quia nullitet ad executionem Litterarum Aposto-
licarum deventum fuit, non citato Andreonio antiquo pos-
sessore, *cap. licet. Episcopus de præb. in 6.* Flores de Mena
variar. resol. lib. 1. quæst. 4. num. 26. & seq. Buratt. *decis.*
286. *num. 4.* & in puncto privati ex capite homicidii com-
missi a possessore Beneficii, Rota *in Compostellana Paro-*
chialis 26 Junii prox. præt. coram R. P. D. meo Othob. &
in Meliten. Parochialis 28 Junii prædicti coram me; quod
procederet etiam si per Constitutiones Apostolicas induce-
retur privatio ipso jure, dixit Rota *in Valentina pensionis*
3. *Junii* 1602. coram bon. mem. Litta *impross. post cons.* Fa-
rinac. *decis. 179. num. 9.* ubi infertur, quod aliat primus
possessor commodo suæ possessionis non privatur, quia
nimirum requiritur declaratoria facti, & etiam intrusus
est citandus, nisi constet ex actis ipsum esse talem, nul-
lamque pro sus ei competere defensionem, Gabriel *cons.*
31. *num. 20. lib. 2.* Rota *decis. 211. num. 1. tom. 2. recent. &*
decis. 234 num. 1. inter impressas apud Moder. *de manutent.*
& in Valentina Rectoris 24. Maii 1647. §. hinc informantes,
coram me. Hæc ibi: quod procedit etiam si fuerit merus
Executor destinatus, Rota *recent. part. 2. decis. 64. & part.*
1. decis. 187. Amayden *cap. 5. sub num. 50. vers. quod pri-*
mum, Ubertus *pars. 6. prax fol. 264. vers. sed quando*, &
Amayden *affert decis. Rotæ in Leodien Beneficii* coram.....
quod procedit etiam si in Litteris esset clausula ingrediendi
propria auctoritate, vel quod non possit impugnari ex
quo interesse habentes non fuerit vocati; nam semper re-
quiritur citatio partis, cum agitur de privando possessore,
& nunquam id censetur a Principe derogatum, nisi ex-
22 presse dictum fuerit, Post. *de manutenend. observ.* 12.
sub num. 62. vers. quod etiam minus, ubi allegat Rotæ *dec.*
& optime corroboratur hæc ex *Montis Cassinen. Parochia-*
lis 17. Febr. 1648. coram Bichio *pars. 10. recent. decis. 156.*
num. 17. & 19. ibi: Et nullitas est evidens, quia processit
non citato Satello possessore uti debuit, juxta textum *in*
cap. licet Episcopus de præb. in 6. l. fin. C. si per vim, vel
alio modo, Menoch. *de recuper. rem. 1. num. 111.* Rota
decis. 172. & 412. utrobique num. 3. part. 4. divers. quam-
vis, quod negatur, Satellus esset intrusus, quia etiam in-
trusus est citandus, nisi ex actis constet de notoria intrusio-
ne nullamque prorsus competere defensionem, Franchus
cap. ex ratione, num. 29. de appell. Gabr. *cons. 31. num. 20.*
lib. 2. Rota *decis. 234 num. 1.* apud Moder. *de Manut. de-*
cis. 211. num. 1. part. 2. recent. decis. 187. num 5. part. 3. re-
cent. ubi dicitur, quod etiam merus Executor, quando
adest possessor, tenetur eum citari facere. Hæc ibi: &
hæc decisio est apud ipsum 339.

23 Et in mixto Executore a fortiori procedit, Seraph. *de-*
cis. 1446. Ludovis. *decis.* 69. Oliver. ad ipsum *decis.* 413.
ubi alias decisiones allegat, Rota penes Post. *decis.* 103.
277. *& decis. 34. num. 16.* Rota *recent. part. 10. decis. 156.*
num. 20. ubi aliæ allegantur decisiones, & apud Amatum
Dunozettum 866. *num.* 4. apud Eminentiss. Celsum *decis.*
121. *num.* 4. Ubertus *loco cit.* & ut diximus merus efficitur 24
mixtus, Salgad. *de ret. bull. part. 2. cap. 34. a num. 105. cum*
seq. Quod procedit etiam si possessor injuste, & illicite de-
tineat; nam adhuc citari debet, Caval. *decis.* 450. Seraph.
decis. 144. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 746. *num.* 22. Uber-
tus *loc. cit.* Post. *de manutenen. obser. 22. num. 45. & 46. &*
sine tit. Lotter. *lib. 2. quæst. 49. num. 9.* Post. *loco cit.* & ut
possessor sit citandus sufficit possibilitas validitatis ejus ti-
tuli, Rota *d. decis. 867. num. 9.* apud Amatum Dunozet.
ubi adducitur textus in *d. cap. licet Episcopus*, & Rota pe-
nes Cocc. *decis. 124. sub num. 4.* Lotter. *lib. 3. quæst 8. num.*
34. *vers. fatendum*, Post. *obser. 46. num. 15. vers. alias, &*
num. 18. & vers. quare de manutenen. vel si esset intrusus,
nam adhuc citari debet, & Judex judicialiter procedere,
ut in allegatis decisionibus penes Bichium 339. & 399.
Salgad. *de retent. bull. part. 2. cap. 34. num 78. & 79.* Cam-
mer. *part. 2. resp.* 19. *num.* 34. Ubertus *loco cit. num.* 154.
late Lotter. *lib. 3. quæst 22 num. 8. cum seq.* qui antea ibi-
dem docuerat, quod licet Beneficium vacet de jure, & de
facto, si adhuc adsit detentor, citandus erit, vel si possessor
esset merus, & nuda detentione, ac de facto insisteret, 25
Seraph. *decis.* 1041. Rota penes Post *decis. 74. vel 24. num.*
20. Belt. ad Ludovis. *decis.* 268. *num* 9. Ferentill. ad Buratt.
decis. 67. num 19. Post. *de manuten. obser. 21. num. 42. &*
43. *& de momen. inco possessore*, quod sit citandus, genera-
liter loquitur Peregr. *de fideicomm. art. 48. num. 38.* late Ca-
stillus de Soto major *loco cit. d. cap. 24. num. 75. & 82.* &
Post. *loco cit. num. 44.* ampliat conclusionem etiam si prima
possessio esset attenta, & citat Belt. ad Ludovis. *decis.* 168.
num. 9. & assignat rationem, quia vacua possessio non so-
lum non dicitur quando alius possidet, sed etiam quan-
do retinet, per textum in *l. 2. §. vacuam, ff. de actionibus*
empti, & doctrinam Ludovis. *decis. 90. num.* 2. & Buratt.
decis. 609. Limitat tamen hoc poterit, cum notorie con-
stat esse intrusum, nullamque defensionem competere,
Marches *part. 1. folio 330. num.* 149. Sed ego existimarem 26
quantumvis casus sit notorius adhuc requirit citationem;
antiqua enim fuit quæstio, an in notoriis requiratur cita-
tio; & quasi communiter fuit recepta illa sententia, quæ
astruit citationem requiri. Vide Fagnan. *in cap.*..... sed post
scripta vidi decis. in *Montis Cassinen. Parochialis* 156.
num 18. *part. 10. recent.* in qua dicitur, quod intrusus est
citandus, nisi ex actis constaret de notoria intrusione, nul-
lamque prorsus competere defensionem. Idem dicitur in
Callien. Prioratus 5. Julii 1649. coram Bichio, *ead. part.*
10. *rec. decis.* 342 *n. 16. & 17. & decis 57. n. 19. etiam part.*
10 & apud ipsum 339. & 399. & idem firmatum apud Peu-
ting. *dec 307. n. 8.*

Sed adverte, quod licet Belt. *loco cit. in d. decis.* 268.
num 9. dicat, quod possessio anterior licet attentata im-
pediat possessionem instrumentalem, quod fuisse dictum
in *Maceraten. hæreditatis 4. Julii* 1590. coram Cardinali
Pamphilio, & coram eodem Sanctissimo Greg. *decis.* 138.
num. 4. attamen subjungit, quod si prior possessio fuerit
omnino nulla, & infecta, tunc non impediret acquisitio-
nem posterioris possessionis instrumentalis, citat Crescen-
tium *decis. 1. de causa possessionis*, & fuisse dictum *in Be-*
neventana Beneficiorum 14. *Decembris* 1601: coram.....
impressæ penes Garz. *part. 5. cap. 1. num.* 418. quia quando
possessio est omnino infecta, habetur pro vacua, ad tex-
tum in *l. improba, C. de acquir. possess.* & fuit dictum in *Pi-*
saurien. Beneficii 28. Junii 1647. coram Ghislerio *part. 10.*
recent. decis. 109. num. 7.

Quod & militare magis videtur cum contra priorem 27
possessionem urget decretum irritans appositum super
certo corpore Beneficii; tunc enim, quia inficit etiam
possessionem nedum titulum, illam vacuam reddit, Ro-
ta apud Cocc. *decis. 51. a num. 2. usque ad 5.* & licet non
attendatur tituli defectus etiam in Beneficialibus, Rota
rec. p. 4. dec. 187. n. 4. Ludov. 323. *n.* 2. Belt. ad Ludov. *de-*
cis. 40. Et quamvis nec possessio vacua dici possit, quæ
quovis modo per alium occupatur, ut supra dictum est,
& egregie dixit glossa *in cap. cum nostris, de concess. præb.*
in verbo non vacaret de facto, ibi: sic possessio non dicitur
vacua, quam alter quocunque modo possidet, vel deti-
net, licet revera nullus possessor sit. Verum hæc proce-
dunt, quando non adest decretum irritans Papæ, quod
inficit, & per illum impeditur effectus juris, qui alio-

quin

quin resultaret ex possessione etiam injusta, ita egregie Lotter. *lib. 3. quæst. 46. a num. 64. cum seq.* qui *num.* 71. docet in possessorio adipiscendæ nullam habere difficultatem traditam doctrinam, & quod non posset impediri, imo probata reservatione præteatu cujusvis possessionis alterius infectæ vigore decreti irritantis, ac de illa non esse habendam rationem, ac si nusquam ad aliquid esse fuisset producta.

28 Et in puncto, quod cum possessio est attentata, & improba, & nullius momenti, quia infecta decreto irritante a regula reservatoria mensium, *vel cap. 1. & 2. ut lite pend. in 6.* haberi debeat pro non possessione etiam ad effectum, quod absque citatione provisus Apostolicus capere posset possessionem Beneficii, Peuting. *decis.* 229. *numer.* 7. Rota *in Valent. Rectoria* 24. *Maii* 1647. *num.* 25. & 26. & *num.* 38. coram Bichio *part.* 10. *decis.* 57. apud ipsummet Bichium 300. ibi: Igitur non obstante intermedia possessione Fratris Laurentii potuit Lauditiva vigore subrogationis gratiosæ absque vitio attentati pendente lite, vel possessionem actualem ex integro apprehendere etiam absque adversarii citatione, quia necessaria non est, quando liquido apparet obstare possessori decretum irritans. Hæc ibi; ubi aliæ decisiones: & in eadem *Valentina* coram eodem 17. *Martii* 1651. *numer.* 15. & 16. apud eundem 455. & *part.* 11. *decis.* 124. & Rota *in Hjeracen. Beneficii* 27. *Junii* 1657. coram Priolo, *part.* 12. *recent. decis.* 281. *num.* 5. & 6. in qua citatur tam dicta *decis. in Valent. Rectoria* 24. *Maii* 1647. coram Bichio, quam etiam in *Colonien. Canonicat.* 16. *Decembris* coram Meltio *part.* 10. *recent. decis.* 140. Hoc tamen procedit, quando decretum irritans est appositum super certo corpore Beneficii, & liquido constat intrare decretum irritans, juxta ea, quæ alibi diximus; nam tunc apparet liquido intruso non competere aliquam defensionem, & in *decis.* 292. *num.* 7. *part.* 13. *recent.* dicitur, quod hæc exceptio rejicitur ad petitorium, quando primus instat manuteneri; nec possessio nulla, improba, & attentata est manutenibilis, Rota penes Post. *tract. de manuten. decis.* 330. *num.* 18. & apud Eminentiss. Celsum *decis.* 15. *num.* 18.

29 Sic enim licet cum quis provisus fuerit ad Episcopatum vacent Beneficia, & citari debeat, si detineat, cum alius impetraverit, quia licet dominium sit amissum, non tamen possessio, ut late probat Hodier. *de incompatibilitate Beneficiorum, cap.* 4. *num.* 8. & 9. ob impetratæ retentionis dispensationis possibilitatem, quæ possibilitas efficit, ut citari debeat, ut dixit Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 26. *num.* 58. & 59. Attamen ipse Lotter, ibidem limitat, nisi Beneficia fiut consistorialiter provisa, & sic causæ cognitione; nam tunc traditio illa possessionis tanquam veniens in sequelam collationis non exigeret ulteriorem citationem. Non tamen requiritur citatio, cum quis possidet titulo administrationis, seu deputationis, prout Oeconomus, quia possessio tunc non dicitur plena, sed ratione simplicis administrationis, & custodiæ, Rota *in Leodien. Præposit. Tong.* 22. *Mart.* 1647. *part.* 10. *recent. decis.* 34. *num.* 8. 9. & 10. ubi aliæ allegantur, & in eadem *Leodien Præpositura* 8. *Februar.* 1649. coram Eminentiss. Othob. *decis.* 164. *num.* 4. & 219. *n.* 9. & 10. apud eundem Eminentissimum.

30 Retenta conclusione, quod possessor, sive justus, sive injustus sit citandus, sequitur, quod si Executor processerit ad immissionem alterius provisi, non citato primo possessore, nulliter egit, nec privat possessorem sua possessione, ad textum *in cap. licet Episcopus de præbend. in 6.* Buratt. *decis.* 746. *numer.* 3. & 4. Eminentiss. Othob. *decis.* 259. *num.* 5. 6. & 7. ubi allegat alias *decis.* & *decis.* 164. *num.* 10. & 12. & *decis.* 153. *num.* 8. apud Royas 269. *num.* 7. & 8. apud Merl. *decis.* 121. & 729. & 475. & apud Farinac. *tomo* 2. *post decis.* 507. & apud Ludovis. *decis.* 46. *a num.* 5. & *in Colonien. Canonicatus, seu Ferculi* 17. *Junii* 1647. coram Meltio *part.* 10. *recent. decis.* 85. *num.* 4. & 5. & *in Colonien. Præpositura* 1. *Julii* 1648. coram eodem Meltio, & *in Pisaurien. Beneficii* 28. *Junii* 1647. coram Ghislerio *ead. part.* 10. *decis.* 109. *num.* 3. *cum seqq.* & *in d. Montis Cassinen. Parochialis* 17. *Februarii* 1648. 156 *num.* 14. *part.* 10. & *in d. Callien. Prioratus* 342. *num.* 13. *cum seqq.* apud Bichium 339. & 399. & 597. *num.* 5. & 635. *num.* 6. & *in Papien. Beneficii* 5. *Martii* 1657. coram Bevilaqua *part.* 12. *recent. decis.* 210. *num.* 2. & 3. apud Peuting. *decis.* 77. *num.* 3. & 307. *num.* 3. præsertim, ubi possessor se prostraverit, ut ibidem *num.* 4. & *part.* 13. *recent. decis.* 292. *num.* 3. & apud Amatum Dunozettum *decis.* 36. *n.* 5. & *in Pisaurien. Parochialitatis* 11. *Februar.* 1650. coram Verospio, apud Post. *post tract. de manutenend.* 310. & *decis.* 14. Vide etiam *decis.* 54. ubi loquitur de provisione in forma dignum, & in *Salernitana Beneficii* 1. *Febr.* 1651. coram Eminentiss. Celso, apud eundem 113. *num.* 3. & *decis.* 82. *num.* 4. & 121. *per tot.* ubi aliæ etiam allegantur, & *decis.* 113. *n.* 3. quod procedere bene ait etiam si Executor fuisset alioquin merus; nam existente possessore fit mixtus, & tenetur partes 31
Judicis assumere, ut dictum est; citat alias Rotæ decisiones, & idem Eminentiss. Celsus *decis.* 292. *num.* 2. & 3. & generaliter loquendo dicit Peregr. *de fideicommiss. art.* 48. *num.* 36. alios cumulat, & sequitur Ridolf. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 72. Et ad hunc effectum citationis, & ut Executor procedere debeat judicialiter partes Judicis assumendo, lis est inter præsentatos, sufficit quamvis possessio fuerit vacua; nam tunc etiam in forma judicii debet fieri justificatio Litterarum, Rota apud Zaratam *decis.* 44. *per tot.* & in *decis.* 250. apud Peutingerium dicitur, quod habetur pro legitimo possessore, etiamsi possessio non sit capitulariter capta, quando Capitulum absque justa causa recusavit tradere possessionem.

Certum enim est, quod Judex judicialiter procedens privat possessione possessorem, & possessio capta Judicis auctoritate præbet manutentionis causam, *l. juste possidet, ff. de acquir. possess.* Ludov. 380. *num.* 2. Caval. *decis.*.... Duran. *decis.* 141. adversarii enim possessionem elidit, & excludit, ita ut illa non sit amplius manutenibilis, *l. qui universitas, §. item, ff. eodem*, Caval. *decis.* 42. latissime Rota in *Anconitana Salviani* 19. *Junii* 1651. coram Eminentiss. Corrado, *part.* 11. *recent. decis.* 287. *n.* 5. & 6. & apud Peutinger. *decis.* 421. *num* 5.

Sed ut Judex privet aliquem possessione opus est, ut rite, & recte procedat, Abb. *in cap. conquerente num.* 8. *de rest. spol.* Ludovis. *loco cit.* Merlin. *d. decis.* 121. Ridolf. *loco cit.* apud quem multi; nam alias dicitur de facto procedere, & spoliare potius, quam privare dicitur, & non Judex, sed privatus homo censendus erit, Surd. *cons.* 168. Duran. *decis.* 114. Rota *d. decis.* 287 *num.* 5. & 6. *part.* 12. & apud Eminentiss. Othob. *decis.* 186. *num.* 8. & 641. *nu* 1. 2. & 3 *part.* 5. *recent.* & apud Peuting *decis.* 107 *in princip.* & *part.* 13. *recent. decis.* 292. 32

Non autem rite, & recte procedit, cum absque citatione possessoris dat immissionem, & possessionem Beneficii, ut in decisionibus nuper allegatis, & generale est, quod ut Judex rite, & recte agat vigore *legis fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo*, possessio, & immissio sit danda citato possessore, alias nulla, & revocanda, ad textum *in l. si meminerit, C. unde vi, l. fin. l. si per vim, ff. si ventris nomine*, Peregr. *art.* 48. *num.* 18. Aponte *cons.* 1. latissime Castillus de Sotomajor *lib.* 3. *cap.* 24. *a num.* 67. *cum seqq.* nam licet hoc remedium competat etiam existente possessore: attamen requiritur citatio ejusdem, ut late Peregr. *loco cit.* & Menochius *loco cit.* & omissio citationis possessoris efficit, ut commissum spolium dicatur, Ludovis. *decis.* 46. & 105. quod quantumvis judiciale non differt a violento, dum Judex nulliter, & injuste procedat, parte inaudita, Caval. *decis.* 539. *num.* 1. Surd. *cons.* 189. *num.* 30. optime, & in puncto Rota *in Romana S. Petri* 15. *Junii* 1557. coram Bevilaqua, *part.* 12. *rec. decis.* 260. *num.* 7. 8. 9. & 10. per hæc verba. 33 34 35

Et in hoc casu non versari, ex eo aperte constare dicebatur, quia Jo. Bernardinus assecutus fuit possessionem Beneficiatus de manu Executorum, Antonio illius possessore nullatenus citato, quod nunquam fuit controversum, & constabat ex ipsa possessione data summario dicti Antonii *num.* 3. ob cujus citationis defectum procul dubio commissum fuit spolium, *l. fin. si per vim, vel alio modo, cap. licet Episcopus* 28. *de præb. in* 6. san. mem. Gregor. XV. *dec.* 46. *num.* 7. *decis.* 105. *num.* 5. & 6. & *decis.* 50. *nu.* 5. Buratt. *decis.* 731. *n.* 3. & *in rec. dec.* 584. *n* 2. & *seqq. part.* 2. quod quantumvis judiciale a violento tamen differt, dum nulliter, & injuste processit, parte non audita, ad textum *in l. meminerit* 6. *C. unde vi, cap. ex insinuatione* 43. *de procurat.* Felin. *in c. dilectus* 26. *il.* 1. *sub nu.* 1. *de rescriptis*, & *in cap. cum causa* 22. *num.* 2. & 3. *de Off. deleg.* Abb. *in cap. conquerente* 7. *n.* 8. *de rest. spol.* Surd. *cons.* 189. *nu.* 30. Gratian. *discept.* 734. *numer.* 6. Rota coram Card. Caval. *decis.* 539. *num.* 1. & *in rec. decis.* 224. *num.* 5. *vers.* & *ideo quamvis part.* 2. & *decis.* 117. *numer.* 2. & 3. *part.* 4. *tom.....* & æquiparatur spolio non minus, ac si fuisset commissum a privato, qui carens jurisdictione possessorem dejecisset, glossa *in cap. in summa* 3. *quæst.* 1. Abb. *in d. cap. conquerente*, & ibi Bero *num.* 7. Roland. a Valle *cons.* 6. *num.* 12. *lib.* 2.

Surd.

Surd. *d. conf.*189. *num.* 30. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 8. *num* 8. Rota *decis.*278. *num. fin. part.* 5. *recent.* maxime, quia non processerunt ex se, sed ad ipsius Frisoni instantiam; unde fit, ut ipse, non illi dicantur spoliasse, Decius *cons.* 125.*num.* 3. Gratian. *in citata disceptatione* 734. *num.* 11. Bonintend. *decis.* 93. *num.*8. Caval. *in eadem decis.* 539. *num.*9. *&* *decis.*54. *num.* 3. post Mangil. *de subhastat.* *& in Melevitana territorii* 26. *Junii* 1651. §. *idque etiam*, *vers. Judex enim*, coram R. P. D. meo Cerro. Hæc ibi: Igitur cum Executor Litterarum Apostolicarum ad instar *l. fin. C. de Edicto Divi Adriani tollend.* privet possessorem, & legitime procedat, opus est, ut eo citato procedat ad immissionem, alias nihil agit, nec præjudicat anteriori possessori, nec illum privat possessione, ut in citatis decisionibus Rotæ, & apud Gregor. XV. *decis.* 138. apud Verall. 333 *& in recent. p.* 1. *decis* 700. *& part.* 2. *decis.*639. *&* 208. *num* 6. *& in Anconitana bonorum*, coram Litta, penes Marches. *part.* 1. *fol* 437. Post. *observ.* 21. *n.* 41. & illi anteriori datur manutentio, ut Rota apud Merlin.
36 215. *num.*41. possessio vero data secundo, non citato primo, est imperfecta, vitiosa, & clandestina, Coccin. *decis.*14. *num.*7. *&* 113. *num.* 2 Rota penes Post. *post tract. de manuten. decis.*24. *num.*25. idem Post. *de manutenen. observ.* 21. *num.* 38. Rota *decis.* 11. *num.*32. *&* 33. *part.* 10. & consequenter non est manutenibilis, sed prima possessio, quæ uti anterior præfertur, Eminentiss. Celsus *decis.* 121. *&* *decis.* 113. *num.*2. Eminentiss. Othob. *decis.*253. *num.* 8. *&* 219. *numer.*4. *&* 164 & Merlin. *d. decis.* 475. Carillus *decis.*117. *num.*19. 20. *&* 21. apud Durand. *decis.* 389. *numer.* 6. *&* 220. *numer.* 4. *&* 5. Buratt. *decis.* 263. *&* 746. *numer.* 7. Amarus Dunozettus 866. & apud Bichium 597. *numer.* 3. *& part.* 13. *recent. decis.* 292. in qua etiam decisione dicitur, quod processus fulminatus ab Executore resolvitur in simplicem citationem, quando possessio erat plena.

37 Solet enim passim Rota dare manutentionem adversus factum Judicis nulliter, & injuste procedentis, Duran. *decis.*114. *num.*4. & Rota apud Dunozett. *decis.* 728. *num.* 6. *&* 7. *&* 254. *&* 138. *num.* 24. *part.* 12. *recent.* *& decis.*104. *num* 9. *par.* 11. *recent.* & tunc eodem modo revocatur possessio data secundo, uti de facto concessa absque partis citatione revocari potest, & restituitur primo possessori eadem
38 celeritate, qua fuis spoliatus Peregr *art* 48. *de fideicommiss. num.* 35. Pallador. *lib* 2. *quot. c.* 16. Velasca *consult. num* 6. Castillus *loco cit. num.*78. nec opus est, ut præcedat revocatio, velut serventur solemnitates judiciariæ, Seraph. *decis.*1123. *nu.* 5. Posth. *de manutenen. observ.* 107. Cammer. *resp.* 17. *n.* 35.

Sufficiet, & satis erit pro judicii legitimitate, si Executor citaverit semel possessorem personam ad totam causam, Rota apud Peuting. *decis.*421. *num* 7.

39 Sicuti si Executor processerit, non justificata reservatione; nam tunc ejus sententia remanet nulla, & injusta, nec privat anteriorem possessorem sua possessione, Ludovis. *decis.*53. ubi Add. Seraph. *decis.* 732. Rota *recent.* *decis.*423. *part.* 1. & apud Illustriss. Cavalium *decis.* 19. *num.* 5. *&* 6. & apud Eminentiss. Othob. *decis.* 57. *num.* 3. Buratt. *decis.*590. etiam si nullus compareat contradictor, & ibidem Othob. *n.* 4. possessio enim accepta ante talem justificationem reservationis, vel generaliter ante Litterarum justificationem nulla, & invalida est, Rota *decis.* 142. *n.* 4. apud Rub. & apud Eminentiss. Othob. *dec.* 106. *n.* 7. *&* 8. & a fortiori cum ante præsentationem Litterarum fuerit capta possessio, ut ibidem, & pari ratione cum in Litteris adest illa clausula, *dummodo non sit alteri jus quæsitum*, quæ ut diximus reddit Gratiam conditionalem. Judex non rite procedit procedendo ad executionem, cum adest possessor cum titulo, nec tunc possessio est manutenibilis, Duran. *dec.* 114. *num.* 5. *cum seqq.*

40 Advertendum tamen est, quod si possessor primus sit provisus ab Ordinario, tunc licet ut secundi possessio sit manutenibilis oporteat, ut Judex rite, & recte procedat; nam si injuste, & nulliter, ut dictum est, non privat eum sua possessione, & consequenter possessio primi manutenibilis: attamen ut secundo proviso immisso dari possit manutentio, sufficit ut evidenter non constet de nullitate, & injustitia Judicis, seu Executoris, Rota penes Post. *de-*
41 *cis.*30. *post. tract. de manutenen.* & eo magis si primus obtinuerit commissionem cum clausula, *parito Brevi*: oportet igitur, ut possessio primi sit manutenibilis, quod nullitas Executoris sit patenter nulla, & injusta, & quod in actis constet notorie, ut nulla tergiversatione celari possit, & ut necessario dicendum sit processum fuisse, non quidem juris ordine servato, sed facto ad instar privati, Rota *part.*14. *recent. decis.* 67. *numer.* 22. *& part.* 12. *decis.* 407. *num.* 8. apud Guilielm. Dunozett. 248. & apud Amasum Dunozett. *decis.* 808. *num.* 5. & 174. *n.* 19. *part.* 11. *&* 116. *in fine parte etiam* 5. Buratt. *decis.* 158. *num.* 5. Ridolf. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 124. quia præsumptio stat pro Judice, quod juris ordine servato processerit, & quod juste judicaverit, Rota *decis.*174. *numer.* 3. *part.* 11. quæ præsumptio cessat, cum ex actis constat de nullitate notoria, hujusmodi semper est, cum absque citatione processit ad immissio- 42
nem non citato possessore; nam semper quando agitur de expellendo possessore, Executor efficitur mistus, nec debet expellere illum absque causæ cognitione, vocatoque possessore, ipsiusque juribus, & rationibus auditis, Duran. *decis.* 254. Royas *decis.*260. *num* 9. Ubertus *de citat. cap.* 2. *num.* 56. *decis.*241. & eo maxime quando docet de titulo colorato, Bell. ad Ludovis. 413. *nu.*4. debet tamen in actis constare, quod de tempore possessionis captæ alius possidebat, alias possessio capta a secundo non citato illo manutenibilis est, Duran. *decis.* 335. *& decis.* 436. *numer.* 2. ubi dicitur, quod non præsumitur, nisi probetur, quod alius tunc temporis possidebat, & ante magistraliter dictat Rota penes Ludovis. *decis* 268. Executor enim non tenetur aliquem citare, dum non constat de ejus possessione, & potest illo non citato procedere ad immissionem, Rota *in Civitaten. Archiep.* 24. *Martii* 1645. *vers. prout etiam non obstat*, coram Eminentiss. Cerro, *& in Leodien. Præpositura* 22. *Martii* 1647. *nu.* 6. coram eodem *part.* 10. *decis.* 34. *num.* 6. cujus tamen contrarium videtur tenuisse Rota *in dict. Callien. Prioratus num* 17. ibi: Quapropter 399. apud Bichium, *& in Posnavien. Canonicatus* 7. *Junii* 1655. apud eundem 635. *n.* 8. & iterum Rota *in Alerien. Vicaria* 24. *Aprilis* 1654. coram eodem Bichio, apud ipsummet 997. *num.* 9. ibi: Et etiam si adesse possessorem ignoraret, adhuc enim ejus novæ possessioni præjudicare non poterit, & *in Compostellana Paroch.* 1. *Julii* 1650. coram Peutingerio, apud ipsum 302. *num.* 8. dicitur, quod Executor tenetur citare eum, qui habet aliam provisionem Apostolicam, & de ea habet certam notitiam, vel ipse, vel pars adversa. Verum ab illa decisione fuit recessum die 20. *Martii* 1651. coram eodem, ut videre est apud ipsum 425. n. 5. ibi: Quia objectum procederet, si Joannes tunc dictam Parochialem possedisset, seq; executioni opposuisset, quorum neutrum justificatur, ideoque nec illum citare, nec Litteras in forma judicis justificare opus fuit.

Et nota, quod plus confert, & juvat possessio capta 43
auctoritate propria, cum Beneficium est vacans, quam capta auctoritate Judicis, Beneficio pleno, cum hic nulliter, & injuste procedat; nam prima est manutenibilis, ut Rota apud Buratt. *decis.*746. *num.* 18. *&* 19. secunda vero minime, ut satis abundanter dictum est, & prima est manutenibilis, quamvis fuerit instrumentalis, Ludovis. *decis* 46. *per tot.* Duran. *decis.* 120. 114. 366. *&* 407. *nu.* 1. *&* 2. *&* 437. *num.* 5. Caval. *decis.* 487. & tritissimam conclusionem dicit Eminentiss. Celsus *in suis aureis decisionibus decis.* 113. *n.* 1.

Imo in una *Cusentina Beneficii* 14 *Novembris* 1633. quæ 44
est penes Duran. 407. fuit dictum, quod possessio a secundo proviso capta vigore mandati de immittendo, alio existente in possessione per instrumentum, ipsoque citatu, in contumaciam tamen, & absente, & jura sua non producente, cum postea deduxerit sua jura, & appareat mandatum de immittendo injustum, fuerit nulla, nec manutenibilis, sed prima, quia per tale mandatum ille primus non fuerit privatus sua possessione, & ibi allegatur Cort. *cons.*193. *num.*4. *lib.* 3. Rota *decis.*807. *num.* 7. *part.* 1. *divers.* *& in recent. decis.* 85. *numer* 9. *part.* 2. & Greg. XV. *decis.* 11. *num.* 5. *&* 6. *decis.* 43. *num.* 2. quando vero, & alias in Beneficialibus posterior, vel prior possessio sit attendenda ad effectum manutentionis, non est nostrum ex professo tractare. Videas Post. *de manutenendo*, & Rotæ decisiones, & Ridolf. *in prax. part.*2. *cap.* 124. *per tot.* Solum nota, quod in Judicio hoc 45
summariissimo manutentionis, seu retinendæ, ut alii vocant, solum attenditur possessio capta a proviso, nec attenditur, an Litteræ Apostolicæ, vigore quarum quis primo loco possideat, fuerint in omnibus justificatæ, & debito tempore expeditæ; nam hæc sunt exceptiones, quæ non attenduntur in summariissimo hoc possessorio manutentionis, sed rejiciuntur, omissis aliis ex 46
propo-

proposito, Eminentiss. Celsus *decis.* 120. *num.* 7. *&* 8. & datur in Beneficialibus absque tituli productione, vel justificatione, Seraph. *dec.* 299. Buratt. *decis.* 262. Ludovis. *dec.* 332. Oliver. ad Lodovis. *dec.* 40. Ridolf. *d. cap.* 12. *n.* 168. Rota *part.* 10. *recent. decis.* 156. *n.* 2. *&* 352. *num.* 6. *part.* 10. *recent. & part.* 11. *dec.* 90. & apud Amatum Dunozet. *dec.* 718. *n.* 5. *&* 6. *&* 771. *n.* 2. *&* 156. *par.* 10. *& decis.* 6. *n.* 5. *par.* 12.

47 Ut autem primo possessori detur manutentio, quamvis Executor secundo dederit immissionem ipso non citato, vel alias nulliter, ut dictum est, oportet ut possessor primus non se habeat pro spoliato; nam requiritur, ut animo retineat possessionem civilem, absque qua non datur manutentio, stante etiam dicti civili in animo retenta potere poterit manuteneri, & restitui ad naturalem de facto occupatam, cum Judex de facto dicatur tunc procedere, & spoliare potius, quam immittere, Rota *in Cortonen. Parochialis*, coram Peregrin. 12 *Decembris* 1597. *num.* 7. apud Matchef. *part.* .... *de commissionibus appell. in possess. sal.* §. 1. *fol.* 964. *& part.* 1. *in recent. dec.* 106. *n.* 1. *&* 2. Seraph. *dec.* 31. *&* 41. *n.* 2. *&* 3. Ludovis. *dec.* 307. *n.* 6. *&* 203. *n.* 2. & apud Eminentiss. Celsum *dec.* 82. *num.* 2. *& decis.* 121. *num.* 3. apud Caril. *decis.* 59. Lotter. *de re Benefic. par.* 3. *quaest.* 11. *num.* 74. Post. *de manuten. obser.* 46. *num.* 25. qui alia in hac materia adducit.

48 Duo ergo concurre debent, quod Judex injuste, pariterque nulliter procedat, & quod possessor non se habeat pro spoliato, Rota post Pacificum de Salviano *dec.* 156. apud Eminentiss. Celsum *dec.* 404. *num.* 9. *& decis.* 202. *n.* 18. Burat. *decis.* 60. *num.* 20. *& dec.* 32. *num.* 3. & ibi Ferentill. Ridolf. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *nu.* 150. ubi alios citat, *& num.* 224. Rota apud Dunozet. *dec.* 771. 728. *&* 866. *num.* 8. *&* 751. *&* 210. *num.* 4 *par.* 10. *recent.* 254. *in fine*, *&* 138. *n.* 24. *&* 25. *part.* 12. *recent. & eadem part.* 12. *decis.* 230. *n.* 48. *&* 392. *n.* 16. *&* 214. *n.* 9. *par.* 11. *& decis.* 11. *n.* 32. *&* 33. *par.* 11. apud Bichium 97. & alibi saepè, & ex adverso, qui praetendit se habere possessorem pro spoliatu probare debet, Rota apud Carillum *loco cit. decis.* 59. *n.* 7.

49 Nota tamen, quod possessor vocari debet in justificatione, & in danda immissione, non tamen in impetratione, ut optime probatur in *cap. licet de praeb. in* 6. Rota penes Tond. *post tract. de pens. decis.* 49. *n.* 6.

50 An vero citandus sit alius legitimus contradictor, qui non possidet, videndum subsequenter est. Siquidem cum jam diximus, quod cum possessio est vacua, Executor, licet mixtus poterit extraiudicialiter procedere, & processus ille, quem super provisione facit, non est judicialis, sed extrajudicialis, juxta doctrinam Hieronymi Gonzal. *in annot. post glos. in princip. num.* 19. & ideò non tenetur Executor Judicis partes assumere, nec praeterea tenetur tunc aliquem citare, ut in possessionem immittat provisum, qui talem immissionem, praevia justificatione si egit, petit, Flores de Mena *lib.* 1. *quaest.* 4. *num.* 12. Vivian *de jurepatronatus* 2. *parc. lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 23. Garz. *parc.* 6. *cap.* 2. *num.* 141. Salgadus *de reten. Bull. part.* 2. *cap.* 34. *n.* 42. qui citat Rotae decisionem in novissimis, apud Farin. 179. *numer.* 3. *&* 4. *in Aurien. Parochia de Pao* 17. *Aprilis* 1600. coram Lancelloto, Rota apud Eminentiss. Othob. 168. *num.* 10. Amayden *de stylo Dataria cap.* 24. §. 2. *num.* 54. & Garz. *loco cit.* ampliat, ut procedat etiam si adesset clausula, *vocatis vocandis*, & allegat *decis. in Lauden. Parochial. Sancta Christina* 4. *Novembris* 1592. coram Pamphil. etiam stante clausola, *citato N.* quae videtur intelli-

51 genda quatenus ille possideat, & non alias. Contrarium decernerem in hoc casu, nam cum certa sit assignata forma per illam clausulam, *citato N.* tunc omnino citari debeat, ut forma rescripti servetur, quam ad unguem servandam esse omnes tradunt: & quod quis sit citandus, quamvis non possideat, si Executori mixto de ejus jure constat, & quod de ejus praejudicio agitur, Rota apud Eminentiss. Othob. *decis.* 186. *num.* 19. *& decis.* 58. & apud Posthium *post tractatum de manutende decis.* 277. ut nuper dictum fuit; & cum certus adest contradictor, quia Gratia tendit in ejus praeiudicium citandus omninò erit, nec alias tradi potest possessio, Ubertus *cap.* 2. *de citat. n.* 66. Rota *decis.* 142. apud Rub. *ta.* 1. Attamen intellige hoc, quando ei constet debito modo, nempè iudicialiter, quia ex dictis Litteris, & provisione praesentata apparet, quod adsit contradictor, quia Gratia venit contra primo loco provisum, ut fuit in casu illius decisionis, cum agebatur de impetratione certo modo ob privationem alterius, qui iam primo loco impetreverat; nam Judex hanc sententiam attendere debet non extraiudicialem, quod docent omnes; tunc enim verum est, quod si procedit absque citatione partis, vel interesse habentis, nulliter procedit, & eius decretum est inane, juxta decis. apud eundem Eminentiss. Othob. 164. *n.* 11. *&* 12. alias regulariter, nam possessor citari non debet, Rota *recent. part.* 6. *decis.* 433. *n.* 17. *& par.* 10. *dec.* 133. *n.* 17. ut dictum est alias.

Cum vero legitimus contradictor ipse ultro pro suo interesse compareat, certe quod erit audiendus; hoc enim omnes admittunt. Haec igitur est una differentia inter legitimum contradictorem cum possessione, & eum qui tamen est talis absque possessione, quia primus est citandus semper, secundus si compareat ante, Salgadus *d. cap.* 34. *num.* 176. *&* 183. prout in terminis *dict. legis fin C. de edicto Divi Adr. toll.* docuerunt Bartol. *ibi n.* 16. Bald. *num.* 6. Angelus, Salicetus, Castr. Zacardi *numer.* 53 311. Aponte *cons.* 20. Alvar. vero *consul.* 191. Personalis *de adipiscenda num.* 244. Peregr. *art.* 48. *num.* 25. Castill. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* [illegible]. & licet multi requirerent generalem citationem, attamen eius omissio non vitiare sententiam. 52

Cum vero possessio est plena, possessor omnino citandus, ut dictum est, alias iudicium nullum, communiter DD. *in dict. l. fin.* nec est Doctor, qui de hoc dubitet, ait Aponte *cons.* 20. *n.* 2. *tomo* 1. & possessio data revocanda, idem Aponte *cons.* 1. Ang. *art.* 48. *n.* 18. *&* 35. Castillus *n.* 67. non conveniunt quomodo sit audiendus executive, vel ordinarie, & quando impediat viam executivam, ac immissionem provisi, de qua re mox tractabo (Deo favente.) Interim vero notes, quod nihil refert an compareat ante decretum, & sententiam de immittendo, vel post decretum immissionis; nam quousque data fuerit immissio, semper dicitur re integra comparere, Garz. *loco cit. num.* 144. Salgadus *de retent. Bullar. d. cap.* 34. *sub num.* 87. 54

Judicium justificationis, & executionis Litterarum Apostolicarum est de sui natura executivum, cum Litterae Apostolicae ob earum severentiam paratam habere debeant executionem, ac in illis proceditur ad instar *Edicti Divi Adriani*, ut *in l. fin. C. eodem tit.* haec est propositio ab omnibus recepta, & probatur ex *l.* 1. *C. de const. Principum*, *& ex cap. si quando*, ubi nostri Doctores *extra de rescriptis*, Rebuff. *in prax. benef. in rub. forma*, *& declar. nova provisionis*, *verbo quatenus*, *vers. postea dicitur*, *fol. mihi* 141. late Garz. *de benef. parc.* 6. *cap.* 2. *n.* 140. Salgad *de retent. Bullarum* 2. *part. cap.* 34. *nu.* 39. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 11. *nu.* 63. Amayd. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 56. Ridolfin. *par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 54. Rota apud Cocc. *decis.* 225. *num.* 3. *&* 4. *& recent. par.* 2. *decis.* 756. apud sanct. mem. Gregorii XV. *decis.* 221. *&* 307. ibique Belt. apud Caval. *decis.* 158. apud Mohedan. *dec.* 13. *sub tit. ut lite pendente*, apud Burat. *decis.* 435. apud Eminentissimum Othob. *decis.* 187. *num.* 8. apud Eminentissimum Celsum *dec.* 45. *n.* 9. *&* 155. *n.* 1. *&* 138. *&* 314. *num.* 1. *&* 360. *recent. part.* 7. *decis.* 283. *&* 585. *nu.* 18. *part.* 5. *recent. & in Sipontina, seu nullius Archipresbyteratus* 28. *Novembris* 1648. coram Verospio, apud Carillum *decis.* 122. Rota *decis.* 210. *num.* 8. *&* 14. *num.* 4. *part.* 10. *recen. & decis.* 154. *n.* 6. quod in dies decernit Rota; quod tamen procedit quando Litterae Apostolicae sunt justificatae, ut dictis decisionibus, & apud Rub. *lib.* 2. *dec.* 17. & apud Pemingerium *dec.* 64. *n.* 2. *&* 3. *& dec.* 87. *num.* 2. *&* 402. *num.* 2. *&* 483. & late Doctores citati; postquam enim narrativa Litterarum sufficienter iustificata est, tunc paratam habent executionem, & executive agitur ad earum executionem, quamvis adsit possessor, qui citandus est, Ludovis. *decis.* 307. *num.* 18. Ubert. *de citat. cap.* 2. *num.* 60. *&* 61. aliquando tamen mutatur forma iudicii, & de executivo fit iudicium ordinarium, quod late explicandum. 55

In hoc iudicio executivo aliquando vel retardatur, & impeditur immissio petenti illam, non immutata, nec alterata Judicis executivi natura; aliquando vero non solum retardatur & denegatur immissio petenti, sed etiam natura iudicii omnino evertitur, & de executivo fit ordinarium per contradictoris comparitionem, iuxta terminos eiusdem *legis fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo*, secundum quam dispositionem omnino regulatur etiam iudicium hoc Litterarum Apostolicarum, ut praediximus; & quamvis nostri, longo accuratoque 56

calamo materiam hanc cribraverint, ut præter Repetentes in *dict. leg. fin.* præsertim Zaccardus, Menochius *de adipiscend. remed.* Achilles *personalis in eodem tract. de adipiscenda num.* 391. Spino *in speculo testamentorum gloss.* 34. *de apertura testamenti*, latissime etiam Castillus de Soto major *lib.* 3. *cap.* 24. & alii passim Consulentes, quos afferre nimis laboriosum esset. Illustrissim. D. Argellius Episcopus Avenonensis integrum edidit tractatum *de legitimo contradictore*, ac alterum de acquirenda possessione, in quibus totam hanc materiam ita minutim tractavit ut nihil intactum remanserit,

57 Nos vero pro nostræ materiæ meliori intelligentia aliquorum dicta hic referemus, & omissis antiquorum dictis, Jacobus Menochius *in tract. de adipiscenda rem.* 4. tractavit hanc quæstionem, nempe quando legitimus contradictor potest impedire viam executivam, & immissionem alteri comparenti, & distinguit plures, & diversos casus: & ducere videtur, quod legitimus contradictor non reputatur ille, qui tum non possidet, nec retinet, nec citatus comparet, ut impediat viam executivam, & si allegaverit aliquem titulum ex eodem fonte manantem, sed diversum, non poterit impedire summariam, & executivam viam; secus autem si possideat; Si vero citatus venerit ante sententiam, vel decretum, fit legitimus contradictor, & impedit viam executivam, & immissionem, ita Menoch. *ibi num.* 555. *&* 556. 558. *&* 567. quod tamen latissime explicat,

58 Nec legitimum contradictorem reputat Menoch. ad impediendam immissionem, vel illam retardandam, qui nec titulum, nec possessionem habet, nec fuit citatus, & tamen ante sententiam comparet, ut de juribus suis experiatur; hic enim reputatur cavillosus secundum ipsum, qui tunc impediret cum possessio esset vacans, & titulum allegaret, late Menoch. *num.* 568. 369. *&* 582. *cum sequentibus*,

59 Quando vero quis allegaret titulum parem titulo petentis immissionem, tunc etiam si compareret post decretum potest illud impedire, & suspendere, & a fortiori si fuerit citatus, & comparuisset ante decretum, Menoch. *numer.* 581. *&* 567. si vero comparverit ante decretum, & licentiam de immittendo, & petierit non solum suspendi, & impediri, sed etiam ut sibi adjudicetur, & probaverit titulum, & possessionem ab alio habitam, & illico doceat de jure dominii sui, vel sui antecessoris, etiam si non habeat incontinenti probationes, sed illas afferat, ut est videre ipsum *num.* 605. *&* 607. & idem videtur tenere Pereg. *art.* 48. *num* 47. qui *num.* 28. dixit, quod cum quis comparet ante sententiam, & excipiat de aliquo visibili, impedit summariam, & executivam immissionem; si tamen defectum objectum non esset patens, nec in promptu liquidabile, rejicitur ad aliud judicium, & remoto contradictore executive agendo habet locum immissio, & ponitur in possessionem, Peregr. *loco cit. num.* 29. & si non habet probationes in promptu, non retardatur immissio, sed datur cum clausula, *salvis &c.* & in eodem termino auditur contradictor, & probato legitimo defectu fit restitutio,

60 Cum vero quis comparet post sententiam latam, si fuerit citatus erit legitimus contradictor, etiamsi fuisset contumax; nam auditur refectis expensis, Menoch. *num.* 611. *&* 613. nisi tamen citatio fuerit facta, si sua putaverit interesse; nam hæc non facit legitimum contradictorem, nisi constet de interesse, quia respicit personam, non causam, Menoch. *num.* 615. *&* 616. per citationem enim quæ non arctat, sed comparitio reputatur voluntaria, non efficitur legitimus contradictor, Caval. *dec.* 450. Seraph. *dec.* 144. Ubertus *c.* 8. *n.* 320.

Comparens enim post sententiam tunc audiri debet,
61 docet Menoch. si in continenti doceat de jure suo, & privatus sit, & paratus ad probandum, alias secus, Menoch. *loco cit. nu.* 622. sed legitimum contradictorem æstimavit Rota illum, qui post sententiam fuit admissus ante immissionem, & moram purgavit, Rota *recent. part.* 3. *decis.* 728. *n.* 3.

Postquam vero quis immissus fuerit in possessionem vigore decreti de immittendo, & alter venit, & princi-
62 paliter quærit se immitti in possessionem pro suo jure, tunc si potentius jus habet, immittendum esse, docet Menoch. litem tamen esse contestandam, & judicium fieri ordinarium, non executivum juxta ea, quæ dixit *numer.* 552. Si vero directe agit, & dirigit suam intentionem contra immissionem concessam, & petit illam annullari, & revocari pro jure suo, quod habebat, & ipsum non citatum, dicit tunc immissionem revocandam, existimat Menochium, quem vide omnino *num.* 636. *&* 627. Menoch. secuti sunt multi Doctores, præsertim Personalis Castillus, & alii,

Ad effectum ut judicium executivum mutetur in ordinarium per contradictoris oppositionem juxta textum in *§. fin.* ibi: *sin autem, &c.* requirunt quasi communiter Do-
ctores, ut contradictor seu oppositor habeat & parem ti- 63
tulum titulo petentis, & possessionem; sin autem possessionem non habeat summaria cognitio impediri non poterit, ita Bart. *in d. §. num.* 21. quem sequuntur Albericus, Decius, & alii, ibidem Bero *cons.* 54. *num.* 3. *lib.* 3. Parlador *quotid. lib.* 2. *cap.* 5. Martha *de successione legali parte* 4. *quæst.* 16. *art.* 3, *num.* 20. Joseph. Ludovis. *dec.* 47. Rolandus a Valle *cons.* 78. *num.* 71. *lib.* 4. Menoch. *loco cit. sup. num.* 565. Benint. *d. decis.* 83. Spino *in speculo art.* 34. *de apertura testam. num.* 30. Achill. *personalis de adipiscenda num.* 392. Cæsar Argellius *de legitimo contradictore quæst.* 11. *art.* 1. *num.* 1. & alibi, Castill. *d. cap* 24. *num.* 160. Aponte *cons.* 20. *nu.* 24. qui dicit, quod licet fuerit differentia inter Glossatores antiquos, an cum possessor habuerit titulum a defuncto in vita sit legitimus contradictor, & impediat judicium summarium; attamen quando contradictor possidet, & adducit titulum consimilem, Doctores esse concordes, ut non procedat judicium summarium, & addit, quod in hoc non sit Doctor qui discrepet, & adducit Bartoli doctrinam distinguentis inter contradictorem sine possessione, & contradictorem cum possessione, & ut primo casu judicium sit adhuc summarium, secundo vero ordinarium,

Attenta ergo hac communi opinione, ut judicium exe- 64
cutivum mutetur in ordinarium, oportet, ut contradictor habeat titulum, & possessionem, & opponat aliquam exceptionem exclusivam juris agentis, Argellius *de legitimo contradictore quæst.* 10. *num.* 209. ita ut solus titulus non sit ex se sufficiens ad impediendam viam executivam, nisi possessione sit munitus, Decius *in d. l. fin. num* 41. Argellius *quæst.* 5. *num.* 39. *de legitimo contradictore*, Castill. de Soto maior *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 190. *cum seqq.* neque sola possessio hoc efficere poterit, Argellius *de legitimo contradictore quæst.* 4. *artic.* 3. *num.* 64. *&* 70. *&* *quæst.* 5. *num.* 7. *&* 37. *&* *quæst.* 10, *num.* 206. Haybanes. *junior. lib.* 1. *res.* 99. *num* 87.

Titulus debet esse similis titulo petentis, eiusdem sci- 65
licet speciei, paritatis naturæ, & potentiæ ab eodem fonte proveniens, Grat. *cap.* 895. *num.* 9. *& seqq.* Thomatus *dec.* 68. secundum multos requiritur, quod titulus sit validus de per se ad obtinendam possessionem, alioquin non potest constitui legitimus contradictor; nam titulus nullus & invalidus non constituit legitimum contradictorem, Afflict. *decis.* 218. Argellius *de legitimo contradictore quæst.* 5. *num.* 181. *&* 97. *num.* 14. & debet esse talis, ut illius vigore absque vitio possessionem ingredi possit illum habens, Zaccardus *in d. l. fin. num* 227. Menoch. *loco cit. num.* 603. Aponte *cons.* 1. *num.* 106. *&* 107.
Titulus enim nullus non prodest illum habenti; nam 66
cum detegitur nullitas tituli in possessore contradictore, remanet nudus possessor absque titulo; nam paria sunt non habere titulum, & illum habere nullum, *leg. duo sunt ff. de testamenti tutela*, *leg. nec nullam, de petitione hereditatis*, qui autem sine titulo possidet, non dicitur legitimus contradictor, Rota in puncto *in Romana domus* 4. *Maii* 1648, coram Bichio *par.* 10. *recent. dec.* 179. *num.* 4. & apud ipsum 349. ubi aliæ cumulantur decisiones: & non solum requiritur titulus apparenter validus, sed
etiam talis debet esse intra se secundum aliquos, Argel- 67
lius *quæst.* 2. *num.* 181. ideo possessor, ut contradicere possit venienti cum alio titulo eique immissionem impedire valeat, præter tituli paritatem, exequibilitatem quoque sive intrinsecam validitatem demonstrare tenetur secundum multos.

Hoc autem non exposcunt multi alii Doctores, qui do- 68
cent sufficere adducere titulum consimilem cum possessione ad excludendum judicium summarium, & executivum, nec esse discutiendum de viribus tituli; ita
ex Bartolo, & aliis docuit Regens de Aponte *d. cons.* 20. 69
num. 29. *&* 30. sicut nec multi exposcunt, quod titulus sit eiusdem speciei, sed sufficiet si ab eodem fonte proveniat, veluti si cum testamento concurrat titulus donationis factæ ab eodem testatore, Zaccardus *in d. l. fin. nu.*

403. Me-

403 Menoch. *loco cit. nu.* 610. Rota *in Melevitana fidei-
commiss.* 20. *Junii* 1650. coram Eminen. Othob. apud eun-
dem 225. *in fin.* quæ loquitur de titulo emptionis, in *Me-
levitana bonorum* 19. *Aprilis* 1652. coram Eminentissimo
Celso *parte* 11. *rec. dec.* 241. *n.* 6. & apud eundem *dec.* 143.
Grat. *cap.* 860.

Circa possessionem vero requiritur, ut qui se possidere
asserit cum pari titulo, juste se possidere demonstret, ut
70 scilicet sua possessio sit justa, & legitima, bona fide ac-
quisita, & aliena prorsus ab omni vitio vigore tituli vali-
di; nam si talis sit possessio nunquam habeotem parem ti-
tulum legitimum contradictorem constituere poterit ad
excludendum summarium, & executivum judicium, Ar-
gel. *quæst.* 9. *num.* 23. *&* 204. *&* 911. *num.* 33. *& quæst.* 10.
num. 206. *&* 219. & alibi, quia injusta, & vitiosa posses-
sio non habetur pro possessione *leg. cum quærebatur C. un-
de vi*, Argell. *de legitimo contradictore quæst.* 16. *num.* 20.
Martha *de success. legali par.* 4. *qu.* 16. *num.* 22. qui bona fi-
de possidet contradicere non potest, *l. improba C. de acqui-
renda possessione*, Martha *de success. legali d. qu.* 16. *nu.* 23.
Peregr. *cons.* 24. *n.* 4. *lib.* 3.

Tandem exceptio, quæ proponitur a possessore cum
pari titulo adversus jus agentis, sit justa, & legitima, ac
71 sit oppositio alicujus defectus exclusivi juris agentis, alicu-
jus scilicet vitii visibilis, aut invisibilis, sed in continenti
probari, vel de facile probandi, alias nunquam impedit
viam executivam, & summariam cognitionem, Argelius
de legitimo contradictore quæst. 7. *nu.* 61. Parlador. *rerum
quotidian. lib.* 2. *cap.* 5. Rub. *de testam. cap.* 39. *num.* 167.
Martha *de success. legali dict. part.* 4. *qu.* 16. *art.* 3. *num.* 2.
Peregr. *dict. art.* 48. *num.* 33. Menoch. *loco citato supra*,
Ruin. *cons.* 47. *num.* 6. *lib.* 1. Gabriel. *cons.* 46. *num.* 4. *lib.* 1.
cum vero in continenti probare promptus est, certe impe-
dit, ut præter alios citatos Peregr. Parladorum *locis cita-
tis*, Aponte *d. cons.* 20. *num.* 54. *&* 55. Castill. de Soto ma-
jor *d. c.* 24. *nu.* 165. quod totum arbitrio Judicis remitten-
dum tradunt Aponte *loco cit.* Surdus *dec.* 33. Gratianus *c.*
47. Castillus *loco cit. n.* 167.

Item pro legitimo contradictore constituunt illum, qui
72 nec possidet, nec detinet, tamen si citatus fuit, juxta do-
ctrinam supra allegatam, Castill. *loco cit. n.* 163. *cum seqq.*
quod & tenuisse videtur Rota apud Burat. *dec.* 646. *nu.* 4.
ubi Ferentill. *num.* 21. *&* 22. qui id modificat, & restrin-
git in citatione volantaria. Vide etiam Rotam *in dec.* 327.
n. 12. *p.* 10. *rec.*

Hæc tradunt nostri Doctores Civilistę loquentes de im-
missione vigore *legis fin. Cod. de Edict. Divi Adriani tol-
lendo*. Sed & descendamus ad nostram materiam benefi-
cialem, de qua loquimur, Garz. *de benef. part.* 6. *cap.* 2.
73 *num.* 110. docet quod cum comparet legitimus contradi-
ctor, Executores sunt mixti, & assumere debent partes
Judicis, & judicialiter cum causæ cognitione procedere
debent, ac diffinitive pronunciare, contra Flores de Me-
na *libr.* 1. *qu.* 4. *num.* 35. *cum seqq.* & hanc dicit commu-
nem sententiam Doctorum in *cap. fin. de præsumpt.* & alle-
gat multas Rotæ decisiones *num. vero* 143. *&* 144. dicit
74 quod compareat legitimus contradictor pro suo interesse,
& præjudicio, de quo si negetur debet in continenti, &
summarie docere, juxta notata per Doctores in *cap. ve-
niens* 2. *de testibus*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *c.* 18. & Co-
var. *pract. c.* 16. *num.* 1. & quod Executor debet eum adi-
re, & assumere partes Judicis etiam si compareat post De-
cretum, ante tamen datam immissionem, quia adhuc di-
citur re integra.

Sed Garz. non explicat quis sit contradictor legitimus.
Theodorus Amayden *lib.* 1. *capit.* 24. *§.* 2. *numer.* 54. do-
cuit, cum possessio est vacua, tunc Executor poterit pro-
visum immittere, & si compareat legitimus contradictor
ejus oppositio sit attendenda, & appellatio admitten-
da: ecce judicium ordinarium; si vero non est legitimus
contradictor non tenebitur deferre ejus appellationi,
sed interim debet eum audire, & nisi doceat in conti-
nenti de jure suo, debet decernere immissionem, a quo
decreto non dabitur appellatio, quia contradictor non
est legitimus: ecce judicium summarium, & executi-
vum; sed nec ibi Amayden explicat quis sit contradictor
legitimus.

D. Franciscus Salgadus insignis sane vir *de retent. Bul-
lar. par.* 2. *cap.* 34. fusissime tractat hunc articulum, quo-
75 modo scilicet sit procedendum in executione Litterarum
Apostolicarum executive, vel ordinarie, cum adest legi-
timus contradictor, intrusus sive possessor, & an coram
Executore, vel ordinario Judice; cujus Doctoris di-
cta licet attulerimus etiam alibi, attamen hic aliqua re-
petere necessarium erit, cum id suadeat materia: Equi-
dem *num.* 52. docet, quod Litteræ, quæ pro executione
Gratiæ expediuntur, dupliciter sunt considerandæ; aut
enim dantur super Beneficio reservato, vel affecto Sedi
Apostolicæ, & tunc quia non egent subscriptione pro-
pria manu Sanctissimi, cuilibet licite committuntur,
qui Executor libere poterit ad executionem, seu extra-
judicialem potius cognitionem procedere absque præju-
dicio, & læsione Judicis ordinarii, & percussione pri-
mæ instantiæ, & sic habet locum dispositio Trident. *c.*
20. *sess.* 24. *de reform.* si tamen comparet legitimus con-
tradictor de jure suo docens erit audiendus, & conve-
niendus via ordinaria; nam cum iste in judicium dedu-
cat coram Executore aliquid, quod aperit omnino cau-
sæ cognitionem, & examen, altiorem indaginem, &
viam ordinariam, cum nondum fuerit conventus, ci-
tatus, nec aliter de juribus suis discussum, nec tenetur
possessionem dimittere ad nutum Executoris, via ordi-
naria tractandum, & agendum est, & Senatum remit-
tere causam ad Judicem ordinarium dicit Salgadus (qui
loquitur pro Regnis Hispanis in hac parte remissionis) ni-
si tamen manu Sanctissimi sit facta commissio Executori:
quia tunc hic tam pro executione, quam super via ordi-
naria procedit, prout idem Salgadus dixerat eadem *p.* 2. *c.*
6. *an.* 14. *cum seqq.*

Si vero Litteræ expeditæ fuerint super Beneficio non 76
reservato, vel alias affecto Sedi Apostolicæ, docet hic
Doctor, quod si Litteræ non fuerint manu propria San-
ctissimi signatæ, seu subscriptæ: quia ad Ordinarium
jure communi spectat cognitio causarum omnium et-
iam beneficialium per Trident. erit facienda remissio,
tam super executione, quam super plenario judicio or-
dinario, & via ordinaria procedendum erit: quia cum
deficiat forma tradita a Concilio, nec tacita, nec ex-
pressa est facta avocatio, neque in prima instantia Or-
dinario præjudicium factum intelligitur, nec Papa hoc
intendit, ut etiam ipsemet Salgadus docuerat *cap.* 6. *& c.*
20. *part.* 2. sin autem manu Sanctissimi fuerint subscri-
ptæ Litteræ, & alteri Executori, quam Ordinario dire-
ctæ, tunc non Ordinarius, sed ipse Executor, cui di-
rectæ fuerunt, tam via executiva, quam via ordinaria,
ubi compareat legitimus contradictor, vel adest possessor,
cognoscere poterit.

Agitat subsequenter Salgadus illam quæstionem, quan- 77
do Executor teneatur causam remittere Ordinario, ne
alias vim faciat, de qua etiam ait Barbosa *allegat.* 81.
numer. 17. *& in appendice ad dictam allegationem*, No-
varr. *in practicabilibus Juris Pontificii conclusionibus: tit.
de causis primæ instantiæ, conclusione prima, alias* 54.
& ante illos Flores de Mena *libr.* 1. *quæst.* 12. *num.* 17.
cum sequent. & ibi Salgadus acriter invehitur contra Bar-
bosam, & Barbosa *in dicta appendice* contra ipsum Sal-
gadum; & tandem Salgadus *n.* 78. docet, quod cum
comparet legitimus contradictor ante realem immissio-
nem allegans de jure suo, Gratiæ Executores esse mix-
tos, & jure communi attento teneri partes Judicis assume-
re, & judicialiter procedere cum causæ cognitione, ac dif-
finitive pronunciare, ut per Doctorem in *cap. final. de
præsumption.* & ibi citat Buttium, Abbatem, Felinum,
Boerium, Flaminium, Parisium, Marcum Antonium
Genuensem, Franciscum de Leo, Tiberium Salustium,
Mandos. Florem de Mena, Vivian. & se ipsum *in tra-
ctatu de regia protectione*: attamen hanc doctrinam di-
cit veram Salgadus de jure communi, quo attento per
simplicem delegationem, & commissionem cuilibet fa-
ctam inducebatur avocatio jurisdictionis ab Ordinario;
at vero attenta dispositione Concilii *in cap. causæ omnes*,
cum non valeat commissio absque subscriptione Sanctis-
simi, nec avocatio sit valida, etiam expresse facta ab
Ordinario cum forma Concilii non servatur; ideo di-
cit, Executorem jure isto attento novo non posse assu-
mere partes Judicis, ubi via ordinaria agendum erit per
contradictoris comparitionem, vel existente possessore,
seu intruso, quia hæc cognitio pertinet ad Ordinarium,
cum non adest subscriptio Sanctissimi, quam deside-
rare expresse tenet etiam in Beneficiis reservatis, alias
Executor poterit solum procedere executive, & extra-
judicialiter ad possessionem Beneficiorum; & quod ut
possit ordinarie cognoscere ubi adest legitimus contradi-
ctor, opus erit subscriptione Sanctissimi: & in Beneficiis

non reservatis, si non adest subscriptio Sanctissimi; nam super ipsa executione, quam via ordinaria semper pertinet cognitio in prima instantia Ordinario: & doctrinam Garz. *dict. cap.* 2. *num.* 110. quam supra attulimus, nempe quod Executor Gratiæ ubi adest legitimus contradictor possit diffinitive pronunciare, contra Florem de Mena declarat Salgadus, & modificat, ut procedat de jure communi, Florem de Mena dicentem Ordinarium debere procedere locutum fuisse, attento Jure moderniori Tridentini.

78 Ad rem tamen nostram redeundo, his sepositis extra materiam Salgadus *sub num.* 87. tenuit, quod cum comparet legitimus contradictor, ante, vel post sententiam, ante tamen realem immissionem, sit audiendus via ordinaria, citat Nicolaum Garz. *de num.* 100. & fuisse resolutum in *Pampilonen. Beneficii*, de qua *part.* 2. *divers. dec.* 202. Cardinalem *cons.* 63. & 94. Felin. *in cap. exhibita*, *nu.* 4. *de judiciis*, & *cap. de cætero de re judicata*. *n.* 10. & *cap. fin. de præsumpt. n.* 23. Staphil. *de mandato provid. forma n.* 8. Marches. *de commiss.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 21. Vivian. *de jurepatronatus* 2. *par. lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 19. Flores de Mena *q.* 4. *n.* 31. & doctrinam Garz. *n.* 143. dicentis, quod quando comparet legitimus contradictor pro suo interesse, & præjudicio, si negetur, tenetur summarie & in continenti docere, declarat Salgadus, ut procedat ad effectum legitimandi oppositionem, & personam, ut excludatur calumniosa exceptio, non autem, ut de ea cognoscatur summarie ad effectum impediendi executionem: quia tunc via ordinaria, & per sententiam diffinitivam terminandam esse causam, ut ipsemet, Garz. ante *dict. n.* 110. docuerat.

79 Hanc etiam sententiam docuit doctissimus Hieronymus Campanilis *in divers. Canonic. rubr.* 11. *a num.* 220. Amaydeo. *cap.* 5. *num* 3. *cum seqq.* Ridolfin. *in prax. cap.* 8 *num.* 78. & accurate idem D. Franciscus Salgadus *de regia protectione*, *par.* 2. *cap.* 13. *a numer.* 57. *cum seqq.* & *num* 72. *versic. igitur* ait, hanc esse communem Scribentium, tam antiquorum, quam modernorum concordantem sententiam, & resolutionem, quod ubi in extrajudicialibus, nempe collatione, institutione, electione, & provisione Beneficii, quæ de sui natura est extrajudicialis per comparitionem contradictoris, exceptiones legitimas non frivolas, nec calumniosas opponentis, effici judicialem, alteri ejus naturam, ac in ea procedi debere in contradictorio judicio cum causæ cognitione, & cum probatione sententiæ diffinitivæ, per textum in *Clementina dispendiosa*. *de judiciis*, & *Clement. quæ sæpe de verb. signif.* quia per talem comparitionem, instantiam, exceptionem, juriumque ad sui favorem productionem lis contestatur, *clem.* 1. *de litis contest.* ibi enim comparitio, & ibi instantia, quæ nihil aliud est, quam actionis exercitatio a litis contestatione usque ad sententiam diffinitivam; ergo cum in his extrajudicialibus de sui natura comparet legitimus contradictor, res desinit esse talis, & assumit alteram naturam, nempe judicialem, secundum quam Judex, seu Executor procedere debet, prout accuratius, melius, & latius explicat D. Franciscus Salgadus *dicto cap.* 13 *a numer.* 73 *cum seqq.* qui etiam respondet ad contraria, quæ objici possunt, nempe ad *cap. cum circa* 4. & *cap. constitutio* 41. *de elect. in* 6. in quibus juribus cavetur, quod cum in provisione Beneficii proceditur extrajudicialiter non alteratur natura judicii per exceptionem propositam. Nam respondet ipse, quod aut loquimur in actu proponendi ipsarum exceptionum objectionem; aut loquimur postquam fuerint objectæ, & propositæ, & sunt jam in esse deductæ; nam primo casu cum objiciuntur, & in quantum ad modum eas proponendi est servanda natura processus, cui objiciuntur, seu in quo proponuntur, & si processus est extrajudicialis exceptio debet proponi extrajudicialiter, & si processus est judicialis, jus commune erit observandum: & ita loqui jura allegata in contrarium; si vero loquamur, & firmo sit cum exceptiones fuerint in esse deductæ, & appositæ, & tunc, & non antea incipiunt transformare judicium, & ex tunc tenetur & in posterum assumere Executor partes Judicis, & cognoscere de exceptionibus, seu appositionibus judicialiter, quia tunc incipit judicii alteratio; & ita de novo declarat etiam hoc loco doctrinam Garz. *dict. cap.* 2. *numer.* 143.

80 Igitur judicium executivum mutatur in ordinarium per comparitionem legitimi contradictoris, quo mutato, non poterit Executor ad executivam, & summariam cognitionem redire, prout latius hæc, & alia Salgadus *in dict. cap.* 13. *a num.* 57. *cum seqq.* sed nec ibi Doctor explicat, quis sit legitimus contradictor.

Sacra Rota Romana nostra Magistra videtur in hac materia variasse, siquidem multoties docuit, quod, ut quis dicatur legitimus contradictor ad impediendam viam, & judicium executivum, oporteat, ut habeat titulum parem procedentem ab eodem fonte, & quod sit possessor, & quod unum sine alio non sufficiat ad impediendam viam executivam, ita apud Merl. *decis.* 438. apud Merlin. 14. apud Farin. *dec.* 340. & 348. *tomo* 1. *posth.* apud Royas *dec.* 446. *n.* 7. *cum seqq.* præsertim *n.* 10. apud Rub. *tomo* 2. *par.* 4. *decis.* 410. & 34. *tomo* 1. apud Seraph. *dec.* 29 *num.* 1. *par.* 2. *rec. decis.* 728. & 297. & *in Leodinen. Beneficii* 10. *Martii* 1648. coram Peutingerio *par.* 10. *rec. dec.* 167. *num.* 18. & apud Bichium 320. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 154. apud Eminentissimum Celsum 155. *num.* 12. quæ decisio etiam habetur *par.* 11. *rec. dec.* 281. & *in Alerien. Canonicatus* 29. *Aprilis* 1650. coram eodem Eminentissimo Celso, apud eundem 89. *num.* 10. *cum seqq.* quæ etiam habetur *par.* 11. *rec. decis.* 28. & *in Firmana Capellania* 28. *Aprilis* 1651. coram Bichio, *eadem par.* 11. *decis.* 534. *nu.* 5. quæ est apud ipsummet Bichium 461. *in Diennen. Prioratus* 10. *Decembris* 1657. coram Verospio *part.* 10. *rec. dec.* 292. *num.* 3. & omissis quamplurimis aliis decisionibus, Rota *in Avellana Canonicatus* 27. *Martii* 1651. coram Eminentissimo Cerro, tunc Rotæ Decano *part.* 11. *rec. dec.* 151. *num.* 6. ibi: Quia ut prædicta procedant, & ille dicatur legitimus contradictor ad impediendam paratam executionem dictarum Litterarum, duo copulative requiruntur, videlicet, quod possideat sine vitio, quodque habeat parem titulum, consimilis provisionis Apostolicæ omnino validæ: alias autem si vitiose possideat, vel non habeat consimilem titulum, aut iste sit nullus, & invalidus, nunquam dicitur legitimus contradictor ad impediendam viam executivam dictis Litteris competentem. Hæc ibi: & ita etiam Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *num.* 217. Posth. *de manutenen. observ.* 59. *n.* 12. quod etiam docuerunt Civilistæ in *dict. l. fin.* & alii, quos supra citamus.

Ideo si petenti immissionem ad Beneficium se opponat alter habens solum titulum, & sic ambo concurrunt ad petendam immissionem, non immutabitur natura executivi judicii, sed eo sic retento jura utriusque caperire debere, & qui potiora, & meliora jura habuerit, immittendus erit, in puncto Rota apud Farinac. *tomo* 1. *post decis.* 366. *n.* 2. & 340. & 348. apud Buratt. *decis.* 842. *nu.* 2. apud Rub. *decis.* 34. & 197. *numero* 1. *part.* 2. *recent.* & *part.* 4. *etiam recent. decis.* 641. *num.* 1. *vers. conclus.* & idem videtur tenuisse Rota *in Leodiens. Præpositura* 22. *Martii* 1647. coram Eminentissimo Cerro *par.* 10. *recent. decis.* 34. *num.* 23. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *num* 217. quæ etiam fuit opinio Bartoli, & aliorum in *dicta l. final.* quos supra retulimus. 81

Titulum etiam ab eodem fonte manantem requirit Rota *in allegatis decisionibus in Metropolitana Canonicatus* 16. *Januarii* 1641. coram Amato Dunozetto, apud eundem 596. *num* 9. & 10. nam aliter non potest dici par; si enim ab alio inferiore habitus fuerit a Sede Apostolica, dici tamen ab eodem fonte fluit, si a Nuncio Apostolico juxta suas facultates fuerit habitus, Rota *in Abulen. Beneficii* 28 *Jun.* 1655. coram Zarate *par.* 12. *rec. dec* 75. *num.* 2. & 3. quæ etiam habetur apud ipsum 88. 82

Hinc sequitur, quod cum concurrunt provisus Apostolicus, & provisus ab Ordinario, & ambo petunt immissionem, non poterit provisus ab Ordinario impedire immissionem, & judicium executivum proviso Apostolico, quia non habet parem titulum, nec propterea potest dici legitimus contradictor, Rota apud Farin. *dec.* 362. *tomo* 1. *posth.* & a fortiori tenuit Rota, cum docuit, quod provisus ab Ordinario, etiam in possessione existens non impediat judicium executivum, nisi postquam opposuerit de ejus juribus, & ejus titulus relevans indicabitur, ut mox subjiciendum erit. Hanc etiam sententiam nempe procedendum esse in judicio executivo, & non ordinario, cum concurrit provisus ab Ordinario cum proviso Apostolico, cum uterque petit immissionem, & non ordinarie, sustinet Salgadus *de recent. bullar.* p. 2. c. 34. *a n.* 95. *vers. idem*, ubi postquam dixerit dici pares titulos cum quando adsunt duæ provisiones diversorum Ordinariorum, tum etiam quando concurrit provisio Apostolica ob suppositum reservationis, & provisio Ordinarii; nam quando ex una parte præ- 83

æ prætenditur Beneficium reservatum, & ex alia non esse reservatum, antequam de reservatione appareat nulla istarum provisionum, dici potest potentior, & ideo pro paribus esse judicandas, & citat Arguell. *de legitimo contradictore quæst.* 15. *art.* 1. 2. *&* 3. Subdit Salgadus: hæc autem doctrina, licet vera sit ad effectum audiendi provisum ab Ordinario in via executiva, non tamen ad viam ordinariam aggrediendam: quia tunc cum titulo Ordinarii requiritur simul possessio, ut infra *num.* 121. & supponunt plures Doctores, & Rotæ *decis.* infra laudandæ a *num.* 120. cum multis sequentibus, & *num.* 184. ita loquitur Salgadus. Secunda erit differentia inter istos legitimos contradictores, ut licet ad impediendam executionem Gratiæ regulariter æquiparentur ad hoc ut in via ordinaria uterque audiatur: tamen in Beneficiis reservatis simplex contradictor cum titulo colorato absque possessione per Ordinarium provisus, non impedit viam executivam: quia duntaxat auditur de suo jure docens incontinenti non alterata via executiva Litteris Apostolicis debita, ut expresse dixit Rota, cujus *decis.* adduximus ad litteram superius *n.* 139. *cum seqq.* & annotavimus superius *num.* 95. sed ut in ordinaria audiatur debet cum titulo colorato concurrere simul possessio antea ab ipso proviso Ordinario occupata, post alios Vivian. *de jurepatronatus* 2. *par. lib.* 11. *c.* 4. *n. fin. vers. penult.* Hæc ibi Salgadus, & ita quoque docent Vivian. *de jure patronatus lib.* 2. *c.* 4. *in fin.* Camerata *par.* 2 *resp.* 19. *n.* 37.

85 Non solum ex eodem fonte descendere debere titulum, ut legitimum constituat contradictorem, qui impediat, & mutet judicium, sed oportere ex eadem vacatione transcendere aliquando, tenuit Rota, præsertim in *Trelusensi Beneficii* 16. *Decembris* 1608. coram Litta, apud Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 373. *num.* 2. ibi: Quia non procedit objectum ex eo, quod ambo non venirent ex eodem jure, sed ex diversa vacatione; & in *Colonens. Canonicatus Sanctæ Ursulæ* 27. *Januarii* 1627. coram Ubaldo, quam etiam affert Amayden *c.* 5. *n.* 64. & est penes Rub. *tomo* 1. *dec.* 34. & Rota apud Eminentiss. Othob. *decis.* 58. *num.* 32.

86 Item requisivit Rota, ut titulus non solum ex eadem fonte & eadem vacatione transcendat, sed sit ejusdem speciei, veluti ambo provisionis gratiosæ, subrogationis gratiosæ, & sic de aliis; nam si unius speciei, alter alterius, nihil prorsus conducet ad immutandum executivum in ordinarium judicium, sed eadem eadem omnino natura judicii procedetur ad immissionem, ita tenuisse videmus Rota in quamplurimis locis, præsertim apud Mant. *dec.* 71. *in Verulan. Beneficii loco cit.* apud Marches. *fol.* 373. apud Vetall. *decis.* 329 *part.* 1. apud Molredan. *dec.* 13. *sub tit. ut lite pend.* apud Durand. *dec.* 340 *num.* 9. *&* 842. apud Farin. *dicta dec.* 362. *tomo* 1. *posth. in dicta Colonien. Canonicatus Sanctæ Ursulæ de anno* 1627. coram Ubaldo, *& in Ratisbon. Canonicatus* 23. *Mart.* 1618. coram Pirovano, quam etiam ad verbum affert Amayden. *dict. c.* 5. *n.* 65. & apud Eminentissimum Othob. *dec.* 154. *n.* 14. & apud Eminentissimum Celsum *dec.* 155. *n.* 41. *&* 641. *per totam par.* 4. *rec. & in dict. Alterien. Canonicatus* coram eodem Eminentissimo Celso *n.* 11. ibi: Consimilem titulum, & alibi sæpe, & ideo tenuit Rota, quod subrogato gratiose non potest impediri immissio a simplici proviso Apostolico, quia hic non habet similem gratiam subrogationis gratiosæ, Rota apud eundem Eminentissimum Othob. *dec.* 122. *n.* 17. *&* 18. *&* 140. *n.* 21. *& dict. dec.* 34 *par.* 5. *recen.* apud Rub. *& par.* 4. *decis.* 592. & apud Peutinger. *dec.* 402. ubi duo requirit Rota ut veniat ex eadem vacatione, & titulus sit ejusdem speciei, iterum apud eundem Peutinger. *dec.* 14. *n.* 10. & apud Bichium *dec.* 146. dicitur quod ad im-
87 pediendam viam executivam requiratur paritas tituli non solum ex causa efficientis, sed etiam respectu formæ, & speciei, *par.* 13. *recen. dec.* 322. *n.* 12. *& dec.* 254. *eadem par.* 13. in qua etiam fuit dictum, quod Litteræ debeant esse expeditæ, ut si unus habet subrogationem gratiosam, non sufficit si alter possit desumere similem titulum ea supplica-
88 tione, Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *nu.* 716. qui enim non possidet, nec habet titulum parem ejusdem speciei, licet compareat, & protestetur, non potest facere se legitimum contradictorem, nec impedire judicium executivum, ita Rota apud Merl. *dec.* 437. *n.* 3. *&* 4. dicit, quod potest tunc Executor extrajudicialiter se informare, & eo non citato procedere.

89 Et hæc eatenus conferunt, quatenus titulus sit validus; nam tunc par titulus cum possessione contradictorem legitimum facit, quatenus titulus est validus, Rota apud Buratt. 888. *num.* 1. *vers. tantum*, apud Royas *loco cit. & decis.* 160. *n.* 18. *par.* 10. *rec. & in Pampilonen. Benef. de Exparra* 15. *Decembris* 1649. coram Arguell. *eadem part.* 10. *rec. dec.* 357. *num.* 18. apud eundem Arguelles *dec.* 110. *& par.* 13. *rec. dec.* 178. *num.* 9. & in *d. Avellana Canonicatus* coram Eminentissimo Cerro *par.* 12. *recen. dec.* 131. *nu.* 6. ibi; Alias autem si vitiose possideat, vel non habeat consimilem titulum, aut iste sit nullus, & invalidus, numquam dicitur legitimus contradictor ad impetrandam viam executivam dictis Litteris competentem, & apud Eminentissimum Othob. 172. *n.* 9. ibi: Quia cum titulus Francisci detegatur incontinenti invalidus, & nullus, non potest licet possessor impedire, aut retardare immissionem Bernardo proviso Apostolico, *&* 154. *numer.* 32. *&* 186. *numer.* 20. apud eundem Eminentissimum Dominum, & in *dict. Alarien. Canonicatus* coram Eminentissimo Celso *a numer.* 10. *cum seqq.* ibi: Non obstat, quod Matthæus uti possessor, & habens titulum Apostolicum prætendat se esse legitimum contradictorem, quia id procedit ad effectum, ut super ejus prætenso titulo sit audiendus, qui si relevans repertus fuerit ordinarie procedendum est; secus vero si sit irrelevans, juxta doctrinam Bartoli *in l. final. num.* 21. *vers. si vero allegat. Cod. de Edicto Divi Adriani tollen.* Rota *dec.* 711. *num.* 2. *part.* 1. *recent. decis.* 641. *num.* 1. *par.* 4. *tomo* 1. *& decis.* 302. *num.* 18. *& seq. par.* 4. *tomo* 2. *& dec.* 66. *num* 8. *& par.* 5. & 9. Vivian. *de jurepatron. decis.* 31. *num* 8. ibi aliæ cumulantur. Unde cum ex prædictis cesset quælibet prætensio Matthæi, ipse non potest dici legitimus contradictor ad retardandam executionem Litterarum Apostolicarum, neque quod habeat parem & consimilem titulum, Arguell. *de legat. contrad. quæst.* 7. *art.* 7. *num.* 144. Rota *decis.* 642. *num.* 20. *& dec.* 542. *numer.* 8. *par.* 4. *rec.* & in *Bononien. Archipresbyt.* 23. *Martii* 1648. coram R. P. D. meo Corsado, cum titulus debet esse talis, ut quamvis non possideret, attamen ex eodem in concursu cum Marcello veniret immittendus, ut bene Everard. *in dict. l. fin. num.* 346. *Cod. de Edict. Divi Adriani tollend.* Rota *dec.* 362. *num.* 2. *par.* 3. *in rec. & decis.* 225. *num.* 21. *part.* 7. *in Vintimilien. Capellania* 30. *Maii* 1635. coram Motmanno, *& in Gadiceni præstimonii* 2. *Decembr.* 1649. coram bon. mem. Arguelles. Alias absurdum, & inconveniens esset, quod possit proviso Apostolico immissionem impedire, qui eam in concursu obtinere non valet, ut post Everard. *loca supra citato* optime ratiocinatur Rota *decis.* 66. *num.* 8. *&* 9 *par.* 5. *rec.* & coram Buratto *decis.* 888. *num.* 7. & novissime in *Gerunden. Parochialis* coram Bevilaqua *d. anno* 1660. *par.* 13. *rec. dec.* 254. *num.* 17. Item fuit firmatum, quod quando possessor innititur titulo irrelevanti, & invalido, non potest impedire immissionem in Judicio executivo, nec potest agere via ordinaria.

In quantum ad possessionem vero istam omnino requi-
sivit Rota, ut ordinarie sit procedendum, & allegatis su-
pra adde *par.* 13. *in rec. decis.* 73. *n.* 9. & quidem ut dixi- 90
mus possessio debet esse titulatam, ut dictum est; nam sola
non facit legitimum contradictorem ad effectum agendi 91
ordinarie, sed solum efficiet, ut audiatur possessor, & ti-
tulus reperiatur irrelevans, & tunc executive procedi-
tur, & non ordinarie, Rota penes Rub. *pars.* 2. *tomo* 1.
decis. 608. nec possessor si titulum non justificaverit est
confirmandus in sua possessione, Rota apud Rub. *par.* 1. 92
tom. 1. *dec.* 244. Buratt. *dec.* 730. *nu.* 8. *vel* 436. Ludovis. *dec.*
249. *num.* 5. *vel* 449. Posth. *obser.* 64. Item & debet esse
valida; nam vitiosa, nulla non confert, nec efficit legi-
timum contradictorem, prout in terminis *legis finalis* an-
notatum est supra, in puncto Ludovis. *dec.* 296. *num.* 7. Emi-
nentissimus Othob. *dec.* 186. *num.* 7. ibi: Cum possessio vi-
tiosa non efficiat legitimum contradictorem; & apud Peu-
ting. *decis.* 14. *num.* 11. *&* 12. ubi dicitur, quod possessio
attentata non officit; nam ipsa non obstante, etiam exe-
cutive proceditur, & immittitur in possessionem provi-
sus Apostolicus, licet adsit alius provisus Apostolicus
cum attentata possessione; & possessio debet esse accepta
vigore tituli paris procedentis scilicet ab eodem fonte, ut
notatum est, Rota apud Farinac. *dict. dec.* 369. *tomo* 1.
posth. nam si accepta sit vigore tituli, qui non emanave-
rit ab eodem fonte, cum tunc par non dicatur posses-
sio ejus capta, non efficit legitimum contradictorem, quare 93
possessio capta vigore tituli habiti ab Ordinario, seu infe-
riore collatore, non poterit impedire viam executivam
proviso Apostolico, quia licet iste possideat, non tamen

possidet vigore tituli paris cum titulo Apostolico, & tunc possessio mutat judicii naturam, & de executivo in ordinarium transmutat, quando concurrit paritas tituli, Rota apud Seraph. *dec.* 29. apud Merl. *dec.* 58. *n.* 3. apud Ludovis. *dec.* 307. apud Rub. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 400. apud Royas *decis.* 346. apud Eminentiss. Othob. *dec.* 154. *n.* 29. *&* 30. apud Farinac. 362. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 1. *posth.*

94 Imo non solum possessio debet esse capta ex titulo producto ex eodem fonte, sed, ut diximus, ejusdem speciei; nam si possideat contradictor, & ejus possessio sit etiam titulata titulo emanato ex eodem fonte, nempe Apostolico, verum non ejusdem speciei sit titulus, unde possessio effluxerit, non impedit viam executivam alteri proviso Apostolico petenti immissionem, sed retento judicio executivo de juribus contradictoris videndum, Duran. *dec.* 430. *num.* 9. *&* 10. & Rota apud Eminentissimum Celsum *dict. decis.* 165. *a num.* 12. 13. *&* 14. & apud Eminentissimum Othob. 122. *num.* 17. *&* 18. *&* 148. *num.* 21. & latissime 154. *per tot.* præsertim *a num.* 12. in quibus dec. firmat, quod provisus Apostolicus possidens non potest impedire immissionem, & viam executivam subrogato gratiose, quia tunc possessor non dicitur possidere titolo pari, & respondet Othob. ad contraria, ut ibidem, ita quoque videtur aperte tenuisse Rota apud Merl. *dec.* 14. *n.* 6. *& dec.* 34. *num.* 10. & apud Rub. *tomo* 1. *alias part.* 5. *rec. & dec.* 542. *num.* 8. *par.* 4. *recent. & par.* 11. *recent. decis.* 143. *num.* 4. *&* 5.

95 Igitur amplectendo omnia, Rota in dictis locis videtur tenere, quod ut ordinarium judicium mutari possit in executivum, opus est, quod opponens habeat titulum parem, nempe productum ab eodem fonte ejusdem speciei, & possideat vigore dicti tituli paris, & ejusdem speciei; ita ut si habeat solum titulum productum ab eodem fonte sic parem, & non possideat, non impediat viam executivam, sic si sola possessor, vel si sit possessor etiam vigore tituli Apostolici, nedum ab Ordinario habiti vero non ejusdem speciei; nam hæc possessio titulo Apostolico nec judicium executivum transmutat in ordinarium; sed eodem retento judicio executivo de juribus opponentis sit cognoscendum, quibus relevantibus apparentibus impeditur immissio petenti, alias non impeditur.

Verum cumulata non tam inoffenso pede procedunt, quin contradictores Doctores, & ejusdem Rotæ decis. pugnantes habeantur, siquidem si concurrant duo provisi Apostolici, qui non possident, sed immissionem petant,
96 ordinarie sit inter eos agendum, aperte videtur tenuisse Rota apud Mohedan. *dict. dec.* 5. *sub tit. ut lit. pend.* Mant. *decis.* 71. *& part.* 2. *rec. dec.* 197. apud Burati. 122. *&* 842. *num.* 2. apud Cavall. *dec.* 485. *& part.* 5. *rec. decis.* 233. *num.* 37. *&* 38. *in Paduana Benef.* 27. *Jun.* 1633. coram Dunozetto, apud eundem 315. ita enim se habet decisio: Gabriel Scainus fuit de mense Decembris 1631. provisus a Sede Apostolica de Præpositura, de qua agitur, vacante per obitum Nicolai Gractæ defuncti de mense Augusti ejusdem anni, & post expeditas Litteras suæ provisionis, nec non earum vigore Litteras subrogationis ad partes, obtinuit proponi dubium, an esset danda immissio quo hodie proposito DD. quia D. Bellus fuerat etiam de eodem Beneficio ex eadem vacatione provisus a Papa, & sic dubitari poterat an esset legitimus contradictor, resolverunt dandam esse immissionem, non tamen executive, sed ordinarie, cum etiam iustificatis iustificandis via ordinaria agenti illa competat, Bald. *in l. fin. C. de Edict. Divi Adriani toll. num.* 53. *in fin.* Albet. *num.* 11. *ad med. & num.* 13. *in princ. & num.* 14. Fulgos. *num.* 20. *vers. hec difficilia.* Curtius. *num* 61. Corn. *num.* 8. *&* 9. Personal. *de adipisc. num.* 88. 138. 170. *vers. & licet*, *& n.* 268. 270. *& seq.* Put. *dec.* 308. *lib.* 1. *in nov.* & fuit dictum in *Bergomen. Capellan.* 28. *Februaris* 1625. coram bon. memor. Patriarcha Hierosolymit. & etiam in *dict. Leodien. Præpositura* coram Eminentissimo Cerro 1647. *part.* 10. *recent. dec.* 34. *n.* 22. 23. 24. *&* 25. propterea nihil relevat, quod Executor Litterarum Laurentii propter duplicem provisionem Apostolicam, & paritatem titulorum tenetur assumere partes Judicis cum plena causæ cognitione super illorum relevantia, omisso penitus possessorio, ad trad. per Bart. *num.* 21. Decius *num.* 46. & Zuccard. *nu.* 34. *in l. final. C. de Edict. Divi Adriani toll.* quos secuta fuit Rota *in rec. dec.* 283. *numer.* 37. *et* 38. *par.* 5. fuit enim responsum, quod obiectum procederet, si Arnaldus ultra paritatem tituli habuisset etiam veram & legitimam possessionem, ut tradit Lotter. *ubi sup. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 217. & dixit Rota *dec.* 197. *num.* 1. *vers. tamen illa*, *part.* 2. & melius *decis.* 641. *sub num.* 1. *vers. qua contl. part.* 4. *rec.* ac in *Tirason. Capellania* 13. *Martii*, *&* 7. *Aprilis* 1606. coram Sanctissimo Domino Nostro 5. *nec potest Michael.* Vel si expeditus Litteris suæ provisionis coram eodem executore comparuisset, antequam Laurentius in possessionem immissus fuisset, & cum eo concurrendo quilibet ipsorum remedio adipiscendæ, ut explicat Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 143. *cum seqq.* & respondet Rota coram Mohedan. *dec.* 5. *per totam*, & signanter sub *num.* 2. *vers. & ratio est*, *& dec.* 13. *pariter per tot.* ac præcipue *vers. & fuit tentum*, *ut lite pend.* Modern. Bononien. *de leg. contrad. qu.* 2. *art.* 1. *n.* 45. Ex quibus decisionibus, aliis appa- 97
ret, quod cum concurrunt duo provisi Apostolici, & petunt immissionem, sit ordinarie agendum, prout voluit Garz. *par.* 6. *cap.* 2. *n.* 123. Amayden. *c.* 5. *n.* 61. *&* 62. *alibi*, Salgadus *de retent. bull. d. par.* 2. *c.* 34. *numer.* 90. *&* 121. Ubertus *in prax. part.* 6. *fol.* 249. *vers. quantum*, quos supra citavimus.

Aliquando Rota nec requisivit titulum ejusdem spe- 98
ciei, & consimilem, sed sufficere titulum productum, & habitum ab eodem fonte, ut in *d. decis.* 199. *par.* 2. *et* 711. *part.* 1. *rec.* & in *Suessana Benefic. de anno* 1630. penes Post. *de manuten.* 277. ubi id aperte videtur annuisse Rotam; ibi enim supponitur, quod quidam Antonius obtinuit Litteras Apostolicas in forma dignum, quidam vero Carolus in forma gratiosa sub eadem data; & ambo præsentaverunt Literas Vicario Generali Apostolico Delegato, qui partes Judicis non assumpsit; sed executive processit, non obstante quod altera pars de hoc se protestavit; & ibi fuit dictum omnia fuisse nulla & attentata, quia iam constabat de titulo alterius, & non debebat executive procedere, sed ordinarie, & tamen provisio in forma dignum non est ejusdem speciei cum provisione in forma gratiosa, & in *dicta Monopolitana Canonicatus* 16. *Junii* 1641. coram Dunozetto, apud eundem 596. *num.* 10. in qua fuit dictum ad hoc, ut sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem etiam subrogato gratiose, & agendum ordinarie sufficit, ut ultra possessionem habeat vel consimilem titulum subrogationis gratiosæ, vel alium titulum validum, qui procedat ex eadem fonte; & ibi citantur *decisiones* 711. *part.* 1. *recent.* apud Buratt. 225. *numer.* 7. 641. *num.* 1. *par.* 4. *rec.* & hanc sententiam quod ad constituendum legitimum contradictorem non esse necessarium ut ambo tituli sint ejusdem speciei, tenet Amayden *dict. cap* 5. *num.* 66. 67. 68. *&* 69. qui optimam rationem assignat: quia si ad constituendum legitimum contradictorem requiramus, ut concurrat similis titulus ejusdem speciei ex eodem fonte manans, nunquam forte invenietur legitimus contradictor, qui viam executivam possit impedire, cum hoc sit quasi impossibile, ut duo tituli similes concurrant; nam signata una supplicatione per obitum verbi gratia cum porrigitur alter pro eodem Beneficio Officialis rejicit supplicationem cum rescripto, alteri collatum, & Amayden quod provisio in forma dignum facit parem titulum cum provisione gratiosa, quia licet si mandatum de providendo nondum sit justificatum, & executum, tamen continet titulum talem, qui si justificetur, est aptus, ut per eum in Beneficio controverso immissio obtineri possit, & ita intelligit decisum Veralli 304. *numer.* 4. *lib.* 2. 197. *part.* 2. *&* 711. *part.* 1. *rec.* & hanc sententiam tenet etiam Campanilis *in dec. juris Canonici rubr.* 11. *c.* 13. *a n.* 120. *usque* 132. semper enim, quod cum producitur titulus ab eodem fonte cessare
viam executivam, & procedendum ordinarie, ex *dicta* 100
l. fin. docuit Aponte *dict. cons.* 20. *n.* 30. *&* 31. & dixit esse communem opinionem.

Sicuti nec ex eadem vacatione oriri titulum, resolvit eun-
dem Sacra Rota in *Lucana Majusculatus* coram Orano 7. 101
Junii 1585. penes Marchesium *de commiss. par.* 10. *fol.* 471. ibi: Minus obstat, quod Joannes Baptista non sit legitimus contradictor, ex quo venit ex diverso titulo, videlicet ex obitu Pasquini: quia modus vacationis non attenditur, sed tantum titulus ut ab eodem fonte emanet. Et idem fere probatur in *dict. decis.* 596. *n.* 9. ibi: Quamvis ipse Joannes Paulus veniret ex diversa vacatione; & ibi allegantur *dec.* 197. *num.* 8. *par.* 2. *recent.* & apud Coccinum 347. & etiam Garz. *par.* 6. *c.* 4. *n.* 35.

Et cum adest possessor, quod tunc non oporteat, quod 102
titulus vigore cujus possidetur sit ab eodem fonte productus, sed sufficiat quod sit validus; nam junctus possessioni, et-

ni, etiamsi sit dissimilis, dispar diversæ speciei, & nec ex
eadem vacatione, junctus tamen possessioni est aptus ad
impediendum viam executivam, Verall. *decis.* 346. *nu-*
103 *mer.* 4. *par.* 2 & apud Farin. 393. *tomo* 1. *posth.* Ideo si ab
Ordinario fuerit habitus; nam si relevans apparebit, sit
agendum via ordinaria, & non executiva, & hanc sen-
tentiam multoties canonizasse Rotam clare patet; nam
in *Elven. Præceptoria* 10. *Maji* 1611. apud Farin. *tomo* 1.
posth. dec 362. dictum fuit, quod licet sit regula indubitata,
quod quando concurrunt duo provisi, & utraque petat
immissionem, præferatur semper provisus a Papa, licet
se opponat provisus ab Ordinario: tamen dictam regu-
lam non procedere quando provisus ab Ordinario non
petit immissionem, sed est in possessione, & quod tunc
audiendus sit uti legitimus contradictor, licet a diverso
fonte titulum deducat, quem talem allegare debebit
qui vel excludat provisionem Papæ, vel illam reddat tur-
bidam; nam Papa non intendit per suas provisiones præ-
judicare Ordinariis, & ideo ibi dicitur, quod in aliquo
casu particulari, vel esse procedendum ordinarie, vel da-
ri debet aliqua dilatio possessori ad docendum de tituli
validitate, & interim supersedendum esse super execu-
tione Litterarum, & ita procedere multas Rotæ decisio-
nes, ideo licet non sit legitimus contradictor, qui impa-
rem habet titulum, puta ab Ordinario habitum, nec pos-
sit hic impedire Litterarum Apostolicarum executio-
nem celerem cum simul concurrunt, attamen si pos-
sideat, & illico doceat de tali titulo, qui excludat provisio-
nem Apostolicam, quod tunc impedit viam executivam,
dicitur in eadem *decis. n.* 3. *vers. & quidem*, sic cum datur
fumus boni juris possessoris & allegatur aliquid, quod
reddit turbidam reservationem. Vide dictam *dec. &* 302.
num. 19. *eodem tomo* 1. *posth.* quia, qui incontinenti do-
cet de jure suo est legitimus contradictor, impedit viam
executivam, quod admittunt omnes Scribentes in *dict.*
l. fin. & alii Doctores allegati supra, Rota penes Rub. *to-*
mo 1. *post. dec.* 306.
104 Sic etiam in *decis.* 523. *par.* 1. *rec. tomo* 1. dictum fuit,
quod cum provisus ab Ordinario est in possessione, quod
tunc non executive, sed ordinarie sit agendum, quando
alter venit cum Apostolica provisione, & petit immissio-
nem; tamen reservatio non est clara, & notoria, si ta-
men esset clara & notoria, nec sit legitimus contradictor,
nec impediat viam executivam, & ita quoque videtur
dictum in *dec.* 242. 171. 888. apud Buratt. & 585. *numer.*
21. penes Rub. *tom.* 1. *par.* 2. *& dec.* 66. *num* 7. *tomo primo,*
alias par. 5. *rec.* & apud Carillum *decis.* 112. *num.* 16. 17.
105 18. & 19. sic etiam cum Beneficium non est nec effectum,
nec reservatum, & reperitur in possessione provisus ab
Ordinario, tunc ordinarie non executive agendum; quia
Papa agnoscit hos provisos pro legitimis contradictori-
bus, Rota *decis.* 225. *num.* 19. *&* 20. apud Rub. *tomo* 3.
quod ibidem *num.* 21. dummodo provisus ab Ordinario
exhibeat titulum talem coram Executore, ex quo si non
esset possessor in concursu cum proviso Apostolico, ei
106 deberetur immissio, & citatur ibi *dec.* apud Ver. 346 *num.*
4. *lib.* 2. alias ut possessor satis erit si citetur in judicio exe-
cutivo, & si titulus non erit talis, ut ex eo ei debeatur
immissio, in concursu immissio danda erit proviso Aposto-
lico, nec erit retardanda sub prætextu appellationis, ut
ibidem sub *num.* 27. ita Rota penes Rub. *par.* 4. *tomo* 2. *dec.*
302. tenuit, quod ordinarie sit agendum cum possessio est
cum titulo relevanti habito ab Ordinario, & ibi citatur
decis. Putei 120. *lib.* 1. secus si irrelevans; nam executivo
judicio agitur. Idem videtur tenuisse Rota *in decis.* 125.
part. 1. *recent.* & apud Royas *decis.* 269. *numer.* 9. *&* 346.
& apud Farinacium 341. *&* 451. *tomo* 1. *post. &* 670. *tomo*
2. *etiam posth.* & apud Boratt. *dec.* 491. 529. *&* 185. in qui-
bus locis dicitur, quod cum adest possessor cum titulo ab
Ordinario habito, admittitur appellatio suspensiva, &
Executor tenetur deferre appellationi, quod utique tan-
tum contingit, quando judicium est ordinarium, non au-
tem quando est executivum.
107 Hanc etiam sententiam tenet in multis locis doctus D.
Franciscus Salgadus *de recent. Bullar.* 2. *par. cap.* 34. *num.*
95. *&* n *num.* 120. *cum sequent. & num.* 167. *&* 184. Vi-
vian. *de jurepatront.* 2. *par. lib.* 11. *cap.* 4. *in fine*, Campa-
nill. *rubr.* 11. *cap.* 13. *n.* 229. Ridolphin. in *praxi par.* 2. *c.*
8. nu 883. Olivet. ad Ludovis. *decis.* 413. *nu.* 4. qui docet
fuisse dictum in *Reatina Benef.* 2. *Maii* 1616. coram Bu-
ratt. Theodor. Amayden. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 70. 71. *&* 72.
73. 74. 75. *&* 76. ubi ad Litteram affert *decisionem in No-*
varien. Benefic. 5. *Julii* 1610. coram Coccino, in qua et-
iam aliæ citantur decisiones, ac etiam affert *dec.* Rota 711.
& 119. *par.* 1. *recent* in quibus dicitur, quod sufficit pos-
sessio cum titulo colorato ad impediendam viam executi-
vam, & quod titulus coloratus est titulus habitus ab Or-
dinario, *juxta dec.* Putei 148. *lib.* 1. & dicit, quod omnis
titulus qui procedit ab eo, qui habuit potestatem, dicitur
titulus coloratus, prout idem Put. *decis.* 94. *num.* 1. *lib.* 2.
& decis. 216. *lib.* 2. *& decis.* 26. *num.* 3. & quod hujusmo
di titulus dicitur coloratus etiamsi sit nullus. Addit Put. *ad* 108
decisionem 48. *lib.* 1. quod declarat Amayden, dummo-
do hæc nullitas non sit patens, & evidens, quod de ea
constet incontinenti, quia scilicet constat vacationem
contigisse in mense reservato; & addit rationem Amay-
den. quia sicut bene provisi ab Ordinario in suis mensibus
molestari non debent per calumniosos impetrantes, adver-
sus quos sunt legitimi contradictores, sic pariter provisi a
Sede Apostolica in mensibus reservatis non debent indebi-
te vexari per intrusos ab Ordinario, ita Amayd. *loco cit.*
qui citat Gonzal. *in proœm.* §. 7. *n.* 5. *cum seqq.*
Et in quantum ad tituli validitatem, quod hæc tantum 109
non requiratur, quando qui comparet ad impediendam
viam executivam, non reperitur in possessione; nam si
in possessione reperiretur non esse necessarium ut disce-
ptetur de tituli validitate; nam etiam intrusum cum pos-
sessione esse legitimum contradictorem, & Vivian, *de*
jurepatronatus par. 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *a num.* 19. Salgadus *de*
retent. Bull. 2. *part. cap.* 13. *num.* 57. Gatz. *par.* 6. *cap.* 2,
a num. 100. docuit Cammerata *c.* 2. *resp.* 19. *nu.* 33. ubi et-
iam *num.* 35. docet, quod legitimus contradictor nuncupa-
tur, qui comparet, & opponit se immissioni petitæ a pro-
viso Apostolico, & tunc facit cessare viam executivam,
& ordinarie procedendum, maxime cum de titulo do-
cet, qui si sit validus, nec ne, est videndum in judicio
ordinario.
Hæc sunt quæ in contrarium adducuntur; verum Emi- 110
nentissimus Othob. *in dicta decisione* 154. in qua licenter
sustinet tunc cessare viam executivam, cum concurrit
possessio habita ex titulo pari ab eodem fonte producto,
& ejusdem speciei; ita enim respondet. Neque contra-
rium sentit Rota *in decis.* allegatis per Buratt. *dec.* 842. *sub*
num. 1. quia in *Oveten. Canonicatus impress. inter rec dec.*
197. *par.* 2. habeant ambo concurrentes subrogationem
gratiosam, ut ibi *numer.* 4. *in decis* 728. *eadem part.* 2.
casus est omnino contrarius, cum ibi non veniret provi-
sus ad impediendam immissionem provisi, ut ibi, *num* 7.
in Lucana Majusculatus 7. *Junii* 1585. coram Orano *im-*
press. apud Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 471. uterque
provisus habeat subrogationem gratiosam, ut legitur ibi,
sub num. 4. *decis.* 431. coram bon. mem. Cocc. non tractat
de hoc articulo, quia ibi subrogatus gratiose fuit reje-
ctus ex, quo non constitit Beneficium fuisse litigiosum,
decisio *Ratisbonen. Canonicatus* 23. *Junii* 1617 coram Pi-
rovano, favet subrogato, & tandem *Tarentina Canonica-*
tus impress. par. 3. *rec dec.* 366. *n.* 2. non tractat de concur-
su subrogati jure proviso, sed in casu illius *decis.* ambo
competitores habebant simplicem provisionem Aposto-
licam: neque adversari visa fuit eadem *dec.* Buratt. 842.
dum sub *n.* 3. distinguit, quod subrogatus potest prævale-
re simplici proviso, si ambo peterent immissionem; im-
pedit vero immissionem subrogati a proviso quatenus hic
possideat: quam distinctionem sequitur etiam Lotter. *de*
re Benef. lib. 2. *quæst.* 20. *num.* 217. & amplexa esse vide-
tur Rota *decis.* 366. *sub num.* 2. *part.* 3. *rec. & in Civita-*
nen. Benef. 4. *Martii* 1633. *in* §. *non enim obstat* coram Mot-
manno; nam DD. conciliando decisiones, quæ hinc in-
de afferebantur, considerabant, quod simpliciter provisus
absque subrogatione, si possideat vigore Litterarum Apo-
stolicarum, & facto Executoris, hoc casu, quia Execu-
tor non potest procedere, nisi justificatis Litteris, resultat
præsumptio justificationis Gratiæ, ac tituli possessoris,
Rota *in rec. dec.* 197. *nu.* 3. *par.* 2. justificata vero Gratia
ea relevans apparet, & tunc licet non sit consimilis, tamen
impedit viam executivam, ita ut ordinarie procedendum
sit, juxta doctrinam Bartoli *in l. fin.* §. *his autem*, *num.* 21.
vers. aut comparet aliquis, *C. de Edicto Divi Adriani tol-*
len. Modern. Roman. *de re Benef. dict. lib.* 2. *quæst.* 20. *sub*
n. 217. & bene distinguendo declaravit Rota *dec.* 711. *sub*
n. 2. *par.* 1. *& dec.* 366. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* coram Cocc.
decis. 340. *n.* 3. *& in dicta Civitaten. Benef.* 4. *Martii* 1633.
in dict. §. *non enim obstat*, coram Motmanno, & in his præ-
cisis terminis loquitur *decis.* Buratt. 842. in qua totum,

fundamentum faciebat informantes pro Christophoro, nam in casu illius decis. provisus Apostolicus, licet absque subrogatione, tamen possidebat facto Executoris, & in principio ibi: provisio Apostolica executa, & *n.* 4. ibi: Gratia autem Matthæi præsumitur justificata, quia executa.

111 Verum attende, quod Eminentissimus hic Princeps loquitur in terminis subrogationis gratiosæ, in qua concurrit diversa ratio; nam in subrogatione hac gratiosa, ut dicemus, Principis, seu Papæ authoritate possessio defuncti censetur translata in subrogatum, nec in subrogato est nova possessio, sed continuata a defuncto in successorem ad instar possessionis Testatoris, quæ vigore statuti in hæredem continuatur; & ideo nihil mirum si ut impediatur subrogato immissio, non satis erit qualibet possessio colorata etiam titulo Apostolico, sed opus erit ut contradictor possideat titulo simili subrogationis gratiosæ: hac enim ratione fulcitur decisio illa apud dictum Eminentissimum Dominum, ut legitur *ibidem n.* 17.

112 Imo, & dici potest quam etiam in terminis subrogationis gratiosæ cum adest possessor cum titulo valido agendum sit ordinarie, & quod tunc possessio titulata & immissionem, & viam impedit executivam, quia tunc gratiosa subrogatio operatur suum effectum celerem, & subitaneum, ut ita dicam, authoritate Principis transferendo possessionem in subrogatum, quando nullo alio tempore alteri est jus quæsitum, ac si alteri quæsitum jus fuerit antequam fuerit obtenta, tunc talem effectum non operatur, nec transfert possessionem, quia authoritas Principis non potest operari, cum possessio revera est apud alium; eo enim casu dici non potest quod possessio continuatur a prædecessore in subrogatum successorem, cum fuerit altero occupata, & interrupta, pro ut latius (Deo dante) suo loco dicemus, quare possidentem vigore provisionis in forma dignum jam justificatæ, & executæ impedire viam executivam etiam gratiose subrogato, tenet Spada
113 *cons.* 54. *per totum tom.* 2. nam sufficit secundum Spadam, quod habeat provisionem Apostolicam, & videnda erit etiam *decis.* 71 *s. part.* 1. *recent.* quod etiam clare videtur admittere idem Eminentissimus Cardinalis Othob. *in dict. decis.* 154. *numer.* 24 ibi, nam DD. conciliando decisiones, quæ nuper supra retulimus 186. *num.* 4. ibi, quo casu Gratia justificata, licet dissimilis speciei relevans appareat, impedit viam executivam, requirit tamen ibi hic maximus Jurisperitus, ut possessio data ab executore sit rite & recte data; secus si nulliter, & injuste, prout supra notavimus.

114 Benigne Lector hactenus cumulata celeriter vidis, & longe absens a multitudine librorum ad scribendum necessaria, & privatus usu illorum librorum, quos commodatos habui a meo amantissimo Consiliario, quos iidem restitui, ne in illis executionem pateret, quam injuste jactant pensionarii mei, ita Deo placet, ita & nos placitum habemus. Quid ego sentiam in hac tam ardua materia mox apparebit: sed antequam inane hoc meum prodeat judicium liceat mihi aliqua annotare, in primis, quod aliud est quærere, quando impedire, & retardari possit immissio Apostolico proviso per comparitionem contradictoris; aliud vero quando impediri possit, & retardari via executiva debita proviso Apostolico per comparitionem contradictoris, ita ut agi nequiquam possit amplius judicio executivo, sed ordinaria via negotium terminandum, unum enim ab altero differt; nam potest esse, quod compareat aliquis, opponens contra provisum Apostolicum, & impediat ei immissionem ad Beneficium, verum non alterata via executiva, sed illa retenta de juribus petentis immissionem, & opponentis cognoscatur, & potest contingere, quod per comparitionem contradictoris non solum impediatur immissio, sed etiam via executiva, & judicium executivum fiat ordinarium; hæc enim non sunt invicem confundenda: sicuti potest dari, quod quis sit contradictor, & non sit possessor, licet omnis possessor etiam dicatur contradictor, quod ex dictis jam abunde patet, & notavit Amayden *dict. cap.* 5. *num.* 15. ut enim dicatur contradictor sufficit, ut de jure suo doceat, juxta *decisionem* 59. apud Posthium, *&* 360. apud Rub. *tomo* 1. & quod habeat jus ad impediendum alterius Gratiam, seu immissionem ab altero petitam, quod notant omnes *d. l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo*, Marches. *par.* 1. *c.* 1. *de commiss. appellationis ab Executore Brevium, & Litterarum Apostolic.* & alii.

115 Item reminisci oportet ejus quod supra diximus in hoc eodem capite, quod proviso Apostolico competit immissio ad instar *l. finalis C. de edicto Divi Adriani tollendo*, data tamen justificatione Litterarum, Rota *dec.* 319. *n.* 1. *par.* 11. ante quam justificationem immissio nullatenus competit, cum Gratia non sit completa, sed potius inanis remanet, nec aliquem effectum habere potest, Rota *par.* 10. *recent. dec.* 133. *n.* 12. ideo sequitur, quod tituli paritas non sit metienda ex consimilitate nominis, vel alterius rei, sed negotium hoc totum a justificatione dependet, a qua Litteræ executionem paratam sortiuntur; omnes enim provisiones Beneficiorum, quæ a Papa conceduntur, ab uno eodemque fonte procedunt, quo concedente non est cur uni, quam alteri debeatur major, vel minor executio celeris, una quippe, & eadem est persona concedens utrasque provisiones; idan omnes provisiones respectu concedentis paratam, & celerem habere executionem, prout optime fuit consideratum in c. *si quando de rescriptis*. At quandoque: quia provisiones non sunt puræ, sed conditionatæ, & aliquid aliud desiderant adimplendum, ut executioni demandari possint, quia vel sunt in forma dignum, vel quia sunt fundatæ in reservatione, de qua uti de Gratiæ fundamento constare debet concludenter, ac propterea egent hac justificatione ex parte ejus, cui Gratia est facta, antequam justificationem, & purificationem nihil inesse ponunt, nec executionem paratam consequenter habere possunt, imo necdum facta Gratia dicenda est, sed solum in fieri, seu facienda ab Executore, verificatis prius expositis. Unde sequitur clare, quod par, & similis non dicitur Gratia, cum una sit justificata, vel justificatione non indigeat, altera tamen justificatione egeat, quam nondum consecuta est. Igitur similitas, vel dissimilitas, paritas, vel imparitas a justificatione metienda, & regulanda est, non aliunde ut inde possit cognosci, an immissio petenti impediri possit ab altero; siquidem in jure habemus, quod creditum liquidum non potest ab illiquido retardari, & in executivis omnibus judiciis non retardatur ejus via per oppositionem ejus, quod liquidum, & executivum est; videmus enim, & in jure certum est, quod instrumento liquido præsentato, quarantigiato, vel obligatione Camerali vallato, ejus effectus non retardatur, nec via impeditur per oppositionem alterius instrumenti, quod tale non habet privilegium, vel liquidatione indiget, vel si opponatur aliqua exceptio indaginem requirens altiorem, vel rejicitur, vel de ea retenta eadem judicii natura summarie cognoscitur.

His præmissis, puto distinguendam totam hanc materiam in duos articulos principales; primus cum 116
concurrit provisus Apostolicus cum proviso ab Ordinario; secundo cum concurrunt duo provisi Apostolici: & quemlibet articulum dividimus in duos casus, quorum primus est cum uterque concurrat, & petat immissionem nullo existente possessore; secundus cum unus tantum petit immissionem, altero possessore existente, & in singulis primo videndum est, quando tantum immissio retardatur, & impeditur per contradictoris comparitionem; secundo quando non solum immissio impeditur, sed etiam judicii natura alteratur, & de executo fit ordinarium, itaut inter agentem, & opponentem, non executive, sed ordinarie procedendum. Incipia- 117
mus ergo a levioribus, nempe a primo articulo cum concurrit provisus ab Ordinario cum proviso Apostolico, & ambo petunt immissionem, quia neuter possidet, videndum est ex quo supposito venit provisus Apostolicus; si enim venit ex supposito reservationis: quia scilicet Papa contulit Beneficium tanquam reservatum, & reservatio sit clara, & indubitata, adeo ut provisio facta ab Ordinario evidenter appareat nulla, & sumus extra omne dubium; nam tunc nec immissio impeditur proviso 118
Apostolico, nec via impeditur executiva, quia hic ab Ordinario est male provisus, & habendus non erit uti contradictor etiam ad effectum duntaxat impediendi immissionem; non enim sunt vexandi bene provisi a Papa a calumniatoribus, & male provisis ab Ordinario, ut bene ponderavit Amayden *loco cit.* & hoc patet clare ex hactenus allegatis Rotæ *decis.* & Doctoribus, præsertim 36 e. apud Farinac. *tomo* 1. *posth. & in Colonien. Canonicatus* penes Rub. *tomo* 1. *decis.* 34. & a fortiori hoc dicunt omnes illæ Rotæ decisiones, quæ dicunt, quod tunc provisus ab Ordinario existens in possessione, impedit viam executivam, cum reservatio non est clara, ut docet de titulo relevante, alias existens clara, nec possessor est legitimus contradictor, nec impedit viam executivam, ut *decis.* 532. *par.* 2. *recent.* & in aliis allegatis supra,

pta, quibus adde *decisionem* 88. *numer.* 21. *&* 22. *part.* 8.
recent. nec ipse se potest facere legitimum contradictorem
comparendo, & opponendo, quia habens titulum nul-
lum, & invalidum, ut esset hoc casu, esto quod cite-
tur, nec se facere potest legitimum contradictorem ad ef-
fectum impediendi immissionem, & quod Executor eva-
dat mixtus, Rota apud Merl. *decis.* 483. *num.* 3. *&* 4. Ro-
ta *decis.* 263. *num.* 12 *part.* 11. *recent.* item Rota apud Ar-
guelles *decis.* 74. *num.* 12. quia tunc citatio non est volunta-
ria, sed necessaria ut Belt. ad Buratt. *decis.* 746. *num.* 22.
quę loquuntur in fortioribus terminis provisionis Aposto-
licæ, & talis oppositio omnino erit spernenda, quia pro-
visio nulla, prout deciditur in decisione 28. p. 11. *rec.* sic
dec. apud Bichium 647. *num.* 31. *&* 32. *&* 187. *numer.* 120.
280. *num.* 16. *&* 17. apud eundem; nunc stante clara re-
servatione nunquam provisus ab Ordinario potest impedi-
re immissionem proviso Apostolico: & quia tunc adest
etiam decretum irritans, & constat eum intrare, ut di-
ctum est supra, nec opus erit citatione provisi ab Ordi-
nario possidentis, etiamsi in Litteris provisi a Sede Apo-
stolica esset dictio, *Amoto, ut in d. dec.* 280. *n.* 4. *& decis.*
433. *n.* 3. *p.* 9. *rec. tom.* 2.

Quando vero reservatio, quæ fuit fundamentum pro-
visionis Apostolicæ redditur dubia, & controvertibilis,
tunc communis opinio est quod provisus ab Ordinario op-
119 ponens, & contradicens, impediat quidem immissionem,
sed non mutatur judicium executivum in ordinarium, sed
retento executivo videndum erit de juribus provisi ab Or-
dinario, quæ si fuerit valida non procedatur ad immissio-
nem provisi Apostolici, quia nunquam titulus solus Or-
dinarii absque possessione poterit efficere, ut ordinarie
agendum sit. Hanc sententiam aperte tenet Rota in deci-
sionibus supra allegatis, in quibus firmavit, quod provi-
sus ab Ordinario tunc facit cessare judicium, quando est
possessor, & ejus titulus relevans apparet reddendo turbi-
dam reservationem, alias non; hanc etiam Salgad. *loco
citat.* Cammerata, & alii citati, qui omnes concludunt,
quod solus titulus ab Ordinario habitus non facit legiti-
120 mum Contradictorem ad effectum agendi ordinarie, licet
sit talis ad effectum impediendi immissionem in judicio
executivo; cessante enim notorietate reservationis, tunc
provisus ab Ordinario impedit immissionem, & judicium
executivum cum possidet, Rota *in d. dec.* 280. penes Bi-
chium, Coccinus autem *in annot.* 220. *num.* 4. dicit, quod
cum quis non possidet absque titulo, tunc opposita contra
reservationem cum requirunt altiorem indaginem, non
debent retardare immissionem.

Sed contra dici potest: judicium executivum est debi-
tum provisionibus Apostolicis post justificationem, nec
121 antea incipit; cum vero redditur turbida reservatio, quæ
est fundamentum talis provisionis, Litteræ, seu provisio
Apostolica non est tunc justificata, & consequenter via
executiva non adhuc fuit aperta; ergo si antequam judi-
cium executivum incipiat vires habere, compareat contra-
dictor, opponens, & docens de jure suo relevanti, & ti-
tulo valido, erit agendum via ordinaria, & non executi-
va, quia hæc nondum incœpit ob defectum justificationis
provisionis: & cum redditur dubia reservatio, sive in ju-
re, sive in facto, tunc fit ordinarie, & tunc executive
cum de reservatione liquido constat, Cammerata *d. resp.*
19. *n.* 32. *Sed* respondetur, quod judicium ipsum justifica-
tionis Litterarum Apostolicarum est Summarium, & exe-
cutivum, & tunc fit ordinarium quando opponitur exce-
ptio per legitimum Contradictorem habentem parem titu-
lum, ut dicit Salgadus *in c.* 13. *de regia protectione.* Com-
muni tamen DD. opinione receptum est, quod solus titulus
ab Ordinario habitus absque possessione nunquam faciat
legitimum Contradictorem ad effectum agendi ordinarie,
Rota *par.* 10. *recent. dec.* 327. *n.* 14. sed solum ad impedien-
dam immissionem, ut ait Salgad. *d. c.* 34. *sub n.* 91. sed vi-
de Coccinum *loco cit.* Ut tunc cum non probatur reserva-
tio, immissio certe erit danda proviso ab Ordinario, quia
non censetur quod Papa voluerit præjudicare Ordinario,
nec concurrere cum eodem Ordinario, vel illum præ-
venire, optime dictum fuit in *decis.* 590. *part.* 2. *recent.* si-
cuti si concurrunt provisus ab Ordinario, & provisus
Apostolicus, sed in forma dignum, & nondum Exe-
cutor hujusmodi provisionem purificaverit, hæc pro-
visio Apostolica nondum justificata, & executa, non
excludit, nec impedit provisum ab Ordinario, Rota in
Pistorien. seu nullius Beneficii 18. *Decembris* 1634. co-
ram Dunozetto, apud eundem *tomo* 1. *dec.* 367. *n.* 26.

Alter casus est, cum provisus ab Ordinario reperitur 122
in possessione, & se opponit petenti immissionem ex
provisione Apostolica; & tunc dicendum est, quod si
clara, & indubitata sit reservatio, super qua fundatur A-
postolica provisio, tunc nec impedit immissionem, ne-
que per talem contradictionem mutatur judicium execu-
tivum, quia mali provisi non sunt confovendi in eorum
illegitima possessione: sed fatua erit si tunc citetur, quia 123
hic est vere intrusus, nec contradictoris officium sume-
re potest, & per consequens non potest impediri immis-
sio, Salgad. optime *dict. cap.* 34. & melius 198. Camme-
rata *dict.* part. 2. *resp.* 19. *numer.* 36. *&* 38. *& respons.* 17.
num. ..... *eadem part.* 2. nihil enim tunc tribuit possessio
habita ex titulo Ordinarii: quia existente clara reservatio-
ne intrat decretum irritans, quod enervat possessionem,
optime in *dict. decis.* 302. penes Rub. *part.* 4. *tom.* 2. *&* 124
apud Garz. *decis.* 112. *numer.* 17. *&* 20. apud Posthium *de-
cis.* 69. *post tractat. de manutenendo*, Rota *recent. part.* 11.
decis. 28. *a numer.* 7. immo ut supra dictum fuit, tunc nec
citandus intrusus cum clara existente, & indubitata reser-
vatione nulla competit defensio, juxta decisionem Rotæ
in *Valentina Rectoria* coram Bichio 124. *a numer.* 27. *cum
sequenti part.* 11. *recent.* & apud Dunozett. 666. *numer.* 9.
10. *&* 11. *&* 697. *numer.* 27. *&* 28. quæ decisiones licet sint
in terminis gratiosæ subrogationis, tamen eadem est ratio
in aliis provisionibus Apostolicis fundatis super reservatio-
ne, & remanet clara reservatio, quæ deducitur ex regu-
la reservatoria mensium, quamvis Ordinarius habeat al-
ternativam; nam non sufficit illam acceptasse, nisi quoque
probetur resedisse per totum mensem reservatum ab initio,
Rota apud Peutinger. *decis.* 87. Igitur quando reservatio
est clara, sive possideat, sive non provisus ab Ordinario
immissio non denegatur proviso Apostolico, ut in dictis
decisionibus, & apud Manzanedum *decis.* 225. *numer.* 4.
& 5. & ita procedit *decis.* penes Peutinger. 320. in qua
dictum fuit, provisum ab Ordinario etiam cum possessio-
ne non esse legitimum contradictorem, cum Ordinarius
contulit Beneficium lite pendente, quia per litem sunt li-
gatæ manus Ordinarii; nam ut possessor sit legitimus con-
tradictor requiritur, ut habeat fomentum alicujus tituli
validi.

Sed si dubia reddatur reservatio sive in jure, sive in fa- 125
cto, & opponens possessor docuerit in continenti de suo
titulo relevanti, tunc quamvis titulum habuerit ab Ordina-
rio ratione cujus possideat, non solum impedit immissio-
nem, sed etiam tunc ordinarie erit agendum, quod non
semel admisit Sacra Rota, *ut in decisionibus supra allegatis
præsertim* 392. apud Farinac. *tomo* 1. *posth.* 523. *part.* 2.
recent. apud Buratt. 291. *numer.* 6. *&* 888. 171. apud Rub.
tom. 1. *part.* 2. 585. *nu.* 3. *&* 66. *par.* 5. *recent.* apud Carill.
112. & iterum apud Rub. *tomo* 3. *dec.* 225. *num.* 19. 20. *&*
21. *& decis.* 302. *part.* 4. *tomo* 2. apud Royas 269. *&* 346.
& in d. dec. 88. *p.* 7. *rec.* & ita Campanilis *rub.* 11. *c.* 13. *n.*
229. optime Salgad. *d. cap.* 34. in multis locis, præsertim
num. 143. *&* 144. & alibi sæpe, Posthius *de manutenendo
observ.* 46. *a num.* 18. *& observ.* 71. Amayden. *dict. c.* 5. *n.*
78. Cammerata *d. res.* 19. *n.* 39. & alii passim. Coccinus *in
annotationibus decisionis ann.* 220. *num.* 3. ubi dicit, quod
si reservatio redditur turbida non debet dari immissio; ubi
enim deficit notorietas reservationis quilibet titulus colora-
tus efficiet, ut possessor dicatur contradictor juris, & im-
pedit, Amayden *loc. cit.* ut enim obtineat provisus Apo-
stolicus, debet probare clare reservationem, alias cum du-
bia redditur, succumbit, & provisus ab Ordinario absolvi-
tur, Rota apud Eminent. Celsum *dec.* 19. latissime agit Po-
sthius *observ.* 46. *ubi num.* 18. ait quod dum exquiritur an
reservatum sit, manutenetur possidens. Vide Salgad. *loco
cit. num.* 122. & ita procedit decisio Rotæ apud Bichium,
quam vidi post absolutum opus hoc 635. *n.* 10. ubi dicitur 126
provisus ab Ordinario, & possidens sit legitimus Contra-
dictor, & ibi allegatur decisio apud Cocchin. 431. in qua
nu. 4. dicitur, quod contra provisum ab inferiore collato-
re, & possidentem non potest agi executive, sed ordina-
rie agendum est, & ille obtinere debet qui potiora jura ha-
bet, vel probaverit, & optima est decisio apud Peuting.
226. *n.* 5. *cum seqq.* & alia apud Manzanedum 225. *nu.* 5. in
qua dicitur, quod cum datur fumus contra reservationem,
vel agitur ordinarie, vel suspenditur judicium donec pos-
sessor extrahat jura sua.

Debet tamen tunc possessor producere titulum suæ pos- 127
sessionis coram Executore antequam immissionem de-
cernat, seu antequam pronunciet definitive, in quo o-
mnes

mnet Doctores conveniunt, Rota *in Placentina* coram Se-
raph. 18. *Aprilis* 1578. apud Marchef. *part.* 1. *de commiss.*
fol. 350. *& in dict. decis.* 585. *num.* 31. penes Rub. *tom.* 1. *par.*
2. Rota *part.* 2. *recent. decis.* 292. *nu.* 3. Campanilis *d. cap.*
13. *n.* 231. *&* 232. Salgad. *dict. cap.* 34. Tond. *part.* 3. *cap.*
166. *n.* 17. 27. nam cum titulus possessoris, ut impediat,
& agendum sit ordinarie, oporteat quod sit validus, seu
coloratus, sive relevans, de hoc minime cognosci pote-
128 tit si non exhibeatur; sufficiet tamen demonstrare extrin-
secam tituli validitatem, & quod processit ab habente
potestatem, cum reservatio non est clara, juxta doctri-
nam Pereg. *de fideicom. art.* 48. *n.* 21. & Aponte *decis.* 20.
& in puncto notavit Amayden *loc. cit.* talem enim osten-
dere tenetur, ut in concursu cum proviso Apostolico ipse
esset immittendus in allegatis decisionibus, & in *Valenti-*
129 *na Decanatus seu Canonicatus* 5. *Junii* 1637. coram Cocc.
vers. hoc tamen intelligendum est, quæ habetur *p.* 7. *recent.*
decis. 225. & in *decis.* 28. *n.* 13. *&* 24. *part.* 11. *recent.* pro
ut esset, quando provisus prætextu reservationis illam
non probaverit, ut nuper dictum est; cum vero titulus
ab Ordinario habitus est notorie nullus, certum est quod
possessor vigore illius non est legitimus contradictor, Ro-
130 ta apud Dunozettum *decis.* 956. *num* 17. *& part.* 10. *decis.*
263. *n.* 10. *& dict. decis.* 28. *part.* 11. *recent. & decis.* 71. *nu.*
31. 132. *part.* 11. *recent.* & in aliis allegatis supra. Sed for-
titer urget doctrina Ludovis. 335. *num.* 17. in qua dictum
fuit, quod per oppositionem possessoris non mutatur ju-
dicii natura, sed retento executivo evadat Judex: sed
responderi potest, quod judicium executivum durat quous-
que cognoscatur, an exceptio seu consimilis oppositio sit
relevans, ipsa enim relevante inventa mutatur in ordi-
narium,

131 Dubium tamen potest esse in terminis gratiosæ subro-
gationis, an provisus ab Ordinario possessor impediat im-
missionem subrogato gratiose, & sit agendum ordinarie,
Equidem Sacra Rota videtur expresse tenere, quod hic
possessor tali titulo innixus non impediat immissionem
subrogato gratiose, nec viam executivam, apud Mill.
decis. 14. *&* 58. apud Rub. *tomo* 1. *decis.* 34. *& decis.* 66. &
omissis aliis decisionibus, apud Eminent. Othob. *d. decis.*
154. *num.* 29. Ubertus *de citat. cap.* 2. *nu.* 60 *&* 61. Camme-
rata *ref.* 17. *num.* 2. *tomo* 2. qui dicunt, quod hoc esset in-
conveniens.

132 At liceat mihi in contrarium arguere ita: Subrogatio-
nis gratiosæ totale fundamentum est reservatio, seu affe-
ctio Beneficii, absque qua non potest concedi, & illa de-
bet esse clara, & indubitata; habens enim hanc provisio-
nem, ut immitti possit in possessionem Beneficii tria siqui-
dem probare debet, reservationem, seu litem in Benefi-
cio, obitum defuncti in possessione Beneficii, etenim
clericatum, & cum reservatio, vel affectio ita lucide non
apparet, subrogationis cessat Beneficium, atque ejus ef-
fectus frustratur, prout latius suo loco (Deo auxiliante)
dicemus, quod apud omnes est in confesso; ergo sequitur
clare, quod subrogatio gratiosa nihil confert in hac no-
stra materia, ac de ea judicandum sicuti de alia provisione
Apostolica; nam si reservationem, & affectionem subro-
gatus clare, & concludenter deducit, provisus ab Ordi-
nario possidens apparet illico intrusus, & male provisus,
& tunc nec impedit immissionem, nec mutat judicium
executivum, imo, ut nuper diximus, nec citandus,
juxta *decisiones* 124. *part.* 11. *&* 660. 697. apud Dunozett.
& adde Coccin. *in annotationibus Orani* 256. *n.* 22. *tomo* 1.
aut vero reservationem non elucidat subrogatus, vel pro-
visus ab Ordinario possidens illam turbidam reddit, & du-
biam (quod idem est) & tunc quia subrogationis vis non-
dum intravit, & certe immissionem omnino impediet,
& eo magis si provisus ab Ordinario fuisset possessor, an-
tequam subrogatio esset concessa; sed de hac re remitto
me ad ea quæ suo loco scripsi, ne absque proposito dicta
repetam, Coccin. *loc. cit. n* 21.

133 Sed quid si provisus Apostolicus reperiatur in possessio-
ne ex supposito reservationis, & venit provisus ab Ordi-
nario, quomodo tunc agendum? patet enim ex dictis,
quod ordinarie sit agendum.

Nota vero, quod cum provisus ab Ordinario, & pro-
visus Apostolicus sunt in possessione, & agitur in Judicio
possessorio, provisus Apostolicus debet concludenter
probare reservationem, quia alias in dubio sustinetur pro-
visio facta ab Ordinario, Rota *part.* 13. *rec. decis.* 480. *&*
part. 14. 302.

134 Hæc, cum concurrit provisus ab Ordinario cum provi-
so Apostolico ex supposito reservationis. Quid autem di-
cendum est, cum provisus Apostolicus venit, quia Papa
voluit concurrere cum Ordinario? quomodo tunc pro-
cedendum, & quando impediatur immissio proviso Apo-
stolico videndum est? Siquidem in hac re videtur, quod
militat diversa ratio; nam tunc utriusque provisi titulus
validus est, & provisos ab Ordinario in proprio mense
Papa agnoscit pro legitimis contradictoribus, Rota *d. de-*
cis. 585. *part.* 2. Rub. *tom.* 1. & alibi.

Pro hujus rei majori, & breviori dilucidatione præ- 135
mitti debet, quod habemus expressum textum in *cap. si*
a Sede, de præbendis in 6. in quo textu dicitur, quod si
a Sede Apostolica, vel Legato ipsius uni, ab Ordinario
alteri eodem die idem Beneficium conferatur, nec appa-
reat quæ collatio fuerit prima facta, erit potentior con-
ditio possidentis; si vero neuter possideat, is cui Sedes
ipsa contulit, vel Legatus propter conferentis ampliorem
prærogativam erit præferendus. Hæc textus: unde a con-
trario sensu recte deducitur, quod ubi apparet de ante-
riori data, ille erit præferendus, etiam si ab Ordinario
fuerit provisus.

Item reminisci oportet, quod cum Papa confert de 136
Beneficio non reservato, sed vult concurrere cum Ordi-
nario, semper apponit clausulam, *Dummodo de tempore*
data alteri non sit jus quæsitum; per quam clausulam, uti
diximus in *Capite de clausulis*, præservatur jus validum
alteri proviso quæsitum, etiam per collationem ab Ordi-
nario factam, & resolvitur provisio Apostolica, & nulla
remanet. Ad propositum igitur dubium respondeo,
quod cum concurrit provisus Apostolicus absque reserva-
tione, & provisus ab Ordinario pro immissione ad Bene-
ficium controversum, & neuter possidet, agendum est
executive, in quo judicio videndum est de juribus utrius-
que, & qui meliorem, seu anteriorem habet provisionem
immittendus in possessionem, communi attenta opinio-
ne; si enim anterior erit provisio ab Ordinario, provisio
Papæ cessat, stante illa clausula, *Dummodo alteri non sit*
jus quæsitum.

Sin vero provisus ab Ordinario fuerit etiam possessor, 137
eo magis præservatur ejus jus quæsitum, & tunc ordina-
rie erit agendum, Rota in *d. decis. Valentina Decanatus*,
& Canonicatus coram Coccin. ibi, quia fuit responsum,
quod licet, quando Beneficium non est reservatum, vel
alias affectum, & litigiosum, provisus ab Ordinario, si
possideat cum titulo regulariter est legitimus contradictor
ad impediendum processum executivum, Put. *decis.* 120.
lib. 1. corruit per doctrinam Bartoli *in l. fin. numer.* 21. *vers.*
aut compareat aliquis, *C. de edicto Divi Adriani tollendo:*
& ratio est, quia cessantibus reservationibus Ordinarii
habet parem potestatem conferendi, & Papa provisos ab
Ordinariis agnoscit pro legitimis contradictoribus, *cap.*
si a Sede de præb. in 6. Put. *decis.* 4 Sarnen. *decis.* 32. *inci-*
piente, *Si a Sede*, & fuit resolutum in causa *Elnen. Bene-*
ficii S. Salvatoris 16. *Decembris* 1602. coram bonæ memo-
riæ Penia: hoc idem habetur in *decis.* 225. *tom.* 3. apud
Rub. dummodo tamen provisus ab Ordinario exhibeat ti-
tulum talem, ex quo si non fuerit immissus, esset immit-
tendus ex dicto titulo, & in concursu cum proviso Apo-
stolico, aliàs provisus ab Ordinario possessor auditur in
judicio executivo, & si titulus non esset talis, ut ei debea-
tur, immissio danda erit proviso Apostolico, nec erit re-
tardanda causa sub prætextu appellationis, Rota *in dictis*
decisionibus allegatis, *præsertim* 225. *num.* 22. *& in dicta*
Valentina coram Coccino, & idem Coccinus *in annota-*
tionibus tomo 1. *annot.* 312. *a num.* 19. *& seqq.* alias si titu-
lus non sit sufficiens ad possessionem obtinendam; si il-
lam non habuerit, sufficit, ut ejus titulus discutiatur in ju-
dicio executivo, idem Coccinus *n.* 22.

Antequam vero ad alium articulum principalem de- 138
scendamus, notandum, quod cum petenti immissionem
ex provisione Apostolica occurrit præsentatus a compa-
tronis, tunc hic est legitimus contradictor ad impedien-
dam huic proviso immissionem ex sola præsentatione,
Buratt. *decis.* 212. *vers. quia sola præsentatio*, & eo potius,
quia provisio Apostolica habet illam clausulam, *dummodo*
de tempore datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum, Ro-
ta *in dict. decis.* 327. *num.* 14. *part.* 10. *recent.* & ut dicemus
suo loco excipiens de jurepatronatus facit cessare subro-
gationem gratiosam, seu executivam viam Brevis de ca-
pienda possessione eo modo, & forma, quibus suo loco
dicemus: sed videtur contra decisionem Buratt. 651. *n.* 6.

Cum vero præsentatus ultra præsentationem habuerit 139
etiam

etiam illius effectuationem cum institutione ab Ordinario, & possessione subsecuta sic fuerit possessus cum hoc titulo, idem dicendum erit, ac diximus supra de possessore cum titulo habito ab Ordinario, ut sic ordinarie sit agendum cum exhibet titulum coloratum, & relevantem deductum ex præsentatione, & institutione Ordinarii, qui habilis sit, & sufficiens in concursu immissionis ad præferendum, & immittendum præsentatum.

140 Tertius vero articulus principalis est, cum agitur inter duos provisos pariter Apostolicos, an scilicet, & quando impediatur immissio, & quando vero inter eos ordinarie agendum erit.

Primus casus est, quando uterque petit immissionem, quia neuter eorum possidet, & non semper immissio potest impediri illam petenti per alium provisum Apostolicum se illi opponentem, videndum est, & considerandum an provisiones, seu tituli sint æquales æqualitate tamen justificationis, respectu cujus præmisimus, dicendas esse pares, nam potest esse, quod una sit justificata, altera vero non; item quod ambæ sint justificatæ, vel quod neutra justificatione indigeat, & quod utraque provisio justificatione egeat.

Si enim concurrant duo provisi Apostolici, quorum unus habeat Gratiam justificatam, vel non indigentem justificatione, alter vero habeat Gratiam justificandam impedire possit immissionem habenti justificatam, & in quo judicio, Rota *in Suessana Beneficii* 20. *Maii* 1630. coram
141 Mormanno, apud Post. videtur tenere, quod non solum impediat, verum sit agendum judicio ordinario, & ibi concurrebat provisus gratiose cum proviso in forma dignum; prima enim provisio non indigebat justificatione, bene tamen secunda: sic etiam videtur tenuisse Salgad. *d. cap.* 34. *numer.* 171. Rota *in Melevitana Beneficiorum* 29. *Aprilis* 1641. coram Dunozetto, apud eundem 613. *num.*
142 1. tenuit, quod habenti Gratiam anteriorem justificatam non potest impediri immissio ad Beneficium ab eo, qui habet aliam provisionem Apostolicam, pro qua indiget probatione; ibi: Resolutum fuit Joanni Lucæ Hebeier non esse dandam remissoriam, & articulorum irrelevantiam; nam primi quinque articuli continent, quod Julius Cæsar Ceravaschinus provisus de quatuor Beneficiis, de quibus agitur, ortus sit ex matre infideli, ac patre adultero, quodque Beneficia Ecclesiastica Insulæ Melitæ ex indulto Leonis X. non nisi Clericis illius originariis conferri possint: qui quidem articuli fuerunt irrelevantes; quoniam adhuc facta tali probatione illa suffragari non posset ipsi Hebeier, quia cum ipse non exhibeat titulum novæ impetrationis certo modo, scilicet ob incapacitatem ipsius Caravaschini habentis Gratiam Apostolicam anteriorem, & justificatam, nec potest dici legitimus contradictor ad impediendam eidem Caravaschino adjudicationem dictorum Beneficiorum, juxta doctrinam Bartoli *in leg. final. num.* 21. *ad med. vers. quandoque quis venit*, *C. de edicto Divi Adriani tollendo*, Menoch. *de adipiscend. rem.* 4. *nu.* 181. Arguell. *de legitimo contradictore quæst.* 15 *art.* 6. *nu.* 203. Verall. *decis.* 329. *num.* 2. *part.* 1. Seraphin. *decis.* 357. *nu.* 1. Buratt. *decis.* 225. *num.* 8. Rota *decis.* 641. *nu.* 4. *part.* 4. *recent. in Melphien. Cantoria* 2. *Martii* 1546. coram Eminentissimo Othob. apud eundem 58. *nu.* 32. & 33. tenuit, quod Gratia certo modo nondum justificata non potest impedire immissionem, & executionem Literarum Apostolicarum simplici proviso, qui jam justificavit suam Gratiam. Hæc ibi, ubi allegatur *dec.* 700. *p.* 1. & 542. *nu.* 8. & 641. *part.* 4. *recent.* & iterum in *Hydruntina Canonicatus* 25. *Junii* 1645. coram eodem Eminentiss. Domino, apud eundem 187. *num.* 9. in qua provisus certo modo non fuit habilis ad retardandam executionem Litterarum Apostolicarum adversus alium primo loco provisus, qui jam justificaverat suam Gratiam, ut ibidem videndum est, & magis clare Rota *in Zamoren. Archidiaconatus* 2. *Decembris* 1647. coram eodem Eminentissimo Principe; & apud ipsum 130. *num.* 13. & 14. Præterea Gratia Melgaresii est in forma dignum, nec ipse est in possessione, & propterea licet hujusmodi Gratia censeatur pura quoad ejus substantiam; tamen respectu executionis Gratia est conditionalis, & antequam sit executioni demandata prævia justificatione habilitatis, & idoneitatis Malgaresii nihil ponit in esse, nec suffragari potest ad impediendam immissionem alterius pure, & simpliciter provisi, *Clem.* 1. *de concess. preben.* & ibi glossa *in verbo extet.* Rota *decis.* 160. *num.* 1. & 2. & *decis.* 665. *numer.* 4. *part.* 2. & *decis.* 339. *num.* 2. *part.* 4. *tomo* 3. & *decis.* 569. *num.* 26. *part.* 2. *recent.* ex provisione enim in forma dignum non resultat paritas tituli cum provisione in forma gratiosa, ut firmavit Rota *decis.* 542. *num.* 8. & *decis.* 641. *num.* 1. & 2. *part.* 4. *recent.* & *in dict. Alarien. Canonicatus* coram Celso, *p.* 11. *recent.* fuit dictum, quod subrogatio gratiosa in forma dignum non potuit impedire immissionem simplici proviso Apostolico, qui Gratiam justificaverat. Provisio vero Apostolica obtenta per cessum Antonelli cum gratiosa subrogatione in juribus illius, qui ex eodem capite vacationis, nempe assecutione incompatibilis pariter a Sede Apostolica provisus fuerat, cum emanaverit in forma dignum, quæ solum continet mandatum de providendo, ante illius justificationem nullum jus proviso tribuere potuit, Rota *decis.* 160. *num.* 1. & *decis.* 590. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & *decis.* 92. *numer.* 13. & *seqq. part.* 6. & late firmatum fuit in *Majoricen. Parochialis* 1. *Julii* 1643. coram Reverendissimo Salamantino, & *in Tridentina Parochialis* 5. *Decemb.* 1646. coram R. P. D. meo Cerro. Hæc ibi. Et quod tunc nec impediatur via executiva, sed ea retenta agendum est, & videndum de juribus opponentis, & contradictoris aperte tenuit Rota apud Burattum *decis.* 842. & ratio videtur clara: quia cum Literæ Apostolicæ, seu provisio fuit purificata, & justificata, jam incepit judicium executivum quod retardari non potest per eum, qui tale privilegium nondum habet, titulus enim qui eget justificatione, dicitur dissimilis ejus, qui non eget justificatione, & ideo non potest impedire immissionem huic, juxta *decis.* Buratt. 712. *sub num.* 3. & 342. *num* 7. & 8. & 161. *part.* 4. *recent.* sicuti diximus, quod judicium executivum debitum obligationi Camerali, vel instrumento quarantigiato non potest retardari per compositorem, qui producit instrumentum non quarantigiatum, vel non habentem parem obligationem in forma Cameræ. Hæc opinio videtur magis certa in
subrogato gratiose, cui non potest impediri immissio per 144
alterum simplicem provisum Apostolicum non habentem gratiosam subrogationem, cujus provisio indiget justificatione, Rota *in Zamoren. Archidiaconatus* 28. *Junii* 1647. coram Eminentissimo Othob. apud eundem *decis.* 122. *nu.* 17. & 18. Hanc vero immissionem Antonelli non posse impediri a Christophoro Malgaresio sub prætexto Apostolicæ provisionis DD. dicebant, tum quia de tali Apostolica provisione legitime non constat, prout necessarium est; tum etiam quia cum ipse jactet habere provisionem Apostolicam, non vero subrogationem gratiosam in possessione defuncti, non dicitur habere parem titulum, nec ideo impedire potest immissionem Antonelli, ut probant adducti per Reverendiss. Avenionen. *de legitimo contradictore dict. quæst.* 15. *art.* 3. *num.* 34. & *sequens.* & per Modern. Roman. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 216. Mantica *decis.* 71. *num.* 6. Rota *in recent. decis.* 542. *num.* 8. *p.* 4. & *dict. decis.* 34. *num.* 9. *part.* 5. & *in Compostellana Parochialis* 1. *Junii* 1648. coram eodem, apud ipsum 154. *num.* 12. 13. 14. & 15. ibi: Quia DD. animadvertebant, quod licet Christophorus habeat Litteras Apostolicas, & possideat, tamen non dicitur habere parem titulum, & aptum ad impediendam immissionem, & viam executivam, cum non sit gratiose subrogatus prout est Joannes; nam provisus Apostolicus contradicens immissioni alterius habentis subrogationem gratiosam nedum adducere debet titulum ex eodem fonte, cujus vigore si ageret, posset immissionem obtinere, Rota *decis.* 712. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* sed etiam parem titulum, & eisdem speciei, hoc est similem subrogationem Gratiosam, alioquin debet quidem de ejus titulo cognosci, sed non ideo impeditur immissio, aut via executiva a subrogatione gratiosa proveniens, ut bene declarat Modern. Roman. *de re benef. libr.* 3. *quæst.* 13. *num.* 75. Rota coram Mant. *decis.* 71. *num.* 7. coram Penia *decis.* 184. *num.* 5. & *decis.* 394 *num.* 14. coram Reverendiss. Urgell. *decis.* 430. *num.* 10. *in Tirasonen. Capellania* 13. *Martii*, & 7. *Aprilis* 1606. §. *nec potest*, coram S. D. N. *in Agrigentina Beneficii* 30. *Martii* 1611. *in* §. *neque etiam obstare* coram eodem, *in Ratisbonen. Canonicatus* coram bon. mem. Pirovano, *impress. par.* 4. *recent. decis.* 542. *num.* 7. & 8. *confirmata decis.* 641. *num.* 1. *in eisdem*, *in Colonien. Canonicatus Sanctæ Ursulæ*, coram Ubaldo, *impress. part.* 5. *recent. decis.* 34. *num.* 9. & 10. & *in Genuen. Canonicatus* 15. *Martii* 1624. coram eodem *in Civitaten. Beneficii* 26. *Martii* 1634. coram Mormanno, *in Vicen. Parochialis* 1. *Julii* 1643. *in* §. *tandem non obstat*, coram R. P. D. meo Bichio, & *in dict. Zamor. Archidiaconatus* 27. *Junii* 1647. §. *fin.* coram me allegata *decis.* coram Bichio, est apud ipsum 146. in qua *num.* 13. &

14. di-

74. dictum fuit, quod quando una Gratia est pura, altera vero conditionalis agatur executive, & non sit impedienda immissio habenti puram, quia Gratia conditionalis ante purificationem nihil ponit in esse; & quamvis ut sit censendus legitimus contradictor sufficiat probatio tituli, attamen titulus debet esse purus, vel purificatus, sic cum unus titulus est altero pinguior non impeditur via executiva, nec retardatur immissio ei, qui habet pinguiorem, Rota apud Peuting. *decis.* 64. *in princ. n.* 5. *&* 6. eadem ratione cum titulus posterior est nullus, quia subreptitius, non impedit immissionem, & judicium executivum, etsi esset cum possessione conjunctus, Rota apud Arguell. *dec.* 74. vel si nullus, quia tantum posterior, Rota *dec.* 281. *n.* 11. *p.* 1 1. *rec.*

145 Ad decisionem vero in *Suesana* respondetur, quod ibi agebatur de Beneficio de jurepatronatus, quod ab utroque contradictore fuit impetratum cum derogatione Jurispatronatus pro medietate cum clausula, *consenso de jurepatronatus*, & non solum alter provisus se protestavit, sed etiam compatroni; & licet unus habuerit provisionem in forma dignum; attamen utraque provisio indigebat justificatione respectu jurispatronatus, & sic ibi fuit casus in quo utraque provisio egebat justificatione, & sic sunt tituli pares, & tunc intrat etiam *decis.* 34. *part.* 10. *recent.* in qua ex ipsa lectura apparet, quod tituli erant pares, & in *dec.* 315. apud Dunozettum etiam erat paritas, quia Gratiæ erant justificatæ: nunc tamen adest paritas titulorum, cum unus Gratiam justificatam habet, vel non indigentem justificatione, alter vero habet provisionem, seu Gratiam justificandam.

146 Sed quid dicendum vice versa, an Litteræ justificatæ impediant viam executivam habenti provisionem, quæ justificatione indigeat; videtur dicendum, quod habens Gratiam justificatam non solum impediat immissionem huic proviso, cujus Gratia indiget justificatione, sed etiam viam executivam, Rota *decis.* 711. *part.* 1. *recent.* *&* 728. *part.* 2. in qua subrogatus impedivit viam executivam simplici proviso, *&* 336. *part.* 3 *recent.* apud Cocchin. *decis.* 347. apud Buratt. *decis.* 842. & apud Eminentiss. Othob. 156. *n.* 4. ibi: quo casu Gratia justificata, licet dissimilis speciei dum relevans appatet, impedit viam executivam, *&* 154. *num.* 26. apud eundem, & in *Civitaten. Beneficii* 4. *Martii* 1633. §. *vero non obstat*, coram Merlinno; & ratio videtur clara, quia cum provisio justificatione eget, & judicium executivum non est cœptum, ideo ejus causa agenda est judicio ordinario.

147 Imo reperio in *dict. decis.* 728. quod dicitur justificata provisio, ut sit ea illa provisus legitimus contradictor ad impediendam viam executivam ei, qui habet Gratiam justificandam exhibetur processus factus ab Executore, ex quo apparet de justificatione: Verum ei, qui habet Gratiam justificatam non erit retardanda, sed danda immissio juxta superius dicta; sic dixit Coccinus *in dict. annot.* 256. quod cum concurrit unus, qui habet Gratiam in forma ordinaria, & alius subrogationem gratiosam, tunc qui habet Gratiam in forma ordinaria non sit legitimus contradictor, sed sit procedendum ad executionem gratiosæ subrogationis; sed adverte, quia videndum est, quando sit Gratia in forma ordinaria, an indigeat justificatione.

148 Si vero ambo provisi habuerint Gratiam justificatam, vel non indigentem justificatione, tunc certum est, quod unus alteri immissionem impedit, quia uterque dicitur legitimus contradictor alterius, quia ambo habent parem, & titulum consimilem, quod sufficit, ut dicatur legitimus contradictor; hoc non semel canonizavit Sacra Rota, & omissis ea condicto pluribus ejusdem Sacræ Rotæ decisionibus, una allatas optime in *Aquilana jurispatronatus* 18 *Junii* 1649. coram Melzio *numer.* 15. *part.* 10. *recent. ibi dec.* 327. ibi: Fortius id procedit, dum Joannes Cassinus ultra præsentationem patronorum ostitur pari titulo consimilis provisionis a Sede Apostolica obtentæ, quo casu dubitari non potest, quin dici possit legitimus contradictor ad impediendam immissionem alterius provisi Apostolici, ut per Bartolum *in l. fin. n.* 21. ibique alios communiter, *C. de edicto Divi Adriani toll.* Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *num.* 58. Modern. *de leg. contrad. qu.* 2. *n.* 143. *& num.* 183. Mohedan. *decis.* 3. *ut lite pendente*, Rota coram Gregorio XV. *dec.* 221. *num.* 3. *& in rec.* 362. *n.* 1. *par.* 3. *& decis.* 400. *num.* 14. *part.* 4. *tomo* 2. *& decis.* 34. *num.* 10. *part.* 5. *& in Lucana Canonicatus* 1. *Julii* 1647. coram Rev. P. Dom. Royas, *Paragrapho ac Petrum Lampertum.*

Dubium vero est, an executive, vel ordinarie erit agendum; & videtur dicendum, quod ordinarie sit agendum, quod probatur ex *decis.* 197. *part.* 2. *recent.* ubi concurrentes duo habentes subrogationem gratiosam, seu habentes titulum ejusdem speciei, dictum fuit, quod ordinarie erat agendum, & idem apud Mantic. *decis.* 71. & apud Ludovis. *decis.* 46. Mohedan. *dict. decis.* 5. *sub num.* 2. *vers. sed tum restituetur*, *& decis.* 13. ibi, & fuit prætensum *sub titul. ut lite pend.* apud Buratt. 842. *num.* 2. & apud Duran. 330. *num.* 9. *&* 10. *& in dict. Lucana Majusculatus*, apud Marches. *in fin. &* 39. *tom.* 1. apud Rubeum, & elatissime dicitur in *Leodiens. Præpositura part.* 10. *recent. decis.* 34. cujus verba supra retulimus, in qua firmatum fuit, quod cum adest provisus Apostolicus ante immissionem alterius provisi Apostolici, & ambo agunt remedio adipiscendæ, agendum sit ordinarie, & in *Paduana Beneficii* apud Dunozettum, cujus verba supra retulimus, & fuit ductrina Arguell. *quæst.* 2. *artic.* 1. *numer.* 45. & alibi, ac Salgadus *dict. capit.* 34. *in pluribus numeris*, *præsertim num.* 99. 170. & alibi. 149

Sed contrarium fortiter urget illa Doctorum sententia, quæ tenet tunc vigore *leg. final. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, agi posse ordinarie, cum ultra titulum similis speciei, & titulum ab eodem fonte productum concurrit etiam possessio, ita ut solus titulus non possit mutare naturam judicii executivi; insuper in multis decisionibus, ea nuper supera adductis cum titulo pari, seu similis speciei fuit juncta etiam possessio, ut videre est in *Lucana Majusculatus*, *& in decis.* apud Durandum 430. & etiam in decisionibus apud Othob. quibus adde *decis.* 73. *numer.* 9. *part.* 13. *recent.* & alibi. Sed in contrarium aliæ Rotæ decisiones indicant ordinarie agendum, cum concurrunt duæ provisiones similes, & a fortiori ordinarie erit agendum, cum provisiones Apostolicæ ambæ indigent justificatione; nam si agendum erit ordinarie, cum sunt justificatæ, & uterque provisus agit possessorio, eo magis cum sunt justificandæ, quia tunc nundum intravit vis judicii executivi: Sed tu amice Lector cogita, & perpende quid sit tenendum, & semper dicerem, quod ordinarie sit agendum. 150

Secundus casus est, cum non ambo concurrunt ad immissionem, sed unus possidet, alter vero immissionem petit, & tunc si petenti immissionem se opponat possessor cum titulo Apostolico tenendum est, quod hic possessor cum titulo Apostolico Executoris tamen facto, quia tunc præsumitur, quod Executor immiserit in possessionem provisum Litteris justificatis, & quod possessio sit rite, & recte capta, licet titulus sit dissimilis, & dispar, non solum impedit immissionem alteri proviso Apostolico, sed etiam via ordinaria agendum est, etiam si qui petit immissionem habeat subrogationem gratiosam; optime in decisionibus citatis, præsertim in *d. dec.* Eminentissimo Othob. 154. 180. *&* 186. & apud Burat. 842. latissime Salgad. *loco citato*, & alij supra citati, præsertim Amayden *d. cap.* 5. qui affert *decis. in Vercelli Capellania* 14 *Martii* 1622. coram Ubaldo, in qua aliæ etiam citantur. Requiritur tamen, ut dictum est supra, quod possessio sit rite, & recte capta, seu quod Executor processerit juris ordine servato, & non nulliter, ut in dictis decisionibus apud Eminentiss. Othob. Ludovis. *dec.* 206. *num.* 6. *&* 7. Spada *cons.* 60. *n.* 9. *&* 55. 151 152

Et debet esse capta vigore tituli Apostolici; nam si possessionem ceperit quis vigore tituli ordinarii invalidi, licet postea obtineat titulum Apostolicum, dum tamen possessionem cepit vigore primi tituli invalidi ab Ordinario habiti, tunc non potest retardari immissio alteri proviso Apostolico, quia illa possessio non fuit capta vigore tituli Apostolici de manu Executoris, quo casu præsumitur justificata: titulus autem Ordinarii, cum sit nullus non prodest, optima est decisio in *dict. Alarien. canonicatus* coram Celso, *part.* 11. *recent. decis.* 28 & titulus debet esse validus, & ut in concursu vigore ejus debuisset dari immissio, ut sæpedictum est supra, & ultra decisiones allegatas, Rota in *Guditen. præstimonii* cor. Arguell. 2 *Decembris* 1648. *part.* 10. *recent. decis.* 263. *num.* 9. *&* 10. quæ est 74. apud ipsum, quam supra attulimus, & sufficiet si sit provisus a Nuncio Apostolico, & possideat; nam etiam impedit immissionem, Rota in *Abulen. Beneficii* 25. *Junii* 1657. coram Zarata apud ipsum 126. *num.* 2. 3. *&* 4. ubi conciliantur decisiones. 153

Hactenus cumulata videntur mihi dicenda in hac materia legitimi contradictoris, quando scilicet impediat im-

diat

diat immissionem, & quando judicinm mutare possit.

154 Noranda tamen sunt multa, & primo quod quando apponitur in Litteris illa clausola, *amoto quolibet illicitu non tamen a nobio*, operatur, quod qmlibet possidens ab alio, quam a Papa provisus non sit legitimus contradictor, Spada *conf.* 40. *num.* 2. *tomo* 2. contra tamen provisos Apostolicos possidentes nullmenus execotive est procedendum, Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 155. *num.* 5. & ex uberiori via executiva atiam si Litteræ foerim male expeditæ, & sic non attenditur validitas titoli, Caval. *decis.* 38. *nu.* 2. & 3. Ubert. *de citat. cap* 2. *n.* 56. *vers. ad effectum*. Item

155 notandum est, quod qui non venit ex ultima vacatione, nempe ultimi possessoris, noo est legitimus contradictor, nec impedit immissionem proviso Apostolico, Spada *dict. cons.* 60. *n.* 6. *tom.* 2.

Pariter notandum est, quod Capitulum non est legitimos contradictor ad impediendam executionem Litterarum Apostolicarum, omissis moliis, Rota apud Emioen. Othob. *in sape alleg. decis.* 58. *num.* 31. nisi tamen quando contradictio concerneret qualitatem aliquam requisitam ex Statuto auctoritate Apostolica confirmato in proviso, Rota apud Merl. *decis.* 141. *num.* 13. apud Rub. 352. *tomo* 2. & in *d. decis.* 58. *num.* 31. latissime Amayden *d. c.* 5. *nu.* 87 *cum multis seqq.*

Licet autem quis non sit legitimus contradictor ad effectum impediendi immissionem, poterit tamen esse ad effectum justificationis Gratiæ, Rota apud Farinac. *tomo* 1. *posth. decis.* 340. & si quis proponat exceptiones contra provisum Apostolicum, non semper poterit ei impedire immissionem, & possessiooem, nisi sint probatæ exceptiones, vel incontinenti probandæ, Rota apud Merlin. *decis.* 447. & penes Farinac. *decis.* 348. *tomo* 1. *posth.* nam requirentes ultimam indaginem noo impedirent, ut communiter admittunt Nostri, Rota *decis.* 215. *num.* 23. *part.* 11. & alibi.

Demum notes, quod Litteræ Apostolicæ perdunt executivum privilegium, & paratam executionem, quando per sententiam fuerunt vulneratæ, & pronunciatum non exequendas, Rota apud Coccin. *dec* 76. apud Cavall. *dec.* 2. apud Merl. *dec.* 365. *num.* 14. & *decis.* 129. Ridolphin. *part.* 2. *cap.* 8. *num.* 77. Salgad. *de rotea. bullar. part.* 2. *cap.* 34. *num.* 43. Sententia autem debet essa justa, & valida, ita ut si putetur injusta, & invalida, ut nullo velamine offuscari possit, tunc non annullet viam executivam, ut fuit dictum in *Romana pecuniaria* 5. *Julii* 1655. coram Bevil. *p.* 12. *rec. dec.* 85.

Item procedit, quando sententia cadit soper ipsas Litteras, & dixerit illas non esse exequendas; secus autem cum fuerit dictum, Litteras non esse justificatas ob aliquam causam; nam tunc accedente justificationa executive erit agendum, Rota apud Cavall. *decis.* 11. *num.* 5. & 6. & *par.* 10. *rec. decis.* 357. *num.* 28. Ridolphin. *loco cit. num.* 78. sed in secuoda instantia, nam tuoc istius justificatis procedit executive Judex approbationis, Rota apud Bich. *decis.* 388. *num.* 37. & 38. & 667. *num.* 3. apud eundem, & apud Arguelles *dec.* 110.

Ultimo tandem in hac materia notes, & pro complemento, quod Executor non potest procedere ad immissionem provisi Apostolici, cum lis est in Curia Episcopali super institutione, nec juvat tunc clausula, *litis statum*; nam dicta clausula præservat a subreptione, non autem efficit, quod Executor procedere possit ad executionem, Rota *dec.* 327. *n.* 10. & 11. *p.* 11.

A D D I T I O

Ad Caput VIII. Primæ partis.

Quomodo Executor procedere debeat, &c.

S U M M A R I U M.

Clausula, vocatis vocandis, *in forma* dignum, *quomodo faciat mixtum Executorem, qui teneatur procedere judiciarie, & via ordinaria, n.* 1. & 2.

Executor, dum executus fuerit litteras, præsumitur, quod se informaverit, nu. 3.

Merus tunc efficitur mixtus, cum adest possessor, seu legitimus contradictor, nu. 4.

Non existente legitimo contradictore, clausula, quæ alioquin importarent executorem esse mixtum, non producunt dictum effectum, sed remanet merus, n. 5. 6. & 7.

Ut sit mixtus, debet constare de possessione, n. 8.

Comparente alio non possessore pro suo interesse, audetur in judicio executionis, nu. 9.

Existente possessore, Executor tenetur procedere via ordinaria, & citare possessorem, nu. 10.

Citatio debet esse personalis, alias possessio nulla, & datur appellatio suspensive, nu. 11. 12. & 13.

Quando non datur appellatio suspensiva, non intrat attentatum, nu. 14.

Possessione existente vacua, & absque legitimo contradictore, Executor potest procedere extrajudicialiter, & devenire ad executionem, num. 15. 16. & 17.

Declaratur sententia Sacræ Rotæ, *n.* 18. & 19.

Semper narrativa Gratiæ est justificanda, sed diversimode, n. 20. & 21.

Executor Gratiæ in forma Dignum, *est mixtus, existente contradictore, quo non existente, potest procedere extrajudicialiter, & executive, n.* 22. & 23.

Quando verificatio requiritur de forma, tunc Executor plene, & concludenter debet verificare, quod mandatur verificari, nu. 24.

Clausula, verificato prius jurepatronatus, *est verificanda præcise vocato Promotore Fiscali, ac si alias fuisset verificatum, n.* 25.

Verificatio Jurispatronatus semper committitur Ordinario, nu. 26.

Sacra Rota *novissime dixit, quod semel verificatum Juspatronatus non est de novo verificandum, num.* 27.

Executor datus in Litteris certo modo semper est mixtus, & ordinarie procedere debet, n. 28. & 29.

Proviso certo modo, ut retardetur immissio, sufficit aliqua turbiditas validitatis, vel justitiæ, nu. 30.

Semper est citandus ille, de cujus interesse agitur, num. 31.

An ad privationem Beneficii semper requiratur citatio personalis, n. 32. 33. 34. & 35.

Possessione plena existente, quis non potest ingredi possessionem propria auctoritate, n. 36.

Intrusus quando citandus, n. 37. *usque ad* 43.

Quando possit intrusus mutare possessionem, remissive, num. 44.

Provisus in forma Dignum *non potest propria auctoritate mutare possessionem, eodem nu.* 44.

Onus probandi, possessionem fuisse plenam, incumbit asserenti, nu. 45.

Cum est data certa forma procedendi, Executor tenetur omnia servare, nu. 46.

Littera Apostolica verificata habent paratam executionem, nu. 47.

Sufficit verificatio de facto, nu. 48.

In judicio executionis Litterarum Apostolicarum non admittuntur exceptiones conferendi, vel præsentandi, num. 49.

Omnes exceptiones altiorem requirentes indaginem rejiciuntur, nec retardant executionem Litterarum Apostolicarum, n. 50. & 51.

Exceptio, quæ est pars Gratiæ, retardat executionem, num. 52.

Contra Salgadum *est sententia* Lotterii, *secundum quam sufficit sigillum Papæ, ut dicatur speciale rescriptum Papæ, nu.* 53.

Non habens parem titulum, vel possessionem, non dicitur contradictor legitimus, ut mutare possit judicium executivum, nu. 54.

Titulus quando debet esse ejusdem speciei, n. 55.

Titulus debet esse validus, ut faciat legitimum contradictorem, ut impediat immissionem, nu. 56. 57. & 58.

Titulo existente invalido, possessio, non juvat, n. 59.

Possessio infecta decreto irritanti, *& vitiosa, non facit legitimum contradictorem, nec impedit viam executivam, n.* 60. 61. 62. & 63.

Cum titulus non est evidenter nullus, sed indiget discussione, donec discutiatur, est legitimus contradictor, nu. 65.

Cum titulus reperitur relevans, agitur ordinarie, nu. 56.

Quis ut dicatur habere parem titulum, sufficit summaria cognitio, nu 66.

Qui non justificavit suas litteras, non est legitimus contra-

contradictor, nec impedit viam executivam, n. 97. 98. & 99.

Habens titulum posteriorem in data, non dicitur habere parem titulum, nec legitimus contradictor, num. 70. usque ad 75.

Ut Gratia dicatur anterior, attenditur tempus datæ, d. nu. 72.

Qui impetravit in forma Dignum, *ut dicatur anterior, debet procurare executionem Gratiæ, alias dicitur posterior, num. 76.*

In concurrentibus in data servanda est regula Cancellariæ, *nu. 77.*

Habens Gratiam conditionatam, non dicitur legitimus contradictor contra eum, qui habet puram, nu. 78. & 79.

Qui indiget remissoria pro justificatione suæ Gratiæ, non potest impedire immissionem ei, qui habet Gratiam justificatam, nu. 80.

Explicatur doctrina Sacræ Rotæ *in hac materia, nu. 81. 82. & 83.*

Habens parem titulum debet illum producere, numer. 84.

Ut quis dicatur legitimus contradictor, non semper debet habere parem titulum, nu. 85.

Provisus ab Ordinario quando dicatur legitimus contradictor, & impediat viam executivam, num. 86. usque ad 101.

Possidens vigore unionis, est legitimus contradictor, nu. 102. 103. & 104.

Volens impugnare executionem Litterarum Apostolicarum, debet justificare suam Gratiam, n. 105.

Titulus debet esse talis, ut in concursu possit obtinere, nu. 106.

Præsentatus quando dicatur legitimus contradictor, num. 107. 108. & 109.

Fumus Jurispatronatus, ut impediat executionem Litterarum Apostolicarum, debet esse super pacifica fundatione Beneficii, nu. 110.

Quisque intendens impedire executionem Litterarum Apostolicarum, debet concludenter probare suam exceptionem, quamvis Reus, num. 111.

Patronus est legitimus contradictor ad impediendam institutionem, n. 112.

Præsentatus est legitimus contradictor ad impediendum immissionem proviso Apostolico cum derogatione medietatis, & quomodo, nu. 113. usque ad 122.

Veniens ex diversa vacatione, non est legitimus contradictor, nu. 123.

Provisus Apostolicus non est legitimus contradictor contra habentem Litteras pro præsentato, numer. 124.

Resignans, donec resignatarius plene acquirat, est legitimus contradictor, nu. 125.

Possessio, non capta de manu Executoris, non facit legitimum contradictorem, nu. 126.

Possessio nulla non facit legitimum contradictorem, num. 127.

Aliquando possessio civilis facit legitimum contradictorem, nu. 128.

Quando agendum sit ordinarie, quando executive per comparitionem legitimi contradictoris, nu. 129. usque ad 132.

Cum adest legitimus contradictor, descendentia est probanda per gradus, nu. 133.

Quando per sententiam vulnerata sunt Litteræ Apostolicæ, etiam amittunt viam executivam, num. 134. usque ad 139.

1 Diximus in principio hujus *capitis*, quod clausula, *vocatis vocandis*, vel *vocato*, quæ apponitur in provisionibus, *certo modo*, facit mixtum Executorem, qui tenetur partem Judicis assumere, ac procedere in forma Judicii; adde *decis.* 118. *part.* 15. & *decis.* 122. *numer.* 6. *decis.* 138. *num.* 2. *part.* 16. *recent.* & *decis.* 78. *num.* 7. *par.* 18. sic etiam dicimus de clausula in *forma dignum*, & *amo-*
2 *to*, &c. juxta *decis.* 360. *part.* 15. *recent.* & de clausula, *dummodo*, &c. Rota 461. *num.* 5. & 6. apud Cerrum 155. *numer.* 7. & dictæ clausulæ impediunt viam executivam, juxta decisionem Rotæ apud Ubacum 6. maxime, si sint directæ ad excludendum alium provisum Apostolicum, ut *ibidem num.* 2.

Ad *n.* 6. adde *dec.* 392. *n.* 12. apud Bichium, & dum exe- 3
cutus fuerit Litteras, præsumitur, quod jam se informa-
vit, ut *ibidem* habetur; merus tamen Executor non tene-
tur viam judiciariam tenere, Rota *dec.* 323. *n.* 26. *p.* 16. *rec.*
Scriptis *a numer.* 14. *cum seqq.* ubi diximus, quod tunc 4
merus efficitur mixtus, cum adest possessor, seu legitimus
contradictor, adde *decis.* 92. *num.* 9. 114. *num.* 8. *part.* 15.
recent. decis. 339. *num.* 17. & 18. apud Bichium, & *decis.*
392. & 461. & 431. *num.* 12. apud eundem Bichium, quæ
decisio loquitur de clausula, *amota*, & *dummodo*, &c.
quæ licet ex se importet Executorem esse mixtum; attamen 5
procedit, quando adest legitimus contradictor, vel pos-
sessor, juxta *decis.* Manzanedi 197. Eminentiss. Cerrus *de-
cis.* 237. *in fine*, & *d. decis.* 78. *num.* 11. & 12. quæ loqui-
tur de clausula, *vocatis*, &c. alias non existente legitimo 6
contradictore, & legitima possessione, non facit mixtum
Executorem, nec impedit viam executivam, ut *ibidem* 7
dicitur, & Nos sæpe diximus. De possessione autem con-
stare debet, alias non tenetur citare, & partes Judicis assu- 8
mere, Eminentiss. Cerrus *decis.* 155. *num.* 8. & 9. & cum 9
non adest possessor, verum alius se opponit pro suo interes-
se, auditur, sed in judicio executivo, nec impedit im-
missionem proviso Apostolico, contra quem non est le-
gitimus contradictor, Rota *dict. decis.* 333. *num.* 7. *part.*
4. *tom.* 2. sicuti citandus est ab Executore, qui prius fuit
citatus coram Ordinario, licet non sit possessor, Rota *de-
cis.* 590. *p.* 18.
Existente autem possessore, Executor partes Judicis as- 10
sumere, & illum citare in omni actu, & procedere via ju-
diciaria tenetur, alias nulliter agit, nec eum privat pos-
sessione, ut supra diximus, & novissime Sacra Rota apud
Eminentiss. Cerrum insignem Canonistam in ejus *dec.* 313.
num. 4. & 6. & *decis.* 315. *decis.* 20. *num.* 8. & penes Prio-
lum 336. Garzias *de benef. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. *cum seq.*
& citatio debet esse personalis, cum agatur de præjudicio 11
possessoris, maxime si Literæ fuerint expeditæ in forma
mandati de providendo certo modo, consito de subreptio- 12
ne, Rota *decis.* 161. *num.* 20. & 21. *part.* 18. alias posses-
sio, si quam dederit Executor, est nulla, & attentata, &
tunc datur appellatio quoad utrunque effectum, ut in *d.* 13
decis. 315. *n.* 4. licet quando non datur appellatio suspensi-
va, sed devolutiva, si possessio capitur in termino, non 14
causet attentata, juxta *decis.* ejusdem Eminentiss. Cerri 39.
n. 11. ubi alios citat, Ridolph. *in praxi p.* 2. & 15. *n.* 54. &
Nos alibi etiam dicemus.
Cum autem possessio est vacua, & nullus adest legiti- 15
mus contradictor, potest Executor procedere extrajudi-
cialiter, ut diximus, se informando, & devenire ad exe-
cutionem, adeo ut ea peracta præsumatur, quod ex- 16
trajudicialiter se informavit de justificatione narrato-
rum, & qualibet levis sufficit, ut sæpissime Sacra Rota
canonizavit, præsertim si Executor sit datus cum clausu-
la, *amoto*, & allegatis alibi adde novissimam decisionem
apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 188. *num.* 4. & 5. ubi aliæ
allegantur, etiamsi provisio sit in *forma dignum*, idem 17
Eminentiss. Cerrus *decis.* 227. *num.* 6. & 7. & quamvis
Sacra Rota aliquando firmavit, quod omnia narrata in 18
Gratia sint justificanda, etiamsi procedatur executive, &
nullus adsit legitimus contradictor, vel oppositor, præ-
sertim cum narrativa est fundamentum Gratiæ, ut notavi-
mus alibi, & adde *decis.* 85. *num.* 13. *part.* 10. *recent.*
attamen postea Sacra Rota declaravit, quod hæc regula 19
non procedit possessione vacante, & non exhibito ali-
quo titulo in contrarium: & quatenus procedat dicta
regula, bene poterit Executor tunc extrajudicialiter pro-
cedere, & illam verificare, & cum immissionem decre-
verit, signum est, quod extrajudicialiter processit, &
se informavit, magistraliter eadem Sacra Rota penes
Manzanedum *decis.* 155. *a numer.* 12. *cum seqq.* & apud
Coccinum 1581. Buratt. *decis.* 842. ibique Addentes *nu-
mer.* 9. & ita procedit *dec.* apud Ludov. 221. Semper enim
Gratia, seu Gratiæ narrativa justificari debet, sed cum 20
hoc moderamine, & differentia; nam, si adsit legitimus
contradictor, seu possessor, debet hoc fieri eo citato, ut
diximus; illo vero non existente, sufficit si extrajudicia-
liter se informet, & procedat ad Gratiæ executionem. Ra- 21
tio est in utroque casu, quia Litteræ Apostolicæ semper
habent saltem tacitam illam conditionem, *si preces verita-
te nitantur; si ita est, veris existentibus narratis*, juxta
textum *in cap.* 3. *de rescriptis*, Coccinus *loc. cit.* Gonzalez
regula 8. *glos.* 9. *in ann. n.* 228. Addentes ad Burattum *dict.
dec.* 842. *n.* 10. & 11.

Sic

21 *Sic etiam dicimus, quod, licet mandatum de providendo*, seu provisio in forma *dignum*, ex se importet executorem mistum, qui ea sua natura judicialiter procedere debet; fallit tamen possessione existente vacua; nam tunc potest exequi Gratiam cum extrajudicialibus informationibus, apud Eminentiss. Cerrum 684. *num.* 3. existente
23 vero possessore, debet Executor justificare Gratiam: & contradicente, & appellante possessore, non poterit in possessionem immittere; nam tunc est omnino mistus, Manzanedus *decis.* 548. quæ omnia dixit etiam Sacra Rota *decis.* 333. *part.* 4. *tom.* 2. Regulam antedictam, quam
24 attulimus existente scilicet possessione vacua, Executorem posse extrajudicialiter procedere, ex informationibus scilicet extrajudicialibus, & si fuit deventum ad immissionem, præsumi Executorem jam informatum, & Gratiam fuisse justificatam; oportet declarare, seu limitare, non procedere in casu, quo verificatio requiritur de forma, puta cum in Litteris esset ablativum absolutum, seu alia clausula, conditionem importante, verb. gr. si in Litteris esset ista clausula, *verificato prius Jurepatronatus* coram Ordinario; nam tunc Executor non potest se informare extrajudicialiter, sed plene, & concludenter est verificandus juspatronatus coram Ordinario, Rota *decis.* 331. *num.* 11. *part.* 15. & interim Executor non potest devenire ad executionem, nec relevatur ab hoc onere, si alias juspatronatus fuerit verificatum, etiam per Ordinarium; nam debet hæc verificatio fieri de novo, citato Promotore fiscali, qui audiendus erit pro libertate Beneficii, & postmodum lata sententia coram Ordinario super verificatione, tunc exequetur Litteras; & hoc procedit, etsi vacua sit possessio; nam etiam requiritur probatio plena, quia de forma, & non admittitur præsumptio justificationis, magistralis est decisio penes Priolum 41. *a nu.* 5.
25 *cum seqq.* quod procedit cum Ordinarius est etiam Executor, & apponitur illa clausula, *verificato prius coram te*; nam eadem est ratio, ut *ibidem* dicitur; regulariter tamen
26 semper verificatio jurispatronatus committitur Ordinario, nec alteri, propter ejus præjudicium, animadvertit Rota apud Eminent. Cerrum *dec.* 37. At post scripta vidimus decisionem 697. *n.* 7. *p.* 18. *rec. tom.* 2. in qua dicitur, quod
27 cum semel coram Ordinario juspatronatus est legitime verificatum, non debet amplius verificari, quamvis in Litteris adsit illa clausula, *verificato, &c.* & ibidem citatur decisio 140. apud Peutingerium.
28 Diximus *num.* 28. quod Executor, datus in Litteris, *certo modo*, est mistus, & tenetur semper citare partem; adde novissimam decisionem 222 *n.* 5. *cum seqq. p.* 16. *rec.* & alibi sæpe, & fere nunquam Executor in Litteris expeditis *certo modo*, executive agere poterit, & procedere ad immissionem, Rota *dec.* 314. *p.* 18. *rec.* & *dec.* 102. *nu.* 1. *p.* 10. *rec.* & *dec.* 412. *n.* 3. *eadem p.* 18 Provisio autem *certo modo*, ut retardetur immissio, sufficit aliqua turbitas
30 validitatis, & justitiæ, Rota *dec* 224. *num* 7. *p.* 8. Ubaeus *decis.* 2. *numer.* 7. quæ (ni fallor) est eadem 412. *part.* 18. *recent.*

Ad *num.* 19. adde supra citatam decisionem 138. *num.* 2.
31 *part.* 16. in qua habetur, quod semper est citandus ille, de cujus interesse agitur, in executione Litterarum Apostolicarum.
20 *Num.* 20. diximus, ad privationem Beneficii requiri citationem personalem, juxta textum *in cap.* 8. & *capit. sequenti, de Clericis non residentibus*; & quamvis multi dixerint, Canones prædictos, quoad citationem perso-
33 nalem fuisse correctos, & sufficere edictalem in loco residentiæ, ex Trident. *sess.* 23. *capit.* 1. *de reformat.* Fagnan. *in cap. ex tua, de Clericis non residentibus, num.* 132. Atta-
34 men Sacra Rota dixit, hoc procedere quoad Beneficia Curata, sive Parochialia; nam quoad obtinentes Dignitates aliud sancivisse idem Tridentinum *sess.* 24. *capit.* 12. prout idem Fagnanus *loco cit. numer.* 231. Rota *decis.* 117. *num.* 6. *cum seq. p.* 15. Verum neque correctos Sacros Canones dat Concilium etiam in Parochialibus, & Parochis, cum certe scitur in quo loco reperitur privandus: sed cita-
35 tationem edictalem tantum habere locum, cum quis latitat malitiose, dixit eadem Sacra Rota in *d. decis.* 117. *nu.* 11. & 12. & *ibi* dicitur, hanc esse veriorem sententiam etiam post Concilium, quæ decisio 117. fuit iterum confirmata in alia decisione ejusdem causæ, quæ fuit *Anglonen. Archipresbyteratus* 312. *p.* 15. *rec.*
36 Ad *num.* 21. adde, quod, stante possessione plena, non potest quis ingredi possessionem, nisi auctoritate Judicis, qui rite, recteque procedere debet; alias in concursu primus possidens erit præferendus, nisi habuerit se pro spoliato, ut in decisione allegata 399. *nu.* 7. & 8. apud Bichium, cui adde etiam apud eundem 597. *n.* 5.

Diximus *num.* 24. & *seqq.* intrusum esse citandum, Rota in *decis.* 280. *num.* 4. apud Bichium dixit mere intrusum 37
non esse citandum, etiamsi adsit in Litteris clausula, *amoto*. In decisione autem 300. *num.* 13. *cum seq.* apud eundem Bichium dixit, esse citandum intrusum, nisi constet ex 38
actis ipsum esse talem, & nullam ei competere defensionem, & ita quoque dicitur in allegata *decis.* 393. *num.* 18. & 377. apud eundem Bichium, & ita servat Sacra Rota per allegatas decisiones, & cum quis est possessor Beneficii, cum titulo habito ab Ordinario, alioquin tamen reservati ab aliqua *regula Cancellariæ*, habente decretum irri- 39
tans: quia tunc ratione decreti irritantis possessio habetur pro nulla, & vacua, possessor est mere intrusus, & non est, neque vocandus, neque citandus, prout habemus in quamplurimis decisionibus Sacræ Rotæ, & præsertim de proviso de Beneficio reservato in *regula quarta* habemus novissimam decisionem penes Eminent. Cerrum *dec.* 155. *num.* 12. & *decis.* 540. *num.* 11. *par.* 18. *rec.* de reservato in *regula octava*, sive *nona*, habemus decisionem apud Hieronymum Priolum 63. *numer.* 6. & 7. Possessio enim in hujusmodi casibus est nulla: & vacua habetur, nul- 40
lusque juris effectus est apta ad producendum, idem Emin. Cerrus *decis.* 884. *num.* 18. & in *d. decis.* 540. *nu.* 13. *p.* 18. ubi alii allegantur Doctores. Et, ut alias diximus, procedit non solum in reservatione in corpore juris, vel cum reservatio est apposita super certo corpore, sed etiam in 41
aliis generalibus reservationibus, quoties tamen reserva- 42
tiones sunt notorie justificatæ, notat idem Eminentiss. in *dicta decisione num.* 19. & alii passim; & cum quis est in possessione, sed tamen est attentata, non est citandus, 43
Rota apud Bichium *decis.* 455. *num.* 15. & 16. & secundus possessor, qui attentate recipit possessionem, non est citandus, cum Executor dat possessionem vigore Litterarum Apostolicarum, Rota *decis.* 380. *part.* 18. Regulariter vero quilibet possessor est citandus, etiamsi alter impetrasset ex capite commissi homicidii, nec alias possessio juvaret, etiam ad effectum *regulæ triennalis*, Rota apud Priolum *dec.* 40. *n.* 15. *cum seq.*

Notes tamen, quod, licet quis possit mutare titulum, 44
& continuare suam possessionem, cum novam provisionem obtinuit a Sede Apostolica, neque teneatur adire Executorem datum in Litteris Apostolicis, de qua re vide *dec.* 300 apud Bichium; hoc tamen procedit, & intelligitur, quando nova provisio Apostolica esset in forma *gratiosa*; secus autem si in forma *dignum*; nam tunc tenetur adire Executorem pro executione, & possessione accipienda a manu ipsius: quia provisio in forma *dignum*, nihil ponit in esse ante ejus executionem, latius Rota apud Eminent. Cerrum 257 *n.* 19. *cum multis seqq.*

Ad *n.* 42. ubi dicitur, quando possessio præsumitur vacua, & onus probandi plenam fuisse, incumbat asserenti, adde *dec.* 461. *n.* 2. apud Bichium. 45

Num. 51. in quo diximus, quod quando in Litteris est 46
data certa forma, & Executori imponitur, quod procedat aliquo citato, tunc omnino ille citandus est, nec aliter poterit Executor procedere; adde *dec.* 393. 408. & 429. apud Bichium.

Diximus *sub num.* 55. Litteras Apostolicas justificatas 47
paratam habere executionem, & executive agitur ad earum executionem; adde Rot. *decis* 30. *nu.* 5. 160. & 199. & 189. & 336 *num.* 2. *part* 15. *recent.* & 184. *num.* 1. & 200. *num.* 2. & 317. & 141. & 290. & 323. *num.* 2. & 325. *nu.* 1. *p.* 16 *recent.* & alibi sæpe ex claro textu *in cap. si capitulo, de concess. preb. in* 6. ubi Glossa *in verb. exequatur*, &, ut alias diximus, sufficit illas justificare secundum factum narratum, non autem circa jus, Rota *decis.* 189. 48
num. 6. *part.* 15. *recent.* & apud Eminentiss. Cerrum *dec.* 806. *num.* 5. & ita paratam habent executionem, ut in hoc judicio executivo non admittantur exceptiones præsentandi, & conferendi, quæ ad judicium ordinarium 49
reservandæ sunt, juxta decisionem Rot. 91. *num.* 5. *part.* 15. *recent.* ubi aliæ allegantur ejusdem Sacræ Rotæ deci- 50
siones, & apud Eminentiss. Cerrum 85. Sicuti omnes exceptiones, requirentes altiorem indaginem, non sunt aptæ ad retardandam executionem debitam Litteris Apostolicis, Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 250. *num.* 26. & 504. *numer.* 20. *part.* 18. *recent.* Qualis esset illa, 51
quæ egeret probatione per testes, Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 247. *numer.* 3. nisi tamen exceptio, requi-

rens altiorem indaginem, si pars gratiæ, puta publica-
tionis in resignatione, Rota *decis.* 247. *num.* 5. *part.* 17.
52 nam tunc impedire executionem Litterarum Apostolica-
rum, ut *ibidem* dicitur, nec Litteræ turbidæ habent para-
tam executionem, Rota *decis.* 372. *n.* 2. p. 17.
Num. 77. attulimus sententiam Salgadi, contra quem
adest doctrina Loterii *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 246.
53 *cum seqq. & num.* 15. 51. & 52. probat bene sufficere si-
gillum Papæ, & dicitur speciale rescriptum signaturæ
Sanctitatis suæ manu propria subscriptum, ut satisfactum
dicatur formæ traditæ per Concilium: cum ista forma
non sit introducta, nisi ad hunc finem, ut certa sit mens
Papæ, & sufficit mentem reddi certam per æquipollens,
& discernitur enixa voluntas, & ejus subscriptio, quæ
perpetuo est implicita sigillo. Vide Lotterium.
Num. 80. *usque ad finem* late tractavimus de legitimo
contradictore, quis scilicet sit legitimus contradictor,
54 & quando impedire possit immissionem, & quando
per ejus comparitionem mutetur judicium executivum
in ordinarium; cumulatis tamen addi possunt multa,
& dicta melius declarari. Dicimus igitur, quod, cum
quis non habet parem titulum, & possessionem, non pot-
est dici legitimus contradictor, & impedire judicium
executivum, & executionem debitam Litteris Aposto-
licis, & tanto magis, cum adest clausula, *Contradictores*;
quia tunc Executor potest procedere ad executionem,
non obstante quacunque appellatione, quam spernere
potest, Rota *decis.* 333. *num.* 9. *tom.* 4. *part.* 2. & cum
quis non est legitimus contradictor, etiamsi possideat,
non potest retardare executionem proviso Apostolico
debitam, Celsus *decis.* 89. *num.* 9. Diximus, quod titu-
lus non solum ab eodem fonte productus esse debet, sed
etiam ejusdem speciei; addi possunt multæ Rot. decisio-
55 nes, in quibus dicitur, quod titulus debeat esse non so-
lum ab eodem fonte productus, sed etiam ejusdem for-
mæ, seu speciei, nempe *decis.* 455. 146. & 461 *num.* 6.
apud Bichium, & *decis.* 34. *num.* 10. *par.* 5. *recent.* Emin.
Cerr. *decis.* 846. *num.* 7. & 862. sed hæc procedunt in gra-
tiosa subrogatione, quæ est diversa gratia, & hæc requi-
rit titulum ejusdem speciei, juxta novissimam decisionem
Rotæ 289. *n.* 9 p. 19. ut dicemus.
56 Titulus, ut efficiat legitimum contradictorem, debet
esse validus; cum enim deregitur nullus incontinenti,
non est legitimus contradictor, nec impedit immissionem,
Rota *decis.* 455. *num.* 61. & 558. *in fine*, & 677. *nu* 7.
apud Bichium, & *decis.* 365. *num.* 39. & 40. *part.* 19. &
57 consequenter nec impedit viam executivam, Rota *decis.*
60. *num.* 9. *part.* 17. & 232. *num.* 2. & 297. *par.* 18. *tom.* 1.
& *decis.* 275. *num.* 27. apud eundem Bichium dictum fuit,
58 quod cum titulus est evidenter nullus, non potest im-
pediri executio Litterarum Apostolicarum, nec etiam
per appellationem: quia tunc est mere intrusus; quod
procedit etiamsi sit possessor, ut erat in *dict. dec.* 275.
quod etiam dictum fuit per Rotam apud Eminentiss.
Othobonum 172. *n.* 7. Dunozet. 694. *num.* 2. & novis-
sime Rota *d. decis.* 296. *num.* 20. & 21. *part.* 16. ubi etiam
aliæ allegantur, & iterum *decis.* 355. *num.* 12. *eadem par.*
59 18. nec tunc possessio juvat possessorem, cum scilicet est
evidenter nullus titulus: quia, licet possessione fretus,
impedire non potest immissionem, ut dictum est, Emi-
60 nentiss. Cerrus *decis.* 832. *num.* 12. Titulus enim illegiti-
mus quamvis par, & possessio vitiosa nunquam effi-
ciunt legimum contradictorem ad effectum impedien-
di immissionem, & executionem debitam Litteris Apo-
stolicis, Coccinus *decis.* 965. *num.* 5. & 6. & 1313. *n.* 10.
& 11. Bichius *decis.* 275. *num.* 26. & 27. Celsus *decis.* 89.
num. 10. & *decis.* 307. *part.* 13. & 109. *part.* 14. & 476. *n.*
23. *p.* 18. & 350. *n.* 14. *et* 15. *part.* 19. præsertim, si infe-
61 cta decreto irritanti, Rota *decis.* 78. *num.* 8. 9. *et* 10.
part. 18. nec impedit viam executivam, ut ibidem dici-
62 tur, & in *d. decis.* 307. *num.* 14. neque possessio illum re-
levat ab onere probandi, & justificandi suum titulum ob
præsumptionem, quæ oritur ex possessione, juxta *decis.*
Mohedan. 20. *de præb.* & Puteı 134. *in correctis*: quia
63 hoc procedit, quando actor suam intentionem non ple-
ne fundavit, Othob. *decis.* 172. *num.* 15. *et* 357. *num.* 23.
part. 10. *et* 994. *num.* 2. apud Dunozet. *et in dictis decisio-
nibus* 296. *num.* 24. *et* 25. *et* 355. *num.* 8. *et* 9. *part.* 16.
alias, si non justificavit, non dicitur legitimus contra-
dictor, *d. dec.* 355. *n.* 9.
64 Cum vero quis habet titulum, qui non evidenter, &
incontinenti est nullus, sed indiget discussione, seu cum
exceptio invaliditatis tituli requirit altiorem indaginem,
donec discutiatur, & plenius examinetur tituli validitas,
est legitimus contradictor, Rota *decis.* 767. *num.* 37. apud
Bichium. Habens enim parem titulum cum possessione, 65
est quidem legitimus contradictor, ut scilicet super ejus
prætenso titulo sit audiendus; qui si relevans repertus
fuerit, agitur ordinarie, secus si irrelevans, Rota *decis.*
302. *num.* 18. *part.* 4. *tom.* 2. Celsus *decis.* 89. *num.* 10. Et,
ut quis dicatur habere parem titulum, sufficit summaria, 66
& apparens probatio tituli, Rota apud Bichium *decis.* 146.
num. 14. Qui autem non justificavit suas Litteras, quia tunc
provisio est nulla, non impedit viam executivam, Cerr.
decis. 359. *num* 8. Inde dicimus, quod, cum quis impe- 67
travit, *certo modo*, ob subreptionem commissam a primo
impetrante, licet sit possessor, si non justificaverit sub-
reptionem commissam, ob quam impetravit, non di-
citur legitimus contradictor, & cum excluditur subre-
ptio, possessio non juvat: quia est evidenter nulla, nec
potest præstare aliquod jus, Emin. Othob. *decis.* 58. *n.* 34.
et 186. *n.* 11. Celsus *decis.* 121. *num.* 6. *et* 130. *n.* 5. & novis-
sime Rota *decis* 161. *num.* 11. 12. *et* 19. *part.* 18. ita quod
hoc casu, quia hic secundus impetrans *certo modo*, non 68
impetrat ex consimili vacatione, ex hoc capite etiam non
dicitur legitimus contradictor, considerat Rota *d. decis.*
161. *n.* 11. *et* 12. sicuti non est legitimus contradictor, qui 69
habet Litteras subreptitias, nec impedit immissionem, &
viam executivam, Rota *decis.* 509. *n.* 4. *part.* 14.
Habens titulum posteriorem in data non dicitur ha- 70
bere titulum parem, & consequenter non est legitimus
contradictor, secundum Rotam *decis.* 594 *num.* 16. a- 71
pud Bichium, apud Priolum 154. *num.* 16. Quia semper
sunt preferendæ Litteræ, quæ habent anteriorem datam, 72
Rota *dec.* 200. *p.* 16. ad quem effectum attenditur tempus
datæ, non autem registrationis, aut expeditionis Littera-
rum, Rota apud. Em. Cerr. *dec* 199. *n.* 12. Et in eadem *dec.*
594. *nu.* 15. fuit dictum, quod qui non possidet, vel non
curavit expedire Litteras suæ provisionis (quorum alterum
requiritur adhunc effectum) non dicitur legitimus contra-
dictor: Provisio enim posterior sine possessione impetran- 73
tis, non est attendenda, nec potest retardare executionem
gratiæ collitigantis, habentis provisionem anteriorem, nisi
actu possideat, Rota apud Priolum *dec.* 115. *n.* 10. ubi aliæ
allegantur decisiones, & executive agitur, & non via or- 74
dinaria, Rota *dec.* 263. *num.* 4. *et* 5. *part.* 10. & apud Cels.
dec. 155. *n.* 12. & apud Priolum *decis.* 306. *nu.* 2. & 16. Po- 75
sterior enim impetratio in concursu cum anteriori non at-
tenditur, juxtam textum *in cap. cum cui*, & in *cap. si a Se-
de*, *ubi Glossa in verb. nec apparent*, *de præb. in* 6. & in *c.
si eo tempore*, *de rescript. in* 6. Burat. *decis.* 421. *n.* 1. Priolus
dec. 305. *num.* 16. Emin. Cerrus *decis.* 227. *num.* 26 qui id
limitat tantum in casu impetrationis ob non publicatio-
nem: quia eo casu jure speciali Constitutionis f. m. Greg.
§ 5. ille, qui publicavit primo loco, est præferendus,
cum ambo impetraverunt, ob non factam publicationem
in prima resignatione. Vide ipsum. Qui autem impetra- 76
vit Litteras in forma *dignum*, debet non solum expedire
Litteras, verum etiam requiritur ipsarum executio; alio-
quin, si alius impetraverit pure, & expediverit Litteras,
ejus gratia est præferenda, tanquam anterior: quia
per provisionem in forma *dignum*, non dicitur con-
sumpta vacatio, per textum in *dict. cap. cum cui*, *de
præb. in* 6. Rota apud Priolum *decis.* 54. *num.* 17. *et*
18. Notes etiam, quod in concurrentibus in eadem 77
data servanda est *regula Cancellariæ de concurrentibus in
data*; cæteris autem paribus, præfertur, qui primo lo-
co præsentavit Litteras Executori.
Nec dicitur habere parem titulum, cum quis habet 78
provisionem conditionatam, seu purificandam, alter
vero puram; nam amborum titulus debet esse purus, &
perfectus, Rota in *d. decis.* 146. *num.* 13. *cum seq.* apud Bi-
chium. Hinc corroborantur ea, quæ scripsimus *nu.* 141.
cum seqq. qui ante purificationem Litteræ conditionales 79
non possunt exequi, Rota *decis.* 138. *num.* 4. *part.* 16. &
ideo gratia, quæ incontinenti non justificatur, non pot-
est impedire executionem alterius justificatæ, Lotterius
lib. 3. *quæst.* 13. *num.* 75. Othob. *dec.* 115. *num.* 12. Prio-
lus *dec.* 115. *num.* 6. Eminen. Cerrus *dec.* 846. *nu.* 7. *et* 8.
et dec. 862. & eo magis non potest impediri immissio 80
habenti gratiam justificatam ab altero, qui non habet pro-
bationes in promptu, & indiget remissoria ad justifican-
dum suam gratiam, juxta *decis.* Rotæ apud Manzaned.
490. *n.* 2. & quamvis aliquando Sacra Rota dixerit, quod 81
habens

habens provisionem, seu titulum conditionalem cum pos-
sessione subsecuta, sit legitimus contradictor adversus il-
lum, qui habet simplicem titulum, vel justificatum, &
tunc licet titulus non sit par, impediat nihilominus im-
missionem, & judicium executivum: quia præsumitur
gratia justificata stante possessione subsecuta, ut videre est
apud Burattum *decis.* 482. *& decis.* 197. *part.* 2. *rec. &* 728.
ead. part. 2. *rec.* quæ est eadem apud Burattum 122. & apud
Coccinum *decis.* 965. *num.* 5. qui loquitur in terminis pro-
visionis in forma *dignum*, quæ eget justificatione; atta-
82 men procedit, quando possessor cum titulo conditionali
habet præsumptam justificationem dicti tituli, in qua præ-
sumptione fundatur decisio Buratti, ut expresse annota-
vit eadem Sacra Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 89.
num. 14. ita quoque procedit decisio apud Coccinum,
83 in qua expresse dicitur, quod habens provisionem in
forma *dignum*, cum possessione debet ostendere scien-
tiam, & tunc est legitimus contradictor, & impedit
viam executivam: hac autem præsumptione cessante,
quæ omnino cessat, quando judicialiter Executor proce-
dere debet, ut diximus, contrarium est dicendum, opti-
me Rota in *d. decis.* 89. apud Celsum, & eo magis si ex
actibus summarie appareret, quod ejus gratia esset justifi-
cata, & exhiberetur processus formatus super justificatio-
ne, ut in *d. decis.* 728. *p.* 2. *rec.*
84 Habens parem titulum, si non possidet, illum produ-
cere debet, & in judicio comparere; alias non est legiti-
mus contradictor, Rota *decis.* 392. *numer.* 10. apud Bi-
chium. In petitorio autem legitimus contradictor, ut sit
audiendus, sufficit, ut apparenter doceat de aliquo in-
85 teresse, Priolus *decis.* 8. *num.* 11. Contradictor ad hoc ut
legitimus reputetur, non semper docere debet de pari ti-
tulo, seu de provisione Apostolica; sed sufficit ei, quod
titulus, ab eo allegatus, sit validus, & aptus, vel exclu-
dere provisionem Papæ, vel illam reddere turbidam, jux-
ta *decis.* Rotæ 711. *n.* 2. *par.* 1. *&* 362. *part.* 3. apud Eminen.
Othob. 172. *num.* 9. & novissime 116. *num.* 2. *&* 21. *part.*
16. *rec.* sed in hac decisione erat etiam possessor, nec pro-
86 visio Apostolica erat de reservato; ideo provisus ab Ordi-
nario, si ex dicta provisione Ordinarii acquisitum fuerit
ei jus, dicitur legitimus contradictor; secus si nullum
ei jus fuerit quæsitum, Rota *decis.* 187. *nu.* 21. apud Bich.
87 & cum nullum jus acquisitum fuerit ex provisione Ordi-
narii, nec est legitimus contradictor, etiam adversus mi-
nus legitimum provisum Apostolicum, præsertim per
subrogationem gratiosam, Rota *decis.* 112. *n.* 40. *part.* 16.
vel cum constat de reservatione notoria, Rota *decis.* 645.
88 *nu.* 31. *&* 32. apud eundem Bich. ubi etiam dicitur, quod
provisus ab Ordinario Sede Apostolica vacante, non
est legitimus contradictor, si Beneficium vacavit Sede
89 plena. Cum vero provisus ab Ordinario, & possessor,
est legitimus contradictor, & Executor, ex mero effi-
citur mistus, Rota *decis.* 114. *num.* 8. *part.* 15. *recent. &*
decis. 635. *num.* 11. apud Bichium per textum *in cap. si a*
Sede, de præb. in 6. & ordinarie procedendum est, Ro-
ta apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 749. *num.* 7. ubi alias al-
legat decisiones, præsertim si Litteræ Apostolicæ fuerint
90 expeditæ *certo modo*, Rota *decis.* 116. *num.* 8. *part.* 16. quia
provisio *certo modo* nullum titulum tribuit, sed jus offi-
cium Judicis implorandi, Cerrus *decis.* 227. *num.* 26. &
procedit eo magis, si in Litteris provisionis *certo modo* fue-
rit facta mentio de provisione provisi ab Ordinario, ut
ibidem num. 14. dicitur, & fuit etiam dictum in *decis.* 164.
apud Eminen. Othob. quod tamen declara cum eodem
91 Cerro *loco cit. d. decis.* 749. *num.* 6. *&* 7. quando non su-
mus in Beneficio reservato: quia quando essemus in Be-
neficiis reservatis, & clare constaret de reservatione, quia
verb. gr. esset provisus de Beneficio vacato in mense reser-
vato, tunc provisus ab Ordinario etiamsi possideat, non
est legitimus contradictor ad impediendam executio-
nem Litterarum Apostolicarum via executiva, & im-
missionem proviso Apostolico, obstante *decreto irritan-*
te, in regula apposito, quod inficit titulum, & posses-
sionem, juxta decisionem apud Manzanedum 225.
numer. 4. & apud Cavalerium 278. *num.* 9. apud Coccin.
1313. *num.* 10. *vers. minus obstat, &* 965. & apud Emi-
nen. Cerrum *decis.* 72. *numer.* 6. *&* 7. Et semper, quando
reservatio est clara, exhibitio alterius tituli non prodest,
92 Rota apud Coccin. 2231. *num.* 24. Cum vero non constat
clare de reservatione Beneficii, & provisus ab Ordinario
est reus, & possessor, non erit repellendus, Rota apud
Cavalerium 226. apud Bichium 221. *num.* 35. & novis-

sime *decis.* 476. *nu.* 2. *part.* 18. *recent. tom.* 2. Ideoque ali-
quando possessor cum titulo Ordinarii, potest esse legiti- 93
mus contradictor ad impediendam immissionem, veluti
quando possessor adducit aliquid, quod reservationem
reddit turbidam, & contra illam resultat magnus fumus;
nam tunc (ut etiam notavimus *in corpore*) vel agendum
est ordinarie, vel supersedendum, donec possessor sua ju-
ra deducat, juxta allegatam decisionem apud Manzaned.
225. Simile dixit Sacra Rota apud Burattum 888. *num.* 7.
ubi dictum fuit, quod stante reservatione clara, ratione 94
mensis, proviso Apostolico non est deneganda immissio,
licet provisus ab Ordinario possideat; nam quamvis pro-
visus ab Ordinario cum titulo sit legitimus contradictor
ad impediendum processum executivum; tamen id pro-
cedit, cum exhibet titulum talem, ex quo, si non esset
possessor, ex eodem titulo in concursu veniret immitten-
dus, & cum talis non exhibetur titulus, datur immissio
proviso Apostolico; & in allegatis decisionibus 1311.
& 965. apud Coccinum, fuit dictum, quod si provisus 95
ab Ordinario possideat, est legitimus contradictor, non
quidem ad impediendam immissionem, si probetur re-
servatio, aut quod Papa voluerit concurrere, aut præve-
nire, sed ad effectum, quod suus titulus debeat conside-
rari in judicio immissionis, qui si erit relevans, proce-
dendum ordinarie erit, non executive, alias secus, per
textum *in cap. si a Sede, de præb. in* 6. & quod in causa
Eluen. Beneficii Sancti Salvatoris 16. *Decemb.* 1602. fuit
auditus provisus ab Ordinario, qui possidebat, & fuit 96
ostensus titulus, non tamen denegata immissio proviso
Apostolico: quia constitit, Papam voluisse concurrere
cum Ordinario, atque in eadem *decis.* 965. fuit dictum,
quod decisio Veralli 346. *num.* 4. *lib.* 2. in qua dicitur,
quod possessor non est censendus legitimus contradictor,
nisi ostendat titulum talem, per quem in immissione ob-
tinere possit, procedat, quando titulus ex se non est
aptus ad obtinendam immissionem; secus quando titu-
lus est consimilis, etiamsi sit coloratus: quæ decisio ha-
betur etiam *in part.* 1. *recent. decis.* 711. Quando vero 97
provisus ab Ordinario est possessor, nec sumus in Beneficio
reservato, tunc est legitimus contradictor, ad impedien-
dam executive immissionem ejus, qui habet provisionem
Apostolicam in data posteriori, & cum eo ordinarie agen-
dum, Rota *part.* 5. *recent. decis.* 585. *num.* 3. Burattus *dec.*
171. *num.* 5. Coccinus *decis.* 431. apud Bich. *decis.* 635. *num.*
11. Eminen. Cerrus *decis.* 370. *num.* 3. etiamsi non habeat
provisus ab Ordinario parem titulum Apostolicum: quia 98
paritas tituli requiritur, cum provisus ab Ordinario non
est in possessione, & quando Pontifex providet tanquam
de reservato, aut concedit gratiosam subrogationem, ut
notat idem Eminen. Cerrus *d. decis.* 370. *n.* 4. *&* 5. *& decis.*
656. *n.* 4. *& decis.* 749. exceptis vero his casibus provisionis 99
Apostolicæ, vel de reservato, vel subrogatione gratiosa, in
aliis cum proviso ab Ordinario possessore ordinarie agen-
dum, ut in dictis decisionibus, præsertim 656. *n.* 4. *&* 749.
apud Eminentiss. Cerrum, quia est legitimus contradictor:
& ita etiam firmavit alias Sacra Rota apud Coccinum *dec.*
2231. *num.* 19. *cum seqq.* in qua decisione dictum fuit,
quod quando Beneficium non est reservatum, affectum,
vel litigiosum, provisus ab Ordinario est legitimus contra-
dictor ad impediendum processum executivum: quia ces-
santibus reservationibus, Ordinarii habent potestatem con-
ferendi, & Papa agnoscit provisos ab Ordinariis pro legi-
timis contradictoribus, *cap. si a Sede, de præb. in* 6. Hoc
tamen intelligendum dicit Coccinus, quando provisus
habet titulum talem, ex quo, si non esset possessor, in
concursu cum proviso a Papa ei deberetur immissio, juxta
decis. Veralli 346. *num.* 4. *lib.* 2. alias sufficit, quod pos-
sessor audiatur, & discutiatur titulus in judicio execu-
tivo, qui si non erit talis, ut ex eo possit in concur-
su cum proviso Apostolico obtinere immissionem, non
erit sub prætextu appellationis deneganda immissio pro-
viso Apostolico. Ita Coccinus, & nos alias diximus:
Ut enim dicatur legitimus contradictor sine pari titulo,
oportet, ut sit adeo clarus, ut illi in concursu danda es-
set immissio, Rota *decis.* 225. *num.* 22. *part.* 7. *&* 165. *num.*
12. *part.* 18.

Quandoque quamvis provisus ab Ordinario non sit le- 100
gitimus contradictor contra provisum Apostolicum: at-
tamen si hic fecerit citare provisum ab Ordinario, tunc
provisus ab Ordinario efficitur legitimus contradictor,
Rota *decis.* 378. *num.* 11. apud Bichium. Sic etiam qui 101
coram Ordinario citatus fuit, & ut legitimus contradictor

fuit agnitus, & tractatus, coram Executore, uti talis et-
iam habendus erit, Rota *decis.* 390. *num.* 4. & 5. *p.* 18.
102 Possidens vigore unionis est legitimus contradictor,
& impedit viam executivam, itaut ordinarie agendum
per tres conformes, Rota *decis.* 307. *numer.* 12. *part.* 13.
103 quod procedit, quando reservatio non est notoria: tunc
enim est potens ad retardandam, & impediendam execu-
tionem Litterarum Apostolicarum, & citari debet tan-
quam legitimus contradictor, Rota *decis.* 280. *num.* 16. &
104 17. apud Bichium; nam reservatio ut resistat unioni, opor-
tet, ut sit clara, plene, & concludenter probata, ut ibi-
dem *num.* 15. dicitur; possessio autem sola absque titulo,
certe non sufficit in puncto unionis, Rota *decis.* 154. apud
Manzanedum.
105 Volens impugnare, & retardare cupiens executionem
Litterarum Apostolicarum, debet justificare suam gratiam
(ut nuper diximus) ut sit legitimus contradictor, Rota in
allegata *decis.* 355. *part.* 16. & tunc titulus debet esse talis,
ut ea eo possit habere in concursu immissionem, si non ha-
beat possessionem, ibidem *num.* 12. Celsus *decis.* 89. *nu.* 12.
106 Nam esset absurdum, & inconveniens, quod quis possit
impedire immissionem Proviso Apostolico, cum in con-
cursu non potest obtinere, Rota apud Burat. *decis.* 888. *nu.*
7. & *decis.* 66. *num.* 8. & 9. *part.* 5. & *d. decis.* 89. *n.* 13. apud
Celsum.
107 Præsentatus non dicitur legitimus contradictor adversus
provisum Apostol. cum non possidet, nec habet parem ti-
tulum, Rota *decis.* 461. *num.* 6. apud Bichium; Secus si
suam præsentationem exhibuisset in actis, Rota *decis.* 52.
num. 3. *part.* 2. & *in d. decis.* 461. *num.* 8. apud Bich. Immis-
108 sio vero proviso Apostolico non potest retardari per exce-
ptiones jurispatronatus, nisi clare, & lucide constet de
jurepatronatus, & incontinenti, juxta decisiones apud
Manzanedum 817. & 827. *num.* 3. Rota apud Priolum
383. & optima est *decisio in Cusentina Abbatia* 22. *Junii*
1676. coram Eminentiss. Taja 395. *part.* 19. *recent.* in qua
exceptio jurispatronatus proposita a præsentato non po-
tuit retardare immissionem proviso Apostolico: quia
præsentatus habebat ultimum statum contra ipsum, ac et-
iam sententiam, & præsentatus fuit a domino loci: &
quia non habebat neque institutionem, neque similem
gratiam, non fuit habitus pro legitimo contradictore ad
impediendam immissionem. Licet tamen hæc exceptio
109 jurispatronatus proposita etiam in possessore non sit apta
ad retardandam immissionem subrogato gratiose; nihilo-
minus cum datur vehemens fumus jurispatronatus, ita-
ut reddatur turbida reservatio, tunc non potest pro-
cedi ad immissionem: quia reservatio debet esse clara,
& notoria, itaut excludat omne jus possessoris, Rota
apud Manzanedum *decis.* 135. *num.* 3. 4. & 5. Fumus ta-
110 men debet esse super pacifica dotatione, seu fundatio-
ne Beneficii de jurepatronatus, Priolus *decis.* 432. *num.* 1.
111 & generaliter dicendum est cum Sacra Rota, quod quo-
tiescunque quis prætendit impedire executionem Litte-
rarum Apostolicarum, suam exceptionem concludenter
probare tenetur; alias non est legitimus contradictor,
quamvis sit reus: quia in sua exceptione est actor, Ro-
ta *decis.* 355. *part* 16. Notes vero, quod in *decis.* 351.
112 *num.* 7. apud Bichium dicitur, quod legitimus contra-
dictor est patronus ad impediendam confirmationem,
& possessionem, ne, sua præsentatione neglecta, alius
admittatur.
113 Insuper præsentatus est legitimus contradictor ad im-
pediendum immissionem proviso Apostolico cum dero-
gatione medietatis, & judicium est ordinarium, licet
Ordinarius procedat tanquam Executor Litterarum A-
114 postolicarum; & si non citat alium præsentatum, at-
tentat, & in hoc casu etiam admittitur appellatio su-
spensiva, licet sit processum vigore Litterarum Apo-
licarum, ut late dicitur in *decis.* 360. *per totam*, *part.*
15. *recent.* Eminentiss. Cerrus *decis.* 151. *per totam*, si
alter comparuisset exhibendo suam præsentationem, Ro-
ta apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 493. *num.* 18. & 489.
Verum post hæc scripta vidimus *decis.* 381. apud Hie-
ronym. Priolum *in una Lucana Capellania*, in qua *dec.*
115 habetur, quod, cum fuissent duo præsentati ad quan-
dam Capellaniam, & unus obtinuisset provisionem
Apostolicam cum derogatione medietatis, & Vicarius
Lucanus Executor Apostolicus, non citato altero præ-
sentato, pronunciaverit pro executione Litterarum Apo-
licarum, derogantium alteri medietati, fuit dictum, va-
lide processisse: quia erat merus Executor, non obstan-
te clausula, *amoto*, *verificato*, *&c.* & *dummodo*, *&c.* quæ
non fecit mistum, ex quo non erat clausula, *vocatis vo-
candis*, & alter præsentatus non habebat parem titulum,
nec possessionem, & ideo non erat legitimus contradictor.
Sed adverte, quod hic erat destitutus omni jure ad impe- 116
diendum executionem Litterarum: quia erat inhabilis
ratione ætatis, & clare *ibi* habetur; quare dicendum no-
bis videtur, quod aut lis est jam cœpta inter præsentatos 117
super eorum institutione, quia alter exhibuit suam præ-
sentationem, ac comparuit legitime, opponendo con-
tra alteram præsentationem, & tunc non poterit Exe-
cutor Litterarum Apostolicarum, seu gratiæ derogatio-
nis medietatis, non citato eo, qui habet alteram præ-
sentationem, & se opposuit, exequi, & exequendo atten-
tat; & ita procedunt omnes decisiones citat. apud Emin.
Cerrum, nempe 151. 489. & 493. & 360. *part.* 15. *re-
cent.* ut legenti patet; aut vero non fuit introducta lis
super institutione inter præsentatos, & tunc procedit de-
cisio Rotæ apud Priolum: quia in hac decisione non legi-
tur judicium introductum inter præsentatos, sed tantum 118
fit mentio de præsentatione duorum: Imo in *decis.* 375.
apud Manzan. fuit dictum, male processisse Executo-
rem Litterarum Apostolicarum cum derogatione medie-
tatis, in quibus erant clausulæ, *dummodo alteri*, *&c.*
& *amota*, non citatis comparentis: quia erat mistus,
& tenebatur judiciaria tela procedere. Nec facit, 119
quod qui non habet provisionem Apostolicam, non di-
citur habere parem titulum, & sic non potest impedire
provisum Apostolicum cum derogatione medietatis, &
ideo Executor potest extrajudicialiter procedere, non
citato alio præsentato, juxta *decis.* apud Royas 346.
Add. ad Buratium *decis.* 171. *num.* 8. nam ad hunc obje-
ctum bene respondetur in *d. decis.* 360. *num.* 8. Quia cum 120
fuerit introducta prius lis coram Ordinario super institu-
tione inter præsentatos, & fuerit deventum ad plures
actus judiciarios, tunc alter præsentatus effectus fuit
legitimus contradictor, ita ut detur appellatio suspen-
siva a sententia Ordinarii, licet processerit vigore pro-
visionis Apostolicæ, per alterum præsentatum obten-
tæ, juxta *decis.* 327. *num.* 10. *part.* 10. *decis.* 493. apud
Eminentiss. Cerrum per nos supra allegatas. Post scripta
casualiter perlegimus *decis.* 461. apud Bichium, in qua
confirmatur hæc nostra sententia: dicitur enim ibi *num.* 4.
5. 6. & 8. *Nec urget, quod Executor ejusdem provisionis* 121
*nulliter processerit non citato Francisco, qui fuerit a Con-
fraternitate Sancti Rocchi, hujus Capellaniæ prætensa pa-
trona, præsentatus, & citari debuisset: cum idem Execu-
tor stantibus clausulis*, dummodo, & amoto, *mistus esset;
nam præter quod hæ clausulæ Executorem mistum non faciunt,
quando non adest legitimus contradictor*, ut declaravit Rota
in Lucana Canonicatus 1. *Julii* 1647. coram R. P. D. meo
Royas *in Visen. Parochialis* 28. *Junii* 1649. & 15. *Junii*
1650. coram me. *Qualis non dicitur adversarius, qui non
possidet, & titulum ejusdem speciei non habet*, Buratius *dec.*
842. *num.* 2. *cum aliis allegatis in Compostellana Parochialis*
1. *Julii* 1648. coram R. P. D. meo Othob. *quicquid dicen-
dum esset si suam præsentationem tunc adhibuisset*, in quibus
terminis loquitur Rota *decis.* 52. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Hæc
ibi, & novissime in *decis.* 172. *num.* 34. *part.* 17. *rec.* dictum
fuit, quod executionem Litterarum Apostolicarum impe- 122
dit quis, cum quo fuerunt facti nonnulli actus coram Ordi-
nario inter ipsos præsentatos, & quamvis alter obtinuerit
Apostolicam provisionem, alter vero non: quia semper
iste est legitimus contradictor; lis enim cœpta semper
facit legitimum contradictorem, Rota *dec.* 483. *nu.* 19. *p.*
18. *recent.*
Contradictor legitimus non est, ut diximus, qui ve- 123
nit ex diversa vacatione, nec potest impedire executionem
Litterarum Apostolicarum; adde *decis.* 581. *num.* 1. apud
Eminentiss. Cerrum; est tamen bene ille, qui prætenditur
privatus per provisum Apostolicum ad sua jura deferen-
dum, donec de contrario constet per rem judicatam, Ro-
ta *dec.* 505. *n.* 16. *part.* 18. sicuti etiam possessor triennalis ta-
lis reputatur, *ibidem n.* 17.
Contradictor legitimus non est provisus Apostolicus, 124
etiam possessor, ad impediendam immissionem petitam vi-
gore Litterarum pro præsentato, cum provisus Apostoli-
cus non justificaverit narrata, Rota *dec.* 283. *n.* 7. ubi aliæ,
part. 16. *rec.* Resignans donec resignatarius acquirat perfe- 125
cte Beneficium, semper est legitimus contradictor ad op-
ponendum, Rota apud Ubaldum *decis.* 6. *n.* 13. & 14. *num.*
18. *part.* 18.

Item

126 Item adde, quod possessio sola non capta a manu Executoris, non facit legitimum contradictorem, ut dicitur in allegata *decis.* 455. *in fin.* apud Bichium; præsertim in subrogatione gratiosa, nam ad impediendum immissionem vigore hujus gratiæ, oportet, ut possessio sit capta a ma-
127 nu Executoris, Cerr. *decis.* 862. *n.* 344. nec possessio nulla est apta ad producendum legitimum contradictorem, Manzan. *decis.* 324. Cocc. *decis.* 967. *nu.* 5. & 6 Celsus *decis.* 89. & nuper supra diximus. Et notes, quod aliquando sola
128 possessio civilis sufficit ad constituendum aliquem legitimum contradictorem, puta qui habet titulum, seu provisionem Apostolicam, & petit immitti in possessionem, Capitulum autem renuat; nam cum hoc non possit impedire alterius immissionem, possessio habetur pro capta, Rota apud Ubaeum *decis.* 5. *n.* 5. & 6.

Imo qui habet provisionem acceptatam antequam accipiat possessionem, dicitur legitimus contradictor ad defendendum propria jura super validitate sui tituli, & invaliditate alterius, qui *certo modo* impetravit, ad textum *in cap. si tibi absenti, de prabendis in* 6. Eminentiss. Othob. *decis.* 186. *nu.* 11. & Rota apud Ubaeum *decis.* 2. *n.* 4. & 5. loquitur tamen decisio de duobus, qui habent provisionem Apostolicam, & sic parem titulum, unus autem puram, alter vero *certo modo*; & sic fuit dictum, quod ille, qui habebat provisionem puram, erat legitimus contradictor contra eum, qui *certo modo*, & eo magis, quia litteræ *certo modo* impetratæ non habent de jure viam executivam, sed ordinarie agendum; nec hic qui habet Litteras *certo modo*, potest impedire executionem illius, qui puram habet gratiam, ut in *dicta decisione*.

129 Conclude ergo materiam, quod contradictore existente cum pari titulo, & possessione, semper agendum ordinarie, non executive, juxta decisionem Manz. 888. *num.* 4 & Mohedani 13. *sub titulo, ut lite pendente*. Quando
130 vero coram Executore præsentantur duæ provisiones Apostolicæ, tunc ordinarie agendum super prælatione gratiæ, Rota *decis.* 148. *num.* 4. & 5. *part.* 18. Sed optime tractavit hanc materiam Eminentiss. Cerrus *in sua decis.* 237. ubi ita scribit: *Et propterea nihil relevat, quod Executor litterarum Laurentii præter duplicem provisionem Apostolicam, & paritatem titulorum, teneretur assumere partes Judicis, cum plena causa cognitione super illarum relevantia, omisso penitus possessorio*, ad tradita per Bar. *num.* 21. Dec. *num.* 46. & Zuccard. *num.* 34. *in leg. fin. C. de edicto Divi Adriani toll.* quos secuta fuit Rota *in recent. decis.* 233. *numer.* 37. & 38. *part.* 5. *Fuit enim responsum, quod objectum procederet, si Arnoldus ultra paritatem tituli habuisset veram, & legitimam possessionem*, ut tradit Lotter. *ubi supra lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 217. & dixit Rota *decis.* 197. *num.* 1. *vers. tamen illa, part.* 2. & melius *decis.* 641. *sub num.* 1. *vers quia conclusio, part.* 4. *recent.* ac *in Tirasonen. Capellaniæ* 13. *Martii, & 7. Aprilis* 1606. coram Sanctissimo D. N. 9. *nec potest Michael. Vel si expeditis litteris suæ provisionis coram eodem Executore comparuisset antequam in possessionem immissus fuisset, & cum eo concurrendo quilibet ipsorum ageret remedio adipiscenda*, ut explicat Garz. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 143. *cum seqq.* & respondit Rota coram Mohedan. *decis.* 5. *per tot.* & signanter *sub num.* 2. *vers. & ratio est*, & *decis.* 13. *per tot. ac præcipue vers. & fuit tantum, ut lite pendente*, Moder. Bonon. *de legitim. contrad. quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 45. *Secus autem dicendum in proposito, quo Arnoldus, nec cum pari titulo litteris expeditis comparuit coram Executore antequam traderet possessionem Laurentio, nec reperiebatur in legitima possessione, ut supra firmatum fuit: Tunc enim, quia possessio erat vacans, nec aliquis comparuit legitimus contradictor, potuit Executor, tanquam merus, ad executionem procedere, se extrajudicialiter informando, ut præter supra relatos, dictum fuit in Dertusen. Parochialis* 14. *Novembris* 1631. coram bon. mem. Card. Ubaldo *in recent. decis* 71. *num.* 6. *part.* 6. *aliisque adductis in Verulana Beneficiorum* 31. *Januarii* 1646. coram me.

Et idem Eminentiss. *in decis.* 359. *num.* 5. & 6. ita scribit: *Non obstat, quod Franciscus Jannultus pariter habebat
131 provisionem Apostolicam, & ideo via ordinaria, non autem executive procedi debeat*, ut probat Zuccard. *in l. fin. num.* 1384. *C. de edictu Divi Adr. toll.* Mohedan. *decis.* 1. *num.* 2. & *decis.* 3. *ut lite pendente*: *Quia, ut prædicta procedant, & ille dicatur legitimus contradictor ad impediendam paratam executionem dictarum Litterarum, duo copulative requiruntur, videlicet, quod possideat sine vitio, quodque habeat parem titulum consimilis provisionis Apostolicæ omnino validæ; alias autem si vitiose possideat, vel non habeat consimilem titulum, aut iste sit nullus, & invalidus, nunquam dicetur legitimus contradictor ad impediendam viam executivam, dictis Litteris competentem, ut in simili pluribus adductis responsum fuit in Romana Vineæ* 2. *Junii* 1649. coram R. P. D. meo Othob. 9 *neque hanc immissionem, ut in puncto copiose firmatur in Compostellan. Parochialis* 1. *Julii* 1648. & 25 *Junii* 1649. *ac in Calaguritana* 10. *Maii ejusdem anni* coram eodem.

Contra vero possidentem, habentem parem titulum 132
Apostolicum, ordinarie esse agendum, non executive, dixit quoque alias Sacra Rota *decis.* 107 *num.* 4. *part.* 16.
in recent. Coccin. *decis.* 965. *num.* 6. Item notes, quod exi- 133
stente legitimo contradictore, qui se magis propinquum contendit, tunc descendentia est probanda per gradus distinctos; eo vero non existente, sufficit, ut quis probet, se esse propinquum ejus, qui alias fuit præsentatus, & institutus, Rota *decis.* 422. *n.* 11. *p.* 18. *tom.* 2.

Atque in fine hujus *Capituli* diximus, Litteras Apostolicas vulneratas per sententiam, amittere viam executivam, & ordinarie tunc agendum esse; adde *decis.* 329. *part.* 16.
recent. Sed intelligendum hoc est, quando sententia fuit 134
lata super executione Litterarum Apostolicarum; sed quando sententia non est lata super executione Litterarum, neque super validitate earum, vel earum efficacia, sed super aliis, tunc non amittunt viam executivam, Cerrus *decis.* 342. *num.* 2. Butrius *decis.* 320. *num.* 10. Rota *decis.* 11. *num.* 1. & 2. *part.* 17. Sic quando fuit pronunciatum
contra institutum, & non contra Litteras, non amit- 135
tunt executionem paratam: cum scilicet ex alio capite, quam ob gratiam non justificatam, fuit pronunciatum, Rota apud Priolum *decis.* 115. *num.* 6. Et quamvis
Litteræ Apostolicæ perdant viam executivam, si super eis 136
fuit pronunciatum, puta non esse exequendas, ut non justificatas; attamen si postea justificantur, recuperant viam executivam: quia nunquam vulnerantur taliter, quin postea facta justificatione exequi non valeant, Rota apud Priolum *d. decis.* 115. *n.* 7. 309. *num.* 34. *part.* 14. & 78.
num. 13. *part.* 18. Et sic quando sententia non tangit merita 137
causæ, declarando Litteras nullas, vel subreptitias, sed absolvit ab instantia, seu observatione judicii, data justificatione, proceditur executive, Rota *decis.* 161. *n.* 10. *part.*
18. Nam oportet, ut sententia tangat substantiam Littera- 138
rum Apostolicarum, ut per eam vulneratæ censeantur Litteræ Apostolicæ, & perdant viam executivam, Sacra Rota *decis.* 63. *n.* 7 *part.* 19. & Judex, qui non potest exequi, nec vulnerare potest per suam sententiam: deficiente enim jurisdictione, non dicuntur vulneratæ Litteræ Apostolicæ, nec perdunt viam executivam, eadem Sacra Rota *dec.* 63. *n.* 9. & 10. *part.* 19.

Demum fallit quando super eadem impetratione producuntur aliæ Litteræ realiter distinctæ a primis, quæ non fuerunt alias productæ in primo judicio, in quo Executor pronunciavit, Litteras non esse exequendas; puta si quis expedivit Litteras vigore supplicationis, quas præsentatas coram Executore non exequendas pronunciatum fuit, deinde expedivit Litteras subrogationis gratiosæ vigore clausulæ in supplicatione appositæ; nam respectu istarum Litterarum subrogationis gratiosæ nulla vulneratio consideratur: quia de tempore sententiæ non solum non fuerunt præsentatæ, sed nedum expeditæ, Rota *in Asturicen. Archidiacon.* 6. *Novembris* 1602. coram Lancellotto jun. apud Marchesanum *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. *fol.* 375. & *in Gerund. Paroch.* 3. *Nov.* 1660. coram Bevilaqua, penes Massolam *post suum tract.* 60. *in ordine n.* 12. ubi sic dicitur: *Siquidem posset objectum urgere, quatenus ageretur de executione earundem Litterarum coram dicto A. C. exhibitarum, & in vim ipsarum nunc instaret in possessionem immitti; secus cum agatur de executione Litterarum subrogationis gratiosæ, a dictis Litteris realiter distinctis, sane respectu istarum nulla adest vulneratio: ex quo de tempore latæ sententiæ non fuerant exhibitæ, & de illarum viribus cognitum, neque expeditæ*, & in specie ponderavit Rota *in Asturicen. Archidiaconatus* 16. *Novembris* 1602. coram Card. Lancellotto jun. post March. *de comm. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. *fol.* 375.

CAPUT IX.

Quomodo agere debeat Executor cum Litteræ Apostolicæ sibi præsentatæ fuerint subreptitiæ, abrasæ, vel aliqua ratione defectuosæ, & suspectæ: Et late agitur de correctione Litterarum Apostolicarum.

SUMMARIUM.

1 *Executor cum conspicit Litteras sibi præsentatas esse mendosas debet eas tradere parti, ut illas Romam mittat, ut corrigantur.*
2 *Non semper est necessaria correctio secundum Lotterium, sed remittitur arbitrio Executoris.*
3 *Semper mittendæ sunt Litteræ Apostolicæ Romam, ut corrigantur, nisi error sit patens, vel levis.*
4 *Executor, cum conspicit Litteras Apostolicas abrasas, non semper debet denegare illis executionem.*
5 *Quomodo fiat correctio, late.*
6 *Revisores quandoque ampliant, quandoque restringunt Gratiam.*
7 *Revisores post Gratiam registratam non possunt neque addere, neque minuere.*
8 *Expeditores practici antequam supplicatio registretur accipiunt copiam supplicationis, & mandant partibus cum suis instructionibus.*
9 *Datarius antequam supplicatio registretur potest eam lacerare, sed post registrum solum potest mutare, vel cancellare, vel retinere, & n. 10.*
11 *Etiamsi supplicatio fuerit in Cancellaria.*
12 *Litteris confectis, si error sit manifestus, fit etiam correctio per D. Datarium.*
13 *Cum sunt duo impetrantes Gratiam, & unus petat addi, vel minui, alter vero non, quid agendum secundum* Amcydeo, *n. 14.*
15 *Regens Cancellariæ, cum supplicatio ad eum perventa est, potest mutare, vel minuere Cancellariæ Regulas.*
16 *Minutæ constituuntur a Prælatis majoris Residentiæ.*
17 *Ex minutis formantur Litteræ Apostolicæ charactere Gallico.*
18 *Correctio fit per Cancellariam, cum error est in Litteris confectis.*
19 *Cum error contingit culpa Abbreviatoris, ejus expensis fieri debet correctio.*
20 *Correctio fit in vim Clausularum communium.*
21 *Quandoque fit correctio a D. Regente Cancellariæ in vim facultatum, quas habet a Papa.*
22 *Quando fit expeditio per Cameram, Summista revidere facit Litteras a suis Officialibus.*
23 *Correctio debet fieri conferendo Litteras cum supplicatione.*
24 *Quid agendum dum Litteræ discordant in supplicatione, n. 25. usque ad 34.*
35 *Cum facienda est correctio in Litteris conscriptis fit abrasio in loco ubi talis correctio fieri debet.*
36 *Quando fit correctio per rescriptum reformatorium.*

1 EXecutor, cum Litteras præsentatas coram ipso defectuosas, & minus recte expeditas conspicit, debet illas tradere parti, ut remittat Romam ad finem, ut corrigi valeant in Cancellaria, juxta *Regulam Cancellariæ* 27. hodie *de non judicando juxta formam Cancellariæ, in fine*, ibi: Et si Litteræ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit ad formas debitas reducendæ. Quam regulam explicant Mandos. *in d. regula de non judicando*, 2 Sarnen. Cocchier. & alii. Istam tamen remissionem non semper esse necessariam, dicit Lotterius *lib. 3. cap. 2. num. 38.* sed remitti arbitrio Judicis, seu Executoris, quod probat ex eadem regula, ibi: remitti poterit, quæ verba non importans necessitatem ex late deductis per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 47.* dicit enim Lotter. quod licet teneantur judicare secundum Litteras, & cognitio discordiæ ex qua deducitur mala expeditio videatur pertinere ad ipsos expeditores secundum *decis.* Veralli 174. *num. 1. & 2. part. 2.* attamen id intelligitur de discordia inconciliabili; nam si conciliabilis sit, vel deprehendetur error, non est necessaria remissio, sed salventur Litteræ, & earum expeditio, & allegat aliam *decis.* Veralli 175. *numer. 50. per tot. eadem part. 2.* quod etiam Lotterium docuit Glossator antiquus Alphonsus *in Commentaria dictæ regulæ de non judicando*, quem affert Cocchier. *in eadem regula numer. 21. & 22.* Idem pondero verbum, hic (ad illorum quorum interest instantiam) nam ex hoc videtur, quod Judex non debet mittere Bullam male formatam ad Cancellariam corrigendam, nisi pars petat, per hunc textum, maxime quia Judex in his, quæ pertinent ad utilitatem privatam, non potest regulariter supplere, *l. 3. § hoc autem judicium ff. de damno infecto*, ubi per Bart. & DD. *in cap. bona, 1. de postul. prælat.* & per Bart. & Bald. *l. 1. C. ut quæ desunt Advoc.* sed quia in causa Beneficiali Judex potest supplere ex officio, *c. olim, de rescriptis*, & gloss. *in d. cap. bona*, sequitur, quod Judex potest facere si vult, sed non astringitur; ideo est bonum in arbitrariis habere Judicem favorabilem, ut dicit glossa *in reg. in judiciis de reg. in 6.* hæc Alphonsus.

Sed tamen, quia Bullæ, Litteræ Apostolicæ in aliqua parte mendosæ de falso facile redargui possunt, ita consulerem semper per correctionem ad Cancellariam illas mittendas, nisi tamen sit tam patens error, qui ex Judicis auctoritate suppleri possit, dummodo fuerit levis, ut cum defecerit una Littera in nomine. 3

Sicut cum Judex, seu Executor viderit Litteras Apostolicas sibi præsentatas esse abrasas, non debet se proclivem exhibere in denegando eisdem Litteris debitam executionem eas de suspicione redarguendo; nam potest contingere, ut hæc abrasio fuerit facta debito modo, ut optime advertit Corradus *lib. 7. cap. 7. num. 75. vers. nec tamen, in prax. dispens.* 4

Quomodo tamen fiat correctio hoc videndum, & declarandum est. Correctio igitur multipliciter contingere potest, & antequam Litteræ expediantur, & postquam fuerint expeditæ, & plumbatæ; siquidem cum porrigitur supplicatio signanda Sanctissimo de aliqua gratia supplicatio solet revideri ab Officialibus, & cum aliquid contra stylum, quod non solet concedi, petitur, vel si supplicatio inepte fuerit concepta, cum nec una syllaba nec linea una debet frustra poni, sed accurate concipitur, solet cassari aliquando clausula, quandoque addi, aliquando una demitur juxta materiam, & sic correcta firmanda porrigitur Sanctissimo, quod non irreverentiam, sed fidelitatem arguit, dummodo tamen rasura non appareat; nam ab ista semper abhorruit Sacra Dataria, quamvis fuerit minima, & potius tolerantur in supplicationibus cassaturæ, quam rasura unius Litteræ: & postquam fuerit signata supplicatio iterum revidetur ab Officialibus Datariæ nempe a primo, & secundo Revisore, qui solent esse homines practici, & docti, & diu versati in hac materia. 5

Nam quandoque Revisores ampliant Gratiam, quandoque restringunt, non immutando tamen Gratiæ substantiam, quamvis practici Curiales, qui supplicationes formant, se conformant cum Datariæ usu, summittendo se voluntati Summi Pontificis, & hoc etiam in gratiis correspectivis, ut sunt Resignationes Beneficiorum, in quibus agitur de amissione juris, & de præjudicio Oratorum, qui supplicant cum certa conditione, etiam si fuerit posita clausula, *nec alias*; nam quoque Revisores manus apponunt, aptant, & cassant multa antequam supplicatio fuerit registrata; nam postquam fuerit registrata Officiales Datariæ non possunt aliquid minuere, vel addere, nec manus apponere in supplicatione, nec partes possunt dicere, vel opponere contra restrictivas, vel cassaturas appositas; ideo antequam supplicatio registretur, & solvatur eleemosyna in pœnam, si ex ea solvi debet, datur facultas partibus videndi supplicationem cum suis cassaturis, vel clausulis appositis restrictivis ad finem deliberandi, ac cogitandi, an dictæ cassaturæ restrictivæ sibi placeant, nec ne, & si quid addendum, vel minuendum est, quod Gratiæ substantiam non mutet libenter additur, vel minuitur ab ipsis Revisoribus; & cum partes sunt absentes a Curia solet accipi copia supplicationis cum suis cassaturis, vel restrictivis, & mitti partibus, an sint contenti Gratia sic restricta, ne postea expeditis Litteris imputetur ipsis solicitatoribus, & expeditionariis, quod Gratiam non ad voluntatem ipsorum impetrarunt, & prudentes Curiales, ut mecum non semel practicavit egregius vir Antonius de Flore decus Solicitatorum, ac vir sane doctus, & hoc quoque notavimus in 1. *capite hujus Operis*. 6 7 8

Ante

9 Ante igitur registrum Officiales Datariæ præsertim Revisores possunt corrigere, addere, vel minuere supplicationem, quinimo etiam lacerare, & eo magis D. Datarius, quia ante talem actum non est quæsitum jus considerabile parti, ut alias notavimus, Paris. *lib. 8. quæst. 7. num.* 196. Gonzalez *gloss.* 15. §. 2. *num.* 33. ubi Sainen. *in Reg. de jure quæsito non tollendo*, *quæst.* 20. *in fine*, Garz. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. Amayden *lib.* 1. *cap.* 10. n. 2. sæpe Rota, præsertim apud Eminentiss. Celsum 162. *nu.* 12. & 13. quod procedit sive Gratia sit facta, & signata sive per fiat, sive per concessum, ut Amayden *loco cit.* quicquid dixerit Alphonsus glossator *in regul.* 34. *de signatura per fiat*, *nu.* 11. ubi negat hanc facultatem Domino Datario. Certum est, quod antequam Gratia registretur, seu supplicatio super Gratia transit per ignem, & aquam, ut dicit Corradus, nec nisi fuerit ante taxata registratur, Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 47.

10 Postquam autem registrata fuerit Gratia D. Datario solum permissum est supplicationem posse mutare, vel cancellare, & etiam retinere, quod ex notorio stylo constat, imo etiamsi supplicatio sit missa in Cancellariam potest mandari Domino Regenti Cancellariæ, ut dictam supplicationem retineat, etiamsi fuerit distributa supplicatio per
11 turnum uni ex Dominis Abbreviatoribus pro conficienda Bulla, ostenditur præceptum de retinendo ne parti tradatur, Marches. *de commiss. tit. de signatura Gratiæ*, *cap.* 2. *num.* 170. Amayden. *loco cit. d. cap.* 10. *n.* 3. & si parti tradita sit supplicatio post registrum, adhuc D. Datarius potest retinere, si Litteræ non fuerint confectæ; nam potest mandari, ut retineantur Bullæ in registro, ut error possit corrigi in supplicatione, juxta *decis.* Verall. 239. *part.* 1.
12 Amayden. *loco cit. num.* 4. si vero Litteræ fuerint expeditæ, si tunc supplicatio continet errorem manifestum, & etiam corrigenda est per D. Datarium, Veral. *loco cit.* sic si deest aliquid supplicationi, quod Gratiæ concessæ inest, de jure addi debet; si tamen Gratia non esset corrigenda, nec si aliquid addendum, sed mutanda in parte essentiali, si nulli præjudicium irrogat, quia unus est impetrator, erit arbitrarium D. Datario secundum Amayden *loc. cit.* si vero
13 in eadem supplicatione duo fuerint impetrantes, si unus petat addi, vel minui, alter vero renuat, vel fuerit inscius, & tunc dicit Amayden, quod dubium magnam habet difficultatem, & resolvit duos esse casus distinguendos; aut demitur aliquid a supplicatione jam registrata, aut apponitur; si demitur, vel illud, quod demitur erat ex restrictivis Datariæ puta in resignatione, in qua ex stylo additur illa clausula, quod infra sex menses expediantur Litteræ super reservatione pensionis, alias Gratia sit eo ipso nulla; & tunc Datarius potest delere clausulam illam a registro secundum Amayden, quia illa est apposita favore Cancellariæ, non favore provisi; si vero demitur aliquid ex narratis ab impetrantibus, si est impertinens demi potest, quia Dataria potest tollere conditiones impertinentes, si tamen non est impertinens, sed concernit qualitatem Gratiæ, & tunc D. Datarius non poterit delere, quia Papa concessit Gratiam de supposito, & ad ipsum spectat Gratiam concedere non ad Datarium, qui tamen solum denegat quando est manifesta contradictio.

14 Si vero addit D. Datarius aliquid supplicationi jam registratæ, si additio vitiat ejus tenorem, & non potest si partis narrativam concernat; nam Datarius non potest immutare narrativam partis, si tamen quod additur aut mutatur non concernat partium narrativam, sed concessionem Gratiæ, quod exemplo manifestat Amayden, qui late discurrit, & pro utraque parte adducit rationes, & DD. & tandem *num.* 14. resolvit posse D. Datarium mutare registrum, quia factum a Datario censetur factum a Papa, qui supremam habet in Beneficialibus authoritatem. Vide ipsum in hac materia, qui ex professo tractat de stylo Cancellariæ, & prædicti D. Datarii.

15 Cum vero supplicatio registrata est remissa ad Cancellariam pro conficiendis Litteris super ea, tunc quia ut omnibus notum est in Cancellaria adest Dominus Regens, & Abbreviatores majoris Residentiæ, qui etiam possunt addere, vel minuere Gratiam in supplicatione contentam, & pro contra mentem Summi Pontificis interpretando, cum ipsis dentur Regulæ Cancellariæ a Papa, & sic Regulas, & instructiones ipsis datas a Papa arbitrantur, ut diximus etiam alias: & cum vident aliquam cassaturam in supplicatione possunt arbitrari, quomodo contigerit, Corrad. *lib.* 2. *cap.* 3. *in princ. & numer.* 24. *prax. disput. & libr.* 7. *cap.* 7. *numer.* 77. *ejusdem praxis.*

Ex supplicationibus, ut alias notavimus in *primo cap.* hujus operis, conficiuntur minutæ a Dominis Abbreviatoribus majoris Residentiæ, sive ab eorum Substitutis juxta distributionem factam a D. Regente Cancellariæ in turno, ad cujus minutæ formam conscribitur Bulla, pro qua minuta ultra massam communem debitam Abbreviatorum Collegio pro labore, qui facit dictam minutam recipit grossos quinque, qui tamen dimittuntur impetranti ex massa communi, ut advertit Amayden. *cap* 26. *num.* 5. quem vide. Abbreviatores autem in dictis minutis conficiendis solent, ut dictum est, addere, minuere, vel mutare aliquid juxta suas facultates secundum Regulas Cancellariæ, dummodo Gratia non immutetur, Lotter. *libr.* 3. *quæst.* 1. *num.* 33. *cum sequentibus*, Corradus *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. 16

Ex minuta conscribuntur Litteræ, & quæ expediuntur sub Plumbo conscribuntur, ut omnibus notum sit, charactere Gallico absque lineis, & puncto, & conscribuntur duntaxat a Scriptoribus Apostolicis, quod officium conceditur a Sede Apostolica, vel etiam ab Officialibus minoris Gratiæ, quod etiam Officium conceditur, & nullus præter hos potest has Litteras conscribere, Corradus *d. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 78. 17

Si ergo erratum fuerit in Litteris, seu in Bulla errore in Cancellaria facto, quia Dominus Abbreviator in conficienda minuta aliquid addidit vel minuit, seu prætermisit, quod non erat in supplicatione, correctio fit per ipsam Cancellariam, & nihil solvitur a parte, quia talis error non debet nocere parti, qui nullum commisit errorem, & tunc fit correctio per illum Prælatum Abbreviatorem, cui fuit Bulla distributa judicanda per Regentem, & sic quando fit error Cancellariæ nihil est solvendum, sed expensis Abbreviatoris, qui minutam fecit error est emendandus, Cocchier. *reg.* 26. *de non judicando*, *sub num.* 40. Amayden. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. & 3. Corradus *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 23. 18

Imo ut notavit Corradus Martinus Papa V. in Constitutione, quæ incipit, In Apostolica, mandavit quod si Abbreviatores culpa Litteræ quarum fecit minutas pro quibus salarium recepit, fuerint rescribendæ, illius expensis rescribendæ sint, & repetiit quoad Scriptores Apostolicos a quibus nec minimum recipi posse mandavit, etiam sponte oblatum, & pœnas apposuit, ut videre est in dicta Constitutione. 19

Corrigitur etiam Bulla in vim clausularum communium; habent enim facultatem Officiales Cancellariæ clausulas extendere, ratione cujus facultatis quod expressum non est seu omissum possunt extendere, & aliquid mutare dummodo gratia non fiat major, vel difficilior, sed duntaxat par, vel minor, Amayden *loco cit. dict. cap.* 10. *num.* 5. Sic possunt extendere clausulas executivas, & consuetas pro faciliori dilucidatione Gratiæ, non autem eas, quæ immutant illius substantiam novamque inducunt dispositionem, Marescottus *var. lib.* 2. *cap.* 71. *n.* 10. Rota *decis.* 730. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* & Rota in *Sipontina*, *seu nullius Archipresbyteratus* coram Melzio *de anno* 1646. *vers. & licet in fine*; in qua fuit dictum, quod qualitas registrata non potuit immutari per Cancellariam. 20

Quandoque etiam fit correctio per Dominum Regentem Cancellariæ in vim facultatum, quas ipse habet a Papa, ut si v. g. esset erratum in aliqua Littera nominis impetrantis, sive Oratoris, vel si erratum esset in dispensatione Matrimoniali, & pro affinitate fuerit expressum consanguinitatis impedimentum, vel si fuerit erratum in loco, vel in nomine Beneficii, vel quid simile, tunc etiam potest corrigere Dominus Regens ex vi facultatum quas habet, dummodo correctio non sit in substantialibus, nec immutet statum rei, Cocchier. *loco cit.* Amayden *loco cit. num.* 4. & tunc Dominus Regens in capite superiori Litterarum dicit Corrigatur in Registro prout jacet, N. Regens. In inferiori vero parte ac in plica versus dextram partem dicitur, Correcta per me N. Registri Magistrum; ut praxis ipsa testatur, & sæpe evenit in dispensationibus Matrimonialibus dicit Corrad. 21

Et licet quando fit expeditio per Cameram pro personis qualificatis Litteræ non transeunt per manus Abbreviatorum, qui possint errores corrigere: attamen tunc Summatos a suis Officialibus facit revidere Bullas, & errores corrigere, ut notavit Corradus *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. 22

Semper autem quando fit correctio, debet fieri comprobando Litteras expeditas cum supplicatione, Cocchier. 23

in dict. reg. de jure quæsito non tollendo in fine ibi: quod non ante fieret nisi producto reassumpto; nam ad supplicationem recurrendum est uti ad matricem, quod credo alias a me dictum fuisse, sicuti de minuta Notariorum tradunt communiter Civilistæ: ad supplicationem igitur recurrendum est, Ludovis. *decis.* 108. *n.* 12. ubi late Oliverius, Eminentissimus Othob. *decis.* 1. *&* 165. *num.* 5. Eminentissimus Celsus *dec.* 301. *sub n.* 7. *& dec.* 76. *n.* 21. ubi aliæ allegantur, Rota *in Sipontina, seu nullius Archipresbyteratus* coram Verospio 15. *Junii* 1646. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 2. *a n.* 42. *cum seqq.* late etiam doctus Fagnan. *in cap. licet de crimine falsi*, *cap. veniens de transact. n.* 18.

24 Sed quid dicendum cum in comprobatione Litterarum cum supplicatione reperiatur diversitas inter easdem, potius Supplicatio sit attendenda, & corrigendæ sint Litteræ juxta supplicationem, an vero Litteræ prævaleant, & sint attendendæ, & secundum eas judicandum, & exequendum? quæstio sane intricata. Quandoquidem Rota apud Cæsaram de Grassis *dec. pr. sub tit. de probat.* apud Bellam. *decis.* 643. *& in Colaniens. Canonicatus Sanctæ Ursulæ* 26. *Apr.* 1627. coram Ubaldo, Mandos. *reg.* 27. *qu.* 13. *n.* 4. & alii tenuerunt, quod Litteræ sint attendendæ, quia præsumuntur expeditæ secundum facultates, quas habent Officiales in Cancellaria.

25 Contrariam vero sententiam quod in casu discordantiæ, & inconciliabilitatis sit attendenda supplicatio, tenuit etiam Rota apud Ludovis. *dec.* 108. *&* 605. *n.* 5. *part.* 2. *rec.* *&* 730. *n.* 1. *&* 405. *n.* 4. *eadem part,* 2. *rec.* & apud Cavaler. 255. *n.* 8. *& in Toletana Parochialis* 10. *Maii* 1596. coram Cardinali Arigonio, ubi assignatur ratio, quod Expeditores non possunt partibus præjudicare, Fagnanus *in cap. licet de crimine falsi*, *n.* 21.

26 Oliverius Beltram. ad Ludovis. *dicta decis.* 108. *n.* 16. dicit, quod ad effectum subreptionis supplicatio est attendenda, non autem Litteræ, & allegat Rotæ *decis.* ad effectum vero justificationis an sit attendenda supplicatio, vel Litteræ, dicit Oliverius quod Rota variavit; nam aliquando tenuit contrarium, quia Supplicatio & Litteræ attendendæ, & pro utraque parte affert Rotæ *decis.* ut ibi videre est: ipse tamen Beltram. tales decisiones ad concordiam reducit; quod aut narrativa est in supplicatione & non in Litteris, & isto casu dicit quod verum est quod Litteræ sint attendendæ, & non supplicatio, & allegat decisum Rotæ apud Seraph. 1446. *nu.* 3. *in fin.* & tunc nec narrativa eget justificatione; aut vero legitur in Litteris & non in supplicatione, quia narrativa fuit addita per Officiales, & tunc attendendam esse supplicationem, & non Literas, quia Officiales Cancellariæ non possunt aliquid addendo in Litteris præjudicare impetrantibus, juxta decisum Rotæ 465. *n.* 4. *part.* 2. *in recentioribus*.

27 Sed Amayden *lib.* 1. *cap.* 32. *sub n.* 75. *vers. sed neque*, dicit quod hæc distinctio non satisfacit, quia primum illius membrum est maxime controversum, scilicet quod possit aliquid omitti in Litteris quod est in supplicatione, & hoc non fit nisi id quod omittitur fiat ad instantiam partis, & est minor Gratia, & frustra tunc disputatur quæstio: quia nullus est qui hanc discrepantiam opponat, non impetrans, quia ad ejus instantiam omissum; non adversarius, quia minuit Gratiam: quoad vero secundum membrum distinctionis quando aliquid legitur superadditum in litteris ab Officialibus quod non est in supplicatione, indiget interpretatione secundum Amayden; nam Officiales extendunt clausulas juxta suas facultates, & stylum Cancellariæ, prout sunt, Amoto, Vocatis, Contradictores, quæ, procul dubio non continentur in supplicatione, & tunc nullum est dubium, quod tamen procedit in casu, quo discordant Litteræ a supplicatione.

28 Aliam etiam distinctionem adhibuit Oliver. *ad dec.* 640. Ludovis. nempe quod quando non agitur ad effectum canonizationis, tunc sola supplicatio sufficit juxta consil. Gabr. 190. *n.* 13. *decis.* Seraph. 533. *n.* 4. *&* 775. *n.* 13. *&* 407. *&* 530. *part.* 2. *rec.* & ad effectum simplicis absolutionis sufficiat sola supplicatio; secus autem ad effectum adjudicationis, & citat Paris. *lib.* 6. *qu.* 5. *n.* 66. *in fine*, *&* 67. *de resignatione Beneficii*, Gaiz. *part.* 4. *cap.* 3. *n.* 23. *&* 24. Corrige tamen allegationem Gaiz. *in cap.* 2. qui allegat multas Rotæ *dec.* & Doctores, & ita etiam Corradus *in prax. benef. cap.* 2. *num.* 36. *lib.* 2.

29 Hanc etiam concordiam nec admittit Amayden: quia non videtur influere in nostram quæstionem, sed ad aliam, nempe sufficere solam quæstionem quoad absolutionem, non autem ad adjudicatoriam cum requirantur Litteræ: dicit Amayden, quod nostræ difficultati satisfit per Rotam coram Caval. 285. *n.* 2. cum distinctione videlicet, Vel ea diversitas non immutat substantiam Gratiæ, & attenduntur Litteræ, quia præsumptio stat pro Officialibus quod Litteras expediverint recte juxta suas facultates; vel diversitas concernit substantiam Gratiæ, & tunc attenditur supplicatio, quia Officiales non potuerunt præjudicare Gratiæ concessæ per Papam, ut in decisionibus allegatis per Oliver. *decis.* 108. *num.* 16. Et hoc casu, dicit Amayden, quia Judex habet ligatas manus, quod non possit judicare nisi juxta formam supplicationis: si ei exhibeatur supplicatio continens diversitatem in substantia, non poterit judicare juxta formam supplicationis, quia obstat regula de non judicando, sed debet supersedere donec Litteræ corrigantur: sed videtur iniquum, quod Judex sive Executor agnoscens discordantiam erroneam in Literis non possit judicare, vel exequi juxta formam supplicationis, quia regula de non judicando est mere bursalis, & nihil aliud vult, quam ut Litteræ expediantur in casu etiam discordantiæ inter supplicationem, & Litteras esse expeditas. Hæc Amayden.

Certum est, quod cum Litteræ aliquid continent plus quam supplicatio, non potest dici discordantia: quia id quod est prætermissum in supplicatione potest impleri in Litteris in Cancellaria ab Officialibus, Gratianus *c.* 548. *num.* 31. *&* 32 Rota *in Sipontina seu nullius Archipresbyteratus* 25. 1646. coram Verospio, & optime dixit Amayd. quod in hoc non cadit dubium. 30

In casu vero discordantiæ diversitatis seu contrarietatis, quando agitur de substantialibus, semper præferenda est supplicatio eique credendum. Verall. *decis.* 75. *part.* 1. Caval. *loco cit. & alibi* 255. *vel* 253. Rota *part.* 2. *recen. decis.* 270. *in princ. & in Terulen. pens.* penes Marches. *fol.* 460. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 165. *num.* 6. & apud Durand. *dec.* 265. *num.* 11. *&* 12. *& dec.* 306. *num* 1. & in *dicta Sipontina seu nullius Archipresbyteratus*, coram Meltio. *in principio*, quia Litteræ conficiuntur ad formam supplicationis, ut ponderavit Rota apud dict. Eminentissimum Othob. & ideo intelligendæ juxta formam supplicationis; & mordicus sustinuit hanc partem Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 2. *a num.* 42. *cum sequentibus*, qui etiam dixit quod si Litteræ restringant Gratiam puta ex concessione alicujus vocis adjectæ in corpore supplicationis, cui nihilominus admissa in clausulis generalibus, adhuc prævaleret supplicationis virtus. 31

Igitur cum adest discordantia inter Litteras, & supplicationem, Litteræ sunt corrigendæ juxta supplicationem, 32 juxta *dec.* Rotæ penes Achillem de Grass. *dec.* 281. *alias* 18. *de concessione preb.* ubi dicitur, quod in casu quo discordent Litteræ a supplicatione, Litteras vel esse corrigendas, vel de novo expediendas, & ita Marchesan. *pars.* 1. *de commiss. appell. in causis pensionum*, §. 1. *fol.* 490. *n.* 29. Fagnan. *in cap. licet de Crimine falsi*, *n.* 21. *&* 22.

Quid autem servandum sit cum discordant Litteræ resignationum e mandatis, dicendum est suo loco. 33

Si vero Litteræ expediuntur per Breve annulo Piscatoris, 34 tunc conficitur minuta cui subscribit ipsemet Pontifex, & hæc minuta subscripta vim habet supplicationis signatæ, & dicitur matrix, a qua si discordat Breve, corrigitur secundum dictam minutam, ut notat Amayden *lib.* 1. *cap.* 28. *a num* 8. *cum sequentibus*.

Cum autem fieri debet correctio in Litteris jam conscriptis, fit abrasio in loco ubi debet talis correctio, quæ non requirit de necessitate, ut fiat ab illo qui Litteras conscripsit, sed potest fieri ab alio ejusdem Collegii, imo dicit Corrad. *lib.* 7. *cap* 7. *num* 78. quod potest fieri ab omni qui sciat efformare Gallicum characterem, quod admitti dicit in Cancellaria absque contradictione. Sic admonet Executorem non debere mirari si videt in Litteris aliqua diversa manu, vel diverso forsan atramento immutata sive aptata; id enim permitti in Cancellaria ob ingentem negotiorum numerum: & addit quod quandoquidem in Litteris Beneficialibus accidit quod tertia fere pars Bullæ abraditur, & immutatur, & quod si forte quod deletum est per integram verborum quantitatem æque suppleri, ut utar propriis verbis Corradi, minime posse eveniat, tunc ne lineam sive illius partem vacuam remanere contingat, totum id quod deest supplebit Scriptor sive alius per quædam connexa signa, quæ catenam vocant similitudinem quandam habentem cum ipsis Gallicis characteribus, nihil tamen continentibus. Hæc Corradus satis practicus vir, & olim amicus. 35

Demum

36 Demum quandoque fit correctio per reformationem, sive per rescriptum reformatorium per porrectionem novæ supplicationis, de quo jam diximus, sive per rescriptum, seu Gratiam, *cui prius*, quæ rescripta parum inter se differunt; nam Gratia *cui prius* non est aliud quam etiam quædam reformatio, & in alio non differt, quam quod in illa non utitur data in parte signaturæ, nec cum præinsertione in parte Signaturæ, separatim, prout fit in reformatione: sed in hac Gratia, seu rescripto *cui prius* qualitas omissa in prima apponitur in corpore, & in calce supplicationis apponitur, *cui prius*. Adverte ad datam, quod importat ut Præfectus datarum det datam eandem huic supplicationi quam dedit priori, cujus apud ipsum remansit copia; hæc enim Gratia *cui prius*, nihil aliud est, quam secunda Gratia circa idem quod prius fuit concessum cum aliquali majori expressione, quæ non fuit facta in prima Supplicatione, seu Gratia signata; & sic conveniunt cum Gratia reformationis, & differentia in illo consistit, quod hæc Gratia, *cui prius*, datur, & conceditur quando defectus omissus fuit levis, quod totum est in arbitrio Officialis; ut bene observavit Amayden *lib. 1. cap. 9. in princ.* qui latius; quando ergo fit concessio per Gratiam, *cui prius*, Officiales Cancellariæ non possunt denegare concessionem, Amayden *d. cap. 10. n. 6.*

A D D I T I O

Ad Caput IX. Primæ partis,

Quid agere debeat Executor, cum litteræ Apostolicæ fuerint subreptitiæ?

S U M M A R I U M.

Datarius potest mandare, ut reportentur litteræ expeditæ ad finem corrigendi, & addere, ac minuere potest, etiam lite pendente, n. 1.
Cum litteræ discordant a supplicatione, attendenda est supplicatio, num. 2.
Limita, n. 3. & 4.
Supplicatio potest continere duas gratias, n. 5.
Ultima verba corrigunt antecedentia, n. 6.

PArva est *additio ad hoc caput*, cum plene fuerint de-
ducta in eo omnia, quæ occurrere possunt; de novo
1 tamen dicimus, quod Domini Datarii plena est potestas
addendi, minuendi, & potest mandare non solum, ut
deinceatur supplicatio ad finem corrigendi, ut diximus *a*
num. 10. cum sequentibus, verum etiam mandare potest,
quod litteræ expeditæ reportentur ad finem corrigendi;
quo stante decreto non est permissum Executoribus illas
exequi citra vitium attentatorum, & nullitatis, Rota
decis. 279. n. 1. & 2. p. 18. recent. Quia habet potestatem ad
dendi, & minuendi, etiam lite pendente, ut in *d. decis.*
num. 8.

Agitamus quæstionem *a num. 24. cum sequentibus*, cui
2 standum potius sit, supplicationi scilicet, an litteris in ca-
su discordantiæ? Diximus, quod regulariter attendenda
est supplicatio, & ad ipsam recurrendum; adde Coccin.
decis. 2315. num. 8. Cavaler. *decis. 255. num. 8. decis. 85.*
num. 17. part. 10. decis. 162. num. 13. part 11. decis. 356. nu.
8. part. 16. & decis. 161. num. 9. part. 18. & alibi sæpe: quia
litteræ intelligendæ semper sunt ad formam supplicationis,
ut in *decis.* apud Emin. Othob. 165. quam allegavimus,
nec aliter expediri possunt litteræ contra formam supplica-
3 tionis, Cels. *dec. 76. num. 11.* Limita hanc conclusionem,
quando litteræ restringunt gratiam; nam tunc potius litte-
ris, quam supplicationi, standum est, Rota *dec. 83. n. 7.*
4 *part. 17. recent.* Limita etiam quando in eadem supplicatio-
ne titularis expressit valorem uno modo, pensionarius ve-
ro alio modo: quia tunc litteris standum est, Rota apud
Dunozettum juniorem *dec. 633. n. 11. & decis. 6. n. 12. part.*
17. recent.
5 Notes hinc, quod supplicatio potest continere duas gra-
tias, quarum una sustineatur, altera vero corruat, ut in
d. dec. 6. num. 13. part. 17. & prius firmatum erat in *dec. 122.*
n. 12. part. 10.
6 Demum advertendum est, quod ultima verba, in litte-
ris posita, attendenda sunt: quia censentur adjecta, &
posita ad correctionem, & modificationem anteceden-
tium, quibus adversantur, Emin. Othob. *dicta decis. 165.*
num. 7.

C A P U T X.

Quandiu durat potestas Executoris, & an possit Executor subdelegare?

S U M M A R I U M.

1 *Potestas Executoris ad faciendum actum sibi commissum nullo temporis spatio præscribitur.*
2 *Executor datus in Litteris expeditis in forma dignum novissima intra mensem debet exequi Litteras.*
3 *Executor Litterarum cum evaditur Judex per contradictoris existentiam, tunc esse locum cap. quærenti off. delegat. secundum Amayden, licet contrarium alii num. 4. & 5.*
6 *Rescripta regulanda sunt juxta ea quæ continent principaliter.*
7 *Cum Papa revalidat Gratias factas a Prædecessore tunc intra annum debet exequi secundum multos n. 7. contrarium verius, n. 8.*
9 *Refutatur explicatio* Amayden.
10 *Executio Litterarum Apostolicarum præscribitur spatio triginta annorum.*
11 *Potestas Executoris illico expirat postquam induxit in possessionem provisum, secundum multos, nu. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Non expirare jurisdictionem Executoris nisi anno expleto post executionem tenent alii, n. 17.*
18 *Potestas Executoris tandiu durat quandiu Gratia, super qua fuit data, executa fuerit, n. 19.*
20 *Cum legitimus contradictor comparet post executionem, debet adiri Judex Ordinarius, ibidem.*
21 *Potestas Executoris expirat data possessione.*
22 *Cum in Litteris adest clausula,* & de fructibus factis correspondendi, *tunc non expirat potestas Executoris, nisi fructibus perceptis.*
23 *Cum illico post acceptam possessionem molestatur provisus, durat Executoris potestas.*
24 *Judex Delegatus postquam sententiavit sive bene, sive male, non potest denuo judicare.*
25 *Si male judicavit per errorem facti poterit iterum sententiare, secundum multos, num. 26. contra num. 27. & 28.*
Adducitur opinio Scacciæ.
29 *Si delegatus non servavit formam mandati, potest denuo cognoscere.*
30 *Executor in extrajudicialibus potest iterum sententiare, & videre si semel male judicaverit, secundum* Ridolphinum.
31 *Præponitur sententia Authoris in hac quæstione, num. 32. & 33.*
34 *Si Executor omiserit aliquid, potest supplere.*
35 *Delegatus regulariter non potest subdelegare nisi Principis sit Delegatus.*
36 *Executor Litterarum Apostolicarum cum sit Delegatus a Principe, potest subdelegare, ibidem contrarium.*
37 *Executor mixtus potest subdelegare ea, in quibus non consistit principalis jurisdictio sibi delegata, numer. 38.*
39 *Sic cum merus evaditur mixtus.*
40 *Clausula,* conscientiam tuam oneramus, *non impedit subdelegationem.*
41 *Executor datus in Litteris in forma dignum potest aliis committere examen faciendum per examinatores.*
42 *Executor potest aliis committere possessionem dandam proviso.*
43 *Semper Executor potest subdelegare etiam principalem jurisdictionem sibi commissam, secundum Rotam.*

IN quantum ad primam partem quæsiti advertendum est, quod quæsitum potest habere duplicem sensum, nempe quandiu durat potestas Executoris ad inducendum provisum, vel ad dispensandum, seu intra quantum temporis spatium debeat Litteras exequi; Vel in altero sensu potest accipi quæsitum, quandiu duret post executionem jam factam. In quantum ad primum sensum dicendum est, potestatem Executoris ad exequen-

1 das Litteras Apostolicas Gratias continentes nullo esse tem-
porali spatio circumscriptam seu limitatam, quia cum Gra-
tia sit perennis Executoria potestas, quæ necessario datur
ad Gratiam, talis quoque debet esse, ne Gratia principa-
lis reddatur elusoria per ejus accessorium, ad textum in *cap.*
si super Gratia de offic. in 6. Amayden *lib. 1. cap. 5. num. 42.*
cum seqq. Mascob. *in praxi habendi concursum reg. 5. dub. 12.*
n. 1. & 2. & eo magis cum Gratia est facta.

2 Hoc enim non procedit in provisionibus Beneficialibus
expeditis in forma dignum novissima, in quibus limitatur
tempus a Papa Executori, ne debeat exequi infra triginta
dies, cum enim limitatum tempus sit a Papa expresse, &
ad dictum tempus restricta potestas Executoris haud dubi-
tandum est; in expeditionibus vero in forma dignum anti-
qua certum est, quod non est tempus determinatum, ut ob-
servat Amayden *loco citato*.

3 Difficultas potest esse cum executioni Litterarum Apo-
stolicarum injungitur potestas contentiosa, quia offert se
legitimus contradictor, quandiu tunc durat potestas Exe-
cutoris? ratio dubitandi oritur ex textu in *cap. quærenti*
4 *de Officio delegati*, in quo textu definitur quod in rescri-
ptis continentibus materiam justitiæ potestas Executoris,
seu Delegati circumscribitur anno, ne lites immortales
reddantur. Garz. *de Benef. part. 6. cap. 2. numer. 147.*
tenet quod hæc potestas durat ultra annum, etiam da-
ta sententia contra intrusum, seu contradictorem, quia
5 hæc potestas est accessoria ad Gratiam; textus vero in
cap. quærenti loquitur de Delegato principaliter quoad
causam, & diversa est ratio in Executore Gratiæ, cujus
potestas tanquam accessoria debet durare sicut ipsa Gra-
tia. At contrarium videtur expresse tenere Amayden
num. 45. ubi docet, quod quando judicium contradicto-
rium annuam habet potestatem Executoris durare debet
per annum, & esse locum *dict. cap. & regul. 4. alias 12.*
Cancellariæ.

6 Sed ni fallor alias notavimus quod rescripta Gratiam
continentia, si per accidens justitiam contineant, regulan-
da esse uti regulantur rescripta Gratiæ, nec attendendum
quod per accidens contineant; sicuti vice versa si prin-
cipaliter rescripta sint concessa ad justitiæ materiam, licet
per accidens Gratiam contineant, regulanda sicuti o-
mnia rescripta justitiæ; nam semper attenditur ad quid
primo, & principaliter sint concessa, & ordinata, jux-
ta doctrinam Abbatis *in cap. ad audientiam n. 14.* Sanchez
de matrim. lib. 8. disp. 21. n. 6. Merolla *tit. 2. disp. 4. cap. 6.*
n. 34. igitur si ad Gratiam Beneficialem sit datus Executor,
licet ratione possessionis alterius, seu alicujus intrusi Exe-
cutor evadat Judex cum contentione, hoc tamen per acci-
dens evenit, ideo potestas Executoris metienda est a Gra-
tia, & non a justitia.

Multi Doctores dicunt, quod quando Papa concessit Lit-
teras sive Gratiæ, sive justitiæ, quæ ipso vivente non fue-
7 rint præsentatæ coram Executoribus, cum Papa successor
eas revalidat, debeant tunc illas exequi infra annum, per
reg. 12. Cancellariæ, quam communiter revalidatoriam
appellant: multi vero dicunt, quod illa regula licet fa-
ciat mentionem de Litteris Gratiæ debeat tamen intelli-
gi de iis, quæ habent litem, & controversiam annexam,
utpote quia agendum sit contra intrusum, & in exe-
cutione sit adhibenda juris indagatio, ita Amayden
cap. 5. numer. 43. vers. non obstat secundo regul. 10. Can-
cellariæ.

8 Attamen ego censeo, quod in illa regula nullum præfi-
gitur tempus Executoribus ad exequendum dictas Lit-
teras concessas a prædecessore, quas quilibet Pontifex
revalidat, sed tantum in ea revalidantur Litteræ tam me-
ræ Gratiæ, quam justitiæ, quæ infra annum ante diem
obitus prædecessoris Pontificis fuerunt concessæ; unde
annus non præfigitur Executoribus, sed tantum respi-
cit, & cadit super tempus concessionis Litterarum, ut
omnes tam justitiæ, quam Gratiæ Litteræ, quæ infra an-
num proximum fuerunt concessæ a prædecessore, istæ
tantum revalidantur, non autem quæ prius, & ante
dictum tempus fuerint concessæ: sic annus est terminus
intra quem Litteræ fuerunt concessæ, non autem præfi-
9 gitur uti terminus ad exequendum. Nec placet explica-
tio Amayden, ut dicta regula quatenus facit mentionem
de Litteris Gratiæ intelligatur de iis, quæ habent li-
tem, & controversiam annexam; nam cum sit revali-
datoria Litterarum, revalidat omnes Litteras sive conti-
nentes Gratiam, sive justitiam, & patet ad litteram in
dicta reg. cujus verba satis sunt clara; sicuti per aliam reg.
10. Cancellariæ revalidantur omnes Gratiæ concessæ per
prædecessorem suum, vel per alium immediate Pontificem
prædecessorem, super quibus Litteræ non fuerunt confe-
ctæ, dummodo Litteræ expediantur infra sex menses, quæ
dicitur regula, Rationi congruit, ut alias notavimus.

Executio tamen Litterarum Apostolicarum præscribitur 10
spatio triginta annorum. Rota *recent. part. 1. decis. 689.*
num. 5. Lotter. *lib. 2. quæst. 54. num. 110.* Amayden *loco cit.*
sub num. 45.

In quantum vero ad alteram partem seu ad alterum sen-
sum quæstiti, quandiu durat potestas Executoris postquam
induxit provisum in possessionem ut ipsum inductum de- 11
fendat, & manuteneat juxta clausulam in Litteris provisio-
nalibus semper apponi solitam, Jo. Andreas *in cap. pro il-*
lorum de præb. n. 11. tenuit expirare jurisdictionem, & po-
testatem Executoris illico ac provisus assecutus fuerit posses-
sionem pacificam Beneficii. Hanc sententiam tenuerunt
multi recentiores Doctores, præsertim Parif. *p. 9. c. 2. n. 154.*
Salgad. *de retent. Bull. 2. par. cap. 18. nu. 21. & 22.* Mascob.
in praxi habendi concurs. req. 5. dub. 12. num. 5. & fuit etiam
opinio Staphil. de Litteris Gratiæ *tit. de vi & effect. clausul.*
§. significatio clausulæ inducentis, n. 3.

Hæc sententia fundatur in illo principio, quod Judex De- 12
legatus post pronunciatum functus est officio suo, ac ejus
jurisdictio expiravit, ut in *cap. in Litteris*, cum cæteris
concordantibus extra *de Officio Delegati*, *l. Judex postea*
quam ff. de re judicata, late Bellon. *de jurisdict. mandat.*
cap. 10. quæst. 8. num 54. Executor enim est velut Judex
Delegatus, nec in alio differt a Judice, quam quod Judex
principaliter datur ad causam, secundario ad sententiam
exequendam; Executor vero principaliter datur super exe- 13
cutione, secundario vero potest cognoscere, & partes
Judicis assumere, ut magistraliter Abbas *in cap. pastoralis,*
§. quia vero num. 3. de Officio delegati. Igitur cum Execu-
toris potestas detineat postquam provisus est in possessio-
nem immissus, jam per talem actum functus est officio
suo, nec habet aliud quid faciat, & cessat finis ob quem
datus fuit; ideo statim ejus jurisdictio expirabit, ita ut si
alius comparcat, adiri debeat Judex Ordinarius via ordi-
naria, coram quo erit immissus conveniendus, Cassad.
decis. 1. num. sub tit. de rest. spoliat. Caval. *decis. 347. num.*
1. & 2. Flores de Mena *variarum lib. 1. quæst. 4. nu. 2.* Ricc.
in praxi ref. 299. Salgad. *d. part. 2. cap. 18. a num. 29. cum se-*
quentibus.

Ac isti Doctores intelligunt illam clausulam *defendat in-*
ductum, ut non operetur effectum suum præservando juris- 14
dictionem Executoris postquam immissus fuit pacifice in
possessionem, ne ordinariæ jurisdictioni derogetur; nam
per talem immissionem illico illa expiravit; ita etiam do-
cent Marchel. *part. 1. fol. 939. num. 177.* Campanil. *in di-*
vers. juris Canonici rub. 11 cap. 12. n. 283. Flores de Mena
loco cit. quæst. 12. num. 10. & Salgad. *d. cap. 18. num. 34.*
qui id temperat, nisi incontinenti provisus immissus in
possessionem turbaretur ac molestaretur, nam tunc non
expirare jurisdictionem Executoris, ac idem *de regia pot.* 15
par. 4. cap. 14. num. 277. cum seqq. licet ibi loquatur in aliis
materiis, quia non videtur pacificam possessionem adeptus
qui vel statim dimisit, vel in ea illico turbatur, ad textum
in *leg. non videtur, ff. de acquir. possess.* nec dicitur factum
quod non durat, vel parum duravit, & facit textus in *l.*
qui non solvit ff. de solut. quod late extendit Salgad. *de regia*
pot. d. cap. 14. a num. 228.

Sed jurisdictionem Executoris non finiri nisi expleto an- 16
no post immissionem docent alii, præsertim Felin. *in cap.*
quærenti de off. delegati, Marchel. *de commis. appell. ab Exe-*
cutore Brevium, & Litterarum Apostolicarum p. 1. §. 2. num.
102. fol. 909. Amayd. *d. c. 5. sub num. 45.* qui dicit deceptum
fuisse Jo. Andream *in d. cap. quærenti*, dum putavit, & cre-
didit posse eum esse pacificum possessorem intra anni circu-
lum, cum ad inducendam pacificam possessionem sequira-
tur quod sit annalis possessor, ex doctrina Felin. *in cap. no-*
stra de rescriptis, Maschard. *cons. 183. num. 4.* & Vitalin. *in*
clem. si plures de præb. n. 63. dicentis, quod quandiu durat
annus, censeatur possessio in limine, ac proinde quod quan-
do lis intra annum movetur, non censeatur possessio paci-
fica, cum annus integer censeatur limes possessionis captæ, 17
nec dicitur cepisse pacifice possessionem qui in limine fue-
rit turbatus; allegat etiam ad hoc Glossam *in cap. commis-*
sa, in verb. pacificam, de elect. in 6. Parif. *de resig. lib. 3.*
qu. 1. n. 130. & hanc opinionem sequi Rotam *in Placentina*
Præceptoriæ 18. Decembris 1626. coram Pirovano, quam
ibi ad verbum affert:

Quid

Quid enim tenendum est in hac materia? Advertendum
18 est, quod cum Executor datur accessorie ad gratiam, tandiu durat ejus potestas, quandiu Gratia fuerit executioni demandata, nam per executionem dicitur Gratia consumpta, ut omnes advertunt: sic Executor accipit suum esse a Gratia, ut in puncto ex Gigante *de pens. quaest.* 91. Tond. *in eod. tr. q.* 49. *n.* 23. quando vero Gratia fuit jam executa, quia in possessionem fuit immissus provisus, quia Gratia jam habuit suum effectum, Executoris potestas statim finita censetur, quia jam per talem possessionem adimplevit suum officium, ad quod fuit datus a Papa, & ejus jurisdictio omnino cessavit ac illico expiravit, juxta text. *in c. in Litteris de Off. de leg. & in c. quaerenti eod. tit.* conceditur annus delegato, ut possit executioni demandare sententiam suam: iden donec sententia executioni demandetur, ejus jurisdictio non expirat, quia non est totaliter functus suo officio: at cum Litterae Apostolicae executioni demandatae fuerint per missionem in possessionem provisi, jam est facta executio, nec aliquid aliud desideratur, nec aliquid aliud agendum est; ergo statim tunc Executoria potestas expirat, quia per illum actum suum adimplevit officium, & Litterae in quibus datus fuit Executor, jam sortitae sunt plenarie suum effectum, & finis, ob quem datus fuit, jam deficit per actus consummationem sive adimplementum, & probatur expresse haec sententia ex *c. Litteris de Off. deleg.* ubi dicitur quod ex quo Judex Delegatus per se, vel per alium sententiam executioni mandavit vel mandari praecepit, ejus authoritas, & jurisdictio cessat, quia semel est suo officio functus.

Evidentia ex certa demonstratione haec doctrina clarius apparebit; nam aut tempore executionis Littera-
19 rum adest alius possessor, & citari debet, vel comparet legitimus contradictor ante immissionem realem, & cum eo proceditur, vel ordinarie vel executive assumendo Executor partes Judicis, & debet sententiare ad favorem unius, & quidem si illa pars, quae succumbit, acquiescit sententiae Executoris, & patitur sententiam in judicatum transire, jam negotium remanet terminatum, nec opus est amplius Executoris jurisdictione, quae etiam tunc finitur: aut vero pars non acquiescit, sed appellat, & certum est quod per appellationem ejus jurisdictio suspenditur, nec amplius potest se intromittere.

Aut vero nullus fuerit possessor nec legitimus contradi-
20 ctor, vel si fuerit legitimus contradictor, non comparet ante talem Immissionem, nec titulum producit, sed post immissionem realem, & tunc quidem adiri debet Judex Ordinarius, & ordinarie agi debet, nec admittitur coram Executore, quia debuit comparere ex integra, nam tunc est nova actio, & novum Judicium, Salgadus *de ret. bullar. p.* 1. *c.* 10. *num.* 44. *& par.* 2. *d. c.* 18. *& par.* 2. *c.* 35. *n.* 102.

21 Igitur dicendum erit, quod data possessione proviso Apostolico Executoris potestatem per talem actum expirare, ut in terminis Rota *decis.* 1. *n.* 7. *par.* 7. *recent.* Tondutus *de pens. d. c.* 49. *n.* 25.

22 Existimat tamen Tond. quod quando in Litteris adest illa clausula, *defendat inductum, & faciat de fructibus responderi*, quod tunc non expirat potestas Executoris nisi, perceptis fructibus, quibus perceptis, expirat, allegat Garz. *d. c.* 2. *n.* 149. *&* 154.

Bene verum est, quod si illico post acceptam possessionem provisus molestetur in eadem possessione, tunc non censeri extinctam jurisdictionem Executoris, sed durare, ut admittit etiam Salgad. *dict. cap.* 18. *numer* 23. *ni fallor*, *& de regia potestata par.* 4. *cap.* 14. *numer.* 217.
23 *cum sequentibus*, quod tamen non erit extendendum, cum in possessione provisus steterit per annum, sed cum statim incontinenti in possessione turbatur, etsi aliquando pacifice possederit licet per brevis temporis spatium, Executoria potestas expirat, ut dicit Salgadus *in dict. c.* 18. Et ita ego intelligo illam clausulam *defendat inductum*, cum illico, & incontinenti molestia infertur proviso in possessionem immisso; & licet infra annum adhuc dicitur possessio in limine, ut dicit Amayden: attamen non semper ab Executore tuenda, sed sub Judicis Ordinarii authoritate ordinaria tuenda venit.

Sed quaeri potest, an cum Executor male executus fuerit Litteras Apostolicas possit illas de novo exequi, & ex integro procedere.

24 Tritum est in jure, quod Judex delegatus postquam sententiavit, sive bene, sive male judicaverit, non potest retractare sententiam, & de novo judicare, quia jam judicando functus est officio suo, & per prolationem sententiae jam finivit ac cessavit jurisdictio demandata, habemus textum in *cap. venerabili, & cap. in Litteris de Offic. delegat.* ubi Canonistae *in leg. Judex postea quam de Judiciis, & in leg. sicut pro poenis, C. quomodo, & quando Judex*, in quo textu communiter Scribentes Bartolus, Baldus, Salicetus, & alii, Felin. *in cap. qualiter, & quando il primo numero* 38. *de accusat*, Vantius *de nullitatibus verb.* coram *qua possit n.* 14. late Tiraquel. *in leg. boves §. hoc sermone de verb. sig. lim.* 1. *numero* 40. *& in sequentibus limitationibus*, Scaccia *de appell. q.* 19. *rem.* 1. *consil.* 6. *numero* 91. Guttierez *can. quaest. lib.* 2. *cap.* 2. Genuen. *in prax. capit.* 83. *sec.* 69. Bellonus *de mandata jurisdictione cap.* 9. *quaest.* 3. *numero* 20. late Merolla *tit.* 3. *disp.* 7. *cap.* 3. *rub.* 1. *numer.* 29. Ridolfin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *numero* 82. Rota *part.* 3. *recent. decis.* 350. *numero* 12. Tond. *in quaest. benef. cap.* 49. *n.* 17. & caeteri communiter.

Verum multi temperaverunt hanc sententiam, ut proce- 25
dat solum si male judicaverit per errorem juris, secus si per errorem facti, quia verbi gratia credebat aliquem fuisse citatum, quia potest iterum sententiare, & adducunt doctrinam Innocentii *in cap.* 1. *de sententia, & re judicata*, qui dicit, quod si delegatus cui est mandata provisio, providerit de praebenda non vacante, quam tamen vacare credebat, poterit iterum providere, prout est videre Tiraquell. *in d. l. boves limit.* 1. *n.* 41. *& limit.* 21. *n.* 4. *&* 9. Scaccia *loco cit. n.* 100.

Et pro hac sententia est decisio Rotae *Huscana Cano-* 26
nicatus coram Arguelles *vers. quia*, quae ni fallor est 31. *par.* 10. *recent.* in qua dictum fuit, quod si Executor processerit ad executionem, non citato alio possessore, poterit iterum de novo exequi Litteras Apostolicas ex integro, per textum in *leg. non videtur* 22. *ff. de acquir. possess.* ubi dicitur, quod non videtur possessionem adeptus is qui ita immissus est, ut eam retinere non possit, & citatur decis. ejusdem Rotae apud Buratt. 21 1. & ibi Feren. *in verbo immissus, &* 262. *n.* 9. adest quoque decisio apud Eminentissimum Celsum 301. *n.* 3.

Verum Bald. *in dict. l. si ut proponis*, & alii multi non 27
admittunt hanc distinctionem, & indistincte tenent, Delegatum, sive erraverit in jure, sive in facto non posse de novo sententiare, & immiscere se in illa causa, quia per expressionem commissi jam sua jurisdictio cessavit, cum ad illum actum fuerit data, seu commissa jurisdictio, & textus in *dict. l. si ut proponis* loquitur de errore facti: hanc etiam sententiam tenet Felin. *in d. cap. qualiter, & quando casu* 4. *n.* 95. *vers. sed adverte, & in cap. in Litteris fall.* 4. *sub numer.* 2. *de offic. & potest deleg.* ac etiam Tiraquell. *in locis citatis*, & allegatur etiam Innoc. *in cap. in Litteris num.* 2. *vers. si autem sit delegatus, de offic. & potest. Jud. de leg.*

Et pro hac sententia adest Rotae *decisio in Casalen. Canonicatus* 22. *Junii* 1605. coram Atrebaten. & apud Gulielmum *decis.* 71. *numero* 13. ibi dicitur, quod si Executor in causa si in evidentem nulliter processit, & processus fuerit nullus, etiam expiravit jurisdictio Executoria.

Scaccia *loco cit sub num.* 100. dicit utramque opinionem 28
esse veram in casu suo, quia alius est casus, de quo Innocen. loquitur in *dict. c.* 1. alius de quo loquitur *dict. cap. in Litteris*, & dicit quod male Baldus & alii adducunt Innocentium, nam loquitur Innocentius in delegato ad providendum de Beneficio; sic in extrajudicialibus respicientibus Gratiam, sicut advertit Felin. & alii: at cum loquitur de sententiis, ut in *dict. c. in Litteris*, aperte tenent, Delegatum non posse iterum sententiare: & ex hoc infert Scaccia, quod licet Delegatus condemnet reum credens eum fuisse citatum, & in hoc erret, quia non fuit citatus, non poterit ulterius condemnatum revocare.

Insuper limitant multi hanc tritam conclusionem, ut 29
non procedat, si delegatus processerit non servata forma, seu contra formam rescripti, seu mandati, quia tunc non dicitur functus officio suo, & potest de novo cognoscere; multos Doctores allegant, & sequuntur Tiraquell. *in dict. l. boves, limit.* 2. *num.* 51. *&* 52. Scaccia *loco citat. num.* 102. Ridolfin. *par.* 1. *cap.* 13. *n.* 585. Ricc. *resolut.* 417. *vers.* 2. *concl. in praxi Curiae Archiepiscopalis*. Dicit tamen Scaccia, quod evidenter constare debet ex ipsa sententia, ipsam esse latam contra formam rescripti, seu mandati: & non sufficit esse latam contra formam, sed

eequi-

requiritur secundum ipsum, quod sit lata contra formam substantialem mandati, alias si illa forma respiceret jus, & favorem litigantium, & neuter excipiat, & dicat de nullitate processus teneret. Vide ipsum.

30 Insuper dicit Ridolf. *n.* 586. quod Executor datus ad providendum de Benef. & sic in extrajudicialibus poterit iterum sententiare si nulliter sententiaverit, juxta doctrinam Scacciæ, & aliorum, quos supra citavimus.

31 Sed in hac quæstione ita dicerem, quod si Executor procedit ut mixtus, juris ordine servato, & cum causæ cognitione, & tunc sive bene, sive male judicaverit, non potest amplius se in illo negotio intromittere, quia per sententiæ prolationem jam sua jurisdictio expiravit, & pars quæ se gravatam senserit debet adire superiorem legitimum, & coram eo debet sua jura deducere; & hoc intelligo, sive male judicaverit in jure, sive in facto, sive cum processus est nullus, juxta *decis.* coram Guil. Dunoz, *& dec.* 350. *par.* 5. *rec.* apud Rub. *tomo* 1. *ibi*, quia eorum potestas fuit consumpta per informationem etiam nulliter factam; nec text. *in l. non videtur* aliquid facit, quia aliud est quod is qui nulliter possessionem adeptus est, videtur non accepisse possessionem: quia in jure idem est non facere actum & illum nulliter agere; aliud est, quod Executoris potestas deficiat per expletionem actus sibi commissi etiam nulliter gesti, & de impetratione loquitur Burat. & sic in diversis terminis.

32 Nisi tamen processerit Executor contra formam substantialem Litterarum; nam tunc poterit ex integro rem cognoscere, juxta sententiam Tiraq. *supracit.* Ridolf & alios, cum quibus benignus Lector poteris tuto tenere, licet ego etiam dubitem.

33 Si vero Executor processerit ut merus, & tunc quia sumus in extrajudicialibus, si in facto erraverit, poterit suum errorem revidere, & de novo cognoscere, juxta doctrinam Innoc. quam ita bene intelligit Scacc. *d. n.* 300. *vers. respondeo*, sic vero pronunciaverit Executor Litteras esse subreptitias, vel obreptitias, quamvis in extrajudicialibus non poterit iterum se in negotio immiscere, prout de dispensationibus Matrimonialibus locutus fuit Corrad. *in praxi dispen. lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 55. *&* 56. licet cum dixerit non esse justificatas accedente justificatione poterit illas exequi; nam per hoc decretum non esse tum justificatas, non omnino abdicavit a se, sed reservavit sibi potestatem saltem tacite, accedente justificatione illas exequendi, prout alias notavimus.

34 Sicuti cum Executor omisserit aliquid sibi in Litteris commissum, poterit supplere illud, prout de facultate legitimandi prolem dixit Corradus *lib.* 8. *capit.* 2. *num.* 35.

35 Ad alteram partem capitis, scilicet an Executor possit subdelegare, respondeo: Licet Regula generalis sit, quod delegatus non possit regulariter subdelegare, *l. fin. ff. de off. ejus & l. a Judice*, *C. de Judiciis*, nam qui mandatam jurisdictionem habet, nihil proprium habet, sed alienæ jurisdictionis exercitium, in *l.* 1. *§. qui mandatum*, *ff. de offic. ejus*, Bell. *de mandata jurisdictione*, *cap.* 9. *quæst.* 4. *& quæst.* 7. *a num.* 1. cum multis sequentibus, a qua regula cum expresse eximatur Delegatus Principis, cui in signum prærogativæ jura nostra talem concedunt facultatem subdelegandi, juxta text. in *l. a Judice*, *C. de judiciis*, *cap. fin. de offic. delegati & cap. cum causam de appellat.* latissime Merolla *tom.* 1. *disput.* 7. *capit.* 4. *dub.* 5. Bellonus *de jurisdictione mandata cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 5. ideo cum Executor Litterarum Apostolicarum sit Papæ Delegatus, sequitur quod possit subdelegare.

36 In contrarium vero urget, quia cum nudum ministerium est commissum, tunc cessat subdelegatio, ut dicitur expresse in *capit. fin. §. ult. cæterum extra de legat.* ibi: quia non sibi jurisdictio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte: prout videtur commissum Executoribus Gratiarum Apostolicarum: & fortius urget quia ubi est electa industria, cessat omnino subdelegandi potestas, ut dicitur in *d. §. is autem*, *cap. fin. de off. delegati*, Bellonus *de mandata jurisdictione cap.* 8. *quæst.* 24. *num.* 27. prout semper censetur electa in Executoribus Litterarum Apostolicarum propter illam clausulam in Litteris apponi solitam, *cujus conscientiam oneramus*.

37 Dicendum est, quod cum Executor est mistus, quia non tam nudum ministerium committitur ei quam etiam jurisdictio, licet ipsum nudum ministerium non sit delegabile, ut in *cap. quoniam*, *§. fin. de offic. deleg.* tradunt omnes, & idem Merull. *tomo* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *dub.* 17. attamen jurisdictionem cum ipso ministerio principali annexam, quæ non sit principaliter demandata, optime poterit alii committere. In omnibus enim Litteris Apostolicis, in quibus Executores dantur, committitur aliquid faciendum, nempe dispensandi v. g. & est tunc delegabilis potestas inquirendi, an expressa sint vera: quare in praxi receptum est, ut examen testium sit delegabile in dispensationibus, & aliis Litteris Apostolicis, & fuit doctrina Innocentii & Abbatis *in dicto capite finali*, *§. cæterum, de offic. delegat.* ibi: Quæro extra Glossam, quid si 38
Papa committendo nudum ministerium dat etiam jurisdictionem, ut puta quia apposuit clausulam, *Contradictoris*, nunquid iste Commissarius poterit alteri vices suas committere? Innocentius concludit, quod jurisdictionem poterit alteri committere, sed nudum ministerium non, & ita Innocentium & Abbat. sequitur ibidem Felinus *vers. quinto limita*, Menochius *resol.* 17. *num* 12. & in materia benefic. optime Garz. *part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 100 ubi alios citat Amayden *libr.* 1. *capit.* 5. *numer.* 102 *cum sequentibus*, Tondut. *in prax. benefic. tomo primo*, *cap.* 65. *numer.* 24. & de Executoribus pro dispensationibus matrimonialibus, Genuens. *in prax. capit.* 69. *vel alibi* 83. *numer.* 6. Sanchez *de Matrimonio libr.* 8. *disput.* 27. *numer.* 43. Merolla *tom.* 2. *disput* 6. *dub.* 34. *numer.* 619. *& tom.* 3. *disputat.* 7. *capit.* 4. *dubio* 17. *numer.* 180. Corradus *in praxi dispensationum*, *libro septimo*, *cap.* 6. *numer.* 47. Formosinus *in capite finali*, *& libells ob sat. q.* 4. *n.* 9. alii communiter, & praxi hoc receptum est.

Idem observandum, & dicendum est in mero Executore cum per comparitionem contradictoris efficitur mixtus; nam licet merus nihil omnino verificara debeat, sed solum exequi Literas, ut sunt dati in Literis in forma gratiosa: attamen cum adest legitimus contradictor debet verificare narrata, ut diximus alias, & notat Fer. *loc. cit. n.* 3. & tunc bene poterit examen testium aliis delegare juxta superius notata. 39

Non obstat, quod in Litteris Apostolicis ob illam clausulam, *conscientiam tuam oneramus*, semper apponi solitam sit electa industria personæ, ac proinde impediat subdelegationem: quia respondetur, non semper per dictam clausulam censeri electam industriam personæ, quæ impediat subdelegationem, prout tendit Abbas *in d. §. is autem numer.* 7. Sanchez, Merolla, & alii citati, & Rota in *Legianen. Canonicatus* coram Aldobrandino, quam refert Amayden *capit.* 5. *numer.* 103. Garz. *loc. citat.* nam potius sonat in monitionem: & admisso quod sit electa industria personæ, illa censetur electa quoad ipsum actum principaliter commissum nempe dispensandi, vel conferendi, secus autem quoad alia, quæ sunt præambula ad ipsum actum, & ministerium commissum. 40

Ideo Garz. tenet, quod in provisionibus in forma dignum etiam in Beneficiis curatis possit Executor examinationem alteri subdelegare, faciendam tamen cum examinatoribus Synodalibus, quia illa verba, *per te*, non excludunt subdelegationem, ita Garz. *numer.* 104. sed hoc apud me habet aliquam difficultatem; nam illa verba, *per te*, sunt satis arcta, & limitata, & per ea est data forma; qua de re dicemus cum de Executore in forma dignum. 41

Potest tamen Executor committere alteri, ut tradat possessionem, si Litteræ sunt beneficiales, ut observavit Spada *cons.* 53. *titulo* 3. *tomo* 11. verum hodie in multis Litteris vidi appositam clausulam, per quam datur facultas Executori, ut per alium possit immittere provisum in possessionem. 42

Post scripta Romæ vidi *decisionem* 204. *part.* 13. *in recentioribus*, in qua decisione expresse dicitur, quod Executor delegatus a Papa potest subdelegare non tantum nudum ministerium, sed etiam ipsam jurisdictionem a. mandatam, per text. in *cap. fin. de Offic. delegat. & capit. cum causam de appellat.* etiam si fuerit electa industria personæ Executoris per clausulas apponi solitas, quæ faciunt Executorem mixtum, existente possessore, cum aliqui Doctores voluerint non posse subdelegare Executorem, quoad causæ cognitionem, cum est electa industria personæ; nihilominus Rota contrarium ibi verius existimavit, unde Executorem Litterarum in forma dignum cum clausula, *cujus conscientiam*, *&c.* posse subdelegare, ibi arbitrata fuit Sacra Rota. 43

ADDI

ADDITIO

Ad Caput X. Primæ Partis.

Quandiu duret potestas Executoris? & an possit Executor subdelegare?

SUMMARIUM.

Via executiva Litterarum Apostolicarum præscribitur spatio triginta annorum, num. 1.

Duplex impedimentum potest esse, ne exequantur Litteræ Apostolicæ, n. 2. & 3.

Delegatus nun possit exequi Litteras Apostolicas, si semel male executus fuerit, n. 4.

Delegatus an possit subdelegare, n. 5.

NUm. 10. diximus, quod executio Litterarum Apostolicarum præscribitur spatio triginta annorum; intellige quoad viam executivam; nam Litteræ Apostolicæ li-
1 cet de per se habeant viam executivam, ut alibi diximus, attamen hoc privilegium amittunt cum fuerint elapsi triginta anni: quia per tale tempus præscribitur via executiva, Rota apud Burattum *dec.* 595. *numer.* 5. ubi Addent.
2 *litt. C.* & apud Eminen. Cerrum 342. *numero* 2. Quod limitatur dupliciter. Primo, si adfuerit impedimentum, propter quod non potuerunt exequi, videlicet litis, &c. ut in *dicta decis.* 342. *numero* 3. apud Cerrum. Secundo limitatur hæc cooclusio, ut procedat quando Litteræ fue-
3 rint concessæ ad favorem alicujus personæ particularis, cui obesse debet propria negligentia in petendo illarum executionem; secus autem, ubi agitur de Litteris, concessis ad favorem Ecclesiæ, vel Dignitatis: hoc enim casu negligentia unius successoribus non potest nocere, Rota *in d. dec.* 342. *numero* 4. apud Emin. Cerrum, ubi allegatur *decisio* 144. *n.* 5. apud Coccinum.

4 Tractavimus in *hoc capite a n.* 24. illam quæstionem, an Delegatus possit iterum exequi Litteras, si male fuerit executus? Adde *decis.* 82. *n.* 13. *part.* 19. *recent.* in qua fuit dictum, posse Executorem iterum exequi ex integro Litteras, cum prius nulliter fuerit facta executio, & apud Emin. Cerrum *dec.* 884. *numer.* 4. late tractat hunc articulum P. Fragos. *tom.* 1. *lib.* 4. *disp.* 10. *a numero* 133. *cum sequentibus*, qui hanc sententiam etiam sustinet, & respondit ad contraria, & contrariam sententiam dicit procedere in Delegato ab inferiore; *secus* in Delegato Principis, qui, si male executus fuerit, bene poterit iterum exequi.

5 A *numero* 35. tractavimus, an Delegatus, seu Executor Litterarum Apostolicarum, possit subdelegare? In hac materia ooviffime prodiit *decisio* Sacræ Rotæ apud Eminent. Cetrum 611. in qua *a numero* 9. ita dicitur: *Difficultas tamen quoad articulum jurisdictionis non modica adfuisset, si constaret, Petrum fuisse subdelegatum ab aliquo ex executoribus specialiter deputatis in dicta provisione Apostolica, & coram eo lis fuisset introducta super titulo Beneficij: quia Delegatus a Principe Supremo potest alium subdelegare, non solum circa articulum nudi ministerii, sed etiam circa articulum, jurisdictionem continentem, ut probat Textus, tam Pontificius, in cap. fin. de offic. delegat. & in cap. cum causam, de appell. quam Cæsareus in l. a Judic.C de Jud.* Bart. *in l. more majorum, n.* 10. *v. Item quilibet Delegatus a Principe, ff. de jurisd. omn. Judicium*, Sanchez *de matrimonio tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 31. *numero* 1. *vers. tertia autem pars: & in specie quod Delegatus a Papa possit alterum subdelegare in tota causa sibi commissa*, Abb. *in cap. super quæstionum, §. porro, num.* 1. *vers. nota primo, quod Delegatus de offic. Jud. deleg. & in cap. cum Bertoldus, num.* 19. *in fine, vers. sequitur enim*, ibique Add. *lit. B. de sent. & re judic.* Jas. *in l. a Judice, sub numero* 10. *vers. nam Delegatus Papa, Codic. de judic.* Scacc. *hoc tract. lib.* 2. *cap.* 19. *numero* 710. *vers. limita primo, & num.* 716. Rota coram Card. Seraph. *dec.* 857. *num.* 18. coram Penn. *decis.* 77. *numero* 7. *& decis.* 99. *numero* 8. *secundum impress. Lugdunen. &* coram b. m. Merlin. *decis.* 693. *num.* 7. *Idque etiamsi videatur electa industria persona executorum per clausulas appositas solitas, quæ faciunt executorem mistum excitari a possessore: Quia, etsi aliqui voluerint, quod etiam Delegatus a Papa non possit quoad jurisdictionem, & causæ cognitionem alterum subdelegare, si electa sit industria ejus persona, ut ponderatis verbis [mandamus, vel præcipimus tibi] seu causam eandem ipse Delegatus cognoscere habeat, vel [conscientiam tuam oneramus] aut per seipsum cognoscat super quo emanavit etiam regula* 58. *Cancellariæ*, plures auctoritates allegat Vuot. *de nullit. ex defect. iurisd. deleg. sub numero* 21. *Nihilominus verior, & receptior videtur opinio, quod, iis non obstantibus, subdelegare possit, ut in terminis Executoris deputati in gratia in forma dignum cum clausula [Conscientiam tuam oneramus]* Rota *decis.* 18. *per tot. de concess. probend. in novis, ubi in fine dicitur, quod maior pars DD. ita tenuit, & decis.* 63. *per tot. eodem titulo in antiq. dec.* 130. *n.* 4. *part.* 2. *divers.* coram Pen. *d. decis.* 99. *dict. numero* 8. Grat. *dec. Marcb.* 157. *numero* 6. 7. *&* 8. *ibique* Add. *num.* 3. *cum duobus seqq. cum aliis relatis, latissime pertractata materia*, per Garziam *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *§.* 1. *n.* 100. *cum seqq. ubi num.* 203. *refert ita resolutum per Sacram Congregationem Eminentissimorum DD. Cardinalium Sacr. Concilii Tridentini Interpretum, & reddit rationem a Rota approbatam, ex quo dicta verba (super quo conscientiam tuam oneramus) sonant potius in monitionem, & excitationem, quam in electionem industriæ personæ.*

CAPUT XI.

Quæ Appellatio admittatur a Decreto Executorum, suspensiva, vel devolutiva, & ad quem appellatio interponi debent.

SUMMARIUM.

1 *Ab Executore mero non datur Appellatio nisi modum excesserit.*

2 *In materia Beneficiali cum datur Executor mixtus, vel cum merus efficitur mixtus, datur Appellatio.*

3 *A mixto Executore Litterarum Apostolicarum datur Appellatio quoad utrunque effectum devolutivum, & suspensivum, n.* 4.

5 *Regulariter non datur Appellatio suspensiva a decreto Executorum Litterarum Apostolicarum.*

6 *Ab Executore mero non datur Appellatio, nisi pronunciaverit super petitorio, nam ratione misturæ datur, n.* 7.

8 *Non semper decretum meri Executoris admittit Appellationem, & vice versa, secundum Amayden.*

9 *Quando adest possessor in Beneficio, tunc a Sententia Executoris datur appellatio etiam suspensiva, et n.* 13.

11 *Executio Litterarum Apostolicarum etiam fit per cedulam, nec admittitur appellatio, dixit Rota penes Mohed.*

14 *Si resignans doceat de jure suo, tunc sententia fit appellabilis, secundum Salgad.*

15 *Authoris sententia in hac materia appellationis.*

16 *Sententia lata contra Litteras Apostolicas est appellabilis quoad utrunque effectum.*

17 *In judicio appellationis immissus non tenetur docere de Gratia justificatione.*

18 *Executor Litterarum Apostolicarum recusari potest ut suspectus.*

19 *Ad quem appellandum, vel recurrendum sit cum appellatur a sententia Executoris, vel cum suspectus refertur, adducitur Sententia Beltramini.*

20 *Authoris oppositio, & n.* 21.

22 *Interpretatur* Constitutio Pii *In conferendis.*

23 *Refertur opinio* Garziæ, *& n.* 24.

25 *Cum Executor nolit exequi Litteras Apostolicas, quid faciendum.*

26 *Executor cum nolit exequi Litteras Beneficiales expeditas in forma dignum novissima, quid faciendum.*

27 *Judicis mutatio Litteris expeditis a quo facienda.*

CErtum est in jure nostro quod ab Executore non est 1
licita appellatio nisi modum excesserit, ut *in leg. ab Executore, ff. de appell. & in leg. ab executione, C. quorum appell. non recipiatur, cap. novit* 42. *de appell.* ibi: Cum secundum jus ab Executoribus appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo, *cap. quoad consultationem de sententia & re iudicata, in vers. sed nec executionem*, & cum jura habemus expressa, non est

opus in hac inutili Doctorum allegatione materiam gra-
varet & quia jura absolute generaliter, & sine distinctio-
ne loquuntur, ita & generaliter doctrinam esse accipien-
dam, multi ex nostris arbitrati sunt, tam in mero, quam
in mixto scilicet Executore; nam nisi in exequendo mo-
dum excedat Executor nulla admittitur appellatio, ita
Palladorus *rerum quotidianarum* 2. *part*. §. 3. Marchel. *de
commis*. 1. *par. cap*. 23. *numero* 14. Salgad. *de regia potesta-
te par*. 4. *cap*. 3. *numero* 19. *cum sequentibus*, qui accura-
te id demonstrat.

2 In materia Beneficiali cum datur Executor mixtus, vel
cum est merus efficitur tamen mixtus, quia adest legitimus
Contradictor, quia tunc censetur datus Judex ad causam,
& debet procedere cum causæ cognitione, etiam si mo-
dum non excesserit, appellatio admittitur, Menoch. *de
arbitrar. lib*. 1. *c*. 38. *n*. 2. ubi alios citat Salgadus *de regia
potestate par*. 4. *c*. 3. *n*. 34. ita intelligens dictum Buttii *sup.
novis*, *n*. 6. *de appell*. ac etiam Ruginelli *de appell*. §. 2. *c*. 2.
n. 60. qui docet a mixto Executore appellari posse.

3 A mixto Executore Litterarum Apostolicarum licitam
appellationem, quasi communem dicunt nostri Docto-
res, Garzia *de Beneficiis part*. 6. *capit*. 2. *a numero* 112.
cum sequentibus, Salgadus *de retentione Bullarum part*. 2.
cap. 34. *n*. 110. & 111. Rota penes Posthium *de manuten. de-
cis*. 117. *num*. 5. & *decis*. 54. apud Seraph. *decis*. 817. Ludo-
vis. *decis*. 69. *numer*. 7. & 91. *num*. 3. Rota apud Royas *de-
cis*. 319. *num*. 3. & *part*. 5. *recent. decis*. 632. & *dec*. 292.
par. 12. *recent*. quæ loquitur in Executore in forma di-
gnum, qui dicitur mixtus, Ubertus *part*. 2. *numer*. 24. &
part. 6. *fol*. 264. *vers. mixtus*, & causat utrumque effectum,
4 devolutivum scilicet, & suspensivum, ut in decisionibus,
quas affert Garzia ibidem, & penes eundem Posthium *post
tractatum de manutenendo decis*. 242. *num*. 3. Duran. *decis*.
414. *num*. 2. & 437. & in S. Agathæ Gotorum 4. Julii 1597.
quam affert Amayden *cap*. 5. *num*. 79. & ab Executoris
sententia cum clausula, *constito*, quo casu est mixtus, da-
ri appellationem quoad utrunque effectum, Rota apud Ar-
5 guell. *decis*. 10. *num*. 23. & 9. licet regulariter appellatio-
nem suspensivam in materia executionis Litterarum Apo-
stolicarum non dari, dixerit Ridolfin. *part*. 2. *cap*. 8. *num*.
45. & Rota penes Seraph. *decis*. 357. apud Duran. *decis*.
60. *num*. 48. Rota apud Royas *decis*. 319. *num*. 3.

6 Et vice versa a mero Executore non dari appellationem,
Gabriel. *in tit. de appell. concl*. 4. Rota penes Post. *post tra-
ctatum de manutenendo decis*. 117. *num*. 5. nisi tamen pronun-
ciaverit formaliter super petitorio nempe Beneficium spe-
ctare ad aliquem; nam tunc ratione mixturæ sententia est
appellabilis quoad utrunque effectum, Rota apud Duran.
decis. 177. *num* 2. & licet teneatur citare possessorem, &
audire suas exceptiones, Rota *recent. part*. 2. *decis*. 64. *nu-
mer*. 2. tamen illas retinere potest, nec appellari ab ejus
sententia, docet Ubertus *in prax. part*. 6 *de justificatione Lit-
terarum Apostolicarum fol*. 264. *sub vers. hic quoque*, ubi
dicit, quod tunc appellatur vel cum excedit, vel cum se
facit mixtum, admittendo comparentem pro legitimo
contradictore, dando copiam actorum, & decernen-
do terminum ad probandum, Rota *decis*. 400. *part*. 4.
tit. 2.

At quod non semper decretum meri Executoris ad-
7 mittat appellationem, & e contra semper mixti Execu-
toris sententia appellationem recipiat, dixit Amayden
lib. 1. *cap*. 5. *num*. 54. & 55.

8 Siquidem si merus Executor evadat mixtus, quia ad-
est legitimus contradictor, tunc admittit Appellationem,
puta quia adest provisus ab Ordinario qui possidet cum
titulo colorato, & illum coram Executore produxerit,
tunc licitam esse appellationem, & utrunque operari
effectum devolutivum, & suspensivum, dicit Amayden,
maxime si vacatio evenerit in mense Ordinarii, prout
decidit Rota in *Colonien. Canonicatus 4. Februarii* 1598.
quam Garzia *part*. 6. *cap*. 2. *num*. 139. refert, Salgadus
9 *de retentione Bullarum* 2. *part. cap*. 34. *num*. 94. habens er-
tam titulum coloratum semper poterit appellare a sen-
tentia Executoris, dummodo titulum coram Executore
produxerit, late defendit Salgadus *loco citato*, & ad hoc
multas decisiones affert; sicuti cum adest possessor in
Beneficio, qui tunc citandus erit, & Executor partes
Judicis assumere tenetur, juxta *cap. fin. de præsumpt*. ut
dictum est, tunc a decreto istius Executoris datur etiam
appellatio suspensiva, & causat attentata, quia tenetur
partes Judicis assumere, Ludovis. *dict. decis*. 69. & 335.
num. 17. Gonzalez *gloss*. 9. *in ann*. *num*. 227. Salgad. *dict.
cap*. 34. *num*. 112. Tondutus *part*. 2. *cap*. 4. §. 1. *num*. 14.
tom. 1.

Rota penes Seraph. *decis*. 1045. docuit, quod clausula, 10
vocatis vocandis, efficit quod ordinarie, non executive
sit procedendum, & quod a decreto Executoris detur
appellatio, & gesta post appellationem esse attentata, *Se-
raph*. citat & sequitur Tond. *dict. part*. 2. *capit*. 4. *numer*. 12.

At Theodorus Amayden *dict. lib*. 1. *cap* 5. *num*. 57. con- 11
trarium videtur tenere; docet enim quod cum Executor
est datus cum clausula, *vocatis vocandis*, teneatur qui-
dem partes Judicis assumere procedendo judicialiter cum
partia citatione, sed ab ejus decreto non dari appellatio-
nem semper suspensivam: sed si materia mereatur exe-
cutionem, possit Executor procedere ad executionem de-
creti, & allegat decisionem Rotæ *in Hispalen. præeminen-
tiarum* 24. *Januarii* coram Sacrato, quam etiam ad ver-
bum affert, in qua decisione fuit dictum, quod non transi-
it de plano, sed clausula, *vocatis vocandis*, faciat judi-
cium ordinarium, operatur enim ut ille, qui alias pote-
rat extrajudicialiter, teneatur judicialiter procedere,
sed non exinde sequi, quod si materia sit executiva, &
Judex non pronunciet, sed relaxet mandatum executi-
vum, sit locus appellationi ad effectum suspensivum, quia
in remedio *legis finalis C. de edicto Divi Adriani tollendo*,
ad cujus instar proceditur in executione Litterarum Apo-
stolicarum, & similiter executione obligationis Came-
ralis, & aliis proceditur judicialiter citatis citandis, &
nihilominus non retardatur executio sub prætextu ap-
pellationis. Hæc, & alia in *dict. decis*. ex qua decisione
Amayden *num*. 58. dicitur, quod clare constat Executorem
posse privare intrusum sua possessione si rite procedat,
& ab ejus decreto non dari appellationem suspensivam,
modo voluerit procedere per decretum sive relaxatio-
nem mandati, non autem per sententiam, quia eo casu
datur appellatio suspensiva, & allegat decisionem Rotæ
in *Firmana pens*. 23. *Januarii* 1627. coram Durano.

Sed quod executio Litterarum Apostolicarum fiat et-
iam per cedulam, nec tamen admittatur appellatio, 12
Mohedan. *decis*. 3. *sub tit. lite pend*. Rota *decis*. 30. *n* 42.
apud Rub. *tit*. 1.

Et cum adest possessor tenetur illum citare, & deferre
appellationi, per textum *in cap. exhibita de Jud*. Rota *re-
cent. part*. 1. *decis*. 125. apud Royas *decis*. 169. *numer*. 8. &
9. & *decis*. 349. & apud Farin. Posth. *tom*. 1. *decis*. 341. &
451. ad Buratt. *decis*. 491. & quod tunc admittitur appel- 13
latio suspensiva apud Royas *in dictis decisionibus*, & 319.
apud Buratt. 524. & 185. apud Cocc. 146. & apud Farin.
tomo 2 *decis*. Posth. *decis* 670. & si tunc Executor non de-
fert appellationi non privat possessione, nec possessio da-
ta sit manutenibilis, ut in *dicta decis*. 341. penes Far. *tom*.
1. Posth. licet tamen processus sit validus, Menoch. *re-
med*. 4. *n*. 456.

Insuper Salgadus *dicto capit*. 34. *numero* 98. dicit, quod 14
licet resignans non possit impedire resignatarium a ca-
pienda possessione, nec dicitur appellatio suspensiva,
ut Paris *de resignatione lib*. 10. *q*. 6. *n*. 63. attamen, si co-
ram Executore induxerit sua jura, & docet de legitimis
exceptionibus, quod tunc bene appellat, & impedit, ut
ibidem loca citata.

Verum ego totam hanc materiam brevioribus verbis 15
expediri posse arbitror, nempe quod tunc appellatio ad-
mittitur suspensiva, ut in hac materia, quando agitur dun-
taxat ordinarie, & via executiva impeditur per legitimum
contradictorem, tunc enim appellatio causat attentata, si
post eam aliquid innovatur, juxta *decis*. Rotæ apud Bi-
chium 275. *n*. 21. ita semper cum Executor est mixtus, ut
ibidem dicitur, & apud Peutinger. *decis*. 248. *num*. 3. &
4. & 229. *num*. 1. sin autem judicium executivum non
immutatur, & adhuc executive agitur per Executorem,
tunc appellatio non datur suspensiva; sed ea non obstan-
te proceditur ad immissionem, nec hæc retardatur sub
prætextu appellationis, Rota *dec*. 225. *num*. 22. & 88.
num 27. apud Rub. *tomo* 3. & *in dict. dec*. 275. *num*. 27.
apud Bichium, Spada *consil*. 59. *num* 2. & 3. Rota apud
Cavalium *decis*. 112. *num*. 24. ubi fuit dictum, non turbo
possessionem attentatam captam vigore decreti de im-
mittendo post appellationem, quia vigore legis provisus
ab Ordinario non immutavit judicium, & viam execu-
tivam, quia non erat legitimus contradictor. Vide Sal-
gadum *loca cit. dict. cap*. 34. qui late sic, per protestatio-
nem comparentis, qui non sit legitimus contradictor ad
impediendam viam executivam non impeditur immissio,
nisi

nisi in continenti doceat de jure suo, Amayden *lib. 1. cap. 24. §. 2. num. 54.* & diceimus etiam (Deo dante) cum de subrogatione gratiosa: sic cum constat de reservatione, appellatio interposita a proviso ab Ordinario nihil facit, ut in *decis.* 88. *part.* 8. *recen.* & 235. penes Rub. & ita loquitur etiam *decisio* allegata apud Royas 319. fuit in simili admissa appellatio suspensiva a decreto Executoris mixti, quia judicium fuit ordinarium, ut legitur in *dec.* ibi, quibus clausulis concurrentibus certe judicium non erat executivum, sed ordinarium, & veniebat admittenda appellatio suspensiva, Zabar. *cons.* 63. *num.* 10. Gonzalez *in annot num.* 229. *post glossa nonam.* Greg. XV. *decis.* 91. *cap.* 2. Hæc ibi; & in *dict. decis.* 291. *num.* 12. in qua dictum fuit dati appellationem suspensivam a decreto mixti Executoris, quod procedat, quando pars est legitimus contradictor, cum titulo, & possessione, & ibidem dicitur quod sufficit sola possessio; in quibus terminis diximus judicium esse ordinarium: sic etiam est *dec.* Rotæ apud Burat. 171. & ibi Ferent. *n.* 18. sicuti in provisionibus in forma gratiosa regulariter non datur, ut in *d. dec.* 292.

16 Cum vero sententia est lata contra Litteras Apostolicas, quia tunc dicuntur vulneratæ per sententiam, utraque appellatio datur devolutiva, & suspensiva, Cavall. *decis.* 2. *numero* 7. Ridolfin. *in prax. par. 2. cap. 8. numero* 157. & *c. 9. numero* 190. & *part.* 2.

17 Notandum tamen erit, quod in Judicio appellationis immissus non tenetur docere de Gratiæ justificatione coram Executore, cum non adfuit contradictor, cum tunc Executor possit se informare extrajudicialiter, nec tunc objici potest de justificatione, Ferentil. ad Burat. *decis.* 842. *num.* 4.

18 Appellationi affinis est recusatio, *super eo de appellat. l. apertissimi, vers. cum potest, C. de judiciis*, Salgadus *de retent. Bullar. 2. p. c. 19. num.* 41. Corradus *in praxi dispens. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 28. ideo Executor Litterarum Apostolicarum tam in Beneficialibus, quam in aliis materiis recusari potest, etiam antequam Litteræ expediantur, allegando aliquam justam causam suspensionis, ut dixit Corradus *loco cit. sub n.* 23. & potest esse si metus sit Executor, quia etiam hic potest gravare partem dando possessionem non citato legitimo contradictore sive possessore, & semper quod Executor potest gravare partem semper est licita recusatio, Abbas *in c. novit, de appell. num.* 7.

Ad quem appellandum a Decreto Executorum, & quomodo fiat recusatio, videndum erit.

19 Oliver ad Ludovis. *dec. 46. num.* 10. docet, quod cum Executor pronunciat Litteras non esse exequendas, tunc appellandum esse ad Metropolitanum, vel ad Papam, & allegat *decisionem in Trisonen. Capellaniæ* coram Pamphilio, in qua dicitur quod cum cesset tunc via executiva, adeundus est superior per viam appellativam ordinarie; hanc etiam sententiam tenuit Amayden *dict. cap. 5. sub numero 44. in fine*, & ita quoque videtur sentire Massob. *in praxi habendi concursum ref. 3. dub.* 8. & dicit clarum textum apertum in *Constitutione Pij V. in conferendis, vers. Is vero*.

20 Sed hoc apud me habet maximam difficultatem, quia Executor cui Litteræ committuntur non utitur propria jurisdictione, sed delegata, sive enim executive procedat sive ordinarie, semper procedit uti Papæ delegatus, & jurisdictione delegata, & commissa utitur, ad textum in *l. 1. §. qui mandatum*, ubi DD. *ff. de Off. ejus, l. ultima, C. ubi & apud quem*, late Bellon. *de mand. juris d. cap. 9. quæst.* 7. & dicitur clare in Litteris Apostolicis, ibi: Authoritate nostra conferas; a delegato autem ad delegantem est interponenda appellatio, sic ad Papam non ad Metropolitanum tunc recurrendum est, juxta assentata axiomata juris, *l. ultima, C. de Judiciis, l. præcipimus, C. de appellat.* Bellonus *d. cap. 9. quæst. 7. num. 9. cum seq.* Nec facit quod hujusmodi causæ sunt committendæ Ordinariis, nam ex hoc non sequitur quod tunc Ordinarius utatur jurisdictione ordinaria jure sibi competente, & appellandum sit ad Metropolitanum, sed utitur vere juridictione, & potestate Pontificia sibi delegata, & commissa in illo speciali casu, & talis delegatio est vera commissio novæ jurisdictionis, & potestatis Pontificiæ, non autem exercitatio jurisdictionis, vel potestatis ordinariæ, quo casu appellandum esse ad Metropolitanum; nec est potestas delegata specialis clausa in corpore juris ad certas causas seu in certis casibus, utpote in Concilio Tridentino, in quo Ordinario committuntur plura tanquam Sedis Apostolicæ delegato, quo casu dubitarunt nostri Doctores ad quem sit appellandum; sed est delegata speciali commissione ab homine, cum prius non competebat, ut optime Merolla *tit. 3. disput. 7. cap. 2. q. 3. per tot.* quæ specialiter committitur a Papa in singulis casibus, & eam delegat, & committit cum sibi videtur, & placet, & poterit aliis committere, licet ut plurimum eis committat; ergo cum sit delegata potestas in illo casu, qua utitur Ordinarius vigore Litterarum Apostolicarum, appellatio interponenda erit ad Papam delegantem, non ad Metropolitanum, ut optime discurrit Merol. *tom. 3. disp. 7. cap. 5. num.* 578.

Nec obstat *Constitutio Pii V. in dict. vers. Is qui*, quia legenti patet, quod ibi Constitutio loquitur in casibus in quibus Ordinarius rejicit, & reprobat examinatos jure proprio, non autem jure delegato, mala enim electione Episcopi appellatur ad Metropolitanum, quia Metropolitanus est Judex superior Episcopis in illis quæ Episcopus ordinario jure exercet, & peragit; secus vero in illis quæ Ordinariis, seu Episcopis Papa demandat specialibus Litteris, nam tunc non est inferior nec subditus. 21

Et corroborantur prædicta omnia: quia ut nuper dicamus in casu, quo Ordinarius renuit exequi Litteras, & est negligens, si non fuerit datus secundus Executor, quo casu dicitur facta commissio in forma dignum novissima, ut dicimus, non potest adiri Metropolitanus, sed recurrendum est ad Papam ejusque Sanctam Sedem, qui dat secundum Executorem, qui requisito, & citato primo debet exequi, nec potest adiri Metropolitanus; ergo similiter in casu appellationis, quia reservatio, & appellatio pari passu procedunt, licet alioquin sive appellatur ab Ordinario, sive cum uti suspectus recusatur, recurritur ad Metropolitanum. 22

Garzia *de benef. part. 6. cap. 2. num.* 72. excitat hoc dubium, & dicit, quod videtur recurrendum esse, & appellandum ad Papam, cum tunc Ordinarius sit Executor, & delegatus Apostolicus, & consequenter pronunciando non esse locum executioni Litterarum; quia non reperit impetrantem idoneum, vel quia Litteræ sunt subreptitiæ, pronunciat ut Judex Apostolicus, ad *l. primam, ff. quis & a quo appellatur*. 23

Objicit tamen in contrarium Garzia, & affert quandam declarationem Sacræ Congregationis Concilii in quadam Cæsenaten. quam afferre dicit Paril. *de resignatione lib. 10. quæst. 7. num.* 25. in qua dicitur, qui exhibuit Bullam Parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cæsenaten. & rejectus est ab examine, de quo fidem Examinatorum affert, visum est dandam appellationem ad Suffraganeum Ravennaten. Ad hanc declarationem respondet Garzia *num.* 75. quod dici potest illam procedere, & loqui solum in resignatario, seu alias impetrante Parochialem in forma dignum, qui in examine non fuit approbatus, sed rejectus & reprobatus; nam hic potest appellare ab ista rejectione, & reprobatione ad Metropolitanum, ex eo quia examen in forma dignum ad Parochiales debet fieri adhibitis examinatoribus in Synodo deputatis, si ibi sint, alioquin deputandis ab Ordinario, ut in ipsis Litteris in forma dignum expresse dicitur, qui Examinatores habent votum in rejiciendo, seu reprobando sicuti etiam in approbando, *ut in Tridone. cap. 18. sess. 24. de reformatione*, & si rejectio, seu reprobatio in casu prædicto sit necessario ex voto Examinatorum, qui in suo ministerio non funguntur authoritate Apostolica, & sic ad Metropolitanum appellatur. Secus autem in aliis provisionibus Beneficiorum in forma dignum, in quibus appellatio soli Ordinario committitur, vel quando Ordinarius denegat executionem sub prætextu subreptionis, seu alterius defectus Litterarum, nam tunc ad Papam appellandum est. Illud tamen pro certo tenendum est, quod licet in provisione in forma dignum novissima detur secundus Executor, qui si fuerit negligens primus, in exequendo infra triginta dies, probata negligentia, poterit ipse exequi, attamen hic secundus non poterit adiri in casu quo Executor pronunciaverit Litteras non esse exequendas, vel non justificatas, quia tunc non recurritur ad secundum istum Executorem, sed appellatur in forma; ratio est evidens, quia secundus Executor datur duntaxat in casu negligentiæ, non autem in casu appellationis, & recursus: & magna adest differentia inter utrunque casum, nempe negligentiæ, & appellationis, ita Garz. *dict. part. 6. cap. 2. n. 59. cum seq.* & signanter *n.* 61. qui affert Rotæ *decis.* Oliver. ad Ludovis. *dict. decis. 46. num.* 10. Salgad. *part. 2. cap. 34. n.* 100. & 101. Amayden *dict. cap. 5. n.* 44. & alii passim. 24

Si tamen

25 Si tamen Executor nolit exequi Litteras, & dicat sub-
reptitias, vel ob aliam causam cum non pronunciat, sed
simpliciter recusat, tunc si Litteræ sunt in Beneficialibus,
& non habent Subexecutorem, quia non sunt expeditæ
in forma dignum non novissima, vel sunt in alia materia,
quam beneficiali, tunc recurritur ad Sedem Apostolicam
pro mutatione Judicis, impetrantur aliæ directæ Epi-
scopo viciniori, qui citato, & requisito legitime Ordina-
rio ejusque Promotore Fiscale audito, si idem Ordinarius
ad debitam executionem absque legitima, & rationa-
bili causa recusavit procedere, nec adduxerit legitimam
causam recusationis, ipse vicinior ad exequendum pro-
cedit, servata forma Litterarum, nec aliter procedere
poterit hic secundus Executor datus nisi prius requi-
ratur primus Executor cum inserto tenore Litterarum,
quamvis secundo huic Executori constat, primum non
voluisse procedere, quia hæc requisitio datur pro forma,
late discurrit Corrad. *lib.7. cap 4. num* 25. *&* 26. *Praxis
dispens.* qui loquitur in materia dispensationum matri-
monialium, sed eadem est praxis in omnibus. Non me
latet quid scripsit Tond. *p.1.c.4.§.2.n.6.* nempe in casu,
quo Executor, seu Ordinarius cui Litteræ sunt directæ
nolit exequi, sit in potestate, & arbitrio impetrantis, an
malit ad Metropolitanum recurrere, vel ad unum vici-
niorem Ordinarium; ego enim juxta communiorem pra-
xim recurrerem ad Sedem Apostolicam pro medio Ex-
ecutore, juxta notata per Corrad.

26 Sin autem Litteræ sint in materia beneficiali, & sint
expeditæ in forma dignum novissima cum secunda Bulla
Executoria, tunc cum primus fuerit negligens recurri-
tur ad secundum, qui servare debet eandem formam prout
in Bulla Executoria, quæ omnino servari debet; non
tamen recurri debet de novo ad Papam; hæc tamen Bul-
la Executoria in casu negligentiæ primi Executoris da-
tur solum in beneficialibus materiis, & provisionibus
in forma dignum, ut diximus, non autem consuevit da-
ri in aliis materiis, puta dispensationum matrimonia-
lium: non autem dicitur negligens cum adest legitimus
contradictor, ut etiam alias notavimus, Salgadus *de re-
tent. Bullar. part.* 2. *cap* 34. *num.* tot. & formiter de ne-
gligentia constare debet, nec dici potest de negligentia
ante justificationem Litterarum, *ut in decis.*650. apud Post.
post tract. de manuten. late Garz. *part.6.cap.2.n.60.* & ali-
bi nos notavimus.

Hæc autem Judicis, seu Executoris mutatio cum jam
Litteræ expeditæ fuerint, & impetrans Gratiam habet
suspectum Executorem, seu Ordinarium cui semper
27 committuntur, a quo fieri debeat, investigare quis po-
terit?

Et quidem ait Corrad. *loco cit.* quod hæc est materia
pertinens ad Signaturam Gratiæ potius quam justitiæ.
Amayden vero *dict. lib.*1. *cap.5. in quæst.*1. *per totam* lo-
quens in materia beneficiali dicit: Quando Litteræ sunt
expeditæ in forma Gratiosa, quia tunc dantur Subex-
ecutores, sive a Cancellaria, sive a Summistaria ad par-
tis instantiam, seu provisi nominationem, dummodo sint
in dignitate constituti, qui solum assistunt provisioni, &
tunc per Signaturam Justitiæ bene fieri potest mutatio,
quia alias dedisset Cancellaria, vel Summaria si fuis-
sent petiti, nec in hoc contraveniri Concilium Trident.
& sic fieri mutationem pro corrige in Cancellaria: cum
vero Executor est datus provisioni in forma dignum,
sive in forma antiqua, sive in forma novissima fuerit facta
provisio, quia tunc datur Executor per Datariam, &
censetur datus ab ipsomet Papa Ordinarius expresse
vicinior non autem tacite, nempe in casum negligentiæ;
ideo non posse fieri a Signatura talem mutationem, sed
ab ipso Papa faciendam, dicit Amayden *loco citato*, &
sic in mutandis hujusmodi Executoribus datis per Data-
riam adeundum esse Papam, tenere videtur etiam Cor-
radus.

Sed quod dicit hic Amayden, nempe, quod cum dan-
tur Executores provisioni in forma Gratiosa, debent esse
in Dignitate constituti, contrarium docere videtur Tond.
de pens. cap. 49. *num.* 14. ubi docet, quod, quando
committitur nudum ministerium, prout est in Litteris
Gratiosis, Executor potest deputari quamvis non sit in
Dignitate constitutus, & citat multos, præsertim *decis.*
455. *num.*5. *par.*1. *recent.*

A D D I T I O

Ad Caput XI. Primæ partis;

Quæ appellatio, &c.

S U M M A R I U M.

*Regulariter non datur appellatio a sententia Executoris
Litterarum Apostolicarum, n.* 1.
*Datur appellatio, etiam suspensiva, a sententia Exe-
cutoris misti, n.*2. *&* 3.
*In provisionibus Beneficiorum reservatorum, vel motu
proprio, non datur appellatio suspensiva, n.*4.
A decreto Executoris in forma dignum *datur appella-
tio suspensiva, n.*5.
*Quando adest legitimus contradictor, semper datur ap-
pellatio suspensiva, n.*6.
*In Beneficiis Curatis datur appellatio suspensiva a decreto
Executoris, si adsit legitimus contradictor, nu.* 7.
8. 9. 10. *&* 11.
*Cum Executor procedit tela judiciaria, datur appellatio
suspensiva, n.*12.
*Executor Litterarum Apostolicarum potest, uti suspectus,
recusari, n.*13.
*Ad quem appellandum a decreto Executoris misti, nu-
mer.* 14.

ADductis in *hoc capite* addendum, quod regulariter
a sententia Executoris Litterarum Apostolicarum 1
non admittitur appellatio suspensiva, Rota penes Ca-
rillum *decis.*15.*numer.*2. *&* 122. *num.*6. *&* 24. & penes
Priolum *decis.* 115. *num.*9. & Manzanedum *decis.* 852.
num. 2. 3. *&* 4. & apud Eminen. Cerrum 370. n.10.
& eo magis, quando agitur de Parochiali, juxta de-
cretum Conc. Trid. *sess.*24. *cap.*18. *de reformatione, &
Constitutionem s. m. B. Pii V. in conferendis.* Hoc tamen
procedit in mero Executore, secus in misto, a cujus 2
sententia bene admittitur appellatio quoad utrunque
effectum. Addentes ad Greg. *dec.* 171. Rota *dec* 327.*n.*17.
*par.*10. apud Coccinum 1276. *num.* 2. 13 apud Celsum
21. apud Peutinger. 229. apud Manzanedum 817. *nu.*852.
apud Ubaeum *dec.*2. *num.*3. *& dec.*9. *num.*111. *& dec.*
114. *num.* 4. 5. *&* 6. *& decis.*360. *num.*4. *&* 5. *par.*15.
*in recent. & decis.*166. *num.*2. *&* 222. *num* 7. *&* 107.
*num.*7. *par.*16. *in recent.* coram Em. Cerro *dec.*282.*num.*
9. *&* 10. *&* 321. *num.*13. *&* 370. *num.*11. 12. *&* 13.
Quamvis adsit clausula, *Contradictores*, quæ non va- 3
let immutare naturam præcedentem Executoris misti,
Rota *decis.* 118. *part.*15. & ideo semper causat at-
tentata, si intra terminum ad appellandum, & eo for-
tius, si post interpositam appellationem, ad aliquem
actum fuerit processum, veluti ad immissionem, ut in
præfatis decisionibus, & præsertim in *d. decis.*107. *par.*
16. quam vide pro circa attentatorum revocationem.

Item non datur regulariter appellatio suspensiva, non
solum quando est Executor merus; sed etiam quando 4
datur in provisionibus Beneficiorum reservatorum, vel
cum Litteræ fuerint expeditæ *motu proprio*, ut in *d. de-
cis.*114 *in princip. par.*15. Secus in provisionibus in *for-* 5
ma dignum, vel cum habet clausulam, *Dummodo de
tempore data præsentium*: quia tunc Executor est mi-
stus, ut diximus alibi, Greg. *decis.* 413. *num.* 4. *&
decis.*91. Burattus *dec.*651. *num.* 4. ubi Fetensillus, *&*
datur appellatio etiam suspensiva, Rota *dec.* 233. *par.
num.*5. *&* 6. *par.*4. *tom.*2. & coram Emin. Cerro *dicta
decis.*370. *num.*1. *& decis.*282. *num.*9. Qui idem firmat 6
de clausula, *amoto*, existente tamen possessore, & legi-
timo contradictore, ac etiam in gratia *certo modo*, ibi-
que allegat concordantes *decisiones*; & semper quan-
do adest legitimus contradictor cum titulo, & possessio-
ne, admittitur appellatio suspensiva, idem Cerrus *dec.*
307. *num.*11. *&* 12. quod procedit etiamsi Beneficium 7
sit Curatum, Addentes ad Ludovis. *decis.*91. Mant. *decis.*
324. Rota *in d. decis.*114. *num.*4. 5. *&* 6. Et illa regula,
quæ dicit, quod, quando agitur de Parochialibus, non
admittitur appellatio suspensiva, juxta decretum *Con-
cilii, & Constitutionis B. Pii V.* procedit in provisis per 8
concursum, quatenus non datur appellatio suspensiva
a reprobatione Examinatorum; sed quando agitur ex
aliis causis, & oritur controversia aliunde, a sententia Ex-
ecuto-

ecutorie bene admittitur appellatio suspensiva, Rota *dec.* 656. *num.* 2. *part.* 1. & 197. *num.* 10. *par.* 5. Butettus *decis.* 625. *numer.* 5. Rota *in d. decis.* 114. *numer.* 9. & 10. & *decis.* 360. *num.* 6. *eadem part.* 15. *recent.* Atque *in præfata dec.* 114. *num.* 12. & 13. declaratur *decisio in Gerunden. Parochialis* apud Bichium, quæ est apud ipsum Bichium *decis.* 275. ut illa procedat in eo casu, in quo erat solum clausula *amote*, apposita in parte executiva (ut expresse dicitur in *d. decisione num.* 26.) secus quando Litteræ sunt in *forma dignum*, & in dispositiva clausula *dummodo alteri*, &c.
9 quia tunc facit mistum Executorem, cujus sententia admittitur utraque appellatio; ita quoque Rote coram Em. Certo *dec.* 240. ubi *numer.* 13. dicit, quod datur appellatio et-
10 iam suspensiva in Parochialibus, quando agitur super jure conferendi, vel præsentandi, vel etiam quando simplex signatura justitiæ simpliciter de appellatione rescriberet: quia tunc etiam in Parochialibus appellatio datur quoad
11 utrunque effectum, Rota apud Eminen. Certum *decis.* 714. *numero* 4. Item datur appellatio quoad utrunque effectum, quando adest contradictor legitimus, seu possessor, etiam in Parochialibus, ut in alia *decisione* coram eodem
12 Emin. 315. Demum in *dict. decis.* 114. *numero* 11. fuit dictum, quod, cum Executor procedit tela judiciaria, tunc admittitur apellatio, etiam suspensiva, juxta *decisionem* Gregorii 515. *num.* 1. & *decis.* 6. *numer.* 7. *par.* 9. Verum in *dict. decis.* 275. *numero* 25. apud Bichium dixit Sacra Rota, quod, quando termini substantiales sunt servati, ordinarie fuerit processum, ex nimia cautela parti nocere non debet.

13 *Num.* 18. diximus, Executorem recusari posse, uti suspectum, & tunc recusatus non potest ad ulteriora procedere; adde *decisionem* 177. *n.* 1. *par.* 16. *recent.* ubi aliæ allegantur *decisiones*, quod regulare est in omni Judice, Emin. Certus *decis.* 769. *num.* 1.

14 A *numero* 19. *cum seqq.* diximus, ab Executore appellandum esse ad Papam, tanquam ad Delegantem. Hanc nostram sententiam sustinet Lotterius *lib.* 3. *q.* 12. *numero* 5. *de re Beneficiaria*; sed contrarium videtur sensisse Rotam apud Manaanedum *decis.* 583.

15 Quando Judex processit ordinarie ad institutionem, datur appellatio suspensiva, quæ causet attentata, Eminentissimus Certus *decis.* 62. 656. *numer.* 2. & 3. 828. & 749. *num.* 2. & 3. & alibi sæpe; secus si summarie & absque contradictorio judicio, *ut* in *dictis decisionibus*.

CAPUT XII.

De Executoribus Dispensationum Apostolicarum super impedimentis dirimentibus Matrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Oratores, qui dispensationem obtinuerunt, debent Litteras expedire, & præsentare illis, quibus sunt directæ.*

2 *Gratia non suffragatur Litteris non expeditis, licet sit valida quoad substantiam.*

3 *Executor non potest scire formam a Summo Pontifice, si Littera non sint expedita, & præsentata.*

4 *Executor dispensationum Apostolicarum debet omnia in Litteris narrata verificare.*

5 *In gratiosis omnis causa debet esse vera.*

6 *Informatio, quam Executor accipit, est extrajudicialis; stylus tamen est, quod in scriptis procedatur.*

7 *Executor debet verificare narrata juxta causam expositam.*

8 *Gradus expressus probari debet designando personas descendentes a communi stipite.*

9 *Mulier rapta reponi debet in loco tuto.*

10 *Cum inter raptorem, & raptam non adest aliud impedimentum, quam raptus, muliere reposita, & dimissa in sua libertate, non est opus alia dispensatione.*

11 *Clausula*, & si extra dictum locum nubere cogeretur, dos non esset competens, *ponitur in proximioribus gradibus, & est probanda.*

12 *Probata narrativa facta in Litteris, Executor debet interponere decretum dispensationis, & legitimare prolem nasciturum.*

13 *Cum impetratur dispensatio ad sedendas inimicitias, debet probari, quod inimicitiæ sint graves.*

14 *Quandoque impetratur dispensatio pro confirmatione pacis, & tunc etiam inimicitiæ probari debent.*

15 *Pro executione dispensationis ob dotis incompetentiam, quæ verificare teneatur Executor*, num. 16. 17. & 18.

19 *Quomodo se gerere debeat Executor pro exequenda dispensatione obtenta cum causa propter dotem cum augmento, n.* 20.

21 *Arbitrio Executoris relinquitur, cum dispensatio est concessa propter lites.*

22 *Dispensatio ob excellentiam meritorum de raro conceditur, & tunc relinquitur arbitrio Executoris in judicandis meritis.*

23 *Sæpesæpius conceditur dispensatio ex certis rationabilibus causis, quod idem sonat ac sine causa.*

24 *Quæ verificare teneatur Executor pro exequendis dispensationibus cum copula, vel cum diffamatione copula, n.* 25.

26 *Executor non potest abbreviare tempus pœnitentiæ.*

27 *Juramentum, quod debent præstare Oratores, quod copula non intercessit ad inducendam Sedem Apostolicam ad dispensationem, potest præstari in manibus Parochi.*

28 *Executor quæ verificare teneatur in dispensatione obtenta super Matrimonio jam contracto cum impedimento dirimenti, n.* 29.

30 *Cum duo sunt narrata impedimenta, si unum probatur, poterit Executor devenire ad executionem Litterarum.*

31 *Executor non potest exequi Litteras dispensationis cum erratum fuit in qualitate consanguinitatis, vel affinitatis.*

32 *Sic etiam cum pro gradu remotiori strictior sit expressus, n.* 33.

34 *Declaratoria super propinquiore unico contextu petenda est cum dispensatione super remotiori.*

PApa nunquam solet ipse dispensare super impedimentis dirimentibus Matrimonium, sed ut plurimum, & quasi semper committit Ordinario loci, ut verificatis sibi narratis auctoritate Apostolica dispenset, quod & ipse praxis, & Litteræ ipsæ testantur. Committitur ergo Executori non nudum ministerium executionis dispensationis, sed ipsa potestas dispensandi, prævia causæ cognitione: est ergo delegatus cum jurisdictionis exercitio; nam debet adhibere jurisdictionem in verificando narratam causam, seu narrativam totam factam Pontifici: de hac re dubitari nequit absque ignorantiæ terminorum nota.

Qui dispensationem super aliquo dirimente impedimento obtinuit, Litteras expedire debet, illasque omnino Executori præsentare; nam licet Litterarum expeditio non sit necessaria ad essentiam, & substantiam Gratiæ, seu dispensationis; est tamen necessaria, ut ad exercitium deduci possit, prout late alibi diximus, Rota apud Guiliel. Dunozet. *decis.* 34. *num.* 3. & magistralis est *decis. in Cæsaraugustana pens.* 31. *Jan.* 1656. coram Bich. 121. *part.* 12. *recent.* ubi late explicatur hæc materia, & in puncto Corradus *in praxi dispens. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 5. non enim Executor potest habere certitudinem, neque scire Gratiam concessam, & formam, seu modum appositum in illa, nisi Litteræ expediantur, cum quandoque in Cancellaria Apostolica Officiales illius clausulas supplicationi appositas, aliter in Litteris juxta suas facultates extendant, quare ex formula Litterarum inspici debet. Obstat etiam Regule Cancellariæ de non judicando, juxta tenorem supplicationis; sed secundum Litteras, quæ regula habet Decretum irritans, late, & melius Corrad. *loco cit.* & *lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 45. & 46. sed nota quod aliud dicere est gratiam non esse perfectam absque Litterarum expeditione, aliud illam non suffragari Litteris non expeditis; dicimus enim dispensationem ad sui validitatem non requirere Litterarum expeditionem, prout tenent Theologi, præsertim Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 29. *num.* .... Merolla *tomo* 2. *de legib. disp.* 4. *cap.* 6. *de dispensat. in legibus dub.* 32. & alii; attamen existimamus, & pro certo tradimus dispensationem non suffragari illam impetranti, nisi expeditis Litteris, illisque Executori præsentatis, qui non antea poterit uti dicta potestate sibi tradita ad dispensandum, nisi visis Litteris expeditis, vel sub Plumbo, vel sub Annulo Piscatoris; quod & in foro conscientiæ locum habere etiam

tiam traditur, contra nonnullos, qui asserunt pro suo conscientia non esse necessariam Litterarum expeditionem supplicatione signata, sed loquuntur contra manifestas regulas Cancellariæ, & Constitutiones Apostolicas; nescio enim quomodo id practicari poterit in conscientia, cum Papa non aliter vult, quod dispensatio, seu potestas ad dispensandum deducatur in exercitium, suumque sortiatur effectum nisi post Litterarum expeditionem; deficit enim intentio Papæ, quæ est, ut Litteræ expediantur super Gratia juxta regulas Cancellariæ, præsertim 52. defectus namque intentionis annullat Gratiam: & Gratia nulla nullo modo prodest impetranti; habetur enim tunc ac si non esset concessa, & non entis nullæ sunt partes: & in hac materia dispensationum est indubitatum, quia Papa
3 ipse non dispensat, sed mandat dispensari ab Executore, cui hoc negotium committit ut dispenset ipse Apostolica auctoritate verificatis prius expositis: quomodo ergo Orator, seu qui impetravit dispensationem poterit illa uti in foro conscientiæ, signata duntaxat supplicatione Litteris non expeditis? Necessario ergo est Litterarum expeditio coram Executore, ut valide agatur, nam absque tali expeditione, & præsentatione non potest scire formam sibi traditam, nec illam servare poterit, & ideo etiam erit nulla dispensatio ex defectu formæ non servatæ, Corrad. *lib. 8. cap. 6. numero* 21. & 55. quod in foro conscientiæ etiam locum habere tradit idem Auth. *lib. 1. cap. ult.* & probabilior est hæc sententia contra Sanch. Merol. & alios.

4 Executor Apostolicarum dispensationum debet verificare omnia narrata Pontifici prout mandatur in Litteris, ibi; de præmissis te diligenter informes: prout etiam notavimus *cap. de Clausulis, & de Justificatione Litterarum*, Corradus *d. lib. 7. cap. 6. a num. 24. cum seq.* & quidem Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 21. num. 44.* dicit, quod sufficit, quod verificetur causa, super qua nititur dispensatio, qua sola posita solet Papa dispensare; igitur non verificantur: sed diximus supra, quod omnia narrata sunt justificanda, quia Papa mandat Executori post narrativam, ut super præmissis se diligenter informet, illa enim particula, *præmissis*, includit omnia, ut etiam notatum fuit supra cum Corrado *lib. 7. c. 6. numero* 19. quia in gratiosis causa finalis est narratio partis, & Papa fundatur in precibus, Oldrad. *de rescript. prælud. quæst. num.* 23. qui *numero* 53. do-
5 cet, quod in gratiosis omnis causa debet esse vera, & *numero* 55. quod causa impulsiva etiam vitiat rescripta gratiosa; ita etiam docet Guiliel. Auth. *de Moratoriis tit. 7. & cons. 29. numero* 17. & late diximus suo loco, quæ hic non sunt repetenda; diversum quippe esse videtur, quod Gratia sit subreptitia, vel obreptitia, & aliud cum narrata non justificentur, potest enim esse, quod Gratia non sit subreptitia, & quod non sit exequenda, quia narrata non justificantur.

6 Hæc informatio est extrajudicialis, & licet ad essentiam dispensationis nulla requiratur scriptura, ut præ cæteris probat Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 15. numero* 2. & quod possit oretenus se informare, Sanchez *libr. 8. disp. 35. numero* 15. attamen inolevit stylus in omnibus Curiis Ecclesiasticis, quod tam pro verificatione expositorum, quam pro ipsa dispensatione concedenda non oretenus, sed in scriptis procedatur, & compiletur processus cum examinatione testium, & decreti interpositione ab Executore interponendi, qui processus non dicitur judicialis, sed extrajudicialis, juxta doctrinam Gonzalez *in annot. post gloss. 9.* & certe processus admodum utilis erit ob legitimationem prolis, super qua interloqui debet Executor, licet tamen cum Executor in decreto dixerit verificasse narrata, ei credendum erit, quia potuit se extrajudicialiter informare, & procedere, ut non semel ex Sacra Rota annotavimus.

7 Quia vero ex multiplici causa dispensatio super impedimento proveniente ex consanguinitate, vel affinitate, impetrari potest; ideo Executor juxta narratam causam procedere debet ad justificationem, & executionem Litterarum, siquidem si dispensatio concessa fuerit ob angustiam loci, quæ causa est usu frequentissima, tunc Executor justificare debet angustiam loci, seu locorum, prout est expressum in Litteris, propter quam angustiam non sic facile mulier potuit invenire virum paris conditionis, ætatis scilicet, natalium, & qualitatis, & si fuerit data ob angustiam Civitatis debet probari, quod Civitas non excedit
8 tercentum focularia. Secundo debet verificare gradum expressum, sive consanguinitatis, sive affinitatis deducendo gradum a communi stipite, & per gradus distinctos, & designando personas, juxta textum *in cap. licet ti a. §. testes autem, de testibus*, & Genuen. *prax. cap. 20. sub n.* 12. Corradus *lib. 7. c. 6. n.* 21. Tertium, quod verificare debet Executor pro exequenda hac dispensatione ob angustiam, est, quod mulier rapta non fuerit, & hoc quia matrimonium inter raptorem, & raptam consistere non potest, donec mulier rapta est sub potestate raptoris, juxta Trident. *sess. 24. c. 6. de reformat.* cum enim Executor invenerit mulierem raptam, debet abstinere ab executione dispensationis, donec supplicatum fuerit Papæ, ac super dicto impedimento noviter dispenset, etiamsi nulla carnalis copula intercesserit: & tunc mulier debet reponi ab Executore in loco tuto, & libero, in quo non possit juste timere, metum, vel violentiam aliquam, ut possit libere suam voluntatem dicere; & hujusmodi dispensationibus super raptu semper apponitur decretum, quod raptor mulierem raptam dotare teneatur, juxta decretum Concilii *loco cit.* quod omnino requiritur, nec potest mulier remittere, etiamsi dives fuerit, poterit tamen Executor, cujus arbitrio remittitur dotatio, cum mulier fuerit dives, arbitrare quæ tunc dos sit sufficiens, & sufficiet si quid minimum ejus arbitrio constituatur pro dote, latius explicat Corradus *lib. 7. c. 6. a n. 72. cum multis seq.* 9

Notandum tamen erit hic, quod cum inter raptorem & raptam non adsit aliud impedimentum sive consanguinitatis, sive affinitatis, tunc si raptor dimiserit eam, non opus erit Apostolica dispensatione; nam impedimentum durat quousque rapta est in potestate raptoris, sed servata tamen forma decreti Concilii Trident. Ordinarius poterit mandare, ut matrimonium contrahatur, ut observat idem Corradus *loco cit. n.* 64. 10

Notari debet, quod in hac dispensatione ob angustiam aliquando ponitur clausula, *& si extra dictum locum nubere cogeretur, dos quam ipsa habet non esset competens*, quæ clausula ponitur in dispensatione in proximioribus gradibus, & expressa qualitate personarum; & tunc hæc quoque narrativa probari debet testium depositione. 11

Probatis his tribus, Executor debet interponere decretum, quod preces appositæ in Litteris veritati nituntur, ac proinde fore cum ipsis dispensandum, ac in eodem decreto dispensare debet super dicto impedimento inter Oratores existente, & legitimare prolem, ac concedere licentiam, ut matrimonium factis publicationibus contrahatur, & solemnizetur in faciem Ecclesiæ, juxta formam traditam inferius. 12

Cum dispensatio petitur ad sedandas inimicitias graves inter consanguineos, & affines existentes, tunc probari debet primo, quod inimicitiæ graves extiterunt, & existunt aliunde tamen, quam ea causa matrimonii inter consanguineos, vel affines, & dicuntur graves ob aliquam injuriam atrocem, vel ex aliqua causa pecuniaria ardua, quia controvertitur de toto asse, seu universa substantia: & tunc testes de tali inimicitia debent specifice deponere, nec sufficit generice de inimicitia deponere, ut observavit Corradus *lib. 7. cap. 2. a num. 67. cum seq.* debet etiam tunc probari gradus expressus, etiam quod non fuerit rapta: & similis est causa ob componendas lites magni momenti inter consanguineos, vel affines; & tunc quia in dispensatione ponitur illud decretum, (& facta prius hujusmodi hinc inde cessione, seu compositione) non poterit Executor procedere ad executionem talis dispensationis, nisi adimpleta conditione, quia hoc importat illud ablativum, Corrad. *d. c. 2. n.* 63. 13

Item solet impetrari dispensatio pro confirmatione pacis, & tunc tantum exprimitur, quod inimicitiæ viguerint, & quamvis pax fuerit inita, tamen pro confirmatione pacis, &c. & tunc quia ad idem tendunt hæc cum positis supra ad sedandas inimicitias, & debent probari, ut supra, inimicitiæ. 14

Quandoque conceditur dispensatio pro muliere viginti quatuor annorum, quæ causa solum admittitur pro virgine, non autem vidua, & tunc præter gradum expressum, & raptum, solum probari debet, quod mulier excesserit viginti quatuor annos, quod ex fide Parochi extracta partita a libro Baptismi, ut jacet, plene probatur.

Cum conceditur dispensatio ob dotis competentiam, tunc pro executione hujus dispensationis, videndum erit ab Executore, & probandum, quod mulier est pauper, nec habet dotem æqualem, & congruentem suis natalibus, & ideo ob talem dotem incompetentam non potest nubi cum suo pari, verum consanguineus, vel affinis 15

cam

eam ducere vult cum tali dote minus competente; dos vero incompetens est articulanda, attenta circumstantia natalium, & loci præsertim; nam in uno loco mille ducati est dos competens, quod secus erit in alio, eritque justificata hæc narrativa, seu causa, si mulier est in se pauper, & habet consanguineos divites, verum non habet jus compellendi ad dotem, ut Sanchez *loco citat. num.* 21. Corradus *dict. cap.* 2. *a num.* 23. sic si bona parentum, qui sunt superstites essent sufficientia, sed esset necessarium se spoliare pro dotanda muliere, ipsique absque bonis remanerent, licet mulier eis esset successura, quia dos nunc, & in præsenti non est sufficiens, & tamen requiritur statim, ut tradatur, ut matrimonii onera sustineantur, alias mulier a viro contemnitur, & male eam habet, Sanchez *loc cit. n.*25. simili ratione si pater habet plures filias, si non poterit omnes æqualiter dotare licet uni posset dare dotem competentem, erit bene probata hæc narrativa, nec dispensatio erit subreptitia, Genuen. *in praxi cap.* 20. *num.*6. Corrad. *loco cit. n.*34.

16 Insuper Sanchez, & Corradus *locis citatis ambo num.* 24. docent, dici mulierem habere dotem incompetentem, seu minus competentem, licet frater, aut quicunque alius illam dotare intendat, dummodo nullum pactum dotandi præcesserit, per quod mulieri jus irrevocabile sit quæsitum, vel si præcesserit, pactum fuit, ut nubat consanguineo, vel affini; quia non existente pacto, vel non adimpleta conditione nullum jus mulier habet ad dotem.

17 Non tamen poterit mulier renunciare hæreditatem, vel legatum ad favorem certæ personæ, ut consequi possit dispensationem, licet possit in utroque foro simpliciter repudiare, ut de utroque sustinet Sanchez *loco citat. num.* 27. sicuti non frustrabitur, valore dispensationis, si eo tempore quo impetrata fuit dispensatio mulier ignara alicujus legati, vel hæreditatis, sibi relictæ, exposuit dotis incompetentiam, Sanchez sequitur Corrad. *loco cit.* etiam *num.* 27.

18 Igitur erit articulanda dotis incompetentia ab Executore; & quidem de tempore executionis, Corradus *loco cit. num.* 32. erunt quoque articulanda, & probanda quæ supra exposuimus.

19 Solet etiam concedi dispensatio propter dotem cum augmento, quando scilicet mulier habet dotem incompetentem, & aliquis consanguineus, vel affinis vult eam ducere cum dicta dote minus competente, & augere dotem usque ad quantitatem competentem secundum mulieris qualitatem, in cujus causæ verificatione, ac dispensationis executione Executor quam maxime mature, ac diligenter intendere debet propter fraudes, quæ fieri possent, ut advertit Corradus *loco cit. d. cap.* 2. *num.* 40. & investigare debet, an vir Orator, qui promittit augmentum possit illud revera solvere Oratrici; insuper investigare si vir aliam habuerit uxorem, & cum ea filios, quia augmentum extrahitur a tota substantia bonorum, debet enim Executor curare, ut omnino dos promittatur scriptura publica, & debet promitti, & assignari non super omnibus bonis, sed super certo corpore in specie, & unica dos debet effici, ut notant Genuen. *loc. cit.* Corradus *loc. cit. a num.* 42. *cum seqq.* nec Executor poterit devenire ad actum dispensationis, nisi cum effectu fuerit dos, seu dotis augmentum assignatum; nam in Litteris hujusmodi dispensationis dicitur: Et postquam dictæ Oratricis dos competenter aucta fuerit, ut præfertur, sufficiet tamen ut in aliqua quantitate dos augeatur, dummodo sit alicujus momenti, & digna qualitate Oratricis; nec opus est, ut augmentum sit usque ad dotem competentem, si in Litteris dictum fuit, quod competenter augere intendit, Sanchez *dict. disp.* 35. *num.* 6. *in fin.* Corradus *loco citat. num.* 39. quare totum hoc dependet ex clausulis in Litteris appositis, & quomodo fuerit efformata narrativa; nam aliud est, si concipiatur, & exponitur, quod competenter vult augere; aliud, quod vir vult augmentum usque ad dotem competentem; nam isto ultimo casu vir debet dare augmentum usque ad dotem competentem attenta qualitate mulieris, & secundum loci consuetudinem, quod secus est cum competenter vult augere dotem; nam tunc sufficit, si det aliquod augmentum dignum qualitate Oratricis, licet non attingat ad dotem competentem.

20 Si dispensatio fuerit petita cum causa ob dotis augmentum nihil refert, si hoc augmentum detur ab alio, nec Executor debet retardare executionem; nam perinde est ac si ab ipso Oratore tale augmentum constituatur, ut observavit Corradus *loco cit. num.* 48. & vice versa dicit Corrad. quod si petita fuerit dispensatio ad contrahendum cum causa incompetentis dotis Oratricis, postea vero in illius verificatione compertum fuerit ipsam Oratricem esse omnino indotatam; vel e contra si fuerit dispensatio impetrata pro Oratrice indotata, & postmodum constet eam habere dotem licet incompetentem, quamvis Orator vellet augere dotem, & sic utroque modo consideretur paupertas Oratricis, propter quod est concedenda dispensatio, nihilominus redderetur nulla dispensatio, adeo ut non possit corrigi, sed impetranda erit nova Gratia saltem in forma *perinde valere*, & quamvis non detur Gratia *perinde valere*, super causa qua Papa movetur ad Gratiam, in casu tamen prædicto conceditur, quia utraque causa tendit ad unum finem, nempe, ut Oratrix ipsa habeat dotem competentem, & sic quia causa expressa Pontifici quodammodo videtur infirma, bene sanari poterit per Gratiam *perinde valere*, ut iisdem verbis citat Corrad.

Cum dispensatio concessa fuerit cum causa propter lites super successione bonorum, quia scilicet vir in se vult suscipere omnes lites, & tunc remittitur arbitrio Executoris cujus quantitatis, vel qualitatis esse debeat lis, ut observavit Corrad. *dict. cap.* 2. *numer.* 57. debet tamen Executor investigare diligenter, an dictus Orator necessarius esset dictæ mulieri ratione petitiæ circa illam litem, an alia de causa. 21

Concedi etiam solet dispensatio, ut bona conserventur in familia, vel pro Illustris familiæ conservatione; & tunc Executor debet probare hujusmodi causam, nempe, quod per tale matrimonium bona conservantur in familia, vel quod per tale matrimonium conservatur familia, quia scilicet mulier est valde dives: quod conceditur quandoque Magnatibus, & Baronibus. 22

De raro tamen solet concedi dispensatio ob excellentiam meritorum; & tunc coram Executore merita hujusmodi verificanda sunt, Corrad. *loc. cit. num.* 109. quæ & quanta debeant esse ista merita, remittendum arbitrio Executoris dicendum existimatem.

Sæpe sæpius concedi solet dispensatio ex certis rationabilibus causis, & quidem ex gradibus remotioribus, & tunc coram Executore istæ causæ non sunt deducendæ, sed sat erit, si gradus coram eo verificetur, & quod non fuerit mulier rapta, optime Corrad. *loco cit. n.* 113. 23

Restat nunc videre, quid agere debeat Executor pro executione dispensationum matrimonialium cum copula, vel diffamatione copulæ: Equidem res est aliquantulum intricata, siquidem dispensatio duplici modo principaliter impetrari potest, quando copula intercessit inter Oratores, vel in forma pauperum, vel solvendo eleemosynam; cum solvitur eleemosyna pro pœna, sive in commutationem pœnæ incestus, tunc Executor non debet verificare aliud, quam copulam, quæ verificatur partium assertione, & gradum, & quod non fuerit rapta: cum vero dispensatio petitur in forma pauperum, quæ tantum conceditur cum interfuit copula, vel copulæ diffamatio, in quo erat vulgus credens concedi dispensationem in forma pauperum, cum Oratores sunt pauperes, & quandoque petunt testimoniales Litteras ab Ordinariis ipsos esse pauperes, sed decipiuntur: quia tales dispensationes in forma pauperum duntaxat conceduntur, cum interfuerit vel copula, vel copulæ diffamatio, ut notorius docet stylus Datariæ Apostolicæ, & observavit quoque Corrad. *d. c.* 2. *num.* 21.

Tunc si dispensatio petita, & obtenta fuerit ob copulam habitam inter Oratores, Executor debet primo verificare copulam, de qua partium assertioni statur, sicuti an ignoranter, vel scienter, ut alias notavimus, & quidem copula debuit præcedere dispensationem; & hæc est differentia, cum petitur dispensatio ob alias causas, & quando petitur ob copulam, secundum Corrad. *loc. citat. dict. capit. num.* 32. *&* 33. quia aliæ causæ sufficit, ut sint veræ tempore executionis, cum vero ob copulam, tempore impetrationis: sed alibi diximus de quo tempore debet verificari causa. Secundo, debet verificare, quod dicta mulier ob dictam copulam habitam cum viro diffamata, & innupta remaneret, si cum illo non contraheret matrimonium, quod facile probatur ex testibus, cum in dies videamus mulieres ab aliis cognitas difficiliter cum aliis matrimonium contrahere posse. Tertio, debet verificare, quod gravia scandala exinde possint verisimiliter exoriri inter utriusque consanguineos, vel affines, quod etiam faciliter probatur, & sufficit, quod testes 24

deponant, quod moraliter possunt exoriri scandala, nec opus est, quod certe scandala oritura sint; nam in Litteris ponitur illa dictio, *verisimiliter*, unde sufficit, ut probetur timor, neque necesse est, ut scandala sint orta, Corradus *lib. 8. cap. 2. n.6. & 7.* Quarto, debet probare gradum inter Oratores existentem, quod probatur testibus, & ut diximus alibi, melius probatur per testes consanguineos, quam alios, quia consanguinei sunt magis informati. Quinto, debet etiam per testium depositionem probare, quod Oratores sint pauperes, & miserabiles, & suo labore victum quærere: & nota, quod hæc paupertas debet esse præcisa, & non respectiva, in quo multi decipiuntur existimantes sufficere paupertatem respectivam, nempe respectu qualitatis natalium: sed revera verba, & eorum significatus importane, quod vere sint pauperes: & quod mano, & labore victum quærant, & quod sint miserabiles, ut expresse legitur in dictis Litteris, quæ di-
25 ctio aliquid importare debet, & sicut illa alia *tantum vivant*, dictio enim *tantum* excludit omnem alium modum vivendi præter laborem, & industriam manuum suarum: & in hoc Executores stricte procedere debent, ne perperam Litteras Apostolicas exequantur, ut observavit Corradus *dict. lib. 8. cap. 5.* in principio, quæ paupertas probanda est de novo coram Executore, quamvis pro impetranda dispensatione sub tali forma Ordinarius fecerit fidem paupertatis: unde non sufficit, quod fuerit pauper tempore impetrationis; nam debet quoque hæc paupertas adesse tempore executionis, cum committatur Executori, ut dispenset si sint pauperes, & miserabiles, late Corradus *loco cit.* Sexto, Executor post verificationem paupertatis debet separare Oratores, si invicem habitaverint, ita ut unus in una, alter in altera domo habitent ad finem evitandi periculi incontinentiæ, ne dispensatio irrita, & invalida reddatur ob copulam supervenientem post separationem: quia si post separationem de novo copula habeatur, indigent Oratores nova dispensatione per perinde valere, ut de stylo procedere ait Corradus *libr. 8. quæst. 5. numer.* 37. item si post Litteras impetratas se carnaliter cognoscant, adhuc requiritur nova Gratia per perinde valere, ut ait idem Corradus *numer.* 51. quod tamen tantum locum habet, cum petitur dispensatio in forma pauperum; secus si solvitur Eleemosyna in commutationem pœnæ: sed de hac re alibi locuti fuimus: de qua tamen separatione debet fieri fides a Parocho, quod separati extiterint. Septimo, Executor debet mandare, ut Orator per tempus præscriptum in Litteris operam suam personalem exhibeat fabricæ, vel servitio alicujus Ecclesiæ, vel loci pii, nec in hoc Executor habet aliquod arbitrium, scilicet circa tempus; nam dicta opera personalis explenda est per integrum illud tempus, ut alibi notavimus, in quo multi se decipiunt existimantes posse Executorem abbreviare id tempus, dicentes hoc arbitrio Executoris esse
26 remissum, sed arbitrio Executoris non remittitur hoc, sed tempus separationis, nec potest Executor arbitrari id quod est a Pontifice determinatum, cum arbitrium cadat in illis, quæ non sunt determinata. Octavo, Executor debet imponere publicam pœnitentiam Oratoribus, quæ alios deterreat a similibus committendis, & solet ab omnibus Executoribus mandari, ut in die festivo ambo permaneant ante fores Ecclesiæ cum candela accensa in manibus, cum Missa canitur, prout notavimus in Capite de Clausulis, de qua pœnitentia Parochus debet facere fidem. Nono, Executor debet accipere ab eis juramentum, quod copula habita inter eos non fuerit habita ad finem impetrandi dispensationem, sed ad libidinem explendam,
27 quod juramentum non est pernecesse, ut recipiatur ab ipso Executore, sed poterit committere Parocho, vel Vicario Foraneo, ut illud recipiat, quod consuetudine introductum esse, dicit Corrad. *libr. 8. cap. 2. num.* 19. cum alioquin similes actus debeat Executor per se explere, & tantum receptionem testium possit subdelegare. Ego semper observavi, quod hujusmodi juramentum præstandum a muliere committatur Vicario, seu Parocho, præstandum vero a viro per me ipsum recepi, non quod non possem committere, quia semper tenui hujusmodi actus posse subdelegari, sed quia melius rem ipsam explicare ego poteram. Decimo, debet Executor absolvere ab incestu commisso in foro conscientiæ; quamvis enim ab incestu quilibet Confessarius possit absolvere, attamen ubi Papa manus apposuit, cessat omnis facultas inferioris, quæ absolutio necessario dari debet: non tamen est necesse, ut ab ipso Executore fiat hæc absolutio in foro conscientiæ, sed committere poterit Parocho, ut observavit idem Corradus *dict. libr. 8. cap. 2. numer.* 19. Undecimo, si Oratores fuerint inquisiti ob dictum incestum commissum, sive in Curia sæculari, sive Ecclesiastica, omnino debet prius parere judicato, & pœnas sibi inflictas plectere, eisque satisfacere; nam appositus illa clausula, *quatenus, &c. parito judicato*, per quam Executori tribuitur potestas conditionata, & illam suspendit donec conditio fuerit purificata, & specifica adimplera; nec sufficit, si præstetur cautio, forma enim tradita adimpleri debet, alias perperam agitur. Denique præmissis his omnibus interponere debet decretum dispensationis in utroque foro, & licentiam dare, ut factis pubblicationibus in Parochiali matrimonium solemnizetur in faciem Ecclesiæ.

Hæc fere observari debent, cum dispensatio petitur ob infamiam, quia scilicet invicem sunt conversati Oratores, ob quam mutuam conversationem orta est suspicio, licet falsa, quod invicem se carnaliter cognoverunt: tamen revera copula nulla intercessit; nam tunc si petitur dispensatio in forma pauperum, hoc casu ab Executore articulanda est hæc diffamatio, nempe quia ex tali conversatione orta est suspicio, quod copula inter eos intercesserit, & observari debent quæ supra nuper dicta sunt.

In executione autem dispensationis super matrimonio jam contracto cum impedimento ignoranter, equidem si post scientiam impedimenti nulla alia copula intercesserit, tunc nulla pœnitentia imponitur, & debet tunc coram Executore verificari, quod ipsi factis proclamationibus matrimonium contraxerunt, quod probatur ex fide Parochi. Secundo, debet probari gradus consanguinitatis, vel affinitatis. Tertio, ignorantia talis gradus, quæ probatur juramento Oratorum, & quod fuerit probabilis, in quo statur judicio Executoris. Quarto, quod post scientiam impedimenti nulla alia copula intercesserit, in quo statur assertioni Oratorum, & remittitur eorum conscientiæ. Quinto, quod multa scandala, & incommoda sequerentur si fieret divortium inter eos. Sexto, adimpletis aliis conditionibus in Litteris appositis, matrimonium de novo est inter eos in faciem Ecclesiæ contrahendum, factis de novo proclamationibus, quia dicitur servata forma Conc. Tridentini. 28

Si vero post scientiam impedimenti interfuit de novo copula, observantur omnia supra posita de matrimonio cum copula in forma pauperum, & quæ nuper annotavimus; nam debet probari ignorantia impedimenti, & quod fuerunt factæ proclamationes ante matrimonium contractum; nam si non fuerint factæ, sunt in culpa, & non præsumitur ignorantia: item matrimonium de novo est contrahendum. 29

Cum vero matrimonium fuerit contractum cum impedimento scienter, idem fere observandum est, ac cum copula scienter, & additur absolutio a censuris in utroque foro, & decretum, quod mortuo uno conjuge alter superstes careat spe alterius conjugii.

Quamplurima tamen attendenda sunt ab Executore harum Litterarum, & in primis, si in Litteris sint narrata duo impedimenta, super quibus impetravit Orator Litteras 30
dispensationis, & exinde Executor unum tantum invenerit, non per hoc Litteræ redduntur subreptitiæ; nam in hoc casu utile per inutile non vitiatur, quare Executor optime poterit Litteras exequi pro uno impedimento,
Corradus *lib. 7. cap. 6. num.* 81. sin vero sit expressum im- 31
pedimentum consanguinitatis, & sit affinitatis, vel vice versa, certe tunc Executor non poterit Litteras exequi; nam in hac materia non valet argumentum a simili, nec a majori, vel rationis identitate, nec acquiescendum est doctrinæ eximii quondam viri Antonii Dianæ *part. 1. tract. 10. de legib. resolut. 36. in fine*, in qua docet dispensationem valere; nam in contrarium se habet praxis, & stylus cui parendum est; ideo ad occurrendum erroribus ponitur illa clausula, *consanguinitatis, vel affinitatis*, Corrad. *lib. 7. c. 5. n. 72. & 73.*

Hinc etiam sequitur, quod si in gradu sit erratum mi- 32
nori, seu largiori majus, & strictior sit expressum, veluti pro quarto tertius gradus sit expressus, dispensatio erit subreptitia, quia hæc sunt inter se diversa; nam unum sub altero non clauditur, & dispensatio concessa super uno non censetur concessa super altero, nec Executor tunc poterit exequi dispensationem, Corradus *dict. cap. 5. num. 74.* qui citat Sanchez *lib. 8. disp. 24. num.* 10. ubi docet, quod potestas concessa ad dispensandum in certo

gradu,

gradu, veluti in secundo, non possit extendi ad gradum
conjunctum, licet remotiorem, & inferiorem, cum con-
trahentes sint conjoncti secundo, & tertio: & quamvis
petens dispensari in secuodo gradu possit a fortiori dis-
pensari in tertio, tanqoam a minori: at nequit, quando
uterque gradus in eodem reperitur, quia multo major est,
quam secundus solus oon comprebenditur sub secundo
taoquam sub geoere. Non tamen puto reoendum cum
eodem Sanchez. *dict. quest.* 24. *num.* 29. & 30. obi do-
33 cet, quod si obteota esset dispensatio super remotiori gra-
du, oti solet, & postea Executori constet etiam de proxi-
miori, & non obtentis Litteris declaratoriis super proxi-
miori procedere ad dispeosationem super remotiori, il-
lam esse validam, & validum matrimonium, quia Litte-
ræ declaratoriæ petuntur solom ad vitandum scandalum;
at in contrarium tenendum credo cum Corrado *libr.* 7.
cap. 7. *sub numer.* 72. ubi docet, hoc alienum a mente
Papæ, & Datariæ Apostolicæ; oam quando impetratur
dispeosatio cum narrativa remotioris gradus, ubi concur-
rit etiam propinquior, & in verificatione ab Executore
jam repertum fuerit, nempe Oratores noo solum in quar-
to, sed etiam in tertio esse conjunctos; tunc si Executor
processerit ad executionem dispensatio erit nulla, & ma-
trimonium nullum, eritque petenda nova dispensatio per
perinde valere soper proximiori, & interim copula habi-
ta erit incestuosa; nam nullum fuit matrimonium sic con-
tractum; semper enim quando Executori constabit cum re-
motiori gradu propinquiorem conjunctum esse, abstinen-
dum est ab executione dispensatioois concessa duntaxat su-
per remotiori, & impetrari debent Litteræ declaratoriæ
per Gratiam *perinde valere*, Corradus *loco citat. numer.*
67. & 68. bene tamen verum est, quod fraude cessaote,
& dolo, si propinquior sit omissus, & non expressus,
& jam matrimonium sit contractum, si postea aliquis de-
nunciet hunc defectum, debet Executor eos separate, quo-
usque impetraverint declaratoriam: si vero hoc non fue-
rit io foro externo deductum, nec aliquod scandalum im-
mineat, matrimooium erit validum, & poterit tuta con-
scientia Executor permittere eos permanere in tali matri-
monio, cum hujusmodi declaratoria in grado proximiori
requiratur tantum pro scaodalo evitaodo; & tuoc erit pe-
tenda hujusmodi declaratoria super proximiori, quando
Executori ante executionem Gratiæ constat adesse dictum
gradum propinquiorem: & dicit Corradus, quod nuo-
quam observatum fuit peti declaratoriam super propio-
quiori post matrimonium contractum, Vide Corrad. *d.*
c. 7. a n. 59. cum seqq.

34 Et nota, quod declaratio super propinquiore est pe-tenda unico contextu cum dispensatione super remotiori: & ita stylus est ioconcussus, & inveteratos, Corradus *d. cap. 7. sub n. 72. vers. ratio*, & ita intelliguntur verba Constitutionis Beati Pii V. Sciant tameo Executores, dictam Coostitutionem noo obligare ad petendam declaratoriam super propioquiore, cum impedimentum perveoit ex matrimonio raro; hoc enim impedimentum publicæ honestatis licet se extendat ad qoartum gradum, sicuti ipsa consanguinitas, vel affinitas, nihilominos si Oratores inæqualiter a stipite distent, noo erit propterea necessarium, dicit Corrad. *d. c. 7. num. 69.*

A D D I T I O

Ad Caput XII. Primæ Partis.

De Executoribus Dispensationum Apostolicarum.

AD *num.* 26. in quo diximus, Executorem non posse dispensare, nisi peracta pœoitentia per integrum tempus, constitutum in Litteris, adde Patrem Bardum *in selectis lib. 4. qu. 5.*

C A P U T XIII.

De Executoribus Gratiæ, *Si in evindentem.*

S U M M A R I U M.

1 *Commissarii Brevis* si in evidentem *non possunt extrajudicialiter se informare, sed procedere debent in forma judicii.*
2 *Partibus asserentibus de utilitate non creditur.*
3 *Omnia acta debent redigi in actis.*
4 *Commissarii* in evidentem *in primis debent præmittere citationem per edictum contra interesse prætendentes.*
5 *In executione Litterarum*, si in evideotem *debet dari terminus.*
6 *Omnis narrativa debet justificari.*
7 *Debet fieri publicatio, & conclusio in causa cum Promotore Fiscali, si alia partes non adsunt.*
8 *Executores omnino debent servare formam datam in Brevi.*
9 *Executores debent unitum procedere.*
10 *Unus Commissarius non potest alterum delegare.*
11 *Breve* si in evidentem *debet præsentari Executoribus, vivente Papa, qui illud concessit.*

EXecutores, seu Commissarii, ut alii vocant, Littera-
rum, *si in evidentem*, semper sunt plures, & ut
plurimum Episcopi, & prima Dignitas in Cathedralibus:
& cum negotium pertinet ad mensam Episcopalem com-
mittitur viciniori; & certum est, quod sunt missi, pro-
pter clausulas in Litteris appositas, ut jam dictum est in
capite, in quo egimus de Clausulis, ac propterea dicti
Executores debent servato ordine judiciario procedere, 1
nec possunt se extrajudicialiter informare, in puncto Ro-
ta apud Amatum Dunozet. *decis.* 531. & *part.* 10. *recent.*
decis. 336. quæ in hac re est magistralis, & fuit dictum
coram Emioen. olim Corrado viro sane undique optimo,
& 275. *per tot. etiam part.* 10. *recent.* In actis itaque con-
stare debet de evidenti utilitate, & quidem concludenter,
Rota apod Emioent. Celsum 383. *num.* 6. & *in dict. decis.*
336. *numer.* 14. ubi quamplurimæ aliæ decisiones alle- 2
gantur, nec creditur partibus asserentibus de utilitate,
Rota *decis.* 234. *numer.* 13. *part.* 12. *recent.* & 264. *num.* 9.
apud Amatum Dunozet. item de citatione omnino ne-
cessaria, & per edictum contra certos, & partes ipsas
pro specificatione rerum, ac eorom circumstantiis, jux-
ta dictas decisiones, & juxta *dec.* Rotæ apud Guilielmum
Dunozet. 52. ac etiam de citatione Promotoris Fiscalis
Curiæ de valore in proprietate, & in fructu; dictaque
testium, relatioque peritorum in actis redigi debent, ita
ut quicquid agendum est ab Executoribus judiciali modo, 3
& noo extrajudiciali explendum, & tuoc eis creditus, &
præsumitur pro ipsis, & pro validitate contractus, &
quod utilitas interfuerit, cum ex actis justificatur, alias si
non ita processerint, non statur eorum assertioni, prout no-
tavimus in dicto capite de Clausulis, quod noo semel de-
terminavit Rota in allegatis decisionibus.

4 Igitur in primis Executores post Litterarum in forma Brevis expeditarum præseotationem, in actis debent decernere citationem tam per edictum contra interesse prætendeotes, quam etiam personalem contra certos, & Promotorem Fiscalem, ac in eisdem citationibus assignare aliquem terminum competentem ad dicendum, opponendum, & allegandum cootra Breve prædictum, & quare debitæ executiooi mandari non debeat; debetque expectari, ut labatur tempus in citationibus assignatum, deinde incusari debent debitæ contumaciæ: & si comparuerit legitimus contradictor cum eo procedendum est juris ordine servato, sicuti semper judicium agitandum, & finiendum audito Promotore Fiscali Curiæ, qui suas partes impugnativas explere debet.

5 Debet dari terminus io causa, & io ea debet probari evidens utilitas citata parte ad videodum juramenta testium: debet fieri specificatio bonorum cum eorum circumstantiis, auditis omnibus partibus etiam sopplicantibus, & Oratoribus, & si opus fuerit relatione peritorum, vel accessu super bonis: id totum auditis partibus faciendum est: & nota in materia peritorum, quod cum sint discordes periti, quia unus plus existimat, alter minus, dicunt concordes in minori summa, juxta *decis.* Rotæ 26. *part.* 10. *recent.* & alibi, & relationi periti electi ex officio a Judice standum est, etiamsi ab aliis discordet, ut in *d. dec.* 26. *n.* 20.

6 Omnisque narrativa probari, justificarique debet in actis, ad quem finem bonum erit, si ex narrativa Brevis formentur articuli, super quibus examinari possunt testes producti per scripturas, ut noo semel ego practicavi.

7 Debet etiam fieri publicatio, & conclusio io causa, & præsertim si partes adsuot, vel saltem cum Promotore Fiscali Curiæ, deinde præcedente monitorio ad sententiam deveoiendum est, in qua pronunciari debet constitisse,

tisse; & constare de evidenti utilitate, juxta preces narratas Sanctissimo, ac propterea licitam alienationem, ac illa si facta fuerit confirmari debet, vel dari debet licentia alienandi, juxta tenorem Brevis, & Litterarum Apostolicarum, & in dicta sententia inseri debet tenor Brevis, juxta doctrinam Corradi *in praxi disp. lib. 9. cap. ult.* Sicuti inseri debet in prima citatione, seu edicto contra interesse prætendentes.

8 Executores omnino observare debent formam traditam in Breve, & in Litteris Apostolicis, præsertim illam traditam pro ablativo absoluto, alias nullum erit quod ab eis gestum fuerit, ut non semel notavimus, Rota *part.* 10. *recent. decis.* 390. *num.* 30. & apud Amatum Dunozet. 306. *num.* 6. & 242. *numer.* 5. quæ est in puncto, & apud Eminent. Othob. 153. *num.* 4. & *d. decis.* 275. *numer.* 21. & 336 *part.* 10. *recent.* & ut dicit Rota *part.* 10. *recent. decis.* 325. *num.* 1. adamussim servanda est, juxta textum *in §. emphyteusim, authentica de non alienandis*; & alibi passim.

Quod intelligunt aliqui DD. de forma essentiali, seu intrinseca, & tunc corruit rescriptum; secus autem quando omitteretur forma accidentalis, ad textum in *capit. cum adeo de rescriptis*, & *leg. cum hi*, *§. si prætor de transactionibus*, Oldrad. *de rescript. præludio* 8. *num.* 22. & 23. sed tene, quod cum in Gratiosis certa forma data est, illa omnino est servanda, nec quidem pervertere illam licitum est, nec minimum aliquid præter, vel contra fieri potest absque actus nullitate: & cum observari, & adimpleri nequit, recurrendum est ad Papam, seu Principem concedentem, in puncto Rota apud Guilielmum Dunozettum *dict. decis.* 63. *num.* 6. & procedendi præscripta in Litteris Apostolicis omnino servari debet, Rota apud Amatum Dunoz. *decis.* 867. *num.* 4. & nec in minimo omitti poterit, juxta *decis.* 300. *num.* 30. & 32. *part.* 10. *recent.* ultra quod dici poterit, quod forma nunquam respicit accidentia, ut consideravit Rota *part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 15. quod procedit etiam si aliunde constet ex utilitate, ut dictum fuit in *d. decis.* 242. apud Amatum Dunozettum.

9 Et Executores debent procedere, unitim prout denotat illa clausula, *vos conjunctim*, prout annotavimus in allegato capite de Clausulis, alias nulliter ageretur, si unus ex Executoribus tantum procederet, Rota *decis.* 242. apud Amatum Dunozet. in qua fuit dictum, quod nulliter fuit actum, ex quo coram uno ex Executoribus examinati fuerint testes super utilitate narrata, cum debuissent examinari testes coram dictis duobus Executoribus, stante clausula prædicta, *vos conjunctim*, quæ formam importat.

10 Et hoc casu non poterit unus alterum subdelegare: & sic unus solus procedere propter dictam clausulam, *vos conjunctim*, ut in puncto est decisio Rotæ apud Amatum Dunozett. 119. an autem possit alteram diversam personam subdelegare, quæstio potest esse, quam etiam quæstionem supra tractavimus: & quamvis diximus, quod generaliter loquendo non prohibetur subdelegatio, juxta *cap. quamvis de officio delegati*, attamen Rota in *dict. dec.* 119. videtur contrarium determinare, quia per clausulas, *auctoritate nostra*, *discretioni vestra*, & *conjunctim procedatis*, videtur electa industria personæ, quo casu non poterit fieri subdelegatio.

Prædicta Rotæ decisio loquitur clare de subdelegatione alteri delegato facienda, quæ omnino prohibetur, non tamen aliquid dicit de subdelegatione alteri facienda: dicit tamen, quod per dictas clausulas censetur electa industria personæ; ideo dicendum est, quod Executores in hujusmodi Litteris possunt subdelegare eo modo, quo alibi diximus.

11 Illud denique de novo hic adnotandum est, quod Litteræ in forma Brevis coram Executoribus præsentandæ sunt vivo Papa, qui eas concessit, alias earum effectus suspenditur, donec novus eligatur Papa, & revalidat per Regulam Cancellariæ Gratias a prædecessore factas, ut alias diximus, in puncto Rota *in sæpe allegata decis.* 336. *num.* 10. & 11.

ADDITIO

Ad Caput XIII. Primæ Partis.

De Executoribus Litterarum, *si in evidentem, &c.*

SUMMARIUM.

Executores Litterarum, si in evidentem, &c. *semper misti*, *num.* 1.
Citare debent interesse prætendentes, & Promotorem fiscalem Curiæ Episcopalis, *num.* 2.
Debent processum conficere, & formiter examinare testes, *nu.* 3.
Sententia debet ex actis justificari, *nu.* 4.
Clausula, conscientias vestras, &c. *in his Litteris apposita, modificatur per clausulam*, vocatis vocandis, *nu.* 5.
Non statur assertioni Executorum, *nu.* 6.
Tota validitas gratia, si in evidentem, &c. *stat in utilitate Ecclesia*, *nu.* 7.
Evidens utilitas est causa finalis hujus gratia, *numer.* 8.
Subreptio in hac gratia solum consideratur in evidenti utilitate Ecclesia, *nu.* 9.
Clare probari debet utilitas evidens, *num.* 10. & *num.* 17.
Non sufficit, Ecclesiam non pati damnum, *nu.* 11.
Executores debent servare formam, *n.* 12. & 13.
Clausula, si in evidentem, &c. *non importet conditionem*, *nu.* 14. 15. & 16.
Utilitas de tempore contractus celebrati, *nu.* 18. 19. 20. & 21.
Utilitas Ecclesia metienda etiam est respectu ipsius rei, *nu.* 22.
Utilitas in novis concessionibus habitu respectu ad ultimam concessionem, *nu.* 23.
Articulari debet, Ecclesiam fieri locupletiorem, *numer.* 24.
Ut dicatur utilis alienatio, debet percipi plus, quam recipitur ex locatione, *nu.* 25.
Ex relatione peritorum, in actis facta, probatur utilitas, *nu.* 26.
Ex venditione sub hasta, quando non fuit plus offerens, probatur utilitas Ecclesia, *n.* 27.
Testes debent reddere causam scientia, & debent esse informati, *n.* 28. & 29.
Quomodo probetur valor ex fructibus, *num.* 30. & *num.* 31.
In alienatione perpetua detrahitur sexta pars, *n.* 32.
Facultas, data ad affrancandum, detrahit sextam partem, *nu.* 33.
Non solum circa utilitatem, sed in omnibus debent servare formam Executores, *nu.* 34. & 35.
Testes debent specificare bona non solum, sed assignare confinia, *nu.* 36.
Diversum est, non adfuisse assensum, & adfuisse, verum nulliter executum, *n.* 37. & 38.
Cum nulliter executum fuit beneplacitum, Ecclesia debet restituere fructus compensativos, *nu.* 39.
Cum forma non fuit observata, Emptores amittunt melioramenta, *nu.* 40.
Cum obtentum fuit beneplacitum Apostolicum super confirmatione contractus, tunc debet præcedere contractus, *nu.* 41.
Papæ assertio de utilitate contractus non exposcit novam probationem, *nu.* 42.
Beneplacitum debet præsentari, vivente Papa concedente, *nu.* 43.
Nam Commissarii, seu Executores hujus gratia, si male executi fuerint Litteras, possint iterum exequi, *nu.* 44. 45. & 46.

DIximus in *primo numero hujus capitis*, Executores harum Litterarum debere procedere judicialiter, nec posse extrajudicialiter se informare, stante clausula, *vocatis vocandis*, in hujusmodi Litteris semper apponi solita; adde Abb. per illum text. in *cap. exhibita*, *num.* 6. *de judic.* Rot. *decis.* 238. *num.* 5. & 6. apud Durant. & 94. *a num.* 43. *cum seqq. part.* 7. *nempe tom.* 3. Rub. *ab anno*

scili-

scilicet 35. usque ad 37. & decis. 375. n. 13. apud Bichium,
& 275. part. 10. recent. quam eandem esse credo ac illam
2 apud Bichium, quapropter citandi sunt omnes interesse
prætendentes, & quidem si sunt certi, nominatim sunt
citandi, sin autem, per edictum, ac etiam Promotor
Fiscalis Curiæ Episcopalis, ut in allegatis decisionibus
3 375. & 275. & diximus in corpore. Hinc fit, quod te-
stes formiter, & judicialiter examinari debent, & eorum
dicta in scriptis redigi debent, alias non probarent, in
puncto Rota decis. 463. num. 1. p. 1. divers. & decis. 94. n.
46. & dict. dec. 275. in fin. part. 10. recent. itaut, si postea
in controversiam deducatur evidens utilitas Ecclesiæ, illa
non probatur ex testibus, summarie examinatis, prout
4 expresse dicitur in allegata dec. 94. dict. num. 46. Senten
tia namque, seu decretum Executoris ex actis justificari
debet, Rota in dict. decis. 94. num. 43. & decis. 624. part.
2. recent. & apud Cavalerium decis. 215. numer. 4. Neque
tollit hunc judicialem ordinem clausula illa, conscientiam
5 vestram oneramus; quæ alioquin operatur, ut extrajudi-
cialiter Executores possint se informare: quia adsunt aliæ
clausulæ, quæ importans ordinem judiciarium, nempe
illæ, servatis servandis, &c. vocatis vocandis, &c. si vo-
bis constiterit, &c. quæ judicialem ordinem, & judicia-
lem informationem exposcunt, & modificant dictam
clausulam, conscientiam, &c. ut consideravit Sacra Ro-
6 ta in dict. dec. 94. num. 4. cum seqq. Assertioni Executorum
non datur fides, nisi constet ex actis, Rota dict. dec. 375.
in fine, Cavaler. decis. 215. num. 4. & 275. num. 11. part.
10. Fundamentum hujus gratiæ est evidens utilitas Eccle-
siæ, sive necessitas; nam tota validitas hujus gratiæ, &
7 alienationis rerum Ecclesiæ, est ipsius Ecclesiæ utilitas;
ab hac pendet, & nihil aliud Pontifices exposcunt, quam
8 Ecclesiæ utilitatem: quia hæc est causa finalis, Rota apud
Mantic. decis. 101. num. 5. & 624 part. 1. & 730. part. 2.
recent. & dict. decis. 94. num. 26. & 114. numer. 37. par. 9.
tom. 1. Ideo subreptio in hac gratia solum consideratur
9 in utilitate Ecclesiæ, non autem in cæteris narratis, Ruin.
cons. 157. num. 25. lib. 1. Rota decis. 178. num. 8. part. 2.
in Auximana bonorum, coram Seraphino, penes Marchesf.
fol. 115. num. 1. apud Coccinum decis. 1336. num. 6. Grat.
cap. 415. num. 3. Bart. in hac clausul. qua est 152. numer. 1.
10 Quapropter Executores, & Commissarii hujus gratiæ
utilitatem Ecclesiæ liquidando, clare, & concludentes
liquidare debent in actis, ut de ea minime dubitari possit,
Abbas in cap. ad aures num. 4. de rebus Ecclesiæ, &c. Hon-
dedeus cons. 37. num. 4. lib. 2. Quaranta in verb. alienatio,
num. 12. Barbos. in dicta clausula, num. 9. Rota dict. decis.
94. num. 51. Coccinus decis. 1336. num. 7. & 1265. nu. 10.
part. 12. recent. decis. 234. & alibi sæpe. Itaut turbida uti-
11 litas non sufficiat, ut ibidem dicitur; & pro sustinenda
hac gratia non sufficit, quod Ecclesia non sit damnum pas-
sa, sed omnino requiritur utilitas manifesta, Rota apud
Coccinum decis. 1265. n. 10. quia Papa rescribit, & com-
mittit cum expressa forma, si in evidentem utilitatem,
12 &c. quam formam; & mandatum ad unguem Commissa-
rii observare tenentur, si actum legitimum, & validum
conficere cupiunt, alias nulliter exequuntur Litteras Apo-
stolicas, ut in præcisis terminis Rota apud Caval. decis.
288. n. 3. apud Durand. decis. 288. nu. 1. & dec. 200. part.
6. & 110. nu. 12. par. 9. & d. dec. 375. num. 22. apud Bich.
& 275. part. 10. Spada cons. 98. tom. 3. per textum clarum
in capit. dilecta, de rescriptis; Forma autem non dicitur
13 observata, si aliquid non solum contra, sed etiam si citra
fieret; nam idem est, nec sufficit in parte eam servari,
Rota dict. decis. 110. num. 13. formam autem præsefert di-
cta clausula, si in evidentem, &c. ut in præfatis decisio-
nibus; & quamvis multi Doctores dixerint, beneplaci-
tum cum hac clausula conditionem importare, prout di-
14 xit apud Cavalerium d. decis. 288. num. 6. Barbosa in dict.
clausula num. 1. Verum Rota in Nullius Emphyteusis de
Guastella, coram Lancellotto, quam refert Marchesf.
tomo 1. part. 1. cap. 3. fol. 100. dixit, beneplacitum cum
clausula, si in evidentem, &c. non esse conditionale quo-
ad substantiam; nam licet sit impedita executio beneplaci-
15 ti Apostolici, quæ est dilata in tempus postquam de evi-
denti utilitate constiterit; nihilominus effectus Brevis sta-
tim ab initio operatur: nam quod cedat, vel non cedat,
in evidentem Ecclesiæ utilitatem, est omnino certum in
rerum natura, licet incognitum; & propterea ejus liqui-
datio non suspendit effectum beneplaciti Apostolici, ut
habetur in d. dec. quam sequitur Gratianus cap. 514. num.
11. sed sive conditionem, sive formam importet, parum
refert in hoc casu: quia semper utilitas manifesta, evi-
dens, & indubitata, est probanda ab Executoribus, eam-
que ex actis apparere curare debent; nam non probata 16
utilitate evidenti, & non servata hac forma, alienatio
perfici nequit; quia deficit auctoritas Papæ, ut fuit con-
sideratum in Romana rescissionis coram Blanchetto, penes
Marchesium fol. 99. utilitatem ergo claram, & indubi-
tatam probare debent Executores, & quidem non quam- 17
libet, sed evidentem, & claram, Seraph. decis. 508.
numer. 10. Redo de reb. Ecclesiæ non alienandis, quæst.
20. numer. 83. cum sequent. Spada cons. 111. numer. 1. tom.
3. & de tempore initi contractus, quod non obscure de-
ducitur ex Extravag. Ambitiosæ, ibi ex tunc, quod deno-
tat extremitatem temporis, Honded. cons. 51. numer. 61. 18
libr. 1. Rota apud Caval. dict. decis. 288. num. 5. Coccin.
decis. 1336. num. 4. & decis. 110. num. 10. 18. part. 9. rec.
Gen. in praxi cap. 89. num. 3. Quar. in verb. alienatio num.
12. Barbos. in hac clausula num. 8. & Nos alibi etiam dixi-
mus. Et quamvis multi sentiant, quod ad dignoscen-
dam utilitatem evidentem Ecclesiæ non sit attendendum
tempus Brevis, sed anterius, & posterius, Afflictus dec.
316. num. 17. Rota decis. 65. num. 13. & 20. part. 2. div.
Spada cons. 111. n. 5. tom. 3. Attamen frequentius scripse- 19
runt nostri Doctores, & Sacra Rota canonizavit, utili-
tatem inspiciendam esse de tempore celebrati contractus,
non attento, quid postea accidat; & sufficiet, quod uti- 20
litas interveniat de tunc temporis. Et attende, quod dict.
decis. 65. loquitur de valore rei, & numer. 15. ibi dicitur,
quod bene stare potest, quod inspiciatur valor rei tempore
contractus, & quod probatio valoris fiat non tempore con-
tractus, sed anteriori, & posteriori, &c. & Spada loqui-
tur in locationibus; certum tamen est, quod non est at-
tendendum tempus calamitosum, ut docent omnes, præ- 21
sertim Spada loco cit. eadem ratione, cum contractus pri-
mo loco celebratus fuit nullus, & postea ratificatur cum 22
beneplacito Apostolico, utilitas debet articulari, & pro-
bari de tempore ratificationis, seu ratihabitionis: quia est
novus contractus, Gratian. cap. 415. num. 12. & evidens
utilitas est metienda non solum respectu valoris fructuum,
sed etiam respectu ipsius rei, ut si detur Ecclesiæ res majo-
ris fructus, & minoris valoris, non est evidens utilitas;
sic e converso, si detur res majoris valoris, licet minoris
reditus, ex Anania in c. ut super, de rebus Ecclesiæ non alie-
nandis, Rota apud Coccin. 445. n. 4.

Utilitas quoque metienda est in novis concessionibus, & 23
consideranda, habito respectu ad ultimam alienationem,
non autem ad antiquam; & respectu ultimæ debet augeri
canon, non autem respectu antiquæ alienationis, seu con-
cessionis, Cæsar de Graft. decis. 3. num. 16. & decis. 4. sub
titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis, Coccin. dec. 1336. 24
num. 9. Pro evidenti Ecclesiæ utilitate opus est articulari,
& probari, ex illa alienatione fieri locupletiorem; itaut,
si alienentur bona Ecclesiæ pro eodem annuo canone,
quem ex locationibus percipiebat Ecclesia, non dicatur
alienatio utilis: quamvis enim locationes non probent ve-
rum rei valorem, attamen ad cognoscendum utilitatem 25
Ecclesiæ bene deserviunt; & ideo ut alienatio dicatur uti-
lis, debet recipere majorem utilitatem, Rota in dict. dec.
94. nu. 54. & 55. Spada d. cons. 111. cum vero aliquid ma-
jus recipitur ultra illud, quod recipitur ex locatione, cer-
tum est, quod dicitur evidens utilitas, Rota apud Ludo-
vis. 343. numer. 3. & notandum est, quod, cum Ecclesia
vendit bona feudalia, ut intercedat utilitas manifesta, ha-
beri debet respectus, non solum ad fructus illos pecunia-
rios, qui percipiuntur ex dictis bonis, verum etiam ad
ipsam jurisdictionem, & præminentiam dominationis,
Rota in d. dec. 94. n. 57.

Constat etiam de evidenti utilitate Ecclesiæ, cum Com- 26
missarii miserunt peritos ad videndum, & considerandum
bona Ecclesiæ, qui in actis retulerunt alienationem cede-
re in utilitatem Ecclesiæ; & cum alienatio facta fuerit sub 27
hasta, seu ad incantum, nec repertus fuerit qui meliorem
conditionem offerret, dicitur utilis, prout tenuit Rota in
allegata Nullius Emphyteusis de Guastella penes Marchesf.
fol. 100. & eo magis si quid aliquis fuerit auctum ultra il-
lud, quod sub hasta, & licitatione fuerit repertum, Ro-
ta apud Lud. 343. n. 3.

Testes autem, qui inducuntur pro probanda Ecclesiæ 28
utilitate, debent reddere causam scientiæ, & esse infor-
mati de quantitate bonorum, & de confinibus terrarum,
& de annuo reditu, & quantitate omnium fructuum, &
aliis similibus, alias non probant Ecclesiæ utilitatem, ne-

que debent deponere de credulitate, & proprio judicio,
29 Seraph. *dec.* 308. *& p.* 9. *rec. dec.* 214. *n.* 33. *&* 34. Sic etiam testes, qui ignorant valorem in proprietate, non probant Ecclesiæ evidentem utilitatem, Buratt. *decis.* 538. Caval. *dec.* 288. *n.* 3. *in fine*, Rota *dec.* 210. n. 8. *& 9. p. 9. recent.*
30 Ut autem testes probent valorem ex fructibus, est probanda quantitas fructuum percipi solita, uno anno cum alio computato, & quod in Regione in qua posita sunt prædia, similes reditus consueverunt emi, & vendi communi æstimatione ad rationem tanti, Rota apud Burattum
31 *dec.* 538. *n.* 8. & si testis reddat rationem *per haverni lavorato, & mietuto*, aut *che siena in buon luogo*, non est sufficiens, ut *ibidem nu.* 7. ubi late de valore rei probando, *ibique* etiam Ferentillus.
32 Advertendum pariter est, quod in alienatione perpetua detrahitur de solita responsione temporis usq; ad sextam partem, Rota apud Coccinum *dec.* 1263. *n.* 6. *&* 684. *n.* 4. *p.* 4. *rec.* Addenc. ad Greg. *d. dec.* 343. *n.* 7. Animadvertere etiam debent Executores, cum in alienatione appo-
33 nitur facultas affrancandi: hæc enim æstimatur ut pars pretii, & minuit valorem in sexta parte, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 563. n. 5. *& d. dec.* 94. n. 59. ac etiam imponit servitutem recipiendi quandocunque affrancationem, Spada *cons.* 98. *tom.* 3.

Non solum circa utilitatem Executores debent servare formam, ut diximus; verum etiam circa omnia, quæ continent formam, nec contra, nec præter, agere possunt sub nullitatis pœna, quod uno ore admittunt Doctores;
34 quare in *decis.* apud Celsum 387. fuit dictum, perperam exequutum beneplacitum Apostolicum, in quo Papa concessit alienari totum territorium, & postea pars aliqua tantum alienata fuit; sic etiam cum Papa mandat, pretium rei venditæ unico contextu reinvestiri in aliis bonis stabilibus: quia hoc continet formam, si in annuis reditibus investiatur, contra formam Brevis agitur, Rota
35 apud Duran. *dec.* 238. *& dec.* 110. *num.* 14. *p.* 9. *rec.* Pariter importat formam illa clausula, *specificatis, &c.* Rota *dec.* 624. *p.* 1. *rec.* & non sufficit, quod tunc testes designent
36 confinia bonorum in genere, sed specificare debent in individuo, Spada *cons.* 112. *nu.* 11. *&* 12. *tom.* 3. & idem dicendum in similibus casibus, in quibus alienatio redditur ipso jure nulla, nec tunc aliquem implicitum statum habet validitatis, ad tradita per Felinum *in c. cum dilecta, vers. gesta contra formam, de rescript.* Spada *d. cons.* 98. *nu.* 3. Duran. *dec.* 256. *n.* 1. *&* 238. Aliud enim est, non interve-
37 nire assensum in alienatione, & hoc casu, secundum Rotæ, & aliorum sententiam, alienatio habet implicitum statum validitatis: at cum fuit beneplacitum obtentum, & non fuit reservata forma, alienatio est ipso jure nulla, ut in *allegatis decisionibus, & decis.* 508. apud Seraph. *d. dec.* 94. *sæpius allegata n.* 72. *&* 114. *n.* 39. *p.* 9.
38 Effectus hujus rei est; quia, cum alienatio est nulla ex defectu formæ non servatæ, emptor rei Ecclesiæ tenetur nedum ad restitutionem rei, sed ad omnes fructus perceptos a die alienationis, ad textum *in leg. jubemus*, §. 1. *de sacrosanctis Ecclesiis*, Rota apud Duran. *decis.* 256. nec possunt se excusare, & allegare bonam fidem (quo casu deberentur fructus solum a die motæ litis, juxta theoricam Felini *in c. cum causa n.* 27. *vers. procederet de rei judicata*) quando in instrumento alienationis fuisset insertus tenor beneplaciti Apostolici, in quo præscribitur certa forma, præcise observanda, & ideo, contraveniendo, sunt in mala fide, quæ exposcit restitutionem fructuum a die actus gesti, ut fuit ponderatum in allegata decisione 256.
39 penes Duran. bene tamen restituendi sunt ab Ecclesia fructus compensativi percepti; quia Ecclesia est cultrix justitiæ, ut ibidem dicitur; sic etiam in casu formæ non ob-
40 servatæ emptor rei Ecclesiæ amittit melioramenta, facta in bonis Ecclesiæ, contra formam beneplaciti, vendentis, Rota *d. dec.* 387. apud q. Emin. Cels.

Executores beneplaciti, obtenti super confessione contractus, illud exequi nequeunt, si nondum contractus fuit celebratus, sed sit celebrandus: quia tunc dictum be-
41 neplacitum est nullum, & subreptitium: quia contractus præcedere debet, Rota apud Duran. 238. *num.* 10. apud Coccinum 740. & notandum est, quod cum petitur beneplacitum pro confirmatione contractus, si tradita fuerit possessio ante obtentum beneplacitum, hoc exprimendum est, alias subreptitium, Rota *allegata dec.* 375. *nu.* 19. *&* 20. apud Bichium, *&* 275. *p.* 10. nec, ut diximus alibi, evitantur pœnæ *Extravag. Ambitiosæ*, ut habetur in *dictis decisionibus, & dec.* 139. *p.* 15. & si tunc in Litteris Pontifex asserat, justam causam alienationis interfuisse, 42
nunc erit necessarium, aliam probationem deducere; secus si committat, ut constito de utilitate, Executores confirment; quia tunc opus erit utilitatem justificare, Rota in *d. dec.* 375. *n.* 17. *&* 18. *& d. dec.* 275.

Diximus *in fine hujus capitis*, quod beneplacitum est præ- 43
sentandum Executoribus, vivente Papa, qui illud concessit; adde *dec.* apud Mantic. 41. & apud Coccinum 762. n. 6. ubi ita dicitur: *Solemnitas non adest: quia, licet fuerit obtentum beneplacitum Apostolicum a Clemente VIII. cum illud non fuerit præsentatum, vivente illo Pontifice, non suffragatur: quia concessio alienationis non fuit facta per viam gratiæ, sed per viam commissionis, & ideo expiravit per obitum Papæ*, Doctores *inci relatum n.* 22. *de Officio Delegati, compilat. dec.* 12. *de offic. Delegat. in novis post principium, vers. Ego vero dicebam, ubi eleganter ad propositum, & in propriis terminis de commissione*, sit in evidentem, *fuit resolutum in causa Romana Horti* 17. *Septemb.* 1588. cor. Illustr. D. meo Card. Mantica, *& in alia Terdonen. bonorum* 15. *Decembr.* 1610. cor. Rever. Attrebaten. *& novissime in alia causa Romana alienationis situs* 26. *Novemb. præteriti*, cor. Rever. D. meo Sacrato, Archiepiscopo Damasceno. Attamen intellige, quod postea revalidatur gratia a successore Pontifice per *regulam revalidatoriam, &c.*

Alterum restat videre, num Executores hujus gratiæ, *si* 44
in evidentem, si male executi fuerint Litteras, possint iterum ex integro exequi?

Hanc quæstionem generaliter etiam tractavimus in *ad-* 45
dictione ad caput ..., ibique attulimus decisiones Rotæ, posse iterum exequi; attulimus etiam sententiam Fragosi distinguentis inter Delegatum Principis, & Delegatum inferioris, ut primus possit ex integro sententiare, & exequi; secus secundus: & hæc etiam fuit opinio Carl. *de judiciis tom.* 1. *disp.* 7. *n.* 26. & aliorum; Sed hanc sententiam reprobavit Sacra Rota *dec.* 391. *n.* 12. *&* 13. *p.* 18. *rec.* Et his terminis eadem Sacra Rota penes Duran. *in allegata decis.* 238. *numer.* 13. in qua dictum fuit, Executores non potuisse iterum confirmare contractum, dum prius male confirmaverunt; quia per prima confirmationem nulliter factam, fuit consumpta eorum potestas, & iterum in *decis.* 120. *numer.* 3. *part.* 9. *rec. tom.* 1. in qua sic dicitur: *Quia cessat objectum, cum statim atque Judex Delegatus ad cognoscendum super utilitate contractus, pronunciavit sive bene, sive male, functus est officio suo, & jurisdictio tam de jure Pontificio, quam Cæsareo expiravit, per textum in d. l. Judex postquam, ff. de re judic. leg. sicut proponis, C. quomodo, & quando Judex, c. ex litteris, c. venerabili, de officio Delegati*, in terminis dixit Rota coram Duran. *dec.* 325. *n.* 6. & coram eodem *dec.* 8. *nu.* 2. *in fine*, & in eisdem terminis Rota *dec.* 631. *n.* 8. *p.* 2. *rec.* Duran. *dec.* 371. *n.* 14. Cavaler. *dec.* 347. *n.* 2. *ideoque jurisdictio fuit devoluta ad Ordinarium.* Hæc ibi, & apud Guiliel. Dunoz. in *decis.* 71. ita dictum fuit: *Quoad secundam partem dubii, DD. censuerunt, non posse gratiam*, si in evidentem, *nulliter executam, denuo executioni demandari: quia post sententiam, semel etiam nulliter latam, tam Pontificio, quam Cæsareo jure, Judicis delegati expirat jurisdictio, l. si ut proponis, C. quomodo, & quando Judex sententiam, &c. l. Judex postea quam, & ibi glos. ff. de re judic. cap. in litteris, c. significantibus, & c. venerabile, de officio Delegati, & in terminis de Executore Litterarum Apostolicarum tradit Archidiaconus in cap. si cui, in verb. contradictor, de præb. in* 6. Tiraq. *in l. Boves, §. hoc sermone, nu.* 61. *ff. de verb. signif. cum multis cumulatis in dec. Cassanen. Canonicatus* 22. *Junii* 1603. cor. Rever. Attrebaten.

Nobis vero in hujusmodi dubio videtur dicendum, 46
quod, aut loquitur de Executore misto, qui cum Judicis formam præferat, & teneatur judiciario modo procedere, & sententiare, assistente legitimo contradictore, & tunc, si semel pronunciaverit, non potest iterum in causa se ingerere; quia per prolationem sententiæ jam functus est officio suo; & ita procedunt jura tam Canonica, quam Cæsarea, quæ, ut patet, loquuntur de Judice, & Delegato, procedente ad formam Judicis; aut vero loquimur de mero, & tunc, cum nullum interveniat judicium formale, potest extrajudicialiter procedere, si male executus fuerit, & non servaverit formam præscriptam, potest denuo Litteras exequi. Post scripta casualiter vidimus decisionem 247. apud Penn. sua tempestate doctissimum Sacræ Rotæ Auditorem, in qua ita dicitur: *Difficultas fuit restricta ad hoc, An A. C. bene, vel male, processerit, & Do-*

& Domini responderunt, eum bene processisse: Nam ex tenore sententiæ A.C. apparebat eum processisse inhærendo executioni, facta vigore monitorii per ipsum relaxati. Quem actum non vitiabat factum præcedens Francisci Quatratii, qui cum esset immissus in possessionem, non videtur amplius posse immitti: cum enim illa possessio fuisset solum instrumentalis, capta vigore monitorii, cui Pompejus noluit obedire, nec possessionem dimittere, & ita semper remaneret intrusus; propterea jure deinde potuit A.C. declarare Pompejum intrusum, & Franciscum immittendum, sicut in sententia A.C. continebatur. Neque prædictis obstabat, quod per primam immissionem vigore monitorii videtur A.C. functus officio suo: quia cum illa immissio non habuisset effectum, non cessavit in A.C. Litteram Apostolicarum Executore jurisdictio: quæ durat, donec res non est finita, nec suum plenarium effectum sortita, Felinus *in c. fin. nu. 3. in fin. de præsumpt. Eodem modo dicebatur, non expirasse officium A. C. ex eo, quod paulo antea relaxaverat mandatum de manutenendo ad favorem Pompei; nam tunc non processerat tanquam Executor Litterarum Apostolicarum. Sicut etiam non obstabat, quod Pompejus jam obtinuisset sententiam ab A. C. quasi propterea non potuerit ad favorem Francisci, nisi, illa revocata, aliam sententiam proferre; quoniam cum de illa prima sententia oppositum non fuerit, secunda valida ferri potuit,* Felinus *in cap. inter Monasterium, nu. 16. de sentent. & re judicata. Præterea, cum illa prima sententia fuerit nulla, valuit secunda sententia, contra illam lata, etiamsi non fuerit revocata, nec pronunciatum super illius nullitate, l. fin.* obi Bald. & Angelus, *C. de sententia, quæ sine cert. quant.* Saliceт. *in l. 1. nu. 5. vers. nunc circa prædictas, C. quando provocare non est necesse,* Felin. *in d. c. inter Monasterium, n. 21. Postremo non obstabat, quod A.C. tanquam Executor non poterat pronunciare super validitate tituli; Nam Domini respondebant, quod, quando adest contradictor, Executor nedum potest, sed debet etiam super titulo Beneficii pronunciare,* Doctor. *in d. c. fin. de præsumpt.* ubi Anton. de Buttio *n. 7.* Felinus *n. 17. & 24. & 33. & fuit resolutum in una Piscien,* coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore 21. *Februarii* 1578. *quod ipsum multum antea decisum extiterat in una Neapolitana* coram bon. mem. Finetto *de anno* 1569.

C A P U T XIV.

De Executore Gratiæ in forma *gratiosa*, & forma *dignum*.

S U M M A R I U M.

1 *Executor Litterarum in forma* gratiosa *semper est merus.*
2 *Executor Litterarum in forma* gratiosa *non potest judicialiter procedere.*
3 *Clausula* amoto *non semper facit mixtum Executorem.*
4 *Provisus in forma* gratiosa *potest capere possessionem auctoritate propria.*
5 *Executor merus non potest alteri subdelegare.*
6 *Executor Litterarum in forma* dignum *semper est mixtus.*
7 *Antequam Executor datus in Litteris in forma dignum procedat ad executionem nullum jus certum quæsitum est proviso.*
8 *Litteræ expeditæ in forma* dignum *sunt conditionales respectu executionis, non quoad substantiam.*
9 *Provisio in forma* dignum *non consumit vacationem.*
10 *Litteræ in forma* dignum *non habent paratam executionem.*
11 *Cum nullus adest contradictor legitimus Executor remanet merus.*
12 *Executor in Litteris in forma* dignum *semper est mixtus ratione jurisdictionis.*
13 *Contradictoris existentia nil aliud efficit, nisi quod Executor teneatur partes Judicis assumere.*
14 *Executor Litterarum in forma* dignum, *quod possit extrajudicialiter procedere, tenet Garzia.*
15 *Executor in forma dignum non potest omnino extrajudicialiter procedere.*
16 *Intelligitur Rota decisiones.*
17 *Executor, cum adest clausula,* dummodo tempore *datæ, &c. debet præmittere edictum.*
18 *Executor in Litteris in forma* dignum *debet verificare idoneitatem circa scientiam, morum honestatem, & ætatem.*
19 *Idoneitas debet verificari per examen personæ factum ab examinatoribus.*
20 *Alias examinatus non videtur debere de novo examinari.*
21 *Requiritur novum examen, cum Beneficium est Curatum, quia de forma.*
22 *Scientia, & habilitas requiruntur tempore examinis.*
23 *Cæteræ qualitates probari possunt testibus.*
24 *A Decreto Executoris in forma* dignum *datur appellatio suspensiva.*
25 *Post verificationem narratorum retrotrahitur Gratia ad diem datæ Litterarum.*
26 *Justificatis Litteris, competit via executiva.*
27 *Executor justificata narrativa debet facere collationem.*
28 *Provisus in forma* dignum *debet accipere possessionem de manu Executoris.*
29 *Capta possessione provisus debet emittere professionem fidei, si Beneficium est Curatum, vel Canonicatus, n. 30*
31 *Quando Episcopus, vel Vicarius fuit præsens in professione facta coram Capitulo non est de novo emittenda.*
32 *An facienda coram Vicario Capitulari separatim, num. 33.*
34 *Hebdomodarii an teneantur facere fidei professionem.*
35 *Obtinentes personatus in Cathedralibus, & officia, quando sunt de gremio Capituli tenentur ad fidei professionem.*
36 *Tenentur omnes Canonici etiam exempti.*
37 *Curati, qui non habent curam in actu, non tenentur facere professionem.*
38 *Qui fecerint semel fidei professionem, an teneantur de novo, n. 39.*
40 *Fidei professio, an emitti possit per Procuratorem, num. 41. 42. & 43.*
44 *Professio est emittenda infra duos menses.*
45 *Professio, ut fiat, possessio debet esse pacifica, n. 46.*
47 *Quam pœnam incurrant non facientes fidei professionem, n. 48. & 49.*
50 *An requiratur sententia declaratoria ad incurrendas eas pœnas, num. 51. & 52.*
53 *Fructus, quos non facit suos provisus ob fidei professionem non emissam, applicantur fabricæ, n. 54.*
55 *Episcopus, vel Capitulum non potest hos fructus relaxare.*
56 *Concilium loquens de fructibus non debet extendi ad quotidianas distributiones.*
57 *An excuset ignorantia, vel inadvertentia a pœnis comminatis contra non facientes fidei professionem, nu. 58. & 59.*
60 *Non facientes fidei professionem non privantur præcedentia, & voce in Capitulo.*

EXecutor Litterarum in forma *gratiosa* expeditarum 1 semper est merus, nihilque ei committitur faciendum, nisi ut tradat proviso possessionem, & sic nudum ministerium, quia Gratia fuit facta per Pontificem, & statim signata supplicatione fuit jus in re, seu in Beneficio quæsitum, ut alias notavimus; hoc est apud omnes in confesso, & præ cæteris Ubertus *de cit. c. 2. n. 27.* hic Executor de nihilo se informare tenetur pro executione facienda, Garz. *p. 6. cap. 2. n. 157.* nec debet facere aliquam iustificationem narratorum, Rota apud Merl. *dec. 141. n. 11.* & sæpe sæpius fuit dictum, non enim potest partes Judicis assumere, & extraiudicialiter procedit, si de aliquo se informare tenetur, Rota apud Amatum Dunoz. *dec 75. n. 2. & 347. n. 4. tomo 1.* & cum fuerit executa provisio jam præsumitur sufficienter iustificata, etiamsi ex actis non appareat, quia 2 ut dictum est, non tenetur procedere judicialiter, sed extraiudicialiter procedit, Rota apud eundem Amatum Dunoz. *tomo 1. dec. 18. n. 6. & 7. & 250. n. 4.*

Nec facit, quod in huiusmodi Litteris adsit clausula, 3 *amoto*, & aliæ similes, quæ faciunt mixtum Executorem; nam ut alias diximus est verum, quando est legitimus contradictor, qui se opponat, vel possessor, qui est citandus, Rota *recent. part. 10. decis. 34. num. 28. & 29.*

ubi aliæ decisiones allegantur. Cum enim adest vel pos-
sessor, vel legitimus contradictor, tunc Executor efficitur
mixtus, & tenetur partes Judicis assumere, & cum causæ
cognitione procedere, Rota apud Merlin. *loco cit.* quod
pluries diximus; nam tunc operantur illæ clausulæ, imo
cum Litteræ fuerint expeditæ in hac forma gratiosa provi-
4 sus potest intrare possessionem absque Executore, & sine
justificatione, juxta sententiam Rotæ *dec.* 333. *n.* 13. *p.* 4.
tomo 2. *rec.* & *p.* 10. *rec. dec.* 140. *n.* 14.

5 Hic Executor non potest alteri subdelegare, quia quan-
do nudum ministerium est commissum prohibetur subdele-
gatio, præ cæteris Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *n.* 177. &
tenetur de per se procedere. Nec ab eo admittitur appella-
tio suspensiva, cum scilicet permanet merus Executor; se-
cus si de mero efficiatur mixtus; nam tunc recte appella-
tur, ut alias dictum fuit.

6 Executor vero provisionis in forma *dignum* concessæ
de per se semper est mixtus, Burat. *dec.* 185. & 529. Rota
apud Amatum Dunoz. *dec.* 193. & 292 *p.* 12. *rec.* ut alias
notavimus: & hoc propter mixturam, quam habet; nam
Papa cum providet sub hac forma non ipse confert, sed
mandat conferri auctoritate Apostolica, quatenus repe-
riatur idoneus, & citatis alibi adde Rotam *p.* 11. *rec. dec.*
28. *num.* 8.

7 Et ideo antequam Executor procedat ad justificationem
hæc provisio nullum jus tribuit proviso, nisi mere even-
tuale, & nihil in esse ponere ajunt communiter Rota *dec.*
523. & 569. & 160. *par.* 2. *recent.* Caval. *dec.* 447. & *dec.*
28. *n.* 9. *p.* 11. *rec.* imo nec jus ad rem dicit Ubertus *par.* 6.
prax. fol. 251. ne esse mere provisionem conditionalem,
sed eo modo, quo diximus in cap. 2. ubi egimus de Litte-
ris in forma *dignum*, & alibi, nempe non esse mere con-
ditionem suspensivam; nam puram diximus quoad sub-
stantiam, & tantum conditionalem respectu executionis
8 faciendæ per Executorem, quod pluries Rota declaravit,
præsertim in sæpe allegata *Burgen. Canonicatus* cor. Pam-
philio apud Matchef. *part.* 1 *fol.* 142. apud Buratt. *decis.*
867. apud Carill *dict. decis.* 283. quæ est etiam 218. *par.* 9.
rec. tomo 1. apud Eminentiss. Othob. *decis.* 130. *n.* 12. apud
Amatum Dunozet. *dec.* 367. *n.* 23. & *in Toletana Archi-
presbyteratus* 31. *Junii* 1657. coram Albergato, Tondut.
p. 2. *c.* 4. §. 2. *n.* 7. *cum seqq.*

9 Certum enim est, prout etiam diximus, quod provisio
in forma *dignum* non consumit vacationem antequam
Executor processerit ad executionem, mediante justifica-
tione idoneitatis, & collatione, juxta Rotæ decisiones
allegatas hic, & alibi.

10 Et cum tales Litteræ in forma *dignum* habeant mixtu-
ram; & requirant justificationem, certum est, quod non
habeant executionem paratam, quæ alias debetur Litteris
Apostolicis, Seraph. *dec.* 817. *n.* 1. Burat. *dec.* 171. *num.* 2.
Durand. *dec.* 412. *nu.* 2. & *part.* 2. *recent. dec.* 159. Ridolf.
p. 2. *c.* 9. *n.* 74.

11 Id quod in principio diximus, Executorem Litterarum
in forma *dignum* expeditarum esse mixtum, temperant
multi, quod intelligendum sit, cum adest legitimus con-
tradictor, vel possessor; nam tunc dicunt non esse mixtum,
nec teneri partes Judicis assumere, & posse extrajudiciali-
ter se informare, ita Ridolf. *d. c.* 8. *n.* 75. qui allegat Putei
decisionem 144. *n.* 1. *lib.* 2. & ita videtur etiam ressolvisse
Rota in *Leodien. Abbatiæ* 14. *Januar.* 1622. coram Ubal-
do, quam affert Amayden *loco infra citando*, & expressius
apud Merlin. *dec.* 141. *n.* 10.

12 Sed quod hic Executor Litterarum in forma *dignum*,
quia ei demandatur, & committitur jurisdictio, ut alias
diximus sive adsit, sive contradictor semper sit mixtus,
existimavit Amayden *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 51. *vers. Executor
vero*, committitur huic Executori, quod prævia justifi-
catione narratorum, & idoneitate Oratoris conferat Be-
neficium; ergo committitur, cum causæ cognitione pro-
cedat; ergo ei demandantur jurisdictio; ergo semper mix-
tus; per hoc enim differt merus a mixto, quia illi nudum
committitur ministerium, & ideo dicitur merus: huic
vero demandatur jurisdictio, & per hoc vocatur mixtus,
semper hic tenetur procedere ad narratorum verificatio-
nem judicialiter, quod quasi quotidie in Rota canoniza-
tur, & omissis quamplurimis Rotæ decisionibus, novis-
sime apud Eminen. Othob. *dec.* 164. *n.* 10.

13 Contradictoris autem existentia nihil aliud efficiet,
quam tunc Executor teneatur partes Judicis assumere,
quod est diversum; nam Executor mixtus cum existentia
contradictoris est Judex cum jurisdictione contentiosa in-
ter partes agitanda, absque contradictore remanet Judex
cum jurisdictione; sed non contentiosa, utroque enim
casu causæ cognitionem adhibere tenetur, siquidem si ad-
est contradictor, vel possessor, causæ cognitio est narra-
torum verificatio, seu justificatio facienda ex parte, seu
contradictore ipso citato, & in omnibus audito, vel or-
dinarie, vel executive, ut dictum est; si vero non adest
causæ cognitio, adhibetur nullo citato, quod est volunta-
riam exercere jurisdictionem.

Hinc patet, quid respondendum sit, cum quæritur,
an Executor Litterarum in forma *dignum* possit procede-
re ad justificationem extrajudicialiter, an vero judiciariam
informationem teneatur assumere; equidem Garz. *dict.
part.* 6. *cap.* 2. *num.* 244. tenet, quod tunc requiritur infor- 14
matio judicialis, ut Executor procedat judicialiter, infor-
mare, & quod illa verba, *si constiterit*, *repereris*, pos-
sunt importare, & referri etiam ad informationem extra-
judicialem; ibi per eum.

At dicendum videtur, quod Executor in forma *dignum*
debet procedere non quidem omnino extrajudicialiter,
sed cum jurium in actis productione, licet non requi- 15
ratur citatio, cum pars non adest, ut dixit Amayden *lo-
co cit. dict. vers. Executor*, dicens: Mixtus autem debet
recipere probationem super justificatione Gratiæ etiam
nemine opponente non quidem omnino extrajudicialiter,
sed cum productione jurium in actis, omissa solummo-
do citatione, quia, non est citandus, & iterum *dict. capit.*
5. *quæst.* 5. *num.* 107. ubi docet, quod Executor cujus con-
scientia oneratur super idoneitate provisi, non possit ex-
trajudicialiter se informare de dicta idoneitate, præsertim
cum provisio in forma *dignum* est super provisione Bene-
ficio curatorum; nam tunc ponitur illa forma: *Ad-
hibitis per te examinatoribus in Diœcesana Synodo depu-
tatis*; & per hæc verba, seu per hanc clausulam datur
certa forma, ut Executor datus sub certa forma, illam
omnino servare teneatur. Hæc opinio est de mente Rotæ,
prout clare cernitur in multis decisionibus, sed præsertim,
& novissime apud Amatum Dunozet. 250. *numer.* 4. in
decisione dicitur, quod illa propositio, quæ dicit,
quod provisio executioni demandata præsumatur justi-
ficata, procedat in mero Executore, qui potest se extra-
judicialiter informare de narrativa Litterarum; secus in
mixto, qui non potest se extrajudicialiter informare, ex-
pressius Rota apud eundem Dunozet. *dec.* 193. in qua deci-
sione dicitur, quod Executor datus in forma *dignum* tan-
quam mixtus debeat judicialiter procedere.

Et cum dicitur in multis Rotæ decisionibus, quod Exe- 16
cutor nullo existente legitimo contradictore potest se ex-
trajudicialiter informare, præsertim apud Eminentissi-
mum Othob. *decis.* 58. *num.* 27. & alibi, intelligendum
est de extrajudiciali informatione cum jurium productio-
ne in actis, juxta doctrinam Amayden, nullus enim requi-
ritur processus judicialis, nulla requiritur citatio partis,
& *dec.* Othob. loquitur, ni fallor, de mero Executore
juxta numerum summarii: Imo cum semper in Litteris
hujusmodi Apostolicis adsit illa clausula, *dummodo tem-
pore data præsentium alteri non sit jus quæsitum*, secun-
dum Rotam requiritur citatio per edictum, etiamsi nul-
lus comparuerit contradictor, vel possessor adsit; nam Exe-
cutor debet præmittere hanc per edictum citationem, 17
Rota apud Amatum Dunozettum 193. *numer.* 5. proces-
sus enim, qui fieri debet ab Executore in hoc casu, cum
nullus adest contradictor adhuc dicitur extrajudicialis, jux-
ta doctrinam Gonzalez *glossa* 9. *in annotationibus in prin-
cipio*.

Igitur Executor in forma *dignum* pro verificatione Lit- 18
terarum in quantum ad idoneitatem provisi debet justifica-
re scientiam juxta qualitatem Beneficii, ætatem, legitimi-
tatem, & morum honestatem, Garzia *loco cit. num.* 233.
& cæteri communiter.

Et in quantum ad idoneitatem respectu scientiæ illam
justificare oportebit per examen personæ; nam ex appro-
batione Examinatorum hæc habilitas recte probatur,
Garz. *loco citat.* Rota apud Eminentissimum Othob. *dec.*
87. *num.* 2. & apud Eminentissimum Celsum 214. *numer.*
5. apud Burat. 613. & 931. *numer.* 2. & alibi, & si fuerit
Beneficium Parochiale, ut diximus, debent adhiberi Exa- 19
minatores Synodales, juxta formam traditam in Litte-
ris, quæ nec omitti poterit, etiam si alias fuerit idoneus
provisus, Garz. *loco citat. numer.* 260. late, & optime
Amayden *dicta quæst.* 5. *a numer.* 207. *cum pluribus se-
quentibus*.

Diffi-

Difficultas potest esse, quando alias fuit examinatus ad Beneficium curatum ab Examinatoribus ante scilicet expeditionem Litterarum; & quidem Rota in *Pistorien. Parochialis 6. Februarii* 1623. coram Merlino *quæst.* . . . . . penes ipsum censuit, quod quando quis fuit examinatus ad Beneficium illud per Examinatores ante Litterarum expedi-
20 tionem, tunc non sit necessarium examen de novo, sed sufficiat illud antecedens; secus autem si generaliter ad Beneficia quæcunque fuit examinatus, quia per examen generaliter factum ad Parochiales non est plene consultum disciplinæ Christianæ, & curæ animarum alicujus certæ Parochialis; nam fieri potest, quod talis Parochialis exigat in suo Rectore præcipuas qualitates, quæ non potuerint excogitari in examine generali; quod secus est ubi ad eandem Parochialem fuerit examinatus, ut ibi latius habetur; at nihilominus Amaydem *loco cit.* non videtur admittere hanc decisionem: quia clausula *commissionis examinis*, est conditionalis, & Executor alicujus rei cui conditio annexa est, non potest procedere ad executionem, nisi prius conditione adimpleta, & procedit in quacunque materia, & allegat multos DD. nec facit, quod conditio non potest retrotrahi, juxta cons. Anch. 158. *num.* 33. & sic dicit Amayden, quod cessat ratio Rotæ; quare tenet expresse Amayden, quod quando ad provisionem requiritur concursus, eo casu semper examen requiratur de novo.

21 Ego vero considero, quod cum Beneficium vacat per obitum, si est curatum de per se, ita ut faciendus sit concursus per Ordinarium, etiam cum Beneficium vacat in mensa reservato infra tres menses, juxta Constitutionem B. Pii V. In conferendis, tunc qui idoneus refertur Romæ impetrat Beneficium curatum in forma gratiosa cum dicta fide concursus habiti; cum vero non fuerit factus concursus ab Ordinario, & a Sede Apostolica impetraverit, vel quia resignatur Beneficium curatum, & tunc non ponitur dicta clausola, etiam si alias fuerit approbatus ab Ordinario, requiritur novum examen, juxta formam Litterarum, ut optime existimavit Amayden.

22 Scientia, & habilitas requiritur de tempora examinis, non autem post, cum reprobatus postea possit addiscere, Rota apud Eminentissimum Ottbob. *decis.* 123. *numer.* 12. 13. 14. *&* 15. & apud Eminentissimum Celsum 103. *per tot.* Et cum Executor procedit ad justificationem idoneitatis nulla requiritur partis citatio, etiam si adsit contradictor, & possessor, ut alias diximus, Barbosa *loc. cit. n.* 143.

23 Cæteræ qualitates, quæ desiderantur ad idoneitatem probari possunt testibus, & scripturis, Garzia *loco citat. num.* 235. sed cum Beneficium est Parochiale dicit Garzia *numer.* 236. quod Examinatores debent facere relationem non solum quoad Litterarum peritiam, sed etiam de cæteris requisitis.

24 Cum vero Executor, vel Examinatores aliquem gravaverint in justificatione idoneitatis, ad quem sit recurrendum, seu appellandum, patet ex dictis supra in eo cap. in quo agimus de hac materia, loquimur etenim post Litterarum productionem (nam cum examinantur in concurso, qui fit jure ordinario, non est meum disserere hic) certum est, quod ex decreto Executoris in forma *dignum* datur appellatio suspensiva, juxta Rotæ sententiam in *decis.* 569. *num.* 34. *part.* 4. *tom.* 1. Rub. Seraphin. *decis.* 817. *&* 159. *part.* 2. *recent. & part.* 12. *decis.* 292. & apud Amatum Dunozet. *decis.* 367. *num.* 34.

25 Postquam tamen Executor justificaverit Gratiam in forma *dignum* retrotrahitur ad diem datæ Litterarum, in quo momento censetur facta, Rota *decis.* 222. *num.* 10. *part.* 10. *recent.* & excludit etiam omnem aliam gratiam medio tempore impetratam tanquam posteriorem, Rota *decis.* 523. *num.* 3. *part.* 3. *recent.*

26 Justificatione postmodum secuta paratam habet tunc hæc provisio in forma *dignum* executionem, ut melius censuit Sacra Rota, & quamvis ante justificationem non producat hujusmodi Gratia tituli paritatem, juxta Rotæ decisiones quamplurimas, præsertim apud Eminentiss. Ottbob. *decis.* 130. attamen post justificationem producit hanc tituli paritatem, Rota apud Merlin. *decis.* 365. *& decis.* 197. *part.* 2. *recent.* & apud Burat. 842. ni memoria me fallat, & alibi sæpe.

27 Executor verificata narrativa, & clausula in forma *dignum* debet facere collationem proviso authoritate Apostolica, ut alibi etiam notavimus; hæc autem provisio non requiritur pro acquirendo jure, aut ad substantiam Gratiæ, sed pro executione dumtaxat facienda, juxta dictam *decis.* 569. *num.* 23. *&* 24. *part.* 2. *tomo* 1. Rub. *& decis. Burgen. Canonicatus* apud Marchesf. *fol.* 142. apud Amatum Dunozettum 367. *num.* 24. *& decis.* 121. *num.* 19. *part.* 10. *recent.* fieri debet nova collatio cum insertione Litterarum in forma *dignum*, Paris. *lib.* 8. *q.* 7. *num.* 188. & illa dicitur vera provisio, juxta dictum Tondutii *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 3.

Provisus debet accipere possessionem de manu Executoris, seu a manu illius cui subdelegaverit Executor; hoc enim posse facere Executorem alibi notavimus, & hodie quasi semper datur hæc potestas in Litteris Apostolicis; de possessione autem capienda aliqua notavimus in cap. ubi egimus de Executore Litterarum resignationis, & ne dicta repetamus absque necessitate benignus Lector ibi videre poterit. 28

Capta possessione provisus si Beneficium fuit curatum, aut Canonicatus in Cathedrali debet emittere professionem infra duos menses, juxta decretum Sacri Conc. Tridentini *sess.* 24. *de reform.* & Constit. Pii V. incipit *Junctum* 89. *in ordine.* 29

Et ad majorem hujus rei dilucidationem aliqua notanda sunt: & primo sciendum est, quod hujusmodi obligationem habent omnes, qui Beneficium assequuntur cum cura animæ, vel cum residentia in Cathedralibus seu Metropolitanis, ut sunt Dignitates, & Canonici, cum hac tamen differentia, quia Parochi, seu Rectores Ecclesiarum tantum tenentur emittere professionem coram Episcopo, vel eo impedito coram Vicario; Canonici autem, & Dignitates non solum coram Episcopo, vel Vicario, sed etiam coram Capitulo, ut expresse legitur in dicto Decreto Trident. ibi: Provisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere tenentur, & licet in præfato Decreto tantum permittatur, quod fieri possit professio coram Vicario, quando Episcopus est impeditus: attamen etiam si non fuerit impeditus fieri posse, asseruit Garz. *num.* 23. Cavall. *d. cap.* 22. *n.* 4. Barbosa ad Tond. *num.* 23. *& alleg.* 61. *num.* 16. Squill. *n.* 92. & alii. 30

In quantum quod in Concilii præfati decreto disponitur, quod Canonici, & Dignitates debeant facere hanc fidei professionem coram Capitulo & Vicario, seu Episcopo, & sic duplici vice, non procedit quando Vicarius, vel Episcopus fuisset præsens in professione illa quæ facta fuit coram Capitulo; nam tunc per illam professionem jam satisfactum fuit Decreto, Garz. *de benefic. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 61. *num.* 17. Marcellus Volpe in *prax. Eccles. cap.* 48. *nu.* 56. Pat. Jordanus *tomo* 2. *lib.* 10. *tit.* 48. *numer.* 12. Squill. *de obligat. Clericorum* 1. *par. num.* 93. *fol. mihi* 49. Baldell. *in tit. morali tomo* 2. *lib* 1. *disp.* 19. *num* 1. & alii passim; Dubium potest esse, cum Sedes Episcopalis vacat, & sic non adest Episcopus, sed Vicarius Capitularis, an tunc facienda sit fidei professio coram Capitulo, & Vicario Capitulari, 31
Garz. *loco cit. num.* 25. movet hoc dubium, *& num.* 27. 32
videtur inclinare in illam sententiam, quod professio sit facienda coram Vicario Capitulari, quia jurisdictio Episcopi administratur per Vicarium, & sic magis per ipsum repræsentatur Episcopus, quam Capitulum, & eo magis, quia Concilium vult, quod jurisdictio administretur per Vicarium, & non per Capitulum, Garz. enim verba sunt hæc: Octavo dubitatur an Sede Episcopali vacante satis sit provisum de Canonicatu, vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiam si ibi non adest Vicarius Capituli, an vero teneatur etiam eam facere coram ipso Vicario; & videtur satis esse; nam Capitulum Sede vacante succedit in jurisdictione Episcopi, & fungitur vice illius, ut infra 5. *par. c.* 7. atque adeo professio facta in Capitulo Sede vacante perinde est ac si fieret coram Episcopo, & Capitulo; & præterea Vicarius ipsius Capituli, & ab eo deputatus, & ideo facta professione coram Capitulo, non est opus iterum eam facere coram suo Vicario.

Nihilominus tamen contrarium verius videtur; nam cum jurisdictio Episcopalis administretur per Vicarium, magis per eum repræsentatur Episcopus, quam Capitulum; facit declaratio octava Sacr. Congregationis adducta *dist.* 5. *par. cap.* 7. *sub num.* 23. maxime cum Concilium omnino velit jurisdictionem administrari per Vicarium, & non per ipsum Capitulum, ut dictum est *d. cap.* 7. unde etiam videtur, provisum de Beneficio curato debere facere professionem coram Vicario Capitulari, Sede vacante, & non coram Capitulo. Quam Garziæ opinionem

cano-

canonizat Ricciullus *de jure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium*, *lib. 1. cap. 13. n. 16.* Novar. *in summ. Bullar. tomo 3. verbo fidei professio*, *nu. 6. fol. mihi* 313. ita etiam fundatur de *præceptis Decalogi tomo 1. lib. 1. cap. 4. sub n. 16. in fine*, Baldell. *dicto tomo 2. lib. 1. disput. 18. n. 12.*

33 Sed mihi videtur dicendum, quod tunc professio sit facienda coram utroque, coram Capitulo quia ita mandatur expresse per Concilium, coram Vicario Capitulari quia cum Concilium mandat coram Episcopo, vel Vicario esse faciendam, Vicarius Capitularis succedit in jurisdictione Episcopi, & per ipsum repræsentatur, ita Squillant. *de obligat. Clericorum*, *par. 1. nu. 94.* qui citat pro se Garz. verum si in professione quam facit provisus coram Capitulo fuerit præsens Vicarius Capitularis, jam fuit Decreto satisfactum.

Dubitari potest de illis Beneficiatis Cathedralium, qui in aliquibus partibus vocantur Hebdomodarii, in aliis Portionarii, & similibus nominibus.

34 Certum est, quod quando isti non sunt de gremio Capituli, non tenentur ad talem fidei professionis emissionem, dubium enim procedit quando isti sunt de gremio Capituli, Garz. *loco cit. n. 13.* tenet quod isti non tenentur: quia Concilium loquitur de Dignitatibus, & Canonicis, isti autem non sunt tales, & ideo non tenentur ad fidei professionem, & aliud est esse de Capitulo, & Capitulares, aliud esse Canonicum: hanc enim sententiam tenet Ricciullus *loco cit. n. 58.* Baldell. *dict. tit. 2. lib. 1. disp. 19. n. 4.* Barbosa ad Trident. *loco cit. sub n. 25. vers. de Canonicatibus*, contrarium voluerunt multi alii, inter quos est Zerolla *in praxi Episcopali*, *par. 1. verb. benefic. & verb. fidei professio.*

35 Illi autem qui obtinent personatum in Cathedralibus, & officia, & sunt de Capitulo, & velut Dignitates habentur, tenentur ad hujusmodi professionem fidei, ut dicunt Barbosa *loco cit. n. 15.* Squill. *n. 86.* & alii, qui vero obtinent Coadjutoriam cum futura successione, tunc tenentur, cum fuerit factus casus successionis, Barbosa *d. alleg. 61. n. 13.* Squill. *loco cit. n. 85.*

Dubitari etiam potest de Canonicis in Ecclesiis Collegiatis, & negativam sententiam docent Barbosa *num. 12.* Barbosa *allegat. 61. n. 15. & ad dictum Concilii caput n. 28.* Squill. *loco cit. n. 89.* Ricciullus *d. c. 13. n. 56.* Baldell. *dict. disp. 16 n. 4.* Novat. *in sum. bullar. de verbo fidei professio, n. 3.* & alii. Facundez *ad præcepta Decalogi tomo 1. lib. 1. c. 4. n. 5.* sed non desunt, qui contrarium existimant, ut videre est apud dictos DD. præsertim Bald. *d. alleg. 61.*

36 Hanc etiam fidei professionem tenentur emittere omnes Canonici etiam si sint exempti a jurisdictione Episcopi; nam adhuc coram Episcopo illam emittere tenentur, ut concorditer loquuntur in hac re Doctores.

In quantum vero ad Curatos, dubium potest esse de Curatis illis, qui non habent curam in actu, sed tantum habitualiter, quia scilicet olim habuit Filianos, nunc autem non habet. Equidem Ricciull. *d. lib. 1. cap. 14.* per totum tenet, quod non teneatur, quia hujusmodi Beneficium tractari debet tanquam simplex, sic nec ad residentiam tenetur, Ricciul. sequuntur multi alii, præsertim Barbosa *de offic. Parochi cap. 4. num. 9.* & ad Trid. *loco cit. num. 18.* & alii.

37 Si vero cura sit habitualis, quia exercetur per alium, tamen obligatio est penes Titularem, tunc certe per Titularem est facienda fidei professio, ut expresse tenet Ricciull. *loco cit. dict. cap. 14.* Secus non tenetur facere hanc fidei professionem Oeconomusper, quem exercetur talis cura si non habet titulum, sed ei demandata est cura, Baldell. *dict. lib. 1. disp. 18. num. 5.* si tamen cura exercetur per aliquem Oeconomum, seu Vicarium qui habet institutionem tenentur tam Titolaris, quam Vicarius, prout habemus exemplum in Abbatia S. Mariæ de Pasitano Diœcesis Amalphitanæ; nam Abbatia prædicta est curata, & cura exercetur per Vicarium perpetuum, hic tamen tenetur ad fidei professionem.

38 Postquam autem quis semel professionem emiserit pro uno Beneficio curato, vel Canonicatu, si ad aliud Beneficium curatum transferatur, vel ad alium Canonicatum promoveatur, tenetur iterum professionem emittere, secundum Garz. *loco cit. n. 17.* Squill. *loco cit. n. 90* Ricciull *loco cit. n. 19* Barbosa *dict. alleg. 81. n. 8. cum sequentibus*. Novar. *in sum. Bull. tomo 1. rubr. de fidei profes. n. 6.* Lavor. *in lucubrat. variis tomo 4. cap. 22. nu. 5.* sed certe contra tenent multi alii Doctores, quos tacito nomine refert Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 7. c. 2. in fin.*

Primam sententiam tutiorem dicit Baldell. *loco cit. disp. 18. in fin.* at ut verum fatear in contrarium vidi in quamplurimis locis practicari, præsertim cum in eodem Capitulo quis assequitur alterum Canonicatum, vel in eadem Diœcesi novam curam, & opinionem Garz. & aliorum practicorum posse, cum quis extra, & in alia Diœcesi curatum, vel Canonicatum assequitur. 39

Dubium vero grave fit, an hæc fidei professio emitti possit per procuratorem, Zerolla *in praxi Episcopali verbo fidei professio*, Garz. *loco cit. n. 74.* Gratianus *c. 166. n. 22.* Gonzalez *ad reg. Cancellariæ 8. §. 7. n. 169. reg. de potestate Episcopi*, *c. 50. §. 16. n. 1* Squill. *loco cit. n. 91.* latissime hanc opinionem tuetur Baldell. *d. disp. 8. n. 8.* per duas columnas, & novissime Amayd. *c. 597. per totum*, *n. 124.* & ita dicit stylus Romanæ Curiæ. 40

Contrariam sententiam tenet Lotter. *loco cit. a numer. 21.* Barbosa *alleg. 61. num. 20.* ad Trident. *loc. cit. num. 29.* Tambur *de jure Abbat. disp. 8. quæst. 3. nu. 11.* Sperellus *dec. 106. nu. 37. cum seqq.* Novar. *in sum. bull. tomo 1. verbo fidei professio*, *num. 8.* Facund. *ad præcepta Decalogi tomo 1. cap. 4. num. 45.* & alii multi: quia in Concilio hoc non prohibetur; secundo quia juramentum præstari potest per Procuratorem: multi ex his citatis Doctoribus requirunt speciale mandatum, ut sunt Ricciull. *num. 30.* Novar. *loco cit.* Tamburin. & alii: sed multi etiam existimant, quod sufficiat generale mandatum ad capiendam possessionem Beneficii; nam vigore hujus mandati generalis posse emitti professionem fidei, in puncto Sperellus *dict. dec. 106. num. 39. & 40.* qui adducit decisiones Rotæ, Facund. *loco cit. num. 46.* 41

Temperant Ricciull. *loco cit. n. 29.* Tambur. *n. 13. & 14.* Sperellus *nu. 42.* ut vera sit hæc sententia, quando Episcopus, vel Vicarius velit admittere Procuratorem ad talem actum, ipso tamen renuente teneatur provisus personaliter accedere, & isto casu putant veram sententiam negativam, non posse scilicet per Procuratorem emitti fidei professionem. 42

Sed ego considero, quod si provisus potest per Procuratorem hunc actum explere, non poterit cogi per Episcopum, vel Vicarium ad accedendum personaliter ad præstandum talem actum; secundum tamen mentem Concilii est, quod talis actus perficiatur ab ipsomet proviso: non tamen damno opinionem affirmativam. 43

Professio emittenda est saltem infra duos menses numerandos a die captæ possessionis, ut expresse decernitur in Trident. & in Constitutionibus Apostolicis, & omnes citati DD. & quotquot vidi dicunt quod hoc tempus duorum mensium non est appositum ad finiendam obligationem, ita ut post illud emitti non possit, vel non teneatur amplius, sed appositum est causa differendæ executionis, ita ut semper duret obligatio quousque vere non sit emissa. 44

Possessio autem debet esse pacifica, quia semper quando lex statuit tempus post possessionem, intelligitur de
possessione pacifica; nam alias non dicitur res possideri,
& sic possessio litigiosa non sufficit, nec inducit istam obli-
gationem, Ricciull. *loco cit. num. 62.* Facund. *dict. cap.* 45
4. num. 24. & alii communiter; sufficiet tamen secundum
Ricciull. si provisus steterit per unum vel duos menses in
pacifica possessionem Beneficii; nam tunc tenebitur ad fi-
dei professionem.

Imo Garzia *loco cit. numer. 32.* docet, quod etiam si per
provisum steterit quominus accipiat possessionem, non te-
neri ad professionem fidei: quia Concilium mandat ut pro-
fessio fidei fiat post possessionem captam, Garz. sequun- 46
tur Barbosa *tam in dict. loco* Triden. *n. 20. & dict. allegat.*
61. n. 25. Ricciul. *d. c. 13. n. 30.* Facund. *dict. c. 4. n. 25.* Baldell. *loco cit. disp. 19. n. 11.*

Pœnam quam incurrunt contrafacientes est determinata in eodem Concilii Decreto, ibi: Alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos nec illis possessio suffragetur; & circa hanc pœnam multa occurrunt, & primo quod non facientes hanc fidei professionem non privantur titulo Beneficii, sed solum non suffragatur possessio secundum subjectam materiam, nempe in ordine ad fructus acquirendos, Garzia *loco cit. num. 33.* 47
Paris. *lib. 10. quæst. 9. n. 15.* Azor. *par. 2. lib. 7. c. 2. quæst. 3.*
vers. nihilominus, Ugolinus *loco cit. §. n. 4.* Campanilis 48
in diversf. juris Canonico rubr. 8. cap. 3. n. 17. Ricciull. *d. lib.*
1. cap. 16. n. 10. Barbosa *de potestate Episcopi*, *d. allegat.*
26. n. 62. & ad Trid. *loco cit. n. 37.* Baldell. *d. tomo 2. lib. 1.*
disp. 19. n. 12. Facund. *d. lib. 1. cap. 4. num. 49.* qui omnes
con-

concludunt, talem, qui non emisit professionem intra bimestre, non posse juvari regula de triennali quoad fructus, bene quidem quando titulus seu possessio est manutenibilis absque fidei professione, praeter alios Ferentill. ad Buratt. *decis.* 522. *num.* 17. Tambur. *loco citat. num.* 17. Ricciul. *d. cap.* 16. *n.* 11. *cum seqq.*

49 Et privantur contrafacientes fructibus decursis post lapsum termini duorum mensium, non vero decursis intra dictum tempus: quia cum Concilium concedat dictum tempus ad hunc actum explendum licite fructus percipiuntur, ita Garzia *loco cit. num.* 31. Barbosa *d. alleg.* 61. *num* 23. ad Trident. *num.* 32. Squill. *loco cit. sub num.* 97. Baldell. *d. tomo* 2. *lib.* 1. *disp.* 19. *num* 8. Facund. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 23. privantur enim fructibus decursis post lapsum duorum mensium, & postquam fecerint talem fidei professionem non recuperant fructus amissos decursos scilicet post duos menses, & ante fidei professionem, sed professio fidei deserviet ad fructus, quod omnes admittunt, Garzia *num.* 29. Azor. *d. cap.* 2. *quaest.* 4. Garzia *d. alleg* 61. *n.* 22. Facund. *d. cap.* 4. *n.* 35. & alii.

50 Occurrit secundo dubitandum, an ad incurrendam hanc poenam requiratur sententia aliqua declaratoria, an vero statim, & eo ipso incurratur.

51 Multi Doctores requirunt sententiam declaratoriam, ita ut ante sententiam licite in conscientia posse fructus aliquem retinere non facta professione fidei perceptos, nec teneri restituere ante sententiam, ita Barbosa *d. alleg.* 61. *num.* 28. & ad Trident. *loco citat. num.* 33. Facundus *d. cap.* 4. *n.* 21. & alii passim penes istos.

Sed alii tenent indistincte quod non faciat fructus suos; & non facta professione intra dictum tempus in conscientia non posse nec percipere nec perceptos retinere, ita Garzia *loco cit. num.* 35. Azor. *dict. cap.* 2. *in princ.* Squill. *loco cit. n.* 99. late defendit Baldell. *lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 7. Ricciul. *d. cap.* 13. *num.* 43. quae sententia mihi maximopere placet,
52 quia ut optime Baldell. *loco cit.* considerat, quamvis ad inducendam poenam privationis, & abdicationem eorum jurium, & eorum bonorum, quae sunt acquisita, & propria alienjus, sit opus sententia, & opera Judicis, neque sufficiat sola dispositio aut praeceptio legis poenalis, ut eisdem utar verbis Baldelli, ad impediendam acquisitionem sufficit legis dispositio: & in Tridentino dicitur quod non faciunt fructus suos, sic impedit acquisitionem non autem irrogat poenam privationis acquisitorum, quod diversum est; nam in privatione requiritur sententia declaratoria, non autem in non acquisitions, ut latissime explicat Baldellus.

53 Hi autem fructus quos non facit suos Beneficiatus debent applicari vel fabricae Ecclesiae, vel pauperibus, secundum Parif. *lib.* 8. *quaest.* 9. *num.* 123. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *quaest.* 3. *vers. nihilominus*, *in fin.* Baldell. *loco cit. num.* 15. Barbosa ad Triden. *loco cit. num.* 35. in Regno autem nostro Neapolitano fructus isti incorporantur Camerae, ut advertit Parif. *loco citato*, & sic ego vidi practicari tempore Alexandri Sperellae Nuncii in hoc Regno, & ita confirmavit doctus, & practicissimus Camerarius *Illu-*
54 *strissimus & Reverendissimus D. Sebastianus Surrentinus Episcopus Troian. Concivis, & amicus charissimus*, cui omne bonum desidero: non tamen me latet Baldell. *loco cit. num.* 15. docere nullam extare Constitutionem Pontificiam, quae hos fructus Camerae applicet: quare ipse docet in quantum ad Parochos, & Curatos valde *esse* probabile illos fructus applicari posse fabricae, vel Ecclesiae: in quantum vero ad Canonicos, & Dignitates qui habent fructus distinctos, & fundos suos, fructus debere erogari pro reparatione propriorum fundorum vel fabricae Ecclesiae, arbitrio Episcopi, juxta Tridentini Decretum *in c.* 33. *de reform, sess.* 22. si tamen non habent proprios, & distinctos fructus tunc dictus fructus accresci debere massae communi. Vide ipsum.

55 Episcopus autem non potest hos fructus relaxare, nec Capitulum potest illum pro praesente habere, Ricciull. *d. cap.* 16. Garzia *n.* 50. Facund. *d. cap.* 34. *n.* 31. *&* 42. & alii.

56 Et cum Concilium loquatur de fructibus, non erit extendendum ad quotidianas distributiones, quas suas facere Canonicus si talem professionem non fecerit, existimant Ricc. *par.* 3. *resol.* 294. *& dec.* 112. *par.* 4. Barbosa *d. alleg.* 61. *num,* 30. & ad Trid. *loc. cit. etiam numer.* 30. Ricciull. *dict. cap.* 13. *num.* 51. Garz. *cap.* 166. *num.* 22. Azor. *loco cit. quaest.* 7. Gonzalez *ad reg. Cancel. in proemio* §. 2. *num.* 1. *alias* §. 6. *num.* 170. Novar. *in summ. bull. tomo* 1. *in verb. fidei professio num.* 11. *& tomo* 2. *n.* 8. Camparilit *loco cit. num.* 17. Facund. *loco cit. num.* 22. Baldell. *d. disp.* 19. *num.* 21. Squill. *loco cit. num.* 100. & alii, & sic dicendum erit de funeralibus, nam omnia ista emolumenta dantur ratione laboris, dummodo tamen distributiones quotidianae sint distinctae a fructibus Beneficiorum, & in massa, seu grossa communi; nam si fructus Canonicatus omnes consistant in his distributionibus, & de omnibus fiat massa, & grossa communis, ut dicunt, & observatur in his meis Ecclesiis Cathedralibus unitis, tunc ne frustratoria sit Trid. dispositio, distributiones has comprehendit, & iis privabitur qui fidei professionem tempo sestatuto non emittet, Novar. Facund. Baldellus, & alii.

Alterum, & tertium restat inquirendum, an excusari 57
possunt qui non emittunt professionem intra duos menses ex aliqua ignorantia, obliviune, & inadvertentia.

Flaminius Parif. *lib.* 10. *quaest.* 9. *de resign. num.* 8. movet hoc dubium, & dicit quod in foro exteriori ignorantia haec non excusat, quia juris clari, juxta *cap. ignorantia de reg. juris in* 6. pro foro autem interiori excusabit, nec aderit obligatio restituendi, quia ignorantia, inadvertentia, & incogitatio excusant a poena in foro conscientiae, citat. Navar. *in cons.* 1. de summa Trinitate, Flamin. sequuntur Garz. *loco cit. n.* 67. *&* 62. & alii per ipsum relati, & nisi fallor, Azor. *dict. cap.* 2. 2. *quaesito*, qui dicit quod in foro conscientiae excusantur, Squill. *loco cit. n.* 101. Facund. *d. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 27. Baldell. *d. disp.* 19. *n.* 9. & alii, quia si excusantur a culpa, possunt sic etiam a poena.

Novarius tamen in 2 *tomo*, *& dict. rubr. de fidei profes-* 58
sione n. 5. dicit, quod non excusantur ex ignorantia quoad fructuum amissionem, sed tantum peccato mortali, quod committunt transgrediendo hujusmodi praeceptum.

Ignorantia autem solius poenae non excusaret a tali fructuum amissione, ut probat Facund. *loco cit. nu.* 28. sicuti nec possunt excusari a restitutione fructuum ex regula de triennali, & ex praescriptione, Facund. *n.* 29. *&* 30. Vi- 59
de ipsum, & alios citatos.

Praeter fructuum amissionem nullam aliam poenam incurrunt praedicti qui non faciunt fidei professionem; nam quoad vocem in Capitulo, praecedentiam, & alios juris effectus non privantur, & potiuntur commodo possessionis receptae, Novar. *eod.* 1. *tomo loco cit. n.* 9. *vers. merito*.

A D D I T I O

Ad Caput XIV. Primae partis.

De Executore in *forma gratiosa*, & in *forma dignum*.

S U M M A R I U M.

Littera in forma gratiosa *non solent concedi, nisi pravia justificatione requisitorum*, *n.* 1.
Executor Litterarum in forma gratiosa *est merus*, *n.* 2.
Executor Litterarum in forma gratiosa, *existente legitime contradictore*, *sit mixtus*, *n.* 3.
Capitulum non est legitimus contradictor, *nec efficit mistum Executorem*, *qui alioquin sit merus*. *n.* 4.
Capitulum potest esse legitimus contradictor, *n.* 5.
Executor Litterarum in forma dignum *est mistus*, *sed potest esse merus*, *n.* 6.
Semel examinatus num de novo sit examinandus, *num* 7. 8. *&* 9.
Quomodo expediantur Littera pro Parochialibus, *seu Curatis*, *n.* 10.
Idoneitas quomodo probetur, *n.* 11.
Habilitas in Beneficiis non eadem semper, *n.* 12.
Executor cum procedit ad examen, *an requiratur citatio partis*, *n.* 13. *&* 14.
Examinatores ad quas qualitates debeant potius habere respectum, *n.* 15.
Gratia in forma dignum *retrotrahitur ad diem rescripti Apostolici detecta idoneitate*, *n.* 16. *&* 17.
Provisus in forma dignum *post examen*, *& verificationem narratorum acquirit jus in re*, *seu in Beneficio*; *secus antea*, *n.* 18. *&* 19.
Quando diffamatio impediat executionem Beneficii, *remissive*, *n.* 20.

IN *superioribus additionibus* monstravimus, Litteras in *forma gratiosa* non concedi, nisi praevia justificatione 1
requisitorum; & ideo Executor nihil prorsus justificare tenetur,

caroniaat Ricciullus *de jure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium*, *lib. 1. cap.* 13. *n.*16. Novar. *in summ. Bullar. tomo 2. verbo fidei professio*, *nu.* 6. *fol. mihi* 313. ita etiam fundatur de *præceptis Decalogi tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *sub n.*16. *in fine*, Baldell. *dicto tomo* 2. *lib.* 1. *disput.* 18. *n.* 12.

33 Sed mihi videtur dicendum, quod tunc professio sit facienda coram utroque, coram Capitulo quia ita mandatur expresse per Concilium, coram Vicario Capitulari quia cum Concilium mandat coram Episcopo, vel Vicario esse faciendam, Vicarius Capitularis succedit in jurisdictione Episcopi, & per ipsum repræsentatur, ita Squillant. *de obligat. Clericorum*, *par.* 1. *nu.* 94. qui citat pro se Garz, verum si in professione quam facit provisus coram Capitulo fuerit præsens Vicarius Capitularis, jam fuit Decreto satisfactum.

Dubitari potest de illis Beneficiatis Cathedralium, qui in aliquibus partibus vocantur Hebdomodarij, in aliis Portionarii, & similibus nominibus.

34 Certum est, quod quando isti non sunt de gremio Capituli, non tenentur ad talem fidei professionis emissionem, dubium enim procedit quando isti sunt de gremio Capituli, Garz. *loco cit. n.* 13. tenet quod isti non tenentur: quia Concilium loquitur de Dignitatibus, & Canonicis, isti autem non sunt tales, & ideo non tenentur ad fidei professionem, & aliud est esse de Capitulo, & Capitulares, aliud esse Canonicum: hanc enim sententiam tenet Ricciullus *loco cit. n.* 58. Baldel. *dict. tit.* 2. *lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 4. Barbosa ad Trident. *loco cit. sub n.* 25. *vers. de Canonicatibus*, contrarium voluerunt multi alii, inter quos est Zerolla *in praxi Episcopali*, *par.* 1. *verb. benefic.* & *verb. fidei professio*.

35 Illi autem qui obtinent personatum in Cathedralibus, & officia, & sunt de Capitulo, & velut Dignitates habentes, tenentur ad hujusmodi professionem fidei, ut dicunt Barbosa *loco cit. n.* 15. Squill. *n.* 86. & alii, qui vero obtinent Coadjutoriam cum futura successione, tunc tenentur, cum fuerit factus casus successionis, Barbosa *d. alleg.* 61. *n.* 13. Squill. *loco cit. n.* 85.

Dubitari etiam potest de Canonicis in Ecclesiis Collegiatis, & negativam sententiam docent Barbosa *num.* 12. Barbosa *allegat.* 61. *n.* 15. & *ad dictum Concilii caput n.* 28. Squill. *loco cit. n.* 89. Ricciullus *d. c.* 13. *n.* 56. Baldell. *dict. disp.* 16. *n.* 4. Novar. *in sum. bullar. de verbo fidei professio*, *n.* 3. & alii. Facundez *ad præcepta Decalogi tomo* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. sed non desunt, qui contrarium existimant, ut videre est apud dictos DD. præsertim Bald. *d. alleg.* 61.

36 Hanc etiam fidei professionem tenentur emittere omnes Canonici etiam si sint exempti a jurisdictione Episcopi; nam adhuc coram Episcopo illam emittere tenentur, ut concorditer loquuntur in hac re Doctores.

In quantum vero ad Curatos, dubium potest esse de Curatis illis, qui non habent curam in actu, sed tantum habitualiter, quia scilicet olim habuit Filianos, nunc autem non habet. Equidem Ricciull. *d. lib.* 1. *cap.* 14. per totum tenet, quod non teneatur, quia hujusmodi Beneficium tractari debet tanquam simplex, sic nec ad residentiam tenetur, Ricciul. sequuntur multi alii, præsertim Barbosa *de offic. Parochi cap.* 4. *num.* 9. & ad Trid. *loco cit. num.* 18. & alii.

37 Si vero cura sit habitualis, quia exercetur per alium, tamen obligatio est penes Titularem, tunc certe per Titularem est facienda fidei professio, ut expresse tenet Ricciul. *loco cit. dict. cap.* 14. sicuti non tenetur facere hanc fidei professionem Oeconomus per, quem exercetur talis cura si non habet titulum, sed ei demandata est cura, Baldell. *dict. lib.* 1. *disp.* 18. *num.* 5. si tamen cura exercetur per aliquem Oeconomum, seu Vicarium qui habet institutionem tenentur tam Titularis, quam Vicarius, prout habemus exemplum in Abbatia S. Mariæ de Pasitano Diœcesis Amalphitanæ; nam Abbatia prædicta est curata, & cura exercetur per Vicarium perpetuum, hic tamen tenetur ad fidei professionem.

38 Postquam autem quis semel professionem emiserit pro uno Beneficio curato, vel Canonicatu, si ad aliud Beneficium curatum transferatur, vel ad alium Canonicatum promoveatur, tenetur iterum professionem emittere, secundum Garz. *loco cit. n.* 17. Squill. *loco cit. n.* 90 Ricciull. *loco cit. n.* 19 Barbosa *dict. alleg* 81. *n.* 8. *cum sequentibus*. Novar. *in sum. Bull. tomo* 1. *rubr. de fidei profess. n.* 6. Lavor. *in suc. prat. variis tomo* 4. *cap.* 22. *nu.* 5. sed certe contra tenent multi alii Doctores, quos tacito nomine refert Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *in fin.*

Primam sententiam tutiorem dicit Baldell. *loco cit. disp.* 18. *in fin.* at ut verum fatear in contrarium vidi in quamplurimis locis practicari, præsertim cum in eodem Capitulo quis assequitur alterum Canonicatum, vel in eadem Diœcesi novam curam, & opinionem Garz. & aliorum practicorum posse, cum quis extra, & in alia Diœcesi curatum, vel Canonicatum assequitur. 39

Dubium vero grave sit, an hæc fidei professio emitti possit per procuratorem, Zerolla *in praxi Episcopali verbo fidei professio*, Garz. *loco cit. n.* 74. Gratianus c. 166. *n.* 22. Gonzalez *ad reg. Cancellariæ* 8. §. 7. *n.* 169. *reg. de potestate Episcopi*, *c.* 50. §. 16. *n.* 1 Squill. *loco cit. n.* 91. latissime hanc opinionem tuetur Baldell. *d. disp.* 8. *n.* 8. per duas columnas, & novissime Amayd. *c.* 597. *per totum*, *n.* 124. & ita dicit stylus Romanæ Curiæ. 40

Contrariam sententiam tenet Lotter. *loco cit. a numer.* 21. Barbosa *alleg.* 61. *num.* 20. ad Trident. *loc. cit. num.* 29. Tambur. *de jure Abbat. disp.* 8. *quæst.* 3. *nu.* 11. Sperellus *dec.* 106. *nu.* 37. *cum seqq.* Novar. *in sum. bull. tomo* 1. *verbo fidei professio*, *num.* 8. Facund. *ad præcepta Decalogi tomo* 1. *cap.* 4. *num.* 45. & alii multi: quia in Concilio hoc non prohibetur; secundo quia juramentum præstari potest per Procuratorem: multi ex his citatis Doctoribus requirunt speciale mandatum, ut sunt Ricciull. *num.* 30. Novar. *loco cit.* Tamburin. & allii sed multi etiam existimant, quod sufficiat generale mandatum ad capiendam possessionem Beneficii; nam vigore hujus mandati generalis posse emitti professionem fidei, in puncto Sperellus *dict. dec.* 106. *num.* 39. & 40. qui adducit decisiones Rotæ, Facund. *loco cit. num.* 46. 41

Temperant Ricciull. *loco cit. n.* 29. Tambur. *n.* 13. & 14. Sperellus *nu.* 42. ut vera sit hæc sententia, quando Episcopus, vel Vicarius velit admittere Procuratorem ad talem actum, ipso tamen renuente teneatur provisus personaliter accedere, & isto casu putant veram sententiam negativam, non posse scilicet per Procuratorem emitti fidei professionem. 42

Sed ego considero, quod si provisus potest per Procuratorem hunc actum explere, non poterit cogi per Episcopum, vel Vicarium ad accedendum personaliter ad præstandum talem actum; secundum tamen mentem Concilii est, quod talis actus perficiatur ab ipsomet proviso: non tamen damno opinionem affirmativam. 43

Professio emittenda est saltem infra duos menses numerandos a die captæ possessionis, ut expresse decernitur in Trident. & in Constitutionibus Apostolicis, & omnes citati DD. & quotquot vidi dicunt quod hoc tempus duorum mensium non est appositum ad finiendam obligationem, ita ut post illud emitti non possit, vel non teneatur amplius, sed appositum est causa differendæ executionis, ita ut semper duret obligatio quousque vere non sit emissa. 44

Possessio autem debet esse pacifica, quia semper quando lex statuit tempus post possessionem, intelligitur de possessione pacifica; nam alias non dicitur res possideri, & sic possessio litigiosa non sufficit, nec inducit istam obligationem, Ricciull. *loco cit. num.* 62. Facund. *dict. cap.* 4. *num.* 24. & alii communiter; sufficiet tamen secundum Ricciull. si provisus steterit per unum vel duos menses in pacifica possessionem Beneficii; nam tunc tenebitur ad fidei professionem. 45

Imo Garzia *loco cit. numer.* 32. docet, quod etiam si per provisum steterit quominus accipiat possessionem, non teneri ad professionem fidei: quia Concilium mandat ut professio fidei fiat post possessionem captam, Garz. sequuntur Barbosa *tam in dict. loco* Triden. *n.* 20. & *dict. allegat.* 61. *n.* 25. Ricciul. *d. c.* 13. *n.* 50. Facund. *dict. c.* 4. *n.* 25. Baldell. *loco cit. disp.* 19. *n.* 11. 46

Pœnam quam incurrunt contrafacientes est determinata in eodem Concilii Decreto, ibi: Alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos nec illis possessio suffragetur; & circa hanc pœnam multa occurrunt, & primo quod non facientes hanc fidei professionem non privantur titulo Beneficii, sed solum non suffragatur possessio secundum subjectam materiam, nempe in ordine ad fructus acquirendos, Garzia *loco cit. num.* 33. Paris. *lib.* 10. *quæst.* 9. *n.* 15. Azor. *par.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *quæst.* 3. *vers. nihilominus*, Ugolinus *loco cit.* §. *n.* 4. Campanilis *in divers. juris Canonici rubr.* 8. *cap.* 3. *n.* 17. Ricciull. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 10. Barbosa *de potestate Episcopi*, *d. allegat.* 26. *n.* 62. & ad Trid. *loco cit. n.* 37. Baldell. *d. tomo* 2. *lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 12. Facund. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 29. qui omnes 47 48

con-

concludunt, talem, qui non emisit professionem intra bimestre, non posse juvari regula de triennali quoad fructus, bene quidem quando titulus seu possessio est manutenibilis absque fidei professione, praeter alios Ferentill. ad Burat. *decis.* 522. *num.* 17. Tambur. *loco citat. num.* 17. Ricciul. *d. cap.* 16. *n.* 11. *cum seqq.*

49 Et privantur contrafacientes fructibus decursis post lapsum termini duorum mensium, non vero decursis intra dictum tempus: quia cum Concilium concedat dictum tempus ad hunc actum explendum licite fructus percipiuntur, ita Garzia *loco cit. num.* 31. Barbosa *d. alleg.* 61. *num* 23. ad Trident. *num.* 32. Squill. *loco cit. sub num.* 97. Baldell. *d. tomo* 2. *lib.* 1. *disp.* 19. *num* 8. Facund. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 23. privantur enim fructibus decursis post lapsum duorum mensium, & postquam fecerint talem fidei professionem non recuperant fructus amissos decursos scilicet post duos menses, & ante fidei professionem, sed professio fidei deservit ad fructus, quod omnes admittunt, Garzia *num.* 29. Azor. *d. cap.* 2. *quaest.* 4. Garzia *d. alleg.* 61. *n.* 22. Facund. *d. cap.* 4. *n.* 35. & alii.

50 Occurrit secundo dubitandum, an ad incurrendam hanc poenam requiratur sententia aliqua declaratoria, an vero statim, & eo ipso incurratur.

51 Multi Doctores requirunt sententiam declaratoriam, ita ut ante sententiam licite in conscientia posse fructus aliquem retinere non facta professione fidei perceptos, nec teneri restituere ante sententiam, ita Barbosa *d. alleg.* 61. *num.* 28. & ad Trident. *loco citat. num.* 33. Facundus *d. cap.* 4. *n.* 21. & alii passim penes istos.

Sed alii tenent indistincte quod non faciat fructus suos; & non facta professione intra dictum tempus in conscientia non posse nec percipere nec perceptos retinere, ita Garzia *loco cit. num.* 35. Azor. *dict. cap.* 2. *in princ.* Squill. *loco cit. n.* 99. late defendit Baldell. *lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 7. Ricciul. *d. cap.* 13. *num.* 43. quae sententia mihi maximopere placet,
52 quia ut optime Baldell. *loco cit.* considerat, quamvis ad inducendam poenam privationis, & abdicationem eorum jurium, & eorum bonorum, quae sunt acquisita, & propria alicujus, sit opus sententia, & opera Judicis, neque sufficiat sola dispositio aut praeceptio legis poenalis, ut eisdem utar verbis Baldelli, ad impediendam acquisitionem sufficit legis dispositio: & in Tridentino dicitur quod non faciunt fructus suos, sic impedit acquisitionem non autem irrogat poenam privationis acquisitorum, quod diversum est; nam in privatione requiritur sententia declaratoria, non autem in non acquisitiona, ut latissime explicat Baldellus.

53 Hi autem fructus quos non facit suos Beneficiatus debent applicari vel fabricae Ecclesiae, vel pauperibus, secundum Paris. *lib.* 8. *quaest.* 9. *num.* 123. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *quaest.* 3. *vers. nihilominus*, *in fin.* Baldell. *loco cit. num.* 15. Barbosa ad Triden. *loco cit. num.* 35. in Regno autem nostro Neapolitano fructus isti incorporantur Camerae, ut advertit Paris. *loco citato*, & sic ego vidi practicari tempore Alexandri Spetellae Nuncii in hoc Regno, & ita confirmavit doctus, & practicissimus Camerarius *Illu-*
54 *strissimus & Reverendissimus D. Sebastianus Surrentinus Episcopus Troian. Concivis, & amicus charissimus*, cui omne bonum desidero: non tamen me latet Baldell. *loco cit. num.* 15. docere nullam extare Constitutionem Pontificiam, quae hos fructus Camerae applicet: quare ipse docet in quantum ad Parochos, & Curatos valde esse probabile illos fructus applicari posse fabricae, vel Ecclesiae: in quantum vero ad Canonicos, & Dignitates qui habent fructus dictos, & fundos suos, fructus debere erogari pro reparatione propriorum fundorum vel fabricae Ecclesiae, arbitrio Episcopi, juxta Tridentini Decretum *in c.* 33. *de reform. sess.* 22. si tamen non habent proprios, & distinctos fructus tunc dictus fructus accresci debere massae communi. Vide ipsum.

55 Episcopus autem non potest hos fructus relaxare, nec Capitulum potest illum pro praesente habere, Ricciull. *d. cap.* 16. Garzia *n.* 50. Facund. *d. cap.* 54. *n.* 31. & 42. & alii.

56 Et cum Concilium loquatur de fructibus, non erit extendendum ad quotidianas distributiones, quas suas facere Canonicus si talem professionem non fecerit, existimant Ricc. *par.* 3. *resol.* 294. & *dec.* 112. *par.* 4. Barbosa *d. alleg.* 61. *num.* 30. & ad Trid. *loc. cit. etiam numer.* 30. Ricciull. *dict. cap.* 13. *num.* 31. Garz. *cap.* 166. *num.* 22. Azor. *loco cit. quaest.* 7. Gonzalez *ad reg. Cancel. in proemio* §. 2. *num.* 1. *alias* §. 6. *num.* 170. Novar. *in summ. bull. tomo* 1. *in verb. fidei professio num.* 11. & *tomo* 2. *n.* 8. Campanilis *loco cit. num.* 17. Facund. *loco cit. num.* 22. Baldell. *d. disp.* 19. *num.* 21. Squill. *loco cit. num.* 100. & alii, & sic dicendum erit de funeralibus, nam omnia ista emolumenta dantur ratione laboris, dummodo tamen distributiones quotidianae sint distinctae a fructibus Beneficiorum, & in massa, seu grossa communi; nam si fructus Canonicatus omnes consistant in his distributionibus, & de omnibus fiat massa, & grossa communis, ut dicunt, & observatur in his meis Ecclesiis Cathedralibus unitis, tunc ne frustratoria sit Trid. dispositio, distributiones has comprehendit, & iis privabitur qui fidei professionem tempore statuto non emittet, Novar. Facund. Baldellus, & alii.

Alterum, & tertium restat inquirendum, an excusari 57
possunt qui non emittunt professionem intra duos menses ex aliqua ignorantia, oblivione, & inadvertentia.

Flaminius Paris. *lib.* 10. *quaest.* 9. *de resign. num.* 8. movet hoc dubium, & dicit quod in foro exteriori ignorantia haec non excusat, quia juris clari, juxta *cap. ignorantia de reg. juris in* 6. pro foro autem interiori excusabit, nec aderit obligatio restituendi, quia ignorantia, inadvertentia, & incogitatio excusant a poena in foro conscientiae, citat. Navar. *in cons.* 1. de summa Trinitate, Flamin. sequuntur Garz. *loco cit. n.* 67. & 68. & alii per ipsum relati, & nisi fallor, Azor. *dict. cap.* 2. 2. *quaesita*, qui dicit quod in foro conscientiae excusantur, Squill. *loco cit. n.* 101. Facund. *d. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 27. Baldell. *d. disp.* 19. *n.* 9. & alii, quia si excusantur a culpa, possunt sic etiam a poena.

Novarius tamen in 2 *tomo*, & *dict. rubr. de fidei professione n.* 5. dicit, quod non excusantur ex ignorantia quoad 58
fructuum amissionem, sed tantum peccato mortali, quod committunt transgrediendo hujusmodi praeceptum.

Ignorantia autem solius poenae non excusat et a tali fructuum amissione, ut probat Facund. *loco cit. nu.* 28. sicuti nec possunt excusari a restitutione fructuum ex regula de triennali, & ex praescriptione, Facund. *n.* 29. & 30. Vi- 59
de ipsum, & alios citatos.

Praeter fructuum amissionem nullam aliam poenam incurrunt praedicti qui non faciunt fidei professionem; nam quoad vocem in Capitulo, praecedentiam, & alios juris effectus non privantur, & potiuntur commodo possessionis receptae, Novar. *ind.* 1. *tomo loco cit. n.* 9. *vers. merito.*

A D D I T I O

Ad Caput XIV. Primae partis.

De Executore in *forma gratiosa*, & in *forma dignum*.

S U M M A R I U M.

Littera in forma gratiosa *non solent concedi, nisi pravia justificatione requisitorum*, *n.* 1.
Executor Litterarum in forma gratiosa *est merus*, *n.* 2.
Executor Litterarum in forma gratiosa, *existente legitimo contradictore, fit mixtus*, *n.* 3.
Capitulum non est legitimus contradictor, nec efficit mistum Executorem, qui alioquin sit merus. *n.* 4.
Capitulum potest esse legitimus contradictor, *n.* 5.
Executor Litterarum in forma dignum *est mistus, sed potest esse merus*, *n.* 6.
Semel examinatus num de novo sit examinandus, *num* 7. 8. & 9.
Quomodo expediantur Littera pro Parochialibus, seu Curatis, *n.* 10.
Idoneitas quomodo probetur, *n.* 11.
Habilitas in Beneficiis non eadem semper, *n.* 12.
Executor cum procedit ad examen, an requiratur citatio partis, *n.* 13. & 14.
Examinatores ad quas qualitates debeant potius habere respectum, *n.* 15.
Gratia in forma dignum *retrotrahitur ad diem rescripti Apostolici detecta idoneitate*, *n.* 16. & 17.
Provisus in forma dignum *post examen, & verificationem narratorum acquirit jus in re, seu in Beneficio; secus antea*, *n.* 18. & 19.
Quando diffamatio impediat executionem Beneficii, remissive, *n.* 20.

IN *superioribus additionibus* monstravimus, Litteras in *forma gratiosa* non concedi, nisi praevia justificatione 1
requisitorum; & ideo Executor nihil prorsus justificare tenetur,

teneturi, juxta *decisiones*, quas allegavimus, præsertim
apud Emin. Cerr. 832. & apud Priolum 211. neque Clericatum,
neque idoneitatem, Rota *dec.* 343. *nu.* 6. *par.*
2 16. *rec.* neque examinare provisum, Rota *decis.* 247. *num.*
6. *par.* 17. *recent.* estque in hoc casu Executor merus, datus
scilicet ad nudum ministerium, sive factum, & potest
extrajudicialiter procedere, non obstantibus clausulis, in
Litteris appositis, quæ alioquin facerent mistum Executorem,
ut sæpè dictum est; Fallit hæc regula, cum adest le-
3 gitimus contradictor; quia tunc, licet sit datus ad nudum
ministerium, attamen ratione legitimi contradictoris, de
mero efficitur mistus, & tenetur procedere juridice, citato
legitimò contradictore, ipsoque audito ad justificationem
Litterarum, illarumque executionem procedere;
citatis adde decisionem allegatam, apud Priolum 215. *in
fine*, *&* *decisiones* 597. 339. *num.* 17. 392. *num.* 8. *&* 9. *&*
465. apud Bichium, *&* 114. *num.* 8. *par.* 15. *&* 42. *num.*
9. *par.* 9. *&* 156. *par.* 10. Addent. ad Greg. *decis.* 413. *vers.*
maxime vero.

Nontamen definit esse merus in hujusmodi Litteris da-
4 tus, ex quo comparuit Capitulum: quia Capitulum si
non est legitimus contradictor in aliis gratiis, & provisionibus
Apostolicis, ut diximus alibi, eo minus in hoc casu;
Neque efficitur talis, eum ad causam vocatum fuerit,
neque Executor definit esse merus per talem citationem,
in puncto Rota apud Manzaned. *dicta decis.* 155. *numer.* 7.
5 16. *&* 17. In uno vero casu potest Capitulum esse legitimus
contradictor, nempe ad impediendam immissionem
ad novam Dignitatem, erectam contra statum approbatum,
& confirmatum a Papa, in quo prohibetur erectio
novæ Dignitatis, Rota apud Bichium 386. *n.* 8.
6 De Executore Litterarum *in forma dignum* multa annotavimus
in *hoc capite*, & *alibi* etiam diximus, illum esse
ex natura sua mistum, sed potest esse merus non existente
legitimo contradictore, Rota apud Emin. Cerrum 624.
in qua *num.* 3. ita dicitur: *Parumque refert, gratia Coadjutoria
fuisse concessam in forma mandati de providendo:
quia cum possessio tunc temporis esset vacans, nullusque adesset
legitimus contradictor, stante clausula*, super quo
conscientiam tuam oneramus, *&c. bene potuit Executor
sumptis extrajudicialiter informationibus, gratiam executioni
demandare, nec tenetur partes Judicis assumere*, ut
egregie declarat Lap. *alleg.* 15. *num.* 8. *in fine*, *&* *alleg.* 60.
num. 4. *vers. secundum quod*, Merlin. *dec.* 20. *numer.* 9. *&
sequentibus, cum aliis, relatis in Aquilana Jurispatronatus
12. Junii* 1651. coram Domino meo Papien. §. *minusq;
referre.*

In hoc capite nu. 20. adduximus *decisionem* Rotæ apud
Merl. 71. & doctrinam Amayden in illo dubio, an requiratur
novum examen, cum quis semel examinatus fuit;
sed decisionem præfatam apud Merlin. declaravit eadem
7 Sac. Rota apud Bichium 545. ut illa procedat, quando
quis esset examinatus in specie ad tale Beneficium in particulari;
nam tunc non est iterum examinandus, etiamsi in
Litteris mandetur, quod examinetur; nam intelligitur,
quatenus non esset examinatus; secus vero, si generaliter:
nam tunc est examinandus; Sed apud Em. Cerrum
8 604. *num.* 7. *cum seqq.* Sacra Rota dixit, quod, quoties in
Litteris conditionaliter, & pro forma apponitur examen,
omnino fieri debeat, quamvis alias examinandus, esset
notorie idoneus, nec tunc statur attestationi Episcopi, vel
Vicarii, sed omnino requiritur examen, & positive est
examinandus. Vide *dictam decisionem*, in qua aliæ etiam
allegantur: sicuti cum Papæ narratum fuit, quod Orator
9 fuit examinandus, & nihilominus Papa mandavit, quod
examinetur, est iterum examinandus, Rota *in dicta decis.*
547. apud Bichium.
10 Sed notandum est cum practicis Curialibus, quod, cum
expediuntur Litteræ Apostolicæ pro Ecclesiis Curatis, seu
Parochialibus, tunc, si Episcopus fecit concursum, ac
intra tempus quatuor mensium, juxta *constitutionem B.
Pii*, significaverit domino Datario concursum factum,
eique miserit attestationem pro approbato ab Examinatoribus,
tunc expeditio Litterarum fit in *forma gratiosa*, &
nullum aliud examen requiritur; si vero intra dictum tempus
non fecerit concursum, vel non significaverit quia
fuerit approbatus ab Examinatoribus, tunc expeditio Litterarum
fit juxta *constitutionem B. Pii*, & in *forma dignum*,
& omnino requiritur examen provisi coram Vicario, cui
diriguntur Litteræ, adhibitis Examinatoribus Synodalibus;
nec aliter fieri potest, cum id pro forma ponatur in Litteris,
sic expeditis.

Idoneitas tamen probatur, vel ex relatione Executoris, 11
cum ejus conscientiæ Papa hoc committit, Rota apud
Em. Cerrum 334. *nu.* 15. apud Bichium 558. *num.* 3. vel ex
relatione Examinatorum Synodalium, quibus est deferendum,
Rota apud Cerrum *dec.* 445. *num.* 5. apud Priolum
100. *num.* 3. & apud Bichium 663. *nu.* 5. juxta doctrinam
Gloss. *in Clem.* 1. *de concess. preb. verb. reputamus*; vel ex
fide Ordinarii, testantis, esse examinatum, cui creden
dum est, Rota *decis.* 247. *num.* 8. *par.* 17. Advertendum ta- 12
men est, quod non ita consideratur habilitas in Beneficio
simplici, ac in alio, residentiam requirente, vel Curam
habente, Sacra Rota *decis.* 148. *num.* 4. *p.* 15. & apud Bichium,
decis. 244. *num.* 43. ex approbatione autem ad sacerdotium
probatur habilitas ad Beneficia, Rota *d. decis.*
148. *num.* 4. Manzaned. *decis* 148. *num.* 4. Manzaned. *decis.*
719. *num.* 6. Et quamvis Sac. Concilium Trid. *sess.* 24.
cap. 18. *de reformatione* requirat etiam approbationem circa
mores in Beneficiis Curatis; attamen non requiritur ad
id extrinseca probatio; sed sufficit illa, quæ resultat ex approbatione
ad Ordinem Presbyteratus, vel ad audiendas
confessiones Sacramentales, Rota apud Em. Cerrum *dec.*
581. *a n.* 6. *cum seqq.* Sed contrarium videtur determinasse
eadem Sac. Rota apud Manzanedum *decis.* 583.
Diximus *sub. nu.* 22. cum Barbosa, non requiri citatio- 13
nem partis, seu oppositoris, cum Executor procedit ad
examen idoneitatis; Contrarium decidit Sac. Rota, nempe
procedendum esse citata parte, apud Priolum *dec.* 23.
num. 10. apud Em. Cerrum *dec.* 604. sed hæc contrarietas
dirimi poterit cum *dec.* 229. *num.* 3. apud Catillum 138. *n.*
4. apud Pentinger, & apud Ubacum 104. scilicet, ut tunc
requiratur citatio partis, cum agitur de Beneficio per concursum
conferendo, seu cum adsunt oppositores; secus cum
agitur de probanda idoneitate unius reprobati. Nota, 14
quod, cum quis reprobatus fuerit a primo Executore,
non potest adire secundum Executorem, juxta *decisionem*
apud Manzaned. 603. *num.* 1. *&* 2.
Ad *num.* 23. addimus, quod Examinatores, cum Bene- 15
ficium est Parochiale, non tam ad scientiam debent habere
respectum, quam ad cæteras qualitates, requisitas ad
Ecclesiam regendam, itaut sola scientia non sufficiat, ut
optime Sacra Rota apud Eminentissimum Cerrum 778.
num. 3. *&* 4. & prius apud Manzanedum *in allegata decisione*
583. *num.* 3.
Ad *num.* 25. ubi diximus, quod detecta idoneitate pro- 16
visi in *forma dignum*, Gratia retrotrahitur ad diem rescripti
Apostolici, adde Rotam *decis.* 333. *n.* 19. quia ex se est
pura, & perfecta, Rota apud Cerrum *decis.* 196. *num.* 7.
& quamvis nihil ponat in esse, sed solum importet mandatum
de providendo, quatenus idoneus repertus fuerit;
adde Rotam apud eundem Cerrum *dec.* 227. & Executor
debeat conferre, & facere collationem cum inserta forma;
attamen executori committitur solum detectio habilitatis,
qua cognita exequitur vigore illius mandati Gratiam, quæ
pendet ab illo mandato Apostolico, per quod Executori
solum committitur videre, an ille provisus sit idoneus.
Quare stante habilitate detecta resolvitur in puram gra- 17
tiam, & retrotrahitur usque ad tempus illius concessionis,
& Beneficium ab illo tempore habetur pro collato, ut sæpe
diximus, Rota *decis.* 141. *nu.* 33. *par.* 16. *&* *decis.* 207.
num. 45. *par.* 17. Et ideo dixit Sac. Rota *in decis.* 156. *num.*
10. *cum seqq.* quod hæc gratia non est conditionalis, & suspensio
consideratur respectu executionis, non acquisitionis
juris, quod alteri conferri nequit, cedi tamen, & resignari
potest: quia qualitas idoneitatis est pura, & certa,
in rerum natura, & cum sit de præsenti, non suspendit,
vide *dict. decisionem.*
Et notandum est, quod postquam provisus in *forma
dignum* induxerit testes super verificatione narratorum, 18
seu super idoneitate, & litteratura, & examinatus, & approbatus
fuerit, sive, cum cognitio mandati de providendo,
pertinens ad executionem, in omnibus est completa,
stante verificatione, tunc dicitur, jus quæsitum non
solum ad rem, sed etiam in re, seu in Beneficio, eodem
modo, quo acquiritur per puram collationem, vel aliam
provisionem acceptatam, juxta *cap. ultimum*, *de concess.
preb.* Nam purificata gratia habetur pro pura, adeout, si 19
postquam verificata fuerint narrata coram Executore,
quia tunc est acquisitum jus totum in re, si sequatur diffamatio
simoniæ, debet concludenter probari etiamsi diffamatio
sequatur ante possessionem. Nec tunc sufficiunt
testes de fama; quia non est impedienda executio Beneficiorum
viris honestis per criminis calumniam. Ita novissime

sime Sacra Rota *decis.* 176. *nu.* 5. 6. 7. 8. 9. & 10. *par.* 17. & 207. *eadem par.* Quod secus esset, si diffamatio orta fuisset, & objecta ante purificationem narratorum, ut in *d. decis.* 176. *n.* 10. quia tunc proviso non est acquisitum jus certum, & in Beneficio; & metienda est hæc res cum aliis regulis, scilicet, quæ diffamatio requiratur, & sufficiat pro impedienda assecutione Beneficii, de qua re extat textus *in cap. omnipotens*, *juncta ibi Glossa*, *verb. denunciatur*, *de accusationibus*; vide Lotterium *de re beneficiaria*, *q.* 31. *a num.* 145. *cum seqq.* Marescott. *lib.* 2. *variarum cap.* 35. Seraph. *decis.* 116. Add. ad Gregorium *dec.* 238. *n.* 13. & optimam *decisionem* apud Bichium 683. & apud Hieronymum Priolum *dec.* 84. *n.* 16. & 17.

C A P U T XV.

De Executore Litterarum Resignationum ad favorem.

S U M M A R I U M.

1 *Litteræ resignationum semper expediuntur* in forma dignum.
2 *Executor Litterarum resignationum debet in primis verificare clausulam*, dummodo habeat aliunde, *etiamsi resignans mortuus sit*, *n.* 3.
4 *In resignationibus Beneficiorum, ad quorum titulum quis Ordines recepit, requiritur individua hujus mentio.*
5 *Non sufficit clausula*, dummodo habeat aliunde, *quia requiritur de forma.*
6 *Contrarium tenet* Spada.
7 *Verius contrarium non ex capite subreptionis*, *n.* 8.
9 *Respondetur ad fundamentum* Spadæ.
10 *Quando stylus Datariæ esset in contrarium, tunc sustinetur resignatio.*
11 *Recurrendum tunc ad Sacram Datariam.*
12 *Clausula*, dummodo habeat aliunde, *verificari debet de tempore Gratiæ, & illius executionis.*
13 *Executor debet subrogare bona in locum Beneficii resignati.*
14 *Cum resignans resignat Beneficium cum pensione, si curatum est Beneficium, apponitur clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore.
15 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *respicit tempus futurum, & non restringitur solum ad tempus Gratiæ*, *num.* 16.
17 *Cum Litteræ resignationum sunt discordantes a mandatis, quid faciendum.*
18 *Clausula*, nec alias, *removet consensum ab actu, & inducit nullitatem.*
19 *Clausula*, nec alias, *etiamsi non est apposita, censetur apposita.*
20 *Resignatio facta contra formam præscriptam nulla est, nec a resignante jus abdicat.*
21 *Quando in mandato procuræ ponuntur conditiones, quas rejicit Papa, tunc secundum multos valet resignatio.*
22 *Debet tunc constare de diligentiis.*
23 *Diligentias esse reiterandas.*
Refertur Decisio in Compostellana Coadjutoriæ coram Zarate, *in hac materia, & in Valentina Parochialis* coram Eminentissimo Cerro.
24 *Refertur opinio* Amayden *in eadem materia*, & *numer.* 27.
25 *Refertur opinio* Tonduti *in eadem materia.*
26 Rota apud Othob. & Peuting. *tenere videtur, quod nulla sit resignatio contra formam mandati.*
28 Authoris *sententia in hac materia.*
29 *Cum Litteræ sunt discordantes a mandatis, Executor debet abstinere ab executione Litterarum.*
30 *Clausula illa*, & alias, *cum conditionibus Procuratoris bene visis, quæ solet apponi a Notariis, respicit modum expeditionis, nec per eam alteratur mandatum in expressis.*
31 *Secus si nulla forma esset antecedenter expressa.*
32 *Litteræ non dicuntur discordes, si sint conformes cum mandato, & non cum supplicatione.*
33 *Non dicuntur discordes Litteræ, cum cancellantur aliqua in supplicatione, quæ sunt extra mandatum.*
34 *Executor debet verificare idoneitatem resignatarii.*
35 *Executor debet verificare valorem Beneficii resignati, & aliqua, quæ continentur in narrativa.*
36 *Non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, nisi objiciatur de non valida resignatione, ob non servatam aliquam constitutionem n.* 37.
38 *Executor debet advertere, an resignans supervixerit per viginti dies post datum consensum.*
39 *Regula Cancellariæ*, de viginti, *congruit cum jure communi.*
40 *Resignatio facta ab infirmo non est nulla, quia ab infirmo.*
41 *Regula*, de viginti, *habet locum etiam in resignatione facta a sano.*
42 *Regula*, de viginti, *non est exorbitans, & odiosa.*
43 *Regula*, de viginti, *licet annullet collationem directe, resignationem quoque per accidens annullat.*
44 *Beneficium an remaneat reservatum, cum resignans moritur infra viginti dies.*
45 *Multi tenent affectum, & reservatum ratione manus appositionis.*
46 *Si resignans moriatur infra viginti dies extra Romanam Curiam in mense Ordinarii, secundum multos Doctores Ordinarius potest conferre.*
47 *Responsio* Parisii *ad rationes adductas pro hac secunda opinione*, *num.* 48.
49 *Refertur opinio* Lotterii *in hac quæstione*, *num.* 50. 51. & 52.
53 Lotterius *videtur sibi contrarius.*
54 *Ex resignatione resultat vera reservatio clausa in corpore juris.*
55 *Si resignans moriatur infra viginti dies, & Papa regulæ non derogavit, Beneficium remanet reservatum.*
56 *Ex admissione resignationis, & præstationis consensus resignatio est perfecta in genere suo, ex qua resultat reservatio.*
57 *Stylus Curiæ se habet, quod Beneficia remaneant reservata, & affecta, cum resignans obiit infra viginti dies.*
58 *Regula*, de viginti, *locum habet in resignationibus extra Curiam secundum multos, contrarium alii n.* 59.
60 *Refertur opinio* Lotterii.
61 *Sententia* Authoris.
62 *Tempus viginti dierum a quo tempore incipiat currere*, *num.* 63.
64 *Dies mortis resignantis non computari in termino viginti dierum.*
65 *Requiritur præstatio consensus, ut locum sibi vendicet regula.*
Si post datam supplicationem, & signatam a Papa resignans moriatur, consensus præstari poterit a Procuratore, ibidem.
66 *Cum resignans possidet, Executor Litterarum resignationis eum citare debet.*
67 *Modificatur sententia* Parisii *existimantis, resignantem non posse impedire possessionem resignatario.*
68 *Cum resignans dicit de nullitate resignationis, & possidet, datur manutentio.*
69 *Licet ex resignatione etiam nulla amittatur possessio, cum devenitur ad executionem; attamen non procedit, cum est nulla ex defectu consensus*, *n.* 70.
71 *Si resignatarius receperit possessionem Beneficii resignati, & resignans opponat de nullitate, resignatarius manutenetur*, & *n.* 72.
73 *Cum ambo possident, potius resignans, quam resignatarius manutenteneri debet, & sic procedit doctrina* Joannis Honorii.
74 *Resignatarius si non reperiatur idoneus, si resignans non fuerit in culpa ad Beneficium, secundum* Garziam.
75 *Doctrinam* Garziæ *refellit* Lotterius.
76 *Refertur opinio* Tonduti *in hoc dubio*, *num.* 77. 78. & 79.
80 *Cum resignans credebat idoneum resignatarium, si talis non reperiatur ab Executore, retinet Beneficium*, *num.* 81. & *seq.*
82 *In resignationibus ad favorem non potest considerari vera vacatio.*
83 *Beneficium resignatum ad favorem alteri, quam ei, ad cujus favorem resignatum est, conferri nequit.*
84 *Actus resignationis non dicitur consummatus, nisi quæratur resignatario.*

85 Bene-

85 *Beneficium resignatum scienter non idoneo non potest amplius recuperari per resignantem in pœnam.*

86 *Impossibile est probare hanc scientiam inhabilitatis resignatarii, & regulariter resignans non amittit Beneficium, adducitur* Rotæ *decisio, & n. 87.*

88 *Cum resignatarius diem claudit extremum antequam Executor Litteras justificaverit, secundum* Lottet. *resignans non redit ad Beneficium.*

90 *Resignans ejus si antequam acceptet resignationem moriatur, resignans retinet Beneficium.*

91 *Resignatarius si moriatur post præstationem consensus, & acceptationem, non tamen Litteris expeditis, non redit ad Beneficium resignans, secundum* Lotterium, *n. 92. & 93.*

94 *Respondetur rationibus* Lotterii, *n. 95.*

96 *Resignans num possit redire ad Beneficium resignatum, si resignatarius moriatur, Litteris expeditis, nondum tamen justificatis; & an tunc dicatur inducta vacatio per mortem resignatarii, n. 97. usque ad 137.*

138 *Executor postquam justificaverit Litteras resignationis debet facere collationem, & Bullas cum inserta forma Litterarum Apostolicarum.*

139 *Expeditis Bullis, debet fieri publicatio.*
Adducitur Bulla Gregorii de publicandis.

140 *Bulla Gregorii concordat in multis cum Bulla Pii.*

141 *Publicatio debet fieri intra sex menses, si resignatio sit intra montes, infra novem, ultra.*

142 *Non admittitur moræ purgatio.*

143 *Tempus sex, vel novem mensium non currit impedito.*

144 *Impedimentum absolutum liberat ab omni onere, respectivum vero liberat ab onere secundum formam.*

145 *Si moriatur Papa, Litteris resignationis non expeditis, non currit tempus resignatario.*

146 *Cum tempus in quo Sedes vacat est breve, non excusatur resignatarius à publicando infra tempus præscriptum.*

147 *Si Litteræ fuerint expeditæ plumbatæque, etiam si moriatur interim Papa facienda est publicatio, licet Executor non possit procedere ad executionem Litterarum.*

148 *Bellum, & pestis præstant impedimentum ad excusandum ab onere expeditionis Litterarum, & publicationis.*

149 *Datarius si retinet supplicationem resignationis, & non possit haberi, resignatario non currit tempus.*

150 *Pestis, & bellum excusat à publicatione secundum formam, sed tenetur publicare alibi, ubi non est bellum, vel pestis, seu in loco viciniori.*

151 *Carcer non excusat a publicando.*

152 *Minor ætas nec excusat a publicando.*

153 *Impedimentum probandum est a resignatario, qui in illo se fundat.*

154 *Publicatio debet fieri, vivo resignante.*

155 *Si moriatur resignatarius intra terminum ad publicandum, non inducitur vacatio ob non publicationem, sed per obitum.*

156 *Obtineri potest prorogatio ad publicandum, item & restitutio.*

157 *Gratia restitutoria ad publicandum non juvat, si medio tempore sit alterius quæsitum per novam collationem.*

158 *Quando vertit lis inter resignatarium, & alterum provisum, in actis deductum fuit, & oppositum de non publicatione in Gratia restitutoria de lite facienda est mentio; secus si specifice non fuerit oppositum, secundum* Rotam.

159 *In Gratia prorogatoria, seu restitutoria ad publicandum non est facienda mentio de morte resignantis num. 160.*
Adducitur tamen contraria decis. Rotæ.

161 *Publicatio debet fieri in Ecclesia propria, & Cathedrali eo tempore, quo adest populi multitudo, dum divina celebrantur.*

162 *Multi Doctores existimant non esse necessarium diem esse festivum de præcepto, sed sufficere adesse multitudinem populi.*

163 *Contrarium attenta Bulla dispositione.*

164 *Publicatio fieri debet cum transumpto Bullarum, licet non sit opus legere totas Litteras.*

165 *Publicatio fieri debet infra corpus Ecclesiæ.*

166 *Post publicationem affigi debet copia integra Litterarum Apostolicarum ad valvas Ecclesiarum, in quibus fit publicatio; & ita se habet praxis.*

167 *Copia Litterarum debet permanere affixa per aliquot dies ad valvas, & sufficit una copia pro qualibet Ecclesia.*

168 *De publicatione fieri debet actus publicus, & creditur Notario de tali actu asserenti.*

169 *Ob non publicationem inducitur vacatio, & reservatio.*

170 *Etiam si fiat publicatio, sed non servata forma Bullæ.*

171 *An talis vacatio censeatur nova, remissive, n. 172.*

174 *Non excusat ignorantia.*

175 *Nullus excusatur, & etiam Cardinalis tenetur publicare.*

176 *Publicatio facienda est de omni Beneficio resignato, tum Litteræ expediuntur per Datariam, & Cancellariam Apostolicam.*

177 *Etiam si resignatio sit nulla, dummodo non sit talis ex defectu consensus, n. 178. Contrarium* Lottet.

179 *Facienda est publicatio etiam cum Resignatarius resignat Beneficium, Litteris non expeditis.*

180 *Resignatarius debet capere possessionem Beneficii intra tempus ad publicandum sibi præscriptum.*

181 *Sufficit, si fecerit instantiam coram Executore pro capienda possessione.*

182 *Possessio licet non requiratur ad acquisitionem tituli, tamen confirmat jus, cum absque illa non potest administrare*

183 *Possessio est capienda de manu Executoris.*

184 *Cum expeditio est in forma gratiosa, possessio capi potest absque Executoris ministerio.*

185 *Possessio capta à proviso Apostolico propria authoritate cum illa vacans erat, est manutenibilis, secundum* Rotam.

186 *In Regno Neapolitano possessio cujuscunque Beneficii provisi à Sede Apostolica est capienda de manu Nuncii juxta Bullam Pii V.*

187 *Excipitur tamen in Bulla Pii, cum provisio fit per cessum.*

188 *Possessio Beneficii capienda in loco residentiæ, & capitulariter.*

189 *Si Canonici renuant injuste dare possessionem, habetur pro capta.*

190 *Canonici non possunt opponere, quod Bullæ non sint expeditæ juxta Decretum Datariæ.*

191 *Possessio Beneficii curati in Ecclesia Parochiali est capienda, vel Ecclesia, cui facta est unio.*

192 *Accipitur possessio per osculum Altaris Majoris, & per assignationem loci in choro, si est Collegiatis.*

193 *Cum Ecclesia est clausa, sufficit tangere Annulum Ecclesiæ, vel tractus Januæ, n. 194.*

195 *Capi potest possessio per procuratorem.*

196 *Procurator debet habere speciale mandatum.*

197 *Impedito non currit tempus ad capiendam possessionem, & num. 198.*

199 *Bulla de capienda possessione intra tempus ad publicandum non habet locum in Beneficiis jurispatronatus, secundum* Novar.

200 *Contrarium verius.*

201 *Possessio Beneficii resignati non est necesse, ut capiatur, vivo resignante, & num. 202. licet contrarium teneat* Tondutus.

203 *Possessio non potest capi intra terminum ad appellandum.*

104 *Licet Papa non attentet providendo Beneficium litigiosum; attamen ejus possessio non potest capi citra vitium attentatorum.*

Litteræ Resignationum ad favorem certæ personæ semper expediuntur in forma *dignum*, juxta *Constitutionem B. Pii* 32. incipit *Cogit Nos necessitas:* ideo omissis annotatis alibi de hac provisione in forma *dignum*, ne dicta sæpius repetamus absque necessitate, notandum est, quod resignatarius omnino debet præsentare, & justificare narrata in Litteris coram Executore deputato, ut etiam alibi notavimus; & primo, & principaliter debet verificare illam clausulam *dummodo resignans aliunde vivere habeat*, in puncto Rota apud Eminentiss. Othob. *decis.* 106. *n.* 7. & 8. quæ justificatio 1

narra-

narratorum fieri debet, etiamsi resignans diem suum clau- 2 serit extremum: quia resignatio non solum pendet a voluntate partium, sed etiam a Papæ voluntate, præciso interesse partis resignatoris, Rota apud Burat. *decis.* 437. *n.* 9. 3 *&* 513. *n.* 8. *& p.* 13. *rec. dec.* 407. *n.* 10. 11. *&* 12. & Executor Gratiæ resignationis debet justificare etiam Gratiam resignantis, præsumitur tamen quoad illam justificaverit, Rota apud Manzanedum *dec.* 155.

In Tractatu de Resignationibus, nescio an lucem videbit, in quo exprofesso egimus de illis, quæ requiruntur ad resignationem, annotavimus etiam pernecesse in re- 4 signationibus, si ad Beneficium, quod resignatur resignans Ordines receperit, individuam hujus rei mentionem esse faciendam, & tunc nisi constito quod aliunde commode vivere possit, alites resignatio nulla sit, juxta Decretum Sacri Concilii Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. *de reform.* quod etiam in resignationibus ad favorem, quæ in manibus Papæ perficiuntur, locum habere communiter nostri scripserunt, & Pius in *dict. Constitutione*, *Cogit*, expresse mandavit, ut Litteris desuper expediendis apponatur dicta clausula, *dummodo aliunde habeat unde vivere commo-* 5 *de possit*. Magna tamen fuit altercatio inter nostros; An attenta hac *Constitutione B. Pii V.* sufficiat pro validitate resignationis Beneficii, ad cujus titulum resignans Ordines recepit, dictæ clausulæ appositio, *dummodo aliunde, &c.* absque eo, quod expresse fuerit narratum, quod ad titulum illius Beneficii Ordines recepit? quam quæstionem Ego in eodem Tractatu agitavi, & satis sit hic dicere, quod communior opinio est a S. Rotæ pluries canonizata, quod requiritur d. individua mentio, nempe quod ad illius titulum quis Ordines receperit, nec satisfactum cum appositione solummodo illius clausulæ, *dummodo*, Rota apud Ludovis. 441. ibique Oliverius, qui concordantes Decisiones allegat apud Burat. *decis.* 856. apud Rub. *tom.* 2. *par.* 3. *decis.* 415. & apud Amatum Dunozet. *decis.* 733. *num.* 9. apud Guilielmum Dunozetum *dec.* 249. *n.* 9. Et optime dictum fuit in *Colonien. Canonicatus seu ferculi* 21. *Junii* 1647. coram Meltio, *par.* 10. *recent. decis.* 89. *num.* 14. *&* 15. in qua decisione fuit dictum esse faciendam expressam de hac re mentionem, nec sufficere, neque concilio satisfactum, si exprimatur, quod resignans habet aliunde, quo commode vivere valeat, cum hujus expressio requiratur de forma, Cocchier. qui late hanc quæstionem tractat in *regula* 44. *a n.* 57. *cum seqq.* & ita quoque declarasse S. Congregationem, testatur Ricc. *resol.* 272. De Marin. *tom.* 1. *resp.* 37. & novissime Tondut. *tom.* 1. *quæst. benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 11. *n.* 41. qui dicit in Gallia dispositionem Concilii non esse receptam, sed sufficiat si 6 habeat aliunde. Et licet Spad. *cons.* 82. *n.* 2. *&* 3. *tomo* 2. sustineat, quod valeat resignatio facta ad alterius favorem de Beneficio, ad cujus titulum resignans recepit Ordines non facta mentione hujus qualitatis, sed cum clausula, *dummodo aliunde habeat unde vivat*; qua clausula justificata valet resignatio: quia Dataria Apostolica solet admittere has resignationes cum dicta clausula: nec sufficit secundum eundem Spad. ad subreptionem aliquod fuisse tacitum, sed requiritur, quod si fuisset expressum, potuisset reddere Papam difficiliorem, juxta doctrinam Felin. *in cap. super Litteris n.* 18. *de rescript.* & sufficit, quod Papa in genere cogitaverit.

7 Attamen licet pro vera concedamus rationem assignatam a Spada, nempe ad subreptionem inducendam necesse esse quod tacitum sit tale, quod si fuisset expressum potuisset reddere Papam difficiliorem, & ad illum evitandum sufficere Papam in genere potuisse cogitare, quod & S. Rota pluries admisit juxta alibi scripta, non tamen credo veram sententiam Spadæ in hoc casu, non quidem ex capite subreptionis & obreptionis, in quibus Spada bene loquitur, sed ex capite formæ non servatæ. Sacrum enim Conc. Trid. in allegato Decreto induxit formam cum Decreto irritanti, & B. Pius quoque V. d. *sua Bulla Cogit*, jussit talem faciendam esse expressionem: igitur cum non fiet, erit nulla resignatio, ex capite formæ non servatæ, & ob defectum intentionis.

8 Imo valide sustineri potest, quod talis resignatio etiam ex capite subreptionis, & obreptionis nulla & invalida sit, siquidem reminisci oportet de eo, quod alibi scripsimus, nempe quod taciturnitas ejus, quod de jure exprimi debet, causat subreptionem, etiamsi alias Princeps concessurus fuisset; in hoc omnes convenerunt Doctores: hæc autem qualitas est de illis quæ in Jure specificam requirunt expressionem, tam ex Tridentino Decreto, quam ex Bulla B. Pii; ergo.

Ad illud, quod dixit Spada, quod sufficiat ad evitan- 9 dam subreptionem potuisse Papam in genere cogitare, bene quidem est vera doctrina, sed procedit in illis, in quibus Jus non determinavit exprimenda esse; nam in his taciturnitas vitiat, & causat subreptionem etiam data voluntate concedentis, ut nuper prænotavimus.

Ad stylum vero Datariæ, quem allegat Spada, si vere 10 talis adest stylus legitime introductus, & inconcusse servatus, quod sufficiat apponere clausulam illam *dummodo*, nec aliam exponi mentionem, quod ad illius titulum Ordines receperit; tunc dicerem, quod sustineretur, & invalida foret resignatio, prout etiam ita recte existimavit Cocchier. *in dict. regula*.

Et quia S. Rota semper tenuit resignationem non fa- 11 cta expressione hujusmodi qualitatis esse nullam, & subreptitiam, ut in *alleg. dec.* & aliis passim; ideo si Executor talium Litterarum, in quibus esset omissa expressio talis qualitatis, retineret Litteras, nec executioni demandare vellet, nisi prius consulta S. Dataria sanc, & consultius ageret, nec provisus posset de hoc legitime conqueri, imo ei indulgeres; nam attenta Rotæ sententia posset pronunciare illas subreptitias, & nullas. Resignatarius autem posset sibi consulere per Gratiam revalidatoriam, seu perinde valere, faciendo signare aliam supplicationem; nam quamvis duæ supplicationes, seu duæ Gratiæ sub eadem Data expeditæ non valeant, hoc procederet, quando contrariantur ad invicem, & sunt incompatibiles; secus si sunt compatibiles, & una tendit ad supplicationem, altera vero ad confirmationem, & majorem valorem, seu corroborationem, in puncto Rot. *in cad. Colon. Canonicatus, seu ferculi* 16. *Decembr.* 1647. coram eodem Meltio *par.* 10. *rec. dec.* 140. *n.* 1. 2. *&* 3.

Hæc clausula, *dummodo habeat aliunde*, verificari debet 12 de tempore Gratiæ, & illius executionis, ut diximus in eo capite, in quo de Clausulis egimus, & alibi, & illa clausula non verificata executio alias facta est nulla, quia Gratia obreptitia & subreptitia est, Rot. apud Emin. Othob. *dict. dec.* 106. *& clarius* 194. *nu.* 1. *&* 2. in qua etiam Decisione fuit dictum, quod nulla fuit resignatio Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Rotundæ Neapolis facta ab Antonio Calitio ad favorem Petri Antonii Calisam cum assertiva, quod haberet unde vivere poterat: & tamen postea probatum per plures testes, quod absque illa Parochiali dictus Calitius mendicare cogebatur, nec patrimonium, ad cujus titulum Ordines recepit, judicatum fuit sufficiens, ex quo non excedebat ducat. 15. annuos tempore resignationis, licet prius de tempore Ordinationis ascenderat ad ducatos quadraginta; nam sufficientia debebat percutere tempus factæ resignationis, licet prius de tempore Ordinationis ascenderat ad ducatos quadraginta; idea cum non fuisset purificata illa Clausula nempe, *dummodo resignans habeat &c.* quæ conditionem importat, fuit ibidem judicatum quod resignatio fuit nulla, & quia resignans reperiebatur adhuc in possessione Beneficii, ipsi fuit datum mandatum de manutenendo.

Tunc etiam Executor debet subrogare bona, quæ resi- 13 gnans habet unde vivere commode possit, in locum Beneficii, quod resignat, ad cujus titulum ordinatus fuit, ne sit Sacerdos absque patrimonio sufficienti.

Vice versa si resignatio fit cum pensionis reservatione 14 ad favorem resignantis si Beneficium est Parochiale, seu cum cura, semper apponitur illa clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, de qua clausula jam locuti sumus in *dict. cap. de Clausulis*, hæc enim clausula licet tractum habeat successivum, attamen verificari omnino debet de illo tempore ab Executore Litterarum Apostolicarum; in hoc enim resignatio pendet a voluntate Pontificis, Rota apud Eminentissimum Othob. *dec.* 76. *n.* 5. & cum 15 Papa non admittit hujusmodi resignationes, nisi sub hac clausula, juxta Trid. Decret. *sess.* 24. *c.* 13. *de reform.* ideo hæc clausula omnino verificari debet: sed ut diximus ibi alto tendit; nam debet verificari, & tunc, nempe de tempore Executionis; nam non potest habere initium, nisi verificetur, & ad hunc effectum non sufficit justificatio ad tempus Litterarum, sed etiam respicit tempus futurum, ita ut omni futuro tempore debeant illa centum remanere pro Rectore, & diminutis redditibus minuetur & pen- 16 sio, & sic hæc clausula non restringitur ad tempus narrativæ, ut late fuit dictum in *Conchen. Pensionis* 21. *Junii* 1649. coram Eminentissimo Cotrado *part.* 10. *recent. dec.* 306. *n.* 19. 20. 21. *&* 22.

Quandoque, & sæpe evenit, quod Litteræ sunt discor- 17

dan-

dantes a mandatis, quæ faciunt resignantes ad resignandum Beneficium, quo casu, quodnam agere debeat Executor videndum est; & ut rem a radice inquiramus reminisci oportet ut in dicto Tractatu latius tradidimus, nempe Procuratorem constitutum ad resignandum ad unguem observare debere formam, & modum sibi traditum, alias si fines excesserit, nulliter agit, quod tritum est apud utriusque Juris Interpretes, ad textum in *leg. diligenter, ff. mand. & c. cum olim*, ubi Abbas *de Offic. delegat.* & in puncto Paris. *de resig. lib. 9. quæst. 16. an.* 3. ubi infinitos cumulat Rota *par. 2. recent. decis.* 293. & 286. & 276. & in *Valentina Parochialis* 8. *Aprilis* 1944. coram Eminentiss. Cerro, & apud Eminen. Othob. *dec.* 11. *n.* 2. & alibi sæpe, nec aliter positus consensus nocet principali resignanti, Rota *recent. par. 2. dec.* 293. Tond. *de pens. cap 6. sub n.* 30. & Rota apud Peutinger. *dec.* 92. post scripta visum.

18 Præsertim cum in mandatis ad resignandum apponitur clausula, *nec aliter, nec alio modo*, quæ est præcisa, & removet consensum ab actu, & tantum limitatum præbet effectum, & inducit nullitatem actus usque ab initio, Rota *recent. par. 6. decis.* 104. *n.* 34. apud Carill. *dec.* 19. *nu.* 2. & *in dicta Valentina Parochialis* 8. *Aprilis* 1644. & *in*

19 *eadem* 28. *Aprilis* 1945. coram eodem *par.* 10. *recent. dec.* 360. *n.* 17. & *in Compostellana Coadjutoria* 9. *Maii* 1653. coram Zarate *par.* 11. *recent. decis.* 313 *in princ.* quam decisionem etiam affert Tond. *post Tract. de Pens.* 32. *in ordine*, Ridolf. *in prax. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 159. 160. & 161. Tond. *de Pens. c.* 60. *n.* 9. & 19. quæ etsi non fuerit apposita censetur apposita: quia est de stylo consueto, & ordinario, Parisius *de resignat. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 21. & 22. Rota apud Eminent. Othob. *dec.* 11. *n.* 3 & 76. *n.* 19.

20 Et cum est resignatio facta aliter ac ad formam præscriptam in mandato Procuræ a resignante dato: quia nulliter agit Procurator excedendo fines mandati, nec jus a resignante est abdicatum, Rota apud Burat. *decis* 537. apud Mohedan. *dec.* 63. *sub tit. de renunciat.* apud Eminentiss. Othob. *dec.* 11. *n.* 3. Adeo ut si resignans, seu dans mandatum ad resignandum incumbat possessioni, & non habeat se pro spoliato, potest intentare actionem spolii, & petere manutentionem, ut dicitur in *d. Valentina Parochialis* coram Cerro.

21 At quandoque in mandato Procuræ ponuntur multæ conditiones, sub quibus resignans petit admitti resignationem, quam ad alterius favorem intendit facere, quas tamen non admittit Papa, sed illas rejicit, & tunc dicunt plures Doctores, quod valet resignatio juxta formam mandati; secus autem si nullas fecit diligentias, ita Paris. *lib.* 9. *q.* 17 *n.* 21. & 22. Azor. *Instit. moral. par.... lib.* 7. *cap.* 22. *vers. ex quo efficitur*, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 16. *sub nu.* 38. *vers. id enim*, Rot. *in d. Valent. Paroch.* coram Cerro, & *in d. Compostell. Coadjutoria*, coram Zarate *n.* 7. Amayden *lib.* 5. *cap.* 26. *n.* 48. ubi allegat Verall. *decis.* 89. *p.* 3. *in Salernitana Monasterii* 19. *Junii* 1598.

22 Verum tunc constare debere de diligentiis factis, existimant Paris. *loco cit.* & apud Othob. *d. dec.* 11. *à num.* 11. *cum seq.* & cum non fuerit admissa resignatio cum illis conditionibus diligentias esse reiterandas dixit Rot. apud Othob. *loco cit.* ac de illis constare debere jam per attestationem Officialium, apud quos fieri solent, quam per Procuratores Expeditionum, qui agunt de ipsis exonerando, ut in eadem *decis.* 11. *num.* 13. habetur; Imo in *dict. Compost. Coadjutoria* coram Zarate *num.* 10. *cum seqq.* fuit dictum, quod sustinebatur resignatio facta cum mandato de extinguenda pensione in tot annatis, quod pactum fuit deletum a supplicatione a Papa, quia cum dicta Gratia non soleat concedi, aut raro ex magna causa, tunc diligentiæ Procuratoris sunt superfluæ, & quamvis fuissent omissæ, adhuc satisfactum fuisset mandato, Gonzal. *glos.* 12. *nu.* 86 & 91. Rot. penes Verall. *dec.* 89. *n.* 3. *p.* 3. & *p.* 4. *tom.* 2. *rec. dec.* 201. sic etiam fuit dictum in eadem *Compostellana*, quod valida fuit resignatio facta cum mandato, quod pensio debuisset remanere libera, & franca, & Papa mandavit, & apposuit clausulam, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, & in dicta *Valent. Paroch.* 28. *Aprilis* 1645. coram Cerro *par.* 10. *rec. dec.* 360. *nu.* 15. fuit dictum, quod dum conditiones fuerunt a Procuratore in supplicatione appositæ, & per Santissimum deletæ

23 tanquam non solitæ concedi, dicitur satisfactum mandato, & valida resignatio, & *num.* 61. dicitur, quod cum fuerint in supplicatione appositæ conditiones, & Pontifex illas delevit, diligentiæ remanent eo ipso probatæ, quia ex cassatura, & delineatura juxta stylum Datariæ, & Cancellariæ arguitur petitorum denegatio, juxta *decis.* Seraph. 683. & in eadem *Valentina Parochialis* 18. *Maii* 1646. coram eodem Eminentissimo Cerro, n. 11. fuit dictum, cum conditiones sunt appositæ per procuratorem in supplicatione & a Papa deletæ tanquam non solitæ concedi, satisfactum esse mandato, & quod resignatio sustinetur: & licet dici possit, quod aliquando clausulæ in supplicationibus appositæ deleantur in Dataria de Partium consensu, & ideo nisi hoc probent, requiritur quod diligentiæ reiterentur, quia ibi *num.* 13. respondit, quod hoc procedit in clausulis a Papa concedi solitis, pro quarum impetratione non sufficit sola expressio in supplicatione, sed reiterandæ sunt diligentiæ, & ita procedunt multæ, decisiones præsertim in *Savonen. Contraria*; secus tamen in clausulis nunquam concedi solitis, nam in his, cum novæ diligentiæ non sunt prosecutæ tanquam superfluæ, non debent reiterari, quod & tradidisse videtur Paris. *d. quæst.* 17. *a numer.* 141. ubi ponit dubium. Si quis dedit mandatum ad resignandum cum pensionis reservatione, & facultate transferendi, si D. Datarius cassaverit clausulam transferendi, & Procurator contensis absque dicta clausula, dicit Paris. quod ita Rota judicavit, & assignat rationem: quia fuit servata forma mandati in Litteris in illis quæ sunt concessibilia, scilicet circa pensionem; clausula autem hujusmodi omnibus denegari solet, & raro concedi, & reputatur impossibilis, & ideo alia diligentia non requiritur.

Sed Theod. Amayden *lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 85. 86. & 87. 24
tenet, quod si omittatur aliquid in supplicatione, sive in Litteris, quod legitur in mandato, quod tunc sit penitus nulla provisio, & licet aliqua conditio rejicitur, & in supplicatione cancellatur, & nihilominus præstatur consensus per Procuratorem, & per Notarium extenditur, quod prorsus fieri nequit secundum ipsum; nam licet Papa possit rejicere conditionem, & modum appositum resignationi, non tamen confert, si rejicit: quia admittit clausulam in supplicatione *non alias, nec aliter, nec alio modo*, & allegat Rebuff. *in praxi in tit. de resignatione conditionali a num.* 29. quæ clausula non tollitur per narrativam Papæ in Litteris, ibi: per liberam resignationem: quia illa interpretatur non de abdicatione conditionali, sed de voluntaria, & non coacta. Dicit ergo Amayden *sub n.* 88. quod quando per Officiales Datariæ cancellatur ex supplicatione aliqua conditio, sive pactum stat in posse Partium, an velint supplicationem acceptare, & quod uterque Impetrantium debet consentire, quod ex parte videtur tenuisse Paris. *dicta quæst.* 17. *numer.* 133. & 134. ibi. Et in summa mandati fines sunt per Procuratorem datum ad resignandum custodiendi diligenter juxta omnes regulas, & conclusiones per Doctores, de quibus supra ample, & tradit Ant. Aug. *decis.* 1. *num.* 7. *de Procurat. lib.* 2. & stricte, ac strictissime mandatum est interpretandum, & in omni materia, ut per Doctores communiter, & per consequens ubi mandatum non observatur, renunciatio est nulla, ut est communis opinio omnium Doctorum; quod procedit etiam si Summus Pontifex gesta Procuratoris admitteret; nam nihilominus si mandatum non fuit observatum, invalida est renunciatio, Jas. *cons.* 162. *colum.* 4. *lib.* 2. & *cons.* 86 *in fine, lib.* 3. Card. Paris. *cons.* 19. *num.* 15. *cum seq colum.* 2. Buratt. *cons.* 395. *num.* 31. & 33. *colum.* 4.

Hanc eandem sententiam videtur tenere Tondut. *dict.* 25
c. 5. *n.* 29. ibi: Quod si Procurator, cui mandatum est, ut consensum præbeat resignationi, cum reservatione omnium fructuum, consentiret illi omnium fructuum reservationi, Papa vero reducat pensionem ad medietatem fructuum in sua provisione provisi, & reservatio erit valida si resignans postea illi consentiat, & non aliter, non enim cogitur resignans ratam habere renunciationem factam contra formam mandati, *c. dilectus de Rescriptis*, Papon. *in sua recollectione lib.* 2. *c.* 8. *aresto* 6. & 7. eadem ratione si Procurator constitutus fuerit ad resignandum sub reservatione omnium fructuum, aut certa quota illorum, & tamen consentiat reservationi pensionis, sub certa quantitate non præjudicat suo principali nec dicitur excedere fines mandati. Hæc & alia ibi Tondutus.

Hanc etiam sententiam videtur aperte tenere Rota in 26
dicta decis. apud Eminent. Othob. 11. *n.* 15. & etiam videtur tenere Rota apud Peutingerium *d. dec.* 92. quare dicere posset quis, & forsan non male, quod cum rejicitur aliqua conditio, vel non approbatur modus a Papa, tunc Officiales Cancellariæ non debent recipere consensum

Pro-

Procuratoris, cujus mandatum fuit limitatum; nam Officiales Cancellariæ debent observare ad unguem mandatum resignantis, ut observavit Amaydeo *d. cap.* 23. *n.* 77. & debent *expectare* novum mandatum Procuræ a resignante, qui si dederit, bene procedetur ad præstationem consensus, sin autem renuerit, pro nulla habetur Gratia signata contra formam mandati, quamvis diligentiæ omnes adhibitæ fuerint; nam resignantis voluntas fuit limitata cum illis conditionibus, quibus non adimpletis voluntas illa resolvitur, ac si nunquam ad aliquem actum fuisset deducta, & mandatum habetur pro non dato, & reducitur res ad pristinum statum; & cum Procurator dederit consensum contra, vel præter mandatum sui principalis nihil agit, & si Officiales de facto receperint talem consensum, ex hoc aliquod præjudicium afferri principali non poterit, nec Papa in hoc poterit supplere voluntatem resignantis, cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter; & Summi Pontificis potestas omnimoda, & absoluta est in Beneficio vacuo non pleno, quod ab alio juste possidetur, nam sicuti non poterit possessorem privare, ita neque poterit admittere resignationem ejusdem contra ejus voluntatem, non servatis conditionibus per eum appositis: Ideo in dicta *Valentina Parochialis* coram Eminent. Cerro 8. *Aprilis* 1644. fuit dictum, quod tunc competit resignanti actio spolii, & ei debetur manutentio, quia nihil fuit actum nec jus ab eo fuit abdicatum, & optime dixit Paris. *lib.* 694. *n.* 56. *&* 57. & Rota *in Savonen. Cantoria* penes Eminen. Othob. *d. decis.* 11. *per tot.* præsertim *n.* 20. *&* 25. imo in eadem *Savonen.* apud eumdem Emin. Othob. *decis.* 29. nec regulam de triennali posse tueri resignatarium cum non fuit adimplementa conditio resignantis, quia ob tale non adimplementum Jus non fuit abdicatum a resignante, cum deficiat consensus, qui est forma natoralis, quæ nequit suppleri, ac proinde resignatarius remanet absque titulo, & non obstante triennali possessione poterit contra ipsum agi spolio, ut ibidem dicitur, & allegatur Paris. *lib.* 1. *q.* 3. *n.* 80. *de resig.* & Rotæ decisiones, & in dicta decisione penes Peutingerium dicitur Possessorem debere se abstinere ab expeditione Litterarum, cum non fuerint admissæ clausulæ positæ in mandato.

27 Post scripta vidi Theodorum Amayden *d. lib.* 1. *cap.* 10. *q.* 9. qui ibidem tractat hoc dubium, an Bullæ discordantes a mandatis remittendæ sint ad corrigendum: & postquam pro utraque opinione Doctores attulerit, dicit quod videtur distinguendum cum Rebuffo inter conditiones turpes, & contra Jus, ut has Papa rejiciat, quia quilibet se censetur conformare cum juris dispositione; reliquas autem Papa admittit. Sed hanc distinctionem quoad conditiones turpes indubiam dicit Amayden; quoad conditiones vero contra Jus illam non admittit, quoniam facile admittitur dispositio contra Jus, nam quilibet potest apponere conditiones contra Jus, & sic alias non resignaret, sicuti contigit in resignatione cum reservatione pensionis, cum de Jure nec hoc fieri nequeat, quia Beneficia sine diminutione, & conditione conferri debent, *c.* 2. *de elect. in* 6. quare conditio contra Jus si nimium non sit exorbitans solet admitti.

In casu tamen quod Bulla reperiatur non conformis mandato dicit Amayden, quod videtur resolutum in *Elboren. Pensionis* 27. *Octobris* 1595. coram Corduba, cujus tenorem ibi affert: in qua tamen decisione non aliud dicitur nisi quod cum constat de consensu a tergo Litterarum præsumendum sit pro Officialibus, quod non expediverint nisi dato consensu, & quod fuerit exhibitum mandatum per Procuratorem, cum consensus datur, & receptus fuerit respective: sed aliud est cum dubitatur de existentia mandati, aliud cum est dubium, quia consensus præstitus non fuerit conformis cum mandato: quare quærit idem Amayden *numer.* 21. an sicuti præsumitur pro Officialibus, quod non expediverint sine consensu, ita præsumatur, quod non expediverint nisi consensus præstiti sint conformes mandato: & dicit, quod regula est, quod Officiales præsumantur diligentes in his, quæ spectant ad eorum officium, verum quod hæc præsumptio cessat ubi constat de contraria veritate ex mandato, nempe insufficiente, & tunc nec præsumatur aliud mandatum nisi de quo constat, nec ex possibilitate alterius mandati posse Litteras sustineri, sic dicit Amayden: aliud est opponere de mandato sufficienti, quod justificari potest ex lectura mandati in actis producti. Concludit ergo Amayden quod in his, & similibus casibus necessariam esse Bullæ correctionem, & de insufficienti mandato semper opponi posse; quando vero est aliquid in mandato, plus quam in Bulla, vel minus, eo casu dicit, quod si omissum non sit substantiale, sed apponi solitum non vitiare expeditionem, quia hoc solet plerunque evenire incuria Constituentium, & ex inscitia Notariorum, justa *decis. par.* 4. *divers. decis.* 197. & dicit Amayden, quod Notarius tunc extendit consensum recepta obligatione a Procuratore de rato.

Vidisti, benigne Lector, quanta sit in hac re varietas, & repugnantes regulas considerasti, præcipue Rotæ decisiones, & nescio quo me vertam. In primis dico, quod Litteræ resignationis non solent per Cancellariam expediri non justificato prius consensu resignantis, Rota *decis.* 163. *num.* 3. *part.* 11. cum vero mandatum non est servatum, seu cum Litteræ sunt difformes a mandato, provisio, seu resignatio est nulla, nam vel modus, seu conditio posita in mandato est solita concedi a Papa, verum hic in particulari non velit Papa concedere talem admissionem resignationis cum illo scilicet modo, vel conditione, Procurator rejecta supplicatione debet omnino abstinere ab ulteriori actu, & principalem suum certiorare, & hoc omnes admittunt: Sin autem Gratia non solet concedi ita libentes cum tali modo, & conditione, sed in aliquibus casibus, vel magnatibus, adhuc Procurator debet facere suas diligentias, & in casu repulsæ certiorare principalem constituentem, & alias facta provisio nulla, quam etiam nullam existimo in casu, quo Gratia omnino est inconcessibilis, & nihilominus dederit consensum stricte, & secundum jus loquendo ex defectu scilicet consensus, ratio, quæ me movet est, quia cum deficit consensus principalis nihil omnino agitur, defectus enim consensus annullat omnes humanas actiones radicitus, quod apud omnes Scriptores est in confesso: hic autem, qui hujusmodi dedit mandatum cum tali impossibili modo, vel conditione, vel id nesciebat, quia quasi rudis persona, & longe absens a Curia Romana ignorans stylum ejus, credebat talem modum esse tractabilem, & ita credens dedit mandatum, alias utique si non ita futurum, non renunciaret, & ecce quod deficit consensus, quia hic credit, quod poterat ita fieri, & sic errando egit; error autem consensum aufert, quia errantis nulla voluntas, sic ignorantia aufert cognitionem, sine qua non sequitur actus voluntatis debitus; nam ignorantia existente, sequitur falsa cognitio in intellectu, qui error dicitur, ex quo deducitur indebitus actus voluntatis, ut dicunt Doctores tractantes de actibus humanis, & notat Pontius *de mat. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 1. & consequenter Procurator agit contra voluntatem principalis dantis mandatum cum illa conditione, quam factibilem sibi persuasit; qui enim contrahit cum conditione impossibili credens illam possibilem, nulliter contrahit, Thomas Sanchez *lib.* 5. *disp.* 3. *num.* 8. Sin autem data opera apponitur ab erudito conditio impossibilis, tunc eo fortius resignatio nulla dicenda erit, tum jure naturæ quia quæcunque dispositio, qua quis gratuito, vel onerose quidquam confert, ut vim habeat stando in solo jure naturali, dependet a libera voluntate ita disponentis; ergo cum disponit sub conditione quam impossibilem agnoscit, neque vult ut aliter dispositio vim habeat, nisi dependentes ab existentia illius conditionis, & non aliter vim habebit contractus, vel dispositio quam impleta illa conditione, ut subtiliter ratiocinatur Basilius Pontius *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 2. tum Jure civili, *ut in §. si impossibilis, Instit. de inutilib. stipulat. & l. non solum de obligat. & actionibus*, deficit enim tunc & consensus; nam qui scienter conditionem impossibilem apponit in aliquo actu, videtur potius habere voluntatem illudendi, quam contrahendi; nam qui efficaciter vult aliquid dare, vel vere contrahere, non ponit conditionem impossibilem tanquam obicem ad gratiam, sed potius removet obstaculum. Igitur cum conditio impossibilis apponitur a resignante, Procurator antequam determinet, & illam absolvat, certiorare debet principalem, & cum illius voluntate se conformare, alias resignatio est nulla Juris rigore attento; & licet multa apponantur in mandato, quæ sunt contraria stylo Curiæ, attamen attendi debet mandatum, & non stylus Curiæ, Rota *in puncta decis.* 263. *num.* 9. *part.* 9. *recent. tomo* 1. Hæc discurrendo mihi dicenda videntur; sed terret me Rotæ authoritas, præsertim in dicta *Valentina Parochialis d. a n.* 1645. *&* 1646. 360. *&* 362. *part.* 10. *recent. & in d.* 318. *part.* 11. *recent.* in quibus decisionibus, ut vidisti benigne Lector, aliud deciditur; scilicet, quod quando conditiones non solent concedi, sufficiat Procuratori eas apponere in sup-

plicatione, quas si Papa deleat, jam dicitur mandato satisfactum, nec reiterandas esse diligentias, & nihilominus resignationem contra formam traditam a principali sustineri &c. Certum enim est, quod cum apponitur illa clausula, *si Sanctissimo placuerit*, tunc si Papa delet, resignatio sustinetur, ut in dictis Decisionibus 360. & 362. in quibus terminis illæ videntur loqui, &c. sic etiam loquitur Decisio in *Toletana Archipresbyteratus* 3. *Julii* 1658. coram Albergato n.357. *part.* 12.

29 Cum ergo Executori præsentantur Litteræ resignationum, quas discordantes invenerit a mandato, & conditiones, & clausulæ in co positæ a resignante alioquin erant concessibiles secundum stylum, & usum Datariæ; tunc quia resignatio, & provisio est nulla ob defectum consensus resignantis, quamvis fuerit admissa, quæ admissio habet implicitam conditionem, si mandatum observatur, juxta Decisionem Rotæ apud Amatum Dunozett. *dec.*866. *num.* 6 & 7. omnino debet abstinere ab ulteriori executione donec corrigantur, & novus accedat consensus resignantis, nec sufficit ratificatio tacita, sed requiritur novus consensus expressus, & formalis, quia primus consensus fuit nullus, cum non fuerit observata forma mandati, nec tunc convalidatur resignatio ex ratificatione ipsius principalis resignantis, sed ut dictum est requiritur novus consensus, expressus, & formalis, Parif. *d. quæst.* 17. *a n.* 6. *cum seq.* Rota penes Ludovis. *decis.* 395. *num.* 14. quia in *regul.* 45. requiritur consensus verus, & formalis ad validitatem resignationis, Othob. *decis.* 11. verum Rota *in decis.* 82. penes Rub. *tit.* 2. dixit, quod cum Procurator excesserit fines mandati in resignando, resignatio habeat tunc implicitum statum validitatis, quia accedente ratificatione principalis erit valida, quam ratificationem principalis poterit facere per litteras missivas, & quamvis in resignationibus non habet locum ratificatio, tamen id procedere dicitur ibi quando a principio fuit nulla, verum ut dicitur, quod cum Procurator non servavit fines mandati a principio nulla est.

Quandoque tamen in mandato Procuræ ad resignandum postquam certa forma est constituta, apponi solet clausula a nonnullis Notarii *& alias cum conditionibus*
30 *Procuratori bene visis*; tunc nec per hanc clausulam poterit Procurator alterare fines mandati; nam dicta clausula importat tantum modum expeditionis, non tamen importat facultatem remittendi formam jam constitam, juxta doctrinam Parisii *d. q.* 17. *a n.*29. *cum seqq. usque ad num.* 46.

31 Secus autem dicendum, si nulla certa forma esset data; nam tunc per illam clausulam esset data facultas libera dandi consensum, ut Procuratori placebit, non tamen poterit reservare pensionem ad favorem Tertii, de qua re vide Parif. *loc. cit. d. quæst.* 17. *n.*78. *cum seqq.*

32 Non essent tamen Litteræ discordes, nec corrigendæ si consensus datus esset juxta formam mandati, sed non juxta formam supplicationis, Parif. *loc. cit .n.*52. Azor. *loc. cit.*

33 Cum vero cancellantur aliqua in supplicatione, quæ sunt extra mandatum, tunc certe non potest de nullitate resignationis, advertit Amayden *d. cap.* 32 *sub* n 89.

34 Executor debet exinde verificare idoneitatem resignatarii, quia ut dixi semper Litteræ resignationum expediuntur in forma *dignum*, & ultra ea, quæ dixi in capite, in quo de Executore in forma *dignum* egimus; advertendum est, quod talis idoneitas debet esse in resignatario tempore præstiti consensus resignatori, Rota *in Calagurritana Canonicatus* 18. *Martii* 1654. coram Amato Dunozetto, penes eundem *decis.* 952. *n.*2.

35 Item verificare debet valorem Beneficii Papæ narratum, & alia, quæ continentur in narrativa, prout diximus in Capite de Justificatione narrativæ, præsertim vacationem; & quamvis sufficiat vacationem, seu resignationem de facto justificare, nec admittantur exceptiones sequirentes altiorem indaginem ad impediendam seu retardandam executionem Litterarum Apostolicarum,
36 non solum quando dubietas consistit in facto, sed etiam in Jure valde intricato, & controverso; attamen cum opponitur de non vacatione seu de resignatione valida: quia dicitur invalida ob non servatam aliquam Constitutionem, quæ annullat resignationem, retardat immissionem, quia est exceptio, quæ oritur ex ventre gratiæ; est enim tunc exceptio, quæ non ex persona resignantis,
37 quæ admittitur in judicio legis finalis, & tunc sufficit justificare de facto vacationem, seu resignationem, quando non dubitatur de vacatione, sed oritur dubium, an sit Juris vel facti, scilicet an Beneficium sit de Jure, & de facto penes illum, per cujus personam vacat; secus autem cum dicitur non vacare per resignationem, quæ fuit facta contra Constitutionum Apostolicarum formam, ut latius dicitur in *decis.* 348. penes Farinac. *tom.* 1. *posth.* &c. Et sic quod numquam exceptio oriens ex ventre gratiæ, licet requirat altiorem indaginem, censetur exclusa, Rota *recent. part.* 2. *decis.* 328.

Executor Litterarum Apostolicarum super resignationibus expeditarum diligenter advertere debet, an resignans 38
post datum consensum supervixerit super viginti dies; nam si infra hunc terminum diem clauserit extremum, Beneficium non vacat amplius per resignationem, sed per obitum, ut in regula 19. Cancellariæ, quæ sic disponit: Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod Beneficium sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius Commendæ cesserit, seu ipsius Beneficii unionis dissolutioni consenserit etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ, postea infra viginti dies a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum Beneficium quavis authoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

Hæc regula congruit cum Jure communi, nempe cum 39
cap. 7. *de renunciat. in* 6. in quo textu dicitur, quod resignatio facta ab infirmo præsumatur fraudulenta, sic etiam hoc vetitum fuit in Synodo Romana, prout legitur *in cap. plerique* 8. *quæst.* 1.

Sed in primis advertendum est, quod resignatio ab 40
infirmo facta non dicitur nulla, quia ab infirmo; sed in Regula annullatur, quando mors resignantis contigit infra viginti dies a die præstiti consensus; unde si Papa huic regulæ derogaverit, resignatio remanet valida, Rota penes Rub. *part.* 3. *cap.* 2. *decis.* 446.

Item advertendum est, quod licet olim fuerit quæstio inter Nostros, an hæc Regula vendicet sibi locum, cum
quis non infirmus, sed sanus resignaverit; attamen ho- 41
die cum Pontifices dictam Regulam clariorem efformare jusserint, cessat difficultas, nam in dicta regula expresse habetur, ibi: etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ, Parif. *lib* 12. *de resign. quæst.* 6. *num.*5. ante ipsum Mandol. & Gomel. *in dict. regul. de infirmis* sequitur Cocchier. *in eadem reg. num.* 15. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 15. *num.* 68. & dicit Parif. quod necessaria fuit dicta explicatio, & extensio ad fraudes evitandas, quæ fieri possent; nam Beneficiati procurare possent, ut signaretur supplicatio dum essent sani, & illas retinere penes se, & postea constituti in infirmitate illis uti præstando consensum, &
Regula deserviret de vento; existimat etiam Parif *d. libr.* 42
12. *qu.* 2. quod hæc regula non est odiosa, & exorbitans, sed juri consona, & favorabilis, cujus contrarium sentit Mandol. *in hac reg.* 19. *qu.* 1. sed utriusque sententia vera dici potest, si Parisii sententiam referamus ad illam partem regulæ, in qua annullantur resignationes Infirmorum, Mandosii autem ad alteram, in qua etiam resignationes illæ, quæ fiunt a sanis, invalidantur.

Quærit Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 15. *a num.* 3. *cum sequent.* 43
An sicuti in Regula annullatur collatio, ita etiam resignatio, acute ingenioseque discurrit Lotter. attamen quia collatio est effectus resignationis, cum annullatur collatio, resignatio quoque, a qua dependet collatio, rescire annullari videtur, cum resignatio solum producit effectum suum ad resignatarii favorem, omne enim jus a resignatario aufert Regula; igitur parum referre videtur, an dicatur, quod collatio nulla duntaxat sit, & non resignatio, an vero utraque nulla, sicuti nec referre discutere an pendente tempore viginti dierum actus resignatus sit in suo esse productus, cum si contingat mors intra hoc tempus collatio resolvatur, & consequenter ipsa resignatio. Vide tamen Lotter.

Non levis fuit altercatio inter Nostros, an cum resi- 44
gnans diem suum claudit infra viginti dies a die præstiti consensus; quo casu dicit regula, quod Beneficium dicitur vacare per obitum, Beneficium remanet reservatum ita ut nullus possit de illo disponere præter Romanum Pontificem, qui resignationem admisit, an vero possit Ordinarius illud conferre, si obitus contingat extra Curiam, & in mense ipsius Ordinarii.

Multi Doctores tenent, Beneficium remanere reserva- 45
tum, & effectum ob manus Papæ appositionem, & nul-
lum

lum præter Romanum Pontificem posse de illo disponere, ita Roman. *cons.* 392. Gomezius *in reg. de infirmis qu.* 33. *vers. prædictis tamen non obstantibus*, ibi, Quod Romanus loquitur, quando resignatio est facta in Curia, licet ibi non moriatur resignans, & tali casu non est dubium Beneficium esse reservatum, vel saltem dicitur affectum, Rebuff. *in eadem reg. de infirmis gloss.* 14. *num.* 4. Mandos. *in eadem reg.* 91. *num.* 6. Paris. *lib.* 12. *de resignatione qu.* 9. Barbosa *de Jure Eccles. num.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 35. *in fine*, Tond. *tom.* 2. *quæst. benefic. part.* 3. *cap.* 169. *n.* 21. qui allegat Rotam *in decis.* 419. *p.* 1. *divers.* qui Doctores assignant multiplicem hujus rei rationem. Primam, quia per resignationem factam in Curia ibi dicitur Beneficium vacare, sicuti cum fit ibi privatio juxta doctrinam Archid. *in cap. si electio de elect. in* 6. Secundam, quia per hanc regulam videtur inducta specialis affectio Beneficii, adeo quod inferiores non possint disponere; per manus enim appositionem Beneficia afficiuntur, nec alius præter Papam qui manus apponit poterit disponere, per quam manus appositionem inducitur specialis reservatio, juxta *Extravagant. ad Roman.* §. *Romani de præbendis* inter communes, ibi: Romani Pontificis manus appositionem tantæ efficaciæ, tantæque virtutis existere, ut si Litteræ Apostolicæ super provisionibus Beneficiorum ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen providendi de Beneficiis taliter reservatis quibuscunque aliis fuisse ademptam, & remanere semper affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice disponere potuisse, nec posse harum serie, decernimus, & declaramus.

46 Vice versa alii existimarunt, quod si obitus contingat extra Romanam Curiam infra viginti dies, & in mense Ordinarii, posse Ordinarium conferre, ita Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *a n.* 160. qui strenue defendit hanc Sententiam, Cocchier. *in reg. de Infirmis sub n.* 21. Mascobrius *in prax. habendi concursum prælud.* 25. *dub.* 13. *n.* 25. *& requisit.* 7. *dub.* 22. *n.* 22. Less. *de Justit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 35. *n.* 149. Laurentius Nicolarz *de reservationibus Concordatorum Germaniæ tit.* 1. §. 8. *fol. mihi* 149. Pax. Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *de Beneficiis affectis n.* 37.

Hanc etiam Sententiam videtur tenere Gonzalez *gloss.* 52. *num.* 49. ubi dicit, quod quando Papa apposuit manus in provisione ex una vacatione principaliter narrata, & deinde contingat diversa vacatio per obitum, vel alio diverso modo ab illo super quo Papa manum apposuit, quod tunc manus appositio Papæ non obstabat quoad aliam diversam vacationem, & citat Dominicum Geminianum, & alios. Ex quo sequitur secundum Gonzalem, quod si Petrus verbi gratia resignaverit suum Beneficium ad favorem Joannis, cui fuit a Papa facta collatio, quæ non tenuit ob malam expressionem valoris, & sic Beneficium remansit penes resignantem, quod si postea Beneficium vacat per obitum Petri in mense Ordinarii decedentis, quod tale Beneficium non sit affectum, sed Ordinarius poterit providere, quia appositio manus Papæ ad effectum providendi ex vacatione per resignationem non debet extendi ad diversam vacationem per obitum, citat Achillem de Graffis *decis.* 14. *de restit. Spol.* Rot. *decis.* 419. *num.* 2. *part.* 1. *divers.* Cancell. *de attentat.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 9. Flam. Paris. *de resign. lib.* 10. *quæst.* 2. *numer.* 4. quam Gonzalez opinionem sequitur etiam Garz. *dicta part.* 5. *cap.* 1. *n.* 55. Ferentill. ad Butatt. *decis.* 78. *vers. non remanet*, novissime etiam Tondut. *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 26. *in fine*, & fuit decisum per Rotam in *Leodien. Canonicatus S. Dionysii* 27. *Maii* 1626. & Rota apud Amatum Dunozett. 766. *num.* 7. tenuit, quod quando appositio manus potest effectum sortiri ob defectum conditionis appositæ, & causæ quæ movet Papam, non intrat reservatio. Assignant isti Doctores rationem, quia Regula prædicta dicit, quod tunc vacat Beneficium per obitum absolute, & non solum resignatio facta in manus Papæ, sed etiam collatio per eum facta resolvuntur, annullantur, & sic inducitur vacatio per obitum, ac si nunquam Beneficium fuisset resignatum; cum ergo mors contingit extra Curiam, attendendum erit duntaxat, in quo mense contingat: si igitur in mense Ordinarii, non est cur prohibeatur Ordinarius conferre in mense suo, ex quo vacatio vere tunc inducitur ex obitu, & ita in Curia, & Leodii vidisse practicari, dicit Cocchier. *loc. cit. num.* 23. qui *num.* 22. respondet ad rationem Parisii, quod omnia Beneficia in Curia resignata sint reservata, & in Curia dicantur vacare per *capit.* 2. *de præb. in* 6. & si alibi fuerit datum mandatum; nam dicit Cocchier. quod hæc regula expresse disponit, quod Beneficia hujusmodi quavis auctoritate resignata, censentur vacare per obitum; tum etiam quia quando collatio Papæ seu manus appositio ejusdem non est sortita effectum, non inducit affectionem, nec tollit Ordinariis jus conferendi, Felin. *in cap. ult. in fine, de præscript.* Abb. *in cap. inter dilectos, n.* 10. *de except. prælat.* tum etiam quia regula nullam inducit reservationem: sic etiam Garzia respondet ad rationes Doctorum primæ Sententiæ, quod hæc vacatio, quæ a regula inducitur per obitum sit ficta, non vera vacatio; dicit enim Garzia *nu.* 169. quod illa ficta vacatio tantum operatur, sicuti vera, quia tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, neque satisfacit Garziæ responsio Gunerii, quod id non procedat quando concurrit veritas, & fictio circa idem, quia tunc fictio cedit veritati; nam dicit Garzia in hoc casu non posse dici concurrere veritatem, & fictionem duntaxat quod Beneficium vacet per obitum, & non per resignationem. Item & secundo respondet Garzia, quod ex quo Papa annullat collationem, si infirmus decedat infra viginti dies, & sic non admittit illam resignationem, jus Beneficii dicitur esse penes resignantem, & cum jus sit penes resignantem, vacat per obitum vere.

Sed vice versa Parisius respondet ad rationes contrarias, & ad illam, quod tunc ex manus appositione resultat reservatio, quando est sortita effectum collatio; secus si non sit sortita effectum; nam respondet Paris. quod hoc non est verum, nam eo ipso quod Papa mandat provideri de Beneficio etiamsi non sequatur provisio, inducitur affectio, & reservatio, ad quod allegat multos Doctores, & dicit communem opinionem: & insuper dicit, quod in hoc casu non inducitur reservatio ex appositione manus Papæ, quæ fit in ipsa provisione, quæ non fuit sortita effectum, sed ex quo admisit resignationem in suis manibus; nam eo ipso tunc inducitur reservatio, & Beneficium dicitur vacare in Curia, & sic intrare dispositionem *cap.* 2. *de præb. in* 6. 47

Ad aliud objectum, quod Beneficium dicitur vacare per obitum, respondit, quod quamvis Regula hoc non decernat, non tamen tollit effectus resultantes ex resignatione in manibus Papæ ex ejus admissione, sed id in regula dici ad tollendum ne vacet ex illa resignatione facta ad favorem alterius, & id ostendere illa verba, quæ sunt in fine regulæ. Hæc & alia Parisius. 48

Hanc quæstionem egregie tractat Melchior Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 15. *a num.*.... & dicit resolutionem dependere ab ea investigatione, an tunc una censeatur vacatio, an vero duæ vacationes, & quatenus duæ sint, quæ vera, quæ ficta censeatur? quam etiam quæstionem agitavit Sarnens. *in dict. reg. de infirmis quæst.* 30. in qua disputat, an vacatio hæc quæ inducitur per obitum sit vera, Paris. *d. lib.* 12. *q.* 9. & Azor. *d. cap.* 29. *q.* 2. *lib.* 7. 49

Ipse tamen Lotter. *sub num.* 44. *vers. in hoc conflictu* arbitratur regulam nihil circa vacationem ipsam disponere, sed tantum fingere circa modum vacandi; ac propterea veram illam vacationem resultantem ex resignatio- 50
ne semel admissa semper durare, fictionem autem cedere simpliciter super modo, ita ut integra semper eademque remanente vacatione, quæ a principio inducta fuit, solum modum mutari per fictionem, quam fictionem, nec privativam esse cum non simpliciter figurat non factum, quod est factum, neque inductivam, cum non fingat factum, quod non est factum, sed translativam, quia ex suppositione unius tantum facti fingit id, quod uno modo factum est, alio modo esse factum, juxta doctrinam Bartoli *in l. nec utilem sub n.* 4. *vers. quædam ff. quibus ex causis major.* Sic dicit Lotter. in casu regulæ unam esse vacationem, & non plures, & unum modum, & non plures, & illum quidem omnino fictum, quam fictionem semper modo non afficere substantiam, cum hæc sint prorsus distincta, cum possit fingi super uno, & non super alio, juxta doctrinam Jason. *l. si is qui pro tempore nu.* 172. *ff. de usucap.*

Fictionis autem translativæ vim exigere duo extrema habilia dicit Lotter. primum a quo, secundum ad quod; primum debere esse omnino verum in essentia, secundum sufficere esse verum secundum possibile, juxta doctrinam Bartoli *in l. si is qui pro tempore num.* 28. *vers. sed in fictione translativa, de usucap.* Quare cum obitus sit certus stante nullitate collationis ex Decreto regulæ, & certa sit vacatio, quia secundum naturam omnino est possibile obitum contigisse tempore factæ resignationis, dicit

Lotter. quod fit retrotractio hujus temporis ad tempus tentatæ resignationis, & hoc esse omne, quod disponit regula; non secus cum lex Cornelia fingit Patrem mortuum eo temporis momento, quo captus est, retrahendo tempus obitus ad diem captivitatis, ut sustineretur pupillaris substitutio, juxta textum *in l. pater instituto, ff. de Captiv. & postlim. revers.* quod ex æquitate provenire suadet ille Doctor, fingereque regulam eum qui resignavit in ipso momento tentatæ resignationis obiisse; quam fictionem habere suas extrema habilia, nempe possibilitatem veritatis in re aliter in se existenti, & æquitatem, ut ita fingatur obitus etiam tunc, nec sustinere extra locum tentatæ resignationis, ne excludatur extremum possibilitatis; nam cum obitus sit verus instantaneus, & indivisibilis, quo anima a corpore separatur, natura non patitur, quem in duobus locis mori: sic cum lex Cornelia fingit captivum mortuum esse tempore captivitatis, nec sustinere fictionem, ut etiam extra Civitatem apud hostes vita functum esse, ut in *d. l. Pater, cum duobus sequentibus de captiv. & postlim. reversis.*

51 Hæc est doctrina Lotterii, qui *n.* 62. concludit in casu resignationis factæ in Curia Beneficium remanere reservatum non ex simplici affectione, ut in casu resignationis ad effectum productæ ex manus appositione, cum hoc sit impossibile, cum resignatio non sit sortita effectum, sed ex reservatione clausa in corpore Juris, per textum in *cap.* 2. *de prab. in* 6. quæ licet referantur ad vacationem per obitum, ideoque lex hunc modum fingat, constat tantum operari fictionem in casu ficto, quam veritatem in casu vero; sed Lotterius videtur sibi contrarius; nam *lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 28. docet, non omnem reservationem insurgentem ex vacatione in Curia, sive apud Sedem dici clausam in corpore Juris, at illam tantum, quæ insurgit ex vacatione per obitum, cum de illa loquatur textus *in cap.* 2. *de prab. in* 6. & *num.* 33. ait vacationem per resignationem factam in manibus Papæ, vere dici vacationem in Curia, etiamsi fiat mediante Procuratore alibi constituto; nullam vero dicere talem vacationem inducere reservationem clausam in corpore Juris, cum non sit per obitum; sed bene induci ex appositione manus Papæ, quæ habet vim reservationis specialis ex *Extravag. ad Roman. de prabend.* & *n.* 25. addit: si resolvitur resignatio propter regulam de viginti, non resolvi reservationem inductam per appositionem manus validam, & citat Roman. & Jas.

52 Quod etiam confirmavit Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 14. *numera* 42. 43. 44. & 45. ubi sic scribit: Ex his autem primum infertur, ut cum quodque Beneficium resignatum ad favorem nequeat alteri conferri, quam illi, cujus contemplatione facta est resignatio, ut post alios probat Paris. *dict. libr.* 1. *quæst.* 4. *capit.* 10. *numera* 24. cum ejus intuitu tantum censeatur facta admissio, ut dictum est supra *numera* 36. inde tamen non excludi reservationem resultantem ex facto vacationis ejus; & quia Papa illud conferens resignatario dicatur conferre tanquam reservatum, non quidem reservatione clausa in corpore Juris, & vacatione apud Sedem, juxta *capit.* 2. *de prab. in* 6. quæ est restricta ad vacationem per obitum, ut late demonstravimus *libr.* 2. *quæst.* 27. *numero* 28. sed ex simplici vacatione in Curia, quatenus per Doctores consideratur veluti diversa a vacatione apud Sedem, & eodem loco demonstravimus *sub numera* 33. & optime etiam decernit Put. *decis.* 38. *numera* 2. *lib.* 1. & melius omnium Gomez. *reg. de trienniale quæst.* 31. *sub numero* 5. *vers.* & *eadem modo*, Gigas. *de Intrus. numera* 47. Paris. *de resig. lib.* 9. *quæst.* 14. *numero* 6. Caval. *decis.* 450. *numera* 2. seu proprius loquendo, ex manus appositione, ut pariter exposuimus eadem *quæst.* 27. *numera* 34. & 35. Hæc Lotter. in dictis locis, qui videtur sibi expresse contrarius.

53 Ab hac calumnia, quæ contra Lotter. opponi potest excusanda, considerandum est, quod aliud videtur, cum resignatio habuit effectum, ex quo resignans moritur infra viginti dies, quia tunc fingitur, quod obitus contigerit in Curia, & per talem obitum vacare Beneficium, & ideo Beneficium erit reservatum reservatione in corpore Juris clausa, de qua in *dict. cap.* 2. *de prab. in* 6. ac cum ex alio capite resignatio non sortitur effectum, quia tunc solum intrat reservatio ex manus appositione.

Sed tollitur hæc consideratio, ex quo Lotter. *in dict. quæst.* 27. *numera* 35. expresse fatetur, quod cum resolvitur resignatio per regulam de viginti, non resolvatur reservatio inducta per manus appositionem validam.

54 Quod vero ex resignatione in manibus Papæ resultet reservatio clausa in corpore Juris vigore *cap.* 2. *de prab. in* 6. tenet Rota *decis.* 34. *part.* 5. *recent.* apud Eminen. Othob. *decis.* 122. *numer.* 3. & *decis.* 130. *num.* 8. & 154. *numera* 2. apud Amatum Dunoz. *decis.* 848. *n.* 7. & alibi.

Quodnam erit nostrum judicium in hac quæstione? Certe paveo, cum tot, tantique Scriptores sic varie locuti sunt, & pro utraque parte concurrunt rationes solidæ, & efficaces; dicam tamen in genere quidnam sentiam in hac re: Existimo enim, quod cum resignans diem suum 55
agit extremum infra viginti dies post datum consensum, si Papa non derogaverit huic regulæ de infirmis, uti solet passim derogare, tunc Beneficium remanet affectum, & reservatum, & nihilominus Beneficium censetur vacare per obitum. Primo, quod sit affectum, & reservatum Beneficium suaderi potest ex pluribus, & primo ex verbis d. regulæ, in qua annullatur collatio facta de dicto Beneficio.

Secundo, ex manus appositione Papæ eo modo, quo ex 56
Lotterio demonstravimus: nec potest dici, quod resignatio non habuerit effectum, quia vere resignatio fuit admissa a Papa, & præstitus consensus, ex qua præstatione consensus in quantum ad resignantem, resignatio fuit perfecta in genere suo, nec amplius est locus pœnitentiæ, ut alibi diximus, & forsan dicemus infra; sic, cum fuit perfecta resignatio, & valida, recte insurgit reservatio ex manus appositione; quod si postea resignatio non habet effectum suum, quia resignans moritur infra viginti dies, hoc non provenit ex eo, quia fuerit nulla resignatio, cum jam fuerit ex se valida, & perfecta: sed provenit ex peculiari lege Pontificis, qui sua suprema auctoritate annullat has resignationes tanquam in fraudem vacationum factas. Quare aliud est, cum resignatio non sortitur effectum suum ex aliquo falso supposito, seu causa: quia tunc verum est, quod cum resignatio non habet effectum suum, Beneficium non remanet affectum, quia Papa posuit manus limitatas; at in casu Regulæ, & in terminis nostris resignatio est valida, & validissima, & non habet effectum ex legis dispositione, & voluntate ipsius Papæ; quare affectio introducta jam restat, quia resignatio fuit valida, & valide apposuit manus, & non limitate, nec ut dixi invalidatur ex falso supposito, quo casu verum est, quod cessat reservatio, sed Papa decernit non debere habere suum effectum tanquam fraudulentam: sic non est idem resignationem cessare ex defectu consensus, vel resignantis, vel Papæ admittentis resignationem, sive ex utriusque consensu, & cessare ex legis dispositione, cum adfuit a principio & consensus Papæ, & resignantis; sicuti cum resignatarius non facit publicationem, resignatio, quæ fuit valida a principio, resolvitur ex legis dispositione, & Beneficium remanet affectum, & reservatum: & tamen in principio valide Papa manus apposuit.

Tandem sic se habet observantia, & stylus, quod hu- 57
jusmodi Beneficia remanent affecta, & reservata, cum resolvitur resignatio, quia intrat regula de viginti, & ita observatur, nec inquiritur quo mense obitus contingat: qua tamen reservatione, & affectione tunc afficiantur, an ea quæ provenit ex vacatione apud Sedem, juxta *cap.* 2. *de prab. in* 6. an vero ea quæ pervenit ex manus appositione inducta ex *Extravagan. ad Roman. de prab. inter comm.* hoc parum refert? sufficit nobis scire esse affecta, & reservata.

Potest etiam dubitari, quid cum resignatio fit extra Curiam, an tunc intrat affectio, & reservatio, si contingat obitus infra viginti dies? hæc quæstio est eadem cum 58
ea, an hæc regula de viginti habeat locum in hujusmodi resignationibus factis extra Curiam, quam agitavi etiam in *d. tractatu de Resignationibus*. Equidem multi æstimant prædictam regulam habere locum in hujusmodi resignationibus extra Curiam factis simpliciter & ita sentiunt Paris. *lib.* 12. *q.* 5. *n.* 8. Sarnen. *in d. reg. de Infirmis q.* 26. *v. sed prædictis non obstantibus*, Cocchier. *in d. reg. n.* 20. Tondut. *tomo* 1. *part.* 1. *c.* 109. *a n.* 10. *tom.* 2. *part.* 3. *c.* 169. *n.* 25. & 26. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 28. *q.* 4. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 10. *sub n.* 49. & adest decisio Rotæ apud Cresc. 12. *sub. tit. de renunciat.*

Docet tamen Paris. *d. lib.* 12. *q.* 10. *n.* 12. Sarnen. *d. reg.* 59
de Infirmis q. 33. Azor. Filliucc. & alii, quod etiamsi contingat obitus infra viginti dies, Beneficium non sit affectum, & reservatum propter multas rationes, præsertim quia regula non inducit reservationem in resignationibus factis extra Curiam,

Sed Lotter. *in d. q.* 15. *lib.* 3. *n.* 58. dicit, quod si Beneficium resignatum in manibus Ordinarii, & infra viginti dies sequitur mors in mense reservato, non evitari reser-
60 vationem, quia tunc vere obitus contingeret in mense reservato; sin autem obitus non contingeret in mense reservato, *sed* Ordinarii, non esset reservatum.

61 Ego plura ponderavi contra utranque sententiam. Primo pondero, quod Regula Cancellariæ non habeat locum in gestis extra Curiam secundum unam opinionem, sed Rota contrarium tenuit, præsertim in *Colonien. Canonicatus* 15. *Maii* 1648. coram Bichio *part.* 10. *recent. decis.* 184. *num.* 24. Secundo pondero, quod Ordinarii possunt recipere resignationes a quocunque etiam a valetudinariis, & hæc est *una* causa, ob quam Ordinarii possunt recipere resignationem, ut in Bulla B. Pii V. *Quanta*. Tertio, quod resignationes possunt fieri coram Ordinariis in quocunque mense, nec hujusmodi vacatio per resignationem subjacet Regulæ reservatoriæ. Quarto, ex quo resignationes in manibus Ordinariorum non possunt fieri ad favorem, sed simpliciter, statim ac resignatio est admissa, resignans amittit illico jus, quod habet in Beneficio, & sic postea per ejus mortem nihil vacat, quia jam fuit abdicatum jus ab eo per admissionem resignationis: & non entis nullæ sunt partes. Has ponderationes adduxi, nihil tamen concludo.

62 Tempus autem viginti dierum incipit currere a die præstiti consensus, quia ab illo die non potest se pœnitere resignans; cum enim antea possit se pœnitere, æquum fuit, ut statuatur, quod tempus curret a die consensus, quod clare disponitur in Regula, nec in hoc controvertuntur Nostri, sed difficultant, an ipsa dies, in quo præstatur consensus, computandus sit in dicto termino viginti dierum; nam Gomezius *in d. reg. de infirmis quæst.* 37. docet, illum diem, in quo consensus præstatur, non computari in dicto termino, quia dies termini non computantur in termino, & dicit textum clarum in *c.* 3. *de prab. in* 6. facit etiam textus in *l. cum qui Kalendis* § *plene*, *ff de verb. obligat.* Gomezium sequi videtur Cocchier *in eadem reg. numero* 39 qui adducit rationem, quia terminus iste præfigitur per præpositionem A, quæ de sui natura excludit terminum *a quo*, juxta Bart. Bald. Cast. Alex. & Jas. *in l.* 1. *ff. si quis caute*.

63 Contrariam sententiam uti veriorem docent Mandos. *in eadem regul. quæst.* 18. Paris. *d. lib.* 12. *quæst.* 8. *num.* 15. Grat. *cap.* 161. *num.* 28 Azorius *d. cap* 28. *quæst.* 7. Filliuc. *d. tract.* 41. *cap.* 10. *sub num.* 49. *vers. octavo die*, Tondut. *tomo* 1. *quæst.* 2. *cap.* 4. §. 7. *n.* 25. *&* 27. & axioma illud, quod dies termini non computatur in termino, varie Doctores nostri intellexerunt; & verior est illa opinio, quæ docet, ut tunc nimirum dies termini non computetur in termino, cum interest ei, ad cujus favorem datus est terminus, ut illa dies, in qua datus est terminus non computetur; quare nec in odiosis dies termini non computatur in termino, sic in d. termino leg. cum qui Kalendis, bene fuit per Jurisconsultum dictum, quod ille dies, in quo terminus datus fuit, non erat computandus, quia intererat debitori ne computaretur, ne scilicet moram contrahat; nam alioquin tenebatur vel usuras solvere, vel pœnam luere: Cum vero interest, ut dies termini computetur in termino ad pœnam evitandam, cum agatur de aliquid assequendo, vel de pœna vitanda, tunc aliter sumenda est interpretatio, ut scilicet dies termini computetur in termino; cum enim in præsenti agatur de evitanda caducitate Gratiæ, & interest resignatario, ut Gratia sibi facta sustineatur, & effectum sortiatur, ideo illi viginti dies computabuntur de momento in momentum, ut dixit Alphonsus Glossator antiquus dictæ regulæ, ut illum videre est apud Cocchier.

Diem autem mortis resignantis non esse computandum, dixit Paris. *loc. cit. d. quæst.* 8. *n.* 19. quem sequuntur Cocchier. & Azor. *loc. cit.* quia non sufficiet diem esse cœptum, sed oportebit esse expletum.

64 Hæc regula *de viginti*, ut locum habeat, opus est ut consensus præstetur, nam a die præstiti consensus enumerantur viginti dies, quod advertit Joannes Cocchier. *in eadem regula num.* 14. *&* 15. si tamen antequam consensus præstetur resignans vitam absolvat, tunc regula non intrat, ut ex Puteo *decis.* 360 *lib.* 2. docet in puncto Paris. *lib.* 12. *quæst.* 5. *num.* 37. nisi tamen tempore, quo Procurator fuerit constitutus, erat resignans infirmus, ut idem Paris. *loc. cit. n.* 41.

65 Hinc intelligimus quod communiter scribunt nostri Doctores, quod cum resignans dedit mandatum ad resignandum, quod fuerit acceptum, & Procurator porrexerit supplicationem Sanctissimo, quæ fuerit signata, & datata, poterit Procurator tunc dare consensum, etiamsi interim isto medio tempore post datatam supplicationem diem suum ultimum finiverit, Paris. *loc. cit. & lib.* 9. *quæst.* 24. *num.* 41. ubi affert varias Rotæ decisiones, ac multos Doctores, Cocchier. *d. reg. Cancel.* 43. *seu* 44. *n.* 12. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 23. *n.* 25. *& eadem lib.* 2. *quæst.* 25. *n.* 49. *&* 50. Ricc. *part.* 2. *res.* 487. Azorius *d. part* 2. *lib.* 7 *cap* 22. *quæst.* 13. *vers. quæres*, Tondut *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 26. *n.* 13. *& de pens. cap.* 41. *n.* 22. & adhuc variæ Rotæ decisiones recentiores, præsertim apud Merlin. *decis.* 281. *per tot.* apud Rubeum 303. *part.* 4. *tom.* 2.

Cum resignans reperitur in possessione, seu incumbit 66
possessioni Beneficii resignati omnino venit citandus per Executorem, alias nulliter agitur, juxta *cap. licet Causam de probat. & cap. licet Episcopus de prab. in* 6. Rota penes Buratt. *decis.* 270. *num* 4. Rota *in Imolen. Beneficii* 23. *Junii* 1645. *vers. quia procedit*, coram Eminentiss. quondam Corrado, & penes Eminentiss. Othob. *decis.* 106. & late fuit dictum *in Hierracen. Parochialis* coram Zarate, *tam die* 4 *Decembris* 1651. *quam* 24 *Jan.* 1653. *ut in decisionibus* 205. *&* 302 *part.* 11. *recent.* In quibus decisionibus fuit dictum, quod quando resignans incumbit possessioni licet de facto, cum resignatarius vult capere possessionem etiam de manu Executoris, resignans citari debet, alias nulliter agit Executor, nec privat resignantem illa detentione, seu possessione, respectu cujus est manutenendus resignans; maxime cum ipse resignans impugnat resignationem, sive ex capite subreptionis, ut fuit in *d. decis.* Othob. sive ex quo non sunt servatæ conditiones appositæ in mandato; tunc enim quia Jus non abdicatur a resignante, nec possessio, præsertim stante clausula, *nec alias*; nisi constet illam legitime resignatario acquisitam adimpletis conditionibus, Ludovis. *decis.* 138. & Rot. 542. *num.* 5. *&* 286. *numer.* 2. *part.* 2. *recent. & in Leodien. Canonicatus* 1621. cor. Verospio, & apud Amatum Dunozettum *decis.* 30. *& in Valentina Parochialis de anno* 1644. coram Eminentiss. Cerro, quæ est 263. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* & apud Eminent. Othob. *decis.* 106. *num.* 4. Marches. *de Commiss. part.* 2. §. 3. *numer.* 79. & Merlin. *decis.* 214. Tondut. *part.* 2. *cap.*.... §.... *num.*.... Filliuc. *tract.* 42. *cap* 10. *sub num.* 4. *& in d. Valentina d. anno* 1644. fuit dictum, & ampliatum *numer.* 11. *&* 12. etiamsi in mandato adesset clausula, *si Sanctissimo placuerit*; nam si adesset clausula, *nec alias*, etiam conditiones purificari debent, nec alias Jus a resignante abdicatur, & cum resignatio sit nulla evidenter impeditur immissio, juxta decisionem Amati Dunozetti *decis.* 203 & Caval. *decis.* 43. Verum postea eadem Rota *in præfata Valentina d. anno* 1645. *&* 1646 recessit ab illa resolutione, ut supra nuper vidimus: & tenuit, quod cum post clausulam, *alias*, fuerit apposita alia, *si Sanctissimo placuerit*, valida fit resignatio absque conditionibus appositis in mandato, quia dicta clausula, *si Sanctissimo placuerit*, restringit, & qualificat antecedentem, sic quoque in *decis.* 357. *par.* 12. *recent.*

Quare quod scripsit Paris. *de Resig. lib.* 10. *quæst.* 6. *n.* 63. 67
nempe, quod resignans reservata pensione non potest impedire resignatarium, ne capiat possessionem Beneficii resignati, & quod possessio capta per D. resignatarium pendente appellatione interposita a resignante non sit attentata, quia a mero Executore Litterarum Apostolicarum non datur appellatio, optime modificat Salgad. *de retent. Bullar. part.* 2. *cap.* 34. *numer.* 98. ut procedat, quando resignans impedit de facto, & sine causa, ne resignatarius capiat possessionem, atque etiam in appellatione interposita a resignante, qui nunquam comparuit coram Executore ad dicendum contra resignantem, quia tunc Executor non debuit assumere partes Judicis, nec eum citare, ex quo consensit resignationi sponte, ac facto suo a se jus, & possessionem abdicavit, & cum nec possideat, nec comparuit, Executor non gravavit eundem, ut eisdem Authoris verbis utar.

Cum enim resignans est in possessione, seu detentione Beneficii resignati, non solum ipso inaudito non potest procedere Executor ad immissionem possessionis resignatarii; sed cum ipse resignans dicit de nullitate, & 68
opponit, tunc immissio retardatur, & datur manutentio ipsi resignanti, Posth. *observ.* 57. *num.* 18. *de manutenendo*, Rota penes ipsum *decis.* 290.

69 Quod adeo verum est; nam licet ex resignatione nulla cum deventum est ad actum executionis abdicetur, & amittetur possessio a resignante, & quæretur resignatario, quia etiam ex actu nullo acquiritur possessio, cum scilicet devenitur ad traditionem actualem possessionis, nam ex facto proprio quis a possessione cadit, *l. 1. §. si vir Uxori, ff. de acquir. possess.* Rota penes Posth. *decis.* 593. *n.* 6. & 7. late Marches. *p.* 2. §. 3. *num.* 79. & alii passim.

70 Attamen hoc non procedit, quando nulla erit resignatio ex defectu consensus, quia scilicet cum aliquibus conditionibus fuerit facta; nam ex quo voluntas resignantis fuerit limitata, & coarctata, nedum titulus, sed nec possessio transfertur secundum Marches. *loco cit. numer.* 80. quia semper est radicata in resignante, & pendente lite super resignatione ex defectu consensus, resignans restitui debet, secundum opinionem Spadæ *cons.* 83. *numero* 83. *tomo* 2. qui etiam ad hoc adducit Rotæ decisiones.

71 Verum quod si resignatarius acceperit possessionem Beneficii ad sui favorem resignati, & resignans opponit, & dicit de nullitate etiam ex defecto consensus ex non adimplemento conditionis, si possessionem jam dimiserit quousque cognoscatur de opposita nullitate, non est privandus commodo possessionis, sed manuteneri debet in possessione, ad quam manutentionem jam alias diximus sufficere nedum possessionem esse injustam, sed nudam facti detentionem, in puncto Ludovis. *decis.* 364. *numero* 3. & 4. Rota apud Posth. *de manuten. decis.* 393. *numero* 5. Oliver. ad Ludovis. *decis.* 138. Posth. *de manuten. observ.* 57. *numero* 13. 14 & 15.

In casu vero quo resignans possideret, seu incumberet possessioni, ac aliam resignatarius possessionem acceperit, & resignans de nullitate opponeret, & resignatio-
72 nem oppugnaret, tunc potius resignans, quam resignatarius esset manutenendus, Rota penes Posth. *de manuten. decis.* 15. *n.* 8. apud Eminentiss. Othob. *d. decis.* 106. *numero* 15. Posth. *de manuten. d. observ.* 57. *num.* 72. Spada *cons.* 66. *n.* 12. *tom.* 2. ubi allegat Rotæ decisiones: dicit tamen Spada, quod tunc resignans debet omnino incumbere possessioni, & quod impugnet resignationem, & quod unum sine alio non sufficiet, nam cum alias per resignationem amittatur tam civilis, quam naturalis possessio, sola instrumentalis sufficeret resignatario pro obtinenda manutentione.

Et secundum dicta intelligenda est doctrina Joann. Honorii *in compendio Juris Canonici lib.* 1. *tit.* 9. *de renunciat. sub num.* 14. *versic. imme*, in quo loco docuit, quod si resignans post resignationem detinet sive per se, sive per alium, vel de facto possidet, spoliatus agit contra tertium spoliatorem, ac etiam contra ipsum resignatarium datur restitutio, ac manutentio, si dubitari contigerit de validitate resignationis antequam fuerit per resignatarium capta possessio, citat Rotam *decis.* 1. *de renunciat. in novis*, & Ferinac. *decis.* 923. *numero* 2. *part.* 2. sed si resignatarius reperietur in possessione lite pendente super validitate resignationis non datur resignanti manutentio, nec restitutio contra resignatarium, & allegat Mohedan. Crescent. & Cassad. Hæc etiam doctrina ultima Honorii intelligenda est juxta dicta, nempe si resignans ipse quoque non possideat, seu incumbat possessioni, juxta *decis.* Eminen. Othob. 106. *in fin.* Actione tamen spolii resignatarius non posset a resignante conveniri, si ante litem motam super validitate resignationis esset possessionem ingressus, secus si post litem motam, præ cæteris Lotter. *lib.* 3. *q.* 14. *num.* 94. & 95. Spada vero *consil.* 83. *tom.* 2. dicit, quod ad hoc, ut resignatarius non possit conveniri actione spolii a resignante opus sit, ut doceat de tali resignatione, per quam jus, & possessio in ipsum resignatarium sit translata, quia alias non posset dici successor in jure, & possessione illius, & consequenter tanquam tertius posset conveniri actione spolii, & ibi Spada allegat Rotæ decisiones.

74 Sed antequam ad ulteriora transeamus videndum est, quid facere debeat Executor, cum resignato Beneficio ad favorem (quo casu semper Litteræ, ut diximus, expediuntur in forma *dignum*) & tamen resignatarius non reperiatur idoneus, num decernet vacare Beneficium, an illud retineri debere per resignantem?

Garzia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *numero* 36. docere videtur, quod resignans non possit tunc redire ad Beneficium cum scienter inhabili, & indigno resignaverit; est enim tunc in culpa, nec tunc illa clausula, *nec alias*, &c. potest aliquid operari ad favorem resignantis; quod latius explicat Garzia, qui tamen aliter tenere videtur cum culpa resignantis non interfuerit, quia non habebat probabilem scientiam inhabilitatis resignatarii: quare Garzia videtur distinguere inter casum, in quo resignans habuerit probabilem causam reputandi idoneum resignatarium; & eum casum, in quo non habuerit hanc causam, ut in primo caso resignanti licitum sit redire, secus in secundo. Ideo secundum opinionem Garziæ Executor in primo casu debeat decernere resignantem retinere debere, seu reintegrandum ad Beneficium, in secundo vero vacare.

Hinc doctrinam Garziæ omnino refellit Lotter. *de re* 75
benef. lib. 3. *quæst.* 14. *numero* 55. qui primo dicit, quod hæc distinctio procedat ad effectum excusandi a dolo, & a peccato, secus vero a culpa. Secundo, quod hæc distinctio non potest adaptari in hac materia, quia dum resignans ad alterius favorem resignat, etiamsi cum Papa agere videatur, quod certe illi personæ conferatur: tamen subintelligatur conditio, ut ita hoc obtineat, si ille sit habilis, cum in omissis pacifcentes se teneantur conformare legis dispositioni; ideo sicuti inhabilis resignatarius rejiciatur ab Executore, de novo providendum erit Beneficium tanquam vacans per resignationem secundum hunc Doctorem, qui *num.* 50. antea præmiserat, quod aliud est quærere, quando resignans dicitur destitutus omni jure, seu quando ablatum sit ab eo jus Beneficii, ut dicetur consumpta vacatio, aliud quando dicatur resignatario jus quæsitum in Beneficio, ita ut Beneficium veluti plenum ex persona resignatarii aliter quam ex ea vacare nequeat; nam quoad effectum destitutionis resignantis eo ipso dicatur consumpta vacatio, ac admissa est per Papam resignatio, & acceptata a resignatario, quia ex parte sua est actus perfectus, & consummatus, juxta *capit. ex transmissa de renunciat.* ideo dicit Lotter. *numero* 53. si resignatarius reprobetur, conditio illa sive tacita, sive expressa (si Beneficium certæ personæ conferatur) respicit factum superioris conferre habentis, cum ab illius auctoritate totaliter dependeat, & satis habetur pro adimpleto factum illud quandocunque per ipsum non stat, sed per eum, cui est adimplendum quominus adimpleatur, juxta regulam textus in *leg. hæc venditio ff. de contrah. empt.* unde dicit Lotter. quod hoc casu arcetur resignans a regressu, cum ex se, & ex sui parte actus sit perfectus, & consummatus, ut illum est videre.

Petrus Franc. Tond. de Salingerio vir utique doctus 76
tractat hanc quæstionem in *c.* 60. *de pens.* qui postquam multa adduxerit pro Sententia, quod non liceat resignanti ad Beneficium resignatum redire *num.* 20. adducit multa pro contraria sententia, quod scilicet liceat, per clausula illam, *nec alias, nec aliter*, &c. quæ apponitur in dictis mandatis resignationum ad favorem certæ personæ, quæ efficit, quod nisi jus perfecte quæratur resignatario per adeptionem possessionis, totum remanet penes resignantem, juxta doctrina Peril. *lib.* 6. *q.* 3. *numero* 8. *de Resignat.* Garz. *part.* 6. *cap.* 1. *sub numer.* 216. Cardin. Othob. *decis.* 106. *numer.* 4. quod procedere ampliat etiamsi dicta conditio non sit expresse apposita; nam semper resignatio habet hanc tacitam conditionem: ipse vero Tondut. *num.* 23. in hac ambiguitate concludendum esse dicit, quod si quis Beneficium incapaci scienter resignaverit, totum jus abdicatur a resignante, & cum resignatarius est incapax non poterit redire, quia qui resignat nulliter, & scienter inhabili, & incapaci, privatur Beneficio resignato, nec ad illud debet redire, allegat Costam *de juris, & facti ignorantia cent.* 2. *dist.* 44. *num.* 5. Paris. *de Resignat. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 118. & *lib.* 9. *quæst.* 21. *n.* 8. Seraph. *decis.* 25. Si vero ignoranter ignorantia non culpabili, nec dolosa, ignorans non privabitur jure suo, & ad suum Beneficium redibit, cum resignatarius non reperitur idoneus ab Executore. Confirmat hanc suam doctrinam Tondut. a simili; nam Episcopus, vel alius Collator si indigno conferat Beneficium, pro illa vice privatur facultate conferendi, juxta textum *in cap. cum in cunctis §. fin. de elect.* & alibi, quod tamen procedit, cum collatio fit a sciente, secus si ab ignorante, juxta *c. postulasti*, & *c. cum Apostolica de Clerico excommunicato ministrante*; sic tunc Patronus præsentans indignum privatur illa vice jure præsentandi, quando scienter præsentaverit indignum; secus si ignoranter, Vivian. *lib.* 6. *c.* 1. *n.* 71. *de Jurepatronatus*, & alii communiter.

Difficultas remanet secundum Tondut. in duobus du- 77
biis,

bilis, quatenus hoc casu resignantis requiratur scientia, & quomodo probetur, secundum quomodo privari possit resignans jure, quod habet in Beneficio, cum supponi debeat resignatario duplici sub conditione fuisse provisum. Prima dum resignatio fit facta ad favorem certæ personæ cum clausule, *nec alias*. Secunda, quod provisio fuerit facta sub forma *dignum*, & sic cum resignatarius provisus non fuerit dignus, provisio habetur pro non facta.

78 Ad primum respondit Tondutus, quod in Collatore ordinario præsumitur scientia, & notitia qualitatis illius cui Beneficium confertur, cum teneatur de illa se informare; in resignante vero, qui non tenetur ad tam exactam diligentiam, remittatur arbitrio Judicis, qui ex circumstantiis judicare poterit, an dolus interfuerit; nam si vere culpa resignantis intervenerit, privabitur jure suo in totum, juxta decisionem Burat. 512. *n.* 10.

79 In quantum ad secundum dubium dicit Tondut. *n.* 29. quod majorem continet difficultatem, quia quando agitur de resignatione facta in favorem certæ personæ, & provisio fuerit facta in forma *dignum*, resignans non amittit jura sua, nisi postquam fuerit quæsitum jus resignatario per collationem, postquam Litteræ per Executorem fuerint executioni demandatæ, juxta decisionem Rotæ apud Garz. *part.* 6. *cap.* 2. *n.* 126. & per Merlin. *decis.* 156. *n.* 6. & per hanc rationem concludit Tondut. *n.* 30. quod si resignans non fuerit in culpa, sed habuerit justam causam credendi resignatarium fuisse idoneum, si talis in examine vigore clausulæ, *in forma dignum*, repertus non fuerit, sui Beneficii possessionem retinebit.

Sed certe hoc, quod postremo loco *numero* 29. *&* 30. tradit Tond. dixerat antea *a numero* 23. *cum seqq.* ac in substantia idem mihi videtur esse.

80 Dicendum est igitur, & tenendum, quod cum quis bona fide (ut præsumitur semper) Beneficium resignaverit ad alterius favorem, & Litteræ fuerint expeditæ in forma *dignum*, tunc si resignatarius ab Executore non fuerit repertus idoneus, non per hoc dicitur vacare Beneficium ex resignatione, ut dixit Lotter. nec alteri conferri poterit; sed quia jus, & titulus remansit apud resignantem, nec ab eo fuit illud jus abdicatum, nisi resignatario fuerit perfecte quæsitum, ut omnes admittunt, ex quo resignatio saltem tacite conditionalis fuerit; ideo in casu, quo resignatarius non poterit habere Beneficium, quia Executor eum idoneum, & sufficientem non reperit, resignatio habebitur pro non facta.

81 Quod & melius probatur ex his, quæ alibi diximus, nempe quod in resignationibus ad favorem in manibus Sanctissimi factis transfertur Beneficium de persona in personam: & quamvis inter Nostros fuerit controversia an in hujusmodi resignationibus detur vacatio, de qua re vide Paris. *de resig. lib.* 1. *q.* 4. *a numero* 18. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 24. *a principio*, & alios, attamen concordant, hujusmodi vacationem momentaneam esse, ac in eo puncto temporis consistere, in quo Papa resignationes admittit; nam tunc jus, quod residet in resignante transfertur in resignatarium, quod in illo actu perficitur, cum Papa signat supplicationem, cum illa Signatura, *fiat, ut petitur*, in qua tota vis Gratiæ consistit: in illo enim temporis momento vacationem compleri astruunt Nostri, quorum in supplicationibus, quæ pro resignationibus Papæ porriguntur, resignantes sponte dimittunt Beneficia, & resignatarii unico contextu petunt sibi conferri; dicit enim Lotter. quod
82 nec actus resignantium in dimittendo, nec resignatorum in petendo ipsis conferri, possunt inducere vacationem; sed tamen Signatura Papæ, quæ cum operetur ad petentium voluntatem, ita restricta, & limitata videtur, ut non possit aliter operari, quam ut Beneficium resignatum illi duntaxat quæratur, ad cujus favorem resignans illud in manibus Papæ resignavit, & ideo tam celeris est vacatio, & momentanea, ut pluribus visum fuerit potius non vacationem, quam vacationem in resignationibus considerandam, ut existimant Probus *ad tract. cap. fin. de Cons. in* 6. *numero* 9. Marescottus *var. lib.* 1. *capit.* 52. *a numero* 9. Gonzalez *ad reg.* 8. *glos.* 14. *numero* 8. Rota *in Legionen. Canonicatus* coram Royas 23. *Januarii* 1640. *&* *in Faven. Jurispatronatus* 10. *Decembris* coram Verospio *numero* 2. quam colligit Tond. *post tractat. de pens. numero* 42. *in ordine*, *&* *in Bisuntina Thesauraria* 2. *Junii* 1649. coram Leone Verospio 161. *vel* 163. *numero* 13, *part.* 11. *recent.* fuit dictum, quod in resignationibus ad favorem nulla potest considerari vacatio, ut aliis conferatur, nullumque medium inter actualem resignantis di-
83 missionem, & successivam resignatarii provisionem; & ibi citantur aliæ decisiones: & quamvis loco citato sustinuerit dari in hujusmodi resignationibus ad favorem veram vacationem, non secus ac in simplicibus, ut ipse acute, & accurate rem explicat; attamen *numer.* 42. firmavit Beneficium resignatum ad alterius favorem ita illi personæ esse affectum, & debitum, ut alteri conferri nequeat, cum ejus intuitu duntaxat fuerit facta admissio a Papa, qui cum voluntate contrahentium, seu supplicantium omnino se conformare videtur. Certum namque est, quod in resignationibus ad favorem non contingit vacatio libera; ita ut cuilibet licitum sit ad Beneficium concurrere, ut prætendebant aliqui mei Diœcesani non scientes terminos; nec etiam Summo Pontifici libera relinquitur dispositio aliis, quam ei, ad cujus favorem facta est resignatio conferendi Beneficium resignatum; quod certo suadetur ex natura rei, & ex clausule illa restrictiva, & limitativa, quæ vel semper apponitur, vel expresse, vel tacite, nec alias, nec aliter, nec alio modo, quæ ita restringit voluntatem, & consensum resignantis, ut haud possit aliter fieri, optime Rota in sæpe citata *Valentina Parochialis* coram Emin. Cerro *de anno* 1644. *quæ est* 263. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* Actus enim Agentium non operantur ultra eorum voluntatem, & intentionem, & cum in iis resignationibus voluntas resignantis sit limitata, & restricta ad certam personam, & ut illi tantum quæratur, & non alteri Beneficium, hunc, & non alium effectum producere possunt resignationes, quod procedit, esto resignatio nulla foret; nam non datur vacatio, nec jus a resignante abdicatum censetur, optime in *Faventina Jurispatronatus* 14. *Decembris* 1651. coram bon. mem. Verospio 207. *part.* 11.

Hinc patet responsio ad ea, quæ dixit Lotter. qui do- 84
cuit tunc vacationem induci, cum resignatarius non fuerit repertus idoneus; affirmo enim, quod actus dicitur consummatus respectu resignantis post admissam resignationem, non tamen simpliciter, sed conditionate, ut ei acquiratur, ad cujus favorem resignavit resignans; nam non intendit abdicare a se titulum, & jus, nisi ad effectum, ut tali certæ personæ quæratur, respectu cujus dicitur actus consummatus, & perfectus, cum ita quoque Papa operare intendat, ne respectu Papæ dicatur actus consummatus simpliciter, sed conditionate, & ita voluntas Papæ, & resignantis in unum tendere videntur; subscribit enim Papa (*fiat, ut petitur*) per quam subscriptionem approbat petitionem Oratorum, nempe ut de resignante in resignatarium Beneficium transferatur, conditionem autem idoneitatis supposuit necessarium, & Papa ipse, & resignans supponit, quo cessante, & mens utriusque cessat; nam neque resignans resignaret eidem, neque Papa talem admisisset resignationem. Igitur cum voluntas resignantis fuerit non absoluta abdicandi a se totaliter Beneficium, sed in Gratiam certæ personæ ob peculiare benevolentiam, respectu talis personæ dici poterit actus consummatus, & non simpliciter, prout dixit Lotter. & cum resignatio non poterit habere effectum respectu hujus Beneficii, potest induci vacatio Beneficii simpliciter, ut alteri provideri possit.

Cum vero mala fide, & scienter non idoneo resignat, 85
tunc dici poterit, quod in pœnam Beneficium per resignationem vacabit: sed hoc difficilis, sed quasi impossibilis probationis, cum hæc scientia in animo consistat, & alioquin non præsumitur, quod quis suum velit amittere.

Pro nostra hac sententia facit optime decisio Rotæ in 86
Calaguritana Canonicatus 17. *Martii* 1651. coram Amato Dunozetto, quæ est penes Tondut. 26. *post tract. de pens.* & penes ipsum Dunozet. *tom.* 2. *decis.* 881. in qua habetur, quod quidam Joannes Fernandez mediante speciali Procuratore renunciaverit in manibus Sanctissimi Canonicatum ad favorem Francisci Hieronymi Lopez, qui expeditis Litteris suæ provisionis non potuit frui tali Gratia resignationis, quia de tempore præstiti consensus Lopez non erat Clericus, sic resignatio fuit nulla; & quamvis postea obtinuerit novam provisionem post Clericatum obtentum, quia consensus non fuit de novo formiter præstitus, fuit dictum, resignationem nullam, & invalidam, nec tamen inductam vacationem Canonicatus, nec abdicatum jus a resignante, & ibi *numero* 3. *&* 4. assignatur ratio, quia consensus resignantis implicitam saltem conditionem continet, quatenus resignatarius sit ha-

bitis, ejusque Beneficium plene quæratur, & non aliter, & super eadem conditione censetur Papa admittere resignationem: ad quod ibi allegantur variæ decisiones Rotæ & Doctores, præsertim Gonz. *part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 154. Seraph. *decis.* 149. *n.* 8. & alii.

Et in eadem decisiones *num.* 5. respondetur ad objectum, nempe, quod resignans sciverit defectum hujusmodi Clericatus, & nihilominus dederit mandatum ad resignandum; respondet inquam Rota, quod dicta scientia non probata fuit, cum illa non præsumatur, & cum agatur de magno præjudicio, requirebatur scientia certa, & indubitata resignantis, quod resignatarius erat inhabilis, nec præsumpta visa fuit ibi sufficiens.

Si enim per resignationem factam Laico, & penitus incapaci, & inhabili resignans non amisit Beneficium, nec ab eo fuit dictum abdicatum jus, quia resignatio nulla; ergo a fortiori cum Clerico, qui ex se præsumitur idoneus, licet postea ab Executore non idoneus reperiatur, resignans retinebit suum Beneficium, nec Executor poterit decernere vacationem hujusmodi Beneficii: & ita regulariter erit judicandum, cum scientia indubitata inhabilitatis, & insufficientiæ resignatarii, quam Rota requirit, fere nunquam probari poterit. Sed post scripta pervenerunt ad meas manus quædam Rotæ decisiones manuscriptæ, & inter eas quædam a *Leodien. Beneficii* 30. *Maii* 1672. coram R. P. D. Priolo bon. mem. in qua in §. Ex alio autem capite, expresse fuit dictum, quod per resignationem factam in manibus Papæ ad favorem ejus, quem resignans sciebat esse Laicum, & incapacem, resignans cecidit a jure suo; & ibi allegantur aliæ decisiones recentiores d. anno 1668. coram ipsomet Bichio.

87 Sed quid dicendum, cum resignatarius diem claudit extremum antequam Executor Litteras justificaverit, & executus fuerit, in humanis remanente resignante.

Per ea, quæ diximus nuper, videtur concludendum resignantem debere remanere in Beneficio, quia quousque resignatario perfecte non quæratur Beneficium, cum censetur abdicatum jus a resignante, sed ante justificationem, & executionem Litterarum nullum jus quæritur resignatario; ergo si contingat mors ante hoc tempus resignatarii, resignans debet remanere in Beneficio, quia nullum jus ab eo fuit abdicatum.

88 Melchior Lotter. *in d. quæst.* 14. *numer.* 51. & 52. dicit, quod cum agitur de effectu simplicis destitutionis resignantis eo ipso dicitur consumpta vacatio, ac admissa est per Papam resignatio, & resignatarius illam acceptavit: ac proinde si resignatarius expediverit Litteras in forma *dignum*, & illis nedum justificatis, & executis contingat mori, arcetur resignans a regresso ad Beneficium resignatum, quia in quantum ad ipsum actus fuit perfectus, & consummatus, ad textum *in cap. ex transmissa, de renunciat.*

89 In hac quæstione multa de plano procedere videntur: multa vero habent difficultatem. Quæ de plano procedunt, sunt, quòd si resignatarius moriatur, antequam resignans præstet consensum formalem in Cancellaria, tunc certe, quod resignans retinet Beneficium, quia ante præstationem dicti consensus nihil omnino actum videtur: & sicuti potest resignans usque ad illud tempus pœnitere, quia nihil omnino acquisitum fuit resignatario; ita hoc casu non potest dari vacatio, si resignatarius præmoriatur, & resignans debet restare in Beneficio, se-
90 cundum quod etiam certum existimo, si resignatarius vitam finiet antequam resignationem ad sui favorem factam acceptet, adhuc resignans debet restituere Beneficium, quia ante hujusmodi acceptationem nihil est acquisitum resignatario, nec per ejus obitum induci poterit vacatio, Gonzal. *glos.* 15. §. 2. *n.* 6. nam ante acceptationem factam a resignatario non abdicatur jus a resignante, Tondut. *part.* 2. *cap.* 4. §. 7. *n.* 12. & 18. dictam acceptationem supponit Lotter.

91 Quæ vero habent difficultatem, primum est si resignatarius moriatur post consensum resignantis, & post acceptationem ab ipso factam, ante tamen expeditionem Litterarum, vel post expeditionem Litterarum, antequam tamen idoneus repertus fuerit. In quantum ad primum pro opinione, quod resignans non amittat Beneficium, facit, quod antequam Litteræ sint expeditæ nunquam dicitur abdicatum jus a resignante, ut firmat Spada *cons.* 50. *num.* 13. *tomo* 2. præsertim cum in forma *dignum* Litteræ fuerint expeditæ, Rota *decis.* 569. *num.* 26. penes Rubeum *tomo* 1. *part.* 2.

Vice tamen versa obstant considerata per Lotter. *loco cit.* 92
nempe, quod actus sit consummatus respectu resignantis. Item facit, quia ex sola supplicatione signata, & registrata inducitur vera vacatio secundum Rot. præter alios Sarnen. *in regula de infirmis quæst.* 18. Gonzalez *glos.* 15. §. 2. *a num.* 10. *cum seqq. præsertim num.* 16. Amayden *cap.* 32. *numer.* 26. Rota apud Amatum Dunozettum *decis.* 33. *numer.* 7. & alibi sæpe, quæ Rotæ sententia fundatur super illo solido principio, quod ex supplicatione signata, & registrata acquiritur jus considerabile, & irresolubile, & ex jure communi nulla requiritur expeditio Litterarum.

Hanc opinionem Lotterii tenuit Paris. *lib.* 2. *quæst.* 24. 93
num. 6. ibi: Et hæc conclusio procedit postquam supplicatio signata per Summum Pontificem est registrata; nam tunc poterit fieri hujusmodi resignatio, quæ de stylo Cancellariæ appellatur cessio; & tunc si moriatur ille, ad cujus favorem fuit signata dicta supplicatio, & registrata, dicitur vacare ex ejus obitu, & est vera conclusio per Sarnen. *in q.* 1. *reg. de non judican.* Cassad. *decis.* 29.

Sed responderi poterit ad duas rationes. Ad primam Lot- 94
terii respondetur, quod dicitur actus non absolute consummatus, sed respectu talis resignatarii, & non alias, ut supra fuse dictum est. Ad secundam rationem respondetur dupliciter. Primo, quod licet Rota tenuerit, quod ex sola supplicatione signata, & registrata inducatur vacatio, etiamsi Litteræ non fuerint expeditæ: attamen Cancellaria contrarium tenuit, ut alibi notavimus, & notavit ipsemet Garz. *d. cap.* 2. *numer.* 18. & *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 120. qui dicit, quod standum est stylo Cancellariæ, quæ est organum Papæ, quicquid Rota velit.

Secundo respondetur & melius, quod illa doctrina, 95
quod scilicet per supplicationem signatam, & registratam acquiratur jus perfectum, & inducatur vacatio, procedat, cum supplicatio signatur in forma *gratiosa*, & non cum in forma *dignum*, quia tunc cum nihil certum acquiratur, sed tantum jus ad rem incertum, & eventuale per obitum habentis talem supplicationem non inducitur vacatio, ut ipsemet Garz. *d. cap.* 2. *numero* 17. asserit, quem sequitur Corrad. *in prax. benef. lib.* .... *cap.* ...

Hæc sunt, quæ in hac quæstione considerari possunt: pro nunc nihil determino, sed infra patebit resolutio.

In quantum vero ad aliud dubium, cum scilicet resigna- 96
tarius moritur expeditis Litteris, non tamen justificatis per Executorem; an tunc resignans dictum Beneficium retinere poterit; an vero inducatur vacatio per obitum resignatarii habentis tales Litteras nondum executas; Sermo est de Litteris expeditis in forma *dignum*, nam Litteræ expeditæ in forma *gratiosa* non requirunt justificationem; in quibus terminis habemus claram decisionem Sanchez *in Colonien. Canonicatus* 11. *Martii* 1672. coram Calataju, *vers. Vacasse*, in qua dicitur, quod per mortem resignatarii habentis Litteras expeditas in forma *gratiosa* inducitur vacatio, quamvis possessionem adeptus non fuerit, quia per talem provisionem dicitur consumpta vacatio.

Quod resignans possit redire, nec inducta censeatur 97
vacatio per obitum resignatarii, faciunt, quia in resignatione ad favorem, cum Litteræ fuerint expeditæ in forma *dignum*, jus non abdicatur a resignante, donec Litteræ fuerint justificatæ, & Beneficium resignatum quæsitum resignatario, juxta *decis.* apud Ludovis. 159. *num.* 6. & apud Buratt. *decis.* 830. & 92. *part.* 6. *recent.* Rota apud Amatum Dunozett. *decis.* 367. *num.* 28. & *in d. Leodien. Canonicatus S. Dionysii* 27. *Martii* 1633. coram Coccin. & 28. *Junii* 1628. coram Pirov. Caril. *decis.* 238 *num.* 2. optime Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 75. nam deficit intentio resignantis, & sic nunquam abdicatur jus ab eo, nisi Litteræ in forma *dignum* fuerint justificatæ, Barbosa ita loquitur, nec probatur effectuatio, nec jus abdicatur a resignante, donec Litteræ fuerint executæ, & Beneficium resignatario acquisitum, Rota coram Gregor. XV. *decis.* 259. *numer.* 6. & fuit dictum *in Abulen.* &
Zamoren. Beneficiorum 16. *Junii* 1644. coram Penia, im- 98
pressa per Garz. *de Benef. part.* 6. *capit.* 2. *num.* 126. & *in Burgen. Canonicatus* 28. *Aprilis* 1597. coram Card. Pamphilio *sen.* impressa per Marches. *de Commiss. tom.* 1. *pag.* 143. & *in Ampurien. Beneficii* 17. *Februarii* 1624. coram R. P. D. Merlino, & *in Nucerina Parochialis* 28. *Junii* 1630. coram R. P. D. Mernanno, ubi extenditur, quamvis resignans tanquam œconomus ab Ordinario deputa-

tus

tus Beneficium administrasset, quia hujusmodi actus non
concludit necessario, quod resignans habuerit animum
abdicandi a se Beneficium, & possessionem in eventum,
in quem illud perpetuo non acquireretur resignatario;
nam deficiente hac conditione jus remanet penes resi-
gnantem, donec ea purificetur, Achil. *decis.* 4. *numer.* 1.
de rerum permut. & antequam resignatarius ex possessione
adipiscatur; nam dicitur jus ei perfecte quæsitum, & di-
citur esse penes resignantem cui competit manutentio,
Rota *decis.* 286. *num.* 5. & 6. *part.* 14. *recent.* Si vero Be-
neficium non acquiratur resignatario est *decis.* Mohed.
ult. de renunciat. quam secuta est Rota *in d. Nucerina
Parochialis*, & hæc dicitur intentio resignantis, ut dixit
etiam Rota *in Leodien. Canonicatus S. Dionysii* 25. *Maii*
99 1616. coram R. P. D. meo Pirovano. Hinc resignans non
cadit a jure, quod habet super Beneficio, nisi Litteræ
Apostolicæ in forma *dignum* ad favorem resignatarii ex-
peditæ executioni fuerint demandatæ, ut dixit Rota co-
ram Buratt. *inter ejus impressas decis.* 871. & *in d. Ampu-
rien. Beneficii* coram R. P. D. Merlino: Hinc eadem Rota
in Colimbrien. Canonicatus 4. *Februarii* 1632. coram R. P.
D. Merlino impressa per Paul. de Rubeis *decis.* 92. *a numer.*
13. *tom.* 2. *alias part.* 6. *recent.* dicit, quod si Gratia resi-
gnationis fuerit expedita in forma *dignum*, per quam
100 datur duntaxat mandatum de providendo, quatenus resi-
gnatarius reperiatur idoneus, nullumque tribuitur eidem
resignatario jus in re, nec a resignante jus primum abdi-
catur, nisi postquam Gratia mediante collatione facta re-
signatario fuerit executioni mandata; & ista ratione sæpe
fuit per Rotam decisum, quod si moriatur resignans an-
tequam resignatarius justificaverit Litteras resignationis,
dicatur vacare Beneficium per ejus obitum, non autem
per resignationem, ut *d. decis.* 92. *part.* 6. *recent.* & 539.
tom. 3. & *in d. decis.* 283 apud Carill. apud Merlin. *decis.*
538. & apud Rub. *par.* 2. *tom.* 1. *decis.* 564. *num.* 28. Item,
101 quia per provisionem in forma *dignum* non dicitur con-
sumpta vacatio prima, cum ex dicta provisione duntaxat
jus ad rem, & incertum, & eventuale quæratur, Lotter.
lib. 3. *quæst.* 8. *num* 138. Rota *decis.* 498. & 523. & 569. *n.*
22. *part.* 2. *recent.* Caval. *decis.* 447. & Rota *part.* 12. *rec.
decis.* 241. *num.* 16. nihil ponit in esse, Rota *decis.* 160. *ea-
dem part.* 2. sic non potest inducere vacationem ex per-
sona ejus, qui talem habet provisionem, & vacat Be-
neficium, ut prius, ut in dictis decisionibus, præsertim
569 *num.* 25. penes Rub. *part.* 2. *tom.* 1. & optima Ro-
ta apud Amatum Dunozet. *decis.* 352. *numer.* 21. & 367.
num. 25.
102 Probatur etiam hæc opinio: quia sæpe diximus, quod
nunquam jus dicitur abdicatum a resignante, nisi perfecte
sit quæsitum resignatario, & quousque possessio sit huic
perfecte quæsita semper est apud resignantem, & ipse con-
tinuat possessionem; & citatis adde Zecc. *de Benef. cap.* 13.
sub num. 3. *vers. Potest*, non enim jus abdicatur a resignan-
103 te, si resignatio non sit suum effectum sortita, Rota *part.*
10. *recent. decis.* 164. *num.* 10. & clarius in *d. decis.* 367.
apud Amatum Dunozetum *num.* 28. ibi: Prout enim per
dictam Gratiam (loquitur de provisione in forma *dignum*)
non abdicatur jus a resignante, donec Litteræ sint executæ,
& Beneficium resignatario acquisitum, san. mem. Gregor.
XV. *decis.* 1596. Ergo si resignatarius moriatur ante-
quam Litteræ sint justificatæ, resignans retinebit Benefi-
cium, quia nondum est ei jus perfecte quæsitum, quia
ejus intentio fuit limitata respectu talis personæ. Con-
firmatur hæc sententia ex eo, quia cum Litteræ sint
expeditæ in forma *dignum*, & resolvitur provisio, quia
resignatarius non fuit repertus idoneus resignans retinet
Beneficium, quia ut diximus, ejus voluntas fuit limitata;
ergo a fortiori cum moritur resignatarius ante hujusmodi
actum.
104 At ex principiis, & decisionibus ex directo contrariis
probari potest altera contraria sententia, nempe, quia si
contingat mori resignans antequam Litteræ in forma *di-
gnum* sint justificatæ, & executæ, dum scilicet ipsa exe-
cutio stat in suspenso, nihil conferibile ex persona resignan-
tis vacare; nam quamvis jus non est perfecte quæsitum
resignatario tantum est illi Beneficium affectum, ut al-
105 teri conferri nequeat, & illud jus, quod in suspenso
manet, donec fiat executio, quod pendulum vocat Lot-
ter. impedit ne aliter de Beneficio possit disponi, quia si
Executor invenerit resignatarium habilem, & approbave-
rit, vacatio consumetur cum collatione, non attento,
quod dum pendebat executio resignans obierit; si vero il-
lum reprobaverit, providebitur de novo ex vacatione per
resignationem.
Et ad illum objectum, quod fieri potest, nempe, quod 106
ante justificationem Litterarum, & quousque quæratur
jus resignatario non abdicatur a resignante; responde-
tur, quod hoc procedit, quando resignatio non potest
habere effectum suum ob defectum idoneitatis resignan-
tis, vel ob impossibilitatem justificationis narrativæ factæ
in Litteris resignationis, vel ob secutum obitum infra vi-
ginti dies factæ resignationis; secus vero quando resigna-
rio potest suum habere effectum, tunc enim dicitur Be-
neficium vacare per resignationem, quamvis ante approba-
tionem resignatarii resignans decesserit, in puncto Ro- 107
ta apud Carill. *d. decis.* 283. *num.* 3. & 256. *num.* 3. & 4. & 5.
part. 12. ubi aliæ allegantur decisiones, & *in Calaritana
Canonicatus* 20 *Novembris* 1647. coram Peutingerio *part.*
10. *recent. decis.* 112. *num.* 24. & 25. & apud ipsum Peutinger.
decis. 303. *a num.* 20. & 21. & quamvis in resignatione fa- 108
cta cum certis conditionibus antequam conditiones puri-
ficentur contingat obitus resignantis, inducitur vacatio per
obitum ejusdem, Tond. *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 139. *num.* 8.
Amat. Dunozet. *dec.* 33. *num.* 4. & 203. & provisio in
forma *dignum* fit etiam conditionalis, & stetit in suspen-
so, donec Executor processerit, & resignatarium inve-
nerit idoneum, ut idem Tond. dicit *num.* 18. attamen ut
dictum est Gratia in forma *dignum*, & cum clausula illa,
dummodo idoneus, &c. non facit Gratiam conditionalem 109
quoad substantiam, sed solum quoad executionem, Ro-
ta apud Buratt. *decis.* 867. & coram Carillo *dict. decis.* 363.
num. 3. quæ eadem est 218. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* & *in
Toletana Archipresbyteratus* 13 *Junii* 1653. coram Alber-
gato, *vers. non placuit*, *part.* 12. *recent. decis.* 263 *num.*
3. ita quoque Gabriel. *cons.* 186. *lib.* 1. Lotter. *lib.* 3. *quæst.*
14. *a num.* 58. ubi latius rem explicat; Gratia enim in for- 110
ma *dignum* est, quæ a principio, & provisio Executoris
non requiritur de substantia Gratiæ, sed pro illius execu-
tione duntaxat, ita ut purificata idoneitate coram Execu-
tore collatio dicatur facta in ipso instanti provisionis Apo-
stolicæ, Rota *in d. decis.* 172. *num.* 19. 20. & 21. *part.* 11. &
Paris. *de resig. lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 59. qui loquitur in for-
tioribus terminis, nempe, quod post datum consensum
formalem antequam resignatarius Litteras expediat, si mo-
riatur resignans, non dicitur vacare Beneficium per ejus
obitum; cum enim Papa admisit resignationem, & resi-
gnans dedit, præstavitque consensum, supposita ejusdem
supervivientia per viginti dies, jus in Beneficio adeo quæ-
situm dicitur, ut eo non debeat privari antequam Execu-
tor cognoscat de ejus idoneitate, & habilitate: ideo non
poterit dici Beneficium vacare per obitum resignantis,
Garz. *de Benef.* 2 *part.* *cap.* 1. *num.* 129. & 130. Rota *in
eadem Tolet. Archipresbyteratus*, coram Albergato, *die
vero* 30. *Martii* 1659. *vers. nam respectu obitus*, & apud
Eminentiss. Celsum *decis.* 372. quæ habetur etiam *part.*
12. *recent. decis.* 322. in qua decisione dictum fuit, quod 111
licet cum resignatio ad alterius favorem non sortitur effe-
ctum, jus non abdicatur a resignante, quia semper adest
tacita conditio, quatenus Beneficium perfecte acquira-
tur resignatario, ita ut ante nec jus, nec possessio abdi- 112
cetur a resignante, & remaneat in pendenti; attamen ibi
dicitur, quod prædicta procedunt, quando resignatio
non habuit effectum suum, vel ex defectu consensus par-
tis, vel ex defectu consensus Papæ, & narrata non sunt
justificata, vel ex alio impedimento personali; nam
tunc non potest dici, quod resignatario jus sit quæsitum,
prout ibidem exemplificatur in resignatione nulla ex mala
expressione valoris in resignatione ob non servata pacta,
& conditiones, & qualiter in resignatione nulla ob defe-
ctum consensus; secus vero cum resignatio habuit effe-
ctum suum, & cessavit jus resignantis, illudque in resi-
gnatarium translatum fuit eo ipso, quod Papa resignatio-
nem admisit, & Gratiam provisivam concessit; nam nunc
resignans habetur pro mortuo: & ita intelligendas esse
alias decisiones, ita ut si interim resignatione admissa con-
tingat resignantem mori, Beneficium non dicitur vacare
per illius obitum, ut ibi latius habetur. Ideo cum ex
Gratia resignationis in forma *dignum*, remanet solum exe-
quenda respectu justificationis idoneitatis, non potest indu-
cere vacationem per obitum, si resignans ante hoc tem-
pus vitam finiverit, nam sufficit, ut hæc vacatio evitetur
per ipsius mortem, si post datum consensum supervixe-
rit per viginti dies, Cocchier. *in reg.* 25. *sive* 26. *Cancell.*
num. 27. Paris. *loco dict. quæst.* 6. *num.* 59. Laurent. *in con-
terd.*

cerd. Germ. tit. 1. dub. 10. in fine; nam etiam post mortem resignantis, etiamsi consensus non sit præstitus, potest Procurator præstare consensum, ut dictum est supra, & Litteræ expediri possunt post ejus mortem, Spada *cons.* 78, *num.* 15. *tom.* 3.

115 Igitur si non inducitur vacatio per obitum ex persona resignantis, nihilque vacat conferibile ex ejus persona, supposita validitate consensus, & superviventia, necessario sequitur clare, quod si resignatarius moriatur intra tempus justificationis Litterarum resignans non possit amplius redire ad Beneficium resignatum, quia post datum consensum, & post superviventiam necessariam nihil remansit juris, & Beneficii apud ipsum, & omne fuit trans-
116 missum in resignatarium, & per ejus obitum dicetur vacare Beneficium etiam antequam fuerit examinatus, & habilis repertus, Rota *in Barchinon. Parochial.* coram Lancellot. 1574. quam affert Graz. ad hunc effectum 2. *part.* *cap.* 1. *num.* 145.

Quod etiam ex eo corroboratur, quia resignatarius post datum consensum a resignante etiam ante Littera-
117 rum expeditionem poterit illud Beneficium de novo resignare, Paris. *lib.* 3. *de Resig. quæst.* 9. *per tot.* Rota *Barchinonen. Parochialis* 1572. coram Clemente VIII. quam affert Graz. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 144. ergo si potest resignare Beneficium ante Litterarum expeditionem, non vacat per obitum resignantis, quia jus est penes resignatarium; ergo resignans non poterit redire ad Beneficium, si resignatarius moriatur antequam Litteræ exequantur.

Et licet commune sit axioma, quod jus non abdicatur a resignante, donec perfecte quæsitum sit resignatario:
118 attamen hoc intelligitur, ut non censeatur ablatum a resignante respectu alterius, quam resignatarii, ita ut alteri quæri haud possit, ipso resignatario excluso, & postquam fuit præstitus consensus, & supplicatio registrata, resignatario completum fuit jus quæsitum; Germanus *de indultis Cardinalium §. si vero illa*, *num.* 77. & totum jus residet penes ipsum resignatarium, & si Litteræ fuerint in forma *dignum*; nam quamvis talis provisio sit conditionalis respectu executionis: attamen est pura in quantum ad substantiam, ut sæpe dictum est; ergo si moriatur resignatarius ante justificationem, non potest resignans retinere Beneficium, quia jam per consensum præstitum, & Litterarum expeditionem amisit jus translatum in resignatarium.

119 Item probatur, quia si resignatarius non publicet Beneficium, non quæritur resignatario, & tamen non redit ad resignantem, ergo, &c.

Doctores, qui tenere vellent primam sententiam, quod resignans possit redire ad Beneficium, si sequitur mors resignatarii ante executionem Litterarum in forma *dignum*, possunt respondere ad fundamenta hujus sententiæ secundæ, & ad primum fundamentum dicere, quod aliud est, cum moritur resignans antequam resignatarius Litteras justificaverit; & aliud est cum resignatarius ipse moritur ante hujusmodi tempus justificationis; siquidem in primo casu dato consensu per resignantem, & registrata supplicatione dicitur actus perfectus tam ex parte resignantis, quam Papæ, cum utriusque intentio sit, ut resignatarius habeat Beneficium, ita ut nec licita sit pœnitentia resignantis, &
120 solum adimplementum est ex parte resignatarii, si videlicet habeat idoneitatem; ideo cum nihil sit amplius adimplendum ex parte resignantis, & dicitur resignatio perfecta ex sui parte, & jus, quod habebat in Beneficio, sit etiam translatum in resignatarium, & Gratia tunc perfecta est, Rota apud Eminentiss. Celsum 191. n. 13. & ideo non vacat per obitum ejus, Eminentiss. Celsum *decis.* 172. *num.* 8. quia scilicet potest resignatio habere suum effectum, optime in *Burgen. Canonicatus* apud Marches. *tom.* 1. *fol.* 142. Quod adeo verum est, ut si resignans non supervivat per viginti dies, licet regula inducat vacationem per obitum, illam tamen fictam vocaverunt multi Doctores, & veram inductam dicunt, postquam gratia est signata, & datus est consensus.

At in secundo casu, cum resignatarius vitam absolvit antequam adeptus fuit Beneficium sibi resignatum, quia voluntas resignantis fuit conditionata, & limitata, quia in tantum habuit voluntatem abdicandi a se jus, & titulum Beneficii, in quantum quæratur resignatario, & cum hac conditione expresse resignavit, quod importat illa solita clausula, *& non alias*, ideo cum hoc effectum sortiri non
121 possit, quia ille vitam finivit, sequitur clare, quod deficiente ista conditione cessat resignatio, nec censetur ablatum jus a resignante, & ideo recuperat Beneficium, ut dicere videtur *decis. in Legionen. Canonicatus* 10. *Decembris* 1627. coram Amato Dunozetto, apud ipsum 33. *& in eadem Legionen.* 24. *Martii* 1631. coram eodem, & apud eundem 203. semper etiam quod resignatio non potest habere effectum suum sive ex uno, sive ex altero capite non dicitur purificata illa conditio, ita ut quæratur Beneficium resignatario, quæ inducitur per illam clausulam, *nec alias*; ergo semper quando non est purificata dicta conditio, jus non abdicatur a resignante, & non potest induci ex obitu resignatarii, sed Beneficium remanebit apud resignantem, ut videtur dici in allegatis decisionibus apud Amatum Dunozettum.

Concedi enim ultro potest, quod si moriatur resignans post præstitum consensum non inducatur vacatio per ejus obitum: & ex hoc non sequitur, quod si resignatarius moriatur ante purificationem ejus Gratiæ resignans perdat Beneficium, cum ejus voluntas fuerit conditionata, ut scilicet Beneficium quæratur ipsi resignatario; Unde cum non est quæsitum, non fuit ab illo abdicatum; nec ex quo nihil conferibile vacat ex persona resignantis cum moritur ante justificationem inferri potest ad casum contrarium, quo resignatarius moritur ante justificationem Litterarum superstite resignante, ut non possit redire seu retinere Beneficium: quia in primo casu, cum est superstes resignatarius, adimpleri potest voluntas resignantis, & adimpleri condi-
tio; nam Beneficium potest habere resignatarius; in se- 122
cundo vero, cum præmoritur resignatarius, minime; ad decisionem vero 332. *part.* 11. *recent.* quæ est eadem apud Celsum 172. responderi potest, quod ibi resignatio non fuit expedita in forma *dignum*, sed pure, ut ibi clare allegatur *nu.* 11. gratiam provisam pure, & simpliciter ei concessit, quod est diversum ab eo, cum provisio fuit facta in forma *dignum*; nam tunc adest defectus ex parte voluntatis Papæ.

Quod resignatarius post consensum datum a resignante possit Beneficium illud ad alterius favorem resignare,
nihil facit ad rem; concedi enim potest, quod jus sit pe- 123
nes resignatarium post datum consensum, & jus illud sit resignabile ad alterius favorem, sed ex hoc non potest inferri, quod si resolvatur illud jus, quod est penes resignatarium, antequam alteri cedatur, non redeat ad primum resignantem, juxta ejus voluntatem, & conditionem appositam.

Sic quoque affirmari potest, quod post datum consensum resignatio est perfecta, & completa, & jus quæsitum resignatario, etiamsi Litteræ fuerint in forma *dignum*: quia
talis provisio est duntaxat conditionalis quoad executionem 124
non quoad substantiam: attamen semper habet expressam conditionem, dummodo resignatario jus, & Beneficium quæratur.

Ad alteram objectionem de publicatione responderi poterit, quod illud ex peculiari Constitutione Pontificis inductum est, ut dicemus infra suo loco: & cessat quoque objectum, quia talis publicatio solet fieri postquam Litteræ executæ fuerint, & ideo extra casum nostræ disputationis.

Versa vice Doctores, qui tenent, quod resignans non possit redire, respondere possunt ad rationes in contrarium adductas, & cum una responsione multas resolve-
re. Concedi enim ultro potest, quod provisio in forma 125
dignum requirat justificationem idoneitatis, & quod talis provisio nihil ponat in esse ante justificationem, & quod non inducat novam vacationem: tamen negari non potest quin resignatio sit jus quæsitum post consensum, & post superviventiam resignantis, quod tamen jus tantum est resolubile ex capite inhabilitatis resignatarii, & cum non fuerit deventum ad hunc actum jus ei quæsitum non est resolutum, sed firmum remanet penes eum, & per ejus mortem tantum extinguitur, nec potest reverti ad resignantem, ex quo per consensum ab eo fuit avulsum, & transfusum in resignatarium, quia per probationem consensus actus fuit perfecte consummatus ex parte resignantis, quod aperte dixisse videtur Rota apud Eminentiss. Cels. *decis.* 172. *numer.* 11. ibi: Cum igitur a principio jus fuerit acquisitum resignatario, illudque abdicatum a resignante, si deinde jus resignatarii resolvitur, non propterea ad resignantem redit; nam regula est satis trita, quod renunciantibus non datur regressus ad jura renunciata, *leg. quæritur*, *ff. de edilit. edict.* Rot. *decis.* 433. *numer.* 10. *part.* 1. *recent.* *& decis.* 13. *num.* 3. *part.* 9. solum enim inhabilitas resignatarii poterat resolvere jus ei quæsitum, sed quilibet præsumitur

idoneus

idoneus quousque de inhabilitate plene constet; provisio
enim in forma *dignum* ad favorem certæ personæ super
126 certo corpore Beneficii dicitur gratia pura, & per eam ac-
quiritur jus ad rem, *cap. si postquam de præbend. in 6.* &
provisio Executoris solum requiritur pro executione fa-
cienda, quæ differtur in tempus quo impetrans idoneus
127 repetus fuerit, non autem pro acquisitione juris, & sub-
stantiæ Gratiæ, Rot. apud Amatum Dunozett. *decis.* 367.
num. 23. & 24. & in puncto in materia nostra resignationis
fuit dictum *in Burgen. Canonicatus* coram Pamphilio senio-
re apud Marches. *de annotis tom. 1. part. 1. fol.* 142. in qua
decisione aperte legitur, quod in provisione in forma *di-
gnum* de Beneficio resignato acquiritur jus resignatario pu-
re, vel in forma *dignum*, cum paria sint, quod alicui sit
collatum Beneficium certum, vel quod ei debeatur; & il-
la clausula, *quatenus idoneus*, non facit gratiam conditio-
nalem, sed respicit qualitatem idoneitatis, quæ de jure
128 interest, & quod potius sonat in monitionem Executo-
ris, ut intelligat qualis esse debeat, cui providet, & sic
non redditur gratia conditionalis quoad substantiam, sed
respectu executionis faciendæ, quæ est delata in tempus
postquam idoneus repertus fuerit; & licet ista conditio
impediat executionem gratiæ, donec constiterit de ido-
neitate impetrantis, tamen non impedit acquisitionem ju-
ris, si in rei veritate resignatarius sit idoneus: & sic ista
inspectio est circa executionem, non circa juris acquisi-
129 tionem, cum qualitas idoneitatis sit pura, & certa in
rerum natura, licet ignorata, donec examinetur; con-
ditio autem de præterito, vel præsenti non suspendit,
leg. præsens, ff. si cert. pet. ut latius in *d. decis.* quam do-
ctrinam Rota pluries secuta fuit, præsertim *in d. To-
letana Archipresbyteratus* coram Albergato *de anno*
1656.

Nec provisio in forma *dignum* præservat jus resignan-
tis, nisi eo casu, quo resignatio non potuit habere effe-
ctum, quia resignatarius non fuit inhabilis declaratus;
ergo cum moritur ante istam declarationem, quia præ-
sumitur habilis, non potest dici, quod jus resignantis fuit
præservatum, & quod possit redire, & eo magis, quia
130 resignans post datum consensum habetur pro mortuo re-
spectu dicti Beneficii, Paris. *de resignat. lib. 12. quæst. 1.
num* 7. Rota *in d. Burgen. Canonicatus sub num. 3. vers. &
ita cessat*, & apud Eminentissimum Celsum *decis.* 172.
num. 7. & apud Tondutum *post tract. de pens.* 85. præser-
tim, quia conditio idoneitatis non respicit commodum
resignantis.

Deinde provisio in forma *dignum*, quæ fit in vacatio-
ne Beneficii per obitum, est diversa a provisione in forma
dignum, quæ fit in resignatione, siquidem in primo casu
fit de Beneficio vacanti plene, & ideo non consumit an-
tecedentem vacationem, nisi post collationem Executo-
131 ris: at in secundo casu non fit de Beneficio vacante, sed
pleno, quod voluntate Papæ, & possidentis de una in
aliam personam transfertur, nempe de resignante in re-
signatarium, & jam diximus non dari tunc vacationem,
nisi instantaneam; Unde cum jus translatum in resigna-
tarium sit certum, cum adhuc non sit resolutum, per ejus
mortem vacat.

Ad illud vero, quod dicitur, quod voluntas resignan-
tis fuit limitata duntaxat, ut Beneficium quæratur resi-
gnatario, jam sortita est effectum suum, quia vere ha-
buit illud per talem provisionem, quantum attinet ex
parte Papæ, & ex parte ipsius resignantis, & jus perfecte
resignatario fuit quæsitum, & in eo solum casu operabi-
tur quo resignatio resolvitur per non effectuationem resi-
gnationis, vel quia nulliter, vel quia inhabilis resignans
132 jam declaratus fuit, vel ob non adimplementum conditio-
nis; secus si per mortem resignatarii, antequam resigna-
tio sit resoluta, & si incumbat resignans possessioni, do-
nec resignatario quæratur, incumbit de facto, & non de
jure, & possessio illa est tantum mera detentio non pos-
sessio Juris, & titulus fuit translatus in resignatarium illi-
co post actum consummatum per resignantem, juxta doctri-
nam Genn. *de indultis Cardinalium* §. *nec non num.* 23. nec
interim pendante termino executionis penes resignantem
adest aliquis titulus verus, nisi quædam aptitudo, seu ad
summum coloratus titulus aptus ad retinendum in casu re-
solutionis resignationis aliter quam per mortem resigna-
tarii, sive per non adimplementum conditionum, sive
cum inhabilis declaratur ab Executore; alias sequeretur,
quod si Litteræ essent justificatæ per Executorem, posses-
sio tamen non esset capta, adhuc posset resignans redire,
quod videtur alienum a mente Doctorum, cum possessio
nihil conferat ad Beneficii adeptionem, Cocchier. *Reg.
25. seu 26.* Paris. *lib. 10. quæst. 6. nu.* 54. Laurentius *in prax.* 133
ex concordatis German. tit. 1. dub. 10. §. 9. Corrad. *in prax.
Benef. lib. 3. cap. 5. num.* 26. Unde sicut possessio nihil ponit
in esse, etiamsi ante ejus adeptionem moriatur resignata-
rius, dicitur vacare per ejus obitum, nec venit in conside-
ratione respectu resignantis, nec poterit tunc resignans
redire: ita etiam dicendum erit, si ante executionem con-
tingat mors resignatarii, quia nec aliquid ponit in esse
justificatio, & executio Litterarum respectu resignan-
tis, cum ipse omni jure destituatur post datum con-
sensum.

Ad id vero quod dicitur, quod resignans redit ad Bene-
ficium postquam Executor declaravarit inhabilem resigna-
tarium; ergo multo magis redit, si ante hujusmodi decla-
rationem moriatur, respondetur, magnam esse inter 134
utrunque casum disparitatem, siquidem cum resignata-
rius declaratus fuerit inhabilis, jam resolvitur resignatio,
& resolvitur jus quæsitum resignatario, & cum non possit
habere locum, & cum fuerit limitata, non poterit alteri
Beneficium conferri; at cum fuerit deventum ad declara-
tionem habilitatis, & idoneitatis, retinet resignatarius jus
quæsitum ei per resignantem, & cum illo extingui
debet: sic aliud est, cum inhabilitas est patefacta per
Executorem, aliud cum non adhuc ad hunc actum de-
ventum est.

Hæc dici, & considerari possunt in hac quæstione,
pro, & contra. Verum cessat omnis hæsitandi ratio, cum 135
Sacra Rota Romana nostra magistra quæstionem jam re-
solverit ad favorem resignantis, ut scilicet si moriatur resi-
gnatarius ante Litterarum justificationem, & executionem,
resignans retinet Beneficium, nec vacat per obitum resi-
gnatarii, siquidem *in d. Burgensi Canonicatus* apud Mar-
ches. *d. fol.* 142. *num.* 4. ita legitur: Non obstat, quod mo-
rtuo resignatario antequam ei fiat collatio Canonicatus
non vacat ex ejus persona, quia hoc non procedit ex eo,
quod ipse nullum jus habeat, sed quia ei non fuerit ante ha-
bitam collationem plene quæsitum jus in re, quod adhuc
remanebat penes resignantem, donec resignatario acqui-
reretur, juxta decis. Putei 158. *lib.* 3. cum aliis allegatis, &
ideo non mirum, si hoc casu vacat Canonicatus ex persona
resignantis, cum nunquam fuerit plene quæsitum jus resi-
gnatario, & in concursu juris in re, & juris ad rem præ-
ponderat vacatio juris in re, quod non fuerat abdicatum a
resignante.

Et iterum Rota....... apud Rob. *tomo* 2. *decis.* 92. in
ordine decidit, quod si fuerit facta resignatio ad alterius
favorem, & fuerint expeditæ Litteræ in forma *dignum*, & 136
resignatarius diem agat suum extremum antequam Litteræ
sint justificatæ, vacatio inducitur per obitum resignantis,
quia per resignationem in forma *dignum* tantum datur man-
datum de providendo, & non acquiritur jus resignatario,
nisi postquam Gratia mediante collatione facta eidem resi-
gnatario fuerit executioni demandata; ergo semper hoc ca-
su, cum præmoritur resignatarius resignanti ante Littera-
rum justificationem, & executionem, Executor non
potest decernere vacationem Beneficii resignati; & ita
etiam concordat decisio Rotæ apud Merl. 538 *num.* 11.
& aliæ.

Et eo magis hoc procedit, quando ante purificationem
conditionum appositarum in mandato resignatarius diem
finiverit extremum, quod apud omnes est in confesso, & 137
post scripta vidi Tond. *tom. 1. part. 1. cap.* 69. qui *num.* 18.
19. & 20. ita loquitur; Tertio regressus conceditur in
Gallia, quando resignatio facta fuit conditionaliter in fa-
vorem alicujus, & non alias, aliter, nec alio modo, quia
non abdicatur jus a resignante, testatur Pet. Greg. *de inst.
rei Benefic. cap.* 28. *num.* 9. *vers. alioquin, & vers. proinde*,
Rebuff. *in prax. tit. de resignat. condition. num.* 18. *juncto n.*
15. 16. & 17. quia sola possessorio animo, ibi dicitur,
amittitur; sed error retineret, atque resignans non habuit
intentionem dimittendi possessionem, nisi verificatis con-
ditionibus, sub quibus resignatio facta fuit, Paris. *lib.* 1.
de Resig. quæst. 5. *num.* 37. & 38. atque ita judicatum fuisse,
testatur Choppin. *de sacra politia lib. 1. cap.* 8. *num.* 8. Adden.
ad Lotter. *litt. B. num.* 13. post principium; & propter
hanc rationem ita consului super quodam Canonicatu in
partibus Galliæ, cujus resignatarius repertus fuit mortuus
intra suam Cameram ipsamet die, qua Beneficii resignati
possessionem capere debeat, & resignans fuit semper in pos-
sessione manutentus per illas doctrinas, quibus addebam

Rotam

Rotam apud Grat. *de* [illegible] *part* 6. *cap.* 2, *num.* 16. Beib. *de Jur. Eccles. cap.* 15. n. 74. & 75. *lib.* 3. Posth. *de manuten. observ.* 57. *num.* 19. Burat. *dec.* 830. *n.* 3. Rot. *decis.* 4. *de rerum perm.* *in antiquis*, & *decis.* 1. *de renunciat. in novis*, Gonzal. *in reg. de annali quæst.* 56. & idem Tood. *part.* 2. *cap.* 4. §. 7. *n.* 3. *vers.* & *quod resignatarius*, & *n.* 4. in terminis loquitur.

Executor postquam Litteras provisionis resignantis in
forma *dignum* expeditas justificaverit, debet facere colla-
138 tionem, seu Bullas cum inserta forma Litterarum Apo-
stolicarum eo modo quo dictum est, cum egimus de
Executore Litterarum in forma *dignum*, & facta Bulla
debet fieri omnino publicatio resignationis, juxta Bullam
Gregor. XIII. quæ incipit, *Humano vix judicio*: cujus te-
nor talis est.

139 Humano vix judicio ita bene quicquam, & providenter sanciri potest, quin usus sæpe aperiat, doceatque id quod salubre fore credebatur minus experiendo prodesse, quod in illis Constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasve Beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes diversi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster novissime promulgavit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio, necessitasque postulat coercere volentes, statuimus, ut posthac omnes, & quæcunque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendarum, & etiam Litteris Apostolicis non confectis, & possessione non habita, nec non litis, & jurium quorumcunque cessiones, & retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque Beneficiis Ecclesiasticis in nostris, seu Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & Testibus fient, & a nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quæcunque aliæ dispositiones sive temporales, sive perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica sub quacunque forma, & quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Piis Locis quocunque privilegio suffultis facta publicari debeant cum Litteris Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si Beneficium intra montes fuerit; ultra vero intra novem a Data concessionis Gratiæ, non autem a die præfixi super ea consensus numerandos, etiamsi postea concessio Gratiæ hujusmodi ex quavis causa, diversisque subsequentibus Datis, ac quotiescunque, & quovis modo reformata, & valida reddita fuit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto nondum elapso intercesserint; ita ut unicus duntaxat terminus his successivis cessionibus, & retrocessionibus decurrat, ut qui postremus Gratiam habuerit publicationem hujusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in Cathedrali, & in Beneficii Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat ubique, dum frequens Populus ad Missarum solemnia convenerit, palam omnibus Litteræ Apostolicæ prædictæ, earumve transumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio hujusmodi, ac Beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius in cujus favorem Gratia hujusmodi facta est, pronuncientur; ita ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter pervenire, scriptoque de his omnibus exemplo collatio valvis dd. Ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero Ecclesia Beneficii ruralis sit, aut Populo, Conventuque careat, eo casu in Parochiali, intra cujus Parochiæ limites Beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisve manifestis periculis subjaceat, tunc in proxima Parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia; vel si ad illas, aut ustamvis minime sit securus in alia Cathedrali, vel Parochiali viciniori periculorum immuni publicatio hujusmodi peragatur. Is quoque in quem disponi, vel mandati de Beneficio etiam litigioso, vel aliter non possesso sub quacunque forma contigerit possessionem Beneficii intra dictum tempus vigore Litterarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat; & si propter litem, vel aliud legitimum impedimentum nequiverit saltem Litteras Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit, Judici, seu Executori illarum, vel aliis ad quos pertinet per se, vel Procuratorem suum legitimum intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illas pro ipsarum Litterarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere teneantur; Cæterum modus, & forma hic tradita semper, & ubique debeat observari, nec alia, vel æquipollens ullo modo admitti in omnibus hujusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus de quibuscunque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, & tam virorum, quam mulierum, Dignitatibus, Officiis, Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, & quorumvis Ordinum etiam militarium Regularibus etiam electivis, & manualibus, ac etiam de Jurepatronatus Laicorum Illustrium, & alias quomodocunque existentibus, sive pacificis, sive in petitorio, sive in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Concistorio nostro disponi consuevit, seu debet, quæ posthac ex quacunque causa fient, & per Nos, ac prædictos Successores extra tamen dictum Concistorium admittentur etiam cum reservationibus nominis tituli, administrationis, possessionis fructuum etiam omnium, ac rerum, & jurium quorumcunque. Ad prædictorum tamen observationem eum in quem jus sui cessio Beneficii, quod tempore cessionis hujusmodi, & ante illam vigore Litterarum Apostolicarum, ut supra, si ad id tenebatur publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari. Quod si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit dictis terminis, & cuique præscripti sunt elapsi, omnes dispositiones, & Gratiæ resignatorum, & cessorum Beneficiorum, ac jurium cum omnibus inde secutis, sive de pacificis, sive de litigiosis sint irritæ, inanes, nullaque alia Gratia super hujusmodi Beneficio, sive jure cesso iis, quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint hujusmodi Beneficia sic resignata, & cessa quandocunque illa obtinendi, illaque, sive jura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiamsi illæ, alias nullæ, & invalidæ essent, vacavisse, & vacare censeantur eo ipso, nec resignantibus seu cedentibus si postea in sua possessione remaneant constitutione de annali & triennali possessore, nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones etiam propter diuturnam continuatæ possessionis hujusmodi tolerantiam, nec omnino aliud jus, vel Beneficium ullo tempore suffragetur; sed ipsa Beneficia, sive jura sic a principio vacantia a Sede Apostolica prædicta duntaxat impetrari valeant, & concedi; illorum vero impetrationes, vel etiam motu proprio concessiones quibuscunque derogationibus suffultæ nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur, sed specialiter, & expresse ob non servatam præsentis constitutionis formam, aut cum declaratione nominum, & cognominum resignantis, seu cedentis, & Gratiam habentis dispositive, & non conditionaliter fieri omnino debeant; & quicunque sic impetrans, aut Gratiam etiam motu simili habens præfinitum cuique casui tempus prædictum a Data concessionis Gratiæ sibi factæ hujusmodi ea omnia quæ cedens jure prædicto debeat, præstare teneatur: & si pluribus Gratiam hujusmodi fieri contigerit, is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque requisita prædicta adimpleverit, quamvis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita, reservationibus omnibus, nominis, administratione fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum quarumcunque, nec non facultatibus, indultis, & aliis concessionibus, tam resignantibus, seu cedentibus, qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quam aliis, & hujusmodi resignationibus, seu cessionibus a Sede Apostolica factis nihilominus validis plenumque effectum sortituris; sed ne in Beneficiis super possessione, vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri in causis hujusmodi contra cedentem ad ulteriora etiam ad sententiam diffinitivam, & rem judicatam, ac illius executionem quousque ille, qui Gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omissa forma publicationis hujusmodi obtinuit ad causam per se, vel Procuratorem legitimum accesserit, litemque hujusmodi susceperit eo modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitime, si cessio hujusmodi facta non fuisset; ac quicquid interim sic procedendo decretum, & expeditum fuerit, sive cum cedente, sive contra eum, etiam postquam ipse, vel quivis alius incumbentia sibi secundum prædicta præstiterit non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem, & ipsum jus, quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat, illumque ipsum cui Gratia facta est non minus efficiat, quam si ipso legitime citato contra eum decretum, & expeditum fuisset, nec ipse adversus hæc prætextu non acceptatæ Gratiæ, vel etiam illius ignoratæ, aut citationis,

nis, vel intimationis executioni contra ipsum minime demandatæ a jure ratione valeat excusari; possit tamen ipse etiam si in lite, & causa hujusmodi subrogatus non sit quandocunque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & a Judice, coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eam esse repererit, etiam absque rescripto speciali admitti. De Beneficiis autem, quæ deinceps in manibus Ordinariorum collatorum etiam Cardinalium etiam indulta, & facultatas adhoc ab Apostolica Sede habentium, ac Legatorum etiam de Latere, & delegatorum etiam specialium ejusdem Sedis extra Romanam Curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium universum admissionis, vel rejectionis resignationis hujusmodi, & (si per eos facienda erit) provisionis resignati Beneficii juxta Apostolicas, & alias Canonicas Sanctiones omnino absolvant, & qui sic provisus fuerit intra tres menses a die sibi factæ provisionis illam publicet, & possessionem Beneficii capiat modo, & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit ejus provisio, & Beneficium vacare censeatur eo ipso, Ordinariique, prædictique alii, qui hæc uti eis præscribuntur non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis Beneficiis sint ea vice privati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam devoluta existat, aut aliis idoneis ab ipsa Sede duntaxat modo, & forma prædictis concedantur. Decernentes sic per quoscunque judicari debere, nec non irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicti Pii V. & aliis omnibus aliorum prædecessorum nostrorum Constitutionibus de publicandis resignationibus hujusmodi hactenus editis, & reformatis; quas omnes omnino abrogamus. Ita tamen, quod in publicandis illis resignationibus, & concessionibus, quæ in manibus nostris hucusque factæ, & a nobis admissæ sunt, & tempus ad eas publicandas juxta dicti Pii prædecessoris Constitutionem nondum effluxit, Constitutio ipsa quoad eas dumaxat integre observetur, necnon resignantium, sive cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu Procuratorum constitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præservationem suorum jurium, & significationem, quod non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis, & quacunque verborum vi, formula, & multiplicatione expressis, necnon indultis, privilegiis, & gratiis Apostolicis etiam prædictis Cardinalibus, ac eorum, & nostris familiaribus continuis commensalibus, nec non Litterarum Apostolicarum Scriptoribus, Abbreviatoribus, cæterisque Romanæ Curiæ Officialibus, ex quibusvis causis quomodocunque concessis, & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Ut autem præsentes amplius innotescant, volumus, ut earum exemplis etiam impressis Notarii publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ: mandamusque illas in Librum Quinternium appellatum Cancellariæ Apostolicæ ad perpetuam rei memoriam de more deferri. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1583. nonis Januarii, Pontificatus nostri anno duodecimo.

140 Hæc Bulla Gregorii in multis concordat cum Bulla Beati Pii V. quam edidit super eadem hac materia, quæ incipit, *Sanctissimus*; in multis vero discordat, & quid plus disponit: hodie enim Bulla Gregorii est in observantia apud omnes.

Et inprimis notandum est, quod tempus, intra quod fieri debet publicatio, est sex mensium intra montes, ultra vero intra novem menses, sed non a die præstiti consen-
141 sus, sed a die concessionis Gratiæ numerandorum, quod expresse cavetur in utraque Constitutione, nec de hoc dubitari potest; ita ut recesserit opinio antiquorum asserentium hoc tempus incipere a die præstiti consensus, inter quos Sarnen. *in reg. de publicandis quæst.* 7. & si fuerint datæ plures supplicationes, & omnes signatæ, tempus currit a prima supplicatione signata, seu Gratia facta, Paris. *lib.* 11. *quæst.* 2. *numer.* 18. *&* 19. Azor. *lib.* 7. *cap.* 24. *quæst.* 4.

142 Non admittitur moræ purgatio, verum si essent elapsi pauci dies, puta quinque, vel decem, non officeret resignatario, Navarrus *in summa Bull. part.* 2. *rub. de benef. resignatorum public. num.* 13.

Hoc tempus publicandi non currit impedito; nam legi- 143
time impeditus excusatur ab onere publicandi, quod cavetur *in d. Bull. Greg.*

Quare Rota *decis.* 252. *part.* 8. *recent.* dixit, quod Bulla Greg. habet in ventre exceptionem, & limitationem, dummodo resignatarius non fuerit legitime impeditus, nunquam enim terminus præfixus a lege currit impedito, *l. ut perfectius C. de annalibus exceptionalibus*, quod latius exornat Paris. *lib.* 11. *quæst.* 13 *per tot.*

Impedimentum potest esse vel absolutum, vel respectivum; absolutum liberat ab onere omnis publicationis; respectivum a publicatione secundum formam Constitutio- 144
nis, sed non totaliter; neutrum autem potest esse perpetuum: exemplo fiat manifestum: Facta est resignatio in favorem alicujus; verum ante expeditionem Litterarum moritur Papa, quia enim publicatio facienda est cum Litteris desuper confectis, ut cavetur in Bulla, cum Litteræ non sunt expeditæ, nec expediri possunt Sede vacante, non currit tempus resignatario ad publicandum, juxta Constitutionem Gregorii, sed impedimentum non erit perpetuum, sed durante duntaxat Sede vacante; nam cum Sedes fuerit plena, expediri debent Litteræ, & publicatio erit facienda misso edicto, quod intellige, si Sedes diu vacaverit, & resignatarius non potuerit expedire Litteras intra 145
tempus publicationis; alias si vacatio fuerit brevis, & potuerit resignatarius Litteras expedire, & publicare, certe non excusatur resignatarius, & sibi imputandum erit, Paris. *loc. cit. n.* 125. dum ibi requirit, quod vacatio sit per sex menses, Cocchier. *in reg. de publican. sub nu.* 27 Nec hoc 146
casu requiritur aliqua protestatio, quia ubi intervenit legitimum impedimentum nulla requiritur protestatio, Cocchier. *loc. cit.* Prosper August. ad Quarantam *in verbo benef. resig publicatio.*

Si tamen Litteræ fuerint expeditæ, & plumbatæ, licet 147
mors sequatur Pontificis, resignatarius non excusatur a publicando, Paris. *d. lib.* 11. *quæst.* 13. *n.* 124 *&* 125. Prosper de August. ad Quar. *loc. cit. vers. quinto limita*, Barbos. *de jure Ecclesiastico lib.* 3 *cap.* 15. *n.* 188. Lælius Zech *de re Benef. cap* 13 *sub n* 5. *vers & licet*, & adest expressa Constitutio Pii V. incipit, *Sanctissimus*, quam refert Paris. *lib.* 11. *quæst.* 2. *num.* 32. quam ille Pontifex publicavit ad abolendam illorum opinionem, qui existimabant mortuo Papa non esse necessariam publicationem; unde ego existimo, quod hæc publicatio fieri debet, Sede Apostolica vacante, quamvis Litteræ non fuerint coram Executore præsentatæ; nam quamvis tunc Executor non possit procedere ad executionem Litterarum, sed expectare debeat regulam revalidatoriam gratiarum publicandam a Successore Pontifice, juxta ea, quæ alibi notavimus: attamen publicatio erit facienda cum Litteris Apostolicis expeditis, & illæ, sive earum copia erit affigenda in valvis Ecclesiarum, in quibus facienda erit publicatio.

Hinc patet, quomodo intelligendi sunt illi Doctores, qui existimarunt, Sede Apostolica vacante, currere tempus publicandi, & illi qui hoc negarunt; nam qui affirmarunt, præsupponunt Litteras expeditas, qui negant, certe supponere debent Litteras non fuisse expeditas.

Hoc impedimentum, quod Litteræ non potuerint expediri, non solum procedit, quando Papa decessit Litteris non expeditis, sed etiam quando Litteræ non potuerint ex- 148
pediri ob bellum, vel pestem, quia resignatarius nec per se, nec per alium voluit Litterarum expeditionem procurare, Paris. *lib.* 11. *quæst.* 13. *n.* 72.

Sic, si Datarius Papæ retinet supplicationem, & non possent Litteræ expediri, factaque diligentia non potuerit supplicatio haberi, tunc quia resignatarius non est in culpa non currit tempus eidem ad publicandum. Non tamen erit censendum impedimentum legitimum, si expeditio Litterarum fuerit impedita per nihil transeat; nam hoc impedimentum removeri facile poterit extando adversarium co- 149
ram D. Datario, ut fieri consuetum est, Paris. *loc. cit. nu.* 112. *&* 113 Lelius Zech. *sub n.* 5. *vers. excusatur.*

Impedimentum respectivum, per quod excusatur a 150
publicatione secundum formam Constitutionis Gregorii, non autem a totali, erit pestis, vel bellum; nam in dicta Constitutione statuitur, quod publicatio sit facienda in Ecclesia in qua situm est Beneficium, & Cathedrali, ut diximus: attamen cum pestis, vel bellum ibi adest, excusatur resignatarius non a totali publicatione,

sed ne

sed ne teneatur ibi publicare, & tenebitur publicare in loco viciniori, quod expresse cavetur in dicta Bulla Gregorii, ibi, (Vel si locus bello, vel peste, aliisque manifestis periculis subjaceat, tunc in proxima Parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia, vel si ad illas, aut utramvis minime sit securus, in alia Parochiali, vel Cathedrali viciniori periculorum immuni publicatio hujusmodi peragatur,) Quare ex verbis Bullæ clare liquet, quod bellum, vel pestis excusat non a totali publicatione, sed ne fieri necesse sit in loco proprio Beneficii. Verum si bellum, vel pestis sit in tota illa Provincia, vel Regno excusabit a totali; & ita intelligendi erunt Doctores illi, qui bellum, & pestem dicunt esse impedimentum legitimum ne fiat publicatio, ut sunt Parisius, Novarius, Pax Jordanus, & alii.

Carcer de per se non excusat, nec liberat ab onere publicandi, quia publicatio optime fieri poterit per alium;
151 verum si Litteræ non sunt penes resignatarium carceratum, sed penes Judicem, vel alium, qui nolit illas dare, debet tunc se protestare, Paris. *d. q.* 13. *nu.* 151. sed Rota apud Eminen. Celsum 172. *num.* 2. videtur sentire contrarium; est hæc *decis.* 322. *p.* 11. *recent.*

Nec minor ætas, nec infirmitas excusat a publicatione, ut omnes admittunt, sicuti nec excusat, quando Sedes
152 Episcopalis vacat, quia resignatarius debet procurare, quod Litteræ resignationis committantur viciniori, ultra quod potest fieri publicatio, etiamsi Litteræ non sint demandatæ executioni per Executorem.

Verum quando impedimentum est legitimum, ut excu-
153 sari possit, probandum erit ab eo, seu a resignatario, qui in illo se fundat, nec standum erit simplici ejus assertioni, Paris. *loco cit. num.* 21. Novar. *loco cit. num.* 22. Barbos. *d. cap.* 15. *sub n.* 139. Prosper de August. ad Quarantam *loc. cit.* Rota in *d. decis.* 152. *num.* 8. *part.* 8. *recent.* sicuti etiam docere debet de diligentiis, Paris. *loco cit. num.* 110. & 111. Novar. *loc. cit.* Rota *loco cit.* & apud Eminentiss. Celsum *decis.* 172. *n.* 2.

Publicatio hæc fieri debet vivo resignante; nam si mortuo resignante tunc inducitur vacatio ob non publicationem, Rota *in dicta Viterbien.* coram Celso penes i-
154 psum 172. & *part.* 11. *recent. decis.* 322. *num.* 13 & 14. & *in Toletana Archidiaconatus* 3. *Junii* 1658. coram Albergato 357. *num.* 5. *part.* 12. *recent.* ubi allegantur *decis.* 539. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *in Legionen. Canonicatus* 13. *Januarii*, & 27. *Aprilis* 1640. coram Reverendissimo Tarraconen. & Viterbien. 23. *Jun.* & 26. *Junii* 1654. coram Eminentissimo Celso, *decis.* 191. penes eundem, sed *in dicta Legionen.* 23. *Januar.* 1640. coram Royas hoc non videtur legi, *decis.* 89. *in eadem Legionen.* 28. *Martii* 1639.
155 coram eodem penes ipsum. Quod apud me habet aliquam difficultatem: quia ad validitatem resignationis sufficit, ut resignans vivat per viginti dies; sicuti, si resignatarius moriatur intra tempus ad publicandum, non vacat, ob non publicationem, sed per obitum, Rota *in Colonien. Canonicatus* coram Calarao. 11. *Martii* 1672. *vers. non obstat.*

Quandoque enim obtineri potest prorogatio termini ad publicandum, quandoque etiam petitur restitutio adversus non publicationem facta, quandoque etiam nova collatio, ut docet stylus Cancellariæ, & notant omnes Do-
156 ctores, præsertim Paris. Novar. Honorius, Barb. Cocchier. *in d. reg.* & alii; & cum restituitur quis, vel cum prorogatur terminus ad publicandum, tunc publicatio facta in illo termino perinde habetur, ac si in debito termino publicasset, Paris. *loco cit. n.* 139. Lotter. *lib.* 3. *qu.* 21. *n.* 3. Rota apud Manticam *decis.* 113. apud Carillum 283. *nu.* 8. apud Eminentiss. Otbob. *dec.* 154. *n.* 8. & 9. apud Eminentiss. Cels. 322. *n.* 1. Rota *par.* 12. *rec. dec.* 256. *n.* 10. & *p.* 11. *dec.* 13. *n.* 13. & 14 & ibi aliæ allegantur, & recuperat tunc omne jus sicuti prius, Rota *dec.* 218. *n.* 9. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

Verum notet Executor, quod in hujusmodi Gratia restitutoria, vel nova collatione semper apponi solet clausula illa, *dummodo alteri non sit jus quæsitum*; nam tunc restitutio vel nova Gratia concessa resignatario non juvat, si
157 isto medio tempore alter impetraverit, quia Papa dum concedit hujusmodi gratias non intendit præjudicare tertio & juri ei quæsito per aliam impetrationem, advertunt Cocchier. *in d. reg. n.* 27. Barbos. *d. cap.* 15. *n.* 19. Rota apud Manticam *decis.* 113. *n.* 2. videndum tamen est si impetranti sit jus quæsitum, ut dicitur in *dict. decis.* quare Paris. *loco cit. dict. libr.* 11. *quæst.* 13. *numer.* 72. quem sequitur Cocchier. *loco cit.* dat cautelam, ut in hujusmodi Gratia restitutoria derogetur Regulæ de jure quæsito non tollendo.

Post scripta vidi *decis. in dict. Beneventana Canonicatus* 158
14. *par.* 10. *recent.* in qua acriter fuit disputatum, an in Gratia restitutionis, seu prorogationis ad publicandum obtenta pendente lite inter resignatarium, & alium visum sit facienda mentio de lite? & fuerunt deducta fundamenta, & rationes pro utraque parte; & tandem fuit decretum per Sacrum illum Auditorium, quod erant distinguendi duo casus, alter est, quando tempore obtentæ Gratiæ restitutionis fuerit in actis oppositum de non publicatione; alter, quando non fuit oppositum, ut primo casu sit facienda mentio de lite; *secus* vero in secundo, & ibi deducuntur rationes, quia non est prohibitum rem suam quis meliorare, & impetratus solum quod Papæ competebat: & ad id quod dici potest, quod restitutio non detur in præjudicium juris quæsiti, responderunt, quod id procedit de præjudicio juris radicati ex impetratione ob non publicationem, vel ex speciali oppositione facta in judicio, non autem juris invalidi, quod neque comprehenditur sub regula, ut ibidem, & iterum fuit dictum in *d. dec.* 121. *n.* 4. 5. & 6. *part.* 10.

Imo sustinetur Gratia prorogationis ad publicandum, si interim mortuus fuerit resignans, & de tali obitu nulla facta fuerit mentio Papæ, quia dicta Gratia prorogationis non est nova Gratia, sed eadem cum prima, & sic hæc qualitas non erat necessario exprimenda, ex quo Papa ex hoc non se retraxisset a concedenda prorogatione, *d. dec.* 322. *n.* 2.
& 3. apud Eminentissimum Celsum, quæ fuit in *Toletana* 159
Archipresbyteratus 21. *Maii* 1660. verum in alia *Toletana* etiam *Archipresbyteratus* 3. *Junii* 1658. coram Albergato 357. *n.* 2. 3. & 4. *par.* 12. *rec.* in qua declaratur altera ante-
cedens *dec. in eadem Toletana* 13. *Junii* 1657. coram eodem 160
Albergato *vers. quia*, in qua dictum fuit, quod Gratia prorogationis ad publicandum obtenta mortuo resignante sit nulla non facta mentione Papæ de morte resignantis, ut scilicet procedat in Gratia restitutoria ad publicandum, quæ est nova Gratia; secus in prorogatione termini nondum elapsi ad publicandum, quia hæc non est nova Gratia.

Publicatio facienda est igitur in Ecclesia propria Bene- 161
ficii, & in Cathedrali, & si rurale erit Beneficium in Parochiali, & Cathedrali, ut legitur in Bulla Gregorii, quæ in hac re dat formam, licet ut diximus tempore, quo in Ecclesia adest multitudo Populi dum divina officia celebrantur, ut expresse cavetur tam in Bulla Pii, quam Gregorii, in quo etiam forma est introducta. Multi tamen Doctores
existimarunt non esse necessarium, ut hæc publicatio fiat 162
in diebus solemnibus de præcepto, sed satis esse si in diebus ferialibus, dummodo tamen adsit multitudo Populi, quam solum videtur requirere utraque Bulla, ut omnibus innotescat, quod & contingere potest die feriato, ita Paris. *lib.* 11. *qu.* 6. *sub n.* 22. ibi si autem constabit Cocchier. *in reg. de publican. sub num.* 15. *vers. sexto*, Lælius Zech. *loco cit. d. num.* 5. *vers. sub forma autem*, Barb. *d. c.* 15. *n.* 195. Novar. *in Sum. Bull. tomo* 2. *verb. Benef. publicatio n.* 10. Rota *part.* 9. *recent. tomo* 1. *dec.* 218. quæ est eadem apud Carill. 283. *num.* 11. in quo etiam dicitur, quod statur assertioni Notarii sive publicantis asserenti, quod tunc adfuerit multitudo Populi.

Rotæ authoritati ultro cedendum est, prout ego semper libenter cedo; attamen loquendo secundum Constitutionem Gregorii contrarium esset de jure dicendum, quia in illa Constitutione expresse cavetur, quod publicatio fieri debeat inter Missarum solemnia; hæc autem solemnia
Missarum intelliguntur fieri die festivo non die feriato; 163
Gregorius autem ibi dat formam, ut ipsemet Papa ibidem expressit, forma autem adimpleri debet specifice non per æquipollens, & est observanda etiam in casu in quo alias non esset observanda, & hunc esse stylum docet idem Paris. *d. quæst.* 6. *n.* 25. & 26. Verum fateor si in aliquo loco celebraretur aliquis dies festivus alicujus sancti, licet non fuerit de præcepto, sed devotionis, ita ut in Ecclesia esset multitudo Populi, tunc certe infra missarum solemnia posset fieri absque aliquo scrupulo publicatio; & licet multi existimarunt, quod licet publicatio fieri possit in Vesperis si adsit multitudo Populi, attamen melius, & securius de mane, ut observavit Zech. & hodie inolevit usus, quod omnes publicationes, seu monitiones fiant de mane dum cantatur missa, & eo fortius, quia in Bulla Greg. dicitur (infra missarum solemnia) quæ cum det formam, observari ad unguem debet.

Publicatio fieri debet cum transumpto Bullarum, seu Litte-

Litterarum Apostolicarum, sive cum ipsis Litteris, alta & intelligibili voce, ut omnibus innotescat cum expressione nominis, & cognominis, tam resignantis, quam resignatarii, prout dicitur in d. Bulla Greg. non tamen erit necesse legere integre Litteras Apostolicas; unde scribunt
164 practici, quod satis erit si publicans habens Litteras in manibus dicat: Omnibus notum sit, quod N. de N. resignavit Beneficium sub invocatione Sancti N. ad favorem N. de N. hæ sunt Litteræ Apostolicæ super dicta resignatione, Garzia *de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 349. Cocch. *in reg. de public. n.* 15. *vers. sexto tempore*, Paris. *dict. lib.* 11. *quæst.* 6. *nu.* 41. Barbos. *dict. cap.* 15. *sub num* 195. Mascob. *in prax. habendi concursum reg.* 7. *dub.* 39. Pax Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 25. Lælius Zech. *dict. cap.* 13. *sub n.* 5. *vers. forma autem*, Novar. *in dict. part.* 2. *verb. Praef. publicatio n.* 13.

165 Debet etiam fieri in Ecclesia ipsa id est intra corpus Ecclesiæ materialis, non autem sufficit ut fiat in choro, nec extra Ecclesiam, sed ubi adest populi multitudo. Doctores omnes citati.

Post publicationem factam affigi debet copia integra Litterarum Apostolicarum ad valvas Ecclesiarum, in quibus fit publicatio; & ita testantur de praxi Pax. Jord. *loc. cit. n.* 15. & alii. Multi vero Doctores existimarunt, quod satis sit quod in aliqua parva chartula annotetur resignatio facta, Beneficii invocatio, qualitas Beneficii, nomen, & cognomen resignantis, & resignatarii, Barbos. *sub num.* 196.
166 Cocchier. & Zech. *loc. cit.* quod etiam colligi videtur ex dicta Bulla, sed praxis inolevit ut integræ Bullæ copia affigatur, postquam ad Executore facta est collatio, quia etiam in collatione, quam facit Executor, inseruntur Litteræ Apostolicæ, & fit una provisio: ideo postquam facta fuerit dicta provisio ab Executore copia istius affigetur in valvis Ecclesiæ, ita vidi observari; verum fieri poterit absque dicta provisione Executoris, cum periculum fuerit in mora.

167 Hæc copia Litterarum debet permanere affixa per aliquot dies, prout advertit Paris. & sufficit una copia in qualibet Ecclesia, licet in Ecclesia sint plures januæ, & plures habeat ingressus Ecclesia prædicta, notant citati, præsertim Barbosa.

168 De hujusmodi publicatione debet fieri actus publicus per Notarium, & quod annotetur in dorso Litterarum Collationis, & tunc creditur Notario asserenti de hujusmodi actu, & se publicasse asserenti juxta formam Constitutionis Greg. Paris. *qu.* 6. *n.* 60. ubi ponit formulam rogitus, quem debet facere Notarius, Parisium sequuntur Barbos. *loc. cit. n.* 296. & affert Rotæ *dec.* apud Vivianum 52. Ricc. *part.* 5. *rub. probandi negativam publicationem res.* 4. & 5. Spad. *cons.* 53. *tom.* 1. & alii passim. In instrumento autem publicationis non est necesse ut Litteræ fuerint insertæ, quia sufficit attestatio Notarii de illarum publicatione, juxta formam Constitutionis Greg. XIII. Buratt. *decis.* 544. *num.* 7. *vers. quinimo*, Rota *part.* 10. *rec. dec.* 140. *n.* 11. sic & sufficit, & probatur publicatio, si a tergo Bullarum Notarius attestetur fuisse factam publicationem, Rota apud Zaratam *decis.* 57. *num.* 6.

169 Omissio publicationis inducit vacationem, ac reservationem attenta dicta Bulla Greg. qui in hoc correxit Constitutionem Pii, in qua solum habetur, quod si non fiat publicatio, resignatio sit nulla, & jus non intelligatur abrogatum a resignante, nec inducitur propterea vacatio: ibi, alioquin, at Gregorius non solum annullavit resignationem, sed inducit vacationem, & reservationem Sedi Apostolicæ, ut expresse legitur, optime Paris. *dict.* 11. *quæst.* 7. *a n.* 29. *cum sequentibus*, & *qu.* 12. *n.* 2. Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 191. *n.* 4. & 5.

170 Dubitant tamen nostri, an hæc sit nova vacatio inducta per Gregorii Constitutionem, an vero sit resolutio prioris juris acquisiti per resignatarium, Paris. *de Resig. libr.* 11. *quæst.* 8. *num.* 6. tenere videtur, quod non inducatur nova vacatio, sed inducatur vacatio per caducitatem, & resolutionem juris ab initio quæsiti resignatario, sic etiam, *quæst.* 12. *num.* 1. in ultimis verbis, & apertius hanc opinionem tenet Lotter. *lib. qu.* 21. *num.* 26. & ita quoque tenere videtur Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 172. *num.* 10. & *apertius decis.* 191. *num.* 4. & 5. per hæc verba: Constitutio enim Gregorii resolvit jus quæsitum resignatario, ut late probat Lotter. *de re Benefic. libr.* 3. *quæst.* 21. *num.* 26. ubi, quod Constitutio non inducit novam vacationem, sed sustinet præcedentem per resignationem, elisa duntaxat Gratia provisiva facta resignatario in ejus odium: quia non publicavit, ut firmatum fuit in *Coloniens. Canonicatus*, *seu ferculi* 16. *Decembris* 1647. coram R. P. D. Meltio, quæ decisio habetur hodie *part.* 10. *recent.* 140. *num.* 5. ibi: Cum dicta Constitutio resolvat simpliciter jus quæsitum resignatario, & nihilominus sustineat præcedentem vacationem per resignationem in ejus videlicet odium, qui non publicavit, Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 305. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 21. *num* 26. Rota *in Camerinen. Parochialis* 7. *Feb.* 1635. coram Reverendiss. D. meo Præside Vallisoletan. *Legionen. Beneficii* 9. *Decembris* 1639. coram R. P. D. meo Ghislerio; & *Legionen. Canonicatus* 23. *Januar.* 1640. coram R. P. D. meo Royas, decisio tamen illa coram Eminentiss. Celso habetur etiam *part.* 11. *recen. dec.* 321.

Sed quod inducatur per Bullam nova vacatio expresse, 171
tenet eadem Sacra Rota apud Carillum *dict. decis.* 283. *nu.* 7. ubi cum dicta Constitutio Gregorii inducat specialem vacationem ob non publicationem retrahendo etiam ad ipsam diem resignationis cum speciali reservatione ad favorem Sedis Apostolicæ.

Pro hac opinione facit, quia omnes Doctores inter mo- 172
dos vacationis Beneficii ponunt hanc ob non publicationem, & eo magis, quia hæc vacatio inducta est speciali Constitutione Gregorii, cum non vacabat prius, sed duntaxat erat nulla resignatio, ut in Constitutione Pii V. expresse cavetur, sed Gregorius in pœnam decrevit Beneficium vacare, ergo nova vacatio in pœnam; imo in eadem Constitutione Gregorii dicitur, quod cum fit impetratio ob non publicationem, debeat hoc dispositive narrari, ita ut hæc vacatio non veniat sub illa clausula, *sive præmisso*, ut alibi notavimus, Tood. *de pens. cap.* 12. *nu.* 7. & quotidie videmus fieri impetrationes ob non publicationem; est igitur nova vacatio, & non resolutio resignationis antiquæ, quia fieri deberet tunc impetratio ob resignationem nullam, & ita videtur loqui Rota *in Legion. Canonicatus* 23. *Jan.* 1640. coram Royas apud ipsum 89. *nu.* 7. ibi: Secundum fundamentum deductum fuit ex eo, quod licet revera subsisteret allegatus defectus non sequutæ publicatione per obitum, prout expresse antea cavebatur in dicta Constitutione Pii V. ex quo ..... illa Constitutio fuit in totum abrogata per Constitutionem præfatam Gregorii, in qua datur nova forma vacationis ob non factam publicationem, ut advertit Rota *in dict.* .....

Sed quidquid de hac re, certum est quod Beneficium va- 173
cat, & est affectum Sedi Apostolicæ speciali Constitutione Pontificia, & de Papæ potestate non est disputandum, cum omnimodam habeat præsertim in his materiis Beneficialibus, quæ vacatio non solum inducitur in dicta Constitutione, quando nulla fit publicatio, sed etiam quando fit, sed non servata forma ejusdem Constitutionis, quod expresse ibidem notatur, ut advertit Paris. *lib.* 11. *qu.* 7. *nu.* 7. qui dicit ita quotidie practicari.

Nec ab ipsa pœna excusat ignorantia hujusmodi Con- 174
stitutionis: quia in Bulla Gregorii adest decretum irritans, quod afficit etiam ignorantes, Paris. *lib.* 11. *q.* 13. 85. Novar. *loc. cit. n* 15. Lotter. *d. l.* 3. *q.* 21. *n.* 33. Lal. Zech *d. c.* 13. *sub n.* 5. *vers. excus.* Cocch. *in d. reg. de Res. nu.* 27. Prosper de August. ad Quar. *loc. cit. vers. tertio amplia*.

Nullusque ab hoc publicationis onere excusatur, quisquis 175
fuerit resignatarius etiamsi S. R. E. Cardinalis, quod expresse in Bulla legitur, præsertim in Gregoriana ibi: Etiam prædictis Cardinalibus, ac eorum ac nostris familiaribus continuis Commensalibus, nec non Litterarum Apostolicarum Scriptoribus, Abbreviatoribus cæterisque Romanæ Curiæ Officialibus ex quibusvis causis quomodocunque concessis & confirmatis, latissime Paris. *lib.* 11. *qu.* 4. Gras. *part.* 11. *c.* 3. Azor. *loco cit. cap.* 24. Cocch. *loc. cit. n.* 17. Filiuc. *tract.* 41. *cap.* 10.

Et in qualicunque Beneficii resignatione facienda est, sive 176
Beneficium sit Sæculare, sive Regulare, cujus Collatio sive Litteræ expediuntur per Datariam, & Cancellariam Apostolicam, etiamsi Beneficium sit Concistoriale, dummodo extra Concistorium provideatur; nam semper facienda est publicatio, quod clare disponitur in Bulla prædicta Gregoriana, ibi: (Cæterum modus, & forma hic tradita semper & ubique debent observari, nec alia vel æquipollens ullo modo admitti, in omnibus hujusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus de quibuscunque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum, Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, quorumvis Ordinum, & militarium Regularibus, etiam electivis, ac manualibus, ac etiam de jurepatronatus Laicorum illustrium, & alias quomodocunque existentibus, sive pacificis, sive in petitorio,

sive

sive in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Concistorio nostro disponi consueveris, seu debet; quæ posthac ex quacunque causa fiant, & per nos ac prædictos successores nostros extra tamen dictum Concistorium admittentur.) Latissime tractant Paris. *lib.* 11. *qu.* 3. Gatz. *dict. part.* 11. *cap.*3. Cocchier. *in dict. regist. de publican. num.* 12. Lælius Zech. *cap.*13. *sub num.* 5. Rebuff. *in eadem reg. de publicand. fol. mihi* 356. *vers. item quia &c.* Barbos. *de jure Ecclesiastico dict. cap.*15. *a n.*190. *cum sequentibus*, Novar. *in d. rub. de Benef. resignat. publicatione*, Pax Jordan. *dict. tit.* 35. ubi alii commemorantur.

177 Et in omni resignatione facienda est publicatio etiamsi nulla sit, dummodo non sit talis ex defectu consensus, quia tunc non venit publicanda, Cocchier. *loco cit. nu.* 24. Novar. *dict. tom.*1. *rub. de Benef. publicatione*, *n.*4. Mascob. *in prax. qu.*7. *dec.*39. *nu.*49. *&* 50. Barbos. *dict. cap.*15. *sub nu.* 191. Spada *cons.*83. *tom.*2.

178 Verum Lotter. *d. qu.*21. in fine videtur expresse tenere, quod ex quacunque causa sit nulla resignatio, quia ab ea non abdicatur jus a resignante, quod non sit publicanda; sed vide Gatz. *parc.* 11. *c.* 3. *n.*277.

179 Si resignatarius resignet Beneficium ante publicationem, quod fieri posse notavimus supra etiam Litteris non expeditis, tunc etiam publicatio erit facienda, quod omnes admittunt, Paris. *d. lib.*11. *quæst.* 4 *a num.* 19. *&* *num.* 21. Cocchier. *loco cit. num.*18. & alii passim, & debet fieri in primo tempore, & idem tempus sex, vel novem mensium tam primo, quam secundo currere debet, intra quod debet fieri publicatio, ut expresse cavetur in dicta Bulla Gregorii, ibi: (Quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsum primum resignantem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto nondum elapso intervenint, ita unus duntaxat terminus omnibus his successivis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremus Gratiam habuerit publicationem hujusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur.) Præter citatos omnes, Spada *cons.*83. *nu.* 5. *tom.* 2. sed non omnes tenentur tunc publicare, sed ultimus, ut existimat Paris. *lib.*11. *quæst.* 2. *num.*21. *vers. ex quo ma.* *ea*; & omnes qui impetrant ex capite non factæ publicationis, tenentur publicare, & si secundo, & tertio. Rota *in Monasterien. Canonicatuum* 20. *Martii* 1637. coram Bourlemont.

In simplici autem dimissione facta coram Sanctissimo simpliciter non requiritur ista publicatio, Lotter. *loc. cit. num* 7. an autem requiratur in resignationibus factis in manibus Ordinarii non est nostrum differere. Cum autem Papa providet jure devoluto ob resignationem nulliter factam coram Ordinario inferiore, tunc requiritur publicatio, Rota *in dict. Monast. Canonicatuum*, coram Bourlemont *per tot.*

180 Resignatarius debet capere possessionem Beneficii sibi resignati infra terminum ad publicandum sibi præscriptum, vel saltem resignatarius debet instare coram Executore, ut sibi possessio tradatur, ut legitur expresse in dicta Constitutione Gregorii ibi: (Possessionem Beneficii intra dictum tempus vigore Litterarum Apostolicarum desuper confectarum nec alias apprehendere debeat, & si propter litem aut aliud legitimum impedimentum nequiverit saltem Litteras Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit, Judici seu Executori illarum, vel aliis ad quos pertinet per se vel Procuratorem suum legitime intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro illarum Litterarum Executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere teneatur:) quam etiam in Bulla B. Pii V. ibi: Ipsique resignatarii, vel Cessionarii realem, & actualem possessionem Beneficiorum hujusmodi realiter cum effectu apprehendere, vel saltem illam infra præfatum &c. In Bulla B. Pii infra præfatum &c. In Bulla B. Pii in resignationibus ultra montes datur annus ad publicandum, vel sex mensium terminus ab his, ad quos illius traditio de jure, vel de consuetudine spectat vere, & non ficte, seu perfunctorie congruo loco, & tempore petere debeat.

181 Ex verbis utriusque Constitutionis sufficit vel possessionem capere infra tempus statutum ad publicandum, vel coram Executore instare, ut sibi possessio tradatur, quia Constitutiones loquuntur alternative, ut legenti patet, advertit in proposito Novar. *in sum. Bull. tom.*1. *rub. de Benef. resignatorum possessione*, *n.* 3. tempus autem incipit a die Datæ, seu concessionis Gratiæ, prout tempus publicandi Novar. *d. tom.*1. *loco cit. n.*11.

Pro cujus rei meliori dilucidatione notandum est, quod 182
licet possessio nihil conferat ad titulū, & juris acquisitionem, cum illa optime acquiratur ex Collatione, quod apud omnes est in confesso, & notatum est supra; attamen hoc jus absque possessione non est firmum: quia absque illa, qui Beneficium obtinuit non potuit se ingerere in administratione Beneficii, optime, & latius Paris. *lib.* 10. *quæst.*6. *in principio.*

Possessionem, quamvis cum illa vacans est propria autho- 183
ritate, capi posse multi existimarunt, Abbas *in c. transmis-*
*sam n.*3. *vers. sed contra de electione*, Lotter. *l.* 3. *quæst.* 22.
*n.*8. *&* 10. Spada *cons.*54. *tom.* 3. attamen possessionem ca-
piendam esse de manu Executoris in Litteris Apostolicis de-
stinati verius esse dicendum est, Paris. *dict. qu.*6. *n.* 27. Ro-
ta apud Amat. Dunoz. *dec.*10. *n.*7. in nostra materia id non
solum colligitur ex dictis Constitutionibus Apostolicis, sed
ita puncto existimarunt Paris. *loc. cit. n.*31. Rota apud Emi- 184
nent. Orhob. *decis.*194. *nu.* 11. nisi tamen provisio fuerit in
forma Gratiosa; nam tunc potest accipi possessio absque
Executore: quia non indiget justificatione Gratia prædi-
cta, Rota *part.*10. *rec. dec.*140. *nu.* 14. ubi aliæ decisiones
allegantur; si tamen propria authoritate capta fuerit, non
erit censendus intrusus qui eam sic acceperit: quia adest ti-
tulus sufficiens præcedens, qui unam intrusionem tollit, Pa-
ris. *loc. cit. num.*30.

Non tamen me latet *decis.* Rotæ *in Firmana Capellania* 185
28. *Aprilis* 1651. coram Bichio 243. *par.* 11. *recent.* in qua fuit dictum, quod possessio capta a proviso Apostolico propria authoritate, quia vacua possessio fuit manutenibilis, quamvis fuerat alius præsentatus, qui non exhibuerat præsentationem coram Executore qui processit non citato præsentato: quia possessor non innitebatur possessioni tanquam captæ ab Executore, sed nudo facto apprehensionis possessionis, quod sufficere dictum fuit quoad manutentionem.

In Regno nostro Neapolitano possessio cujuscunque Be- 186
neficii a Sede Apostolica provisi est capienda manu Notarii, juxta Constitutionem B. Pii V. 26. in ordine, incipit, *Cupientes*, sub pœna actus nullitatis, & privationis Beneficiorum loquitur in §. 8. *d. Bulla:* ibi: Et aliter capta possessio nullius sit roboris, & momenti, ac provisis ipsis nullum jus acquirit, neque illis nullatenus suffragari possit eidem Cameræ Apostolicæ authoritate Apostolica tenore præsentium applicamus, incorporamus, illaque applicata incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere &c.

Dicendum videtur, quod Constitutio prædicta licet lo- 187
quatur de possessione omnium Beneficiorum reservatorum generaliter, vel specialiter, & affectorum hujus nostri Regni Neapolitani quorum collatio fit a Sede Apostolica cum Litteris sub Plumbo, expresse tamen in eadem Constitutione excipitur, cum vacatio contingit per cessum, & ita fit impetratio, ibi: (Et aliar quovis modo præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium) ita in puncto Paris. *lib.* 10. *qu.*6. *n.*38. licet tamen Parisius attribuerit Constitutionem hanc Pio IV. sed revera fuit B. Pii V. Constitutio enim Pii IV. quæ etiam incipit, *Cupientes*, tantum loquitur de reservatione fructuum Beneficiorum Italiæ Sedi Apostolicæ reservatorum, vel affectorum pro tempore, quo aliter, quam per cessum ipsa Beneficia vacaverint, sed de possessione capienda de manu Notarii nullum verbum.

Joan. Antonius Novar. *in* 1. *tom. sum. Bull. in rub. de Benef. reservat possessione capienda de manu Notarii Apostolici*, tribuit hanc Constitutionem Paulo IV. sed credo, quod fuerit error Typographarii; existimat tamen ipse quod possessio etiam Beneficiorum resignatorum Romæ sit accipienda de manu Notarii, cum sint Papæ reservata, sed certe verba Bullæ sunt clara, cum quibus excipiunt vacatio per cessum.

Possessio Beneficii accipienda est in loco residentiæ, un- 188
de si est Canonicatus Cathedralis in Cathedrali, vel in Collegiata si Collegiata erit Ecclesia, & tunc debet capi capitulariter, alias non prodest, Rot. *dec.*701. *par.* 2. *rec.* Ludovis. *dec.* 364. Caval. *dec.* 214. *n.* 1. nec alias esset manutenibilis, ut dicit Belt. ad Ludovis. *dec.* 364 Ut autem dicatur Capitulariter capta, non est opus ut Capitulum ad hunc finem convocetur, sed sufficit si Canonici Capitulariter sint convocati ad alium finem quam ad hunc, Rota *decis.*138. *n.*1. & apud Carill. 214. *nu.* 2. dictum fuit, quod sufficiet, ut tradita sit a Canonicis Capitulum repræsentantibus, etiamsi non fuerint legitime congregati.

Et cum

189 Et cum Canonicis, & Capitulum renuerunt dare possessionem injuste, dicetur sofficienter capta etiam absqua Canonicis, & erit manutenibilis, ut in *dict. decis.* 364. apud Ludovis. ubi Belt. late, *& par. 5. recent. dec.* 97. *n.* 23 & etiam Rota *par. 9 tom. 1. rec. dec.* 78. *n.* 5. & in *d. dec.* apud Carill. 214. in qua *dec.* fuit canonizata possessio data ab uno Canonico Collegiatæ, ex quo alii duo existentes ante fores Ecclesiæ vocati noluerunt tradere possessionem.

190 Nec ibidem fuit æstimata justa causa denegandi possessionem, as quo Capitulum opposuerat, quod resignatio, & proviso erat facta contra formam decreti appositi in Dataria: quia hoc spectabat ad interesse Dataiiæ, nec visum fuit suffragari Capitulo ad effectum impediendi possessionem, & allegatur *dec.* Duran. 55. & Ludovis. 221. etiam dictum fuit in *dict. dec.* apud Carill. *num.* 6. *&* 7. quod nec Capitulum poterat allegare, & opponere, quod Litteræ non erant justificatæ, & quod Litteræ erant subreptitiæ ex defectu taciturnitatis litis inter Capitulum, & resignantem; quia de lite non erat facienda mentio, cum non arat super Capitulo, sed soper provisione: sed tantum Capitulum poterat opponere de aliqua qualitate, quæ requirebatur ex Statuto, Ecclesiæ, quando Statutum fuisset confirmatum a Sede Apostolica, ut in eadem *dec.* axpresso legitur, quæ erit videnda.

191 Si vero Beneficium fuerit curatum, debet accipi in Ecclesia propria Parochiali; sic si Beneficium habeat Ecclesiam propriam, vel Altare in dicta Ecclesia, vel Altari; sic si Ecclesia fuerit profanata, & alteri unita, possessio debet capi in Ecclesia, in qua fuit facta unio, Rota *par.* 4. *rec. dec.* 339. Post. *observ.* 21. *n.* 15, & quando non habet certam, Ecclesiam in Ecclesia matrici ad Altare Majus, Duran. *dec.* 366. si vero non habuerit nomen Sancti, tunc sufficit, ut sit capta in bonis stabilibus dicti Beneficii, Rota *dec.* 132. *tom.* 1. Rub. *etiam dec. tom.* 2.

192 Accipitur autem possessio in Cathedralibus, vel Collegiatis per osculum Altaris Majoris, per assignationem loci, & stalli in Choro, & Capitulo, & receptionem in fratrem, vel in aliis per traditionem clavium, per aspersionem aquæ, & similium, Paref. *d. lib.* 10. *q.* 6. *num.* 46. *&* 47. Rota apud Amatum Dunozet. *dec.* 10.

193 Imo cum Ecclesia fuerit clausa sufficit tangere annulum Ecclesiæ, Cancer. *variarum tom.* 3. *c.* 14. *sub num.* 53. Post. *de manuten. obs.* 21. *num.* 15. Rota apud Peutinger. *decis.* 43. dummodo tamen fuerit præsens is qui authoritatem habet daudi seu immittendi in possessionem, Rota apud Post. *decis.* 275. & cum Ecclesia fuerit clausa, & non habuerit annulum, sufficiet capere possessionem per visum, & aspectum, & tactum januæ, & deambulationem subtus porticum cum claves fuerint penes Oeconomum, vel Vicarium, qui non sit præsens, vel renuat dare claves, Post.

194 *loca cit. dict. obs.* 21. *n.* 16. sic etiam sufficiet per aspectum accipere possessionem, cum non constat de tuto accessu, Ceval. *dec.* 169. Post. *loco cit. vers. sed quid*, & cum quis habuerit recursum ad Judices Ecclesiasticos pro impedienda possessione, tunc habebitur possessio pro capta in odium renuentis, Rota penes Post. 175. *nu.* 15. Post. *loco cit. d. obs.* 21. *n.* 17.

195 Possessio capi potest per Procuratorem, quod extra dubium est, cum hodie in singulis Litteris Apostolicis hoc expresse dicitur, Rota *par.* 2. *recens. dec.* 228. & Procurator potest esse Laicus, nec est necesse ut sit Ecclesiasticus, præter alios Paris. *loca cit. d. l.* 10. *quæst.* 6. *num.* 14. & alii passim.

196 Procurator autem debet habera speciale mandatum, alias incurret in pœnas Constitutionis Gregorii 13. Novar. *dict. tomo* 1. *rub. Beneficiorum resignatorum possessione capienda num.* 8. sufficit tamen ut mandatum sit datum mediante epistola scripta, & subscripta manu provisi, Rota *dec.* 147. *n.* 7. apud Bichium.

197 De actu tamen possessionis acceptæ debet se rogare Notarius publicus, ac conficere rogitum, seu instrumentum ad futuram rei memoriam, ut notant omnes, præsertim Paris. *loca citat.*

198 Notanda tamen multa sunt in nostra hac materia resignationis; siquidem sicuti diximus supra, quod impedito non currit tempus ad publicandum, ita nec ad possessionem capiendam, Novar. *dict. tom.* 1. *rub. de Benef. Resig. possessione capienda num.* 6. imo debet constare per exhibitionem mandati in actis, itam assertio Notarii in instrumento adeptæ possessionis enuncians solum dictum mandatum non sufficiat, sed debet includi mandatum Procuræ ad capiendam possessionem, Rota *decis.* 64. *nu.* 14. 15. *&* 16. *par.* 12. *rec.* mandatum autem per epistolam dari potest ad capiendam possessionem, Rota apud Amat. Dunoz. *dec.* 10. *n.* 3.

Novar *loca cit. nu.* 13. dicit, quod fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa Clerici Honofrii Peretti ipso Novario referente de anno 1634. an dispositio Gregorii circa temporis præfixionem habeat locum etiam in Beneficiis jurispatronatus resignatis in manibus Sanctissimi, ita & taliter nisi capiatur possessio per resignatarium infra spatium sex mensium, sit privatus ipso jure, & collatio spectaret ad summum Pontificem: in qua causa dicit Novarius, quod negativam protulit sententiam, & ita judicatum, & quod ita etiam comprobaverit Reverendissimus D. Curtius Palumbus Decanus Congregationis illius Archiepiscopalis Curiæ & assignat rationem, quia præfata Bulla solum loquitur de Beneficiis nulla facta mentione jurispatronatus, quod quoties Constitutio loquitur de Beneficiis, nunquam includuntur jurispatronatur nisi specialis mentio facta fuerit, ad quod multa allegat Novarius. 199

Sed pareat mihi Novarius, quoniam Bulla expresse loquitur etiam de Beneficiis, quæ existunt de jurepatronatus, ibi: (Ac etiam de jurepatronatus laicorum Illustrium) & sicuti Doctores omnes quotquot fuut quos legi existimant, quod resignationes Beneficiorum resignatorum ad favorem publicari debent infra sex menses, ita & possessio infra eundem accipi debet; nec ex hoc retrahi possunt laici a fundatione talium Beneficiorum, quoniam nullum jus eis aufertur, cum & ipsi præsentare debeant in hujusmodi resignationibus; nam vel Papæ non narratur quod Beneficium sit de jurepatronatus, & provisio est nulla, vel narratur, & tunc omnino non fit gratia a Papa, nisi cum illa clausula (dummodo patronorum accedat consensus) nec aliter facta valet, Ton. *par.* 2. *cap.* 4. §. 7. *num.* 7. & si derogat in medietate jurispatronatus, supponitur, quod jam ab altera medietate fuerit præsentatus. 200

Altera remanet quæstio agitanda, an resignatarius teneatur accipere possessionem vivo resignante. Equidem Paris. *loco cit. d. q.* 6. *n.* 59. hoc non requirit sed posse resignatarium accipere possessionem post mortem resignangnantis, imo posse expedire Litteras post eius mortem, quod & alias notavimus. 201

Sed Tond. tam in 1. *tom. cap.* 4. §. 7. *sub num.* 2. *vers. & quod resignatarius*, quam *tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 130. *nu* 3. & alibi, tenet quod ad hoc ut resignatario ad favorem teneat, requiritur quod resignatarius, vivente resignante, pos- 202
sessionem capiat; sed hoc certe non requiri patet sufficienter ex dictis; nam diximus supra ex authoritate Rotæ, quod moriente resignante ante iustificationem Litterarum faciendam a resignatario, Beneficium non dicitur vacare per obitum resignantis.

Notandum etiam est, quod possessio cum actu voluntariæ iurisdictionis potest capi in diebus festivis, Rota *rec. par.* 11. *dec.* 104. *n.* 3.

Capi autem haud potest possessio Beneficii absque patenti vitio nullitatis, & attentati intra terminum ad appellandum, cum Executor procedit ut mixtus inter partes, quod extra dubium est, & infinitæ adsunt Rotæ decis. & tunc data possessio nec manutenibilis est, Rota apud Amat. Dunozet. *dec.* 138. *n.* 5. *&* 402. *n.* 2. & eo fortius cum processerit appellatio, vel inhibitio a Judice superiore; sic etiam cum coram Ordinario litigaretur, & sententia est appellabilis; nam intra terminum concessum ad appellandum, non potest capi possessio, sic post appellationem interpositam. 203

Insuper notandum venit, quod licet Papa nunquam attentare dicatur, attamen si pendente iudicio coram Ordinario super Beneficio iurispatronatus inter præsentatos, unus eorum, vel uterque impetraverit Litteras Apostolicas, non potest procedi per Executorem ad immissionem possessionis vigore provisionis Apostolicæ; nam Executor tunc dicitur attentare, Rota *decis.* 50. *part.* 12. sed videtur quod contrarium tenuit Rota apud Royar *dec.* 371. in qua dictum fuit, possessionem Subdecanatus Florentiæ captam ab Abbata Sansigliallio in vim provisionis Apostolicæ non fuisse attentatam, quamvis super dicto Subdecanatu aderat lis in Sacra Rota: quia Papa non dicitur attentare, imo præsumitur ad se causam avocare, ut ibi: sed observa quia in *d. decis.* lis erat extincta, & nulla erat lis tempore impetrationis Litterarum ab Abbate Sansigliallio: & ibi etiam dicitur, quod quatenus aderat lis, de ea erat facta mentio per clausulam, *litis statum*, & etiam quia uti Abbas prædictus fuit tertius, qui impetravit dictum Subdecanatum, & sic acta, & lis agitata inter 204

alios eum afficere non poterant, etiam si capiat ex resignatione, quia resignatarius capit, & nanciscitur jus a Papa: quia Papa non prius confert, quam per admissionem resignationis extinguatur jus resignantis. Verum post scripta vidi decisionem apud Arguelles 10. in qua dicitur quod licet Papa lite pendente non dicatur attentare providendo Beneficium litigiosum, attamen possessio exinde capta non potest a vitio attentatorum excusari; cum semper dicatur attentata si infra terminum ad appellandum capiatur, vel contra intentionem Papæ, ut esset enim in Litteris adesset illa clausula, *dummodo tempore data non sit alteri jus quæsitum*, per quam præservantur jura alteri quæsita, & resolvit gratiam: quare mihi dicendum videtur, quod resolutio hujus rei pendet ex voluntate Papæ, quæ dignoscitur ex clausulis in Litteris appositis; nam si facta litis meotione Papa adhuc conferat absque clausula illa, *dummodo alteri non sit jus quæsitum*, procedit resolutio Rotæ apud Royas; sin autem cum clausula, *dummodo, &c.* procedet altera Rotæ resolutio apud Arguelles *dec.* 10. & sic distinctis casibus concordantur decisiones.

ADDITIO

Ad Caput XV. Primæ Partis.

De Executore Litterarum Resignationum *ad favorem*.

SUMMARIUM.

Litteræ Apostolicæ in resignationibus ad favorem *regulariter expediantur in* forma dignum, *possunt tamen expediri in* forma gratiosa, *n.* 1.

Littera resignationis expedire quis debet in termino, præfixo ad publicandum, n. 2.

Litteræ possunt expediri extra terminum cum licentia Domini Regentis Cancellariæ, & sit satisfactum est decreto de expediendis litteris, *n.* 3.

Clausula, dummodo habeat aliunde, &c. *quomodo justificari debeat, n. 4. usque ad* 14.

Commoda sustentatio metienda est juxta morem regionis, n. 15.

Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore in *resignationibus quomodo intelligenda, num.* 16. 17. 18. *&* 19.

Procurator constitutus ad resignandum debet servare formam mandati ad unguem, n. 20. *usque ad* 43.

Executor Litterarum resignationis debet justificare valorem, nu. 44.

Regula de viginti *in resignationibus, quomodo intelligatur, num.* 45. *usque ad* 53.

Procurator ad resignandum debet præstare consensum, si vivo resignante fuerit signata supplicatio a Papa, numer. 54.

Executor male procedit, si non citat resignantem, cum procedit ad executionem Litterarum, n. 55. *&* 56.

Si resignans incumbit possessioni, & de nullitate dicit, quamvis etiam resignatarius possideret, est manutenendus, n. 57. 58. *&* 59.

Resignans an possit redire ad Beneficium resignatum, si resignatarius illius sit incapax, n. 60. *usque ad* 65.

Si resignatarius moriatur antequam Executor exequatur litteras in forma dignum, *num resignans possit redire ad Beneficium, n,* 66. *usque ad* 70.

Bulla S. M. Gregorii XIII. de publicandis, *quomodo intelligenda n.* 71. *usque ad* 82.

Cum obtinetur prorogatio, vel gratia restitutoria ad publicandum, tunc publicatio censetur facta in debito termino, num. 83.

Clausula, dummodo medio tempore non sit alteri jus quæsitum, *quæ ponitur in gratia restitutoria ad publicandum, quomodo intelligatur, n.*84.*usque ad* 87.

Quomodo fieri debeat publicatio, n. 88. 89. 90.

Impetrans ex non publicatione debet ipse quoque publicare, n. 91.

Impetrans ex non publicatione tenetur hanc negativam concludenter justificare, & quomodo, n. 92.

Possessio Beneficii resignati capi debet intra tempus, ad publicandum concessum, & resignatarius debet instare coram Executore pro capienda possessione, num. 93.

Possessio non requiritur ad tituli validitatem, n. 95.

Possessionem vacantem quis propria poterit auctoritate capere, n. 96.

In provisionibus resignationum possessio debet capi cum mandato Executoris, n. 97.

Possessio in quo loco capi debeat, & quomodo, n. 98. *usque ad* 106.

Quando datur impedimentum, possessio dicitur capta per tactum portæ, per aspectum, &c. n. 107. *usque ad* 110.

Executor, pendente termino ad appellandum, non potest immittere in possessionem, & quomodo id procedat, n. 111. *usque ad* 117.

Quomodo currat tempus vero, & ficte contumaci ad appellandum, & quando latitat, n. 118 *usque ad* 124.

Executor, quando procedit, ut merus, non causat attentatum, n. 126.

In Beneficiis Parochialibus neque intra tempus ad appellandum, dari potest possessio, si Executor procedit, ut mistus, n. 127.

Cum proceditur ad institutionem extrajudicialiter, potest procedi ad immissionem infra decem dies, secus si judicialiter, n. 128.

Pendente termino, in edicto præfixo, non potest procedi ad aliquem actum, alias nulliter proceditur, n. 129. *&* 130.

Quoties Signatura Justitiæ rescribit simpliciter de appellatione, tunc censetur admissa appellatio quoad utrumque effectum, nec licet intra terminum aliquid innovare, n. 131. *usque ad* 135.

Fatalia in sententia de partibus incipiunt a die, qua in Signatura causa commissi potuit, n. 136.

Clausula sine præjudicio executionis Litterarum, *quid importet, n.* 137. *usque ad* 141.

Papa, licet non attentet lite pendente concedendo novam provisionem, illa tamen est exequenda per Rotam, n. 142. *usque ad* 146.

Impedimentum, datum ne intimari possit inhibitio, causat attentatum, n. 147.

Tertius non attentat, n. 148. *&* 149.

Possessio non potest dari, non citato alio possessore, n. 150. *usque ad* 164.

Cum in Litteris sunt dati plures Executores, uno electo, non potest ad alterum recurri, n. 165.

Possessio, capta contra Constitutionem B. Pii V. *est nulla, n.* 166.

IN *superioribus additionibus* multa addidimus in hac materia resignationis *ad favorem*, hic tamen aliqua alia notabimus, clarius explicare intendentes tam dicta in hoc capite, quam etiam addita in diversis locis, ad uberiorem intelligentiam: quoniam hæc materia quotidie practicatur.

In primis diximus *sub num.* 1. quod Litteræ resignatio- 1
num *ad favorem* expediuntur in *forma dignum*, juxta *Con-*
stitutionem B. Pii V. 33. quæ incipit *Cogit nos necessitas*;
non tamen negamus, quin in *forma gratiosa* expediri va-
leant: Quoniam Papa omnia potest, nec ita ligatur le-
gibus antecessoris, quin possit illis derogare, aut dispen-
sare; Sed tunc non conceduntur, nisi præviis requisitis,
in puncto Sacra Rota *decis.* 22. *num* 5. *par.* 15. *rec.* Litteras
autem resignationis expediri oportet in termino, præfixo 2
in Bulla Gregorii ad publicandum. Cum autem Papa pro-
rogat terminum ad publicationem faciendam, prorogat
etiam ad expediendum Litteras; Itaque sufficit expedire Lit-
teras in termino prorogato, Rota apud Em. Cerrum *dec.*
202. *n.* 20. *&* 230. *num.* 15. *&* 16. in quibus aliæ allegantur
decisiones. Possunt etiam expediri post dictum tempus
cum licentia oretenus Domini Regentis Cancellariæ, quæ
sufficit, ut satisfactum dicatur *decreto de expediendis litte-*
ris, quod apponitur pro interesse Cameræ; & ita practi-
cari, dixit Sacra Rota *in dict. dec.* 230. *n.* 17. *&* 18. apud
Eminentiss. Cerrum.

Num. 4. diximus, clausulam, *dummodo resignans aliun-*
de habeat unde vivere possit, quæ solet apponi in Litteris 4
resignationum, præsertim cum resignans fuerit ordina-
tus ad titulum illius Beneficii, omnino esse justificandam,
etiamsi post resignans mortuus fuerit. Quod patitur ali-
quam difficultatem: Nam hæc clausula, ut dixit Sacra
Rota apud Eminentissimum Cerrum 250. *numer.* 10. *&*
227. *numer.* 5. & apud Ubacum 103. apponitur ad favo-
rem resignantis, ac ab ipso solo proponi, & apponi de-
bet, eoque non apponente, nullam, vel levem proba-
tionem exposcit, ut in *prædictis decisionibus*. Quod no-

bis di-

bis dicendum videtur (salva tamen alia Sacræ Rotæ deter-
minatione) est in primis, certum omnino videri, quod, si
quis resignaverit Beneficium ad cujus titulum Ordines su-
scepit Sacros, etiamsi in Litteris non adsit expresse illa clau-
sula, *dummodo resignans*, *&c.* quæ semper tacite intelli-
gitur, si resignans non habeat aliunde, unde comode vi-
6 vere possit, resignatio est omnino nulla, obstante decre-
to Sac. Concilii Tridentini *sess.* 21. *c.* 2. *de reformatione*.
Itaut nec vacationem inducat talis resignatio, ut aperte
loquitur Sacra Rota apud eundem Eminentiss. Cerrum
decis. 128. *num.* 3. Secundo arbitramur, cum resignans
7 diem obierit extremum, antequam Litteræ executioni fue-
rint demendatæ (transacto tamen tempore dierum vigin-
ti) tunc, quia illa clausula, *dummodo habeat aliunde unde
commode*, *&c.* est posita favore resignantis, ne cum dede-
core habitus Ecclesiastici cogatur mendicare, prout præ
aliis considerat Paris. *de resignatione*, *lib.* 2. *q.* 6. *num.* 4. *&*
35. Gars. *de Benef. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 195. & Rota *decis.*
126. *num.* 4. & hæc, & non alia videtur intentio Romani
Pontificis, dicimus, quod non erit necessarium verifica-
re dictam clausulam *dummodo*, *&c.* quia cessat omnino
finis, ob quem posita illa fuit in Litteris, & cessante fine
legis, cesset & ipsa lex; Cum vero resignans est in huma-
nis, existimamus, quod dicta clausula omnino erit verifi-
8 canda, & concludenter constare debet Executori, quod
eo tempore resignans habeat aliunde, unde commode vi-
vere possit: quia dicta clausula *dummodo* importat condi-
tionem, omissis aliis, Rota apud Cerrum 862. *num.* 5. &
9 respicit substantiam gratiæ, juxta decretum Sac. Concilii.
Quare illius verificatio est pernecessaria, Paris. *de resi-
gnatione*, *lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 41. Gratianus *discept. forens.
cap.* 991. *num.* 8. Rota *decis.* 31. *num.* 2. *& decis.* 332. *num.*
10 4. *par.* 16. itaut, si Executor procedit ad Litterarum exe-
cutionem, antequam de tali commoda sustentatione resi-
gnantis legitime constiterit, nulliter agit, Grat. *loco citat.
n.* 10 Rota *d. dec.* 31. *n.* 3. Et quidem debet constare con-
cludenter per claras, & perspicuas probationes, Rota
decis. 348. *num.* 4. *par.* 19. quia, ut sæpe diximus, omnis
clausula, quæ conditionem importat, concludenter est
verificanda, præsertim hæc *dummodo*, *&c.* prout diximus
11 de illa, *dummodo remaneant centum*, *&c.* quæ respicit gra-
tiæ substantiam: neque satisfactum dicitur dictæ clausulæ,
si pater fuerit dives, Rota *d. decis.* 348. *par.* 19. & hæc ju-
stificatio clausulæ fieri debet, etiamsi resignans non appo-
nat; & in hoc parcat nobis Sacra Rota *in dictis decisioni-
bus* apud Eminent. Cerrum 227. *&* 250. & quidem, ut di-
ximus *hoc capite n.* 12. & etiam supra annotavimus, debet
constare, quod de tempore executionis habeat aliunde,
unde commode vivere possit, & hæc probatio illud tem-
pus debet percutere, juxta *dictam decisionem* 31. *n.* 17. *par.*
16. & quamvit Rota apud B. Memoriæ Hieron. Priolum
dec. 389. *n.* 14. dixerit, quod, si resignans fuerit ordina-
tus ad titulum Patrimonii, præsumitur, quod habeat a-
liunde, unde vivere possit; tamen hoc debet Executori
constare de tempore executionis Litterarum, ut bene di-
citur in *d. dec.* 31. *in fine par.* 16. *& dict. dec.* 332. *n.* 5. & si
12 attente consideratur *d. dec.* apud Priolum contrarium ex
ea non suadetur: quia in ea tantum dicitur, quod, cum
Executor processerit ad sententiam pro executione Litte-
rarum Apostolicarum, præsumitur, quod ei constiterit, re-
signantem habuisse adhuc Patrimonium, ad cujus titulum
fuerit ordinatus, cum quo commode vivere valeat. Qua-
propter decisio illa fundatur in præsumpta justificatione de
13 tempore executionis. Neque convalidatur resignatio, si
postea resignans acquisiverit bona: quia esset necessarium,
ut habeat bona de tempore executionis Litterarum; & cum
tunc non habeat, nulliter sunt executæ Litteræ, & inva-
lida remanet resignatio: quia quod a principio non va-
let, tractu temporis convalescere non potest, ut expres-
14 se dicitur in *allegatis decisionibus* 31. *&* 332. *par.* 16. *re-
cent.* adeo ut competat tunc resignanti regressus ad Bene-
ficium nulliter resignatum, prout decidit Rota *in allega-
tis decisionibus* 31. *&* 332. Ab alio tamen, seu a tertio, non
potest opponi hæc exceptio, præsertim mortuo resignan-
te, Rota apud Ubaeum *dec.* 104. *nu.* 2. *&* 3. ubi aliæ alle-
15 gantur. Commoda vero substentatio metienda est juxta
morem regionis propriæ, Rota *dec.* 257. *num.* 3. *par.* 1.
recent. & apud Eminent. Cerrum 250. *n.* 9. & apud Uba-
eum *d. dec.* 104. *n.* 5.

Ad ea, quæ scripsimus *num.* 23. de Clausula *dummodo
remaneant centum pro Rectore*, quæ solet in resignationi-
16 bus cum pensione apponi, plura etiam supra addidimus.

Et quod verificari debeat non solum de tempore gratiæ,
sed etiam in futurum, ob tractum successivum, quem ha-
bet; adde Magistrales *decis.* apud Bichium 255. & apud 17
Ubaeum *decis.* 103. Certumque est, tunc gratiam esse con-
ditionalem, & requirere concludentem probationem, ut
alibi diximus; alias reservatio irritatur, juxta multiplica-
tas Sacræ Rotæ *decis.* apud Priolum *decis.* 180. *num.* 3. Ve-
rum, si de tempore gratiæ, seu executionis Litterarum, 18
hoc fuerit probatum, & deinde redditus minuantur, quam-
vis, ut diximus, dicta clausula habeat tractum successivum,
non annullatur in totum, sed locus est reductioni pensio-
nis, Rota *in d. dec.* 255. *num.* 12. apud Bichium, *&* 103.
num. 8. 10. *&* 11. apud Ubaeum, & ita intelligas quod
scripsimus in *num.* 15. Pro verificatione autem hujus clau- 19
sulæ non sunt computanda incerta, prout sunt emolumen-
ta, quæ percipiuntur ex funeralibus, vel oblationibus,
Rota apud Priolum 326. *n.* 6. & quoque supra notavimus;
& illi tantum fructus certi computandi sunt, quos perci-
pit jure Ecclesiæ, non vero eos, quos ab extra percipit,
Rota apud Cerrum *dec.* 18.

Procuratorem, constitutum ad resignandum, debere
servare ad unguem mandatum, traditum per resignantem, 20
suum Principalem constituentem, alias non nocere con-
sensum per ipsum præstitum, si in aliquo excedat, fines-
que mandati esse servandos, diximus sub *num.* 16. *&* 18.
hoc sæpe Sacra Rota determinavit; itaut resignatio habea-
tur ac si facta non fuisset, nec inducat vacationem, opti-
me apud Manzaned. *dec.* 707.

In hac materie citavimus decisionem Sacræ Rotæ apud
Eminentiss. Cerrum *in Valentina Parochialis*, 8. *Aprilis*
1644. quæ est apud ipsum 125. In eadem causa coram eo- 21
dem eruditissimo Principe emanarunt quatuor aliæ decis.
nempe 13. *Jan.* 1645. 146. *tertiam* 28. *Aprilis* 1645. 158.
quartam 18. *Maii* 1646. 202. *& quintam* 23. *Januarii* 1647.
253. omnes apud eundem; in quibus decisionibus satis tri-
turatur hæc materia.

In prima decisione 125. ita dicitur: *Secunda principali-
ter, quia mandatum, datum ad resignandum, erat condi-* 22
*tionale, scilicet cum decreto exprimendi onus duorum cafi-
siorum tritici, & reservata pensione duc.* 200. *aur. de camera,
libere, & integre solventur, etiam Litteris non expeditis,
cum pacto expresso, quod de nullitate aut invaliditate pensio-
nis dari non possit, neque redoctio unquam peti ex quovis ca-
pite, etiam ex causa alimentorum Thomæ, & successorum suo-
rum; quæ tamen non solum non fuerunt impleta, sed imo por-
recta supplicatio, & signata cum clausulis omnino repugnan-* 23
*tibus, nempe reservata pensione vigore Litterarum Apostoli-
carum infra novem menses expediendarum, & dummodo cen-
tum ducati remaneant pro Rectore; addit etiam, quod alias
eo ipso tam provisio, quam supplicatio nulla sit, ut in sup-
plicatione data per extensum Sum. num.* 3. *Unde resignatio
est omnino nulla ex defectu consensus resignantis, qui sub* 24
illis expressis decretis, & conditionibus consensit, Paris.
de resignat. lib. 1. *quæst.* 2. *n.* 21. *& seq. & lib.* 9. *quæst.* 17. *num.*
3. *&* 22. Rota coram Crescent. *dec.* 8. *num.* 3. *de renunc.
& decis.* 293. *n.* 1. *& seq. par.* 2. *recent. & decis.* 437. *num.*
6. *&* 7. *decis.* 512. *&* 830. *num.* 3. coram Buratto, *& in
Savonen. Cantoriæ* 27. *Junii* 1642. coram R. P. D. meo
Peutingerio, *confirmata* 20. *Junii anni præteriti*. *Cum præ-
sertim mandatum conceptum fuerit cum clausula*, non alias,
nec alio modo, Rota coram Verallo *decis.* 82. *num.* 1. *part.* 25
3. & coram Buratto *decis.* 431. *& d. decis.* 437. *&* 512. *Ne-
que obstat, quod onus perpetuum duorum cafisiorum tritici sit
in specie, non autem in quantitate, ex quo videatur suffice-
re, expressisse valorem, qui intelligendus sit, deductis oneri-
bus*, Mantic. *decis.* 220. *num.* 6. Greg. XV. *decis.* 357. *n.* 4.
*Quia, cum hoc esset de mente, & mandato resignantis sub
hujusmodi conditione, quod exprimeretur, non erat relin
quendum; cum fines mandati sint diligenter custodiendi, alio-
quin Procurator, illos excedens, nulliter resignat*, Paris.
de resignatione lib. 2. *q.* 17. *nu.* 3. *Sed quod etiam onus perpe-
tuum necessario exprimi deberet in resignatione nova pensio-* 26
*nis, adeout ob non factam ejus expressionem reservatio secun-
dæ pensionis sit nulla*, & firmavit Rotæ penes Veral. *dec.* 314.
p. 2. post alios probat Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 564. cum aliis,
adductis per Paris. *ubi sup. lib* 6. *qu.* 2. *nu* 47. *Minus obstat,
quod aliquæ conditiones, uti impossibiles, non deberent ex-
primi: quia, præter quod non doceatur de singularum impossi-
bilitate, adhuc erant exprimenda, ut in terminis clausulæ,* 27
Litteris non expeditis, Paris. *d. lib.* 9. *q.* 17. *nu.* 54. *& seqq.
ubi ita fuisse resolutum in una Cordub en. dimidiæ portionis*,
14. *Novembris* 1658. cor. Chitogi, *& allegat rationem*:

quia, licet non fit de ſtylo, debet attendi mandatum, non
38 autem ſtylus. Proterea advertebant DD. non fuiſſe adhibi-
tas diligentias per Procuratorem ad obtinendum a Summo
Pontifice confirmationem dictorum conditionum, prout tamen
erat neceſſarium, ut bene probat Pariſ. d.q.17.n.21. cum ſeqq.
Demum, quod conditiones hujuſmodi concepte fuerint ſub re-
ſervatione, ſi Sanctiſſimo placuerit: quia, preter quod non
conſtat, quod fuerit facta diligentia pro indaganda Ponti-
cis voluntate, ex ſupra deductis; hoc non ſatis, quod, ſi
29 Sanctiſſimo non placuiſſet, reſignatio poſſet fieri ſine illis, ſed
quod ita deberet fieri, ſi Sanctiſſimo placuiſſet, ſin minus non
fuiſſet deveniendum ad reſignationem, nec jus a reſignante
abdicandum, Pariſ. d.q.17.n.42. & ſeqq verſ. ad ſecundum
reſpondetur: Maxime ſtante clauſula (non alias, aliter nec
30 alio modo) appoſita poſt verba (ſi Sanctiſſimo placuerit) qua
eſt reſolutiva, & operatur perinde ac ſi nihil actum fuerit,
Mant. de clauſulis, gloſ.71.n.9. & ex aliis, ſupra ponderatis.
In ſecunda deciſ. quæ eſt 146. ita habetur: Propterea
mandatum, datum ad reſignandum, non fuit libere, & indefi-
31 nite conceptum, ſub certis pactis, & conditionibus, ſcilicet,
quod reſervaretur annua penſio ducatorum bis centum auri de
Camera libere, & integre ſolvendum, etiam Litteris non expe-
ditis, ſub ea lege, quod de nullitate, aut invaliditate penſio-
nes dari non poſſit, neque reducta unquam peti, ex quovis ca-
pite, etiam ex cauſa alimentorum, ſub clauſula (non alias,
aliter, nec alio modo:) & tamen ſupplicatio fuit ſignata cum
clauſulis omnino contrariis: quia penſio fuit reſervata vigo-
re Litterarum Apoſtolicarum infra novem menſes expedien-
darum, & dummodo centum ducati remaneant pro Rectore,
cum aliis, de quibus in ſupplicatione data in proterito ſumm.
n. 3. unde quia reſignans ſub certis conditionibus, illis non im-
pletis, non cenſetur conſentire, & multo minus ſub conditio-
nibus contrariis; reſignatio hæc ex defectu conſenſus reſignan-
tis ſuſtineri non poteſt, & ex deciſionibus in cauſa Savon.
Cantoria coram R. P. D. meo Peutingerio fuit probatum, &
deciſione, quam placuit Dominis quoad utrunque caput hodie
confirmare, cum nihil fuerit ab altera parte oppoſitum.
32 Sed receſſum fuit ab iſtis duabus deciſionibus in dec.159.
& contrarium per Sacram Rotam judicatum, ibi: Aut
vero agitur de aliis, in ſupplicatione conditionaliter expreſ-
ſis, ob quarum inobſervantiam dictum fuit deciſionibus fuiſ-
ſe exceſſum in mandato, & deficere conſenſum in reſignante;
& placuit reſponſio, quod dum iſta conditiones fuerunt a Pro-
curatore in ſupplicatione appoſita, & per Sanctiſſimum dele-
33 ta, tanquam non ſolita concedi; dicitur ſatisfactum manda-
to, & valet reſignatio, ut advertit Pariſ. de reſignat. lib.9.
q.17.n.2. verſ. & hæc, Lotter. de re Beneſ. lib. 3.q.16.n.
38. verſ. prius autem in his terminis dec. 887. n. 2. par.4. di-
verſ. Et hic ceſſat in facto motivum prima deciſionis, quod
ſcilicet non fuerint adhibita diligentia ad illas obtinendas:
Dum enim, ut dictum eſt, fuerunt in ſupplicatione appoſita,
& Pontifex illas delevit, diligentia remanent eo ipſo proba-
ta: quia ex ſignatura, & delineatura, juxta ſtylum Dataria,
34 & Cancellaria, arguitur petitarum denegatio, Card. Se-
raph. dec. 683. n. 2. Non obſtat clauſula (non alias, ali-
ter, nec alio modo) appoſita in fine mandati procura, qua re-
movere videtur conſenſum caſu, quo conditiones non imple-
rentur; quia, cum in principio dictum fuerit (ſi Sanctiſſimo
placuerit) & ſubſequatur poſtea dicta clauſula (non alias,
aliter, nec alio modo) argui debet, reſignantem tunc demum
voluiſſe implementum caſu, quo Sanctiſſimo placuerit, &
non alias. Unde, dum Papa noluit, cenſetur, reſignantem
35 noluiſſe, ut in puncto extat deciſio Cæſar. de Graſ. 10. de
prabend. alias 121. n. 2. 3. & 4. quam ſequuntur, & referunt
Gonzal. ad regulam 8. gloſ. 12. n. 93. & Lott. de re Beneſ. lib.
3. q. 16. n. 38 Et ita licet Procurator conſenſerit abſque con-
ditionibus, ex hoc tamen non deficit conſenſus in mandante:
quia, dum illas conditiones ſolum voluit, quatenus Sanctiſ-
ſimo placuerit, eo ipſo, quod Pontifex eas delendo noluit
admittere, cenſetur etiam illas noluiſſe mandantem: quia
pro dicta verba (ſi Sanctiſſimo placuerit) ad antecedentia o-
mnino non ſtant reſolutive, ſed conditionaliter, ut expreſſe fir-
matur in d. dec. Cæſar, de Graſ. 10. n. 8. Nec intrat replicatio,
36 quod dicta clauſula (non alias, aliter, nec alio modo) referri
debeat ad conditiones appoſitas, non autem ad beneplacitum
Sanctiſſimi: quia, cum ſtet appoſita poſt requiſitum dictum
beneplacitum, magis ad illud referri debet, quam ad alia ma-
gis remota, ex doct. Bart. in l. fin. C. de rebus dubiis; alias enim
ſuperflua fuiſſet reſervatio beneplaciti, ſi non aliter, quam
modo expreſſo, reſignatio fieri potuiſſet. Nec obſtant deducta
37 per Rotam in Corduben. dimidia portionis 14. Novembris
1558. coram Chiroga, in alia dec. allegata: quia procede-
rent, ſi reſignans ſimpliciter voluiſſet potius reſignare, quam
ſub pactis, & conditionibus in mandato expreſſis; ſecus ubi
conditionaliter tantum, & accedente beneplacito Apoſtolico:
eo enim non accedente, cenſetur etiam aliter voluiſſe, ut in
dubio, reſpondendo huic objecto, diſtinxit Rota apud Cæſar
de Graſ. d. dec. 10. ex quibus etiam habetur reſponſio ad alle- 38
gatam deciſ. in cauſa Savonen. Cantoria: quia eo caſu reſi-
gnans libere, & abſolute proteſtatus fuerat, non aliter in reſi-
gnatione conſentire, quam ſub expreſſis pactis, & conditioni-
bus, in mandato appoſitis, quod non eſt in hoc caſo.
In quarta vero deciſione, quæ eſt 202. fuit confirmata
hæc ultima deciſio, & in illa ſic dicitur: Vel pratenditur
exceſſum in mandato ob inobſervantiam aliarum conditio-
num; & cum præfata fuerint in ſupplicatione appoſita per
Procuratorem, & a Sanctiſſimo deleta, tanquam non ſolita
concedi, ſatisfactum fuit mandato, & reſignatio ſuſtinetur,
ut advertit Pariſ. hoc tract. lib.9.q.17. num. 2. verſ. & hæc,
Lotter. de re Beneſ. lib.3.q.16. n. 36. verſ. prius autem, cum
aliis per Rotam dec. 887. n. 2. p. 4. diverſ. Unde non juvat 39
allegare, quod aliquando clauſula, in ſupplicationibus ap-
poſita, deleantur in Dataria de conſenſu partium; alioquin
niſi delineatura probetur facta invito petente, ea non ſufficiat
ad effectum probandi implementum mandati, ſed ulterius re-
quirantur reiterata diligentia pro illis impetrandis, ex ad-
ductis in Savonen. Cantoria 27. Junii 1642. coram R. P.
D. meo Othobono, & 6. Martii 1642 coram R. P. D.
meo Ghislerio. Quia, prater quod hoc procedit in clauſu-
lis, a Papa concedi ſolitis, pro quarum impetratione non
ſufficit ſola expreſſio in ſupplicatione, ſed iteranda ſunt di- 40
ligentia, in quibus terminis loquuntur deciſiones in dicta Sa-
vonen. Cantoria; Secus in clauſulis, de quibus agitur, nun-
quam ſolitis concedi. In his enim cum nova diligentia non eſ-
ſent profectura, iterari non debent, tanquam ſuperflua, ut
dixit Rota in recent. dec. 261. n. 32. p. 8. Placuit reſponſio,
quod cum poſt expreſſas in mandato has conditiones mandans
addiderit: ſi ita Sanctiſſimo placuerit, cum clauſula (non
alias, aliter, nec alio modo) qua operatur, ut nolente Pon-
tifice, noluiſſe etiam cenſeatur reſignans, Cæſar de Graſ. 41
dec. 10. de prabend. n. 2. 3. & 4. quem referunt, & ſequun-
tur. Procurator non tenebatur novas diligentias adhibere,
ſed ſatis fuit in ſupplicatione, Sanctiſſimo porrecta, illas
exponere, cum ſecuta voluntate Pontificis eas denegandi, de-
fecerit conſenſus etiam in mandante, catenus potente, qua-
tenus Sanctiſſimus dignaretur concedere, ut in terminis ex-
preſſe firmatur in ſup. allegata deciſione Cæſar de Graſ. nu.
8. & bene reſpondet ultima deciſio d. §. non obſtat clauſu- 42
la. Neque quicquam relevat replicatio, quod licet per clau-
ſulam (ſi Sanctiſſimo placuerit) reſignatio ſuſtineatur, quo-
ad ea, qua Pontifici narrata fuerunt, & ab eo delineata,
ſuſtineri tamen non poſſit quoad non narrata, videlicet quo-
ad clauſulam, quod penſio non poſſit reduci, etiam ex cau-
ſa onerum Eccleſia, in ſupplicatione non expreſſo. Quia ſa-
tis dicitur expreſſum, dum penſio petita fuit libera, immu-
nis, & exempta ab omni onere impoſito, & in futurum im-
ponendo, ex cauſa quantumvis neceſſaria; & conſequenter
mandatum videtur impletum per æquipollens, quod ſufficit
per textum in l. ultima, §. ultimo, ff. mand. & in l. non ſo-
lum, ubi Alex. ff. ſoluto matrimonio.
In quinta vero, quæ eſt 230. nihil de hac materia; ſed 43
tractatum fuit de remiſſoria. Ex quibus deciſionibus ex di-
ctis in hoc capite ſatis remanet dilucidata hæc quæſtio; ſed
attente notandum, quod in his deciſ. prius fuit appoſita
in mandato clauſula, ſi Sanctiſſimo placuerit, & poſtea il-
la alia, nec alias &c. unde valet dubitandum, ſi ſolum fuiſ-
ſet appoſita clauſula, nec alias, aliter, &c.
Num. 25. diximus, Executorem Litterarum reſignatio-
nis debere juſtificare valorem expreſſum: Si enim reſignans 44
ſcienter falſum valorem, ſeu non verum valorem expreſ-
ſerit, cadit a jure ſuo, & ab eo abdicatur omne jus; nec
poſtea dicitur Beneficium vacare per obitum reſignantis:
quia jus fuit abdicatum, nec poterit Ordinarius conferre,
non tamen nocet reſignatario; ſicuti e contra, ſi reſigna-
tarius malam expreſſionem valoris fecerit in ſupplicatione,
non nocebit reſignanti, nec abdicatur jus ab eo, & indu-
citur vacatio per obitum reſignantis, nec tunc intrat affe-
ctio. Scientia autem præſumitur in reſignante, ſi per trien-
nium poſſederit Beneficium, itaut ab eo fieri poſſit abdica-
tio juris; quæ omnia habentur in deciſionibus apud Prio-
lum 272. n. 7. 284. 301. n. 3. & 312. a n. 5. cum ſeq. ſanatur
tamen hæc invaliditas per gratiam revalidatoriam, ut in
d. dec. 272. in ſallimur.
Regulam de viginti habere locum etiam in reſignationi- 45
bus,

bus, factis tempore, quo quis erat sanus, nec hodie hoc
scrutandum; sed solum de obitu secuto intra viginti dies,
ut in forma remaneat resignatio, diximus n.14. adde deci-
sionem apud Bichium 164.n.14. ubi sic dicitur: Rursus quod
non probetur infirmitas resignantis de tempore resignationis,
non interest attenta declaratione, facta a Clemente VII. sub
46 illis verbis Regula de viginti, etiam vigore supplicationis
dum erat sanus signata; per quæ sublata fere est omnis An-
tiquorum controversia, cum ostendant, voluisse Papam com-
prehendere resignationes factas, sive de tempore infirmita-
tis, sive sanitatis resignantis, dummodo infra viginti dies
illius obitus sequatur, ita ut frustratorium sit quærere de infir-
47 mitate resignantis, ejusque statu; sed sufficiat illum morte
naturali infra viginti dies decessisse, ut sit locus regulæ,
Sarnen. super eadem regula, quæst.11. in fine, & qu. 31. in
fine Cocchier. ibid., sub n.15. vers. itaque frustra quæritur,
Patil. de resignat. lib.12.q.6.n.7. & 25. Lotter. de re benef.
lib.3.q.13.n.68. Filiuc. qu. moral. tom.3. tract.41. cap. 10. sub
n.49. vers.3. etiam si, Vivian. de jurepatronatus, lib. 13.
cap.10. n.86. Rota in Leodien. benef. 25. Maii 1640. coram
R. P. D. meo Cerro. Et iterum Sacra Rota apud Em. Cer-
rum dec.11.n.10. per hæc verba: Altera, quod Regula non
procedat, ubi infirmitas supervenit post factum resignatio-
nem, etiam non subsistit, attenta declaratione facta a Cle-
mente VIII. sub illis verbis: etiam vigore supplicationis, dum
esset sanus signata, per quæ ostenditur dispositionem regulæ
non solam comprehendere resignationes factas de tempore in-
firmitatis, sed etiam quæ fiant tempore sanitatis, dummo-
do tamen intra viginti dies sequatur obitus resignantis, pro-
ut hanc rationem firmant Sarnen. super eadem regula q.12. in
fine, & q.31. in fine, Patil. de resignat. d. lib.17.q.6. num.
5. & 25. Bursatus consil. 393.n.2. & 4. Azor. ubi supra lib.7.
cap.28. vers.3.q.15.n.68. quia æquiparantur hæc duo resigna-
re, & præstare resignationi consensum.
48 Num.43. adduximus quæsitum Lotterii, an sicut a-
nullatur collatio a regula hac, si contingat mori resi-
gnantem infra viginti dies, ita etiam resignatio? Sa-
cra Rota apud Emin. Cerrum dict. decis. 11. num. 11.
cum seq. dixit, regulam hanc, annullantem vacationem,
consequenter annullare etiam resignationem; & ibi assi-
gnatur ratio: quia licet sint actus diversi, tamen sunt cor-
respectivi, & sublato uno, censetur sublatum alterum.
Resignatio est præambula ad collationem; igitur, si col-
latio annullatur, resignatio quoque est nulla; & cum re-
gula decernat vacare Beneficium per obitum, consequen-
ter annullat resignationem, tanquam causam, ne dentur
duæ vacationes ex eadem persona, ut ibidem dicitur. Et
adeo efficax est hujus regulæ effectus propter decretum ir-
49 ritans, in ea appositum, quod possessio secuta ante vi-
ginti dies morte superveniente resignantis in hoc termino,
sit nulla, & pro vacua censeatur, & reputetur, ac si resi-
gnans obiisset in possessione Beneficii, quod antea resigna-
verat, Gonzal. regula 8. Cancellariæ q.1.n.9. Gratian. cap.
574.n.32. Rota apud Em. Cerrum d. dec. 11.n.2. cum seqq.
50 A num.44. usque 57. inclusive agitavimus quæstionem,
an, cum resignans obiit intra viginti dies, quo casu dici-
tur vacare per obitum, Beneficium ex appositione ma-
nus Sanctissimi remaneat affectum, itaut, si resignans
moriatur extra Curiam in mense Ordinarii, possit Ordi-
narius conferre? & conclusum fuit, Beneficium remane-
re affectum ob appositionem manus Sanctissimi, nec posse
Ordinarium conferre; & ita practicatur inconcusse. Quan-
do autem intrat affectio, & quando non, ob appositio-
nem manus Sanctissimi, alibi dictum est.
51 In num.58. sunt tres versus duplicati, ut patet legenti,
circa autem illud aliud dubium, quod ibi proposuimus,
an, scilicet, regula de viginti habeat locum in resignatio-
nibus extra Curiam factis; adduximus pugnantes senten-
tias usque ad n.61. ibique nihil conclusimus; Verum no-
bis tunc insciis, Sacra Rota hoc dubium diremit decernens,
præfatam regulam habere etiam locum in resignationibus,
factis extra Curiam, prout habetur in dec 351. n. 27. apud
Bichium, & in d. dec.11.n.8. & 9. apud Em. Cerrum, ubi
aliæ allegantur: quia regula est generalis, & ratio, qua
fulcitur, etiam militat in his resignationibus coram Ordi-
nario, ne quis scilicet videatur disponere de Beneficiis;
52 effectus vero hujus rei est: quia licet in resignationibus Bene-
ficiorum non intrat regula reservatoria mensium: itaut in
quolibet mense possit conferre Beneficia resignata coram
eo, ut in regula hodie nova expresse legitur; attamen, si fa-
cta resignatione, resignans postea moriatur infra viginti
dies in mense reservato, resignatio, & collatio, facta ab

Ordinario, infirmatur, & collatio spectat ad Papam.
Item etiam habet locum in resignationibus Beneficio- 53
rum de jurepatronatus, Rota apud Bichium decis. 351.
num.29. & hoc est notabile: quia si resignetur Beneficium
ad favorem alterius, & moriatur resignans infra viginti
dies, cum tunc Beneficium dicatur vacare in Curia ob
manus appositionem Papæ, poterit eo casu Papa deroga-
re pro illa vice juripatronatus, ut solet, cum Beneficia
jurispatronatus in Curia vacant, Rota apud Em. Cer-
rum dec.571. quæ tamen loquitur in vacatione per obi-
tum, licet, stricte loquendo, vacatio apud Sedem, seu
vacatio per obitum in Curia, de qua in c.2. de præb. in 6. &
c. præsenti, sit diversa ab illa, quæ oritur ex decreto appo-
sitionis manus Papæ; attamen fraternizant, & confun-
duntur, Rota decis.247.n.2. p.16. Consensus resignatio- 54
ni non potest dari a Procuratore constituto, si vivo resi-
gnante non fuerit signata supplicatio a Papa: oportet
enim, supplicationem fuisse signatam eo vivo; alias, si ipso
mortuo, nihil agitur, Rota dec.146. nu.1. & 202. num. 1.
apud Em. Cerrum, & hoc adde ad n.65.
Ad n.66. adde decisionem apud Em. Cerrum 943. num. 4. 55
& 5. in qua dictum fuit, Executorem male processisse ad
executionem Litterarum resignationum, non citato re-
signante, ob clausulam, amoto &c. quæ in Litteris appo-
nitur: quia tunc est mistus; & ratio reddi potest: quia in
resignationibus ad favorem semper remanet possessio, sal-
tem detentio apud resignantem, etiamsi expeditæ fuerint
Litteræ, quousque resignatario perfecte acquiratur posses-
sio, Rota dec.566. n.19. apud Bichium, nec in Litteris re-
signatoriis ad favorem dicitur abdicatum jus, donec per-
fecte acquiratur resignatario, Rota apud Ubacum dec 6.
n.14. apud Manzaned. 912. num.2.
Sed Rota apud Em. Cert. dec.227. num.9. dixit, per 56
actualem expeditionem Litterarum abdicari jus a resi-
gnante: quia tunc est executioni demandata, & post-
quam admissa fuerit resignatario a Summo Pontifice,
resignans amisit possessionem, tam civilem, quam natu-
ralem, prout longo calamo firmat Rota apud eundem Em.
Cerrum dec.261. n.2.
Adductis n.72. ubi dictum fuit, quod, cum resignans 57
incumbit possessioni, & etiam resignatarius, & resignans
dicit de nullitate resignationis, tunc potius resignans est
manutenendus; adde egregiam decisionem Rotæ apud
Em. Cerrum 261. num. 5. & 6. in qua dilucidatur tota hæc
materia his verbis: Quia, cum defectus implementi ad-
huc Dominis visus non fuerit concludenter justificatus, donec
in petitorio de illo cognoscatur, danda est manutentio resi-
gnatario, qui actualem possessionem apprehendit, ut bene ad
propositum respondit Rota in d. Placentina, & Gaurien. be-
neficii, num.4. & 5. & coram f. m. Greg. decis.364. num.3.
aliisque relatis tradunt Lotter. de re benef. lib.3. quæst.14.
num.95. & Moder. Perus. de manut. observ.57. num 10. cum
plurib. seqq. D. Archiep. Avenionen. de acquiren possess.
q.19. art.3. n. 118. 119. & 120. & conciliando contrarias
decisiones Addentes ad fan. mem. Greg. decis.138. sub lit. 58
C. & ad bon. m. Buratt. dec.787. nu 9 & 10. Deducta ve-
ro in contrarium, procedunt, vel quando possessio non fuit
actualiter capta, in quibus terminis loquitur decis. 1. de re-
nunc. in novis, decis.423.n.2. p.1. rec. & coram Reveren-
diss. Urgellen. decis.118. n.6. & 7. in quibus supponitur, pos-
sessionem adhuc esse penes resignantem, quando possessio capta
fuit a resignatario post motam litem a resignante, & oppo-
situm de non implemento conditionum, in quibus terminis lo-
quuntur decis. Elboren. beneficii, 18. Feb. 1647. coram R.
P. D. Arguelles, §. nec obstat, & in Neapolit. Parochia-
lis, 25. Martii ejusdem anni coram R. P. D. meo Othob.
§. Nec tandem; secus autem ubi (prout hic) possessio ca-
pta fuit ob motam litem, & oppositionem non implementi:
tunc enim, lite pendente, resignatarius, non autem resi-
gnans, venit manutenendus, ex auctoritatibus supra alle-
gatis, idemque admissum fuit in d. Elboren. benef. & Nea-
polit. Parochialis. Et apud eundem Em. decis 943. n.1. &
2. ibi: Pro manutentione dicebatur Hieronymum facto pro-
prio non cecidisse a sua possessione, stante quod resignatio non
fuerit pura, & simplex, sed conditionalis, quatenus Fran-
ciscus haberet jus super dictis quatuor Beneficiis, quæ conditio,
cum non potuerit impleri, quia alterum erat litigiosum, &
alterum ad eum non spectabat de tempore permutationis, ut in
summario n.5. 6. & 7. hinc sequitur, neque jus, neque pos-
sessionem fuisse abdicatam ab eodem Hieronymo resignan-
te, juxta decis. Card. Sacrati in Barchinonen. Parochialis,
10 Decembris 1601. relatam per Garz. de benef. p. 11. c. 4.

num. 8. *Reghien. Præceptoria* 12. *Junii* 1618. coram Andr. apud Posth. *de manut. dec.* 15. *num.* 7. Buratt. *dec.* 830. *n.* 3. & 4. *Quæ tamen decisiones intelligendæ sunt, vel quando possessio a resignatario non fuit actualiter capta, cum in hac materia manutentionis purum, & nudem factum attendatur,*
59 *ut in Placentina, & Caurien. benef. in rec. decis.* 92. *in fine part.* 1. Gregne. *decis.* 364. *nu.* 3. Addenies ad eundem *dec.* 138. *lit. C. vel quando possessio capta fuit post motam litem, & postquam resignans opposuit de non implemento conditionum, in quibus terminis loquuntur dec. Elboren. Beneficii,* 18. *Febeuarii* 1647. §. *nec obstat* coram Arguelles, & *Neapolitana Parochialis*, coram Emin. D. Card. Othob. *dec.* 106. *nu.* 14. & 15. & *distinguendo firmatum fuit in Papien. Archipresbyteratus*, 11. *Maii* 1648. coram me. Hæc ibi, ubi allegantur concordantes; & quod resignans sit manutenendus, si possidet, Penn. *dec.* 299. & *dec.* 90. *p.* 9. *recent.* & quousque resignatarius non justificaverit suam gratiam, & narrata, non potest obtinere manutentionem contra possidentem, Rota *dec.* 85. *n.* 11. *p.* 10. quæ etiam denegari debet, quousque dubitatur de validitate resignationis, *ibid. in fin.*

60 Ad quæstionem illam, num cum resignatarius facta resignatione est incapax Beneficii resignati, possit resignans redire ad Beneficium resignatum, agitatam a *n.* 72. *usque* 87. infrascripta addimus primo *decis.* apud Eminent. Cerrum 581. *num.* 1. & 3. ibi: *Tum etiam, quia resignatio, facta ad favorem d. Rugalis, evanuerat, nec abdicaverat jus a resignante, ex qua ab Examinatoribus reprobatus fuit, ideo non requirebat publicationem, nec induxit vacationem, non probata in resignante certa, & indubitata scientia illius inhabilitatis.* Hæc ibi.

61 Secundo adducimus *decis.* 342. *num.* 21. apud Priolum, ibi: *Afinus pro Milone renunciatio hujus pensionis facta ante professionem a Bernardino ad favorem Damiani ejus fratris uxorati: tum quia data incapacitate resignatarii, resignatio esset quidem nullius roboris, sed non induceret vacationem, nec abdicaret jus a resignante, cujus consensus habet implicitam conditionem, quatenus resignatarius sit habilis, eique jus acquiritur,* Parif. *de resignat. lib.* 9. *qu.* 21. *nu.* 4. & *tribus sequentibus*, Rota *decis.* 249. *numer.* 2. *part.* 10. *rec. cum aliis cumulatis in decis.* 26. *num.* 3. apud Tondut. *de pensionibus.*

62 Tertio adducimus decisionem apud eundem Priolum 391. *num* 16. ibi: *Sed nec ista vacatio subsistit: quia, cum renunciatio, seu resignatio, non fuisset simplex, sed ad favorem certæ personæ, non abdicavit jus a resignante, quatenus pensio resignata ob incapacitatem acquiri non potuisset a resignatario, ex adductis in decis. quæ revidetur, § minus profuit, quicquid dicatur de resignatione ad favorem uxorati, scienter incapacis, quæ abdicat jus a resignante: siquidem de hac scientia non constat, imo concurrit urgens credulitas, &c.*

63 Quarto adducimus aliam decisionem apud eundem Priolum 389. *num.* 11. ibi: *Ex alio etiam capite non poterat Pherardus hujusmodi Beneficium permutare cum Joanne: quia ab omni ejus jure ceciderat per liberam resignationem sponte factam in manibus Sanctissimi ad favorem Natalis, quem ipse laicum, & incapacem esse sciebat: inde enim non solum resignans absque ulla difficultate ab omni jure cecidit, Parisius, &c. verum etiam resignatarius.* Hæc ibi.

64 Demum adducimus celeberrimam decisionem ejusdem Sacræ Rotæ apud Cælium Bichium celebratissimum, atque doctissimum Virum, in *decis.* 358. *a num.* 6. ibi: *Collatio Ordinarii nullius est momenti, stante præcedenti resignatione, a Jacobo facta in manibus Papæ, ex qua licet ob non secutam publicationem, resignatario irrevocabiliter jus quæsitum non fuerit abdicatum, nihilominus fuit omne jus a Jacobo resignante, ita ut ex tunc, non autem per ejus obitum, vacaverit: valde namque interest an resignatio non sortiatur effectum ex impedimento personali, item defectu consensus, vel quasi consensus partium; puta, quia pacta, & conditiones, ibidem apposita, adimpleta non fuerint, vel Papa, quia nempe resignans in Sacris Constitutus non habet aliunde, quomodo vivat, aut narrata justificata non fuerunt, & uno verbo gratia purificata non fuit; an vero ex defectu solius publicationis. Primo enim casu procedit receptissima conclusio, negans, in resignationibus ad favorem abdicari jus a resignante, nisi acquiratur resignatario; Unde sequitur, quod Beneficium deinde vacet per obitum ipsius resignantis; quodque appositio manus Papæ non inducat affectionem ad effectum impediendi, ne inferior Collator providere possit ex vacatione per obitum*, ut advertit Achill. *decis.* 14. *numer.* 1. *de restitutione spoliat. quia non censetur apposita manus, nisi ad effectum, ut resignatio sequatur*, in quibus terminis loquitur Rota *decis.* 417. *numer.* 1. & *decis.* 419. *numer.* 1. & 2. *ubi agitur de resignatione nulla ob malam expressionem valoris, part.* 1. *divers. in Vercell. Canonicatus* 23. *Januarii* 1548. coram Corduba, *ubi non erant adimpleta conditiones resignationis, in Brixien. Parochialis* 10. *Maii* 1589. coram Plato; *in Hispalen. & Corduben Præstimoniorum* 14. *Junii* 1600. coram Lancellotto, *in quibus aderat defectus consensus*, ut advertit Garz. *de benef. part.* 12. *capit.* 3. *numer.* 277. & *sequent. in Leodien. Canonicatus Sanct. Dionysii* coram recol. memor. Coccino *impress. part.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 539. *ubi agitur de gratia non purificata, & justificata, & quotquot in id allegari solent*, quæque latissime tradit Parif. *de resignat. libr.* 1. *quæst.* 3. *numer.* 47. & *sequent. Altero vero casu, quamvis inspecto tempore regula Cancellariæ de publicandis, & Constitutionis fel. record. Pii V. quæ est* 58. *inter ejus impress. Bullar. tom.* 2. *Beneficium, non facta publicatione, remaneret penes resignantem, & vacaret per ejus obitum, sic disponentibus dicta regula, & Constitutione; attenta vero posteriori Constitutione fel. recol. Gregor. XIII. inter ejus impress. num.* 85. *dict. tom.* 2. *per quam Constitutio Piana abrogata penitus fuit*, ut plene comprobat Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 51. *per tot.* & *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 10. *aliique infra allegandi, Beneficium, pure resignatum ad favorem, quia resignatio ex die, qua Papa annuit, perfectionem accepit*, Cassad. *decis.* 1. *num.* 1. *de renunc.* Boerius *decis.* 348. *num.* 4. *vers. In contrarium*, Marescott. *dict. cap.* 52. *numer.* 9. & 27. *abdicatum ex tunc fuit a resignante, & acquisitum resignatario pure a die provisionis Apostolicæ, desuper obtentæ, & executæ, etiam ante illius publicationem, cum onus faciendæ publicationis, ejusque incertitudo non efficiat, quod interim provisio sit conditionalis, sed solum, quod sit resolubilis, quatenus publicatio infra legitima tempora non sequatur*, Calder. *cons.* 31. *sub num.* 5. *vers. item post acceptationem*, Cassad. *decis.* 24. *num.* 6. *super regula de infirm. & public. & resolutio ob non publicationem jure resignatarii, ipsa Constitutio Gregoriana in §. quod si quicquam, decernit, Beneficium vacare ab ipsa die resignationis*, ibi: *Illaque, sive jura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, &c. vacavisse, & vacare censeantur, &c.* & *infra*, ibi: *sed ipsa Beneficia, sive jura, sic a principio vacantia, a Sede Apostolica prædicta impetrari valeant, ac concedi; adeo quod Constitutio duo disponit in casu non factæ publicationis, nempe reservat Sedi Apostolicæ collationem Beneficii resignati, & elisa gratia provisiva, facta resignatario, sustinet vacationem, ex præcedenti resignatione ortam; & per consequens per obitum resignantis Beneficium vacare amplius non potest*, ut in his terminis bene ponderat Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 26. Parif. *de resign. lib.* 11. *quæst.* 7. *num.* 20. & 34. & *num.* 36. *ubi in specie amplectitur hanc distinctionem inter casum non publicationis, vel alterius defectus resignationis*, Marescott. *d. cap.* 51. *num.* 26. Rota *in Mediolanen. Præpositura* 28. *Junii* 1589. coram Plato, & *in Abulen. Beneficiis Mobeltran.* 24. *Januarii* 1596. coram Cardinali Blanchetto, impressis apud Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *numer.* 305. & 307. *in dict. Leodien. Canonicatus S. Dionysii* coram bon. mem. Coccino, *quæ est decis.* 589. *ubi quod Beneficium non vacat per obitum resignantis, sed ob non publicationem, part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & *in Legionen. Canonicatus* 23. *Januarii* 1640. §. *secundo fundamentum* 27. *Aprilis ejusdem anni* §. 1. *circa finem* coram R. P. D. M. Royas. Hæc ibi.

Cum qua decisione dilucidatur tam dubium propositum, quam alia, secundum subjectam materiam.

Plura adduximus in illa quæstione, proposita *n.* 87. si re- 66
signatarius moriatur antequam Executor exequatur Litteras in *forma dignum* num possit redire ad Beneficium resignans; & ad conclusionem quæstionis, quam tractavimus *n.* 135. & 136. adde optimam *decisionem* apud Manzanedum doctissimum Virum 912.

Item adde, quia mandatum de providendo, prout sunt Litteræ expeditæ in *forma dignum*, in resignatione *ad favorem* debet exequi in vita resignatarii, alias nihil operatur, nec inducitur vacatio per obitum resignatarii, Ro- 67
ta *recent. par.* 6. *decis.* 92. & 539. *num.* 3. & 5. *par.* 4. *tom.* 3. & 333. *nu.* 14. *p.* 16. Secus, si præmoriatur resignans; nam possunt exequi, Rota *decis.* 157. *num.* 7. *par.* 17. quia (ut sæpe diximus) in resignationibus *ad favorem* semper jus, & possessio remanent apud resignantem, etiam

ex t-

expeditis Litteris, donec resignatario perfecte quæratur jus, & possessio, juxta doctrinam Sacræ Rotæ sæpe allegatam, præsertim *decis. 556. num.* 19. apud Bichium, *decis.*
68 90. *num.* 11. & 12. *par.* 9. *recent.* egregie apud Peniam *decis.* 299. *per totam*, & *decis.* 176. *num.* 4. *par.* 17. in qua fuit dictum, quod donec verificetur idoneitas, jus, & possessio remanent pendentia apud resignantem, seu donec perfecta fuerit resignatio, & jus perfecte quæsitum resignatario, penes resignantem remanent reliquiæ juris, & possessionis; cum ergo moritur resignatarius ante executionem Litterarum, non potest induci vacatio per ejus obitum: quia nondum quæsitum ei est jus in Beneficio, quod est certum; nec induci valet vacatio per resignationem: quia nondum completa est perfecte: ut enim Beneficium vacet per resignationem *ad favorem*, constare debet de ejus affectuatione, juxta *decis. allegatam* apud Manzaned. 912. ergo jus remanet apud resignantem, & per ejus obitum postea vacabit, Priolus *decis.*
69 272. *numer.* 3. & *alibi*; Nec per manus Sanctissimi appositionem in hoc casu intrat affectio: quia non fuit abdicatum jus a resignante, Rota *decis.* 358. penes Bichium; & ad rem etiam facit optima *dec.* 279. *part.* 17. *recent.* quam post scripta vidimus, in qua dictum fuit, quod, si resignatarius moriatur ante acceptam possessionem, & provisio fuerit in *forma gratiosa*, Beneficium vacat per obi-
70 tum: quia per talem provisionem consumitur vacatio, quamvis non sit capta possessio, & acquiritur jus resignatario ante possessionem; secus vero si fuerit provisio in *forma dignum*, ut ibidem legitur *n.* 2.

Optime comprobantur hæc omnia ex duabus decisionibus Sacræ Rotæ apud eruditiss. Joannem Baptistam Coccinum, nempe 1433. & 1509. *in primo n.* 5. sic dicitur.

Neque obstat, quod Beneficium fuerat per prius resignatum: quia gratia fuit concessa in forma dignum, *& cum clausula (dummodo resignans haberet unde se sustentare valeret) & tamen ex testibus examinatis constat, resignatarium esse penitus illiteratum, & resigantem non habuisse unde se valeret sustentare, & quamvis detur fides in contrarium, nihilominus illa non est in actis, & testibus, non testimoniis est credendum; & propterea sequitur, quod, cum resignatio non habuerit effectum, non fuerit abdicatum jus a resignante,* Put. *dec.* 158. *lib.* 3. Achil. *dec.* 3. *n.* 1. *sup. reg. de valore*, Rota *dec.* 417. *p.* 1. *divers. Neque prædictis resistit in causa Burgen. Canonicatus*, 28. *Aprilis* 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio: *quia distinguendum est, quod aut resignans moritur post* 20. *dies, vel etiam intra* 20. *si fuit derogatum Regulæ de* 20. *& tunc Beneficium censetur vacare per resignationem, si tamen resignatarius est idoneus, & gratia potest justificari, & in istis terminis loquitur decisio* bon. mem. Card. Pamphilii: *aut vero resignatarius non est idoneus, nec gratia potest justificari, & Beneficium resignatum vacat per obitum: quia nunquam censetur abdicatum jus a resignante, cum resignatio non sortiatur effectum ad favorem resignatarii, ut patet ex prædictis; & in istis terminis resolutum in causa Barchinonen. Parochialis de Corneliano*, 24. *Martii* 1572. coram bon. mem. Card. Lancell. seniore. *Minus facit, quod Canonicatus remaneat affectus ex resignatione facta in Curia*, Rota *dec.* 2. *de preb. in* 6. late Simonett. *de reservat. q.* 28. *n.* 1. & *seqq. quia hæc conclusio non procedit, quando resignatio est ad favorem, & resignatio non sustinetur, & interim resignans moriatur: quia isto casu Beneficium censetur vacare per obitum*, Achill. *dec.* 14. *de restitut. spoliat.* Rota *dec.* 419. *par.* 1. & post Paris. Lancellott. & Gonzal. dicit Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 156. & *seqq. & fuit resolutum in alia Leodien. Canonicatus*, 28. *Junii* 1621. coram R. P. D. meo Remboldo. Nec prædictis resistit Graf. *de Benef. par.* 11. *cap.* 3. *n.* 38. *ubi conatur probare, quod, si resignatarius non est idoneus, non potest resignans redire ad Beneficium, sed remanebit vacans per resignationem, ex quo resignans sciebat, vel scire debebat sufficientiam resignatarii, & hoc, nisi probet adhibuisse debitas diligentias: Nam fuit responsum, hanc conclusionem Garz. destruere illam conclusionem, quod nunquam abdicatur jus a resignante, nisi resignatio habuerit effectum: quia resignatio censetur conditionalis, & jus remanet in pendenti penes resignatarium*, Achil. *dec.* 10. *n.* 1. & 4. *de restitut. spoliat.* Rota *dec.* 4. *n.* 1. *de rer. permutat. in antiq. & in puncto est præcisa decisio in Barchinen. Parochialis* coram Card. Lancelloto juniore. *Neque tandem relevat, quod resignatarius resignaverit ad favorem alterius: quia ista resignatio non subsistit, cum fuerit facta post provisionem Nicolai, & sic postquam illi fuit jus acquisitum. Ex quibus resolutum, Nicolao esse adjudicandum Canonicatum, &c.*

In *dec.* autem 1509. ita fuit dictum: *Post binas resolutiones factas, quod provisio Ordinarii sustinebatur, fuit reservatum videre, an resignatio, per prius facta a defuncto ad favorem Lamberti, obstaret; & causam hodie propositam, negative fuit resolutum, ex triplici capite. Primo, quia admissio resignationis fuit in* forma dignum; *quare, licet gratia in* forma dignum *censeatur pura*, *c. si postquam, de preb. in* 6. *& provisio executoris requiritur pro executione, quæ est dilata, & suspensa, & non per acquisitionem juris, & pro substantia gratiæ; & fuit resolutum in causa Burgen. Canonicatus*, 28. *Aprilis* 1597. coram bon. mem. Card. Pamphylio. *Nihilominus non suffragatur, donec clausula debita executioni demandetur, ad effectum excludendi, vel impediendi provisum ab Ordinario, ut fuit dictum in causa Calagurritana Beneficii*, 30. *Januarii* 1608. coram R. D. meo Archiepiscopo Lugdunen. *Quare cum resignatio fuerit ad favorem, & nunquam fuerit purificata dicta clausula, non fuit abdicatum jus a resignante*, Rot. *dec* 138. *lib.* 3. *n.* 2. *in novis, & fuit dictum in prædicta Burgen. Canonicatus, & in Bracharen. Cantoriæ*, 26. *Martii* 1602. coram bon. mem. Justo, Card. Seraphin. *dec.* 1446. *num.* 3. *quibus in locis habetur, quod, non verificata clausula* in forma dignum, *Beneficium non censetur vacare per obitum resignatarii.* Hæc ibi, & idem firmatur ibidem, cum Litteræ resignationis haberent clausulam, *dummodo resignans habeat aliunde*, &c. Adest etiam *decisio* penes Casulum 283. in materia, cum resignans obiit ante purificationem gratiæ a resignatario faciendam, in qua ita dictum fuit: *Non obstat, quod Littera resignationis ad favorem resignatarii expeditæ fuerint* in forma dignum; *unde cum ante illarum justificationem resignans decesserit, dicebatur Parochialem vacasse per obitum resignantis, non autem per resignationem: ea præcipue ratione, quia gratia* in forma dignum *continet mandatum de providendo, & sic ante justificationem non abdicat jus a resignante, ut in terminis videbatur pluries resolvisse Rota, & signanter in Ampurien. Beneficii*, 18. *Februarii* 1625. coram bon. m. Merlino in Conimbricen. Canonicatus, coram eodem, *inter recent. dec.* 92. *n.* 3. 12. & *seqq. part.* 6. & coram Buratto *decis.* 830. *nu.* 3. 11. 12. *et seqq. & in Leodien. Canonicatus S. Dionysii*, 27. *Martii* 1623. coram bon. mem. Coccino, *postea confirmata sub die* 25. *Martii* 1626. & *rursus sub* 28. *Junii* 1728. coram bon. mem. Pirovano. *Quoniam placuit responsio, nempe, quod hoc procedit, quando resignatio non potest habere effectum, puta ob defectum idoneitatis resignatarii, vel ob impossibilitatem justificationis narrationis factæ in Litteris resignationis, vel ob secutum obitum resignantis infra* 20. *dies a die factæ resignationis; secus vero quando resignatio potest suum habere effectum: tunc enim Beneficium dicitur vacare per resignationem, quamvis ante approbationem resignatarii resignans decesserit, argum. l. quandiu, ff. de acquir. hered. l. antequam, C. communia de successionibus*, Socein. *in l. Gallus, §. instituens, n.* 2. *ff. de liber. & posthumis*, Sarnen. *de impetrat. benefic. per obit. famil.* Card. *qu.* 10. bene Gabriel *cons.* 186. *n.* 3. & 9. *lib.* 1. Paris. *de resignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 76. & 77. & late prosequitur Lott. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 14. *n.* 58. & *sequentibus, & præsertim usque ad n.* 72. *Perinde ac si provisio resignatarii pura fuisset: quia clausula, (quatenus idoneus repertus fuerit), non facit gratiam conditionalem, quoad substantiam, sed solum quoad executionem, & qualitas illa idoneitatis jam inerat tempore gratiæ, desiderabaturque duntaxat ejus probatio, ut magistralis in his terminis dictum fuit in Burgen. Canonicatus*, 28. *Aprilis* 1597. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphylio, impress. apud Marchesan. *tomo* 1. *fol.* 358. *quam decisionem Rota semper secuta est, ut in dictis Leodien. Canonicatus S. Dionysii*, 27. *Martii* 1623. coram bon. mem. Coccino, & 25. *Maii* 1626. coram bon. mem. Pirovano, & coram Buratto *dec.* 867. *n.* 2. & *in Legionen. Canonicatus*, 23. *Januarii* 1640. coram R. P. D. meo Royas. Idem prorsus dicitur *in dec.* 122. *n.* 24. *par.* 10. *recentiorum*.

Num. 139. traduximus Bullam s. m. Gregorii XIII. *de publicandis resignationibus*, & per plures numeros sequentes multa adduximus in hac tertia; attamen aliqua addenda ducimus, ut dicta majoribus auctoritatibus, &
Sac. Rotæ decisionibus roborentur. In primis notandum 71
est, quod Constitutio Gregorii plura disponit, signanter duo in casu non factæ publicationis, nempe reservat Sedi Apostolicæ collationem Beneficii resignati, & citra gratia provisiva, facta resignatario, sustinet vacationem, ex antecedenti resignatione ortam; & ideo per mortem

72 resignantis Beneficium non potest amplius vacare; Quare diversus est casus non publicationis a casu alterius defectus resignationis, Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 7. *num.* 20. & 34. Marescot. *variar. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 26. Rota *dec.* 358. *num.* 20. & 21. apud Bichium, ubi aliæ allegantur: & hæc est specialis reservatio, quæ inducitur ob non publicationem, ut in d. Bulla, & sæpe sæpius canonizatum fuit per Sac. Rotam, tum loco nuper citato, tum alibi; ita

73 ut Ordinarius non possit se ingerere ob specialem reservationem ex non publicatione, prout in *dicta dec.* 358. *n.* 23. apud Bichium, & apud Em. Cerrum 227. *n.* 2. & alibi; ante enim Constitutionem Gregorii inspectis regula

74 Cancellariæ de publicandis, & Constitutione B. Pii V, 58. si publicatio non fiebat, Beneficium remanebat penes resignantem, & per ejus obitum vacabat, Attamen post d. Bullam Gregorii Beneficium non vacat amplius per obitum, sed nova vacatione, & reservatione inducta, resoluto jure resignatarii ob non publicationem, & dicitur vacare ab ipsa die resignationis, ut legitur in dicta

75 Constitutione Gregoriana, §. *Quod si quidquam*, ibi: *Illaque, sive jura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione vacasse, & vacare censeantur*, & ibi: *Sed ipsa Beneficia, sive jura, sic a principio vacantia, a Sede Apostolica prædicta impetrari valeant, & concedi*, late Marescot. *loco cit.* Rota apud Bich. *dec.* 286. *n.* 34. apud eundem Cerrum *d. decis.* 227. Unde hodie publicatio est pars gratiæ resignationis, Rota apud Bichium 253. *num.* 6. & 286. *num.* 17.

76 Notandum tamen est, quod, si Litteræ resignationis fuerint expeditæ in *forma gratiosa*, & resignatarius moriatur ante adeptam possessionem, & non facta publicatione, dummodo tamen decesserit intra terminum datum ad publicandum, inducitur vacatio per obitum; nec hoc resolvitur per non publicationem; quia tunc resolvitur, quando non publicavit in tempore; secus, si decesserit in termino. Quod tamen non procedit in gratia in *forma dignum*, juxta *decisionem* 270. *p.* 17. quam supra allegavimus.

A die Datæ currere tempus ad publicandum, diximus

77 *n.* 141. adde Rotam *decis.* 301. *n.* 8. apud Bichium; & post elapsum terminum non juvare diximus, adde *decisionem* apud Cerrum 227. *n.* 11.

78 *Num.* 143. *cum seq.* diximus, quod impedito legitime non currit tempus ad publicandum; cavetur expresse in d. Bulla s. m. Gregorii, quæ fuit emanata contra negligentes, ut bene observavit Rota apud Ubaldum *decis.* 2. *num.* 11. & 12. Debet tamen resignatarius facere diligen-

79 tias, ac de ipsis constare legitime debet, & coram Executore comparere, & instare pro possessione, & publicatione, expresse dicitur in dict. Bulla s. m. Gregorii, Ubal. *d. dec.* 2. apud Bichium *decis.* 358. *num.* 25. & 26. & apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 227. *num.* 19. Impe-

80 dimentum autem debet esse in termino, dato ad publicandum; itaut impedimentum non sufficiat, nec relevet ab hoc onere, si contingat in fine termini, concessi ad

81 publicandum; expresse dictum fuit in dicta *decis.* 227. *num.* 15. per hæc verba: *Nec ad istum effectum sufficit allegare assertum impedimentum Dataria: quia, dum illud emanavit de mense Aprilis, & sic fere post quinque Menses à die provisionis, quo tempore Gamba commode poterat publicationem procurare, nec, pro eo removendo, ostendit, se adhibuisse aliquas diligentias, hujusmodi impedimentum ei minime suffragatur ad effectum, ut publicatio habea-*

82 *tur pro facta intra dictum tempus, a Constitutione determinatum*, ad tradita per Felin. *in cap. ex transmissa*, *num.* 1. *de rescriptis*, & *in c. venerabilis*, *n.* 1. *vers.* 3. *limit. de judic.* Ayml. *cons.* 270. *num.* 3. Dec. *cons.* 677. *num.* 3. Card. Seraph. *decis.* 1206. *n.* 1. & dixit Rota *decis.* 196. *num.* 6. & 7. *par.* 8. *recent.*

83 Cum obtinetur prorogatio, vel gratia restitutoria ad publicandum, tunc publicatio censetur facta, ac si in termino debito facta fuisset; & *citatis num.* 156. adde Rebuffum *in praxi rub. de publicandis resignationibus glos.* 3. *num.* 15. Rotam apud Priolum *decis.* 166. *num.* 5. apud Bichium 286. *n.* 10. & 301. *n.* 23. & *par.* 16. *recent. dec.* 147. *n.* 34. & alibi sæpe.

84 Quod *num.* 157. scripsimus, nempe, quod in gratia *restitutoria ad publicandum* solet apponi clausula, *dummodo medio tempore non sit alterius quæsitum*: quia tunc dicta gratia non juvat, explicari melius oportet; itaque dicimus, quod per dictam clausulam non est præservatum omne jus quæsitum tertio, sed tantum quæsitum ex non publicatione, veluti si quis impetrasset ob non publicationem, Parisius *lib.* 11. *q.* 7. *n.* 83. *vers. ideo*, Rota *p.* 4. *tom.*

2. *decis.* 91. *num.* 10. *vers. dum præsupponit*, & *dec.* 14. *n.* 85
38. *par.* 16. *recent.* & *dec.* 141. *n.* 35. *p.* 16. *rec.* & apud Bichium 286. *n.* 41. vel præservat jus, quæsitum ex oppositione, in judicio facta, specifice tamen ob non publicationem, prout in *dict. dec.* 286. *n.* 42. Ideo, cum quis 86
impetraverit à Papa Beneficium ob non publicationem resignationis tempore debito, si resignatarius impetraverit gratiam restitutionis ad publicandum, hæc gratia ei nihil prodest: quia in ea opponitur clausula, *dummodo alteri isto medio tempore non sit jus quæsitum*; & impetrans valde impetraverit gratiam, Rota *in d. decis.* 286. *n.* 35. 41. & 42. apud Bichium.

Num. 158. allegavimus *decisionem in Beneventana Canonicatus*, 14. *par.* 10. hæc decisio fuit coram Bichio, & 87
tres emanarunt decisiones in hac causa *Beneventana Canonicatus*, prima 14. *Maii* 1646. & est apud Bichium 253. secunda 18. *Februarii* 1647. 286. & tertia 27. *Maii* 1647. 301. apud eundem Bichium, *in quibus postremis decisionibus*, nempe 286. & 301. fuit abunde dictum, & quidem magistraliter, per illum eruditissimum Sacræ Rotæ Auditorem, gratiam *restitutionis ad publicandum* non esse subreptitiam, sed validam, si in ea non fuerit facta mentio litis, quando pars adversa, antequam resignatarius impetraverit gratiam *restitutionis ad publicandum*, non opposuisset specifice de non publicatione, ita conciliando alias Rotæ decisiones, distinguendo duos casus. Primus est, quando de tempore obtentæ gratiæ *restitutionis* fuerat in actis specifice oppositum de non publicatione, & tunc gratia *restitutionis* est nulla, & subreptitia, non facta mentione de lite; Alter vero est, quando non fuit oppositum, & tunc est valida, & hanc distinctionem alias amplexam fuisse Rotam *in decis.* 91. *num.* 9. & 10. *part.* 4. *tom.* 2. dicitur *in d. decis.* 286. *num.* 25. Concedendo enim Papa hanc gratiam *restitutionis*, non facit alicui, seu tertio collitiganti, præjudicium: quia per dictam gratiam *restitutionis* impetratur illud jus, quod Papæ competebat ob non factam publicationem, ob cujus defectum inducta fuit reservatio cum *decreto irritanti*; nec litis pendentia prohibet, quin quis possit sua jura meliorare, ut latius in dictis decisionibus ostenditur.

A num. 161. *usque* 169. locuti fuimus de modo pu- 88
blicandi resignationem; verum de hac materia adest novissima *decisio part.* 15. *recent. decis.* 331. *à num.* 15. *cum seq.* per quam firmantur omnia, a nobis adducta; & ad majorem comprobationem hic verba decisionis subnectimus, ibi: *Sed quod in causa resolutionem magis impulit Dominos, fuit defectus publicationis resignationis: Quoniam, cum Litteræ Apostolicæ Vincii emanaverint ob resignationem Adami, cum quo Campagna litigabat, pornecesse debet Vincius, qui in eis se fundat, satisfecisse Constitutioni s. m. Gregorii XIII. de public. resig. inter ejus impress.* 85. *Bullar. tom.* 2. *quæ habet locum etiam in resignationibus Beneficiorum de Jurepatronatus laicorum*, Merlin. *decis.* 422. *n.* 6. *atque ostendere ad præscriptum ejusdem resignationem intra sex menses fuisse publicatam, tam in Metropolitana Firmi, quam in Ecclesia, ubi est Beneficium, & ulterius, quia erat litigiosum intra ipsummet semestre exhibere Litteras resignationis, una cum publicatione, quatenus fuisset facta in Rota coram Judice, & Executore in ejusdem Litteris deputato, iteratis vicibus instando pro illarum executione, & possessione, ut sancitur in eadem Bulla, §. is quoque*, & dicit
Rota *in Burgen. Canonicatus* 19. *Januarii* 1590. coram clar. 89
mem. Card. Panzirolo, apud Marchesan. *de commiss. par.* 2. *fol.* 544. *n.* 2. *Unde deficientibus prædictis, quæ pars gratiæ esse dicuntur, Litteræ exequi non possunt*, Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 14. *n.* 3. Rota *dec.* 539. *n.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Pen. *dec.* 1274. *n.* 2. Royas *dec.* 180. *n.* 11. & *Viterbien. Beneficiorum* 23. *Junii* 1653. & 26. *Junii* 1654. coram Eminentiss.
Domino meo Card. Celso. *Neque constitutionis adimple-* 90
mentum resultat ex transumpto cum publicatione a tergo novissime exhibito: admisso enim errore Notarii in describendo anno 1666. *loco anni* 1665. *adhuc non relevat: tum quia, & Rector, & Bajulus referunt, publicasse, & affixisse respective, & nemo illarum individuat diem, qua hoc gessit: & tamen dies exprimi omnino debebat, ad dignoscendum, utrum intra sex menses, a Bulla statutos, publicatio facta fuerit; Tum quia sunt simplices relationes, prorsus insufficientes ad effectum, de quo agitur, cum de publicatione, ut communiter servatur, a tergo Litterarum confici debuissent publicum instrumentum cum interventu duorum testium, illudque adhiberi*, Rebuffus *in praxi de public. glos.* 10. *num.* 3. Paris.

ubi su-

ubi supra q. 14. n. 20. & q. 6. nu.60. ubi nu. 62. ponit formu-
lam, & modum servandum, Garz. *de benef. d. p.* 11. *c.* 3.
*n.*302. *Tum demum, quia ad antedictæ Constitutionis nor-*
mam publicari debebat resignatio in Metropolitana, & in
Ecclesia D. Petri ejusdem Civitatis, in qua manet Benefi-
cium, Patil. *ubi supra q.* 3 *n.* 98. *& q.* 6. *nu.* 7. *& ob id fieri*
non poterat in Ecclesia S. Martini, in qua Beneficium non
esse situm, ostendunt Litteræ Apostolicæ provisionis Aurelii
resignantis, ubi dicitur existere in Ecclesia D. Petri Firma-
ni, ut in Summario Campagna 4. Maii proximi præteriti n.
2. Hæc ibi. *Atque ista causa pluries proposita, resolutum*
fuit, standum esse in decisis, & Litteras Apostolicas Vitzii
non esse exequendas, utraque parte, &c.

91 Quod vero impetrans ex non publicatione, & ipse pu-
blicare teneatur, diximus *num.* 179. adde decisionem 358.
num. 25. *&* 26 apud Bichium, & apud Ubacum *nu.* 16. *&*
17. In eodem *num.* diximus, resignatarium posse, etiam
Litteris non expeditis, resignare jus suum, quod habet in
Beneficio; adde decisionem apud Manzaned. 912. quam
supra attulimus. Diximus secundum resignatarium teneri
publicare eodem tempore primi; adde Garz. *part.* 11.
cap. 3. *num.* 304. & Rotam apud Emin. Cerrum *dec.* 40.
num. 11.

92 Insuper notandum est, quod, licet qui impetrat ex ne-
gativa non publicationis, illam justificare teneatur con-
cludenter, tanquam fundamentum suæ gratiæ, ut dixi-
mus, & illustrat Maranta *resp.* 86. *tom.* 4. nec ex produ-
ctione publicationis extra tempus factæ resultare possit
concludens probatio non publicationis in tempore: quia
cum sit actus reiterabilis, potuit fieri alio in tempore; ita
ut hæc probatio non sufficiat ad sustentandam gratiam ex
non publicatione, juxta *decis.* apud san. mem. Gregorium
XV. 210. *numer.* 3. ibique Oliver. & apud Burattum 948.
Sed aliæ desiderantur probationes, & diligentiæ, quas
affert Eminentiss. Cerrus *in decis.* 400. *a num.* 6. Attamen
quando resignatarius ipse affert publicationem, extra tem-
pus debitum factam, sibi præjudicat; & ex hac produ-
ctione bene probatur, quod publicatio non fuit facta in
tempore: quia unusquisque præsumitur meliorem, & va-
lidiorem titulum procedere, & productio tituli invalidi
excludit præsumptionem alterius tituli validi, Rota apud
Eminent. Cerrum in sæpe allegata *decis.* 227. *num.* 18. ubi
aliæ decisiones citantur.

Num. 180. cum sequentibus diximus, resignatarium
intra eundem terminum ad publicandum teneri capere
possessionem Beneficii resignati, & consequenter neces-
sario expedire Litteras, sine quibus neque publicatio fieri,
neque possessio capi potest, ut notant omnes. Verum,
93 cum ei concessa fuerit vel prorogatio, vel restitutio ad pu-
blicandum, concessa etiam censetur ad expediendum Lit-
teras, & ad capiendum possessionem, & optime dictum
fuit *dec.* 202. *n.* 20. *& dec.* 230. *n.* 16. apud Emin. Cerrum.
Ex quod resignatarius debet instare pro capienda possessio-
ne coram Executore, adde dictas decisiones, quas supra
allegavimus apud Bichium 358. apud Cerrum 227. & alibi,
& sufficit, ad evitandum pœnas, impedimentum legiti-
mum, prout diximus in publicatione, & apud Ubacum
in dec. 6. fuit decisum per Sacram Rotam, impedimentum
datum a Capitulo, nolente tradere possessionem intra an-
num carentiæ, sufficiens fuisse ad evitandas pœnas, con-
tentas in Constitutione f. m. Greg. XIII. *de publicandis*:
quia in dicta Constitutione admittitur impedimentum le-
gitimum, ut expresse legitur in Bulla. Advertant Execu-
94 tores, ne exequantur Litteras, & procedant ad immissio-
nem, non facta prius publicatione Litterarum, Maranta
tom. 4. *resp.* 86. *n.* 18. Rota *dec.* 247. *nu.* 4. *p.* 17. Sicut bene
animadvertere debent, si provisus ex causa resignatio-
nis vellet capere vacationem per obitum in mense reserva-
to, per clausulas generales, vel alio quovis, &c. nam,
licet cum resignatio de facto justificatur, possit quis cape-
re vacationem Beneficii ex alterius persona etiam per obi-
tum, juxta *dec.* Mohedani 5. *sub tit. de prabend.* Sarnen-
in regula de publicand. q. 16. tamen hoc non procedit, cum
obitus contingit in mense reservato, & de dicto mense
non sit facta mentio; non obstat *Regula*, quæ *decretum*
continet *irritans*, prout scripsit Puteus *dec.* 4. *super regula*
de mensibus, & Rota *dec.* 379. *tom.* 3. *rec. seu tom.* 1. Farin.
post. quod intelligas, quando vult quis capere ex clausulis
generalibus vacationem, & reservationem per obitum in
mense reservato; secus tamen est, quando Beneficium es-
set reservatum alia reservatione, prout explicatur in alleg.
dec. 379. *n.* 5.

Ad *n.* 182. in quo diximus, possessionem non requiri 95
ad tituli validitatem, adde Rotam apud Ubacum 2. *n.* 24.
& optimam Glossam *in Extravag. Execrabili, verb. com-*
petit jus, de prabendis.

Possessionem vacantem Beneficii propria auctoritate 96
capi posse, dixit etiam Rota apud Bichium *decis.* 461. *nu.*
19. est tamen accipienda de manu Executoris, ut habeat
in se præsumptionem validitatis tituli, & justificationis
gratiæ, ut sæpesæpius Sacra Rota decrevit, & omissis
multis ex condicto apud Eminentiss. Cerrum 862. quod
intelligendum est, juxta ea, quæ alias diximus, ut scili-
cet Executor procedat juris ordine servato, quando uti
mistus procedit; in provisionibus autem ob resignatio- 97
nem, accipiendam esse possessionem in vim mandati Exe-
cutoris, requirit Bolla Gregor. omissis aliis Rota apud
Ubac. *dec.* 2. *n.* 18.

Diximus *nu.* 188. possessionem esse capiendam in loco 98
residentiæ Canonicatus in Cathedrali, seu in Collegiata
Ecclesia, si erit Canonicatus, vel Beneficium Collegiatæ
Ecclesiæ, capitulariter; adde Jo: Andr. Innocentium,
& Butrium *in c. in litteris, de restit. spoliat.* Rotam apud
Manzaned. *dec.* 5. & apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 162.
num. 2. etiamsi capienda fuerit de mandato Executoris, ut
ibidem *n.* 3. dicitur: Possessio autem Dignitatis capi debet 99
in propria sede, juxta *dec.* apud Cavalerium 198. & apud
Eminentiss. Cerrum 134. *num.* 3. & quamvis in eadem *dec.*
134. *n.* 4. *&* 173. *n.* 9. apud eundem, *&* 203. *n.* 3. apud Bi-
chium, & alibi sæpe Sacra Rota dixerit, quod possessio 100
Dignitatis, non opus est, ut capitulariter, seu congrega-
to Capitulo, capiatur: quia Dignitates regulariter non
sunt de Capitulo; Attamen, quia in Regno omnes Di- 101
gnitates habent stallum in choro, & vocem in Capitulo,
sunt de Capitulo, juxta decisiones apud Seraph. 98. *&*
103. apud Bichium, *&* 173. apud Cerrum, ideo semper
capitulariter est capienda.

In eodem *num.* diximus, non esse necessarium, ut Ca- 102
pitulum ad hunc actum specialiter congregetur, sed suffi-
cere, Canonicos legitime esse congregatos; adde *decis.*
138. *num.* 15. *p.* 9. *rec. & dec.* 522. *n.* 11. apud Burattum,
Attamen Sacra Rota nuper apud Ubacum *dec.* 2. *num.* 19.
dixit, Capitulum debere esse legitime convocatum ad so- 103
num Campanæ, ut possessio prosit, & *ibi* allegantur
multæ Sacræ Rotæ decisiones, & Doctores, & late ad-
ditio ad Buratt. *dec.* 318. *num.* 17. *& in fine ejusdem deci-*
sionis apud Ubacum dicitur, quod in locum mandati exe-
cutorii pro capienda possessione non potest deservire mo-
nitorium super executione Litterarum in *forma processus*
fulminati: quia monitorium resolvitur in simplicem cita-
tionem, quæ non facit statum ad effectum tradendi legi-
timam possessionem (loquitur decisio, quando adest legi-
timus contradictor, & juxta consuetudinem loci.) Certum
tamen est, quod requiritur mandatum de immittendo
Executoris vigore collationis factæ; sufficit tamen, si ca-
piatur possessio cum Litteris provisionalibus cum inserta
forma mandati de providendo, licet ipsum solum manda-
tum non sufficiat, Rota *dec.* 483. *nu.* 14. *p.* 18. & tunc re-
quiritur possessio Collegialis; secus autem, si Beneficium
fuerit a Papa collatum: quia eo casu non requiritur, ut
capitulariter sit capta, Rota *dec.* 138. *n.* 18. *nu.* 18. *p.* 9. ibi-
que allegantur *dec.* 318. *n.* 12. *&* 522. apud Buratt. sed dictæ
decisiones id explicite non dicunt.

Censeri validam possessionem a Canonico non capitu- 104
lariter captam, Capitulo injuste renuente illam tradere,
diximus *num.* 189. adde Cavalerium *decis.* 201. *num.* 4. *&*
decis. 97. *num.* 23. *part.* 1. apud Ubacum 34. *num.* 1. Add.
ad Burattum *decis.* 318. & cum Canonicus admissus fuerit
ad actus capitulares, & hoc passi fuerunt alii Canonici,
habetur pro legitime capta possessio, Rota apud Man-
zanedum *d. dec.* 5. & apud Burattum *dict. dec.* 318. ibique
Adden. *&* 522. *n.* 12.

Possessionem cujuslibet Beneficii capiendam in pro-
pria Ecclesia, diximus *num.* 19. adde Manzanedum *decis.*
489. *nu.* 4. cum autem aliqua Ecclesia fuerit profanata, 105
& translatum Beneficium, possessio capienda erit in loco,
ubi fuit translatum: sed debet constare de tali profanatio- 106
ne, & translatione, juxta dictam decisionem apud Man-
zanedum 489.

Ad scripta *num.* 193. *&* 194. addimus, quod, quando 107
possessio Beneficii est vacans, & datur impedimentum,
dicitur sufficienter capta per tactum portæ Ecclesiæ, &
per aspectum Ecclesiæ, & Campanilis, juxta decisionem
Rotæ apud Bichium 40. *num.* 4. *&* 318. in qua pro valida
habi-

habita fuit possessio, capta per tactum ostii, & patietis, in odium prohibentia, & erat vacua possessio, quæ semper præsumitur talis, ut ibidem dicitur, *& decis.* 103. *&* 461. *num.* 10. apud eundem Bichium. Quamvis enim as-
108 pectus sit modus fictus acquirendi possessionem; quia, licet sit sensus aliis principalior, non tamen est aptus, vel conveniens ad possessionem veram capiendam; attamen operatur acquisitionem possessionis in hoc casu; nam aspiciens animo acquirendi, juris interpretatione videtur porrigere corpus usque ad ipsam rem, *l. 1. §. si jusserim, ff. de acquir. possessione, leg. quod mero, §. si venditionem eodem tit.* Rebuff. *in prax. cit. de miss. in poss.* num. 34. Achill. *decis. 1. sub tit. de causa possessionis, & proprietatis*, Rota apud Bichium *decis.* 392 apud Eminent. Cerrum 218. *per tot.* & facit text. *in cap. contingit, de dolo, & contumaciæ.* Requiruntur tamen tria in hoc casu. Primum,
109 quod adsit impedimentum, & de hoc constet, seu de non tuto accessu, ut fuit in *d. decis.* apud Emin. Cerrum a 18. Secundo, quod adsit decretum Executoris, seu Judicis, ut tradatur possessio. Tertium, quod interveniat publicus Notarius, seu Nuncius, habens potestatem tradendi possessionem, & provisus habens voluntatem acquirendi, ut latius explicatur in *d. decis.* 392. apud Bichium. Impedimentum datum sufficienter probatur per assertionem Notarii, ut in allegatis decisionibus apud Bichium, & Cerrum. Procuratorem debere habere speciale mandatum
110 ad capiendam possessionem Beneficii, notavimus *nu.* 196 Adde Rotam apud Manzanedum *decis.* 489. apud Eminentiss. Certum 327. *numer.* 1. *&* 2. Et licet sufficere mandatum generale ad capiendam possessionem quorumcunque Beneficiorum, dixerit Sacra Rota apud Manzanedum *dec.* 61. *nu.* 3. qui allegat doctrinam Abb. *in c. accedens* n. 5. *de prab* contrarium tamen colligitur ex eadem Sacra Rota apud Ubacum *dec.* 34. *n.* 3.

111 Breviter diximus sub *n.* 203. Executorem Litterarum Apostolicarum non posse in termino, concesso ad appellandum, procedere ad immittendum provisum in possessionem Beneficii, absque vitio attentati; hoc tamen melius, & latius explicandum putavimus: siquidem reminisci oportet *Constitutionis f. m. Bonifacii VIII. relata in cap. non solum, de appellat.* 6. in qua statuitur: *Non solum innovata post appellationem debere ante omnia revocari, sed etiam omnia ea, quæ medio tempore inter sententiam, & appella-*
112 *tionem, quæ postmodum infra decennium interponitur ab eadem contingit innovari, ac si post appellationem eadem innovata fuissent.* Et rationem reddit ibi gloss. *in verb. innovata fuissent:* quia, sicut post appellationem nihil innovari debet: sic nec pendente jure, quod competit condemnato ad appellandum, scilicet usque ad decem dies.

113 Hinc nostri Doctores docent, & Sacra Rota nostra Magistra in dies decrevit, nec post appellationem, nec pendente termino ad appellandum, posse procedi ad immittendum in possessionem Beneficii controversi, sive sit collativum Beneficium, sive Jurispatronatus. Innumeræ adsunt decisiones, sed omisso earum magno catalogo, vide apud Greg. *dec.* 91. *num* 4. apud Buratrum 363. *nu.* 4. *&* 212. *nu.* 9. apud Manzanedum 136. *& dec.* 45. *&* 466. *p.* 9. 360. *nu.* 1. *part.* 15. 222. *num.* 7. *&* 8. 107. 177. *nu.* 4. *&* 166. *num.* 1. *&* 25. *part.* 16. *recent.* apud Eminent. Cerrum 328. *per tot.* 749. 754. 156. *num.* 2. 140. *num.* 6. 228. 656. *num.* 3. 188. *num.* 2. apud Priolum 322. *num.* 5. *&* 6.
114 apud Ubachum *decis.* 40 apud Bichium 237. Et sufficit appellante detenut in actu prolationis sententiæ, ab Executore prolatæ, Rota apud Manzanedum 895. Cerr. 884. *num.* 3.

115 Inde etiam, cum Executor procedit, ut mistus, quia tunc, ut Judex procedit, & judiciario ordine, parteque citata, non potest intra terminum ad appellandum, vel post interpositam appellationem immittere in possessionem Beneficii provisum Apostolicum; alias utroque casu possessio erit attentata, & revocanda, ac sub sequestro ponenda, juxta stylum Sacræ Rotæ; quia, cum procedit, ut mistus, admittitur appellatio ad utrunque effectum, & cum causa est appellabilis, causat attentata, & possessio dicitur nulla, Addentes ad Gregorium *decis.* 112. *n.* 2. Rota *decis.* 377. *numer.* 17. *p.* 10. *&* 360. *n.* 4. *&* 5. *par.* 15. *& dec.* 114. *n.* 7. *eadem par. decis.* 107. *nu.* 7. *&* 166. *nu* 2. *&* 3. *&* 272. *part.* 16. *rec.* apud Manzanedum 852. *per tot. &* 895. apud Bichium 392. *num.* 8. *&* 9. apud Emin. Cerrum *dec.* 315. *n.* 4. *&* 15. & apud Priolum 395. *nu.* 14. ibique al-
116 legantur decisiones. Itaque quoties a decreto, & sententia Executoris admittitur appellatio suspensiva, non licet in termino ad appellandum ponere in possessionem provisum citra vitium attentati, & possessio sic data, est nulla, attentata, & intrusiva, ut dicitur in *decisionibus allegatis*, præsertim in *d. dec.* 395. apud Priolum; Et quamvis postea
non interponatur appellatio, adhuc possessio in termino 117
ad appellandum concesso data, remanet nulla, licet non attentata, Mohed. *decis.* 8. *num.* 2. *de prabend.* Seraph. *decis.* 229. *num.* 3. *&* 4. apud Coccinum *decis.* 1104. *num.* 3. *&* 1176. *n.* 1. & apud Eminent. Cerrum 140. *nu.* 11. Et no-
tandum est, quod, cum proceditur per contradictores, 118
non præcedente citatione personali, quia tunc non est verus contumax, sed fictus, quo casu terminus ad appellandum non currit, nisi a die notitiæ, Vestrius *in praxi lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 21. omissis aliis ex eodem dicto, Redol. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 127. tunc possessio semper dicitur capta intra terminum, ad appellandum concessum, & erit attentata, Rota apud Royas *decis.* 92. *num.* 7. *& in d. decis.* 222. n. 9. *p.* 16. *recent.* & apud Emin. Cerrum *d. decis.* 39.
n. 10 *&* 140. n. 12. ubi *n.* 13. id ampliatur etiamsi præcesse- 119
rit citatio personalis, & postea processum fuerit per contradictores (seu per edictum in toto Regno) & in dubio semper præsumi, appellationem interpositam in termino
a die habitæ notitiæ. Verum, cum quis fuit a principio 120
personaliter citatus, & constituit Procuratorem, & ambo postea se absentaverunt, licet processum fuerit per contradictores, censendus erit verus contumax, & tempus currit ad appellandum a die sententiæ, Redolph *loco cit.* *n.* 128. Regulare enim est, quod semper, quod quis latitat, aut præstat impedimentum, ne citetur, aut inhibeatur, habetur pro citato, & inhibito, juxta textum *in c. quoniam frequenter, §. porro, ut lite non contestata, clem. prima, §. qui vero, de judiciis, Extravag. rem non novam, in principio, vers. & siquidem, de dolo, & contumacia.* Possessio igitur, capta in termino ad appellan-
dum, est nulla, & attentata, & venit semper revocanda, 121
ne quis commodum sentiat ex sua malitia, ut quotidie nostra Magistra Sacra Rota Romana docet. Sed, si senten-
tia transierit in rem judicatam ob appellationis desertio- 122
nem, non venit revocanda, Rota apud Emin. Cerr. *dec.* 91. *per tot.* ubi concordantes decisiones allegat, & *decis.* 228. *nu.* 9. & apud Priolum *dec.* 116. *num.* 10. Hoc tamen
procedit, quando clare constat, sententiam in judicatum 123
transiisse; secus si non constaret aperte de re judicata, cum intimatio, seu citatio sententiæ non fuisset personaliter executa: Nam, cessante personali citatione, excluditur res judicata, cum tunc tempus incipiat duntaxat a die habitæ notitiæ, Rota apud Eminen. Cerrum in d. *dec.* 228. *nu.* 10. *&* 11. ubi aliæ concordantes decisiones allegantur,
& apud Bichium 217. *num.* 4. nisi tamen victus fraudulen- 124
ter latitaret, ne personaliter citetur ad sententiam, vel intimetur ei personaliter sententia: tunc enim habetur pro personaliter citato, ut diximus nuper, & currit tempus a die sententiæ, & Redulphino adde Bichium *decis.* 217. *n.*
6. *& dec.* 242. Et etiam notandum est, quod, licet quan- 125
doque tempus decem dierum ad appellandum non curat a die sententiæ, sed a die scientiæ; attamen gesta post decem dies non sunt revocanda per viam attentatorum, Bich. *d. dec.* 717. *n.* 16.

Diximus, cum Executor procedit, ut mistus, secus cum ut merus, vel cum non datur appellatio suspensiva:
tunc enim possessio, data intra terminum ad appellandum, 126
non est attentata, Rota *dec.* 114. *n.* 14. *&* 360. *n.* 3. *&* 4. *p.* 15. *rec. &* 222. *nu.* 12. *p.* 16. & apud Bichium 392. *nu.* 10. *&* 237. *n.* 11. Ludovisius *dec.* 538. *n.* 7.

Ideo, cum providetur Parochiale Beneficium prævio 127
concursu, quia Sacrum Concilium Trident. non admittit appellationem suspensivam ab irrationabili Episcopi judicio, *sess.* 24. *capit.* 18. *de reformat.* tunc possessio capi potest tam intra terminum ad appellandum, quam post appellationem, Rota penes Bichium *dec.* 569. *num.* 5. Rota *decis.* 360. *nu.* 6. *p.* 15. quod tamen secus est in provisione Pontificia, & Executor est mistus, ut alibi notavimus, & expresse habetur in *d. decis.* 360. *&* 214. Pari modo,
cum proceditur ad institutionem Beneficii Jurispatrona- 128
tus extrajudicialiter; nam tunc, licet infra decennium possessionem accipere, nec intrat attentatum: sed contrarium dicendum est, quando judicialiter proceditur, Rota apud Bichium *dec.* 39. apud Emin. Cerrum *dec.* 228.
140. 329. *&* 656. Bene verum, quod, licet Edictorum 129
affixio ante comparitionem alterius non causet judicium formale, sed judicium incipiat post comparitionem contradictoris, Gonzalez *regula* 8. *Cancellaria*, *gloss.* 9. *in*

annot.

annot. num. 41. *&* 42. Rota *decis.* 227. *n.* 2. 3. *&* 4. *p.* 3. *lib.*
2. *&* 266. *p.* 3. *lib.* 3. *divers.* apud Eminen. Certum 329. *nu.*
4. *&* 5. *&* 493. *n.* 17. Attamen in termino, in edicto præ-
fixo, non potest capi possessio: quia, durante illo tempo-
re, officium Judicis conquiescit; Et quamvis tunc dicta
130 possessio non possit dici attentata; dicitur tamen nulla,
& infecta *Decreto irritanti*, apposito in *c. fin. de elect. in*
6. quod comprehendit etiam præsentationem, *juxta gloss.*
ibidem, *verb. electione*, *vers. idem puto*, Cerrus *d. decis.*
228. *num* 4. *&* 5.

Declaratur doctrina antecedens: Diximus, quod, cum
causa non est appellabilis, seu non admittit appellationem
suspensivam, tunc intra decem dies potest procedi ad im-
missionem possessionis, nec dici potest attentata possessio;
id non procedit quoties Signatura Justitiæ simpliciter re-
131 scriberet pro appellatione, seu si simpliciter appellationem
admitteret: tunc enim gesta intra terminum ad appellan-
dum etiam, cum alias sententia non esset appellabilis, sunt
attentata, & veniunt revocanda, juxta decisiones, quas
refert, & sequitur in puncto Em. Cerrus in *dec.* 754. *nu.* 4.
& 428. *n.* 4. Regulare enim est, quod, cum Signatura Ju-
stitiæ simpliciter rescribit de appellatione, illam simpliciter
132 admittendo, censetur admissa quoad utrunque effectum,
& retrotrahitur usque ad diem sententiæ, & omnia gesta,
etiam intra terminum ad appellandum, & post ipsam ap-
pellationem, sunt nulla, & attentata, & veniunt revocan-
da, Emin. Othob. *dec.* 155. *n.* 11. *&* 266. apud Celsum *dec.*
136. 365. *n.* 31. *p.* 10. *dec.* 52. *n.* 6. 11. *dec.* 139. *n.* 7. *dec.* 222.
n. 8. *p.* 16. apud Em. Cerrum 146. *n.* 15. 188. *n.* 3. 214. 2. 4.
& 159. *per tot.* apud Priolum 322. apud Bichium 146. *nu.*
4. apud Ubacum 40. & novissime *dec.* 772. *nu.* 13. *&* 14. *p.*
18. *rec. tom.* 2. & alibi sæpe; quod procedit etiamsi sub banca
ca commissio fuerit signata: quia habet easdem vires, ac
si a tota Signatura signata fuisset, donec reformetur, ut
133 dicitur in *d. dec.* 222 *n.* 10. *p.* 16. & apud Ubacum *loco cit.*
n. 1. Em. Othob. *dec.* 189. *n.* 16. apud Zarat. *dec.* 44. *nu.* 14.
& *dec.* 772. *n.* 15. *&* 16. nam tunc etiam omnia gesta ante,
vel post, sunt attentata, juxta decisiones allegatas. Quod
tamen moderat Ubacus cum eodem Em. Othob. & Zarat.
ut procedat, quando vere fuerit interposita appellatio: quia
tunc retrotrahitur ad diem sententiæ, & gesta interim la-
134 borant vitio attentatorum; secus si nulla fuisset interposita
appellatio, sed solum adita Signatura, & nulla pendente in-
hibitione fuisset processum ad aliquem actum, seu posses-
135 sionem: quia tunc solum afficit a die, quo fuit signata
commissio, & præsentata, nec fit retrotractio, vide U-
bacum *loco cit. nu.* 22. & dictas decisiones apud Othob. &
136 Zarat. Notandum est etiam, quod fatalia in sententia de
partibus non incipiunt a die interpositæ appellationis, sed
a die, qua causa appellationis verisimiliter committi po-
tuit, Lancell. *de attentatis pendente appellatione*, *c.* 2. *in*
prælud. n. 48. Scaccia *de appell. q.* 15. *no.* 75. ideo sententia
non dicitur deserta; & si post decem dies fuerit data posses-
sio, & immissio ad Beneficium, dicitur attentata, Rota
dec. 772. *n.* 5. *p.* 18. & cum Judex *a quo* præfigit terminum
ad arripiendum iter ad Curiam, sufficit, ut intra termi-
num arripiatur iter, ut evitetur desertio causæ, Ridolph.
p. 1. *&* 13. *n.* 555. Rota *in d. dec.* 762. *n.* 12.

Quandoque Signatura rescribit cum clausula, *sine præ-*
judicio executionis Litterarum; cujus virtus est præservare
137 facultatem Judicis, seu Executoris *a quo*, procedendi ad
executionem, non obstante judicio ordinario, & per
cum gesta, non sunt attentata, March. *de commiss. appellat.*
ab Execut. brevis p. 1. *c.* 2. *n.* 48. *cum seq. fol.* 402. Ludovis.
dec. 91. *num.* 11. ubi Beltraminus, Manzanedus *decis.* 563.
n. 5. *&* *dec.* 138. *n.* 26. *p.* 9. *rec.* Ridolph. *in praxi in p.* 1. *c.* 8.
n. 155. Rota apud Emin. Cerrum *dec.* 599. *n.* 16. *&* 17. In-
telligitur tamen de Litteris, impetratis ante commissio-
138 nem, non autem de impetratis post: quia hæc clausula re-
spicit præterita, non autem futura, & pro præteritis præ-
servat ab attentatis, Rota apud Manzanedum *decis.* 799.
n. 9. *&* *dec.* 368. *n.* 3. *&* 4. *p.* 16. *rec.*

139 Præservat vero jurisdictionem Judicis, seu Executoris,
quando scilicet de jure procedit: Nam, si nulliter Execu-
tor, vel Judex procederet, tunc quod gestum est rescindi-
tur a Judice *ad quem*, per viam attentati, vel manuten-
tionis, ut noviter resolvit Sacra Rota, rejecta opinione
antiqua ejusdem Sacræ Rotæ, ut est videre in *d. dec.* apud
Manzanedum 852. *&* 114. *n.* 14. *&* 15. *p.* 15. *rec.* dummodo
140 tamen commissio appellationis sit etiam super attentatis,
de quibus expressa mentio est facienda, Rota *dec.* 360. *nu.*
11. *p.* 15. *rec.*

Circa hanc clausulam Sacra Rota aliquando facit diffe- 141
rentiam, cum efformatur, *sine præjudicio Litterarum A-*
postolicarum, *& sine præjudicio executionis Litterarum A-*
postolicarum, ut videre est apud Manzanedum *dec* 852. sed
alias eadem Sacra Rota dixit, nullam adesse differentiam,
ut videre est apud Coccin. *dec.* 144. *n.* 8. & apud Emin. Cer-
rum *d. dec.* 599.

Diximus *nu.* 204. lite pendente, vel post inhibitionem, 142
quamvis Papa non attentet, concedendo novas provisio-
nes; Attamen bene attentat Executor exequendo Litte-
ras: hoc dilucidandum melius ducimus, & nullam melio-
rem dilucidationem existimamus, quam hic afferre deci-
siones novissimas Sacræ Rotæ: siquidem apud Priolum *in*
dec. 200. dicitur: *Non obstat, quod possessio hujusmodi ca-*
pta fuerit in vim provisionis Apostolica, post dictam inhi-
bitionem obtentæ, in qua non cadit attentatum; nam, li-
cet Papa non attentet conferendo lite pendente, ut dixit Ro-
ta *dec* 641. *no.* 11. *p.* 1. *divers.* coram f. m. Gregor. *decis* 2.
n. 2. *nihilominus attentata est possessio, capta per provisum*
pendente lite, vel in spretum inhibitionis, ut probat Lotter.
de re benef. lib. 3 *q.* 10. *n.* 44. *& seq.* Rota coram Gregor. *d.*
dec. 2. *n.* 5. *ibique Addentes n.* 15. *& dec.* 10. *per tot. in Con-*
chen. Beneficii de Trieste 10. *Decembris* 1619. coram bon.
mem. Coccin. *et in Burgi S. Sepulchri Archidiaconatus* 4.
Julii 1657. *in fine*, coram me; *siquidem post introductam*
litem in Rota executio Litterarum Apostolicarum spectat ad
eandem Rotam, et Auditor loco Executoris succedit, adeo-
ut possessio, aliter apprehensa, tanquam nulla, et attenta-
ta, sit revocanda, juxta textum in clem. Auditor, de re-
scriptis, Rota coram Mantic. *dec.* 122. *n.* 2. *et dec.* 606. *n.*
3. *et* 4. *p* 3. *rec. cum pluribus, relatis in dicta Burgi S. Se-*
pulchri Archidiaconatus 4 *Julii* 1657. *§. quia licet*, coram
me, *et in Burgen. dimidia portionis* 2. *Maii anni præteri-*
ti, §. 1. coram R. P. D. meo Verospio, apud Eminentiss.
Cerrum *dec.* 154. 161. *Nec relevat pro excusatione atten-*
tatorum, et violatione sequestri, impetratio Beneficii, fa-
cta per Joannem a Sede Apostolica, ut probant Littera Apo-
stolica directa Ordinario Bitontino: quia præter quod fuerunt
notorie subreptitia, tanquam obtenta non facta Pontifici
mentione de attentatis jam commissis, et per Rotam decla-
ratis, minusque de appellatione, ubi etiam præmissa forent
narrata, et facta mentio litis, quod adhuc non constat; ni-
hilominus, cum negotium principale super pertinentia Juris-
patronatus, ac illius institutione, penderet in Rota, non
poterat Executor gratia absque vitio attentatorum procede-
re ad illius executionem: quia hujusmodi etiam gratia cogni-
tio spectabat ad Rotam vigore clem. Auditor, de rescript. et
ita similes executiones, uti attentatas, revocavit Rota in
Salamantina portionis 23. *Junii* 1586. coram Bubalo, *et*
in Aquilana Beneficii prima Julii, coram Orano, relatis
per bon. mem. Coccin. *in dec.* 443. *n.* 3. *et* 4. *et in Toletana*
Parochialis 26. *Junii* 1609. coram S. D. N. § *non obstat*,
quod possessio, ubi quod possessio vigore gratiæ subrogationis
capi non potest absque vitio attentatorum, quando præcessit
inhibitio Rotalis, legitime intimata, et post Lancellott. *re-*
fert, ita fuisse decisum in causa Legion. Prioratus 4. *Junii*
1644. coram bon. mem. Coccino: *licet enim mentio litis*
operetur, ut gratia sustineatur, non tamen operatur, quod
ea pendente possit Executor absque vitio attentatorum ad
executionem procedere, et sæpe fuit resolutum, et signanter
in Terdonen Jurispatronatus 13 *Maii* 1616. coram S. D. N.
et prius in Conchen. Beneficii de Trieste 20 *Decembris* 1609.
coram bon. mem. Coccino, quas refert, & sequitur Ad-
dens ad san. mem. Gregor. *dec.* 2. *n.* 16 *et in d. dec.* 443. *n.* 3.
in fine, *et* 4. Coccin. *et in rec. dec.* 534 *n.* 5. *p.* 5. *tom.* 2.

Et in *dec.* 199. *nu.* 12. apud eundem, ita dicitur: *Quod*
Papa non attentet, non controvertitur: sed licet ipse non
attentet providendo; attamen possessio, capta vigore illius
provisionis lite pendente coram Ordinario, *prout hic, est*
attentata, ex allegatis in d. dec. § fin. et dictum fuit in Li-
cana Canonicatus 30. *Aprilis* 1646. coram R. P. D. meo
Peutingerio, § *non obstat, quod Papa.*

Et *dec.* 489. *n.* 11. *et* 12. apud eundem, ita dicitur: *Nec*
subsistit, quod possessio, capta in executionem Litterarum
Apostolicarum, non possit dici attentata: Quamvis enim
Papa non attentet, providendo, ad textum in c. proposuit
quarto, § licet autem, de concess. præb. Ægid. *dec.* 749. *in*
fin. san. mem. Greg. *dec.* 2. *nu.* 1. *et* 2. *Attentat tamen Exe-*
cutor illius provisionis tradendo possessionem lite pendente,
ut optime declaravit Rota cor. f. m. Greg. *d. dec.* 2. *n.* 5. ibi-
que Add. *sub n.* 15. *vers. verum notandum est*, *et decis.* 10.
num. 2. *vers. tamen licet*, *in Bituntina Jurispatronatus* 26.

Fe-

Februarii 1646. coram bon. mem. Arguelles, §. *Non ob-*
stat, *in Gerunden Beneficiis*, § *fin. et in Melevitana Paro-*
chiali 26. *Maii* 1651. §. *indeque non relevat*, coram me.
Et ulterius in *dec.* 364.*n.*2. apud eundem Emin. Cerrum,
ibi: *Non obstat, quod lis introducta esset super executione*
dicti Brevis de capiendo possessionem nomine Cameræ, in
partibus vero actum fuerit vigore alterius provisionis, ab
illo penitus distinctæ, et separatæ: quia hujusmodi provisio
exhibenda erat in hoc Tribunali, cum ad illud spectet veri-
ficatio novæ gratiæ, lite coram eo pendente super eodem Bene
ficio, ab altero ex colligantibus impetrata; ac propterea
dictus Executor ad illius executionem procedere non potuit
absque incursu attentatorum.
Idem dicitur in quamplurimis aliis decisionibus Sacræ
Rotæ, præsertim apud Bichium 569.*n.*10.*et* 11. & uberius
in *dec.* 339. *per totam* o.15.*rec.et dec.*25.*n.*1.2. *et* 3.*et* 368.
*n.*1.*p.*16.*rec.* & novissime Sacra Rota *dec.* 11. *n* 4.*p* 17.*rec.*
etiamsi certus Executor datus sit, ut ibidem dicitur, &
præsertim, stante clausula, *quam, et quas*, quæ solet in
commissionibus apponi, quæ trahit omne jus præteritum,
& futurum, & tribuit facultatem procedendi ea jure super-
vento, prout dicitur in *d. dec.* 11. *n.* 11. & eo magis, quan-
do per partem adversam fuerit coram Executore protesta-
tum de pendentia litis; nam tunc clariora sunt attentata,
143 Rota *d. dec.* 368. *n.*2 p. 16. ubi aliæ allegantur decisiones.
In qua decisione etiam habes, quod non dicitur attentata
144 impetratio illa, quæ fuit obtenta ante commissionem, &
inhibitionem, & tunc potest procedere Executor: quia
præservatur per clausulam salutarem, quæ in omnibus
contractibus apponi solet, nempe *sine præjudicio executio-*
nis Litterarum Apostolicarum, de qua nuper diximus.
145 Papa, verum est, quod non attentat, *clem.* 1. *in fine*,
vers. salva, ut lite pendente: quia plenam, & liberam
potestatis plenitudinem omniumque Beneficiorum Eccle-
siæ dispositionem habet, & gratia provisionis Apostolicæ
excusari valet a subreptione, vel per litis expressam men-
tionem, vel per clausulam generalem, *cujus litis*, *etc.* ut
sæpe dictum est, Caval. *dec.*180. *n.*3. Greg. *dec.*2. *n.*16. *et*
*dec.*325. *n.*19. *et* 20. *p.*16. Ridolph *in praxi c.* 15. *n.* 74. at-
tentat tamen provisus comparendo alibi, quam coram
146 eo, coram quo lis pendet, & Executor procedendo in
causa, & tradendo possessionem, ut bene ponderatur
per Rotam in allegata *dec.* 339. *n.*2. p.15. Oliverius Beltra-
minus ad Greg. *dec.*2. *n.*15. 16. Ridolph. *loco cit. n.*75.
147 Hunc effectum attentati non solum producit inhibitio
postquam fuerit intimata, verum etiam, si datum fuerit
impedimentum, ne Intimari possit: puta, quia non præ-
statur aditus, ut intimetur Judex, seu Executor, malitiose
impediendo aditum, ut possit ante illius præsentationem,
& intimationem, dare possessionem: quia habetur pro
intimato, & possessio est nulla, & attentata, & eundem
producit, ac si post intimationem fuisset deventum ad exe-
cutionem, juxta ea, quæ supra allegavimus, in puncto
Rota 166. *n.*4. *p.*16. An autem hæc procedant in *subroga-*
tione gratiosa, Deo dante, *proprio loco* dicemus.
148 Tertius autem, qui non est in lite, impetrando, non
dicitur attentare, juxta textum *in c. Romana*, §. *in alium*
de appell. in 6. Gregor. *dec.* 14. *n.*6. Cavalerius *dec.* 186. *n.*
4 Ridolph. *loc. cit. nu.*76. quod tamen limitatur, quando
tertius habet causam a collitigante, Abbas *in cap bona*,
nu. 17. *vers. aut appellatio*, *de appellationibus*, Cæsar de
Grass. *dec.*6. *n.*9. *de causa possessionis*, *et proprietatis*, Ri-
dolph. *loco cit. n.*77. Rota *dec.* 182. *nu.* 10. apud Bichium,
prout esset in resignatione *ad favorem*, prout loquitur *d.*
*dec.*182. vel permutatione, vel cessione, Add. ad Gregor.
149 *dec.* 15. Secus autem in simplici resignatione in manibus
Sanctissimi libere, vel resignatione ejus, qui non erat in
lite, vel per obitum, vel per privationem, & semper
quando impetrans non habet causam ab eo, qui erat in li-
te: quia tunc jus habet a Papa, & ideo cessant omnia at-
tentata, Ridolph. *loc. cit. n.* 78. *et* 79.
150 Possessionem dare non potest Executor Litterarum A-
postolicarum, non citato alio possessore, cum exstit,
juxta textum apertum *in cap. licet*, *ubi glossa magistralis*
in verb. te non vocato, *de præbendis in* 6. sæpissime hoc di-
ximus, & quotidie Sacra Rota decernit: quia tunc Exe-
cutor est mistus, & debet judiciaria tela procedere, & ci-
tare possessionem, alias non rite, nec recte procederet,
nec sua possessione anteriorem possessorem privaret, qui
alioquin est manutenendus, si pro spoliato se non habet,
& cum est datus in Litteris, *certo modo*, qui potius dici-
tur Judex, quam Executor, & semper procedere debet
ordinarie, juxta sententiam Sacræ Rotæ, præsertim *dec.*
102. *numer.* 1. *part.* 19. & non solum citare, sed privare
prius possessorem, & postea conferre, & dare possessio-
nem provisio, *certo modo*, infinitæ sunt Sacræ Rotæ de-
cisiones, quas ex condicto omittimus: quia satis abun- 151
danter addiximus in diversis capitibus; adde solum *decis.*
apud Eminent. Cerrum 313. & 315. 369. apud Ubacum
*dec.*90 & apud Bichium 393. & 339 & procedit etiam in
misto Executore: quia debet citare possessorem, ut in *d.*
dec. 339. *n.* 17. & 597. *n.*8. apud eundem: quia, ut dixi-
mus, tunc de mero efficitur mistus. Fallit hæc regula, quo-
ties prior possessio fuisset attentata, vel infecta *decreto ir-* 152
ritanti: quia in his casibus Executor potest concedere, &
dare possessionem proviso, non citato penitus possesso-
re primo: quia tunc illa prima possessio habetur pro va-
cua, & pro non possessione, & nullum inducit iuris effe-
ctum, Rota apud Priolum *dec.*63. *nu.*7. apud Emin. Cer-
rum 155. *n.*12. & 455. *nu.*15. 16. & 17. apud Bichium, &
dec. 540. *nu.* 11. *cum seqq. p.* 18. *rec.* sic etiam quando quis
possideret ex titulo nullo, quia esset provisus ab Ordina- 153
tio in mense reservato, vel aliàs Beneficium esset reserva-
tum, & reservatio esset notoria, & clara, non est citan-
dus ab Executore; secus, si non esset reservatio clara,
Rota apud Bichium 280. *n.*3. & 16. & ideo, cum intrusio
appareret ex eisdem actis, non erit citandus; secus, si non 154
appareret, Rota apud Bichium 339. & 399. *nu.* 18. & 300.
*n.*13. semper enim, quod possessio est infecta *decreto ir-*
ritanti, possessor non est citandus, iuxta *d. dec.* 300. *nu.* 15.
17. & 26. apud eundem Bichium; sed debet clare constare
de *decreto irritanti*, ut ibidem dicitur.
Hæc omnia sæpe diximus, & hic repetere iuxta subie-
ctam materiam necesse fuit: sicuti hic etiam repetimus,
possessionem *decreto irritanti* affectam, nullam, &
vacuam reputari, nullumque iuris effectum producere, &
non solum quando super certo corpore Beneficii est appo-
situm *decretum*, sed etiam in generali, cum postea consti-
terit intrare, seu esse locum *decreto*, ut in præfatis deci-
sionibus, & apud Emin. Cerrum 173. & 884. & apud Bi-
chium in allegatis decisionibus supra, & 373. *n.* 7. semper
vero, quod suspicari potest, quod possessori competere
possit aliqua defensio, non potest amoveri ab eo possessio,
ipso non citato; si vero, ut diximus, constaret notorie,
nullam ei competere defensionem, potest alius immitti,
detentore non citato, Coccin. *decis.* 1232. *per tot.* Cum
vero possessor præsens fuit petitioni alterius provisi coram
Executore, atque contradixit, non est opus, ut citetur:
quia præsentia supplet omnem defectum citationis, Bald.
in leg. fin. de procurat. & alii, quos citat Gabriel *de citat.*
conclus. 3. *n.*396. Rota *dec.* 166. *n.* 10. *p.*12. in puncto, &
in nostris terminis eadem Sacra Rota *dec.*540. *n.*3. & 4. ubi
assignatur optima ratio: quia citatio possessoris requiri-
tur ad effectum, ut compareat, & sua iura deducat.
Sed restat videre nunc, an aut citari opporteat possesso- 156
rem, de ejus possessione constare debeat? Meminimus,
in his additionibus supra aliquando dixisse, citandum es-
se possessorem, etiamsi ignoraretur ejus possessio; ali-
quando vero oportere, ut de ejus possessione constare de-
beat, justa diversas Rotæ decisiones; hic tamen lucidius
explere duximus: siquidem Sacra Rota in pluribus decisio-
nibus apud Bichium, nempe 399. *in fine*, & *dec.* 428 *nu.*
7. & 597. *nu.* 8. dixit, Executorem oportere citare posses-
sorem, etiamsi ejus possessionem ignoret, & in omnibus
his decisionibus allegatur alia Rotæ decisio 284. *n.* 17. *p.* 5.
rec. Vice versa eadem Sacra Rota apud Eminen. Cerrum
155. *n.*6. 7. & 8. & *dec.*237. *n.*3. apud eundem dixit, quod
Executor potest procedere ad immissionem Beneficii, non 157
citato possessore, quando non constat de ejus possessio-
ne, & in *d. dec.* 237. ita dicitur: *Non obstante, quod hu-*
jusmodi possessio tradita fuerit ab Executore, Arnoldo mi-
nime citato: quia, dum non constabat de ipsius possessione,
potuit, eo non vocato, ad executionem, & immissionem
procedere, ut tradit Rebuffus *in praxi de forma, & decla-*
ratione nova provisionis, verb. amoto exinde, vers. nec vir-
tute hujus clausulæ, Gonzalez *regula* 8. *glos.* 9. *n.*22. Garz.
*de benefic. p.*6. *c.*2. *n.*141. *aliis relatis*, *dictum fuit in Civi-*
taten. Archipresbyteratus 24. *Maii* 1645. coram me, §.
prout etiam non obstat.
Sed si attente consideremus decisiones allegatas, &
subjectas ibi materias, ad concordiam reduci possunt, ne 158
dicamus illud Sacrum, & Venerabile Auditorium, in
quo tam conspicui Patres jus dicunt, sibi contrarium esse.
Et quidem in decisionibus allegatis penes Bichium certus
erat

erat possessor, tam de jure, quam de facto; nam in *decis.* 399. quidam Martinotius fuit provisus a Papa de Beneficio, quod obtinebat Laurentius Andreotius, quo fuit privatus per sententiam ob homicidium, ab eo commissum: quare constabat de anteriori possessione Laurentii, tam de jure, quam de facto; & cum Executor processerit ad executionem Litterarum, & immiserit in possessionem Martinotium, non citato Andreotio, bene Sacra Rota dixit, non recte processisse Executorem, non citato antiquo possessore, nec illum privasse sua possessione, qua privari non potuit non auditus; & in fine decisionis dicitur, quod denegatum fuit mandatum de manutenendo Martinotio, additis illis verbis: *Maxime, quia scivit, Beneficium fuisse possessum ab Andreotio: qua tamen scientia non requirebatur; nam, ut possessor facto Judicis sua possessione privetur, semper citandus est, sive Actor sciverit, sive ignoraverit, illum possidere*, Rota *decis.* 284. *num.* 17. *part.* 5. & sic habemus hic casum, in quo erat verus possessor. Similis casus fuit in *decis.* 428. in qua erat possessor antiquior Commendæ, & ideo bene dixit Rota, quod Judex non potuit privare possessione non citatum, quamvis ejus possessio ignoraretur. Idem prorsus fuit casus decisionis 497. quia jam de Vicaria fuit provisus a Sede Apostolica Joannes Michael Funduvius, & possessionem
159 acceperat, & hic revera possidebat de facto, & de jure, & ideo non potuit eum privare sua possessione Executor Litterarum provisionis ejusdem Vicariæ, impetratæ ab alio, quamvis ab isto Executore ignoraretur ejus possessio. Ratio hujus determinationis in decisionibus prædictis
160 est clara, & evidens: quia nemo suo jure inauditus privari potest, cum citatio sit de jure naturali, atque Divino; quomodo enim quis non citatus suo jure privari potest? obstant omnia jura naturalia, Divina, Cæsarea, & Canonica; parum vero refert, si ignoretur ejus possessio: quia, cum vere possidet, sententia ipso jure nulla est, & possessori præjudicium afferre nunquam poterit, Alciat. *cons.* 5. *col.* 1. *vol.* 2. Coccinus *cons.* 13. *col.* 2. *volum.* 4. Aymon *cons.* 124. Rovit. *cons.* 62. *colum.* 8. *vol.* 5. Boerius *dec.* 277. Sarnen. *in regula de non toll. jur. quæsito qu.* 5. & alii, quos citat, & sequitur Gabriel *in concl. tit. de citationibus concl.* 1, *nu.* 73.

161 In decisionibus autem penes Eminen. Cerrum non constabat de possessione: quia in neutra erat possessor: siquidem in *decis.* 155. Beneficium illud, de quo agebatur, non constabat, per Episcopum Civitaten. fuisse possessum, obstantibus Sacris Canonibus, & Executor suspicari non poterat, quod Episcopus cœpisset possessionem Beneficii, cum ille non possit occupare bona Beneficii vacantis (ut dicitur in decisione) nec sibi applicare fructus sine causa, & licentia Papæ, maxime ad longum tempus; alias videtur esse in dolo, & delinquere, juxta *cap. unic. ut Beneficia sine diminutione, &c.* sed tamen Episcopus debet provi-
162 dere de Oeconomo, & ideo non constitit in hac decisione de possessione Episcopi, bene potuit, ipso non citato, Executor procedere. Item quatenus adesset possessio Episcopi, illa erat infecta, *decreta irritanti*, apposito *in regula* 8. *Cancellariæ*. Similiter in *decis.* 237. apud eundem Eminen. non constabat de vera possessione: quia qui prius possidebat, non erat verus, & plenus possessor, sed nudus administrator, cum cautione de fideliter administrando, & restituendo fructus exactos; hujusmodi enim administratores obtinent tantum deputationem, nec sunt possessores: quare bene Sacra Rota decidit, quod, cum non constabat de possessione istius deputati in administratione, bene potuit Executor Litterarum, ipso non cita-
163 to, procedere ad earundem executionem, & immissionem in possessionem: quia administratoribus, & Oeconomis non competit interdictum, *uti possidetis*, optime Menoch. *de retinenda, remed.* 3. *num.* 95. Aliud enim est, aliquem possidere, & ignorari ejus possessionem; aliud est,
164 non constare de possessione, seu de existentia possessionis. In primo casu supponitur possessio vera, & realis, licet ignorata, & ideo non potest ille possessor non citatus privari, etiamsi ejus possessio ignoretur: quia unusquisque audiri debet in juribus suis, & Judex debet videre, an possessori competat defensio, juxta doctrinam glossæ *in cap. licet*. In secundo vero casu non supponitur possessio; & cum revera non adest, Executor potest procedere, non citato eo, de cujus possessione non constat, & valide exequitur Litteras: quia non est possessor, qui citandus alioquin est pro suo jure, & interesse.

Post scripta vidimus decisionem *in Nolana Beneficii* 5. *Maii* 1660. coram Meltio, quam affert Massola post suum tractatum 36. *in ordine*, *num.* 6. in qua sic dicitur: *Præsertim, quia illa fuit adepta, nulla præcedente citatione contra D. Vincentium, anteriorem possessorem, prout omnino requirebatur, sive junior possessor sciret, sive ignoraret anterioris possessionem, ex deductis in Calliex. Prioratus* 5. *Junii* 1649. *& in Melevitana Commenda* 15. *Junii* 1650. cor. bon. me. Bichio, *in d. Theatina Beneficii* 26. *Maii* 1651. *§. Hinc suffragari*, coram R. P. Verospio, *in Hieracen. beneficiorum* 27. *Junii* 1653. *& in Surrentina benef.* 24. *Junii* 1656. coram D. Decano.

Insuper notandum est, quod, cum in Litteris Apostolicis sunt dati plures Executores (quod frequenter accidit) si provisus adiverit unum, non potest ad alium postea recurrere, juxta textum *in capit. cum plures*, *§. porro*, *de officio Delegati*; unde decidit Sacra Rota apud Manzaned. *decis.* 599. quod valida fuit possessio, data ab alio Executore, non obstante, quod ad alium primum recurrat, & eadem die obtinuit monitorium: quia præsumitur Executorem post capta in possessionem de manu secundi. 165

Demum notandum est, quod, cum in Beneficiis curatis requiritur omnino examen coram Examinatoribus Synodalibus, & illud expresse ponitur in Litteris Apostolicis, cum sit expeditio juxta Constitutionem B. Pii V. ut diximus; tunc, si revera provisus, non examinato coram Examinatoribus Synodalibus, possessio fuerit data, est nulla, & invalida: quia in Constitutione B. Pii V. adest *decretum irritans*, Rota penes Bichium 377. *n.* 3. 166

C A P U T XVI.

De Executore Brevis de capienda Possessione nomine Cameræ.

S U M M A R I U M.

1 *Signata supplicatione provisionis Beneficii solet expediri Breve cum facultate capiendi possessionem nomine Cameræ, & Executor est Auditor Cameræ.*

2 *Brevia de capienda possessione solent expediri, ut citius possessio Beneficii capi possit, vel in odium intrusorum.*

3 *Brevia expediuntur duntaxat pro Beneficiis reservatis, vel affectis.*

4 *Brevia de capienda possessione non conceduntur nisi re integra.*

5 *Si adest lis, facienda est mentio in Brevi.*

6 *Prærogativa Brevis de capienda possessione consistit in eo, quia provisus non tenetur ad justificationem totius gratiæ.*

7 *Tota vis Brevis consistit in clausula,* constito.

8 *Breve de capienda possessione habet connexionem cum subrogatione gratiosa.*

9 *Fundamentum Brevis de capienda possessione est reservatio, quæ concludenter debet probari.*

10 *In Tribunali Auditoris Cameræ sufficit semiplena probatio.*

11 *Reservatio tantum est probanda, non autem modus secundum Gonz.* contrarium *Garzia, n.* 12.

13 *Cessante verificatione, non potest exequi Breve.*

14 *Pro verificatione clausulæ,* constito, *prius debet verificari obitus, ut constet de vacatione.*

15 *Quando adest in causa provisus ab Ordinario, non sufficit semiplena probatio.*

Testes de publica voce, & fama non admittuntur ibidem.

16 *In clausula,* constito, *verificari debet vacatio, ex qua resultare possit reservatio.*

{18 *Pro verificatione clausulæ,* constito, *debet verificari obitus in possessione.*

19 *Possessio semel accepta præsumitur continuata.*

20 *Executor debet verificare clare, & concludenter quæ continentur sub clausula,* constito, *quæ importat conditionem.*

21 *Quando adest in Breve clausula,* motu proprio, *non eget justificatione Breve.*

22 *Omnes clausulæ, quæ apponuntur in Breve de capienda possessione regulantur a clausula,* constito.

23 *Quando in Breve non adest clausula,* constito,

vel

vel non adest possessor, tunc Executor est merus.
24 *Verificatio clausula*, constito, *est facienda parte citata, si adest.*
25 *Expeditis Litteris in forma Brevis de capienda possessione debent præsentari coram A. C. a quo conficiuntur provisiones cum inserta forma.*
26 *Subexecutores destinati ab A. C. sunt meri, cum non adest contradictor.*
27 *Cum adest contradictor, seu possessor, Littera expedita ab A. C. resolvuntur in simplicem citationem.*
28 *Cum adest possessor, semper est citandus.*
29 *Cum contra clausulam*, constito, *opponitur exceptio, quæ reddit turbidam reservationem, debet removeri dubietas, & interim supersedendum, n.* 30.
31 *Si quis non possidet, & opponit contra Breve exceptio est illegitima secundum* Lotter.
32 *Declaratur doctrina* Lotterii, *n.* 33. *&* 34.
35 *Exceptio jurispatronatus debet opponi antequam detur immissio.*
36 *Possessor, si opponat contra reservationem, certo audiri debet.*
37 *Debet dari terminus contradictori, vel possessori ad suam exceptionem probandam.*
38 *Cum opponitur exceptio jurispatronatus ad impediendam immissionem debitam ratione Brevis, concludenter debet probari juspatronatus, n.* 39.
40 *Proposita jurispatronatus exceptione clare probari debet, & supersedendum in executione Brevis, numer.* 41.
42 *Sententia Ordinarii canonizatoria jurispatronatus est sufficiens ad dandum fumum pro supersessoria, si ante vacationem Beneficii sit lata.*
43 *Pro supersessoria sufficit fumus, in termino autem probatorio non sufficit dare fumum, nu.* 44.
45 *Juspatronatus tunc probandum juxta decretum Tridentini.*
46 *Adducitur* Rotæ decisio *in hac materia.*
47 *Cum reservatio est clara, exceptiones non retardant executionem.*
48 *Secuta immissione, exceptio jurispatronatus etiam probati, non potest revocare executionem peratam.*
49 *Verificata clausula*, constito, *cætera narrata non egent justificatione.*
50 *Verificata clausula*, constito, *Executor desinit esse mixtus.*
51 *Executor debet citare intrusum, illumque rite privare, & postea debet immittere provisum.*
52 *Cum adest possessor provisus a Papa tunc non ita agitur.*
53 *Cum contradictor se sentit gravatum, debet adire Signatura justitiæ.*
54 *Appellatio suspensiva non admittitur, cum fuerit justificata clausula*, constito.
55 *Contra intrusum pertinacem proceditur censuris.*
56 *Intrusi recurrentes ad Regios sunt excommunicati in Bulla Cœna, & denegatur eis audientia.*
57 *Cum Breve est executivum, tunc expirat jurisdictio Executoris, n.* 58.

1 QUandoque expediuntur Brevia Apostolica pro capienda possessione Beneficii, de quo aliquis fuerit provisus; nam delata Supplicatione ad Dominum Secretarium Brevium expedit Breve super dicta Supplicatione, & quidem si Literæ fuerint expeditæ, Breve expeditur, & datur Executori, qui ut plurimum solet destinari Auditor Cameræ, qui provisum, & habentem Litteras expeditas ponat in possessionem. Si vero Litteræ non fuerint expeditæ, sed solum Supplicatio signata, tunc expeditur Breve, in quo Executori mandatur, ut det possessionem Commissario nomine Cameræ Apostolicæ cum decreto, ut Commissarius illam retrocedat proviso, expeditis tamen Litteris; ita se habet praxis, de qua loquitur Gonzalez *glos.* 535. *num.* 118. & alibi. Latius Lotter. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 14. *nu.* 64. Garz. *part.* 6. *cap.* 3. Salgad. *de retent. Bull. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. & Amayden *libr.* 1. *c.* 28. affert exemplum Brevis, & vulgo nuncupantur Brevia de capienda possessione nomine Cameræ, & ista Brevia expediuntur, ut mos est, sub annulo Piscatoris cum eadem data Supplicationis signatæ, & minutam, quæ fit pro Breve, subscribit Pontifex, ut testatur Amayden.

2 Hæc praxis inventa fuit, ut celeri modo succurratur proviso, qui nondum expedivit Litteras, ut possessionem capere possit citius, ut aliqui ex Doctoribus citatis loquuntur, vel in odium intrusorum, & male provisorum ab Ordinariis, ut dicit Ubertus *part.* 6. *sua praxis, fol.* 168. *vers. iste modus*, quia tunc provisus Apostolicus non tenetur justificare totam Gratiam, ut dicemus, sed duntaxat reservationem: sic aufert ansam intrusis cavillandi Gratiam, nec diu poterunt illam dilatare, ac executionem impedire; & ne Litteras frustratorie provisus expediat, si possessionem adipisci nequeat, ut alii loquuntur; verum utramque rationem assignavit Gregor. XIII. in sua Constitutione 19. incipit, *Ad Romani Pontificis. Ibi.* Accepimus sane nuper, &c.

Hæc Brevia expediuntur duntaxat, cum Papa confert ex reservatione, & affectione; sic quando collatio ad ipsum duntaxat spectat, & nunquam expediuntur sine reservatione: quare nostri communiter dixerunt, quod basis, & fundamentum hujus Gratiæ est reservatio, Rota apud Luduv. § 3. ubi late Belt. Rota *in Vicen. benef. S. Martini*, coram Pamph. apud Marches. *p.* 1. *de commiss. fol.* 345. *& Toletan. Capellania* apud eundem *fol.* 348. apud Caval. *dec.* 547. apud Durand. *dec.* 340. *& decis.* 12. & apud Rub. *tit.* 2. *dec.* 71. quæ fuit *Dertusen. Parochialis*, cor. Ubald. Garz. *part.* 6. *cap.* 3. *nu.* 9. *cum seq.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 11. *a nu.* 4. *cum seqq.* Amayden *c.* 28. *nu.* 20. & sæpe ibidem Ridulph. *in prax. q.* 42. *c.* 8. *n.* 116. Ubert. *par.* 6. *prax. fol.* 242. quia ubi intrat reservatio cessat præjudicium inferioris collatoris, vel alterius intrusi, cum reservatio vigore decreti irritantis in ea appositi inficiat titulum, & possessionem, ut consideravit Lotter. 3

Brevia de capienda possessione certe haud conceduntur, cum res non est integra, puta quia quis, expeditis Litteris super Gratia, illisque coram Executore præsentatis pronunciasset contra Litteras, illasque non esse exequendas; nam tunc non poterit recurrere ad subterfugium Brevis, non facta mentione de supradicta sententia; nam Papa utique si ei hoc narratum esset non concessisset Breve, quod sufficit pro obreptione, sive subreptione, juxta ea, quæ dicta sunt, Rota *in Novariten. Canonicatus anno* 1593. coram Pamphil. sen. apud Marches. *p.* 1. *fol.* 541. *num.* 1. late Lotter. *d. q.* 11. *n.* 54. *&* 55. 4

Hinc etiam dixerunt quasi communiter nostri, quod de lite, si adest in Breve, facienda est mentio, Garz. *dict. p.* 6. *c.* 4. *nu.* 14. ubi etiam affert Rotæ *decis.* Lotter. *d. q.* 12. *nu.* 48. Amayd. *d. c.* 28. *n.* 28. de lite autem nulla est facienda mentio in Breve, quando scilicet nullus actus judicialis præcessit, vel fuit inducta a non habente potestatem, Rota apud Eminentiss. Celsum *decis.* 301. *num.* 8. & sufficit, ut de ea fuerit mentio facta in Supplicatione, quamvis non in ipso Breve: quia ut diximus ad effectum subreptionis evitandæ attenditur Supplicatio, in puncto Rota apud Eminent. Celsum *dec.* 301. *n.* 7. *& decis.* 204. *num.* 40. *p.* 8. *recent.* 5

Prærogativa igitur Brevis de capienda possessione in eo 6
consistit, quia vigore hujus Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, cum Litteræ non sunt expeditæ, provisus non tenetur totam Gratiam justificare, sed tantum reservationem, nempe Beneficium vacatum esse reservatum, sive reservatio oriatur ex mense, sive ex persona, sive ex Beneficio, & ideo Brevia semper expediuntur cum clausula, *constito*, quæ reservationem continet, Garz. *d. cap.* 3. *num.* 68. Lotter. Amayden *loco citat.* & alii practici: quare tota vis Brevis est in ista clausula, *constito*, qua verificata, totum Breve justificatum dicitur pro ob- 7
tinenda immissione, Rota *recent. part.* 2. *decis.* 582. *&* 691. *&* 484. Garz. *part* 6. *cap.* 3. *num.* 25. Amayden *d. cap.* 28. *a num.* 23. *cum seq.* Lotter. *dict. quæst.* 11. *nu.* 78. Ridolph. *dict. cap.* 8. *nu.* 120. *&* 121. ad instar *leg. fin. C. de edicto D. Adr. tollend.* & executionem promptam habere, ut non semel decrevit Rota, præsertim apud Cavall. *decis.* 8
276. *num.* 2. & DD. citati; sicuti diximus de Litteris expeditis cum gratiosa subrogatione, quæ cum Brevibus istis maximam habent similitudinem, excepto eo, quod in illis non datur Executor certus, in istis vero sic, & ut plurimum est Auditor Cameræ.

Quæ enim continentur in dicta clausula omnino verificari debent, & concludenter antequam ad executionem Brevis deveniatur, quia facit dispositionem conditionalem; conditio autem semper prius verificari debet antequam ad actum deveniatur, juxta ea, quæ communiter DD. asserunt: & equidem omnino reservatio justificari debet clare, & concludenter, & magnis probationibus, quia sine reservatione non conceditur Breve de

capien-

capienda possessione, & quæ sunt Gratiæ fundamentum
concludenter sunt probanda juxta ea, quæ dicta sunt, in
puncto Rota apud Caval. *dec.* 597. *n.* 2. apud Ludovis. *dec.*
9 53. ubi Oliver. omissis quamplurimis aliis Rotæ *decis.* ex
condicto novissime apud Emin. Othob. *dec.* 57. *n.* 15. Rota
in Regien. benef. 20. *Junii* 1636. coram Ghuletio, Gonzal.
in §. 7. *n.* 216. *in annot. post glos.* 9. *n.* 257. *& glos.* 11. *nu.* 98.
cum seq. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 69. Amayd. *d. c.* 28. *n.* 23.
& 24. & late Garz. *d. p.* 6. *c.* 3. *n.* 64. Ridolf. *d. c.* 8. *nu.* 126.
Ubert. *in prax. par.* 6. *fol.* 243. *vers. verificanda*, Ciarlin.
controv. c. 41. *nu.* 4 quod procedit secundum citatos DD.
etiamsi nullus adsit contradictor propter rationem de qua
supra, quia facit gratiam conditionalem, estque ipsius
gratiæ fundamentum, Buratt. *dec.* 590. *nu* 9. Duran. *decis.*
380. *n* 3. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 57. *num.* 3. 4.
Ridolf. *loco cit. n.* 126. Rota penes Rub. *tit.* 1. *dec.* 182. *n.* 7.
10 In Tribunali tamen A. C. sufficit semiplena probatio,
ut testantur, præter Garz. *loco cit.* Gonzalez §. 7. *num.* 220.
Tiberius Salustrius *in prax. A. C. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. Ri-
dolf. *loco cit. num.* 129. sed Rota tenuit semper contrarium,
quæ opinio etiam erit servanda ab aliis Executoribus depu-
tatis executioni Litterarum Apostolicarum, licet enim
hoc judicium sit executivum, & ad instar *l. fin. C. de edi-
cto D. Adriani tollen.* ut sæpe dictum est; attamen secun-
dum veriorem sententiam requirit plenas, & concludentes
probationes, Menoch. *de recuper. rem.* 15. *q.* 32. *& de adi-
piscen. rem.* 4. *n.* 446. Riminald. *cons.* 258. *lib.* 2. Boer. *cons.*
43. *n.* 47. *lib.* 3. Simon de Pretis *cons.* 114. *n.* 25. *lib.* 1. Uren.
francius *var. libr.* 2. *res.* 11. *de probat.* Castill. de Soto ma-
jor. *lib.* 3. *c.* 24. *n.* 98.

Dubium potest esse, an pro verificatione clausulæ,
constito, sufficiat illam duntaxat verificare, nempe vaca-
tionem narratam, an vero etiam modum ex quo resultat
reservatio? Equidem Gonzalez *in annot. post glos.* 9. *num.*
11 261. *&* 262. *&* 263. tenet, quod in clausula, *constito*,
posita in Brevi sit etiam omnino verificanda reservatio, &
quod non sufficiet probare vacationem narratam: quia
hujusmodi Brevia non conceduntur absque reservatione,
sed cum illius necessario præsupposito, ideo dicit non so-
lum vacationem, sed reservationem resultantem ex ipsa,
& allegat multas Rotæ decisiones.

Contrarium vero videtur tenuisse aperte contra Gon-
zalez Garzia *d. c.* 3. *a n.* 29. *cum seq.* dicens sufficere solum
probare vacationem appositam in clausula, *constito*, quia
quando ex vacatione narrata non resultat reservatio, Papa
12 non concedit Breve: & quando Papa vult, quod probe-
tur modus, ex quo resultat reservatio, exprese ponit di-
ctum modum in dicta clausula, *constito*, quod ex stylo
servari testatur Garz. qui *n.* 25. docuit solum sufficere, quod
verificetur, quod est in clausula, *constito*.

Sed quod reservatio sit probanda in clausula, *constito*,
& quod cessante verificatione dictæ reservationis non sit
locus executioni Brevis magis communiter tenent nostri,
quia Breve est fundamentum super reservatione, ut dixi-
13 mus, & absque illa non datur, Rota apud Carill. *dec.* 137.
n. 5. *& in Nuscana Canonicatus* 11. *Martii* 1647. coram
Arguelles, est penes ipsum *dec.* 34. ni fallor *& in dec.* 580.
nu. 5. *&* 691. *&* 756. *p.* 2. *rec. & in Gerund. benefic.* coram
Merlin. 28. *Aprilis* 1634. penes Rub. 536. *tit.* 1. *part.* 2.
& in Gerunden. benef. coram Royas 30. *Aprilis* 1640. quæ
est 224. *part.* 8. *recent.* in quibus omnibus dicitur, quod
reservatio contenta sub clausula, *constito*, ante omnia
est verificanda, Ridolf. *part.* 2. *cap.* 8. *a num.* 15. *cum
seqq.* equidem clara, & indubitata debet apparere, ut no-
tant omnes citati, & Rota *in Regien. benef.* 20. *Junii* 1636.
cor. Ghislerio, adeo ut si opponatur aliqua exceptio, un-
de reddatur turbida reservatio, retardetur ejus executio,
ut dicemus.

Tria enim continentur, quæ verificanda sunt in dicta
clausula, *constito*. Primo, obitus, ut constet de vacatio-
ne, absque qua non potest dari reservatio; ad probandum
14 ante obitum non admittuntur testes de publica voce, & fa-
ma, juxta *dec.* Ludov. 53. Durand. *dec.* 12. *nu.* 4. testes au-
tem de publica voce, & fama coadjuvant probationes,
Rota *in d. dec.* 536. *n.* 21. penes Rub. *tom.* 2. *p.* 2. *& in alle-
gata Regien. benef.* 20. *Junii* 1636. coram Ghislerio fuit di-
ctum, quod ad obitum probandum non sufficiebat fides
extracta a libro defunctorum morbo contagioso existente
penes Magistratum, quia extracta fuit non citata parte &
requiritur etiam citatio partis, cum adest contradictor,
licet alioquin partita desumpta ex Libro Parochi vacatio-
nem, & obitum probat sufficienter, ut dixit Rota penes
Rub. *tom.* 1. *part.* 2. *decis.* 536. *numer.* 4. & alias pro ut
annotavimus alibi. Nota tamen, quod licet supra dixe-
rimus, quod testes de publica voce, & fama non suf-
ficiant ad probandum obitum, seu vacationem in men-
se reservato, procedere hoc intelligendum est, cum ad-
est alius provisus ab Ordinario, quia tunc requiritur pro-
batio plena, qualis non est per testes de publica voce, & 15
fama, Coccin. *decis.* 87. Rota *in Salamantina Benefi-
cii* 5. *Junii* 1600. coram Penia apud Marchesi. *part.* 1.
fol. 349. Ubertus *dict. part.* 6. *fol.* 244. attamen si nul-
lus alius adsit contradictor, testes de publica voce, & fama
bene admittuntur, juxta aliam decisionem penes eundem
Ludovis. 349. *num.* 5. *allegatam decis.* 224. *num.* 3. *part.*
8. *recent.* sufficit enim tunc semiplena probatio, Cavall.
decis. 33. *n.* 2. Ubert. *loco cit. fol.* 244. *&* 245. Ridolf. *d. p.*
2. *c.* 8. *n.* 131. sed nota, quod DD. allegati videntur se con-
trariare; nam docent, quod clausula, *constito*, est veri-
ficanda concludenter, etiamsi nullus adsit contradictor,
ut dictum est supra, & tenuit idem Ridolf. *sub n.* 126. ergo
sive adsit provisus ab Ordinario, sive non, testes de pu-
blica voce, & fama non videntur sufficere, quia reserva-
tio, quæ principaliter continetur sub dicta clausula, semper
est concludenter verificanda.

Sic etiam quia vacatio contingere potest alio modo,
quam per obitum, de illa constare debet sufficienter, & con-
cludenter, juxta ea, quæ dicta sunt, sicuti cum quis ve- 16
niret ex vacatione ob incompatibilitatem, seu assecutio-
nem alterius Beneficii, non solum assecutionem secundi
incompatibilis probare debet, sed etiam retentionem pri-
mi post pacificam adeptionem secundi de jure, & de fa-
cto, quia tunc inducitur vacatio, juxta ea, quæ fuse ali-
bi notata sunt, Rota *in Avellana Canon.* 29. *Martii* 1651.
cor. Emin. Cerro 7. penes Tondut.

Secundo, in clausula, *constito*, verificari debet talis
vacatio, ex qua resultat reservatio clara; nam non suffi-
cit probare obitum, vel vacationem alio modo, sed ta- 17
lem ex qua resultat reservatio, nempe per obitum in mense
reservato, vel per obitum primæ Dignitatis in Cathedra-
li, & sic de singulis: quia ut dictum est, Breve est funda-
tum super reservatione, & hęc debet probari, illaque ces-
sante non est amplius locus executioni Brevis, Rota penes
Ludov. *in sæpe alleg. dec.* 53. *nu.* 2. ubi Belt. Rota apud Du-
ran. *dec.* 340. *n.* 2. Caval. *dec.* 597. Ubert. *loc. cit.* 244. *vers.*
2. *sub dicta clausula*, Spada *cons.* 31. *tom.* 3. Amayden *libr.*
1. *c.* 28. *n.* 20.

Denique tertium, quod omnino verificandum est sub hac 18
clausula, *constito*, est obitus in possessione, in qua æqui-
parantur Litteræ Apostolicæ expeditæ in forma Brevis de
capienda possessione, & in forma gratiosa subrogatio-
nis; parum enim prodesset, si quis obiisset in mense re-
servato, verbi gratia, nisi etiam in possessione obiisset,
ut notat Ubertus *loco cit.* probatur tamen hoc requisitum,
cum probatur defunctum accepisse possessionem Beneficii,
& in illa extitisse, nam semel accepta continuata præsu-
mitur usque ad obitum, prout alias notavimus; & in pun-
cto Rota apud Ludovis. *decis.* 136. *num.* 9. & penes Rub. 19
tom. 1. *par.* 2. *decis.* 536. *n.* 6. Duran. *decis.* 367. *nu.* 4. Lot-
ter. *d. qu.* 11. *nu.* 85. Belt. ad Ludovis. *decis.* 307. *num.* 24.
hæc enim probatio sufficit pro justificatione clausulæ, *con-
stito*, Rota *in Illerden. benef.* 17. *Octobris* 1597 coram
Penia, quam ad hunc finem allegat Lotter. *loc. citat. num.*
89. Garz. *p.* 6. *c.* 7. *n.* 70. Gonzalez *in annotat. post glos.* 9. *n.*
260. quia clausula, *constito*, non arctat ad aliquam spe-
ciem probationis; ideo refutanda non erit hęc species pro-
bationis ex juris præsumptione; nam adhuc dicitur plena,
ut late Lotter. *n.* 96. sed quod non admittitur probatio ex
juris præsumptione in verificatione clausulæ, *constito*,
Olivec. ad Ludovis. *dec.* 53.

Igitur, ut ad executionem Brevis procedere Executor
possit, requiritur ante omnia justificatio clausulæ, *constito*,
seu ejus, quod in illa complectitur, ita ut resultet inde re- 20
servatio clara, & aperta ante omnia, quia dicta clausula,
ut sæpe notavimus, conditionem importat, aliter nulliter
procedit, Rota *in Licien. Canonicatus*, cor. Dunoz. apud
Rub. *tom.* 2. *p.* 2. *dec.* 488. *nu.* 4. *&* 3. & penes ipsum, *& in
Elnen. benef.* penes Dunoz. seniorem *tom.* 3. *dec.* 70. *n.* 6. ni-
si tamen adesset clausula, *motu proprio*; nam tunc non erit 21
opus verificatione, quia non continet clausulam, *constito*,
Seraph. *decis.* 388. Rota *in Picien. pensionis* 20. *Novembris*
1609. apud Marchesi. *p.* 2. *fol.* 437. Amayden *d. c.* 28. *n.* 42.
& 43. bene tamen tunc si adest possessor poterit opponere
de jure suo, Amayden *loco cit. n.* 44.

A cu-

A cujus c'ausulæ, *consito*, verificatione pendent cæte-
ræ clausulæ, quæ in Brevibus hujusmodi apponuntur;
nam illa non justificata omnes aliæ evanescunt; supposi-
tum enim talis gratiæ est reservatio, non justificata reser-
22 vatione, quæ continetur in clausula, *consito*, quia sup-
positum principale deficit, deficiunt omnia, quæ accesso-
rie venirunt ad Gratiam, quare clausula, *de capienda pos-
sessione sine vitio spolii*, nihil operabitur, reservatione,
quæ continetur in clausulo, *consito*, non probata, Cocc.
decis. 225. *nu.* 8. Rosa *in Vicen. S. Martini* apud Marches.
p. 1, *fol.* 345. Lotter. *loco cit. num.* 70. & 71. Ridolf. *d. c.* 8.
n. 146. & 147. nam recipit conditionem, si Breve fuerit
justificatum: & si possessio tradatur non justificato clausu-
la, *consito*, datur actio spolii, & probatis extremis spo-
lii restituitur, Ridolf. *loco cit.* qui citat Rot. *decis.* Ubert.
23 *tom.* 1. *cap.* 2. *nu.* 55. & *part.* 6. *prax. fol.* 265. secus si non
esset in Breve clausula, *consito*, vel non esset possessor,
Ridolf. *n.* 148. & 149. nam tunc remanet merus Executor,
& de reservatione potest doceri quandocunque, & eo ma-
gis, cum non adest possessor; nam nemine possidente nul-
lus est citandus, ut dicit Ridolf. *loc. cit.* nisi tamen quis ul-
tro compareat, juxta alibi dicta.

24 Hæc verificatio facienda est parte citata, cum adest,
quamvis fuerit monitus negligens; nam non per hoc ci-
tatio erit exclusa, Rosa apud Othob. *decis.* 57. *numer.* 11.
Cratlin. *contr.* 41. *nu.* 4. Amayden, Lotter. Garz. & Uber.
locis citatis.

Expeditis enim Litteris in forma Brevis de capienda
possessione cum solita, & consueta clausula, *consito*, il-
læ præsentantur in actis Auditoris Cameræ, cui dirigun-
25 tur, a quo expeditur citatio per contradictas contra omnes
interesse prætendentes, & summarie, licet concludenter
recipiuntur probationes super clausula, *consito*, ut ob-
servant Garz. *d. cap.* 3. *num.* 37. Lotter. *loco citat. num.* 75.
Ubertus *d. part.* 6. *fol.* 267. *vers. præsentatur*. Verificata
vero clausula, *consito*, Auditor Cameræ facit provisio-
nem cum inserta forma Brevis: & quod fuit coram ipso
verificata clausula, *consito*, in eisdem subdelegat alios
Subexecutores, ut immittant in possessionem Commissa-
rium nomine Cameræ, si ad ejus instantiam Breve expedi-
tum fuit, vel ipsum provisum ejectis intrusis, exceptis ta-
men provisis Apostolicis: ac etiam mandat, ut dicti Sub-
executores moneant omnes intrusos sub pœna, &c. ut de-
beant ab intrusione cessare, alias compareant infra cer-
tum terminum ad videndum se declarari excommunicatos,
observant Lotter. Ubert. & alii.

26 Si est possessio vacans, tunc Subexecutores destinati ab
Auditore Cameræ sunt meri, & aliud agere debent, nisi
provisum, sive Commissarium nomine Cameræ in posses-
sionem immittere, qui deinde cedit illam proviso, sive i-
psum provisum, & mandare reddentibus, ut correspon-
deant; sin vero possessio fuerit plena, Subexecutores man-
dare debent, ut intrusi desistant, qui si cedant, bene pro-
ceditur ad immissionem, sin minus, & adducant sua jura,
Litteræ Auditoris Cameræ resolvuntur in vim simplicis ci-
tationis, Lotter. *loco cit.* Amayd. *d. c.* 28. *n.* 51.

27 Resolutis Litteris Auditoris Cameræ in simplicem cita-
tionem, si possessor compareat eo citato in unoque actu
proceditur ad justificationem clausulæ, *consito*, sin secus
proceditur per contradicta per certas, & concludentes
probationes, licet summarie, quæ probatio requiritur
etiam, si non adsit contradictor, ut dictum est. Hæc est
praxis, quam ponit Lotter. *loco cit. n.* 78. & 79. & consen-
tit etiam Ubertus *loco cit.* & notandum est, quod monito-
rium A. C. clausula, si senserit se gravatum, non potest
supplere pro aliis citationibus necessariis.

Certum enim est, quod cum adest possessor citandus
erit, juxta *cap. licet de præb. in* 6. alias judicium erit nul-
lum, quod communi calculo scripsere nostri DD. *inf. fin.*
28 *per illum textum C. de edicto D. Adr. tollendo*, Aponte *cons.*
20. *n.* 2. *tom.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 48. *n.* 16. & 35. Castill.
de Soto major. *lib.* 3. *c.* 24. *n.* 67. nam possessor, sive justus
sive injustus inauditus spoliandus non est, nec Principis re-
scripto, nec Judicis sententia, Velasc. *consult.* 191. *a nu.* 2.
cum seqq. Castill. *loco cit. nu.* 75. qui late rem agit, & am-
pliat, & nos alibi notavimus, in puncto Garz. *d. part.* 6.
cap. 3. *n.* 36. & 37. Lotter. *loco cit.* Ridolf. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 135.
Amayden *loco cit. n.* 21. Ubertus *loco cit.* in vim enim Mo-
nitorii Auditoris Cameræ, cum adest possessor, sive in-
trusus, non potest capi possessio, Garz. *d. c.* 3. *n.* 41. qui de-
cisionem Verall. 180. *p.* 3. affert, & doctrinam Lancel-
lotti *de attentatis cap.* 4. *n.* 441. quæ in contrarium urgere
possunt, intelligit, ut procedant, quando in Brevi non es-
set clausula, *consito*; nam est tunc merus Executor, Ri-
dolf. *loco cit. nu.* 148. & possessore non citato proceditur
ad immissionem etiam si ille fuerit alioquin intrusus ei ma-
nutentio non denegatur ob simplicem possessionem animo
retentam, si pro spoliato se non habeat, quia Executor
non privat possessione, & nulliter procedit, juxta doctri-
nam traditam alibi, Seraph. *decis.* 1041. Lotter. *loco cit.
num.* 74. & 78. Rota penes Eminen. Othob. *decis.* 59. *num.*
7. & optime in *Parmen Parochialis* penes Rub. *cit.* 2. *part.*
1. *decis.* 236. & possessio data secundo non potest excusari
a vitio attentati, & nullitatis, Garz. *loco cit. nu.* 41. Lot-
ter. *loco cit.* Cocc. *decis.* 492. *nu.* 7. & 8. Duran. *decis.* 389.
nu. 1. Othob. *d. decis.* 87. Imo statim restitui debet absque
citatione partis, & eadem celeritate, qua fuit spoliatus,
Peregr. *loc. cit.* Parlador. *quotid. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 11. nec re-
quiritur, quod possessio aliter justificetur, sed sufficiet pro-
bare solam facti detentionem, secundum Velascum, &
Castill. *locis citat.* ubi enim constat notorie immissionem
prius concessam esse nullam, & injustam non est opus, ut
judiciarie serventur solemnitates, Seraph. *dec.* 1123. *nu.* 5.
& 1305. *n.* 5. apud Othob. 105. *n.* 11. Camerata *tom.* 2. *resp.*
17. *n.* 35.

Adversus Breve de capienda possessione, sive contra re-
servationem contentam sub clausula, *consito*, si oppona-
tur aliqua exceptio unde reddatur turbida reservatio, debet 29
per provisum amoveri omnis dubietas, & exceptio proti-
nus elidi debet, & removeri, Rota *in Gerunden. benef.*
31. *Maii* 1600. coram Corduba Lotter. *q.* 11. *n.* 100. quia
ad effectum supersedendi in executione Brevis, sufficit ex-
ceptio, unde turbida reddatur reservatio, Rota apud Rub.
tom. 1. *p.* 4. *n.* 17. & 381. *p.* 1. *rec. p.* 8. *eadem rec. decis.* 224.
nu. 6. & 7. semper enim quod reservatio non est clara, &
notoria impeditur immissio, ut late Salgad. *de retent. Bull.*
2. *p. c.* 34. *per totum illud Caput*, & *in Cephaldunen. Ar-
chidiaconatus* 18. *Martii* 1624. coram Dunozet. apud ip-
sum 310. *n.* 2. dictum fuit, quod cum narrativo reservatio- 30
nis redditur turbida supersederi debet, & retardatur tunc
executio Brevis, & ibi allegatur Oliver. ad Greg. XV. 411.
n. 55. *in fine*, quod sæpissime canonizavit Rota, præser-
tim apud Duran. *dec.* 340. *num.* 30. *par.* 2. *rec. decis.* 423. &
apud Carill. *dec.* 153. *n.* 1. & 2.

Exceptio, & oppositio fieri potest vel ab alio, qui non
possidet, vel ab eo, qui est possessor; si enim quis non
possessor compareat ultro obiiciens contra Breve qualis- 31
cunque sit titulus, exceptio erit illegitima, secundum Lot-
ter. *loc. infra citando*. Si vero possidet, & obiicit qualis-
cunque fuerit possessio, exceptio erit legitima, nec quæ-
rendum de justitia possessionis, ad textum *in l. Attolius* 27.
de donat. & eo præsertim si Judicis auctoritate capta fuerit
possessio. Hæc est doctrina Lotterii *loc. cit. q.* 11. *n.* 80. 81.
& 82. & citat Seraph. *decis.* 582. & Rotam *in Neapolitana
Beneficii* 5. *Junii* 1628. cor. Virili.

Verum hæc doctrina Lotterii non est sic simpliciter, &
ut jacet tenenda, sed intelligenda juxta ea, quæ diximus 32
in Capite, ubi egimus de legitimo Contradictore; siqui-
dem si compareat aliquis, qui non possidet, & non obii-
ciat de jure suo, & tendat turbidam reservationem retento
judicio executivo auditur in juribus suis in continenti pro-
baturus, ut dictum est, & adde Cameratam *tom.* 2. *resp.*
19. *n.* 37. & supersedere debet Executor ad dandam immis-
sionem, si datur fumus exceptionis, & dari debet aliqua
sufficiens dilatio Judicis arbitrio ad probandam exceptio- 33
nem plene; veluti si obiiciatur de jurepatronatus, Rota
in Aurien. cor. Lancellotto apud Marches. *p.* 1. *fol.* 365. *nu.*
2. Rota *in Melven. Beneficii* cor. Dunoz. seniore penes ip-
sum *tom.* 3. *dec.* 70. apud Carill. *dec.* 076. *n.* 12. et *p.* 1. *rec.
dec.* 413. Ridolf. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 113. qui id dicit procedere, quan-
do exceptio oritur ex ventre Litterarum; nam secus quan-
do aliunde probanda esset, quia secundum ipsum exceptio
debet esse clara, & notoria ad effectum supersedendi in
executione, & citat Rotam *in dec.* 381. *n.* 1. *par.* 1. *rec. et
in Aretina Plebaniæ* 27. *Martii* 1620. coram Dunozetto, 34
quæ est 200. *part.* 4. *rec.* ita Ridolf. *loco cit. num.* 114. & si
non supersedetur fieret ei injustitia, Coccin. *decis.* 225.
num. 4. Amayden *cap.* 24. *num.* 54. si tamen elapsum fue-
rit aliquod tempus, & exceptio non fuerit probata, non
erit impediendo immissio, seu Brevis executio, Lotter.
loc. cit. qui loqui videtur, cum opponitur exceptio juris-
patronatus a possessore: sic a fortiori, certum enim est,
quod licet qui non possidet non sit requirendus, Salgad.
d. cap. 34. in multis numeris, præsertim *nu.* 183. attamen
cum

cùm venit ultro ad judicium sua jura producent objiciens
contra reservationem: quia verbi gratia agitur de jurepa-
tronatus, & fumum illico demonstrat in illo judicio exe-
cutivo audiendus erit, & supersedendo in executione con-
cedi debet eidem aliqua competens dilatio, ut melius ju-
stificet suam intentionem, & oppositam exceptionem li-
quidandam demonstrare, probareque possit, hoc enim
non est grave præjudicium, sed modicum reputatur, pro-
ut nos alibi annotavimus: exceptio autem hæc reddent tur-
bidam reservationem veluti jurispatronatus opponi debet
35 antequam concedatur immissio; nam illa concessa, execu-
tio non est revocanda prætextu hujus exceptionis jurispa-
tronatus, prout loquitur Rota in *Tuden. Parochialis* 3.
Decembris 1602. coram Sacrato, penes Marchesi. *part.* 1.
fol. 347. & ad hunc finem illam allegat Lotter. *num.* 102.

36 Si autem fuerit possessor, qui se opponit executioni Bre-
vis de capienda possessione, tunc certum est, quod in ju-
dicio illo audiri debet, si contra reservationem opponat il-
lam qua turbidam reddat, dando verbi gratia fumum jurispa-
tronatus, vel quod Beneficium non sit reservatum, & af-
fectum: dubium tamen potest esse, an executivum judi-
cium mutetur tunc in ordinarium stante possessione, quod
alibi fusissime est annotatum, & ad ibi dicta remitto, ne
sæpius idem absque necessitate repetamus; & vide Salgad.
d. cap. 34. *n.* 143. qui docet, quod quando redditur dubia
reservatio per provisum ab Ordinario, impeditur via exe-
cutiva immissio.

Pro certo habendum est, quod si simplici contradicto-
ri, ut nuper diximus, dari debet terminus ad sua jura pro-
37 ducenda, meliusque exceptionem propositam veram osten-
dere, & interim supersedendum, eo magis illi qui possidens
contradicit, cum meliorem habeat conditionem suam,
justeque possidere præsumatur, atque etiam juste immissus
ad effectum supersedendi, nec aliqua requiritur justifica-
tio, Rota *recent. par.* 1. *decis.* 293. & apud Duran. *decis.* 12.
verum si in tempore concesso contradictor nihil deduxerit,
& exinde malitia frausque oppositoris deducatur, Execu-
tor ad executionem procedere debet, Rota *recent. part.* 3.
decis. 756. Lotter. *loco cit. n.* 107. & apud Catill. *decis.* 276.
in fin. prudenterque se debet gerere Judex, sive Executor
ne præcipitanter Literas exequatur, vel ne nimis lente
rem agat foveatque calumniam oppositoris, ut monet idem
Lotter. *loc. cit. n.* 108.

38 Cum enim proponitur exceptio jurispatronatus contra
reservationem ad impediendum Brevis de capienda posses-
sione executionem totalem, juspatronatus concludenter,
& plene probari debet ex fondatione, aut dotatione, Ro-
ta *decis.* 381. *part.* 1. *recent.* & apud Catill. *decis.* 276. *n.* 4. &
5. nam exceptio jurispatronatus turbidi non retardat Bre-
vis executionem, Amayden. *d. cap.* 29. *n.* 26. ubi allegat de-
cisionem Rotæ in *Lucen. Parochialis* 27. *Junii* 1603. co-
ram Pamphilio, apud Marchesi. *p.* 1. *fol.* 449. addit Amay-
den *n.* 27. quod ista probatio jurispatronatus non debet esse
ita exacta sicuti requireratur ad ejus canonizationem: quia
aliud est agere ad rei probationem, & alia est probatio ad
effectum admittendi exceptionem, & citat Rotam in
Aurien. Parochialis 27. *Aprilis* 1599. coram Lancellotto
apud Marchesi. *fol.* 377. *part.* 1. sed ego existimo, quod, ut
agatur de excludendo proviso Apostolico vigore reserva-
tionis, exceptio jurispatronatus debet esse concludens, &
39 perfecta, ut dixit Rota apud Catill. *loc. cit.* & etiam cum
agitur pro absolutoria rei, probatio jurispatronatus debet
esse concludens secundum eandem Rotam *par.* 1. *rec. decis.*
381. Lotter. *loc. cit. n.* 103.

Siquidem quicquid sit quoad effectum supersedendi, &
admittendi executionem, quod probatio non debet esse ita
exacta, sed sufficit dare fumum, & turbidam reddere re-
servationem, juxta plures Rotæ decisiones, præsertim
apud Catill. *decis.* 143. & 137. & ibi citatos.

Tamen, postquam fuerit proposita exceptio jurispatro-
natus, clare demonstrari debet sive ipsum juspatronatus,
40 quod objectum est per quod prætenditur, quod reservatio
cessat, liquidum, & certum probari debet secundum Ro-
tæ sententiæ; fumus enim, & probatio imperfecta tan-
tum operari poterit, quod supersedeatur in executio-
ne, & quod concedatur oppositori tempus, seu com-
petens dilatio ad probandum juspatronatus, in termino
autem concludenter suam debet probare intentionem; ad
effectum namque supersedendi, ut diximus, sufficit dare
fumum contra reservationem: quia tunc dato fumo non
potest procedi ad immissionem, & eo magis sufficit posses-
sori reddere validam reservationem, Gonzalez *in annot.*

num. 287. Rota apud Catill. *decis.* 137. *num.* 9. unde fumus
sufficiens fuit æstimatus a Rota ad effectum superseden-
di præsentationes de Beneficio tanquam de jurepatro-
natus; namlicet præsentationes de per se solæ etiam ef-
fectum sortitæ non probent jurispatronatus, nisi justo
titulo, vel præscriptione centenaria secundum opinionem
strictiorem; attamen sufficiunt ad dandum fumum, &
supersedendum in executione Brevis, juxta decisionem
Rotæ apud Catill. 146. *numer.* 6. & 137. *num.* 9. & *in d.*
decis. 193. *num.* 7. sic etiam sententia Ordinarii canoni- 41
zatoria jurispatronatus lata ante vacationem in mense re-
servato est sufficiens ad dandum fumum, Rota *decis.* 224.
num. 17. *part.* 8. secus si lata fuerit postquam vacavit, ut 42
ibidem; prout nec collatio facta ab Ordinario in mense re-
servato, Rub. *tom.* 3. *p.* 4. *dec.* 520. Camarata *tom.* 2. *ref.* 17.
num. 34.

Sic notet, quod aliud est, cum agitur ad effectum su-
persedendi in executione per aliquod tempus: quia tunc
sufficit fumus, & est necessarius, ut dari possit compe-
tens dilatio ad probandum, & interim supersedetur, ut 43
optime fuit declaratum in *d. decis.* 276. apud Catill. *num.* 12.
& si opponens est possessor, datur manutentio ei judicio
pendente, Rota in *d. Cefaluden. Archidiac.* de qua supra
in fine: & si in termino probavit intentionem suam certe
impediet totaliter immissionem, Rota *in d. decis.* 262. apud
Farinac. *tom.* 1. post Camaratam *d. resp.* 17. *n.* 39. *tit.* 2. sin 44
autem tempus elapsum fuerit competens ei datum ad pro-
bandum, & non probaverit, certe procederetur ad im-
missionem, ut in eadem *decis.* 276. apud Catill. Aliud vero
est, cum datus est terminus ad probandum exceptionem
contra reservationem, quæ opponitur de jurepatronatus,
vel aliqua alia exceptio contra provisionem Apostolicam:
& tunc non sufficit fumum dare; nam in termino requiri-
tur & concludens, & de facto probatio contra reservatio-
nem: quia agitur de excludendo proviso Apostolico, contra
quem non sufficit dare fumum ad effectum omnino exclu-
dendi, licet sufficiat fumus, ut dictum est ad effectum su-
persedendi, & dandi terminum, & ideo si opponitur de
jurepatronatus opus est, ut illud probetur concludenter,
juxta *decis.* 224. *part.* 8. *rec.* & tunc illud probari oportet ex
fundatione, & dotatione, nec sufficeret ex privilegio,
consuetudine, vel præscriptione illud ducere: quia tale
juspatronatus bene caderet sub regula reservatoria, nec
suspenderet reservationem, & proinde effectus Brevis non
retardaretur, Rota apud Catill. *d. decis.* 279. *n.* 6. sic etiam
distinxit Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 11. *a n.* 103. *cum seq.* quod aliud
est, cum agitur peremptorie ad excludendum provisum
Apostolicum, & pro obtinenda absolutoria; nam tunc re-
quiruntur probationes in promptu plenæ, claræ, juxta
decis. 381. *p.* 1. *recent.* aliud cum agitur dilatorie pro obti- 45
nenda dilatione ad effectum plene probandi; nam tunc suf-
ficit dare fumum: quia dato termino pleniores probatio-
nes advenire debent pro obtinenda absolutoria.

Ad hunc autem effectum, cum opponitur exceptio juris-
patronatus, juspatronatus ipsum probari debet, juxta dis-
positionem Sacrosancti Concilii Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de re-*
formatione, prout in puncto Rota apud Catill. *decis.* 176.
n. 4. solæ autem præsentationes, licet faciant magnum fu-
mum, tamen absque titulo, vel sine fama tituli non pro-
barent juspatronatus, nisi darentur præsentationes sortitæ
effectum per spatium centum annorum, juxta *decis.* Rotæ
apud eundem Catill. in puncto *decis.* 143. *n.* 5. & 6. *d. decis.*
176. *num.* 4. Ex sententia tamen Ordinarii probaretur juspa-
tronatus, quando justificaretur sententia ex eisdem actis,
& quando habuerit effectum, juxta decisiones allegatas
apud Catill. 176. *num.* 10. & 276. *num.* 9. & *in Cortonen Be-*
neficii 9. *Aprilis* 1641. coram eodem Catillo, & *dec.* 235.
part 2. & 131. *p.* 5. *recent.* in quibus decisionibus aliæ alle-
gantur.

Nec me latet *decis.* Rotæ post hæc scripta visa in *Cefa-* 46
luden. Archidiaconatus 18. *Martii* 1624. coram Guilel-
mo Dunozet. & apud eundem 310. in qua dicitur, quod
vacante Archidiaconatu illius Ecclesiæ Ordinarius illum
contulit tanquam vacantem in suo mense, & vice versa
fuit obtentum ab alio Breve de capienda possessione, cu-
jus vigore ab A. C. obtinuit sententiam, a qua appellavit
provisus ab Ordinario, & Signatura rescripsit: Parito
Brevi arbitrio Rotæ, & fuit ibi dictum intrare arbitrium
pro retardatione: quia licet multa fuerint deducta ad
probandum Archidiaconatum esse primam Dignitatem,
vice etiam versa multa fuerunt deducta ex parte pro-
visi ab Ordinario, ex quibus turbidæ redditæ fuerunt

probationes provisi Apostolici, quod sufficere ibi fuit dictum ad retardandam Brevis executionem; nam provisus Apostolicus probavit, Archidiaconatum esse primam Dignitatem ex assistentia juris communis, & ex testibus deponentibus de communi reputatione; nam fuit responsum, & dictum, quod ad dignoscendum, quænam sit prima Dignitas attendi potius consuetudinem uniuscujusque Ecclesiæ particularis, quam jus commune; & ad testes deponentes de publica reputatione responsum, quod non reddebant rationem, quare Archidiaconatus erat prima Dignitas, & vice versa provisus ab Ordinario probavit, Prioratum esse primam Dignitatem ex sententia Ordinarii, ex Constitutionibus Synodalibus, aliisque enunciationibus, quæ junctæ simul fuerunt sufficientes ad offuscandam probationem contrariam, & interim dum hæc inde, & inde probari potuissent examine dictum fuit, quod possessor manuteneri debeat.

Cum vero reservatio est clara, & incontrovertibilis exceptiones turbidæ non possunt retardare, & impedire exe-
47 cutionem Brevis, & Litterarum Apostolicarum, Burat. *decis.* 805. *num.* 9. Seraph. *decis.* 269. *nu.* 6. & fuit dictum in *dicta Nuscana Canonicatus de anno* 1647. coram Arguelles, *vers. non placuerunt:* sicuti dictum fuit in materia subrogationis gratiosæ, juxta *decis.* 266. penes Guilielmum Dunozet. licet differentia sit inter subrogationem gratiosam, & Breve de capienda possessione; nam ad effectum impediendi immissionem vigore Litterarum subrogationis gratiosæ non sufficit dare fumum jurispatronatus pro retardanda immissione vigore dictarum Litterarum, & impediendi judicium executivum; sed requiritur tunc, ut in continenti doceatur de jurepatronatu clare, & aperte, ut excludatur reservatio, alias non impeditur, ut immittatur in possessionem: quia immitti postulat vigore sui tituli indubitati, & tunc impeditur, quando exceptio oritur ex ventre ejusdem reservationis; secus quando aliunde est probanda; nam tunc notoria, & clara esse debet.

Ad impediendum vero, & ad effectum supersedendi in executione Brevi de capienda possessione, sufficit dare fumum jurispatronatus, ut dictum est, & optime hoc declaratur in *d. dec.* 266. penes Guilielmum Dunozettum *nu.* 14. 15. & 16.

Ut autem impediri possit Executio, exceptio, & fumus dari debet, seu proponi, antequam Executor procedat ad immissionem; nam illa executa sub prætextu exceptionis
48 jurispatronatus, licet justificari non potest executio Brevis jam passo revocari, prout dixit Rota *in Tuden. Parochialis* coram Sacrato apud Marches. *tom.* 1. *fol.* 647. licet ex capite injustitiæ notoriæ, cum scilicet constat, quod Judex nulliter, & injuste processit, ulterius executio impediri potest, juxta decisiones apud Catill. 136. & 143.

Cum fuerit verificata clausula, *constito*, sive reservatio in ea contenta, & alia, ut supra dictum est, cæteraque in Brevi narrata non oportet verificare, Salust. Tiber. *lib.* 3. *cap* 7. *n.* 17. Rota *recent. part.* 2. *decis.* 580. Ridolph. *part.* 2.
49 *cap.* 8. *num.* 120. & 121. verificatoque Clericatu provisi, statim Executor ad immissionem devenire debet, non obstante quacunque oppositione, ac etiam appellatione: quia verificata reservatione omnis alia contradictio, vel possessio pro nulla habenda erit, nec effectum suspensivum aliquatenus poterit producere, Gonzalez *in annot. post glos.* 9. *a num.* 253. *usque* 288. Amayden *dict. cap.* 28. *numer.* 33. *cum seq.* Rota *part.* 2. *recent. decis.* 756. *numer.* 4. & 580. 991. & penes Rub. *tomo* 1. *cap.* 8. *num.* 154. qui id ampliat, etiamsi per Cedulam fuerit pronunciatum, Duran. *decis.* 60. *numer.* 48. & *part.* 5. *recent. decis.* 30. *numer.* 41. quia attenditur natura judicii, non forma verborum.

50 Postquam enim clausula, *constito*, fuerit sufficienter verificata, Executor desinit esse mixtus, & fit merus, Coccin. *decis.* 235. *num.* 2. & Rota *part.* 3. *recent. decis.* 234. *nu.* 2. Ridolph. *in prax. part.* 2. *c.* 8. *num.* 122. ideo debet procedere ad immissionem, quacunque oppositione non obstante: quia paratam habet executionem, Duran. *decis.* 59. *n.* 1. & *d. decis.* 232. nam talis executio ubi justificata sunt contenta sub clausula, *constito*, retardanda non est, Rota apud Dunoz. *tom.* 3. *decis.* 310. *in princip.* ubi cæteræ allegantur decisiones; & cum reperitur intrusus possidens cum titulo de ejus possessione, & titulo nulla debet haberi ratio, cum scilicet clara, & notoria apparuit reservatio, & nulla tergiversatione denigrata; nam sic patens reservatio inficit titulum, & possessionem, Rota apud Far. *decis.* 362. *tom.* 1. post Cocc. *decis.* 124. *num.* 7. Salgad. *d. cap.* 34. *n.* 198. Camarata *part.* 2. *resp.* 19. *n.* 36. & *resp.* 17. *n.* 5. & ante istos Cæsar. Arguell. *de legitimo contradictore quæst.* 15. *art.* 5. *n.* 328. nam, ut notavimus alibi, intrusi, cum apparet de eorum clara intrusione non sunt confovendi in eorum mala intrusione, nec debent vexare provisos Apostolicos; de- 51
bet tamen, ut diximus, Executor procedere etiam illo intruso, eumque recte privare possessione, illumque ab ea amovere, sive illum expellere ab illa injusta detentione, & postea possessionem tradere proviso Apostolico, prout decidit Rota *in Majoricensi Paroch.* 23. *Jan.* 1591. quam affert Graz. *part* 6. *cap.* 2. *n.* 125. *de Benef.* & Salgad *loco cit. num.* 177. *cum seqq.* sed Ubertus *in sua prax. par.* 6. *fol.* 268. *vers. qui intrusus*, docet, quod statim capta possessione nomine Cameræ intrusus censetur privatus sua detentione absque alia dejectione.

Loquimur enim in terminis illis, & quando possessor 52
est provisus ab Ordinario; nam si possidens fuerit a Papa provisus, non habet locum doctrinam hactenus tradita. In dictis Brevibus semper adest illa clausula, *expulsis, seu amotis detentoribus, non tamen a nobis provisis, vel nobismetipsis provisis*, per quam clausulam succurritur provisis Apostolicis, & tunc intrant ea, quæ alibi diximus, nam agitur ordinarie, juxta decisionem Cardinalis Celsi 53. De hac etiam clausula vide Ubertum *part.* 6. *sua prax. fol.* 243. *vers. ideo.*

Cum tamen a sententia Executoris pro Litterarum exe- 53
cutione lata sentit se contradictor gravatum, tunc Signaturam justitiæ oportebit adire, a qua rescriptum solet concedi cum clausula, *parito Brevi arbitrio Rotæ*, vel sine præjudicio executionis Litterarum Apostolicarum secundum subjectam materiam, de qua re vide Lotter. *loc. cit.* Rotam apud Catillum *loc. cit. d. dec.* 176. Amayden *d. cap.* 28. *n.* 36. *cum seq.* Ridolph. *d. cap.* 8. *n.* 153. *cum seqq.*

Notandum tamen est, ne termini confundantur, quod 54
tunc appellatio suspensiva non admittitur, cum fuit jam justificata clausula, *constito*, & reservatio: at si non fuerit justificata, vel appellaretur in ejus justificatione, tunc aliter dicendum erit: quia Executor tunc est mixtus, ut docet Ridolph. *loc. cit. num.* 124. & 125. dicit, quod admittatur quoad utrunque effectum: sed certe recurrendum erit ad ea, quæ diximus in capite de appellatione a sententia Executoris; nam si judicium mutatur de executivo in ordinarium, appellatio causabit attentata; secus si remanet executivum; cum vero Executor contra executionem Litterarum Apostolicarum, vel Brevium pronunciaverit, tunc ad utrunque effectum admittitur appellatio, ut diximus cum Ridolph. *d. p.* 2. *cap.* 8. *nu.* 157. & Signatura solet causam simpliciter committere, idem Ridolph. *n.* 151.

Item notandum, quod cum intrusus probata reservatio- 55
ne non vult desistere ab intrusione proceditur contra ipsum cum Censuris Ecclesiasticis, servatis tamen terminis necessariis, quos substantiales appellant practici Romani, ut videre est Ubertum, & Ridolph. *loc. cit.* quos nos vocamus, citationes, nempe primo ad desistendum, & parendum mandati, &c. & casu quo non paret, citatur ad videndum se excommunicatum declarari, &c. de quibus citationibus nuper suo loco, &c. & Ridolph. *loc. cit. n.* 143. advertit in monitoriis non esse apponendam clausulam illam, *si quis senserit se gravatum*, quia tunc processus efficeretur ordinarius, & monitorium resolveretur in simplicem citationem: sed loco illius apponendam illam aliam, *alioquin*, quæ in hujusmodi judicio executionis Litterarum Apostolicarum extenditur tantummodo [alioquin compareat ad videndum declarari se incidisse in Censuris] & sic non efficeret processum ordinarium, nec resolvitur in simplicem citationem, reo comparente, & citat Salust. *in prax. l.* 3. *cap.* 7. *n.* 3. sed diximus supra, monitorium resolvi in simplicem citationem.

Aliquando intrusi, cum vident se malam causam fo- 56
vere, recurrunt ad Regios, & impedire nituntur executionem Litterarum Apostolicarum non sine magno scandalo, maximaque propriarum animarum pernicie; nam incurrunt in pœnis, & censuris comminatis in variis Romanorum Pontificium Constitutionibus, & signanter in excommunicatione lata in Bulla Cœnæ Domini, ut illam videre est: privantur proprio jure, repelluntur a limine judicii, ut videre DD. *in cap. noverint*, & *cap. gravem de sententia excommunicationis*, & alios commentantes Bullam Cœnæ Domini, quod nostrum non est hic agere. Illud advertendum tamen est necessario, quod licet recursus præsumatur habitus ab eo, qui habet interesse quoad effectum denegandi audientiam, quam sem-

per so-

per solet istis denegare Sacra Rota; attamen ad effectum relaxandi censuras non sufficit hæc præsumptio, & conjectura, sed concludenter probari debet recursus; nam agitur de infligenda maxima pœna, & majorem non habet Ecclesia; denegatio vero audientiæ non est tanti momenti. Ita Rota.

Illud etiam non est prætermittendum, quod virtus Brevis de capienda possessione nomine Cameræ expirat per
57 primum actum adeptionis possessionis, secundum Rotæ sententiam in *decis.* 265. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Ridolph. *d. cap.* 8. *num.* 164.

At quod potestas exequendi non censeatur extincta per primum actum factum ex probabili errore facti, vel juris docuit Lotter. *d. quæst.* 11 *n.* 153. Item quod executio nulliter facta de Brevi, quia pars non fuerit citata, possit de novo fieri, Coccin. *decis.*305. *nu.*7. & Emin. Celsus *decis.* 301. *n.*3. *& in d. Nuscana Canonicatus*, *vers. quia cum il-*
58 *la*, Rota apud Butat. *dec.*211. ubi Ferentill. *vers. immissus*, *&* 262. *n.*9. per textum expressum in *leg. non videtur* 22. *de acquirenda possessione*: sed contra obstat *decis.* ejusdem Sac. Rotæ *in Ferrar. bonorum* 29. *Junii* 1615. coram Guiliel. Dunoz. penes eundem 71. *n.*11. 12. *&* 13. ibi.

Quoad secundam partem dubii DD. censuerunt non posse Gratiam, *si in evidentem*, nuliter executam de novo executioni demandari: quia post sententiam semel etiam nulliter latam tam Pontificio, quam Cæsareo jure Judicis delegati expirat jurisdictio *l. si ut proponis C. quomodo, & quando Judex sententiam*, *l. Judex postquam*, *& ibi gloss. ff. de re jud. cap. in Litteris*, *cap. significantibus*, *& cap. Venerabili de off. deleg.* & in terminis de Executore Litterarum Apostolicarum tradit Archidiaconus *in cap. si cui in verbo contradictor de preb. in* 6. Tiraq. *l. in l. boves*, *§. hoc sermone*, *n* 61. *ff. de verborum significatione*, cum multis cumulatis in *dec. Casaten. Canonicatus* 22. *Junii* 1605. coram Reverendissimo Attrebaten.

A D D I T I O

Ad Caput Decimumsextum.

De Executore *Brevis de capienda possessione*.

S U M M A R I U M.

Litteræ super gratia expediri debent infra sex menses, quamvis fuerit expeditum Breve de capienda possessione, *num.* 1.
Impedito non currit hoc tempus, *n.*2.
Justificatis contentis in clausula, constito, *datur immissio*, *n.* 3.
Valor in hac gratia non est justificandus, *n.*4.
Reservatio concludenter probanda in hac gratia, *num.* 5. *&* 6.
Reservatio debet esse clara, excludens omne indultum, *n.*7.
Sufficit illam de facto justificare, *num.*8.
Clausula, amotis intrusis, *quid operetur*, *num* 9.
Cum redditur turbida reservatio, *Breve non habet suum effectum*, *num.*10.
Possessio usque ad obitum quomodo probetur, *num.*11.
Obitus quomodo probetur, *num.*12.
Verificatis tribus requisitis, *Breve exequitur*, *nec retardatur executio*, *etiamsi in cæteris non sit justificata gratia*, *num.*13.
Exceptiones turbidæ non impediunt executionem Brevis, *num.*14.
Exceptio jurispatronatus Communitatis, *vel alterius*, *in quo cadit præsumptio usurpationis*, *non retardat executionem Brevis*, *num.*15.
Simplex fumus jurispatronatus quomodo impediat executionem Brevis, *n.*16.
Indulta conferendi reservantur ad petitorium, *n.*17.
Sententia immissionis vigore Brevis est interlocutoria, *num.*18.

Brevis est additio ad hoc Caput de Executore *Brevis de capienda possessione nomine Cameræ*: quia omnia, quæ
1 occurrere possunt, hic tractavimus; Addimus tamen in primis, quod, cum signata supplicatione a Sanctissimo, Breve expeditur pro capienda possessione, Litteræ postea expediri debent infra sex menses, alias vacat ipso jure Beneficium, quæ clausola apponitur in singulis Brevibus, ut notavit Sacra Rota apud bon. mem. Priolum in *dec.* 151.

nu. 7. & cum tempus sex mensium prorogatur ad expediendum Litteras, currit a die datæ supplicationis, non Litte-
rarum, Rota *decis.*401. *n.*24. Verum, si fuerit introducta 2
lis, & datum impedimentum per intrusum, non currit
hoc tempus, ut ibidem dicitur *n.* 18. *&* 19.

Diximus in hoc capite, verificanda esse tantum, quæ 3
continetur sub clausula, *constito*, nempe vacationem, ex
qua resultet reservatio, possessionem defuncti, & Clericatus, quibus verificatis, Breve esse exequendum, sive paratam habere executionem; adde Rotam apud Manzaned. *dec.*913. *n.*6. *&* 195. *in fine*. Itaque valor in hac gratia non
est justificandus: quia non comprehenditur sub dicta clau- 4
sula, *constito*, vel saltem sufficit semiplene justificare illum,
Rota in *d. dec.*362. *n.* 7. Reservationem autem, diximus, 5
probandam esse concludenter: quia est fundamentum hujusmodi gratiæ; adde Priol. *dec.* 169. *n.* 39. & ut diximus, etiam nullo existente contradictore, & parte non opponente, juxta *dec.* Em. Othob. 57. Nec sufficit solum monitorium, seu citatio, si quis senserit se gravatum; quia requiruntur aliæ successivæ citationes, & confectio processus, licet pars monita comparere neglexerit; etiamsi pars declaraverit nolle opponere: quia adhuc requiritur confectio processus judicialis, ratione clausulæ, ut in *præfata*
*dec.*58. apud Othob. & antequam concludenter probetur, 6
non potest procedi ad Brevis executionem; adde *dec.* 327.
*n.*1. *par.*15. debet tamen esse reservatio clara, & indubita- 7
ta, prout dicitur in *d. dec.* apud Priolum 169. *nu.* 29. & o-
mne excludit indultum; sufficit tamen illam de facto justi- 8
ficare, novissime dixit Sacra Rota *decis.*92. *num.*6. *par.* 15.
& apud Cerrum *d. dec.*891. *n.*7. saltem cum in Brevi adest il-
la solita clausula, *amotis intrusis, non tamen a nobismetipsis* 9
provisis; itaut Papa noluerit habere rationem aliorum, nisi ab eodemmet Papa provisorum, Rota *dec.*484. *n.*1. *vers. nec obstaret*, *par.*2. *rec.* & apud Eminen. Cerrum *d. decis.* 891. *n.*7. & hoc addimus ad *n.*11. *cum seq.* itaut per dictam clausulam etiam excluduntur provisi a Legatis Apostolicis a latere, Manzaned. *dec.*913. *n.*9.

Et quod, ad retardandum executionem Brevis, sufficiat 10
reddere turbidam reservationem, diximus *n.* 29. adde *dec.*
327. *nu.*2. *part.* 15. *rec.* Possessionem vero usque ad obitum
probari, diximus *n.* 18. *&* 19. cum probatur, defunctum, 11
per cujus obitum vacat Beneficium, accepisse possessionem: cum præsumptio sit, quod possessio semel capta duret, & continuata censeatur usque ad obitum, & quod cum illa possessor obiit; adde Rotam apud Manzaned. *dec.* 913. *nu.*7. obitus autem ipse quomodo probetur, dictum
est abunde alibi, & in hoc capite, & optimus modus, 12
vel ex partita libri mortuorum, vel confessione partis venientis ex eadem vacatione, ut bene ponderat Eminentiss. Cerrus in *d. dec.*891. Clericatus autem, jam diximus, quod probatur ex Litteris patentibus, seu Bulla Clericatus Ordinariis, ex testibus deponentibus, se vidisse illum ordinariis, in habitu, & tonsura incedere, & inservire Ecclesiæ, & pro Clerico reputari, Rota *decis.*161. *n.* 2. *&* 3. *par.* 18. & passim Sacra Rota.

Probatis his, nempe obitu in possessione, reservatio- 13
ne, & Clericatu, quæ continetur in clausula, *constito*, datur executio, quæ non potest impediri sub quovis alio prætextu, etiam non justificationis gratiæ, Priolus *d. decis.* 195. *in fine*, & omnes aliæ exceptiones reservantur ad judicium ordinarium, ut in *dec.*891. penes Eminen. Cerrum;
nec potest retardari per exceptiones, præsertim turbidas, 14
ut diximus *nu.*47. Adde Priolum *decis.*169. *nu.* 68. *&* 30. *&* 362. *n.*13. *& decis.*105. *n.* 7. 8. *&* 9. *& dec.*93. *part.* 15. *rec.* ubi dicitur, quod exceptio unionis non retardat executio-
nem Brevis de capienda possessione nomine Cameræ; In 15
quantum vero ad executionem Jurispatronatus si opponatur, de qua locuti sumus *a n.* 38. addimus, quod, si proponatur exceptio Jurispatronatus, spectantis ad communitatem laicalem, hæc non valet retardare executionem Brevis propter ejus turbiditatem: cum contra Universitatem urgeat præsumptio usurpationis, & requirantur validiores probationes ex dotatione, & donatione, ut fuit dictum
in *d. dec.*362. *n.* 14. apud Priolum; & quamvis ex simplici 16
fumo jurispatronatus impediri executionem Brevis de capienda possessione, dixerint Ludovisius *dec.*58. *n.* 3 & Priolus *dec.*38. *n.*13. intelligendi sunt tamen juxta dicta *n.* 43. *&*
44. sic etiam non attenduntur facultates, & indulta confe- 17
rendi: quia ad petitorium, & judicium ordinarium reservantur, Rota *d. decis.*92. *n.*5. *part.* 15 dummodo reservatio sit clara.

Addimus etiam, quod sententia immissionis pro exe- 18

cutione *Brevis nomine Cameræ*, est mere interlocutoria, etiamsi per Cedulam fuerit prolata, Rota apud Priolum *decis.* 346. *num.* 2. & 3. & tales executiones *Brevium de capienda possessione, &c.* non introducunt litem, neque instantiam, ut ibidem dicitur *num.* 4.

Demum diximus, quod Executor *Brevis de capienda possessione nomine Cameræ*, est missus in verificatione clausulæ, *constito*, sive ejus, quod continetur in dicta clausula, & post dictam verificationem est merus Executor, in exequendo scilicet dictum Breve, seu Litteras Apostolicas in *forma Brevis*; adde aliam *decis.* apud eundem Coccinum 603.

CAPUT XVII.

De exequendis Litteris Gratiosæ subrogationis.

SUMMARIUM.

1 *Pontifices ad tollendos litis anfractus invenerunt regulam de subrogandis collitigantibus in locum demortuorum litigantium.*
2 *Subrogatio dari potest etiam tertio extra litem existenti.*
3 *Refertur sententia* Amayden.
4 *Subrogatio gratiosa proprie loquendo est quæ datur collitiganti.*
5 *Subrogatio, quæ datur collitiganti, etiam fundatur in reservatione.*
6 *Subrogatio gratiosa non datur, nisi adsit vel lis, vel reservatio.*
7 *Subrogatio data in Beneficio non affecto, vel reservato non potest dici talis.*
8 *Requiritur lis, vel reservatio ad effectum immissionis, non justificata in omnibus Gratia.*
9 *Fundamentum, & basis gratiosæ subrogationis privilegiata est lis, vel reservatio, & una ex istis tantum verificata competit immissio.*
10 *Requiritur lis, vel reservatio non simpliciter, quia absque lite, vel reservatione non possit dari subrogatio, sed ad hoc, ut non justificata in omnibus gratia competat immissio.*
11 *Quando datur subrogatio in Beneficio non reservato, neque affecto, & non adest possessor, tunc non est justificanda in omnibus gratia, juxta novissimam* Rotæ *decisionem.*
12 *Ad quid concedatur subrogatio gratiosa.*
13 *Mandatum de subrogando differt a subrogatione gratiosa, & quæ differentia, n.* 14.
15 *Prærogativa gratiosæ subrogationis, quæ differt a cæteris Apostolicis provisionibus, quæ?*
16 *Subrogatio gratiosa expediri potest ex clausulis generalibus principalis gratiæ, n.* 17.
18 *Subrogationis gratiosæ Litteræ expediri debent ad partes, n.* 19. 20. 21. & 22.
23 *Non potest deveniri ad capturam possessionis, vigore subrogationis gratiosæ, nisi Litteris expeditis, num.* 24.
25 *Non est opus, ut expeditæ sint Litteræ super Gratia principali: quia est Gratia de per se, n.* 26.
27 *Subrogatio gratiosa impetrari potest etiam productis Litteris Gratiæ principalis coram Executore, & illic non justificatis.*
28 *Quod remedium competat subrogato gratiose, adipiscendæ, vel manutentionis, n.* 29. *usque ad* 42.
43 *Ut competat immissio subrogato gratiose oportet, ut reservatio sit clara.*
44 *Debet reservatio, vel lis concludenter probari, n.* 45.
46 *Cum non adest contradictor sufficit semiplena probatio.*
47 *Immissio an impediatur per reservationem turbidam, n.* 48 & 49.
50 *Aliud est, quod in Judicio immissionis non admittantur exceptiones turbidæ requirentes altiorem indaginem, aliud cum reservatio redditur turbida.*
51 *Cum justificata est gratia, non erit proviso retardanda immissio sub prætextu exceptionis invaliditatis, seu subreptionis.*
52 *Subrogato competit immissio tribus verificatis, nempe reservatione, vel lite, obitu in possessione, & clericatu provisi, etiamsi possessio antecessoris fuit vitiosa.*
53 *Tota Gratia est justificanda, cum datur subrogatio ad Beneficium non reservatum, vel affectum, & adest alius legitimus contradictor.*
54 *Cum concurrunt duo habentes subrogationem gratiosam, quomodo agendum est.*
55 *Subrogato gratioso non potest impediri immissio ab alio proviso Apostolico.*
56 *Subrogato gratiose impeditur immissio per legitimum contradictorem possidentem cum titulo valido, & cum Executor rite processeris in dando possessionem alias proviso, n.* 57.
58 *Num provisus ab Ordinario, cum possidet, impedire possit subrogato immissionem, n.* 59.
60 *Cum opponitur exceptio jurispatronatus, cessat immissio subrogato gratiose.*
61 *Exceptio subreptionis, vel obreptionis, an impedire poterit subrogato immissionem.*
62 *Ut immissio competat subrogato opus est, ut obitus probetur antecessoris in possessione.*
63 *Sufficit qualibet possessio etiam nuda detentio.*
64 *Possessio nunquam capta, vel dimissa non sufficit.*
65 *Subrogatus ad jus non possidentis tenetur tantum Gratiam justificare, n.* 66.
67 *Quid si ille, ad cujus locum obtenta fuerit subrogatio, fuerit spoliatus, num* 68.
69 *Subrogato ad jus, & possessionem duorum poterit ex uno desumere jus, & ex altero desumere possessionem.*
70 *Possessio in defuncto probatur ex eo quod prius possessionem acceperit.*
71 *Lis ad subrogationem obtinendam debet esse super titulo.*
72 *Quando lis dicatur super titulo, varia dicta Doctorum, num.* 73. *usque ad* 121.
122 *Lis debet esse super titulo ex parte rei, sive ex parte Actoris.*
123 *Cum lis est super optione, non datur subrogatio.*
124 *Non datur subrogatio ex lite super executione Litterarum Apostolicarum, licet detur, cum Ordinarius adjudicaverit Beneficium alicui.*
125 *Lis super possessione, licet non faciat Beneficium litigiosum, attamen sufficit illam eo modo justificare, quo narrata fuit.*
126 *Lis introducta cum clausula,* quam, & quas, *facit Beneficium litigiosum, cum adest materia sufficiens, nempe quia præcessit collatio, numer.* 127. 128. & 129.
130 *Lis censetur introducta per citationem legitime executam, & reproductam, n.* 131. & 132.
133 *Ad effectum justificationis gratiæ lis sufficit de facto justificari.*
134 *Lis censetur extincta per liberam dimissionem in manibus Papæ, & sic cum ceditur liti; secus si cedatur Beneficio maxime si ad alterius favorem, num.* 135. & 136.
137 *Lis censetur extincta per sententiam, quæ transivit in judicatum; secus si habeatur tantum pro derelicta, nisi actum positivum concurrat, n.* 138.
139 *Clericatus quando probetur remissive.*
140 *Probatis tribus datur immissio, & poterit propria auctoritate intrare, si possessio sit vacans etiam lite pendente, num.* 141.
142 *Per subrogationem purgatur vitium attentatorum, si Papæ fuerit narratum, num.* 143.
144 *Non potest intrare auctoritate propria, cum adest possessor.*
145 *Refert opinio* Amayden *in hac materia, num.* 146. 147. 148. & 149.
150 *Judicium Auctoris in hac re, & refertur decisio* Rotæ in Valentina Rectoriæ.
151 *Papa licet non attentet providendo, attentat tamen pars, cum accipit possessionem indebite, n.* 152.
153 *Quid disponat Regula Cancellariæ de subrogatione, quæ datur collitiganti.*
154 *Regula Cancellariæ ex visceribus Sacrorum Canonum sumpta, præsertim* cap. 1. & 2. ut lite pendente.
155 *Lite pendente sunt ligatæ manus inferioris, & solus Papa confert, n.* 156.
157 *Affectio ex lite, quando extinguatur, ut possit Ordinarius conferre, remissive.*
158 Dispositio cap. primi, & secundi, ut lite pendente in 6. *habet locum in Beneficiis jurispatronatus, num.* 159.
160 *Non requiritur tunc derogatio, num.* 161.

162 *Sub-*

EXecutor Literarum Apostolicarum continentium Gratiosam subrogationem regulariter est Sacræ Rotæ Romanæ Auditorium, cujus Patres bene sciunt quomodo, & quando has Litteras executioni demandare: attamen pro nostra exercitatione aliqua hic duximus in hac materia adnotare, certo tamen judicio eisdem Patribus relicto.

1 Prisci illi Summi Pontifices ad tollendum litis anfractus illam etiam efformatunt regulam, quæ disponit de subrogandis collitigantibus in locum collitigantium, quam Regulam ex viscere Sacrorum Canonum acceperunt, nempe *a cap. 2. ut lite pend. in 6.* & observavis Rota apud Burattum *decis.927.*

2 Et quamvis hæc regula disponat de danda subrogatione collitiganti, attamen non excludit quin etiam tertio existenti extra litem dati possit, hoc etiam statuisse Alex. Sextum in suis Regulis docuit ex antiquis Rebuff. *in tit. de subrogationib. n.6. fol. mihi* 211. & dicit, quod etiam pro tertio datur cum derogatione regulæ, vel absque derogatione, quando collitigans extra Curiam decessit: quando vero apud Sedem, nisi elapso tempore duorum, vel trium mensium, cum apparet de negligentia collitigantis, ex re-
3 centioribus Theod. Amayden vir sane practicus Curiæ *in lib. 1. de stylo Dataria cap.24. num. 17.* dixit dari subrogationem Gratiosam in locum collitigantis, quæ similiter posset esse Gratiosa, in quo plerosque errare confundentes omnem subrogationem Gratiosam cum subrogatione in locum collitigantis, quas distare inter se docet, cum datur subrogatio Gratiosa, quæ non est in locum collitigantis, & datur subrogatio in locum collitigantis, quæ non est Gratiosa; in quo hallucinatum fuisse Belt. dicentem subrogationem Gratiosam litem requirere, quod non esse verum existimat Amayden, cum dari possit subrogatio in locum collitigantis, quæ potest esse Gratiosa, quæ non fit in locum collitigantis, imo quæ nullam sequitur litem. Hæc est doctrina Amayden, qui etiam admittit dari subrogationem Gratiosam tertio non collitiganti, sed extra litem existenti in locum tamen demortui, & expresse agit de hoc in §. 2. *ejusdem cap.* 24. & sic secundum Amayden datur subrogatio in locum defuncti non collitigantis, & in locum collitigantis, quæ dari potest alteri collitiganti, & tertio existenti extra litem, & in locum collitigantis.

Attamen non me latet quid senserit Rota *in Hispalen. Benefic.24. Januarii* 1650. coram Bichio *num. 3. & 4.* apud Tond. *post tract. de pens. decis.*44. in quo loco docet Rota,
quod subrogatio Gratiosa proprie illa dicatur, quæ in Be- 4
neficio litigioso superstiti conceditur; illa vero quæ conceditur tertio in Beneficio tanquam reservato fit quædam provisio, & collatio mere Gratiosa, ut ibi; nihilominus tamen ait Rota, quod eodem modo proceditur ad executionem subrogationis in Beneficio reservato sicut in litigiosa, & ibi aliæ decisiones allegantur, & tenuit etiam Rota *in Corduben. prastimonii* 18. *Febr.* 1650. coram Eminent. Celso *dec.* 81. *num.* 1. & fuit opinio antiqua Rotæ, ut videre est *decis.*3. Mohedani *sub tit. ut lite pend.* in qua fuit dictum, quod subrogatio Gratiosa non cadit sub regula de subrogandis, sed fit quædam Gratiosa provisio cum facultate prosequendi litem; sequitur Lotter. *lib. 2. quast.* 20. *n.* 169. certum tamen est, quod tum ex lite, tum ex reservatione concedi potest, Rota *part.*11. *rec. decis.* 65. *n.* 34. & 35. & ita quotidie practicatur.

Notandum est, quod subrogatio quæ datur in Beneficiu 5
litigioso etiam fundatur in reservatione; quia Beneficia litigiosa sunt affecta saltem durante lite, ut in *cap. 2. ne lite pend. in 6.* quare subrogatio, quæ datur collitiganti in juribus defuncti a nullo alio potest dati nisi a Summo Pontifice: quia Beneficium litigiosum est reservatum, nec alius præter Romanum Pontificem durante lite disponere potest, ut in *cap. 1. & 2. & ut lite pend. in 6. & clem. 1. eodem. tit.* Gonzalez *glos.6. n.143.* Paris. *de Resig. lib.2. qu* 3. *n.97. &* 180. Barbos. *in c.2. ut lite pend. & de potest. Episcopi alleg.57. n. 47. & 48.* Salgad. *de reg pot. par.3. cap 9. n.159.* Amayden *de stylo Dataria cap.24. §.1. n.53.* Fermos. *in c. quia de Judiciis qu.24. n.21.*

Item Gratiosa subrogatio non datur nisi adsit vel reser- 6
vatio, vel lis, quæ etiam reservationem importat, licet non simpliciter, sed temporalem, Rota apud Burat. *dec.* 769. *n.2.* penes Rub. *tom.1. dec.* 142. Rota *d. dec.* 65. *n.* 30. de quibus plenissime constare debet, ut dicemus suo loco, Deo dante: quia hæc sunt fundamentum hujus Gratiæ subrogationis Gratiosæ, ita ut si de lite vel de reservatione minime constare poterit: quia est consumpta vacatio per alterius provisionem, tunc subrogatio resolvitur in simplicem collationem, Rota *in dict. decis.*142. *nu.*13. Rota *part.* 11. *rec. dec. 89. n.6.*

Ubi enim lis, vel reservatio non adest, tunc Gratia non 7
poterit vocari subrogatio Gratiosa stricte loquendo, cum Gratiosa subrogatio nihil aliud sit quam quædam continuatio in subrogatum illius possessionis, quam defunctus habebat, seu continuatio possessionis antecessoris in successorem, ut dixit Rota penes Mohed. *dec.*55. *in fine sub tit. ut lite pend.* & apud Paleot. *decis.*118. apud Ludovis. *dec.* 307. *n.16.* Lotter. *de re Benef. lib.3. qu.*53. *nu.*27. certitudo enim illa, quam habet Papa collationem illius Beneficii ad se spectare, ac cessare omne præjudicium Ordinarii Collatoris, ac perinde Beneficium vel affectum, vel reservatum esse, est inductiva, & finalis causa concessionis hujusmodi Gratiosæ subrogationis, alias nunquam subintrare poterit gratiosa subrogatio privilegiata eo modo, ut nuper dicemus Rota *rec. p.2. dec.*187. Burat. *dec.*769. optime Lotter. *dict. lib.3. quast.13. n.32. &* 33. Amayden. *lib.1. cap.24. §. 2. nu.*
11. & 12. qui affert decisionem *in Miranden. Parochialis* 8
17. *Maii* 1600. coram Penia; requiritur enim lis, vel reservatio ad finem, ut qui Gratiosam subrogationem obtinuerit immissionem consequi valeat, gratia in omnibus non justificata, de qua subrogatione locuta est Rota *in dec.* 187. *n.4. part.2. recent.* & cum subrogatio fit ex aliqua causa, quam ex reservatione vel affectione seu lite, habet vim puræ provisionis seu collationis, ut diximus, & omnia narrata sunt justificanda, Rota *in d. Miranden. Paroch.* Burat. *loc. cit.* Rota *in dict. Hispalen. Benef.* coram Bichio penes Tond. 44. *in principio*, ubi allegatur illa optima ratio, nempe quia cum reservatum est Beneficium, nullum præjudicium Ordinario irrogatur; secus cum non est reservatum, nec affectum Beneficium, ut dixit quoque Mantica *decis.*71. *num.*6.

Est inquam fundamentum, & basis subrogationis Gra- 9
tiosæ lis, vel reservatio, Rota *in Segobricen. Canoni-*

catus 26. *Novembris* 1655. coram Dunozett. apud eundem 971. *nu.* 2. sed ad finem, & effectum, ut subrogatus celerem immissionem, Gratia non totaliter justificata, habere possit, nec illa impediri ab alio queat eo modo ut dictum est: sed non tamen simpliciter requiritur lis, vel reservatio, ut concedi valeat subrogatio, quæ concedi etiam semper potest in omni Beneficio etiam non affecto, nec reservato, ut omnes fatentur, Lotter. *loco cit.* Amayden *loco cit.* §. 2. *nu.* 9. & 10. attamen tunc subrogatio non erit privilegiata quoad immissionem, & verificationem, sed de ea judicandum erit sicuti de quacumque alia provisione, habetque vim puræ collationis, & consequenter omnia narrata erunt justificanda ob Ordinarii Collatoris præjudicium quod continet, Rota *in Miranden. Paroch.* 17. *Martii* 1660. coram Pettia, quam adducunt Garz. *part.* 9. *cap.* 4. *num.* 32. *de Benef.* & Amayden *dict.* §. 2. *sub num.* 10. Rota *rec. part.* 2. *decis.* 525. *num.* 8. & novissime in *d. Hispalen. Benef.* coram Bichio *in princ.* 44. apud Tond. *de pens.* Gonzalez *in proœmio* §. 7. *a num.* 212. *cum seq.* Lotter. *loco cit.* & Amayden *loco cit. n.* 12.

10 Igitur concludendum est cum Amayden, quod requiritur lis, seu reservatio ad subrogationem non quidem simpliciter, sed ad effectum consequendi immissionem, reliqua Gratia non justificata; nam nulla existente lite, vel reservatione subrogatus, qui ad possessionem quoque subrogatur, principaliter habebit hunc commodum, justificata Gratia, prout omnis alia ordinaria provisio Apostolica justificari debet: & tunc dicit Amayden *num.* 15. quod licet cognitio sit ordinaria, tamen est summaria, citat Put. *decis.* 308. *lib.* 1. sed post scripta vidi decisionem in *Toletana Benef.* 12. *Novembr.* 1655. coram Zarate *part.* 12. *rec. dec.*
11 89. *num.* 2. 3. 4. 5. & 6. in qua decisione fuit dictum, quod quando datur subrogatio ad Beneficium, quod non est nec reservatum nec affectum, si adsit possessor cum titulo, tunc tota Gratia sit justificanda, si vero nullus adsit possessor cum titulo, tria solum requisita sint probanda, prout in cæteris subrogationibus gratiosis concessis de Beneficio reservato, vel affectu; & allegatur etiam ratio de qua supra, quia cessat præjudicium Ordinarii, & possessoris, & citantur Matescot. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 58. Arguell. *de adip. poss. q.* 18. *art.* 5. & hoc tenuit etiam Mantica *in d. decis.* 71.

12 Subrogatio enim, de qua in regula, ad tria concessa videtur, nempe ad litem illiusque prosecutionem, ad omne jus defuncti, & ad possessionem: & licet fuerit magna inter Nostros agitatio, an subrogatus ad omne jus defuncti censeatur etiam ad possessionem subrogatus, quam tractat Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. & plurics distinguit casus Amayden *lib.* 1. *cap.* 24. §. 1. *num.* 39. & 40. attamen hodie cessat omnis hæsitatio: quia conceditur subrogatio ad jura simul & possessionem quod tam Lotter. *loc. cit.* quam Amayden §. 1. *num.* 4. admittunt, nisi tamen ille ad cujus locum fit subrogatio nullam habuerit possessionem, cum nemo in alium transferre potest quod in se non habet, *l. nemo*, *ff. de regulis juris*, Rota apud Ludovis. *decis.* 307. *nu.* 2. si tamen possessio fuerit litigiosa, tunc subrogatio extenditur ad talem possessionem litigiosam, Amayden *d. cap.* 24. §. 1. *n.* 41. & 42. Quo autem modo contingat fieri ista subrogatio in possessionem antecessoris per Papam, explicat Lotter. *d. qu.* 13. *nu.* 7. *cum seqq.*

13 Antequam tamen ulterius progrediamur materiam tractando, scire erit necessarium, quod sicuti alia est provisio, aliud mandatum de providendo, sic aliud est subrogatio Gratiosa, aliud mandatum de subrogando, quod rigorosam subrogationem, non Gratiosam appellant Nostri, siquidem Litteræ Gratiosæ subrogationis ipsi qui subrogatur diriguntur, facta expressione status litis, vel reservationis, illum Papa subrogat dicendo (Teq; ad possessionem in qua N. decessit subrogamus) subrogationis autem rigorosæ Litteræ seu mandata de subrogando diriguntur certo Executori, & maximum est utriusque subrogationis discrimen, quia rigorosa, ex quo ut diximus mandatum continet subrogandi, ad sui validitatem omnia narrata sunt justificanda, ne proviso pateat vitiosus ingressus, quod secus est, ut dicemus, in Gratiosa subrogatione, Rota penes Duran. *decis.* 425. Lotter. *d. l.* 3. *quæst.* 13. *nu.* 33. & 34. & *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 163. Amayden *d. lib.* 1. *cap.* 24. §. 2. *n.* 3. *cum seq.* Ubert. *in dict. prax. part.* 6. *fol.* 253. *vers. inter*, Rota penes Mohed. *dec.* 11. *sub tit. lite pend. in principio*, apud Eminentissimum Othob. *decis.* 120. *n.* 2. & 3. apud Eminentissimum Celsum *decis.* 288. *nu.* 3. 4. & 5. ubi dicitur, quod per mandatum de subrogando non est consumpta vacatio, nec per illud poterit subrogatus immitti in possessionem nisi discusso jure Authoris, juxta doctrinam Garz. *part.* 6. *cap.* 4. *num.* 20. Mohedani & Cassad. *dec.* Rotæ *in rec. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 135. *num.* 7. & *in Clusina Benef.* 26. *Febr.* 1649. coram Verospin.

14 Privilegium, seu prærogativa Gratiosæ subrogationis, qua a cæteris Apostolicis provisionibus differt, est quod subrogatus non tenetur ad totius Gratiæ justificationem, sed justificatis obitu immediati antecessoris in possessione, lite, seu reservatione, & cæteris provisi statim immittitur in possessionem, quod millies Rota decidit apud Caval. *decis.* 450. & 458. apud Ludovis. 32. & 103. 306. 344. 570. apud Millin. *dec.* 14. apud Merlin. 418. *nu.* 6. *in rec.* 321. & 305. *part.* 1. & 523. & 401. *part.* 2. & 44. *par.* 8. *rec.* & 42. *part.* 9. *tom.* 1. & 259. *n.* 2. *p.* 9. *tom.* 2. & in dicta *Hispalensi* coram Bichio, & *in Valentina Rectoria* coram eodem Bichio 17. *Martii* 1651. *nu.* 66. *vers. quapropter par.* 11. *rec. dec.* 124. & apud Tond. *post tract. de pens.* 75. & *par.* 13. *dec.* 89. apud Burat. *dec.* 31. *n.* 5. *dec.* 36. apud Duran. 391. 406. & 430. penes Rub. *tom.* 1. *decis.* 126. apud Eminen. Othob. *dec.* 120. *n.* 2. 121. *n.* 3. 130. 140. & 154. apud Amat. Dunoz. 352. 367. 495. 514. & 666. & apud Eminen. Celsum 107. & alibi, & quotidie ab illo Sacro Auditorio canonizatur, Garz. *de Benef. par.* 6. *cap* 4 §. 5. *n.* 7. Amayden *loc. cit.* §. 2. Gratiosus Ubertus *in d. par.* 6. *de Executione Brevium*, & *Litterarum Apostolicarum fol.* 256. & alii passim: ita ut immissio retardari non possit habenti provisionem, seu impetrationem expeditam cum subrogatione, seu cum Litteris subrogationis Gratiosæ, nisi ab habente parem subrogationem, ut late diximus supra, & dicemus.

15 Controvertitur tamen inter nostros Practicos, an ut Litteræ subrogationis Gratiosæ talem habeant prærogativam tam celeris, & repentinæ immissionis oporteat ut sint expeditæ ad partes, an vero satis sit ut subrogatio sit contenta in Litteris principalis Gratiæ, absque eo quod Litteræ subrogationis Gratiosæ ad partem, & seorsim sint expeditæ? quod idem est, ac quærere, an vigore clausularum Gratiæ principalis, quæ continent etiam Gratiosam subrogationem absque eo quod Litteræ expediantur pro ipsa subrogatione Gratiosa provisus possit uti tali privilegio Gratiosæ subrogationis concesso?

16 Certum tamen est, quod Litteræ subrogationis Gratiosæ expediri possunt ex clausulis generalibus cujuslibet supplicationis signatæ, seu provisionis factæ a Papa absque eo, quod subrogatio specialiter petatur; in omni enim supplicatione ad Beneficia impetranda apponuntur clausulæ, per quas impetrans subrogatur ad possessionem defuncti, & signata supplicatione Papa subrogasse censetur provisum in locum demortui, ideo Litteræ subrogationis Gratiosæ, etiam quoad possessionem expediri possunt, vigore clausularum supplicationis signatæ, Gonzalez §. 3. *an.* 84. latius Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *n.* 3. nam ex quo clausulæ subrogationis apponitur in supplicatione principali Gratiæ, cum ipsa Gratia principali petitur etiam Gratia subrogationis ex tunc tanquam de stylo, & ad illum consecutive, quod observavit Rota nostra Magistra in *Valentina Rectoria* 17. *Martii* 1651. coram Bichio *n.* 49. & 50. *vers. videndum*, & *in eadem Valentina Rectoria* 31. *Julii* 1651. coram eodem Bichio *part.* 11. *recent. decis.* 191. *num.* 8. ideo etiam sufficere Gratiosam subrogationem desumptam esse ex clausulis generalibus, eadem Sacra Rota non semel arbitrata est, quod apud Seraph. *decis.* 1426. apud Burat. 36. apud Ludovis. 104. *nu.* 2. ubi late Oliver. Belt. & apud Rub. *tom.* 2. *part.* 4. *decis.* 302. *numer.* 1. in qua etiam dictum fuit nihil interesse, an ex corpore, an vero ex generalibus clausulis fuerit subrogatio Gratiosa expedita, & quod expediri possit etiamsi Litteræ principales expeditæ non fuerint, ut ibi *n.* 5. quod
17 fuit etiam dictum in *Novarien. Beneficiorum* 5. *Junii* 1610. coram Coccino, Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *n.* 210. licet contrarium antiquitus tenuerit Rota, ut advertit Lotter. *loco cit.* Verum notes, quod subrogatio pro tertio non collitiganti capi ex clausulis generalibus posse, non autem quæ collitiganti datur; nam ad hoc secundum Amayden *cap.* 24. §. 2. *sub nu.* 65. *vers. verum*, requiritur supplicatio specialis.

18 Necessariam esse expeditionem Litterarum subrogationis Gratiosæ ex eo certo suadetur, quia cum subrogatio est expedita in Litteris principalis Gratiæ, nempe in Litteris provisionis Beneficii, tunc Litteræ diriguntur certo Executori, quem subrogatus adire tenebitur, & totam Gratiam, seu omnem narrativam coram eo justificare tenetur, quare ante justificationem Gratia non erit exequibilis; de natura vero subrogationis gratiosæ est ut Lit-

teræ

teræ ipsi subrogato dirigantur, nec aliquis Executor de-
beat adiri, & ideo hoc remedium est uberius, quam Bre-
ve de capienda possessione, ex Rota dicit Gonzalez *in proœ-
mio* §. 1. *num.* 214. *in fine*, ita aperte tenuisse videtur Rota
apud Seraph. *dec.* 236. *& in d. Hispalen. Benef.* penes Tond.
in principio, *& part.* 9. *tomo* 2. *rec. dec.* 259. Lotter. *loc. cit.*
d. lib. 2. *q.* 20. *n.* 202. *&* 212. *& dict. lib.* 3. *quæst.* 13. *nu.* 35.
& 36. Amayden *loc. cit. cap.* 24. *&* 25. *n.* 60. *cum seq.* nam
licet ex clausulis generalibus supplicationis ibi: (ita quod
Litteræ desuper in forma simplicis provisionis Gratiosæ
subrogationis expediri possint) habet quis facultatem expe-
diendi subrogationem Gratiosam; attamen ante expedi-
tionem Litterarum non poterit dici habere talem Gratiam;
nam aliud est habere facultatem expediendi tales Litteras,
aliud habere ipsam; nam ante expeditionem dictarum Lit-
terarum non dicitur facta subrogatio, optime Rota coram
Eminentissimo Othob. *decis.* 130. *n.* 10. & in dicta *Valenti-
na Rectoria* 17. *Martii* 1651. 124. *n.* 49. *part.* 11. *rec.* Lot-
ter. *d. quæst.* 13. *num.* 28. prout etiam docuit *lib.* 2. *quæst.* 20.
num. 174.

19 Contrariam tamen sententiam, imo quod subrogatio
Gratiosa habet suum effectum etiamsi ad partes non fuerint
expeditæ Litteræ, Rota *rec. p.* 2. *dec.* 401. Ferentill. ad Bu-
rat. *dec.* 36. *Littera A.* dummodo constet de reservatione,
Tond. *in dict. cap.* 4. §. 5. *n.* 8. & ante istos modernos Garzia
par. 6. *cap* 4. *n.* 44. *de Beneficiis*.

20 De hac sententia maximopere dubitavit Oliver. Belt. ad
Ludov. *in d. decis.* 103. qui ita loquitur: Sed de veritate hu-
jus ampliationis ego semper dubitavi, & etiam dubito;
nam quando coram Executore exhibetur gratia ut illam
exequatur, semper illa Gratia habet secum tacitam condi-
tionem, si in ea narrata veritati nitantur, juxta text. *in
cap.* 2. *de rescriptis*, & Executor non debet procedere ad
executionem illius Gratiæ, in qua non sibi constat de justifi-
catione omnium in ea narratorum: & hujusmodi opinio-
nis scio fuisse D. Carolum Sacratum olim Rotæ Audito-
rem, & in his materiis præsertim Beneficialibus peritissi-
mum, & alios insignes causarum patronos, cum quibus
hunc articulum communicavi: & conformis est observan-
tia Curiæ: quia passim videmus expediri subrogationes ad
partes, quæ quidem expeditio, & impensa esset omnino
frustratoria, si vigore subrogationis contentæ in clausulis
generalibus Litterarum posset idem effectus haberi. Hæc
Oliver.

21 Hanc sententiam puto veram, & practicatam in supre-
mo Auditorio Romano, apud Amat. Dunozet. *decis.* 514.
num. 4. *& in decis.* 83. *part.* 8. *rec. &* 259. *part.* 9. *tom.* 2. *rec.*
& in dict. decis. 124. *num.* 40. *part.* 11. ibi: Et propterea
antea hujusmodi expeditionem subrogatio aderat in poten-
tia, quæ est quid diversum ab ipsa dispositione, *l. non quic-
quid ff. de Judiciis gl. in cap. nosse*, *verbo necesse*, *dist.* 76.
Rota *recent.* at petita, & concessa demum videtur cum
expeditur, Lotter *lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 28. *&* 29. Seraph.
decis. 236. *num.* 2. ubi quod Litteris non expeditis subroga-
tio nihil tribuit, cum aliis allegatis in *Zamoren. Archidia-
conatus* 2. *Decembris* 1647. §. *casum* coram R. P. D. meo
Othob. hæc ibi. Hanc sententiam tenet nunc Rota, Spa-
da *cons.* 58. *num.* 5. *tomo* 2. & ita novissime reperi Rotæ *de-
cisionem part.* 13. *in recent. decis.* 254. *num.* 12. *&* 13. imo re-
perio, quod in *Pisauren. Benef.* 28. *Junii* 1647. coram Ghis-
lerio 109. *num.* 13. *part.* 10. *recent.* fuit dictum quod subro-
gatio, quæ datur incidenter, & accessorie ad Gratiam
principalem inter clausulas generales cum clausula *etiam ad
partes*, ipsa debet justificari, & subjacet regulis aliarum
impetrationum, & ibi allegantur decisiones allegatæ per
Garz. *part.* 6. *cap.* 4. *n.* 35. sed hoc intelligendum, juxta dicta
superius.

22 Bene verum, quod si subrogatio non fuerit ad partes ex-
pedita, sed cum Litteris principalis Gratiæ, & subroga-
tionis cum datur tertio extra litem existenti, Amayden *d.*
§. 2. *n.* 67. tunc post verificationem in articulo executionis
recuperabit suam prærogativam, & sortietur effectum ac si
ad partes essent expeditæ Litteræ, Lotter. *dict. quæst.* 20. *n.*
205. *&* 206. *& dict. quæst.* 13. *n.* 36.

23 Quare vigore subrogationis Gratiosæ non potest deve-
niri ad capturam possessionis etiam de Beneficio vacante,
nisi prius fuerint expeditæ Litteræ super ipsa Gratiosa sub-
rogatione, si loquimur de ea quæ datur collitiganti per
Bullam Pii III. Lotter. *dict. quæst. num.* 30. ubi allegat multas
Rotæ *decis.* Rota *in dict. Valentina Rectoria* 124. *in princi-
pio*, Amayden *loco cit. n.* 61. *vers. superat.* ubi dicit, quod
alias attentat si capit possessionem non expeditis Litteris,
nec Rota admittere subrogatum ad disputationem super ju-
ribus subrogationis nisi exhibitis Litteris subrogationis, &
allegat *dec.* 568. *&* 625. *p.* 2. *rec.* opus tamen non erit ut pro-
ducantur Litteræ super provisione gratiæ principalis, cum
non agitur ad executionem Gratiæ, sed duntaxat subroga- 24
tionis Gratiosæ, super qua Litteræ fuerint expeditæ, &
directæ ipsi parti; ideo sufficit ut hæc sint expeditæ, licet ex
clausulis primæ Gratiæ principalis, est enim veluti secun-
da Gratia distincta a principali, Mohedan. *decis.* 7. *sub tit.
de præb. nu.* 1. nec habet dependentiam a prima nisi remo-
te, quod non attenditur, & non datur propter primam
gratiam, sed propter litem cui dedit causam prima gratia,
sic prima Gratia remote se habet, juxta sententiam Rotæ 25
apud Farin. *decis.* 411. *tom.* 1. *posth.* ideo cum sit Gratia de
per se, poterit procedi, & deveniri ad ejus executionem,
non productis Litteris primæ gratiæ principalis, sed dun-
taxat Litteris Gratiæ subrogationis, Rota *in eadem Valen-
tina Rectoria* coram eodem Bichio, sed 31. *Junii* 1651. *n.*
8. 191. *part.* 11. & apud Peutinger. *dec.* 87. vel si datur ter-
tio existenti extra litem possit etiam dari in Litteris ipsis
Gratiæ principalis, vel ad partem, quæ expediri poterit
quandocunque vel sub eadem Data. Verum, ut dictum est, 26
cum est expedita subrogatio simul cum ipsa Gratia princi-
pali, non habet effectum privilegiatum; vel si productæ
fuerint etiam Litteræ super principali gratia coram Execu-
toribus, & etiam Litteræ subrogationis gratiosæ, in quibus
non dantur Executores, ut diximus, & notatur in *Pisana
Benef.* 1. *Febr.* 1630. coram Merlino, quam refert Amay-
den §. 2. *num.* 50. possent illi Executores dati in gratia prin-
cipali procedere ad executionem subrogationis gratiosæ
ad partem expeditæ tanquam desumptæ ex ventre primæ
gratiæ, & pendentis ab illa, omissa executione Littera-
rum principalium, ut optime in *dict. Pisana vers. quoniam
pro responsione*, Amayden *num.* 68. *&* 69. Verba decisionis
sunt: Denique nec visum fuit obstare, quod Dominus
Bandinus unico contextu produxerit coram Executoribus
tam Bullas gratiæ principalis, in quibus erant deputati Exe-
cutores, quam etiam Bullas gratiosæ subrogationis, in qui-
bus nullus erat datus Executor, & quod quidem Executo-
res pronunciaverint Bullas prædictas esse executioni de-
mandandas, & consequenter videatur facta mixtio utriuf-
que gratiæ, & cessare privilegium subrogationis, capiendi
scilicet possessionem lite pendente, præsertim quia si fuis-
sent separatim executioni demandatæ Litteræ tantum sub-
rogationis, decretum esset nullum ex defectu jurisdictio-
nis, cum in illis ut dixi nulli legantur dati Executores:
quoniam pro responsione fuit animadversum, quod in
Litteris gratiosæ subrogationis, quæ separatim expediun-
tur, nulli solent dari Executores, ut subrogatus si velit
possit propria authoritate possessionem capere, juxta tra-
dita per Mohedan. *decis.* 11. *ut lite pend.* & Puteum *decis.*
208. *lib.* 1. & ideo si ipse velit viam Executorum eligere
ad alios recurrere non potest, quam ad datos in Gratia
principali. Unde juxta stylum ad firmandam jurisdictio-
nem fuerunt productæ Litteræ Gratiæ principalis; illæ
vero non fuerunt executioni demandatæ, cum hoc in
decreto exprese non dicatur, & de jure lite penden-
te fieri non potuit; sed dicendum est solas Litteras gra-
tiosæ subrogationis executioni demandatas fuisse, sem-
per enim factum præsumitur quod fieri valide potuit,
ex traditis per Felin. *in cap cum ex Officiis*, *num.* 31. *&
seq. de præscript.* Menoch. *præs.* 4. *nu.* 8. *&* 15. *& seq.* præ-
sertim *numer.* 27. *&* 28. *lib.* 6. & in simili fuit dictum in
Conchen decimarum 7. *Maii* 1601. coram Cardinali Pam-
philio. Et ita, utraque parte informante, resolutum. Hæc
ibi.

Si quis autem productis Litteris gratiæ principalis co- 27
ram Executore non potuerit Litteras justificare in totum,
non per hoc excludetur quin subrogationem gratiosam pe-
tere possit, & justificatis solitis requisitis immittendus erit
in possessionem, Rota penes Rub. *tom.* 2. *part.* 4. *dec.* 302.

Non levis est altercatio inter Nostros, quod remedium 28
competat subrogato gratiose, retinendæ scilicet, seu ma-
nutentionis, vel potius adipiscendæ se immissionis ad pos-
sessionem? Equidem Mohed. *decis.* 21. *sub tit. de rest. spol.*
tenet, quod subrogato tantum competat interdictum
adipiscendæ, & quod ex persona sui Authoris non
potest prætendere manutentionem; nam sive sit subro-
gatus, sive subrogandus requiritur, quod habeat posses-
sionem, & erit necessarium factum ad eam capiendam ad
hoc, ut remedium competat retinendæ: hanc decisionem
sequitur Gonz. *ad reg.* 8. *Cancellariæ tam in proœm.* §. 3. *n.*

29 93. & 94. ubi dicit, quod non concedetur remedium retinendæ nec recuperandæ, & quod nunquam tempore suo in Rota vidit nec audivit temporibus suis fuisse concessum ab aliis antiquioribus, & peritis Curiæ Auditoribus; quam etiam Glos. 34. n. 110. ita enim tenet Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 4. *n.* 3. & 4. *cum seq.*

Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *qu.* 13. *nu.* 40. existimat, inter vim statuti continuatis possessionem defuncti in heredem, & vim subrogationis nullam esse differentiam, ac subrogationem cum eisdem regulis omnino regulandam, ad quod multos allegat.

30 Advertendum enim præmittit Lotter. quod licet frequentius Doctores dicant per Statutum nihil aliud conferri quam possessionem civilissimam ex Bald. & aliis quos ipse citat; id tamen jure vix posse consistere, quinimo existimat, quod vera, & plenissima possessio naturalis, & civilis transferatur, ex Guil. de Bened. *cap. Raynutius super verbo Mortuo itaque testatore, il secondo, nu.* 27. quod & aperta ratione etiam constare censet; nam quamvis post acquisitam possessionem naturalis sit separabilis a civili, quæ solo animo retinetur secundum text. *in l. clam possidere,* §. *qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* tamen in ipso articulo acquisitionis impossibile est unam ab altera separare, & fingere possessionem civilem solam, aut solam naturalem; nam si submovetur naturalis, sive corporalis detentio, submovebitur etiam substantia ipsa possessionis, quæ consistit in usu rei, & si ab hac naturali detentione submoveatur animus possidendi, in quo jus constituit civilem, removebitur etiam forma possessionis civilis, pro qua exigitur animus possidendi jure dominii, vel quasi; igitur ait Lotter. vel negandum esse id quod est verissimum, nempe Statutum, & Principem posse transferre veram possessionem naturalem & civilem, ut ipse dixit *nu.* 7. de persona, in personam circa actum corporalem; aut concedi oportebit, facta hujusmodi translatione personam in quam facta est translatio eodem modo posse juvari quovis possessorio interdicto, quo poterat persona a qua est translata: quia translatio, seu continuatio hæc fit cum omni jure, quod circa ipsam possessionem habebat talis persona, a qua facta fuit, ut Ludovis. *decis.* 307. *sub nu.* 16. subrogatus simpliciter repræsentat personam ejus in cujus locum est subrogatus, *C. majores de baptis. C. Ecclesia ut lite pend.* ac in terminis dicit Lotter. *adesse decisionem* Mohed. 5. *num.* 2. *ut lite pend.* Oldrad. *cons.* 224. *nu.* 25. *hoc proposito.*

31 In hoc ergo articulo existimat Lotter. distinguendos esse duos casus, quorum primus est quando possessio defuncti in ejus vita simpliciter turbata fuit circa factum occupationis naturalis per aliquam innovationem, sic potius suspicatus fuit turbari, quam vere turbatus fuerit: & cum ob simplicem timorem turbationis intentari possit officium Judicis, & hoc casu existimat Lotter. quod interesse possit subrogatus interdictum possessorium retinendæ seu manutentionis, & in his terminis loqui Greg. Papam *decis.* 552. nec in his terminis subrogationis negasse Rotam *decis.* 159. *n.* 6. *part.* 4. *divers.* Alter vero casus, quem ponit Lotter. quando turbatio non fuit simpliciter illata per aliquam novitatem, sed positive per occupationem possessionis naturalis, & in isto casu dicit esse impossibile dari remedium possessorium, quia transitus ille possessionis de personam fuit impeditus de facto per talem occupationem continuatam etiam post mortem, atque etiam ita de tempore subrogationis, quod in Statuto de continuanda possessione etiam admittere Doctores; ac proinde hoc casu si illa occupatio sit hujusmodi ut nihilominus foret dandum mandatum de manutenendo decessori non impedit effectum subrogationis Gratiosæ ad effectum immissionis, per doctrinam Greg. *decis.* 407. *sub n.* 13. *vers. non est verum,* & *n.* 14. neque ex quo subrogato denegetur ait Lotter. manutentio excluditur effectus subrogationis in ejus radice, quominus possessio videatur continuata usque a principio, quia cum illa occupatio naturalis non operetur quo minus subrogatus habeat civilem cujus naturalis est perpetuo accessoria, juxta text. *l. si id quod* §. *quod autem ff. de acquirend. possess.* ubicunque hæc apprehendetur retrotrahitur actus, neque dicitur de novo quæri, sed continuari quæ prius fuerat, ut Lotter. quare videtur clare tenera, quod non manutentio in hoc casu, sed immissio competat subrogato.

32 Nec possessorium reintegrandæ ex persona decessoris competere subrogato, quod putat certissimum Lotter. *loc. cit. n.* 49. si decessor fuerat prius spoliatus, secundum Rotam *decis.* 280. *part.* 3. *divers. lib.* 2. sicuti dicitur etiam de hærede, in quem ex Statuto continuatur possessio defuncti, nec hoc remedium reintegrandæ minus posse competere ex sua persona, si post obitum decessoris in possessionem, vel etiam concessam subrogationem tertius aliquis se introducet: quam opinionem veriorem & magis communem, ac in practica receptam existimat Lotter. *n.* 51. Igitur concludit Lot. *n.* 52. quod subrogato gratiosæ competat remedium adipiscendæ, juxta terminos *l. ultima C. de edicto Divi Adr. tollendo,* citat Mohed. *decis.* 13. *ut lite pend.* & Manricam *decis.* 252. *n.* 1. sed contradicere videtur.

Ludovis. Posth. *doctus Perusinus in tract. de manuten.* 33
observ. 55. *n.* 103 posuit hoc quæsitum, an gratiose subrogato in Beneficio ad possessionem defuncti competat manutentio; & in primis dicit possessionem hanc esse civilissimam, & adinstar illius, seu hæredis in quem vigore Statuti continuatur possessio, decesserit, Rotæ *dec.* 159. *n.* 2. & 3. *p.* 4. *divers.* Greg. *dec.* 258. *n.* 6. & *in Pupolien. Prioratus* coram Pirovan. quam ipse affert post dictum *tr. dec.* 313. *nu.* 6. & 7. & *in Bojanen. Benef.* coram Coccino 480. post eundem tractatum, quam absque ministerio hominis censeri continuatam a prædecessore in ipsum subrogatum, juxta Rotam *in Senen. Canonicatus* coram Bubalo, apud Marches. *de com. p.* 1. *fol.* 377. *n.* 2. Man. *dec.* 75. *n.* 3. Lotter. *lib.*
3. *q.* 13. *n.* 27. cum sint incertæ clausulæ ad id sufficientes, 34
nempe ad continuationem inferendam, quam possessionem posse Principis authoritate in subrogatum transferri per *dec.* Mohed. 12. *ut lite pend. alias* 327. *n.* 2. & Mant. 71. nec dici novam possessionem, sed continuationem illius met, quam defunctus habebat, ad quod Post. allegat Lotter. *loc. cit.* quare censet Posthius concludendum esse subrogato manutentionem deberi nisi effectualiter fuerit possessio naturalis ab alio apprehensa, & citat Menoch. *de retinend. cap. rem.* 3. *sub n.* 48. Rot. *dec.* 159. *n.* 5 & 6. *p.* 4. Greg. *dec.* 258. *num.* 5. & *seq.* & *in Oveten. Beneficii* coram Manzanedo *post tract. de manut.* 107. *nu.* 3. & 4. *in Ulixbonen. Benef.* coram Ubaldo 174. *nu.* 2. *post eundem tract.* neque dissentire affirmat Rotam *in S. Marci pens.* coram Sacrato penes Marches. *part.* 2. *fol.* 486. *num.* 1. & *seq.* & *in Bojanen. Beneficii* coram Coccino 480. *post tract.* & citat etiam Lotter. stante vero alterius possessione naturali dandam subrogato immissionem nisi possessor naturalis haberet consimilem titulum, juxta decisum Rotæ *in Senen. Canonicatus* apud Marches. *par.* 1. *fol.* 377. & *Asterien. Scolastica* coram Ubaldo *post tract. de manut.* 177. Igitur Ludovic Post. eandem quasi opinionem sectatur ac Lotterius.

Theodorus Amayden. *dict. cap.* 24 §. 1. *sub nu.* 33. existi- 35
mat, quod possessio subrogati Beneficio Principis sit ficta, non vera possessio, nisi sequatur apprehensio, quod censuit Rotæ conforme esse, & in subrogato sine apprehensione competere manutentionem, sed immissionem, & in hoc subrogationem differre a Statuto de continuanda possessione, quod fuse probari dicit in *Forolivien. Benef.* 10. *Martii* 1623. coram Ubaldo, & *Meten. Prioratus* 2. *Decembris* 1622. coram Merlino, quas ipse Amayden affert, qui *nu.* 34. ita loquitur: Sane mira videtur in hac materia subrogationis diversitas; nam omnes firmant, quod possessio subrogati ministerio Principis censeatur continuata, non autem de novo quæsita, Paris. *de resig. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 75. & quidem continuata sine ullo temporis intermedio, Gonzalez §. 3. *proœmii num.* 85. & 86. nec quidem per momentum, & est vera, & non ficta possessio, Rota *decis.* 653. *p.* 4. *divers.* ubi additur, præsertim possessione vacante, quæ dictio *præsertim* non facit quo minus si possessio vacua non fuerit, continuata non sit, et nihilominus requirunt ad effectum continuationis apprehensionem faciendam per subrogatum, Gonzalez ubi supra *n.* 93. & 94. *glos.* 34. *num.* 110. & firmat decisio Forolivien. supra allegata: quæ duo videntur omnino contraria, nam si vera possessio unius continuatur cum possessione alterius solo Beneficio Principis absque ullo facto subrogati aut ministerio Judicis, Cassad. *decis.* 1. *num.* 9. *ut lite pend.* nec est opus ulla apprehensione; nam stante subrogatione non potest considerari vacatio intermedia Mohed. *dec.* 323. Pos. *decis.* 214. *lib.* 1. & 495. *lib.* 2. Paleot. *decis.* 119. & sic possessori vigore subrogationis competet manutentio, non immissio quæ non potest competere possessori: unde ista duo implicant inter se, esse possessorem, & deberi immissionem. Nota hæc contradictio (ait Amayden) oritur ex eo quod si medio tempore esset capta possessio per tertium, ille non deberet inauditus expelli, sed possessor etiam contra jus in summariissimo possessorio decerni debet manutentio, ut in

Ubi-

Ulixbonen. Benef. 26. *Junii* 1632. coram Ubaldo. Hæc Amayden & affert dictam decisionem coram Ubaldo tenoris sequentis: Agitur de manutentione in summarissimo possessorio, quam Domini 19. Decembris præteriti dixerunt dandam esse Antonio ex rationibus in decisione adductis, in qua decisione hodie persistendum censuerunt: nec obstare subrogationem Gratiosam Michaeli concessam ad jus, & possessionem Laurentii provisi a Collectore Portugalliæ, nec non ad jus, & possessionem Emmanuelis, per cujus obitum vacavit Beneficium, quia quoad possessionem Laurentii ea Michaeli juvari non potest, quia Laurentius non solum fuit privatus possessione per sententiam A. C. sed etiam se habuit pro spoliato cedendo possessioni, ut in decisione deducitur. Quo vero ad possessionem Emmanuelis, nec minus potest juvari: quia licet gratiose sit subrogatus quoad *jus*, & possessionem Emmanuelis, nihilominus cum Antonius expulso, cedente Laurentio medio tempore ceperit possessionem naturalem, possessio vigore subrogationis gratiosæ nihil operatur, Gab. *tit. de acquirend. possess. concl. ult. num.* 19. Ruin. *cons.* 28. *num.* 6. *lib.* 5. Paris. *cons.* 1. *numer.* 158. *lib.* 1. & fuit resolutum in causa *Lucana Majusculatus* 27. *Aprilis* 1587. coram bon. mem. Orano; unde cum hodie nulla detur anterior possessio possessione Antonii, non videtur ei posse denegari manutentio. Nec obstat quod A. C. in tradenda possessione Antonio male processerit, ita ut non privaverit Laurentium sua possessione; quia quicquid ut de hoc satis est quod Laurentius habuerit se pro spoliato cedendo possessioni, & prosequendo causam appellationis in solo petitorio, ut dicitur in decisione, tunc enim ad effectum manutentionis possidentis non est agendum an Judex bene, vel male processerit; sed solum attenditur possessio posterior, & quod primus possessor habuerit se pro spoliato, ut in causa *Camerinen. pensionis* 22. *Maii* 1592. coram bon. mem. Gypsio. Nec obstat, quod intra sex menses infra quos Laurentius tenebatur Litteras expedire in Curia, non potuerit Beneficium conferri Antonio, & quod apud Laurentium non steterit quominus expediret cum fecerit diligentias, de quibus in decisione: quia omissis aliis sufficit dicere quod hæc respiciunt petitorium, & justitiam possessionis quæ in hoc summarissimo possessorio non solet attendi, sed sola possessio, Bald. *in cap. licet num.* 30. *de probat.* cum aliis per Rotam *decis.* 270. *n.* 4. *part.* 1. *recent. & decis.* 275. *sub nu.* 5. *vers. fuit etiam responsum eodem* 1. *part.* Ideo quoad simplex possessorium Domini permanserunt in decisis pro manutentione Antonii, non obstante subrogatione Michaelis quoad jus, & possessionem Laurentii, & Emmanuelis, sed quoad jus Domini non erant concordes, & poterit alias videri.

36 Ex hac decisione, sequitur Amayden, liquet subrogato non solum non competere manutentionem contra possessorem qui medio tempore possessionem cepit, sed eandem dari posse contra subrogatum, & conclusiones illas possessionem subrogati esse eandem cum prima, illam continuari cum secunda Beneficio Principis, & similes esse falsas, quia possessio tertii interrumpit illam continuationem. Nec dicatur conclusiones procedere quando nullus adest possessor, quia eo casu Beneficium hoc Principis servit de vento, quando nullus adest qui possessionem impedire conatur. Nec facit quidquam si dicatur, quod licet nullus adsit possessor, posse tamen adesse contradictorem qui possessioni subrogati gratiose nempe tertio se opponat, orpote collitigans defuncti; quia cum hujusmodi subrogato competat immissio, ut supra ostendimus, adeo ut eam contradictor impedire non possit, nescio videre quæ necessitas nos cogat ad asserendum possessionem primi esse eandem cum secunda, cum effectum subrogationis assequamur ex immissione, a qua non appellatur, & nolumus admittere subrogato deberi manutentionem.

Hinc etiam non est verum, sequitur Amayden, quod in
37 allegatis decisionibus dicitur subrogationem gratiosam adinstar statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem; quia statutum hujusmodi non admitti possessionem intermediam, sed tribuit possessionem hæredi, quando probet se vere hæredem, ut de *Statuto Urbis cap.* 17. *lib.* 7. dixit Rota *in Romana vinea* 15. *Januarii* 1616. coram Cardinali Pamphilio, & alias sæpius, solum Statutum hoc non procedere in bonis Emphyteuticis, dixit Rota in alia *Romana vinea* 13. *Martii* 1606. coram Penia, eo quod non omnis possessio esset penes Emphyteutam, sed naturalis, tamen civili penes dominum directum remanente.

38 Investigandum demum (ait Amayden) unde conclusiones prædictæ inter se diversæ originem duxerint; quod ego existimo facili negotio assequi posse, si consideremus subrogationem quoad Principem subrogantem non quoad subrogatum; nam Princeps concedens subrogationem dicitur subrogare Petrum, v. g. in possessionem, jus Pauli defuncti excluso Joanne collitigante Pauli, ut ostendatur, quod nullam facit injustitiam Joanni, qui potest jura sua in eisdem statu, & terminis prosequi contra Petrum, ut potuisse contra Paulum, ut late ostendimus in §. *seq.* Conclusio igitur ista, subrogatus censetur eadem persona cum ea cui fuit subrogatus, quoad Principem subrogantem ad effectum supradictum est vera; quam deinde aliqui inconsiderate ampliaverunt, & extenderunt ad terminos contradictionem implicantes. Hæc Theodorus Amayden.

Dicendum videtur non esse verum subrogationem ope- 39
rari adinstar Statuti, ut tenuit Amayden. *d. n.* 35. quia Statutum operatur immediate, & ipso jure absque hominis ministerio, nec dari potest tempus in quo possit dari possessio vacans, & subrogatio gratiosa operatur cum hominis ministerio; ideo in quantum ad manutentionem distinguenda esse duo tempora, unum a morte possidentis Beneficium usque ad obtentam Gratiam, alterum a Gratia obtenta usque ad actualem apprehensionem: si loquamur in primo casu, si alius medio tempore occupavit possessionem naturalem, certum videtur quod subrogato non possit concedi manutentio: quia Principis Gratia non potest operari in præjudicium tertii, cui medio tempore possessio quæsita fuit; omnis Gratia intelligitur, salvo jure tertio quæsito, tam jure communi sic dictante, quam etiam attenta Regula Cancellariæ de jure quæsito non tollendo, quæ in ordine nunc est 18. Igitur tunc competit immissio citato eo qui occupavit possessionem eo modo quo diximus, & etiam nuper ostendimus. Difficultas est in secundo casu, quando scilicet aliquis obtinuit jam subrogationem a Principe, seu Papa; tamen antequam actualem ingrediatur possessionem alter illam occupavit, post tamen concessam Gratiam subrogationis, an tunc competat manutentio subrogato.

Urget maximopere pro manutentione illa ratio, quod 40
concessa per Principem subrogatione jam ejus authoritate, & ministerio fuit translata possessio in subrogatum saltem civilis nullo temporis intermedio, ut dicit Gonzalez §. 3. *num.* 85. *&* 86. & alii, ita ut illa quam accipit subrogatus non sit nova, sed antiquæ continuatio, Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 134. *num.* 15. & apud Amatum Dunozettum 495. *nu.* 13. & alibi sæpe: sic antequam alius occupaverit naturalem erat subrogatus jam in possessione saltem civili, manutentio autem debetur etiam civiliter possidenti ac pro recuperatione naturalis possessionis, juxta sententiam Tiberii Salustii *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Antonius Gabriel. *de acquirenda possessione conclus.* 6. *num.* 17. *& sequen.* Menochius *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 139. *& remed.* 11. *num.* 391. Rota penes Manticam *dec.* 185. *nu.* 4. & apud Durandum *decis.* 114. *n.* 9. & apud Eminentissimum Otbob. *decis.* 121. *num.* 6. Ridolfin. *in prax. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 1272. qui alias Rotæ decisiones citat per textum *in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquirenda possessione.*

At quicquid sit disputando articulum secundum juris tra- 41
mites, Rota solum immissionem solet concedere subrogato gratiose, & hæc est praxis Curiæ Romanæ, Rota *in S. Martis pensionis* coram Sacrato apud Marchesi. *part.* 2. *fol.* 486. apud Posth. *decis.* 107. *&* 177. *post tract. de manuten.* Rota *in Valentina Rectoria* coram Bichio 31. *Junii* 1651. *n.* 17. *par.* 11. *recent.* quam etiam refert Tondut. *post tract. de pens.* 76. *in ordine*, Rota apud Buratt. *dec.* 686. *n.* 1. Ferentil. ad Buratt. *decis.* 221. *nu.* 4. qui affert istam rationem: quia censetur subrogatus ad possessionem juris, & non facti, Ridolfin. *in praxi par.* 2. *cap.* 12. *n.* 225 & novissime Rota *in Mediolanen. Benefic.* 17. *Novembris* 1651. coram Eminentissimo Celso, apud eundem *dec.* 134. *n.* 3. *&* 4. & tam *d. dec. in Valentina Rectoria* coram Bichio, quam in *Mediolanen. Benef.* dicitur, quod ex possessione defuncti non potest dari manutentio subrogato; attamen illa relevat ut subrogato ex propria possessione quam deinde cepit, facilius conceditur, & optime in *d. Pisaurien. Benef.* 28. *Junii* 1647. coram Ghisletto, *n.* 14. 15. *&* 16.

Competere tamen poterit manutentio loco immissio- 42
nis, quando subrogatus possidebat ex altero titulo, & petit unico contextu manutentionem, & immissionem, Rota apud Posth. *decis.* 57. *num.* 14. *& in d. Valentina Rectoria* 31. *Julii part.* 11. *rec. decis.* 181. *in fine*, apud Eminentis-

nentissimum Othob. *dec.* 186. *n.* 1. Ferentill. ad Burati. *dec.*
115. *n.* 4. sic semper quod subrogatus possidet vigore alte-
rius tituli, licet ille fuerit nullus, datur manutentio, Ferentill.
ad dec. 221. *n.* 6.

43 Ut autem detur immissio subrogato ne retardari possit,
oportet ut reservatio seu affectio sit clara, & indubitata,
quia est Gratiæ fundamentum, Rota *dec.* 237. penes Rub.
tom. 3. *decis.* 407. *par.* 1. *rec.* & *par.* 2. *decis.* 107. 526 &
600. Ludovis. *decis.* 58. & *decis.* 245. *par.* 9. *tom.* 2. *in re-
cent.* apud Gaill. *decis.* 245. 112. *n.* 78. apud Duran. *decis.*
14. *n.* 5. & 407. *n.* 11. apud Caval. *decis.* 2660. apud Buratt.
decis. 78. & 769. *n.* 3. Amayden *d.* §. 2. *n.* 18. Garz. *de be-
nef. par.* 6. *cap.* 4. *num.* 24. *cum sequent.* ubi allegat alias Ro-
tæ *dec.* Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 69. Spada *cons.* 56. *tum.*
2. ubi dicit, quod si datur sumus aliquis defectu reservatio-
ni, deficit privilegium executionis gratiosæ subrogationi.

44 Debet etiam tunc reservatio concludenter probari, Lot-
ter. *loco cit. n.* 69. Amayden §. 2. *sub num.* 20. *vers. sed videa-
mus*, Ubertus *de citat. cap.* 2. *sub numer.* 73. & per exactas
probationes demonstrari, ut in his terminis dixit Rota *in
Placentina*, quæ decisio habetur hodie *par.* 12. *recent. de-
cis.* 331. *in Placentina Archidiaconatus* 5. *Aprilis* 1658.
coram Albergato *in principio*, quia semper quando præju-
dicium Ordinarii concurrere potest, vel alterius, reser-
vatio debet esse clara, & concludenter probari, Rota pe-
nes Duran. *decis.* 120 *numero* 8. & 9. apud Ludovis. 37. apud
Catill *decis.* 41. *numero* 1. apud Caval. 266. *numero* 6. &
apud Eminentissimum Celsum *dec.* 19. *num.* 1. ubi aliæ alle-
gantur Gonzalez *glos.* 11. *num.* 100. Lotter. *lib.* 3. *q.* 10. *n.*
40. præsertim si possideat, Rota *recent. par.* 1. *decis.* 477.
Duran. *locis citatis*, Ludovis. *dec.* 58. & alibi dictum est: unde
45 Amayden *d.* §. 2. *par.* 4. *diversor.* dixit quod si provisus ab
Ordinario se opposuit subrogato gratiosè, & immissioni
per eum petitæ, requiritur reservatio sive lis, quod sit cla-
ra, & indubitata quoad effectum immissionis consequen-
dæ, licèt non requiratur quoad obtinendum subrogationem,
cum illa possit obtineri absque reservatione, indiget tamen
justificatione, qua sequuta in omnibus habebit effectum sub-
rogatio, & subrogatus intrabit possessionem, ut diximus,
ex notatis per Amayden §. 2. *n.* 13. & 14.

46 Cum autem non adest contradictor seu alius qui impu-
gnet Gratiam subrogationis, vel non constat de aliquo ti-
tulo partis adversæ, sufficit semiplene probare, juxta *decis.* Lu-
dov. 394. ubi Oliver.

47 Sed quid dicendum, cum reservatio seu affectio est turbi-
da, an immissio impediatur? diximus enim supra quod
quando reservatio vel affectio redditur turbida, impediatur
proviso Apostolico via executiva, & omissis omnibus late
Salgad. *de ret. Bull. par.* 2. *cap.* 34. *num.* 143. 197. & 198.
& tenuimus etiam interim manutenendum possessorem, ut
ibidem: Dubium nunc potest esse quid in subrogatione gra-
tiosa tanquam majori innitens privilegio? Et quidem du-
bium facit, quia Rota multoties decidit judicium immissio-
nis non admittere exceptiones turbidas extrinsecas, vel
requirentes altiorem indaginem, Rota penes Eminentissi-
48 mum Othob. *dec.* 154. *n.* 7. & 140. *n.* 27. & *dec.* 34. *part.*
5. *rec.* & 44. & 88. *num.* 23. *part.* 8. *recent.* Caval. *dec.* 450.
n. 70. & *par.* 22. *recent. dec.* 89. *n.* 19. & apud Amatum
Dunozet. *to.* 1. *dec.* 495. *n.* 23. & *dec.* 94. *res.* 12. *par.* 5. *re-
cent.* apud Ludovis. *dec.* 194. *n.* 11. & apud eundem Ama-
tum Dunozet. *dec.* 1. *n.* 12. quod generale est in judicio im-
missionis quod nunquam exceptiones requirentes altiorem
indaginem admittantur, seu retardant immissionem Cen-
sal. ad Pereg. *art.* 48. *vers. vigesimo observo*, & notavimus
etiam alibi, quod quando objicitur aliquid contra petitam
immissionem, rejicitur si in continenti non probatur, si
tamen apparens est exceptio, impedit, juxta doctrinam
Pereg. *art.* 218. *num.* 28. *de fideic.* & aliis, & in materia
immissionis in hac materia Beneficiali Rota penes Merlin.
dec. 447.

49 Sed quod impeditur immissio cum reservatio sive affe-
ctio redditur turbida, Rota apud Duran. *dec.* 14. *num.* 28.
Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 70. & alii.

50 Attende ne termini confundantur aliud est quod in
hoc judicio immissionis non admittantur exceptiones
turbidæ, & requirentes altiorem indaginem postquam
reservatio est concludenter probata; aliud est cum turbi-
da redditur reservatio seu affectio, ob quam conceditur
subrogatio, dari non debeat subrogato immissio petita,
siquidem sicuti verum est primum, nisi daretur fumus,
nam etiam in executivis illæ admittuntur, juxta *decis.* Se-
raph. 298. Ridolph. *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 165. ita etiam se-
cundum, nempe semper quando redditur turbida reser-
vatio non potest competere immissio, quæ claram &
indubitatam exposcit reservationem, vel affectionem,
quæ nullam admittat exceptionem, ut dicit Rota *d. decis.*
187. 526. *n.* 8. & 600. *par.* 2. *rec.* Amayden *loco cit. n.* 18. cum
sit talis Gratiæ fundamentum; nam cum reservatio non est
evidens, licet Papa potuerit concurrere, attamen ordinarie
agendum est tunc non executive per celerem immissionem,
juxta *dec.* Rotæ, quam affert Salgad. *de retentione Bull. part.*
2. *cap.* 24. *num.* 150. *in vers. denique*, cum tamen reservatio
clara apparuit, & probata legitime si contra ipsam replice-
tur, & opponatur aliqua exceptio, non impeditur immissio
subrogato, Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *num.* 11. & 12. Burat. *dec.*
805. *n.* 9. *v. Præterea*, Seraph. *dec.* 296. *n.* 6. & *dec.* 165.
par. 3. *recent.* & *par.* 10. *recent. dec.* 31. *num.* 5. sicut justi-
ficata Gratia non erit retardanda immissio proviso sub præ-
textu exceptionis invaliditatis, seu obreptionis quæ reddat
turbidam Gratiam requirit tamen altiorem indaginem, Ro-
ta *par.* 11. *recent. dec.* 107. *in fine*.

Igitur in materia immissionis in hac subrogatione gra- 52
tiosa, quando possit impediri si vel ne, in primis statuen
da est regula quod habens subrogationem gratiosam vi-
gore reservationis, litis, vel alterius affectionis compe-
tat immissio subrogato gratiose tribus tantum verificatis,
nempe lite seu reservatione, obitu in possessione, & ele-
ctatu provisi, nec retardari potest immissio in via executi-
va, ut satis hucusque dictum est.

Fallit primo hæc regula, si Beneficium in cujus posses- 53
sionem fuerit quis subrogatus non fuerit reservatum, vel
alias affectum, nam tunc tota Gratia est justificanda, ut
diximus, & notat Ferentill. ad Burat. *dec.* 842. *num.* 8. &
agendum est ordinarie, ut nuper dictum est, nisi nul-
lus adsit legitimus contradictor, quia tunc ut etiam di-
ximus sunt probanda solum requisita subrogationis, idem
Burat. qui allegat Mant. *dec.* 71. & Rotam *in Ulixbonen.
quæstoria* 15. *Jan.* 1624. coram Coce. idem procedit, quan-
do reservatio, vel affectio non est clara, nam tunc haber
subrogatus immissionem, & agendum est ordinarie, juxta
dicta, & dicenda.

Limitatur ulterius conclusio, quando concurrunt duo 54
habentes similem gratiosam subrogationem, nam tunc
impeditur immissio, juxta ea quæ notavimus, & ci-
tatis ibidem adde optimam decisionem in *Argentina benef.*
30. *Martii* 1611. *S. M. Inn. X.* Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 75.
qui etiam citat alias decisiones, etiam si una sit altera prior
in data, Seraph. *decis.* 153. & alias decisiones adducit A-
mayden *cap.* 24. § 2. *n.* 16. & 17. si tamen una subrogatio
esset pura, altera conditionata habens conditionem in ipso
decreto subrogationis, tunc effectus subrogationis puræ non
potest retardari a subrogatione conditionata, Lotter. *loco
cit. n.* 77. de conditione autem quæ est extrinseca ab ipsa sub-
rogatione, puta circa qualitatem provisi non esse curan-
dum, dicit Lotterius.

Sin autem quis haberet aliam provisionem etiam Apo-
stolicam, non tamen ejusdem speciei, nempe gratiose sub 55
rogati, in concursu non potest impedire immissionem sub-
rogato, juxta ea quæ alibi notavimus, & præter alios Ar-
gell. *de legitimo contrad. quæst.* 15. *art.* 3. *n.* 34. Rota *par.* 5.
recent. decis. 34. *n.* 5. apud Eminentissimum Othob. *dec.*
122. *n.* 18. & 140. *n.* 21. & apud Duran. *dec.* 430. *n.* 10. ita
subrogato gratiose datur immissio, quando adest intermedia
alia collatio, prout decisum refert Amayden *d.* §. 2. *n.* 49.
vers. sed magna est difficultas, supponitur autem clara re-
servatio seu affectio.

Limitatur insuper conclusio supradicta, & impeditur
immissio subrogato gratiose, quando esset possessor in Bene-
ficio, ad quod fuerit subrogatus, & quidem si sit possessor 56
cum pari titulo subrogationis gratiosæ res est extra contro-
versiam, millies Sacra Rota, & omissis aliis decisionibus,
& Doctoribus, quos alibi citavi, in *Compostellana Parochia-
lis primo Julii* 1648. coram Eminentissimo Othob. *apud
eundem decis.* 154. *per totam*, ubi late & in eadem *Com-
postell.* 25. *Junii* 1649. coram eodem, apud eundem 186. *n.*
4. & *in Asten. Coadiutoria* 21. *Junii* 1652. coram Eminen-
tissimo Celso, apud eundem 155. *numero* 14. & Rota *in
Laudien. benefic. die* 23. *Martii* 1648. coram Peutinge-
rio, *circa finem*, quæ decisio hodie habetur *part.* 10.
recent. dec. 167. Dubium vero potest esse cum possidet
alio titulo vel habito eodem fonte nempe à Summo
Pontifice vel ab Ordinario, siquidem si a Papa, mi-
nor est difficultas; nam licet videantur urgere multæ
Rotæ decisiones, attamen veritas est, quod cum possi-
det

det vigore provisionis Apostolicæ, & possessio habita est ab Executore, pro quo præsumitur quod justificatis narratis procederit ad executionem, & quod etiam se potuerit extrajudicialiter informare, & inde possessor legitimè, & justo titulo possideat; ideò possessor tunc impediet immissionem in Judicio executivo alioquin debitam subrogato, ut optime Rota apud dict. Eminentiss. Othub. 154. *num.* 26. *&* 27. ita intellige *decisionem* Burat. 842. & adest etiam *dec.* Rotæ apud Merlin. 58. *n.* 3. dummodo tamen præsumptio, ut dixi, sit pro Executore quod rite processerit, alias si ex eisdem actibus appareat contrarium quod processerit injuste, cum tamen præsumptio veritati cedat, Caval. *dec.* 215. *n.* 7. *& par.* 7. *recent. dec.* 49. *n.* 43. Rota apud Eminentissimum Othob. *d. dec.* 186. *n.* 5. ideo cum tunc possessio capta vigore Executoris nulliter, & injuste procedentia nihil operatur, & habeatur tanquam authoritate propria capta, & cum sit omnino vitiosa, non poterit suffragari proviso, nec ipsum constituet legitimum contradictorem ad impediendam immissionem in via executiva Apostolico subrogato gratiose, Argell. *de leg. contrad. q.* 6. *n.* 3. Rota *par.* 1. *recent. dec.* 115. & apud eundem Eminentissimum
57 Othob. *d. decis.* 186. *n.* 6. *&* 7. igitur in quantum ad provisum Apostolicum possidentem injuste, & legitime Executoris authoritate res etiam reducitur quasi certa, quod immissionem, & viam executivam impediat subrogato gratiose, si tamen sit validus titulus, prout requiritur ad efformandum legitimum contradictorem, ut in *d. decis.* 154. *a n.* 32. *cum seq.* Tota vero difficultas reducitur in proviso ab Ordinario: & certe omnes quasi Rotæ decisiones affirmant hunc provisum ab Ordinario possidentem cum titulo ab Ordinario habito nec impedire immissionem, nec viam consequenter Executivam, nisi sibi mutasset causam possessionis ex superveniente provisione Apostolica, dummodo Executor processerit ad executionem Gratiæ illam justificando; nam justificato titulo dicitur tunc similis tanquam procedens ab eodem fonte, & possessione justa faciet cessare viam executivam, & immissionem; secus autem si non processerit Executor ad talem justificationem, licet supervenerit provisio Apostolica proviso ab Ordinario; nam adhuc titulus dicitur dissimilis tanquam egens justificatione, ut dicitur in *d. decis.* 154. *n.* 29. 35. *&* 30. apud Eminentissimum Othob.

At, ut diximus, cum provisus ab Ordinario possidet,
58 & reddit turbidam reservationem, seu affectionem, ex qua subrogatus gratiose obtinuit talem Gratiam, impediet immissionem illi, quod clare habetur in *decis.* 14. *n.* 18. apud Duran. & aliam Rotæ decisionem in *Paderbonensi Canonicatus* 28. *Novembris* 1608. coram Coccino ad verbum affert Salgad. *de retent. Bull. n.* 150. & est apud Farinac. *tom.* 1. *posth. decis.* 198. ibi. Et quoad subrogationem gratiosam quicquid dicendum esset si subrogatio gratiosa in casu intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cum non prosit nisi quando Beneficium esset litigiosum, Vitalin. *in clem. pri. num.* 41. *v. & ideo*, *ut lite pend.* vel alias reservatum, & affectum, prout Rota servat; nam licet prætendat adfuisse litem, tamen non probatur, cum non constet de mandato expresso aut tacito illius qui commissionem impetravit. Hæc ibi, & antecedenter dictum fuerat in eadem dec. quod ordinarie, non executive agendum erat. ibi: Et propterea dum D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi factæ a Canonico Turnario, est legitimus contradictor, & contra eum non potest procedi executive, sed ordinarie est agendum, & ille obtinere debet qui propria jura habet, vel probavit. Quod intelligo juxtà dicta postquam titulus habitus ab Ordinario fuerit repertus considerabilis; nam tunc incipit judicium ordinarium, juxta dicta superius: sola tamen possessio absque fomento alicujus tituli validi non facit legitimum contradictorem, nec impediet immissionem debitam gratiose subrogato, Rota apud Burat. *dec.* 888. *sub num.* 1. *& in Leodien. benef.* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio *in fine*, *vers. nec Lambertum n.* 16.

59 Imo etiam tunc licet provisus ab Ordinario non possideat, & tamen reddit turbidam reservationem, illico non possit impedire judicium executivum, impediet immissionem, juxta notata alibi, Amayden §. 2. *num.* 12. *per dec.* 527. *par.* 2. *recent. &* 604. *par.* 4. *divers.* quia, ut sæpius diximus, subrogatio non habet suum effectum reservatione existente turbida. Justificata vero reservatione, seu subrogationis Gratia, certe provisus ab Ordinario etiam si possideat, non impedit subrogato nec viam executivam, nec immissionem, imo cum tunc constet non ei competere aliquam defensionem, nec posse aliquatenus impedire immissionem, nec erit in immissione citandus, juxta *decis.* Rotæ *in Messana Archipresbyteratus* 22. *Maii* 1642. coram Amaro Dunozet. apud ipsum 666. *n.* 10. præsertim si provisus ab Ordinario se in possessionem intruserit post obtentam subrogationem, ut *ibidem n.* 11.

Notandum insuper est, quod licet exceptio aliqua præ- 60
sertim turbida non potest impedire effectum immissionis subrogato gratiose, reservatione existente clara; attamen cum opponitur exceptio jurispatronatus, & datur fumus ejusdem patronatus per sententiam Ordinarii canonizatoriam talis jurispatronatus, tunc cessat affectus immissionis; ratio est clara: quia Beneficia jurispatronatus non subjacent regulis reservationis, ut in terminis est *decis.* apud Ludovis. *sæpius citat.* Burat. *decis.* 842. Rota apud Manaanedum *dec.* 135 quia tunc reditur turbida reservatio, & non potest operari, Fetent. apud Burat. *decis.* 78. *n.* 9. Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *num.* 70. 71. quia id militat nisi forte postquam reservatio est probata clare, replicatio jurispatronatus esset in se turbida, & non probata; nam tunc non impediretur effectus subrogationis: sed principalis doctrina temperanda venit, ut intelligatur quando petitur subrogatio Gratiosa vigore alterius reservationis, quam litis, cum enim Beneficium jurispatronatus esset effectum litigiosum, tunc bene impetratur subrogatio Gratiosa, ut dicemus, etiam nulla facta mentione talis qualitatis, juxta *decis.* Cassad. .... *ut lite pend.* Merlin. *decis.* 14. & aliorum, quia stante lite super Beneficio jurispatronatus remanet affectum, & nullus de illo disponere poterit, durante lite, nec patronus præsentare, quod expresse habetur in *cap.* 2. *ut lite pend. in* 6.

Dubium tamen potest esse de exceptione subreptionis, 61
vel obreptionis an retardare possit effectum subrogationis Gratiosæ, seu immissionem? videtur quod non possit retardare, Rota apud Manticam *decis.* 71. *n.* 9. apud Muhedan. *decis.* 1. *sub tit. ut lite pend. ante num.* 1. Rota *in Valentina Rectoria* coram Bichio 17. *Martii* 1651. *n.* 65. *par.* 11. *recent.* contrarium videtur firmari in eadem *Valentina*, *die* 31. *Junii* 1651. coram eodem 191. *n.* 2. *eadem par.* 11. quod generale videtur in quolibet judicio executivo, Seraph. *dec.* 810. Ludovis. *dec.* 425. apud Post. *decis* 642. certum est, quod exceptio turbida obreptionis non retardat, in *d. decis.* 191. *n.* 16. & ita videtur procedere *dict. decis.* 124. bene tamen cum exceptio subreptionis est clara.

Ut gratiose subrogatus consequatur immissionem, seu 62
possessionem Beneficii, ad quod obtinuit subrogari, non solum oportet, ut reservationem claram ostendat, sed etiam de obitu defuncti in possessione doceat, quod ex decisionibus Sacræ Rotæ hucusque cumulatis clare demonstratur: hoc tamen de illa subrogatione intelligendum est, quæ datur ad Beneficium reservatum, non autem quæ colliriganti datur; nam hæc, ut dicemus, potest dari etiam ad jus sine possessione, ut patet in decisione apud Caval. 639. & alibi, & ut dicit Amayden, Sacra Dataria colliriganti qui decessit in possessione non solet dare subrogationem, sed regulariter concedit illam possidenti in locum colliriganris non possidentis, ita Amayden *dict. cap.* 24. §. 1. *n.* 21. & quando etiam datur tertio in locum colliriganris non possessoris, oportet ergo ut possessio defuncti ad quam sit subrogatio plenissime probetur, quando fuit ad eam subrogatus, Rota *in Meten. Cercatoria* 15. *Decembris* 1629. coram Vitile, quam, ad verbum affert Amayden §. 2. *n.* 21. Seraph. *decis.* 1426. *n.* 1. Put. *decis.* 495. *n.* 1. Duran. *decis.* 204. *n.* 4. Rota *in d. Leodien. Benef.* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio, 167. *par.* 10. *in principio*, *n.* 3. apud Eminentissimum Othob. *decis.* 122. 140. & alibi sæpe, Garz. *par.* 6. *cap.* 4. *n.* 7. & alii passim; nec sufficit semiplena probatio, Rota apud Buratt. *decis.* 918. *n.* 2. sicuti satis erit probare possessionem illius ad quem defunctus cui facta est subrogatio fuit subrogatus, sed ipsius defuncti, ad quem immediate fit subrogatio, Rota penes Duran. *dec.* 361. *&* 391.

Sufficit tamen ut defunctus cum subrogatur aliquo mo- 63
do possederit, nec refert an possessio bona vel mala fuerit, sufficit ut fuerit aliqua possessio etiam attentata, & spoliativa, etiamsi nuda fuerit detentio, quia non discutitur hoc in subrogatione, Rota apud Merlin. *dec.* 438. *num.* 5. apud Comitulum *dec.* 79. *n.* 12. apud Mant. *dec.* 352. *n.* 5. *& dec.* 170. *par.* 4. *divers. &* 91. *p.* 3. *rec.* apud Emin. Othob. *dec.* 140. *n.* 19. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *numer.* 180. *& lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 78. Belt. ad Ludovis. *dec.* 251. *numero* 15. latissime Amayden §. 2. *num.* 42. *&* 43. & alii: requiritur solum aliqua possessio, quia subrogatio non minus

nus

nus fundatur super possessione, quam super reservatione, quando scilicet datur ad possessionem; est tamen tunc purgandum vitium per subrogatum, Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *num.* 183. Amayden *cap.* 24. §. 1. *sub n.* 27. qui citat Paris. *lib.* 1. *q.* 16. *n.* 59.

64 Si autem nulla esset possessio, quia nunquam capta, vel dimissa, non esset locus immissioni, Amayden *loco cit. n.* 11. qui ad id bene allegat decis. *Ulixbonen. benef.* 19. *Decembris* 1619. coram Ubaldo, & ampliat doctrinam Amayden, ut procedat etiam si defunctus tacite duntaxat dimiserit possessionem, quia nec adhuc subrogatio suffragatur, & adducit decretum in *Alben. Jurispatronatus* 24. *Febr.* 1620. coram sa. me. Inn. X.

65 Imo cum est facta subrogatio ad jus non possidentis tenetur totam gratiam justificare, & via ordinaria agendum, & non executive immissionem consequi poterit, Rota *in Carthaginen. portionis* 21. *Octob.* 1588. penes Marches. *par. prima de commiss. fol.* 472. & *dec.* 83. *n.* 14. *par.* 8. *in recent.* ubi allegantur aliæ decisiones, & apud Amatum Dunozet. *dec.* 514. *n.* 14. *tom. primo*, Garz. *par.* 6. *c.* 4. *n.* 36. sic cum fuit narrata possessio, & non fuerit probata, vel falso suggesta, amittitur privilegium executivum, & agendum via ordinaria, & ad nihil deservit gratiosa subrogatio, juxta doctrinam Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *n.* 65. & 66. ubi allegat Rotæ decisiones; sed de subrogatione ad possessionem, & ad litem infra fusius, & forsan clarius.

66 Sic si unus ex collitigantibus fuerit subrogatus ad jus collitigantis mortui, qui non possidebat, sed ante ejus obitum possidebat alter provisus ab Ordinario, vel alio, qui habebat potestatem necessariam, certe subrogato non debetur immissio, quia fuit subrogatus in locum collitigantis non possidentis; licet secus sit cum provisus ab Ordinario cœperit possessionem post obitum alterius ex collitigantibus, quia tunc subrogato non poterit denegari immissio, eo quia Beneficium erat litigiosum, & jam affectum, nisi tamen Ordinarius habuisset indultum conferendi litigiosa, Amayden §. 3. *numer.* 56. *vers. superest*, & *num.* 57.

67 Dubium vero potest esse, quando defunctus, in cujus locum datur subrogatio, fuit spoliatus possessione, & sic non possidebat naturaliter tempore mortis, an tunc subrogato competat immissio? discussio hujus dubii fuit facta per Rotam *in Burgen. Canonicatus* 30. *Martii* 1607. coram sa. me Greg. XV. prout est videre in ejus *decis.* 307. in qua fuit dictum, & resolutum, quod cum defunctus non habuerit se pro spoliato, & consequenter ei competebat manutentio in possessione, non possit tunc retardari immissio subrogato, & e contra cessat immissio subrogato gratiose, quando defuncto non competebat manutentio, ut ibi fusius est videre; cum qua doctrina videntur omnes transire, & commune axioma deducunt, quod quotiescunque competebat defuncto, in cujus locum fit subrogatio, manutentio subrogato debetur immissio, Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *numero* 47. & 48. Amayden *dict. cap.* 24. §. 2. *numero* 58. quod non adversari dicit, adjunxit Amayden doctrinæ, quam antea *num.* 43. tradiderat, nempe subrogato gratiose debitam esse immissionem defuncti etiam si fuerit vitiosa, quia aliud esse dicit, quod sit vitiosa immissio defuncti, & aliud quod sit vitiosa possessio defuncti, & hinc, subjungit Amayden subrogatus in locum civiliter possidentis potest petere naturalem quemadmodum ipse decedens petere potuisset, citat Argell. *de acquirend. possess. quæst.* 18. *ar.* 2. *numer.* 99. & 102. quod verum esse dicit, sive possessio reperiatur ab alio occupata, sive non, citat Rotam *in Toletana Paroch.* 24. *Junii* 1604. coram Sacrato; quod neque repugnare tradit conclusioni per eum firmatæ §. *primo* nempe subrogationem gratiosam non operari quando medio tempore est capta possessio, juxta decretum in causa *Ulixbonen. benef.* 26. *Junii* 1623. coram Ubaldo; quia illam interpretandam esse docet quoad continuationem possessionis sine apprehensione, non autem quoad immissionem cum apprehensione, juxta terminos decisionis *Foroliven. benef.* 10. *Martii* 1633. coram eodem Ubaldo. Hæc est doctrina hujus Doctoris, qui ante *num.* 57. firmaverat, quod non est verum, quod possessio naturalis ab alio occupata impediat effectum gratiosæ subrogationis. Quare breviter dicendum est secundum Docto-
68 res nuper citatos, & decisionem Rotæ apud Ludovis. quod ad subrogationem gratiosam requiritur sane possessio defuncti tempore obitus, sed non exigitur ut sit naturalis: sed satis est si fuerit civilis, animo tamen retenta, non dimissa, habendo se pro spoliato, & semper & in omni casu, quo defuncto competere potuerit remedium retinendæ, seu manutentionis, subrogatus petere juste poterit remedium adipiscendæ seu immissionis in naturalem possessionem; nec tunc naturalis possessio ab alio occupata inficere aliquid poterit, & immissionem subrogato, nisi tamen habuerit se pro spoliato, vel alias animo dimiserit possessionem mentalem, sive expresse, sive tacite, quia passus fuerit sententiam: vel cum is scit alium ingressum esse possessionem, nec possessionem recuperare non curavit, sive de facto sive adeundo Judicem pro manutentione: quia tunc præsumitur civilem quoque dimisisse, non poterit petere immissionem, juxta notata per Amayden *dict.* §. 2. *a numero* 44. *cum seq.* ubi allegat Rotæ decisiones. Post scripta vidi *decisionem* 514. apud Amatum Dunozet. *tomo primo*, in qua *num.* 17. dictum fuit, quod gratiose subrogatus ad actionem, & prosecutionem spolii commissi in personam antecessoris non tenetur justificare gratiam, sed ei sufficiet probare spolium, quamvis is in cujus locum fuit subrogatus non decesserit in possessione.

Notes tamen, quod si quis fuerit subrogatus ad jus, & possessionem duorum poterit capere jus ab uno, & possessionem ab altero, Rota *par.* 8. *recent. decis.* 83. *num.* 21. Rota *in dict. Leodien. benef.* coram Peutingerio, 23. *Martii* 1648. *n.* 5. *vers. Petri vero possessio*, 167. *par.* 10. *recent.* & apud Duran. *decis.* 391. & 633. apud Post. *post tract. de manuten.* apud Eminentissimum Othob. *decis.* 230. *num.* 5. & *decis.* 122. *num.* 14. ubi allegantur etiam aliæ Rotæ decisiones, & *decis.* 140. *num.* 20. apud Duran. *decis.* 204. *nu.* 5. & *part.* 14. *recent. dec.* 403. & sufficit ut unius probet possessionem, Rota apud Duran. *decis.* 390. *n.* 2. & adsunt decisiones penes Amatum Dunozett. 552. *n.* 18. 395. *n.* 10. & 514. *num.* 16. & 19. in quibus late agitur de hac re, quando scilicet petit possessionem ex uno, & jus ex altero capit subrogatus. 69

Probatur tamen defunctum obiisse in possessione, quando probatur ejus possessio antecedens, quia semel capta præsumitur continuata usque ad obitum, seu dimissionem Beneficii, donec contrarium doceatur; hoc enim admittunt omnes, præsertim Rota apud Ludovis. *decis.* 166. *num.* 9. & 307. *num.* 2. ubi etiam 321. *part.* 1. *recent.* & 45. & 152. apud Rub. *tom.* 2. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 140. *num.* 16. & 17. & 44. *p.* 8. *recent.* & *in dict. decis. Leodien. Benef.* coram Peutingerio 167. *part.* 10. *recent. num.* 4. & apud Amatum Dunozet. *dec.* 352. *num.* 16 & 17. & 495. *num.* 4. & 107. *nu.* 8. *part.* 10. & 208. *num.* 4. *part.* 11. & 217. *nu.* 12. *part.* 12. *recent.* Item probatur ex testibus de publica voce & fama, quam uti sufficientem in hac materia admittit Rota *dec.* 252. *in fine*, & 509. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* apud Burat. *decis.* 407. *num.* 6. apud Eminentissimum Othob. *decis.* 140. *num.* 15. Item etiam optime probatur ex confessione alterius partis venientis ex eadem vacatione, ut late diximus alibi, & in puncto Caval. *decis.* 502. Ferentil. ad Burat. *decis.* 300. *num.* 13. ubi aliæ allegantur, Rota apud Post. *post tract. de manuten.* 585. *num.* 6. & *dict. decis.* 167. *num.* 3. Tond. *part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 37. & *part.* 3. *cap.* 163. *num.* 3. Salgadus *de Regia potest. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 166. 70

Quæ vero lis requiratur, cum petitur subrogatio ratione litis, sive a collitigante, sive a tertio extra litem in locum tamen collitigantis, omnes quasi videntur concludere, quod non omnis lis sufficiat, sed requiritur ut sit super titulo, & faciat Beneficium litigiosum, Franc. *in cap.* 2. *n.* 2. *ut lite pend. nu.* 72. Bonifacius de Vitali *in clem.* 2. *ut lite pend. nu.* 72. Rebuf. *in reg. de subrogandis glos. ultima super reg. de subrogando quæst. ultima*, & latissime fuit dictum *in Casalen. Canonicatus* 22. *Octobr.* 1607. coram sa. mem. Greg. XV. *ut in decis.* 335. *in principio* & 35. attamen magna est difficultas in hujus rei explicatione, & valde controvertunt Doctores, an requiratur præcedens collatio, ut petatur Beneficium tanquam suum, an vero sufficiat, ut peti possit tanquam sibi debitum, ita ut obtineri possit subrogatio etiam cum non est facta collatio, sed mandatum de providendo obtentum fuit, vel agitur ad privationem. Equidem Innocentius insignis Canonista, & omnium magister in *cap. cum Marcus de constitut. numer.* 9. *in fine*, ita scriptum reliquit: Ideo generaliter dicemus, quod quandocunque quis dicit aliquam rem sibi deberi, sive corporalem sive incorporalem, ut jus præbendæ, vel præbendam, semper ille, a quo petitur illam alienare, potest sine præjudicio litigiosi: & idem est si petatur confirmatio electionis; secus est autem si quis dicat rem esse suam & de domi- 71 72 73

dominio, vel quasi dominio ejus agit; ut si quis agat quasi confessoria ad aliquam rem, vel præbendam, quam alias tenet in qua dicit se jus habere, & suam esse, & ideo sibi deberi, nam bene dicimus, quod si ille a quo petitur eam alienat, quod incidit in vitium litigiosi. Hæc Innocen-
74 tius, Baldus *in auth. litigiosa C. de litigiosis n.* 1. quærit qualiter in Beneficiis Ecclesiasticis contrahatur vitium litigiosi, & quod dicatur Beneficium litigiosum; & respondit ita Innocentius, quod non id quod petitur conferri, sed id quo collato sit quæstio ad quem pertineat, quia quando Beneficium petitur conferri, imploratur quodammodo officium Judicis, quod est quodammodo actio personalis, & in personalibus non contrahitur vitium litigiosi; ita debet intelligi Innocentius *in cap. cum Marcus extra de constit.* Hæc Baldus.

Glossa *in cap.* 2. *ut lite pend. in* 6. explicando illum textum in verbo *possident*, & in verbo *finita* clare sentit, quod ut dicatur Beneficium litigiosum, requiritur quod collatio præcesserit, & petatur Beneficium tanquam suum, & lis sit realis super Beneficio; non vero cum intentatur actio personalis, quæ morte finitur, & lis tunc extinguitur;
75 nam in verbo *possident* dicit, quod ille textus *in cap.* 2. differt a superiori, nempe *a capite primo*, quia *in capite primo* lis erat super electione, nedum Beneficium erat adeptum; illo vero *cap.* 2. erat Beneficium adeptum, & in verbo *finita* dicit, quod si apparuerit illos, nempe litigantes jus habere, nulla fiet electio, alias fiet electio, vel præsentatio post sententiam, cum illi, qui contra illos cedentes, vel decedentes litigabant, ex eo litigabant, quia dicebant illas Dignitates, vel Beneficia ad se spectare, alias nulla fieri haberet dilatio. Pone etiam quod Clericus contra Clericum agit petens ipsum ab Ecclesia removeri, qui criminatus, vel concubinarius moritur, Clericus accusatus lite pendente cedit, vel decedit, nunquid per hoc impediantur illi, ad quos electio, vel præsentatio pertinet, eligere, vel præsentare? Dic, quod quia statim illo cedente, vel decedente finita est, & sic non habet locum hæc Decretalis, quæ dicit expectandum finem litis cum superstite, & crimina extinguuntur morte, 23. *dist. quorundam*, cum suis concordantibus: sic autem petitur illum ab Ecclesia removeri, & illam sibi assignari, quia dicit ad se spectare; tunc locum habet Decretalis ad hoc supra de Rescriptis olim hæc glossa, quam sequuntur multi, præsertim ibidem Francus *n.* 6. *vers. sed si*, Capell. Tolos. *decis.* 431. Put. *decis.* 496. *lib.* 2. Staphil. *de Litteris justitiæ §. subrogatus* 216. Sarnensis *quæst.* 7. *de subrogandis*.

76 Quod tamen Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *n.* 81. temperat, nisi agatur principaliter ad canonizationem gratiæ, & incidenter deducitur delictum; nam tunc esse causam beneficialem, & Beneficium litigiosum, *& num.* 83. requirit Garz. quod tunc etiam petatur Beneficium adjudicari, & sit tanquam sibi debitum, alias Beneficium non efficitur litigiosum, etsi quis ipso jure esset privatus; ad quod allegat ibi multas Rotæ decisiones.

77 Rota *in Acheruntina Archipresbyteratus* 30. *Martii* 1607. coram san. mem. Gregor. XV. *n.* 6. omissis aliis decisionibus antiquioribus tenuit, quod ut Beneficium dicatur litigiosum peti debet tanquam suum, non tanquam sibi debitum; & sit collatum, non conferendum; quia quando petitur conferri, imploratur quoddammodo officium Judicis, quod sapit actionem personalem, ex qua non contrahitur vitium litigiosi: & citat ibi additionem ad Rotam *decis.* 3. *ut lite pend.* in novis, & fuisse dictum *in Casalen. Præpositura* 9. *Junii* 1597. sic etiam *in Casalen. Canonicatus* 22. *Octobris* 1607. coram eodem Ludovis. *n.* 10. dicitur, quod, ut Beneficium dicatur litigiosum, requiritur, ut præcedente collatione petatur possessionem tradi; *& num.* 11. dicitur tunc dici Beneficium litigiosum, quando petitur præbenda tanquam propria, quæ fuit sibi collata, ut ibi est videre; & sic etiam tenuit Gonzalez *ad reg. Cancellariæ in proœmio* §. 2. *n.* 68. ubi multos Doctores citat, & Rotæ decisiones.

78 Oliverius Belt. *in additione ad dictam* Ludovis. *decis.* 305. ita locutus fuit: Hanc doctrinam Bald. *d. auth. litigiosa C. de litig.* de qua late per Garz. §. 2. *proœmii n.* 680. sæpe Rota fuit secuta, & præsertim novissime *in Romana Capellaniæ* 3. *Aprilis* 1620. coram R. P. D. Coccino Decano, *& in Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1621. coram R. P. D. Ubaldo, in quibus decisionibus fuit late resolutum, Beneficium non esse litigiosum, quando Gratia Apostolica est expedita non *in forma gratiosa*, sed per viam mandati de providendo, ex eo quia non dicitur facta collatio, sed Beneficium petitur, ut debitum; & ibi ponderatur, quod hujusmodi mandata de providendo solum dant facultatem implorandi Judicis officium, quod videtur quædam actio personalis, in qua non contrahitur vitium litigiosi. Ego in utraque causa partes contrarias defendebam, & præcipue movebar ex glossa *in capite secundo, in verbo, finita, ut lite pend. in* 6. ubi dicitur, quod si quis petit alium privari, & sibi conferri Beneficium, eo ipso censetur litigiosum, quam glos. communiter Doctores sequuntur, & Rota etiam in dictis decisionibus ab ea non recedit: sed respondet, dictam glossam loqui, quando præcedit titulus tribuens jus in re, scilicet collatio, seu provisio *in forma gratiosa*: quæ responsio agitur ad privationem; nunquam autem dantur provisiones *in forma gratiosa*, quando quis venit privandus, & per viam mandati de providendo directe Executori, qui cognoscit an sit locus privationi, & successive confert: & in specie, quod quando Beneficium petitur etiam uti debitum, sit litigiosum, dixit Rota *in Gerunden. benef.* 8. *Junii* 1612. coram R. P. D. Penia, & est optima decisio Putei 485. *l.* 2. late Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 75. *usque ad* 84. ubi agit plene de hac materia: & hinc etiam videmus, quod lis inter præsentatos facit Beneficium litigiosum, Seraph. *decis.* 990. Rota *decis.* 306. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* & ideo præsentato superstiti vigore regulæ de subrogando est debita subrogatio, uti de litigioso, Sarnen. *reg. de Subrog. quæst.* 13. prout etiam lis inter electos facit Beneficium litigiosum, ut est textus expressus *in cap* 1. *&* 2. *ut lit. pend.* & nihilominus neque præsentati, neque electi ante institutionem, & confirmationem dicuntur habere titulum aliquem in re, & petunt Beneficium uti debitum, non uti collatum, cum præsentatio, & electio solum tribuant jus ad rem, Rota *decis.* 8. *numer.* 2. *de jurepatronatus in nov.* Sarnen. *decis.* 1446. *numero* 1. & ad doctrinam Baldi, quæ fuit originaliter Innocentii, respondebatur illum proprie loqui de Litteris commendatitiis, seu etiam monitorialibus, quæ antiquitus solebant per Papam concedi directe collatoribus, etiam antequam vacarent Beneficia, quarum vigore non competebat, nisi quædam imploratio officii Judicis; de quibus Litteris habetur per Rotam *decis.* 636. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *part.* 1. *in recens.* vel etiam quando agitur de mandato de providendo ad Beneficium incertum vacaturum, prout videtur sensisse Rot. *in Burgen. Canonicatus* coram Cardinali Pamphilio, impressa penes Marches. *de com. tom.* 1. *fol.* 142. quando vero versamur in mandato de providendo de certo Beneficio, Gratia in substantia censetur perfecta, & solum executio est directa, Garz. *de benef. part.* 2. *cap* 1. *num.* 130. *& seq.* Rota *decis.* 711. *sub num.* 2. *vers. nam quicquid* 1. *part. recent.* & plene Rota *in Burgen. Canonicatus* coram Cardinali Pamphilio, impressa penes Marches. *de com part.* 2. *fol.* 142. ubi dicitur, quod stante gratia *in forma dignum* Beneficium habetur pro collato, cum paria sint, quod alicui Beneficium sit collatum, vel quod illi debeatur, si in rei veritate est habilis: dicta enim Gratia continet conditionem de præterito, & non impedit acquisitionem juris, sed solum suspensio est circa executionem: & propterea ibi dicitur non posse Beneficium interim alteri conferri. Ad contraria autem respondet procedere in mandato de providendo ad Beneficium incertum vacaturum, & quidem Innoc. *in cap. cum M. sub nu.* 9. *de const.* in quo Beneficium non obstante mandato de providendo poterat alteri conferri ex eo, ubi se fundat Bald. *in auth. litigiosa*, quia Beneficium non erat effectum litigiosum, quæ qualitas litigiosi impedit alienationem in tertium, *toto tit. de litigiosis*. Cum igitur simus certi, quod stante mandato de providendo ad Beneficium certum interim non potest alteri conferri, ut Rota late tenuit *in d. Burgen.* coram Cardinali Pamphilio; ideo dicendum est, quod Innoc. non loquitur in hujusmodi casu, sed in Litteris commendatitiis, seu in mandatis de providendo ad Beneficium incertum, neque Glos. *in d. cap.* 2. *verbo finita, lite pend. in* 6. dum facit distinctionem inter casum in quo petitur sola privatio, & inter casum in quo ulterius ultra privationem petit sibi Beneficium adjudicari, unquam cogitavit facere differentiam inter adjudicationem per viam præcedentis collationis, sive per viam mandati de providendo, sed utrumque habuit effectum pro eodem; & ideo DD. qui illam ibi communiter sequuntur, indistincte loquuntur de provisione, & solum considerant una cum Glossa, quod Actor non stat in puris terminis privationis, sed ulterius petat sibi provideri de Beneficio quocunque titulo id petat, prout inter alios Franc. *in d. cap.* 2. *num.* 6. *vers. sed si petitur*, Prob.

apud

apud Menoch. *in cap. præsenti num.* 15. *de off. deleg.* Anst. ad Capel. Tholos. *decis.* 347. *sub num.* 6. Paril. *de resig. lib.* 2. q. 3. *num.* 57. bene Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *num.* 75. *& seq.* Et quidem quando Actor petit de titulo provideri, reus verò dicit titulum esse suum, non video quare non dicatur in hoc casu lis pendere super titulo, quæ lis super titulo facit Beneficium litigiosum, Cassad. *decis.* 4. *num.* 1. *ut lite pend.* Rota *decis.* 342. *sub num.* 1. *part.* 1. *in recent.* Tandem dicebam, quod cessare debebat omnis difficultas in hac materia, advertendo, quod doctrina Inn. *in cap. cum M. Ferrariensis sub num.* 9. *de const.* quæ sola hanc materiam turbat, correcta fuit per text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. quia titulus ille solum emanavit ad corrigendam, & declarandam dictam doctrinam Innoc. ita bene notavit glos. 1. *in princ. d. cap.* 1. *ut lite pendente*, & hinc est, quod DD. omnes *in d. cap. cum M. Ferrariensis*, post relatam dictam doctrinam Innocent. subdunt, hodie aliud esse dicendum stante *d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend.* & inter alios Imol. *in d. cap. cum M. sub n.* 36. *ante med. vers. super hoc tamen*, Joan. Andr. *sub num.* 33. *super hoc de const.* Quæ omnia eo facilius procedunt, quando agitur de privatione ob delictum, quod inducit vacationem ipso jure, Garz. qui alios refert *d. c.* 3. *num.* 80. *& seq.* Hæc Beltram.

79 Sed contra Beltram. acriter invexit Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *a numero* 25. *cum seq.* per hæc, quæ sequuntur: Cæterum & id quod de dilatione dicitur in confirmando, vel instituendo referendum est ad eum duntaxat casum, quando quæstio possessionis ita est turbida, ut adhuc non liqueat Judici, quis possideat, vel si liqueat, doceatur tamen de violentia aliqua, quam oporteat purgari; alioquin si possessio sit liquida, nec appareat de ullo vitio, optime potest lite non obstante ad confirmationem, vel institutionem procedi; & hoc est, quod clare docuit Butr. *in d. cap. cum venissent num.* 45. *vers. quandoque pendet lis*, *cum seqq. de in integ. rest.* & ante eum Innoc. *n.* 2. *vers. sed dices cum seq.* quem allegat *d. decis.* quod quemadmodum semper erit admittendum in Rotæ Auditorio, in quo idem est Judex, & collator, ex dispositione *clem. auditor de rescriptis*, ita extra Romam semper erit impracticabile; ideoque expectandus tunc exitus litis,

80 A tota autem hac disputatione ea est dimovenda lis, quæ cadit inter provisum, & alium, qui simpliciter pro jure, & interesse suo opponat se provisioni, aut illius executioni, absque eo quod prætendat se provideri, puta si sit patronus, vel collator; hoc enim casu non dicitur lis super titulo, sed super proprietate ipsius Beneficii, seu verius super statu, ut explicat Vitalin. *in Clem.* 1. *numero* 43. *eodem tit. ut lit. pend.*

81 Hæc autem pro extinguendo litium fomite non satis habuerunt Romani Pontifices ad removendas lites, earumque materiam succidendam; verum excogitaverunt superstitibus ita consulere, ut eis daretur subrogatio in juribus, & ad possessionem defunctorum collitigantium, indeque condita est regula de subrogandis collitigantibus, quæ est Sanctissimi D. N. Urbani VIII. 29. cujus ratio est eadem quæ *d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend.* fundata super uno, & eodem supposito facti, videlicet litis, qua sit Beneficium ipsum affectum, videlicet non cujuscunque litis, sed super titulo, Vitalin. *in clem* 2. *n.* 72. *eodem tit. lite pend.* Gamb. *de off. leg. lib.* 3. *num* 475. & late deducit Greg. *decis.* 325. *num.* 2 ubi alias refert decisiones; adducit rationem, quod tunc demum, cum agitur de titulo, veniat in discussionem quasi dominium ipsius Beneficii *cap.* 1. *si tibi absenti de preb. in* 6. Mil. *in vers. litigiosa res.* Sarnen. *ad reg. de trien. quæst.* 73. *num.* 7. Subjectum autem litigiosi sit dominium, *auth. litigiosa in verbo dominio*, ubi Bald. *num.* 2. *C. de litig.* Salicetus *in l.* 2. *eodem tit.* cum aliis, ibi allegatis, & quæ tunc adducebantur in ea causa, in qua ego ipse scribebam, & hoc idem postmodum sæpius Rota censuit, ut commemorat bon. mem. Beltram. ad eundem Greg. *decis.* 305. *n.* 8.

82 Cæterum idem Belt. vir in Juris prudentia acutissimus juxta ac solidissimus conclusionem hanc impugnat contra duas decisiones, videlicet *in Romana Capellania* 3. *Aprilib.* 1620. coram R. D. Coccino, *& in Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1621. coram bon. mem. D. Ubaldo, in quibus contra ipsius sententiam Rota firmavit, Beneficium non esse litigiosum, etiam si Gratia Apostolica non sit expedita *in forma Gratiosa*, sed simplicis mandati de providendo, cum tamen oriatur duntaxat quædam actio personalis pro implorando Judicis Officio, & consequenter secundum præmissa excludatur potentia contrahendi vitium litigiosi, quod minime unquam in personali contrahitur, ut inquit Bald. *in d. auth. litigiosa sub n.* 2. pergit autem Belt. ubi supra referre sua fundamenta contra assumptum Rotæ, quæ si vera essent etiam in illis terminis mandati de providendo, utique funditus everterent regulam supra firmatam, cum propositio universalis in uno falsa reddatur falsa in omnibus, *lib. habet unusquisque C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, *l. inter omnes ff. qui satisd. cogantur*, Bart. *in l. si is qui ducenta §. utrum sub num.* 6. *vers.* 4. *oppono ff. de rebus dub.* Menoch. *cons.* 2. *num.* 101.

Sunt ergo fundamenta illius diligenter expendenda, ne quando si minus solida sint imprimant novam opinionem contra veritatem, & justitiam, sicque contingat immutari ea quæ certam interpretationem semper habuerunt, quod improbat text. *in l. minime*, *ff. de legibus*; si vero subsistunt minime neglecta juvant, cum pudendum haud sit mutare sententiam ubi veritas, & justitia id persuadet, prout dicit Bald. *in cons.* 467. *n.* 3. *lib.* 4. 83

Primum igitur movetur ea glosa *in suprad. cap.* 2. *ut lite pend. in* 6 *in verb. finita*, ubi ad finem ait: Si quis agat ad remotionem Beneficiarii, ut si Beneficium assignetur locum esse illi Decretali. Ecce ergo casus secundum glossam, in quo non petitur Beneficium tanquam suum, & tamen litigiosum efficitur. Nec obstat, inquit ipse, quod Rota admittat doctrinam Glossæ, sed dicat eam procedere, quando præcessit titulus jus in re tribuens, & sic provisio, & non mandatum de providendo: quia in istis impetrationibus, quæ tendunt ad amotionem possessoris nusquam dantur Litteræ Gratiosæ, & sic provisionis, sed Litteræ in forma mandati de providendo, quod est conforme dispositioni juris *in cap. olim* 25. *§. nos igitur*, ibi: Super dicta Parochia perpetuum silentium imponentes præfato R. de Clivo assignetis eandem, *de rescript.* Quapropter videtur hinc confundi hæc Rotæ opinio. 84

Verum existimo virum alioqui doctissimum assecutum minime fuisse mentem Rotæ, quæ non consideravit titulum ex Litteris Apostolicis, sed ex sententia Judicis, quæ præcessit in articulo privationis, & consecutivæ adjudicationis: neque enim Rota ignoravit judicium intentum ad privandum aliquem propter delictum non tangere Beneficium, cum per illud persona duntaxat delinquentis efficitur litigiosa; sed bene consideravit dari posse casum, ut per sententiam quis privetur, & alii Beneficium adjudicetur, ex qua incipit victor habere titulum, & in consequens Beneficium remanet litigiosum; & hoc in effectu est, quod dicit glossa prædicta, quæ est intelligenda, & declaranda secundum textum, quem allegat in *d. cap. olim* 25. *de rescript.* atque ita rem hanc optime explanat Staphil. *de lit. ust. sect. ultima*, quoad istam materiam *n.* 16. & Sarnen. *in reg. de subrog. qu.* 7. *nu.* 5. quos secuta est Rota apud Put. *decis* 476. *ad fin. lib.* 2. in cujus etiam specie proponebatur jam lata sententia, ut in principio refertur, & ita etiam declarat Mandos. *de Signat. Gratia super rescripto in p. col. vers. si neutri seu si nullis*, *& in §. privationes pens. col. vers. in privationibus*, Chislan. *decis.* 171. *in manuscriptis*, quam post præallegatos quoque refert, & sequitur Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 77. *&* 77. 85

Neque admittenda est ea distinctio, an versemur in privatione inducta ipso jure, vel potius ex sententia hominis, quam ipse Garz. ex aliquibus videtur afferre eodem loco, *num.* 80. & visus inde est sententiam Rotæ reprobare *sub num.* 83. nam ista distinctio vere est erronea, neque per Rotam unquam fuit agnita aut probando, aut reprobando; etenim Achill. *decis.* 416. *numer.* 4. *& decis.* 417. *num.* 6. super quibus fundat Garz. argumentum approbationis, non considerat effectum privationis ipso jure, ut Beneficium dicatur litigiosum, sitque locus dispositioni textus *in dict. cap.* 2. sed ad effectum, ut causa dicatur Beneficialis, vel non; qui sunt termini multum diversi: Decisio vero *in Calaguritana Benef.* 29. *Octobris* 1601. coram Cardinali Lancellotto, super qua fundat idem argumentum reprobationis, nihil hujusmodi continet: quia excludit vitium litigiosi, non quia esset expectanda sententia hominis, sed quia non petebatur Beneficium, & propterea sententia ex qua præmissi DD. colligunt titulum, & consequenter litigiosum, non est contemplanda in simplici præparatorio articulo privationis, sed in articulo super facta adjudicatione Beneficii, quod Staphil. loco superius allegato insinuat in illis verbis non satis ab omnibus perpensis, ibi: Quia per sententiam providetur de Beneficio; sentit enim manifeste eadem sententia pronunciari reum privatum, & actori provi- 86

sum.

sum. Vis igitur in hac disputatione stat in titulo, qui resultat ex ea provisione contenta in sententia, qua sit data hæc forma ex rescripto sive a jure, ut in Auditoribus Rotæ *ex clem. Auditor de rescript.* & hoc idem eodem modo insinuat Mandos. *d. §. impetrationes ad fin. eodem vers. in impetrationibus*, ibi: Per sententiam enim Beneficio providetur: ex quibus liquet istud primum fundamentum Beltram. constitutum super doctrina glossæ, & super aliis auctoritatibus per eum allegatis, non adeo urgere, ut sit flectendum à Rotæ Sententia.

Secundum igitur est, quod videtur tali argumentatione confici lis inter præsentatos facit Beneficium litigiosum, ut
87 supra ostendimus, & tamen præsentati non petunt Beneficium tanquam suum, sed tanquam sibi debitum, cum præsentato non quæratur jus in re, sed ad rem tantum, Sarnen. *ad reg. de infir. q.* 17. *n.* 6. Rota *in novis. decis.* 8. *n.* 2. *de jurepatr.* Seraph. *decis.* 446. *n.* 1. relati per ipsum, & alibi explicavimus.

88 Et hæc sane argumentatio videtur primo aspectu valde urgere, quæ tamen facile diluitur; nam quod Beneficium efficiatur litigiosum non est qualitas juris, quod habeat actor, sed qualitas est actionis, quæ ei competit, idest, an sit personalis, vel realis, & rursus si realis sit, an sit intenta in rem ipsam, vel potius resolvatur in simplicem hypothecariam, ut si personalis sit nullo modo efficiat rem litigiosam, si realis & hypothecaria solam possessionem litigiosam constituat; si vero in rem ipsam, eam ipsam rem litigiosam reddat: & hæc est doctrina, in qua tandem residet Bald. qui eam ait esse veram, *in l.* 2. *n.* 3. *C. eodem tit. de litigiosis*.

89 Itaque licet electus agens pro confirmatione, & præsentatus instans pro institutione non habeat adhuc jus in re perfecte quæsitum, sed tantum jus ad rem, nihilominus dum jus istud suum ad rem prosequitur dirigit actionem non in personam, & qualem duntaxat is dirigit, qui habet nudum mandatum de providendo, sed eam dirigit in rem, ut res ipsa id est Beneficium sibi tradatur: unde efformatur lis super ipso titulo, & quasi dominio, ut optime explicat Seraph. *dec.* 990. *n.* 3.

90 Hincque arbitror, doctrinam Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. sub num.* 9. *v. & generaliter dicimus, de const.* non fuisse ab his satis perpensam, qui existimarunt eam fuisse correctam per text. *in d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend.* quod voluit idem Belt. loco præcitato, *vers. tandem dicebam*. Ait autem Innoc. Si quis dixit rem ipsam sibi deberi ab aliquo, sive corporalis sit, sive sit præbenda, inde non contrahi vitium litigiosi, quominus ille a quo petitur possit alienare, idemque servari, si petatur confirmatio electionis.) Quod non est contrarium dispositis in *d. cap.* 1. *&* 2. nam loquitur Innoc. de petente præbendam tanquam sibi debitam ab eo qui conferre habet, vel de petente confirmationem ab eo qui habet confirmare; & sic non loquitur Innoc. in casu petitæ collationis, vel confirmationis in discordia competitoris, vel coelecti, sed in simplici actione intenta contra eum, qui tenetur conferre, vel confirmare; meritoque hoc casu Beneficium non efficitur litigiosum, quia is a quo petitur secundum intentionem actoris non tenetur nisi ad factum, & propterea est mera actio personalis, *§. omnium autem inst. de act.* at ubi actio intenditur contra competitorem, vel coelectum non negat, imo vult Innoc. contra litigiosum, ut in *vers. secus est autem*, ubi ad hunc effectum parificat hos duos casus, sive quis proponat rem suam esse, sive dicat sibi in ea jus esse; ac propterea sibi deberi, ibi: Ut si quis agat confessoria ad aliquam rem, vel præbendam, quam alius tenet, in qua dicit se jus habere, & suam esse, & ideo sibi deberi.

91 Et propterea nullus ex allegatis per Beltr. dicit, dictam doctrinam fuisse correctam per *d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. sed bene Decretales istas emanasse ad declarationem eorum, quæ traduntur in materia litigiosi, non solum per Innoc. sed per Compostel. & alios, tam *in d. cap. cum M. Ferrarien.* quam alibi, & ita loquitur glossa *in d. cap.* 1. Nec. Jo. Andr. *in d. cap. cum M. sub num.* 23. *v. super hoc de const.* aliud dicit, quam super hoc articulo litigiosi hodie extare dictas duas Decretales, neque aliter loquitur Jo. de Imola ibidem *sub n.* 36. qui sunt DD. citati per Beltram.

92 Et propterea Bald. acutissime observavit Innoc. dum negat contractum fuisse vitium litigiosi id non constituisse ex alio, quam quia foret intentata actio personalis, subinferens *in præcit. auth. litigiosa, sub eodem num.* 2. hæc formalia verba: Ita debet intelligi Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. extra de const. ad finem*, & nota extra ejus dictum factus est casus *in cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. & hoc est, nec esse scire in Palatio Apostolico) ex quibus sane verbis confirmatur intellectus superius positus ad doctrinam Innoc. simulque edocitur Bald. id vere sensisse ultra doctrinam prædictam hodie nos habere dispositionem Decretalis Bonifacii non eversoriæ, sed potius confirmatoriæ doctrinæ ipsius Innocentii.

Neque hic intellectus confunditur ex eo, quod idem Beltr. 93
loco superius allegato ad medium vers. & ad doctrinam Bal. supponit, videlicet Bald. & Innoc. loqui de Litteris commendatariis, seu monitorialibus, quæ olim per Pontificem dirigebantur collatoribus præveniendo vacationes; vel de Literis datis ad providendum de Beneficio incerto, per quas jus minime cuiquam quæritur, sed tantum competit imploratio officii Judicis: esto enim quod ex Literis nullum jus competat, sed simplex imploratio officii Judicis; tamen hinc non tollitur quin & ista consideratio sit prorsus divinativa simulque minus concludens ad punctum; cum etiam si habeat quis Literas mandati de providendo ad certum Beneficium vacans, nihil aliud possit apud Executorem prætendere, quam ut is mandatum illud exequatur, & sic conferat, & in consequens dicat, vel faciat; quod certe nil est aliud quam actionem in personam intendere, ut præallegato §. *omnium autem inst. de actionibus*; & propterea eo mortuo, quamvis Ordinarius non possit conferre, tamen id non provenit ex impedimento litis, sed vi reservationis, seu affectionis ex appositione manus Papæ, Vitalin. *in clem.* 1. *n.* 49 *ut lite pend.*

Stet ergo conclusio, non omnem litem sufficere, ut sit 94
locus, vel dictis duabus Decretalibus Bonifacii, vel regulæ de subrogandis, sed exigi litem super titulo, & quidem principaliter, non incidenter: quapropter dum movetur quæstio super executione Literarum in interdicto *adipiscenda*, etiamsi incidenter quæratur de titulo, ea tamen non sufficit pro obtinenda subrogatione, ut latissime deducitur in præallegata Gregor. *decis.* 335. *n.* 8.

Et ideo Bonifacius voluit excludi litem super executione mandati de providendo, neque tamen excludi litem inter plures electos, vel præsentatos, cum actio hoc casu in rem ipsam id est Beneficium feratur: & quæstio super efficacia electionis, vel præsentationis veluti ex necessaria suppositione verius incidat, quam principalis intendatur, ut recte Seraph. *in præalleg. decis.* 99. *n.* 3.

Quod si concesso mandato de immittendo pro execu- 96
tione Literarum reus appellet, & obtineat committi causam cum clausula, *Una cum omnibus, & singulis incidentibus, &c. ac quam, & quas. &c.* dicetur per hujusmodi commissionem lis etiam introducta super proprietate, eritque tunc locus regulæ, Rota *in recent. decis.* 342. *n.* 2. *part.* 1. ea enim est vis clausulæ prædictæ, ut negotium principale devolvat, cum certum sit illud esse de incidentibus in articulo cujusvis gravaminis, Ægid. *decis.* 618. *ad fin. vers. & maxime* Cassad. *decis.* 9. *n.* 13 *de caus. possess. & prop.* Mandos. *ad ipsam regulam*, *q.* 17. *n.* 7. & censuit Rota *in Barchinonen. Parochialis da Matara* 20. *Junii* 1611. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & *in Tuden. Parochialis* 26. *Jan.* 1615. coram Illustrissimo Cardinali Verospio. Hæc Lotterius.

Theodorus Amayden *c.* 24. *§.* 2. *q.* 21. excitat ipse quoque hanc quæstionem, & ita discurrit.

Quæ lis requiratur ad effectum subrogationis.

Magnam habet hæc quæstio difficultatem, utpote quod 97
Rota in hac conclusione sæpius mutaverit sententiam; nam subrogationi locum non esse, nisi ex lite, quæ sit super titulo, & quæ faciat non solum personam, sed & titulum litigiosum, firma videtur semper fuisse opinio apud Rotam antiquam. Put. *decis.* 108. *lib.* 3. Ludovis. *decis.* 335. *per tot. & decis.* 342. *part.* 1. *recent.* & plures alios cumulat Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 6. *n.* 8. personam autem non Beneficium esse litigiosum censebat, quando impetratio fuit facta per privationem, & Literæ expeditæ in forma rigorosa, notat Beltram. *ad decis.* Ludovis. 305. *numero* 8. *& seq.* fundatus in doctrinam Innoc. *in cap. cum M. Ferrariensis de const.* dicentis eo casu nullam adesse litem, quæ impediat collationem Ordinarii; aliud enim est habere provisionem, vigore cujus quis petat Beneficium sibi adjudicari uti suum, & aliud est habere mandatum de providendo, vigore cujus petitur adjudicari Beneficium tanquam sibi debitum: cui distinctioni respondet Belt. ubi supra, illam non esse semper receptam, imo effici litigiosum Beneficium, quod petitur tanquam sibi debitum, juribus ibi allegatis, & subdit doctrinam Innoc. *in capit. cum M.*

Fer-

catas 26. *Novembris* 1655. coram Dunozett. apud eundem 971. *nu.* 2. sed ad finem, & effectum, ut subrogatus celerem immissionem, Gratia non totaliter justificata, habere possit, nec illa impediri ab alio queat eo modo ut dictum est: sed non tamen simpliciter requiritur lis, vel reservatio, ut concedi valeat subrogatio, quæ concedi etiam semper potest in omni Beneficio etiam non affecto, nec reservato, ut omnes fatentur, Lotter. *loco cit.* Amayden *loco cit.* § 2. *nu.* 9. *&* 10. attamen tunc subrogatio non erit privilegiata quoad immissionem, & verificationem, sed de ea judicandum erit sicuti de quacunque alia provisione, habetque vim puræ collationis, & consequenter omnia narrata erunt justificanda ob Ordinarii Collatoris præjudicium quod continet, Rota *in Miranden. Paroch.* 17. *Martii* 1660. coram Penia, quam adducunt Garz. *part.* 9. *cap.* 4. *num.* 32. *de Benef.* & Amaydeo *dict.* § 2. *sub num.* 10. Rota *rec. part.* 2. *decis.* 525. *num.* 8. & novissime *in d. Hispalen. Benef.* coram Bichio *in princ.* 44. apud Tond. *de pens.* Gonzalez *in proœmio* § 7. *a num.* 212. *cum seq.* Lotter. *loco cit.* & Amayden *loco cit. n.* 12.

10 Igitur concludendum est cum Amayden, quod requiritur lis, seu reservatio ad subrogationem non quidem simpliciter, sed ad effectum consequendi immissionem, reliqua Gratia non justificata; nam nulla existente lite, vel reservatione subrogatus, qui ad possessionem quoque subrogatur, principaliter habebis hunc commodum, justificata Gratia, prout omnis alia ordinaria provisio Apostolica justificari debet: & tunc dicit Amayden *num.* 15. quod licet cognitio sit ordinaria, tamen est summaria, citat Put. *decis.* 308. *lib.* 1. sed post scripta vidi decisionem in *Toletana Benef.* 12. *Novembr.* 1655. coram Zarate *part.* 12. *rec. dec.*

11 89. *num.* 2. 3. 4. 5. *&* 6. in qua decisione fuit dictum, quod quando datur subrogatio ad Beneficium, quod non est nec reservatum nec affectum, si adsit possessor cum titulo, tunc tota Gratia sit justificanda, si vero nullus adsit possessor cum titulo, tria solum requisita sint probanda, prout in cæteris subrogationibus gratiosis concessis de Beneficio reservato, vel affecto; & allegatur etiam ratio de qua supra, quia cessat præjudicium Ordinarii, & possessoris, & citantur Marescot. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 58. Arguell. *de adip. poss. q.* 18. *art.* 5. & hoc tenuit etiam Mantica *in d. decis.* 71.

12 Subrogatio enim, de qua in regula, ad tria concessa videtur, nempe ad litem illiusque prosecutionem, ad omne jus defuncti, & ad possessionem: & licet fuerit magna inter Nostros agitatio, an subrogatur ad omne jus defuncti censeatur etiam ad possessionem subrogatus, quam tractat Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. & pluries distinguit casus Amayden *lib.* 1. *cap.* 24. § 1. *num.* 39. *&* 40. attamen hodie cessat omnis hæsitatio: quia conceditur subrogatio ad jus simul & possessionem quod tam Lotter. *loc. cit.* quam Amayden § 1. *num.* 4. admittunt, nisi tamen ille ad cujus locum fit subrogatio nullam habuerit possessionem, cum nemo in alium transferre potest quod in se non habet, *l. nemo, ff. de regulis juris*, Rota apud Ludovis. *decis.* 307. *nu.* 2. si tamen possessio fuerit litigiosa, tunc subrogatio extenditur ad talem possessionem litigiosam, Amayden *d. cap.* 24. § 1. *n.* 41. *&* 42. Quo autem modo contingat fieri ista subrogatio in possessionem antecessoris per Papam, explicat Lotter. *d. qu.* 13. *nu.* 7. *cum seqq.*

13 Antequam tamen ulterius progrediamur materiam tractando, scire erit necessarium, quod sicuti alia est provisio, aliud mandatum de providendo, sic aliud est subrogatio Gratiosa, aliud mandatum de subrogando, quod rigorosam subrogationem, non Gratiosam appellant Nostri, siquidem Litteræ Gratiosæ subrogationis ipsi qui subrogatur diriguntur, facta expressione status litis, vel reservationis, illum Papa subrogat dicendo (Teq; ad possessionem in qua N. decessit subrogamus) subrogationis autem rigorosæ Litteræ seu mandata de subrogando diriguntur certo Executori, & maximum est utriusque subrogationis discrimen, quia rigorosa, ex quo ut diximus mandatum continet subrogandi, ad sui validitatem omnia narrata sunt justificanda, ne proviso pateat vitiosus ingressus, quod secus est, ut dicemur, in Gratiosa subrogatione, Rota penes Duran. *decis.* 425. Lotter. *d. l.* 3. *quæst.* 13. *nu.* 33. *&* 34. *& lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 163. Amayden *d. lib.* 1. *cap.* 24. § 2. *n.* 3. *cum seq.* Ubert. *in dict. prax. part.* 6. *fol.* 253. *vers. inter*, Rota penes Mohed. *dec.* 11. *sub tit. lite pend. in principio*, apud Eminentissimum Othob. *decis.* 120. *n.* 2. *&* 3. apud Eminentissimum Celsum *decis.* 288. *nu.* 3. 4. *&* 5. ubi dicitur, quod per mandatum de subrogando non est consumpta vacatio, nec per illud poterit subrogatur immitti in possessionem nisi discusso jure Autoris, juxta doctrinam Garz. *part.* 6. *cap.* 4. *num.* 20. Mohedani & Cassad. *dec.* Rotæ *in rec. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 135. *num.* 7. *& in Clusina Benef.* 26. *Febr.* 1649. coram Verospio.

Privilegium, seu prærogativa Gratiosæ subrogationis, 14
qua a cæteris Apostolicis provisionibus differt, est quod subrogatus non tenetur ad totius Gratiæ justificationem, sed justificatis obitu immediati antecessoris in possessione, lite, seu reservatione, & clericatu provisi statim immittitur in possessionem, quod millies Rota decidit apud Caval. *decis.* 450. *&* 458. apud Ludovis. 32. *&* 103. 306. 344. 570. apud Millin. *dec.* 14. apud Merlin. 418. *nu.* 6. *in rec.* 321. *&* 305. *part.* 1. *&* 523. *&* 401. *part.* 2. *&* 44. *par.* 8. *rec. &* 42. *part.* 9. *tom.* 1. *&* 259. *n.* 2. *p.* 9. *tom.* 2. & in dicta *Hispalensi* coram Bichio, *& in Valentina Rectoria* coram eodem Bichio 17. *Martii* 1651. *nu.* 66. *vers. quapropter par.* 11. *rec. dec.* 124. & apud Tond. *post tract. de pens.* 75. *& par.* 13. *dec.* 89. apud Burat. *dec.* 31. *n.* 5. *dec.* 36. apud Duran. 391. 406. *&* 430. penes Rub. *tom.* 1. *decis.* 126. apud Eminen. Othob. *dec.* 120. *n.* 2. 122. *n.* 3. 130. 140. *&* 154. apud Amat. Dunoz. 352. 367. 495. 514. *&* 666. & apud Eminen. Celsum 107. & alibi, & quotidie ab illo Sacro Auditorio canonizatur, Garz. *de Benef. par.* 6. *cap* 4 § 5. *n.* 7. Amayden *loc. cit.* § 2. Gratiosus Ubertus *in d. par.* 6. *de Executione Brevium, & Litterarum Apostolicarum fol.* 256. & alii passim: ita ut immissio retardari non possit habenti provisionem, seu impetrationem expeditam cum subrogatione, seu enim Litteris subrogationis Gratiosæ, nisi ab habente parem subrogationem, ut late diximus supra, & dicemus.

Controvertitur tamen inter nostros Practicos, an ut 15
Litteræ subrogationis Gratiosæ talem habeant prærogativam tam celeris, & repentinæ immissionis oporteat ut sint expeditæ ad partes, an vero satis sit ut subrogatio sit contenta in Litteris principalis Gratiæ, absque eo quod Litteræ subrogationis Gratiosæ ad partem, & seorsim sint expeditæ? quod idem est, ac quærere, an vigore clausularum Gratiæ principalis, quæ continent etiam Gratiosam subrogationem absque eo quod Litteræ expediantur pro ipsa subrogatione Gratiosa provisus possit uti tali privilegio Gratiosæ subrogationis concesso?

Certum tamen est, quod Litteræ subrogationis Gratiosæ 16
expediri possunt ex clausulis generalibus cujuslibet supplicationis signatæ, seu provisionis factæ a Papa absque eo, quod subrogatio specialiter petatur; in omni enim supplicatione ad Beneficia impetranda apponuntur clausulæ, per quas impetrans subrogatur ad possessionem defuncti, & signata supplicatione Papa subrogasse censetur provisum in locum demortui, ideo Litteræ subrogationis Gratiosæ, etiam quoad possessionem expediri possunt, vigore clausularum supplicationis signatæ, Gonzalez § 3. *a n.* 84. latius Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *n.* 3. nam ex quo clausulæ subrogationis apponitur in supplicatione principali Gratiæ, cum ipsa Gratia principali petitur etiam Gratia subrogationis ex tunc tanquam de stylo, & ad illum consecutive, quod observavit Rota nostra Magistra in *Valentina Rectoria* 17. *Martii* 1651. coram Bichio *n.* 49. *&* 50. *vers. videndum, & in eadem Valentina Rectoria* 31. *Julii* 1651. coram eodem Bichio *part.* 11. *recent. decis.* 191. *num.* 8. ideo etiam sufficere Gratiosam subrogationem desumptam esse ex clausulis generalibus, eadem Sacra Rota non semel arbitrata est, quod apud Seraph. *decis.* 1456. apud Burat. 36. apud Ludovis. 104. *nu.* 2. ubi late Oliver. Belt. & apud Rub. *tom.* 2. *part.* 4. *decis.* 302. *numer.* 1. in qua etiam dictum fuit nihil interesse, an ex corpore, an vero ex generalibus clausulis fuerit subrogatio Gratiosa expedita, & quod expediri possit etiamsi Litteræ principales expeditæ non fuerint, ut ibi *n.* 5. quod 17
fuit etiam dictum in *Novarien. Beneficiorum* 5. *Junii* 1610. coram Coccino, Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *n.* 210. licet contrarium antiquitus tenuerit Rota, ut advertit Lotter. *loco cit.* Verum notes, quod subrogatio pro tertio non collitiganti capi ex clausulis generalibus posse, non autem quæ collitiganti datur; nam ad hoc secundum Amayden *cap.* 24. § 2. *sub nu.* 65. *vers. verum*, requiritur supplicatio specialis.

Necessariam esse expeditionem Litterarum subroga- 18
tionis Gratiosæ ex eo certo suadetur, quia cum subrogatio est expedita in Litteris principalis Gratiæ, nempe in Litteris provisionis Beneficii, tunc Litteræ diriguntur certo Executori, quem subrogatus adire tenebitur, & totam Gratiam, seu omnem narrativam coram eo justificare tenetur, quare ante justificationem Gratia non erit exequibilis; de natura vero subrogationis gratiosæ est ut Lit-

teræ

teræ ipsi subrogato dirigantur, nec aliquis Executor debeat adiri, & ideo hoc remedium est uberius, quam Breve de capienda possessione, ex Rota dicit Gonzalez in proœmio §. 1. num. 214. in fine, ita aperte tenuisse videtur Rota apud Seraph. dec. 236. & in d. Hispalen. Benef. penes Tond. in principio, & part. 9. tomo 2. rec. dec. 259. Lotter. loc. cit. d. lib. 2. q. 20. a n. 202. & 212. & dict. lib. 3. quæst. 13. nu. 35. & 36. Amayden loc. cit. cap. 24. & 25. n. 60. cum seq. nam licet ex clausulis generalibus supplicationis ibi: (ita quod Litteræ desuper in forma simplicis provisionis Gratiosæ subrogationis expediri possint) habet quis facultatem expediendi subrogationem Gratiosam; attamen ante expeditionem Litterarum non poterit dici habere talem Gratiam; nam aliud est habere facultatem expediendi tales Litteras, aliud habere ipsam; nam ante expeditionem dictarum Litterarum non dicitur facta subrogatio, optime Rota coram Eminentissimo Othob. decis. 130. n. 10. & in dicta Valentina Rectoria 17. Martii 1651. 124. n. 49. part. 11. rec. Lotter. d. quæst. 13. num. 28. prout etiam docuit lib. 2. quæst. 20. num. 174.

19 Contrariam tamen sententiam, imo quod subrogatio Gratiosa habet suum effectum etiamsi ad partes non fuerint expeditæ Litteræ, Rota rec. p. 2. dec. 401. Ferentill. ad Buxat. dec. 36. Littera A. dummodo constet de reservatione, Tond. in dict. cap. 4. §. 5. n. 8. & ante istos modernos Garzia par. 6. cap. 4. n. 44. de Beneficiis.

20 De hac sententia maximopere dubitavit Oliver. Belt. ad Ludov. in d. decis. 103. qui ita loquitur: Sed de veritate hujus ampliationis ego semper dubitavi, & etiam dubito; nam quando coram Executore exhibetur gratia ut illam exequatur, semper illa Gratia habet secum tacitam conditionem, si in ea narrata veritati nitantur, juxta text. in cap. 2. de rescriptis, & Executor non debet procedere ad executionem illius Gratiæ, in qua non sibi constat de justificatione omnium in ea narratorum: & hujusmodi opinionis scio fuisse D. Carolum Sacratum olim Rotæ Auditorem, & in his materiis præsertim Beneficialibus peritissimum, & alios insignes causarum patronos, cum quibus hunc articulum communicavi: & conformis est observantia Curiæ: quia passim videmus expediri subrogationes ad partes, quæ quidem expeditio, & impensa esset omnino frustratoria, si vigore subrogationis contentæ in clausulis generalibus Litterarum posset idem effectus haberi. Hæc Oliver.

21 Hanc sententiam puto veram, & practicatam in supremo Auditorio Romano, apud Amat. Dunozet. decis. 514. num. 4. & in decis. 83. part. 8. rec. & 259. part. 9. tom. 2. rec. & in dict. decis. 124. num. 49. part. 11. ibi: Et propterea antea hujusmodi expeditionem subrogatio aderat in potentia, quæ est quid diversum ab ipsa dispositione, l. non quicquid ff. de Judiciis gl. in cap. nosse, verbo necesse, dist. 76. Rota recent. ut petita, & concessa demum videtur cum expeditur, Lotter lib. 3. quæst. 13. num. 28. & 29. Seraph. decis. 236. num. 2. ubi quod Litteris non expeditis subrogatio nihil tribuit, cum aliis allegatis in Zamoren. Archidiaconatus 2. Decembris 1647. §. casum coram R. P. D. meo Othob. hæc ibi. Hanc sententiam tenet nunc Rota, Spada cons. 58. num. 5. tomo 2. & ita novissime reperi Rotæ decisionem part. 13. in recent. decis. 254. num. 12. & 13. imo reperio, quod in Pisauren. Benef. 28. Junii 1647. coram Ghislerio 109. num. 13. part. 10. recent. fuit dictum quod subrogatio, quæ datur incidenter, & accessorie ad Gratiam principalem inter clausulas generales cum clausula etiam ad partes, ipsa debet justificari, & subjacet regulis aliarum impetrationum, & ibi allegantur decisiones allegatæ per Garz. part. 6. cap. 4. n. 35. sed hoc intelligendum, juxta dicta superius.

22 Bene verum, quod si subrogatio non fuerit ad partes expedita, sed cum Litteris principalis Gratiæ, & subrogationis cum datur tertio extra litem existenti, Amayden d. §. 2. n. 67. tunc post verificationem in articulo executionis recuperabit suam prærogativam, & sortietur effectum ac si ad partes essent expeditæ Litteræ, Lotter. dict. quæst. 20. n. 205. & 206. & dict. quæst. 13. n. 36.

23 Quare vigore subrogationis Gratiosæ non potest deveniri ad capturam possessionis etiam de Beneficio vacante, nisi prius fuerint expeditæ Litteræ super ipsa Gratiosa subrogatione, si loquimur de ea quæ datur collitiganti per Bullam Pii III. Lotter. dict. quæst. num. 30. ubi allegat multas Rotæ decis. Rota in dict. Valentina Rectoria 124. in principio, Amayden loco cit. n. 61. vers. superat. ubi dicit, quod alias attentat si capit possessionem non expeditis Litteris, nec Rota admittere subrogatum ad disputationem super juribus subrogationis nisi exhibitis Litteris subrogationis, & allegat dec. 568. & 625. p. 2. rec. opus tamen non erit ut producantur Litteræ super provisione gratiæ principalis, cum non agitur ad executionem Gratiæ, sed duntaxat subroga- 24
tionis Gratiosæ, super qua Litteræ fuerint expeditæ, & directæ ipsi parti; ideo sufficit ut hæc sint expeditæ, licet ex clausulis primæ Gratiæ principalis, est enim veluti secunda Gratia distincta a principali, Mohedan. decis. 7. sub tit. de præb. nu. 1. nec habet dependentiam a prima nisi remote, quod non attenditur, & non datur propter primam gratiam, sed propter litem cui dedit causam prima gratia,
sic prima Gratia remote se habet, juxta sententiam Rotæ 25
apud Farin. decis. 411. tom. 1. posth. ideo cum sit Gratia de per se, poterit procedi, & deveniri ad ejus executionem, non productis Litteris primæ gratiæ principalis, sed duntaxat Litteris Gratiæ subrogationis, Rota in eadem Valentina Rectoria coram eodem Bichio, sed 31. Junii 1651. n. 8. 191. part. 11. & apud Peutinger. dec. 87. vel si datur tertio existenti extra litem possit etiam dari in Litteris ipsis Gratiæ principalis, vel ad partem, quæ expediri poterit
quandocunque vel sub eadem Data. Verum, ut dictum est, 26
cum est expedita subrogatio simul cum ipsa Gratia principali, non habet effectum privilegiatum; vel si productæ fuerunt etiam Litteræ super principali gratia coram Executoribus, & etiam Litteræ subrogationis gratiosæ, in quibus non dantur Executores, ut diximus, & notatur in Pisana Benef. 1. Febr. 1630. coram Merlino, quam refert Amayden §. 2. num. 50. possent illi Executores dati in gratia principali procedere ad executionem subrogationis gratiosæ ad partem expeditæ tanquam desumptæ ex ventre primæ gratiæ, & pendentis ab illa, omissa executione Litterarum principalium, ut optime in dict. Pisana vers. quoniam pro responsione, Amayden num. 68. & 69. Verba decisionis sunt: Denique nec visum fuit obstare, quod Dominus Bandinus unico contextu produxerit coram Executoribus tam Bullas gratiæ principalis, in quibus erant deputati Executores, quam etiam Bullas gratiosæ subrogationis, in quibus nullus erat datus Executor, & quod quidem Executores pronunciaverint Bullas prædictas esse executioni demandandas, & consequenter videatur facta mixtio utriusque gratiæ, & cessare privilegium subrogationis, capiendi scilicet possessionem lite pendente, præsertim quia si fuissent separatim executioni demandatæ Litteræ tantum subrogationis, decretum esset nullum ex defectu jurisdictionis, cum in illis ut dixi nulli legantur dati Executores: quoniam pro responsionis fuit animadversum, quod in Litteris gratiosæ subrogationis, quæ separatim expediuntur, nulli solent dari Executores, ut subrogatus si velit possit propria authoritate possessionem capere, juxta tradita per Mohedan. decis. 11. ut lite pend. & Puteum decis. 208. lib. 1. & ideo si ipse velit viam Executorum eligere ad alios recurrere non potest, quam ad datos in Gratia principali. Unde juxta stylum ad firmandam jurisdictionem fuerunt productæ Litteræ Gratiæ principalis; illæ vero non fuerunt executioni demandatæ, cum hoc in decreto expresse non dicatur, & de jure lite pendente fieri non potuit; sed dicendum est solas Litteras gratiosæ subrogationis executioni demandatas fuisse, semper enim factum præsumitur quod fieri valide potuit, ea traditis per Felin. in cap. cum ex Officiis, num. 31. & seq. de præscript. Menoch. præs. 4. nu. 8. & 15. & seq. præsertim numer. 27. & 28. lib. 6. & in simili fuit dictum in Comben decimarum 7. Maii 1601. coram Cardinali Pamphilio. Ex ita, utraque parte informante, resolutum. Hæc ibi.

Si quis autem productis Litteris gratiæ principalis co- 27
ram Executore non poterit Litteras justificare in totum, non per hoc excludetur quin subrogationem gratiosam petere possit, & justificatis solitis requisitis immittendus erit in possessionem, Rota penes Rub. tom. 2. part. 4. dec. 302.

Non levis est altercatio inter Nostros, quod remedium 28
competat subrogato gratiose, retinendæ scilicet, seu manutentionis, vel potius adipiscendæ se immissionis ad possessionem? Equidem Mohed. decis. 21. sub tit. de rest. spol. tenet, quod subrogato tantum competat interdictum adipiscendæ, & quod ex persona sui Authoris non potest prætendere manutentionem; nam sive sit subrogatus, sive subrogandus requiritur, quod habeat possessionem, & erit necessarium factum ad eam capiendam ad hoc, ut remedium competat retinendæ: hanc decisionem sequitur Gonz. ad reg. 8. Cancellariæ tam in proœm. §. 3. n.

29 93. & 94. ubi dicit, quod non concedetur remedium retinendæ nec recuperandæ, & quod nunquam tempore suo in Rota vidit nec audivit temporibus suis fuisse concessum ab aliis antiquioribus, & peritis Curiæ Auditoribus; quam etiam Glos. 34. n. 110. ita enim tenet Garz. *de Benef. part. 6. cap. 4. n. 3. & 4. cum seq.*

Lotter. *de re Benef. lib. 3. qu. 13. nu. 40.* existimat, inter vim statuti continuantis possessionem defuncti in heredem, & vim subrogationis nullam esse differentiam, ac subrogationem cum eisdem regulis omnino regulandam, ad quod multos allegat.

30 Advertendum enim præmittit Lotter. quod licet frequentius Doctores dicant per Statutum nihil aliud conferri quam possessionem civilissimum ex Bald. & aliis quos ipse citat; id tamen jure vix posse consistere, quinimo existimat, quod vera, & plenissima possessio naturalis, & civilis transferatur, ex Guil. de Bened. *cap. Raynutius super verbo Mortuo itaque testatore, il secondo, nu. 27.* quod & aperta ratione etiam constare censet; nam quamvis post acquisitam possessionem naturalis sit separabilis a civili, quæ solo animo retinetur secundum text. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* tamen in ipso articulo acquisitionis impossibile est unam ab altera separare, & fingere possessionem civilem solam, aut solam naturalem; nam si submovetur naturalis, sive corporalis detentio, submovebitur etiam substantia ipsa possessionis, quæ consistit in usu rei, & si ab hac naturali detentione submovea-tur animus possidendi, in quo jus constituit civilem, removebitur etiam forma possessionis civilis, pro qua exigitur animus possidendi jure dominii, vel quasi; igitur ait Lotter. vel negandum esse id quod est verissimum, nempe Statutum, & Principem posse transferre veram possessionem naturalem & civilem, ut ipse dixit *nu. 7.* de persona, in personam circa actum corporalem; aut concedi oportebit, facta hujusmodi translatione personam in quam facta est translatio eodem modo posse juvari quovis possessorio interdicto, quo poterat persona a qua est translata: quia translatio, seu continuatio hæc fit cum omni jure, quod circa ipsam possessionem habebat talis persona, a qua facta fuit, ut Ludovis. *decis. 307. sub nu. 16.* subrogatus simpliciter repræsentat personam ejus in cujus locum est subrogatus, *C. majores de baptis. C. Ecclesia ut lite pend.* ac in terminis dicit Lotter. *adesse decisionem* Mohed. *5. num. 2. ut lite pend.* Oldrad. *cons. 224. nu. 25. hoc proposito.*

31 In hoc ergo articulo existimat Lotter. distinguendos esse duos casus, quorum primus est quando possessio defuncti in ejus vita simpliciter turbata fuit circa factum occupationis naturalis per aliquam innovationem, sic potius suspicatus fuit turbari, quam vere turbatus fuerit: & cum ob simplicem timorem turbationis intentari possit officium Judicis, & hoc casu existimat Lotter. quod interesse possit subrogatus interdictum possessorium retinendæ seu manutentionis, & in his terminis loqui Greg. Papam *decis. 552.* nec in his terminis subrogationis negasse Rotam *decis. 159. n. 6. part. 4. divers.* Alter vero casus, quem ponit Lotter. quando turbatio non fuit simpliciter illata per aliquam novitatem, sed positive per occupationem possessionis naturalis, & in isto casu dicit esse impossibile dari remedium possessorium, quia transitus ille possessionis de personam fuit impeditus de facto per talem occupationem continuatam etiam post mortem, atque etiam ita de tempore subrogationis, quod in Statuto de continuanda possessione etiam admittere Doctores: ac proinde hoc caso si illa occupatio sit hujusmodi ut nihilominus foret dandum mandatum de manutenendo decessori non impedit effectum subrogationis Gratiosæ ad effectum immissionis, per doctrinam Greg. *decis. 407. sub n. 13. vers. non est verum, & n. 14.* neque ex quo subrogato denegetur ait Lotter. manutentio excluditur effectus subrogationis in ejus radice, quominus possessio videatur continuata usque a principio, quia cum illa occupatio naturalis non operetur quominus subrogatus habeat civilem cujus naturalis est perpetuo accessoria, juxta text. *l. si id quod §. quod autem ff. de acquirend. possess.* ubicunque hæc apprehendetur retrotrahitur actus, neque dicitur de novo quæri, sed continuari quæ prius fuerat, ut Lotter. quare videtur clare tenera, quod non manutentio in hoc casu, sed immissio competat subrogato.

32 Nec possessorium reintegrandæ ex persona decessoris competere subrogato; quod putat certissimum Lotter. *loc. cit. n. 49.* si decessor fuerat prius spoliatus, secundum Rotam *decis. 280. part. 3. divers. lib. 2.* sicuti dicitur etiam de hærede, in quem ex Statuto continuatur possessio defuncti, nec hoc remedium reintegrandæ minus posse competere ex sua persona, si post obitum decessoris in possessionem, vel etiam concessam subrogationem tertius aliquis se introducet: quam opinionem veriorem & magis communem, ac in practica receptam existimat Lotter. *n. 51.* Igitur concludit Lot. *n. 52.* quod subrogato gratiosæ competat remedium adipiscendæ, juxta terminos *l. ultima C. de edicto Divi Adr. tollendo*, citat Mohed. *decis. 13. ut lite pend.* & Mantieam *decis. 252. n. 1.* sed contradicere videtur.

Lodovis. Posth. *dellus Parasimeis in tract. de manuten. observ. 55. n. 103.* posuit hoc quæsitum; an gratiose subrogato in Beneficio ad possessionem defuncti competat manutentio; & in primis dicit possessionem hanc esse civilissimam, & adinstar illius, seu hæredis in quem vigore Statuti continuatur possessio, decesserit; Rotæ *dec. 159. n. 2. & 3. p. 4. divers.* Greg. *dec. 258. n. 6. & in Papolien. Prioratus* coram Pirovan. quam ipse affert post dictum *tr. dec. 313. nu. 6. & 7. & in Bojanen. Benef.* coram Coccino 480. post eundem tractatum, quam absque ministerio hominis censeri continuatam a prædecessore in ipsum subrogatum, juxta Rotam *in Senen. Canonicatus* coram Bubalo, apud Marches. *de com. p. 1. fol. 377. n. 2.* Man. *dec. 75. n. 3.* Lotter. *lib. 3. q. 13. n. 27.* cum sint incertæ clausulæ ad id sufficientes, 33

nempe ad continuationem inferendam, quam possessionem posse Principis authoritate in subrogatum transferri per *dec.* Mohed. 11. *ut lite pend. alias 327. n. 2.* & Mant. 71. nec dici novam possessionem, sed continuationem illius met, quam defunctus habebat, ad quod Post. allegat Lotter. *loc. cit.* quare censet Pohstius concludendum esse subrogato manutentionem deberi nisi effectualiter fuerit possessio naturalis ab alio apprehensa, & citat Menoch. *de retinend. cap. rein. 3. sub n. 48.* Rot. *dec. 159. n. 5 & 6. p. 4.* Greg. *dec. 258. num. 5. & seq. & in Oveten. Beneficii* coram Manzanedo *post tract. de manut. 107. nu. 3. & 4. in Ulixbonen. Benef.* coram Ubaldo 174. *nu. 2. post eundem tract.* neque dissentire affirmat Rotam *in S. Marci pens.* coram Sacrato penes Marches. *part. 2. fol. 486. num. 1. & seq. & in Bojanen. Beneficii* coram Coccino 480. *post tract.* & citat etiam Lotter. stante vero alterius possessione naturali dandam subrogato immissionem nisi possessor naturalis haberet consimilem titulum, juxta decisum Rotæ *in Senen. Canonicatus* apud Marches. *par. 1. fol. 377. & Asturicen. Scolastica* coram Ubaldo *post tract. de manut.* 177. Igitur Ludovic Post. eandem quasi opinionem sectatur ac Lotterius. 34

35 Theodorus Amayden. *dict. cap. 24. §. 1. sub nu. 33.* existimat, quod possessio subrogati Beneficio Principis sit ficta, non vera possessio, nisi sequatur apprehensio, quod censuit Rotæ conforme esse, & in subrogato sine apprehensione competere manutentionem, sed immissionem; & in hoc subrogationem differre a Statuto de continuanda possessione, quod fuse probari dicit in *Forolivien. Benef. 10. Martii* 1623. coram Ubaldo, & *Meten. Prioratus 2. Decembris* 1622. coram Merlino, quas ipse Amayden affert, qui *nu. 34.* ita loquitur: Sane mira videtur in hac materia subrogationis diversitas; nam omnes firmant, quod possessio subrogati ministerio Principis censeatur continuata, non autem de novo quæsita, Paris. *de resig. lib. 2. quæst. 3. n. 75.* & quidem continuata sine ullo temporis intermedio, Gonzalez §. 3. *procemii num. 85. & 86.* nec quidem per momentum, & est vera, & non ficta possessio, Rota *decis. 653. p. 4. divers.* ubi additur, præsertim possessione vacante, quæ dictio *præsertim* non facit quo minus si possessio vacua non fuerit, continuata non sit, ut nihilominus requiratur ad effectum continuationis apprehensionem faciendam per subrogatum, Gonzalez ubi supra *n. 93. & 94. glos. 34. num.* 110. & firmat decisio Forolivien. supra allegata: quæ duo videntur omnino contraria, nam si vera possessio unius continuatur cum possessione alterius solo Beneficio Principis absque ullo facto subrogati aut ministerio Judicis, Cassad. *decis. 1. num. 3. ut lite pend.* nec est opus ulla apprehensione; nam stante subrogatione non potest considerari vacatio intermedia Mohed. *dec. 323.* Por. *decis. 214. lib. 1. & 495. lib. 2.* Paleot. *decis. 119.* & sic possessori vigore subrogationis competet manutentio, non immissio quæ non potest competere possessori: unde ista duo implicant inter se, esse possessorem, & deberi immissionem. Nota hæc contradictio (ait Amayden) oritur ex eo quod si medio tempore esset capta possessio per tertium, ille non deberet inauditus expelli, sed possessor etiam contra jus in summariissimo possessorio decerni debet manutentio, ut in

Ulix.

Ulixbonen. Benef. 26. *Junii* 1632. coram Ubaldo. Hæc Amayden & affert dictam decisionem coram Ubaldo tenoris sequentis: Agitur de manutentione in summarissimo possessorio, quam Domini 19. Decembris præteriti dixerunt dandam esse Antonio ex rationibus in decisione adductis, in qua decisione hodie persistendum censuerunt: nec obstare subrogationem Gratiosam Michaelis concessam ad jus, & possessionem Laurentii provisi a Collectore Portugalliæ, nec non ad jus, & possessionem Emmanuelis, per cujus obitum vacavit Beneficium, quia quoad possessionem Laurentii ea Michaeli juvari non potest, quia Laurentius non solum fuit privatus possessione per sententiam A. C. sed etiam se habuit pro spoliato cedendo possessioni, ut in decisione deducitur. Quo vero ad possessionem Emmanuelis, nec minus potest juvari: quia licet gratiose sit subrogatus quoad jus, & possessionem Emmanuelis, nihilominus cum Antonius expulso, cedente Laurentio medio tempore ceperit possessionem naturalem, possessio vigore subrogationis gratiosæ nihil operatur, Gab. *tit. de acquirend. possess. concl. ult. num.* 19. Ruin. *cons.* 28. *num.* 6. *lib.* 5. Pasil. *cons.* 1. *numer.* 158. *lib.* 1. & fuit resolutum in causa *Lucana Majoratus* 27. *Aprilis* 1587. coram bon. mem. Orano; unde cum hodie nulla detur anterior possessio possessione Antonii, non videtur ei posse denegari manutentio. Nec obstat quod A. C. in tradenda possessione Antonio male processerit, ita ut non privaverit Laurentium sua possessione; quia quicquid ut de hoc satis est quod Laurentius habuerit se pro spoliato cedendo possessioni, & prosequendo causam appellationis in solo petitorio, ut dicitur in decisione, tunc enim ad effectum manutentionis possidentis non est agendum an Judex bene, vel male processerit; sed solum attenditur possessio posterior, & quod primus possessor habuerit se pro spoliato, ut in causa *Camerinen. pensionis* 22. *Maii* 1592. coram bon. mem. Gypsio. Nec obstat, quod intra sex menses intra quos Laurentius tenebatur Litteras expedire in Curia, non potuerit Beneficium conferri Antonio, & quod apud Laurentium non steterit quominus expediret cum fuerit diligentias, de quibus in decisione: quia omissis aliis sufficit dicere quod hæc respiciunt petitorium, & justitiam possessionis quæ in hoc summarissimo possessorio non solet attendi, sed sola possessio, Bald. *in cap. licet num.* 30. *de probat.* cum aliis per Rotam *decis.* 270. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 275. *sub nu.* 5. *vers. fuit etiam responsum eodem* 1. *part.* Ideo quoad simplex possessorium Domini permanserunt in decisis pro manutentione Antonii, non obstante subrogatione Michaelis quoad jus, & possessionem Laurentii, & Emmanuelis, sed quoad jus Domini non erant concordes, & poterit aliter videri.

36 Ex hac decisione, sequitur Amayden, liquet subrogato non solum non competere manutentionem contra possessorem qui medio tempore possessionem cepit, sed eandem dari posse contra subrogatum, & conclusiones illas possessionem subrogati esse eandem cum prima, illam continuari cum secunda Beneficio Principis, & similes esse falsas, quia possessio tertii interrumpit illam continuationem. Nec dicatur conclusiones procedere quando nullus adest possessor, quia eo casu Beneficium hoc Principis servit de vento, quando nullus adest qui possessionem impedire conatur. Nec facit quidquam si dicatur, quod licet nullus adsit possessor, posse tamen adesse contradictorem qui possessioni subrogati gratiose nempe tertio se opponat, utpote collitigans defuncti; quia cum hujusmodi subrogato competat immissio, ut supra ostendimus, adeo ut eam contradictor impedire non possit, nescio videre quæ necessitas nos cogat ad asserendum possessionem primi esse eandem cum secunda, cum effectum subrogationis assequamur ex immissione, a qua non appellatur, & nolumus admittere subrogato deberi manutentionem.

37 Hinc etiam non est verum, sequitur Amayden, quod in allegatis decisionibus dicitur subrogationem gratiosam adinstar statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem; quia statutum hujusmodi non admitti possessionem intermediam, sed tribuit possessionem hæredi, quando probet se vere hæredem, ut de Statuto Urbis cap. 17. *lib.* 7. dixit Rota *in Romana vinea* 15. *Januarii* 1616. coram Cardinali Pamphilio, & alias sæpius, solum Statutum hoc non procedere in bonis Emphyteuticis, dixit Rota in alia *Romana vinea* 13. *Martii* 1606. coram Penia, eo quod non omnis possessio esset penes Emphyteutam, sed naturalis, tamen civili penes dominum directum remanente.

38 Investigandum demum (ait Amayden) unde conclusiones prædictæ inter se diversæ originem duxerint: quod ego certissimo facili negotio assequi posse, si consideremus subrogationem quoad Principem subrogantem non quoad subrogatum; nam Princeps concedens subrogationem dicitur subrogare Petrum, v. g. in possessionem, jus Pauli defuncti excluso Joanne collitigante Pauli, ut ostendatur, quod nullam facit injustitiam Joanni, qui poterit jura sua in eisdem statu, & terminis prosequi contra Petrum, ut potuisse contra Paulum, ut late ostendimus in §. *seq.* Conclusio igitur ista, subrogatus censetur eadem persona cum ea cui fuit subrogatus, quoad Principem subrogantem ad effectum supradictum est vera; quam deinde aliqui inconsiderate ampliaverunt, & extenderunt ad terminos contradictionem implicantes. Hæc Theodorus Amayden.

39 Dicendum videtur non esse verum subrogationem operari adinstar Statuti, ut tenuit Amayden. *d. n.* 35. quia Statutum operatur immediate, & ipso jure absque hominis ministerio, nec dari potest tempus in quo possit dari possessio vacans, & subrogatio gratiosa operatur cum hominis ministerio; ideo in quantum ad manutentionem distinguenda esse duo tempora, unum a morte possidentis Beneficium usque ad obtentam Gratiam, alterum a Gratia obtenta usque ad actualem apprehensionem: si loquamur in primo casu, si alius medio tempore occupavit possessionem naturalem, certum videtur quod subrogato non possit concedi manutentio: quia Principis Gratia non potest operari in præjudicium tertii, cui medio tempore possessio quæsita fuit; omnis Gratia intelligitur, salvo jure tertio quæsito, tam jure communi sic dictante, quam etiam attenta Regula Cancellariæ de jure quæsito non tollendo, quæ in ordine nunc est 18. Igitur tunc competit immissio citato eo qui occupavit possessionem eo modo quo diximus, & etiam nuper ostendimus. Difficultas est in secundo casu, quando scilicet aliquis obtinuit jam subrogationem a Principe, seu Papa; tamen antequam actualem ingrediatur possessionem alter illam occupavit, post tamen concessam Gratiam subrogationis, an tunc competat manutentio subrogato.

40 Urget maximopere pro manutentione illa ratio, quod concessa per Principem subrogatione jam ejus authoritate, & ministerio fuit translata possessio in subrogatum saltem civilis nullo temporis intermedio, ut dicit Gonzalez §. 3. *num.* 85. & 86. & alii, ita ut illa quam accipit subrogatus non sit nova, sed antiquæ continuatio, Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 134. *num.* 15. & apud Amatum Dunozettum 495. *nu.* 13. & alibi sæpe: sic antequam alius occupaverit naturalem erat subrogatus jam in possessione saltem civili, manutentio autem debetur etiam civiliter possidenti ac pro recuperatione naturalis possessionis, juxta sententiam Tiberii Salustii *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Antonius Gabriel. *de acquirenda possessione conclus.* 6. *num.* 17. & *sequen.* Menochius *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 139. & *remed.* 11. *num.* 391. Rota penes Manticam *dec.* 185. *nu.* 4. & apud Durandum *decis.* 114. *n.* 9. & apud Eminentissimum Othob. *decis.* 121. *num.* 6. Ridolfin. *in prax. pars.* 2. *cap.* 12. *n.* 1272. qui alias Rotæ decisiones citat per textum *in l. clam possidere* §. *qui adnundinas ff. de acquirenda possessione.*

41 At quicquid sit disputando articulum secundum juris tramites, Rota solum immissionem solet concedere subrogato gratiose, & hæc est praxis Curiæ Romanæ, Rota *in S. Martis pensionis* coram Sacrato apud Marches. *part.* 2. *fol.* 486. apud Posth. *decis.* 107. & 177. *post tract. de manuten.* Rota *in Valentina Rectoriæ* coram Bichio 31. *Junii* 1651. *n.* 17. *par.* 11. *recent.* quam etiam refert Tondut. *post tract. de pens.* 76. *in ordine*, Rota apud Buratt. *dec.* 686. *n.* 1. Ferentil. ad Buratt. *decis.* 221. *nu.* 4. qui affert istam rationem: quia censetur subrogatus ad possessionem juris, & non facti, Ridolfin. *in praxi par.* 2. *cap.* 12. *n.* 225. & novissime Rota *in Mediolanen. Benefic.* 17. *Novembris* 1651. coram Eminentissimo Celso, apud eundem *dec.* 134. *n.* 3. & 4. & tam *d. dec. in Valentina Rectoria* coram Bichio, quam in *Mediolanen. Benef.* dicitur, quod ex possessione defuncti non potest dari manutentio subrogato; attamen illa relevat ut subrogato ex propria possessione quam deinde cepit, facilius conceditur, & optime in *d. Pisaurien. Benef.* 28. *Junii* 1647. coram Ghisletso, *n.* 14. 15. & 16.

42 Competere tamen poterit manutentio loco immissionis, quando subrogatus possidebat ex altero titulo, & petit unico contextu manutentionem, & immissionem, Rota apud Posth. *decis.* 57. *num.* 14. & *in d. Valentina Rectoria* 31. *Julii part.* 11. *rec. decis.* 181. *in fine*, apud Eminentis-

nentissimum Othob. *dec.* 186. *n.* 1. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 115. *n.* 4. sic semper quod subrogatus possidet vigore alterius tituli, licet ille fuerit nullus, datur manutentio, Ferentill. *ad dec.* 221. *n.* 6.

43 Ut autem detur immissio subrogato ne retardari possit, oportet ut reservatio seu affectio sit clara, & indubitata, quia est Gratiæ fundamentum, Rota *dec.* 237. penes Rub. *tom.* 3. *decis.* 407. *par.* 1. *rec.* & *par.* 2. *decis.* 107. 526 & 600. Ludovis. *decis.* 58. & *decis.* 245. *par.* 9. *tom.* 2. *in recent.* apud Gaill. *decis.* 245. 112. *n.* 78. apud Duran. *decis.* 14. *n.* 5. & 407. *n.* 11. apud Caval. *decis.* 2660. apud Burat. *decis.* 78. & 769. *n.* 3. Amayden *d.* §. 2. *n.* 18. Garz. *de benef. par.* 6. *cap.* 4. *num.* 24. *cum sequent.* ubi allegat alias Rotæ *dec.* Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 69. Spada *cons.* 56. *tom.* 2. ubi dicit, quod si datur somus aliquis defectu reservationi, deficit privilegium executionis gratiosæ subrogationi,

44 Debet etiam tunc reservatio concludenter probari, Lotter. *loco cit. n.* 69. Amayden §. 2. *sub num.* 20. *vers. sed redeamus*, Ubertus *de citat. cap.* 2. *sub numer.* 73. & per cunctas probationes demonstrari, ut in his terminis dixit Rota *in Placentina*, quæ decisio habetur hodie *par.* 12. *recent. decis.* 331. *in Placentina Archidiaconatus* 5. *Aprilis* 1658. coram Albergato *in principio*, quia semper quando præjudicium Ordinarii concurrere potest, vel alterius, reservatio debet esse clara, & concludenter probari, Rota penes Duran. *decis.* 120. *numero* 8. & 9. apud Ludovis. 37. apud Carill *decis.* 41. *numero* 1. apud Caval. 266. *numero* 6. & apud Eminentissimum Celsum *dec.* 19. *num.* 1. ubi aliæ allegantur Gonzalez *glos.* 11. *num.* 100. Lotter. *lib.* 3. *q.* 10. *n.* 40. præsertim si possideat, Rota *recent. par.* 1. *decis.* 477. Duran. *locis citatis*, Ludovis. *dec.* 58. & alibi dictum est: unde
45 Amayden *d.* §. 2. *par.* 4. *diversor.* dicit quod si provisus ab Ordinario se opposuit subrogato gratiosè, & immissioni per eum petitæ, requiritur reservatio sive lis, quod sit clara, & indubitata quoad effectum immissionis consequendæ, licèt non requiratur quoad obtinendum subrogationem, cum illa possit obtineri absque reservatione, indiget tamen justificatione, qua sequuta in omnibus habebit effectum subrogatio, & subrogatus intrabit possessionem, ut diximus, ea notatis per Amayden §. 2. *n.* 13. & 14.

46 Cum autem non adest contradictor seu alius qui impugnet Gratiam subrogationis, vel non constat de aliquo titulo partis adversæ, sufficit semiplene probare, juxta *decis.* Ludov. 394. ubi Oliver.

47 Sed quid dicendum, cum reservatio seu affectio est turbida, an immissio impediatur? diximus enim supra quod quando reservatio vel affectio redditur turbida, impediatur proviso Apostolico via executiva, & omissis omnibus late Salgad. *de ret. Bull. par.* 2. *cap.* 34. *num.* 143. 197. & 198. & tenuimus etiam interim manutenendum possessorem, ut ibidem: Dubium nunc potest esse quid in subrogatione gratiosa tanquam majori innitens privilegio? Et quidem dubium facit, quia Rota multoties decidit judicium immissionis non admittere exceptiones turbidas extrinsecas, vel requirentes altiorem indaginem, Rota penes Eminentissi-
48 mum Othob. *dec.* 154. *n.* 7. & 140. *n.* 27. & *dec.* 34. *part.* 5. *rec.* & 44. & 88. *num.* 23. *part.* 8. *recent.* Caval. *dec.* 450. *n.* 70. & *par.* 22. *recent. dec.* 89. *n.* 19. & apud Amatum Dunozet. *to.* 1. *dec.* 495. *n.* 23. & *dec.* 94. *res.* 12. *par.* 5. *recent.* apud Ludovis. *dec.* 194. *n.* 11. & apud eundem Amatum Dunozet. *dec.* 1. *n.* 12. quod generale est in judicio immissionis quod nunquam exceptiones requirentes altiorem indaginem admittantur, seu retardant immissionem Censal. ad Pereg. *art.* 48. *vers. vigesimo observo*, & notavimus etiam alibi, quod quando objicitur aliquid contra petitam immissionem, rejicitur si in continenti non probatur, si tamen apparens est exceptio, impedit, juxta doctrinam Pereg. *art.* 218. *num.* 28. *de fideic.* & aliis, & in materia immissionis in hac materia Beneficiali Rota penes Merlin. *dec.* 447.

49 Sed quod impeditur immissio cum reservatio sive affectio redditur turbida, Rota apud Duran. *dec.* 14. *num.* 28. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 70. & alii.

50 Attende ne termini confundantur aliud est quod in hoc judicio ommissionis non admittantur exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem postquam reservatio est concludenter probata; aliud est cum turbida redditur reservatio seu affectio, ob quam conceditur subrogatio, dari non debeat subrogato immissio petita, siquidem sicuti verum est primum, nisi daretur fumus, nam etiam in executivis illæ admittuntur, juxta *decis.* Seraph. 298. Ridolph. *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 165. ita etiam secundum, nempe semper quando redditur turbida reservatio non potest competere immissio, quæ claram & indubitatam exposcit reservationem, vel affectionem, quæ nullam admittat exceptionem, ut dicit Rota *d. decis.* 187. 526. *n.* 8. & 600. *par.* 2. *rec.* Amayden *loco cit. n.* 18. cum sit talis Gratiæ fundamentum; nam cum reservatio non est evidens, licet Papa potuerit concurrere, attamen ordinarie agendum est tunc non executive per celerem immissionem, juxta *dec.* Rotæ, quam affert Salgad. *de retentione Bul.* *part.* 2. *cap.* 24. *num.* 150. *in vers. denique*, cum tamen reservatio clara apparuit, & probata legitime si contra ipsam replicetur, & opponatur aliqua exceptio, non impeditur immissio subrogato, Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *num.* 11. & 12. Burat. *dec.* 805. *n.* 9. *v. Præterea*, Seraph. *dec.* 296. *n.* 6. & *dec.* 165. *par.* 3. *recent.* & *par.* 10. *recent. dec.* 31. *num.* 5. sicut justificata Gratia non erit retardanda immissio proviso sub prætextu exceptionis invaliditatis, seu obreptionis quæ raddat turbidam Gratiam requirit tamen altiorem indaginem, Rota *par.* 11. *recent. dec.* 107. *in fine*.

Igitur in materia immissionis in hac subrogatione gra 52
tiosa, quando possit impediri si vel ne, in primis statuenda est regula quod habens subrogationem gratiosam vigore reservationis, litis, vel alterius affectionis competat immissio subrogato gratiose tribus tantum verificatis, nempe lite seu reservatione, obitu in possessione, & clericatu provisi, nec retardari potest immissio in via executiva, ut satis hucusque dictum est.

Fallit primo hæc regula, si Beneficium in cujus posses- 53
sionem fuerit quis subrogatus non fuerit reservatum, vel alias affectum, nam tunc tota Gratia est justificanda, ut diximus, & notat Ferentill. ad Burat. *dec.* 842. *num.* 8. & agendum est ordinarie, ut nuper dictum est, nisi nullus adsit legitimus contradictor, quia tunc ut etiam diximus sunt probanda solum requisita subrogationis, idem Burat. qui allegat Mant. *dec.* 72. & Rotam *in Ulixbonen. quæstoria* 15. *Jan.* 1624. coram Cocc. idem procedit, quando reservatio, vel affectio non est clara, nam tunc habet subrogatus immissionem, & agendum est ordinarie, juxta dicta, & dicenda.

Limitatur ulterius conclusio, quando concurrunt duo 54
habentes similem gratiosam subrogationem, nam tunc impeditur immissio, juxta ea quæ notavimus, & citatis ibidem adde optimam decisionem in *Argentina benef.* 30. *Martii* 1611. *S. M. Inn. X.* Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 75. qui etiam citat alias decisiones, etiam si una sit altera prior in data, Seraph. *decis.* 153. & alias decisiones adducit Amayden *cap.* 24. § 2. *n.* 16. & 17. si tamen una subrogatio esset pura, altera conditionata habens conditionem in ipso decreto subrogationis, tunc effectus subrogationis puræ non potest retardari a subrogatione conditionata, Lotter. *loco cit. n.* 77. de conditione autem quæ est extrinseca ab ipsa subrogatione, puta circa qualitatem provisi non esse curandum, dicit Lotterius.

Sin autem quis haberet aliam provisionem etiam Apo-
stolicam, non tamen ejusdem speciei, nempe gratiose sub 55
rogati, in concursu non potest impedire immissionem subrogato, juxta ea quæ alibi notavimus, & præter alios Argell. *de legitimo contrad. quæst.* 15. *art.* 3. *n.* 34. Rota *par.* 5. *recent. decis.* 34. *n.* 5. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 122. *n.* 18. & 140. *n.* 21. & apud Duran. *dec.* 430. *n.* 10. ita subrogato gratiose datur immissio, quando adest intermedia alia collatio, prout decisum refert Amayden *d.* §. 2. *n.* 49. *vers. sed magna est difficultas*, supponitur autem clara reservatio seu affectio.

Limitatur insuper conclusio supradicta, & impeditur immissio subrogato gratiose, quando esset possessor in Bene-
ficio, ad quod fuerit subrogatus, & quidem si sit possessor 56
cum pari titulo subrogationis gratiosæ res est citra controversiam, millies Sacra Rota, & omissis aliis decisionibus, & Doctoribus, quos alibi citavi, in *Compostellana Parochialis primo Julii* 1648. coram Eminentissimo Othob. *apud eundem decis.* 154. *per totam*, ubi late & in eadem *Compostell.* 25. *Junii* 1649. coram eodem, apud eundem 186. *n.* 4. & *in Asten. Coadiutoria* 21. *Junii* 1652. coram Eminentissimo Celso, apud eundem 155. *numero* 14. & Rota *in Laodien. benefic. die* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio, *circa finem*, quæ decisio hodie habetur *part.* 10. *recent. dec.* 167. Dubium vero potest esse cum possidet alio titulo vel habito eodem fonte nempe à Summo Pontifice vel ab Ordinario, siquidem si a Papa, minor est difficultas; nam licet videantur urgere multæ Rotæ decisiones, attamen veritas est, quod cum possi-

det

det vigore provisionis Apostolicæ, & possessio habita est ab Executore, pro quo præsumitur quod justificatis narratis processerit ad executionem, & quod etiam se potuerit extrajudicialiter informare, & inde possessor legitimè, & justo titulo possideat; ideò possessor tunc impediet immissionem in Judicio executivo alioquin debitam subrogato, ut optime Rota apud dict. Eminentiss. Othub. 154. *num.* 26. *&* 27. ita intellige *decisionem* Burat. 842. & adest etiam *dec.* Rotæ apud Merlin. 58. *n.* 3. dummodo tamen præsumptio, ut dixi, sit pro Executore quod rite processerit, alias si ex eisdem actibus appareat contrarium quod processerit injuste, cum tamen præsumptio veritati cedat, Caval. *dec.* 215. *n.* 7. *& par.* 7. *recent. dec.* 49. *n.* 43. Rota apud Eminentissimum Othob. *d. dec.* 186. *n.* 5. ideo cum tunc possessio capta vigore Executoris nullitet, & injuste procedentis nihil operatur, & habeatur tanquam authoritate propria capta, & cum sit omnino vitiosa, non poterit suffragari proviso, nec ipsum constituet legitimum contradictorem ad impediendam immissionem in via executiva Apostolico subrogato gratiose, Argell. *de leg. contrad. q.* 6. *n.* 3. Rota *par.* 1. *recent. dec.* 115. & apud eundem Eminentissimum
57 Othob. *d. decis.* 186. *n.* 6. *&* 7. igitur in quantum ad provisum Apostolicum possidentem injuste, & legitime Executoris authoritate res etiam reducitur quasi certa, quod immissionem, & viam executivam impediat subrogato gratiose, si tamen sit validus titulus, prout requiritur ad efformandum legitimum contradictorem, ut in *d. decis.* 154. *a n.* 32. *cum seq.* Tota vero difficultas reducitur in proviso ab Ordinario: & certe omnes quasi Rotæ decisiones affirmant hunc provisum ab Ordinario possidentem cum titulo ab Ordinario habito nec impedire immissionem, nec viam consequenter Executivam, nisi sibi mutasset causam possessionis ex superveniente provisione Apostolica, dummodo Executor processerit ad executionem Gratiæ illam justificando; nam justificato titulo dicitur tunc similis tanquam procedens ab eodem fonte, & possessione justa faciet cessare viam executivam, & immissionem; secus autem si non processerit Executor ad talem justificationem, licet supervenerit provisio Apostolica proviso ab Ordinario; nam adhuc titulus dicitur difficilis tanquam egens justificatione, ut dicitur in *d. decis.* 154. *n.* 29. 35. *&* 30. apud Eminentissimum Othob.

At, ut diximus, cum provisus ab Ordinario possidet,
58 & reddit turbidam reservationem, seu affectionem, ex qua subrogatus gratiose obtinuit talem Gratiam, impediet immissionem illi, quod clare habetur in *decis.* 14. *n.* 18. apud Duran. & aliam Rotæ decisionem in *Paderbonensi Canonicatus* 28. *Novembris* 1608. coram Coccino ad verbum affert Salgad. *de recent. Bull. n.* 150. & est apud Farinac. *tom.* 1. *posth. decis.* 198. ibi. Et quoad subrogationem gratiosam quicquid dicendum esset si subrogatio gratiosa in casu intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cum non prosit nisi quando Beneficium esset litigiosum, Vitalin. *in clem. pr. num.* 41. *v. & ideo*, *ut lite pend.* vel alias reservatum, & affectum, prout Rota servat; nam licet prætendat adfuisse litem, tamen non probatur, cum non constet de mandato expresso aut tacito illius qui commissionem impetravit. Hæc ibi, & antecedenter dictum fuerat in eadem dec. quod ordinarie, non executive agendum erat. ibi: Et propterea dum D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi factæ a Canonico Turnario, est legitimus contradictor, & contra eum non potest procedi executive, sed ordinarie est agendum, & ille obtinere debet qui propria jura habet, vel probavit. Quod intelligo juxta dicta postquam titulus habitus ab Ordinario fuerit repertus considerabilis; nam tunc incipit judicium ordinarium, juxta dicta superius: sola tamen possessio absque fomento alicujus tituli validi non facit legitimum contradictorem, nec impediet immissionem debitam gratiose subrogato, Rota apud Burat. *dec.* 888. *sub num.* 1. *& in Leodien. benef.* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio *in fine*, *vers. nec Lambertum n.* 16.

59 Imo etiam tunc licet provisus ab Ordinario non possideat, & tamen reddit turbidam reservationem, illico non possit impedire judicium executivum, impediet immissionem, juxta notata alibi, Amayden §. 2. *num.* 12. *per dec.* 527. *par.* 2. *recent. &* 604. *par.* 4. *divers.* quia, ut sæpius diximus, subrogatio non habet suum effectum reservatione existente turbida. Justificata vero reservatione, seu subrogationis Gratia, certe provisus ab Ordinario etiam si possideat, non impedit subrogato nec viam executivam, nec immissionem, imo cum tunc constet non ei competere aliquam defensionem, nec posse aliquatenus impedire immissionem, nec erit in immissione citandus, juxta *decis.* Rotæ *in Messana Archipresbyteratus* 22. *Maii* 1642. coram Aruato Dunozet. apud ipsum 666. *n.* 10. præsertim si provisus ab Ordinario se in possessionem intruserit post obtentam subrogationem, ut *ibidem n.* 11.

Notandum insuper est, quod licet exceptio aliqua præsertim turbida non potest impedire effectum immissionis subrogato gratiose, reservatione existente clara; attamen cum opponitur exceptio jurepatronatus, & datur fumus ejusdem patronatus per sententiam Ordinarii canonizatorum talis jurispatronatus, tunc cessat affectus immissionis; ratio est clara: quia Beneficia jurispatronatus non subjacent regulis reservationis, ut in terminis est *decis.* apud Ludovis. *sæpius citat.* Burat. *decis.* 842. Rota apud Manzanedum *dec.* 135 quia tunc redditur turbida reservatio, & non potest operari, Fetent. apud Burat. *decis.* 78. *n.* 9. Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *num.* 70. 71. quia id militat nisi forte postquam reservatio est probata clare, replicatio jurispatronatus esset in se turbida, & non probata; nam tunc non impediretur effectus subrogationis: sed principalis doctrina temperanda venit, ut intelligatur quando petitur subrogatio Gratiosa vigore alterius reservationis, quam litis, cum enim Beneficium jurispatronatus esset effectum litigiosum, tunc bene impetratur subrogatio Gratiosa, ut dicemus, etiam nulla facta mentione talis qualitatis, juxta *decis.* Cassad. . . . . *ut lite pend.* Merlin. *decis.* 14. & aliorum, quia stante lite super Beneficio jurispatronatus remanet affectum, & nullus de illo disponere poterit, durante lite, nec patronus præsentare, quod expresse habetur in *cap.* 2. *ut lite pend. in* 6. 60

Dubium tamen potest esse de exceptione subreptionis, vel obreptionis an retardare possit effectum subrogationis Gratiosæ, seu immissionem? videtur quod non possit retardare, Rota apud Manticam *decis.* 71. *n.* 9. apud Mohedan. *decis.* 1. *sub tit. ut lite pend. ante num.* 1. Rota *in Valentina Rectoria* coram Bichio 17. *Martii* 1651. *n.* 65 *par.* 11. *recent.* contrarium videtur firmari in eadem *Valentina*, *die* 31. *Junii* 1651. coram eodem 191. *n.* 2. *eadem par.* 11. quod generale videtur in quolibet judicio executivo, Seraph. *dec.* 810. Ludovis. *dec.* 425. apud Post. *decis* 642. certum est, quod exceptio turbida obreptionis non retardat, in *d. decis.* 191. *n.* 16. & ita videtur procedere *dict. decis.* 124. bene tamen cum exceptio subreptionis est clara. 61

Ut gratiose subrogatus consequatur immissionem, seu possessionem Beneficii, ad quod obtinuit subrogari, non solum oportet, ut reservationem claram ostendat, sed etiam de obitu defuncti in possessione doceat, quod ex decisionibus Sacræ Rotæ hucusque cumulatis clare demonstratur: hoc tamen de illa subrogatione intelligendum est, quæ datur ad Beneficium reservatum, non autem quæ colitiganti datur; nam hæc, ut dicemus, potest dari etiam ad jus sine possessione, ut patet in decisione apud Caval. 639. & alibi, & ut dicit Amayden, Sacra Dataria colitiganti qui decessit in possessione non solet dare subrogationem, sed regulariter concedit illam possidenti in locum colitigantis non possidentis, ita Amayden *dict. cap.* 24. §. 1. *n.* 21. & quando etiam datur tertio in locum colitigantis non possessoris, oportet ergo ut possessio defuncti ad quam sit subrogatio plenissime probetur, quando fuit ad eam subrogatus, Rota *in Meten. Cercatoria* 15. *Decembris* 1629. coram Virile, quam, ad verbum affert Amayden §. 2. *n.* 21. Seraph. *decis.* 1426. *n.* 1. Put. *decis.* 495. *n.* 1. Duran. *decis.* 204. *n.* 4. Rota *in d. Leodien. Benef.* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio, 167. *par.* 10. *in principio*, *n.* 3. apud Eminentissimum Othob. *decis.* 122. 140. & alibi sæpe, Garz. *par.* 6. *cap.* 4. *n.* 7. & alii passim; nec sufficit semiplena probatio, Rota apud Buratt. *decis.* 918. *n.* 2. sicuti satis erit probare possessionem illius ad quem defunctus cui facta est subrogatio fuit subrogatus, sed ipsius defuncti, ad quem immediate fit subrogatio, Rota penes Duran. *dec.* 361. *&* 391. 62

Sufficit tamen ut defunctus cum subrogatur aliquo modo possederit, nec refert an possessio bona vel mala fuerit, sufficit ut fuerit aliqua possessio etiam attentata, & spoliativa, etiamsi nuda fuerit detentio, quia non discutitur hoc in subrogatione, Rota apud Merlin. *dec.* 438. *num.* 5. apud Comitulum *dec.* 79. *n.* 12. apud Mant. *dec.* 352. *n.* 5. *& dec.* 170. *par.* 4. *divers. &* 91. *p.* 3. *rec.* apud Emin. Othob. *dec.* 140. *n.* 19. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *numer.* 180. *& lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 78. Belt. ad Ludovis. *dec.* 251. *numero* 15. latissime Amayden §. 2. *num.* 42. *&* 43. & alii; requiritur solum aliqua possessio, quia subrogatio non mi- 63

nus

nus fundatur super possessione, quam super reservatione, quando scilicet datur ad possessionem; est tamen tunc purgandum vitium per subrogatum, Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *num.* 183. Amayden *cap.* 24. §. 1. *sub n.* 27. qui citat Paris. *lib.* 1. *q.* 16. *n.* 59.

64 Si autem nulla esset possessio, quia nunquam capta, vel dimissa, non esset locus immissioni, Amayden *loco cit. n.* 11. qui ad id bene allegat decis. *Ulixbonen. benef.* 19. *Decembris* 1619. coram Ubaldo, & ampliat doctrinam Amayden, ut procedat etiam si defunctus tacite dumtaxat dimiserit possessionem, quia nec adhuc subrogatio suffragatur, & adducit decretum in *Alben. Jurispatronatus* 24. *Febr.* 1620. coram sa. me. Jon. X.

65 Imo enim est facta subrogatio ad jus non possidentis tenetur totam gratiam justificare, & via ordinaria agendum, & non executive immissionem consequi poterit, Rota *in Carthaginen. portionis* 21. *Octob.* 1588. penes Marches. *par. prima de commis. fol.* 472. & *dec.* 83. *n.* 14. *par.* 8. *in recent.* ubi allegantur aliæ decisiones, & apud Amatum Dunozet. *dec.* 514. *n.* 14. *tom. primo*, Garz. *par.* 6. *c.* 4. *n.* 36. sic cum fuit narrata possessio, & non fuerit probata, vel falso suggesta, amittitur privilegium executivum, & agendum via ordinaria, & ad nihil deservit gratiosa subrogatio, juxta doctrinam Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *n.* 65. & 66. ubi allegat Rotæ decisiones; sed de subrogatione ad possessionem, & ad litem infra fusius, & forsan clarius.

66 Sic si unus ex collitigantibus fuerit subrogatus ad jus collitigantis mortui, qui non possidebat, sed ante ejus obitum possidebat alter provisus ab Ordinario, vel alio, qui habebat potestatem necessariam, certe subrogato non debetur immissio, quia fuit subrogatus in locum collitigantis non possidentis; licet secus sit cum provisus ab Ordinario ceperit possessionem post obitum alterius ex collitigantibus, quia tunc subrogato non poterit denegari immissio, eo quia Beneficium erat litigiosum, & jam affectum, nisi tamen Ordinarius habuisset indultum conferendi litigiosa, Amayden §. 2. *numer.* 56. *vers. superest.* & *num.* 57.

67 Dubium vero potest esse, quando defunctus, in cujus locum datur subrogatio, fuit spoliatus possessione, & sic non possidebat naturaliter tempore mortis, an tunc subrogato competat immissio? discussio hujus dubii fuit facta per Rotam *in Burgen. Canonicatus* 30. *Martii* 1607. coram sa. me Greg. XV. prout est videre in ejus *decis.* 307. in qua fuit dictum, & resolutum, quod cum defunctus non habuerit se pro spoliato, & consequenter ei competebat manutentio in possessione, non possit tunc retardari immissio subrogato, & e contra cessat immissio subrogato gratiose, quando defuncto non competebat manutentio, ut ibi fusius est videre; cum qua doctrina videntur omnes transire, & commune axioma deducunt, quod quotiescunque competebat defuncto, in cujus locum fit subrogatio, manutentio subrogato debetur immissio, Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *numero* 47. & 48. Amayden *dict. cap.* 24. §. 2. *numero* 58. quod non adversari dicit, adjunxit Amayden doctrinæ, quam antea *num.* 43. tradiderat, nempe subrogato gratiose debitam esse immissionem defuncti etiam si fuerit vitiosa, quia aliud esse dicit, quod sit vitiosa immissio defuncti, & aliud quod sit vitiosa possessio defuncti, & hinc, subjungit Amayden subrogatus in locum civiliter possidentis potest petere naturalem quemadmodum ipse decedens petere potuisset, citat Azgell. *de acquirend. possess. quæst.* 18. *ar.* 2. *numer.* 99. & 102. quod verum esse dicit, sive possessio reperiatur ab alio occupata, sive non, citat Rotam *in Toletana Paroch.* 24. *Junii* 1604. coram Sacrato; quod neque repugnare tradit conclusioni per eum firmatæ §. *primo* nempe subrogationem gratiosam non operari quando medio tempore est capta possessio, juxta decretum in causa *Ulixbonen. benef.* 26. *Junii* 1623. coram Ubaldo: quia illam interpretandam esse docet quoad continuationem possessionis sine apprehensione, non autem quoad immissionem cum apprehensione, juxta terminos decisionis *Foroliven. benef.* 10. *Martii* 1633. coram eodem Ubaldo. Hæc est doctrina hujus Doctoris, qui ante *num.* 57. firmaverat, quod non est verum, quod possessio naturalis ab alio occupata impediat effectum gratiosæ subrogationis. Quare breviter dicendum est secundum Docto-
68 res nuper citatos, & decisionem Rotæ apud Ludovis. quod ad subrogationem gratiosam requiritur sane possessio defuncti tempore obitus, sed non exigitur ut sit naturalis; sed satis est si fuerit civilis, animo tamen retenta, non dimissa, habendo se pro spoliato, & semper & in omni casu, quo defuncto competere potuerit remedium retinendæ, seu manutentionis, subrogatus petere juste poterit remedium adipiscendæ seu immissionis in naturalem possessionem; nec tunc naturalis possessio ab alio occupata inficere aliquid poterit, & immissionem subrogato, nisi tamen habuerit se pro spoliato, vel alias animo dimiserit possessionem mentalem, sive expresse, sive tacite, quia passus fuerit sententiam: vel cum is scit alium ingressum esse possessionem, nec possessionem recuperare non curavit, sive de facto sive adeundo Judicem pro manutentione: quia tunc præsumitur civilem quoque dimisisse, non poterit petere immissionem, juxta notata per Amayden *dict.* §. 2. *a numero* 44. *cum seq.* ubi allegat Rotæ decisiones. Post scripta vidi *decisionem* 514. apud Amatum Dunozet. *tomo primo*, in qua *num.* 17. dictum fuit, quod gratiose subrogatus ad actionem, & prosecutionem spolii commissi in personam antecessoris non tenetur justificare gratiam, sed ei sufficiet probare spolium, quamvis is in cujus locum fuit subrogatus non decesserit in possessione.

Notes tamen, quod si quis fuerit subrogatus ad jus, & possessionem duorum poterit capere jus ab uno, & possessionem ab altero, Rota *par.* 8. *recent. decis.* 83. *num.* 21. Rota *in dict. Leodien. benef.* coram Peutingerio, 23. *Martii* 1648. *n.* 5. *vers. Petri vero possessio*, 167. *par.* 10. *recent.* & apud Duran. *decis.* 391. & 633. apud Post. *post tract. de manuten.* apud Eminentissimum Othob. *decis.* 230. *num.* 5. & *decis.* 122. *num.* 14. ubi allegantur etiam aliæ Rotæ decisiones, & *decis.* 140 *num.* 20. apud Duran. *decis.* 204. *nu.* 5. & *part.* 14. *recent. dec.* 403. & sufficitur ut unius probet possessionem, Rota apud Duran. *decis.* 390. *n.* 2. & adsunt decisiones penes Amatum Dunozet. 552. *n.* 18. 395. *n.* 10. & 514. *num.* 16. & 19. in quibus late agitur de hac re, quando scilicet petit possessionem ex uno, & jus ex altero capit subrogatus. 69

Probatur tamen defunctum obiisse in possessione, quando probatur ejus possessio antecedens, quia semel capta præsumitur continuata usque ad obitum, seu dimissionem Beneficii, donec contrarium doceatur; hoc enim admittunt omnes, præsertim Rota apud Ludovis. *decis.* 166. *num.* 9. & 307. *num.* 2. ubi etiam 321. *part.* 1. *recent.* & 45. & 152. apud Rub. *tom.* 2. apud Eminentissimum Othob. *dec.* 140. *num.* 16. & 17. & 44. *p.* 8. *recent.* & *in dict. decis. Leodien. Benef.* coram Peutingerio 167. *part.* 10. *recent. num.* 4. & apud Amatum Dunozet. *dec.* 352. *num.* 16 & 17. & 495. *num.* 4. & 107. *nu.* 8. *part.* 10. & 208. *num.* 4. *part.* 11. & 217. *nu.* 12. *part.* 12. *recent.* Item probatur ex testibus de publica voce & fama, quam uti sufficientem in hac materia admittit Rota *dec.* 252. *in fine*, & 509. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* apud Burat. *decis.* 407. *num.* 6. apud Eminentissimum Othob. *decis.* 140. *num.* 15. Item etiam optime probatur ex confessione alterius partis venientis ex eadem vacatione, ut late diximus alibi, & in puncto Caval. *decis.* 502. Ferentil. ad Burat. *decis.* 300. *num.* 13. ubi aliæ allegantur, Rota apud Post. *post tract. de manuten.* 585. *num.* 6. & *dict. decis.* 167. *num.* 3. Tood. *part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 37. & *part.* 3. *cap.* 163. *num.* 3. Salgadus *de Regia potest. part.* 3. *cap.* 9. *num* 166. 70

Quæ vero lis requiratur, cum petitur subrogatio ratione litis, sive a collitigante, sive a tertio extra litem in locum tamen collitigantis, omnes quasi videntur concludere, quod non omnis lis sufficiat, sed requiritur ut sit super titulo, & faciat Beneficium litigiosum, Franc. *in cap.* 2. *n.* 2. *ut lite pend. nu.* 72. Bonifacius de Vitali *in clem.* 2. *ut lite pend. nu.* 72. Rebuf. *in reg. de subrogandis glos. ultima super* 71
reg. de subrogande quæst. ultima, & latissime fuit dictum 72
in Casalen. Canonicatus 22. *Octobr.* 1607. coram san. mem. Greg. XV. *ut in decis.* 335. *in principio* & 35. attamen magna est difficultas in hujus rei explicatione, & valde controvertunt Doctores, an requiratur præcedens collatio, ut petatur Beneficium tanquam suum, an vero sufficiat, ut peti possit tanquam sibi debitum, ita ut obtineri possit subrogatio etiam cum non est facta collatio, sed mandatum de providendo obtentum fuit, vel agitur ad privationem. Equidem Innocentius insignis Canonista, & omnium magister in *cap. cum Marcus de constitut. numer.* 9. *in fine*, ita 73
scriptum reliquit: Ideo generaliter dicemus, quod quandocunque quis dicit aliquam rem sibi deberi, sive corporalem sive incorporalem, ut jus præbendæ, vel præbendam, semper ille, a quo petitur illam alienare, potest sine præjudicio litigiosi: & idem est si petatur confirmatio electionis; secus est autem si quis dicat rem esse suam & de

domi-

dominio, vel quasi dominio ejus agit; ut si quis agat quasi confessoria ad aliquam rem, vel præbendam, quam alias tenet in qua dicit se jus habere, & suam esse, & ideo sibi deberi, nam bene dicimus, quod si ille a quo petitur eam alienat, quod incidit in vitium litigiosi. Hæc Innocen-
74 tius, Baldus *in auth. litigiosa C. de litigiosis n.* 1. quærit qualiter in Beneficiis Ecclesiasticis contrahatur vitium litigiosi, & quod dicatur Beneficium litigiosum; & respondit ita Innocentius, quod non id quod petitur conferri, sed id quo collato sit quæstio ad quem pertineat, quia quando Beneficium petitur conferri, imploratur quodammodo officium Judicis, quod est quodammodo actio personalis, & in personalibus non contrahitur vitium litigiosi; ita debet intelligi Innocentius *in cap. cum Marcus extra de consit*. Hæc Baldus.

Glossa *in cap.* 2. *ut lite pend. in* 6. explicando illum textum in verbo *possident*, & in verbo *finita* clare sentit, quod ut dicatur Beneficium litigiosum, requiritur quod collatio præcesserit, & petatur Beneficium tanquam suum, & lis sit realis super Beneficio; non vero cum intentatur actio personalis, quæ morte finitur, & lis tunc extinguitur;
75 nam in verbo *possident* dicit, quod ille textus *in cap.* 2. differt a superiori, nempe *a capite primo*, quia *in capite primo* lis erat super electione, nedum Beneficium erat adeptum; illo vero *cap.* 2. erat Beneficium adeptum, & in verbo *finita* dicit, quod si apparuerit illos, nempe litigantes jus habere, nulla fiet electio, alias fiet electio, vel præsentatio post sententiam, cum illi, qui contra illos cedentes, vel decedentes litigabant, ex eo litigabant, quia dicebant illas Dignitates, vel Beneficia ad se spectare, alias nulla fieri haberet dilatio. Pone etiam quod Clericus contra Clericum agit petens ipsum ab Ecclesia removeri, qui criminatus, vel concubinarius moritur, Clericus accusatus lite pendente cedit, vel decedit, nunquid per hoc impediantur illi, ad quos electio, vel præsentatio pertinet, eligere, vel præsentare? Dic, quod quia statim illo cedente, vel decedente finita est, & sic non habet locum hæc Decretalis, quæ dicit expectandum finem litis cum superstite, & crimina extinguuntur morte, 23. *dist. quorundam*, com suis concordantibus: sic autem petitur illum ab Ecclesia removeri, & illam sibi assignari, quia dicit ad se spectare; tunc locum habet Decretalis ad hoc supra de Rescriptis olim hæc glossa, quam sequuntur multi, præsertim ibidem Francus *n.* 6. *vers. sed si*, Capell. Tolos. *decis.* 431. Put. *decis.* 496. *lib.* 2. Staphil. *de Litteris justitiæ §. subrogatus* 216. Sarnensis *quæst.* 7. *de subrogandis*.

76 Quod tamen Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *n.* 81. temperat, nisi agatur principaliter ad canonizationem gratiæ, & incidenter deducitur delictum; nam tunc esse causam beneficialem, & Beneficium litigiosum, *& num.* 83. requirit Garz. quod tunc etiam petatur Beneficium adjudicari, & sit tanquam sibi debitum, alias Beneficium non efficitur litigiosum, etsi quis ipso jure esset privatus; ad quod allegat ibi multas Rotæ decisiones.

77 Rota *in Acheruntina Archipresbyteratus* 30. *Martii* 1607. coram san. mem. Gregor. XV. *n.* 6. omissis aliis decisionibus antiquioribus tenuit, quod ut Beneficium dicatur litigiosum peti debet tanquam suum, non tanquam sibi debitum; & sit collatum, non conferendum; quia quando petitur conferri, imploratur quoddammodo officium Judicis, quod sapit actionem personalem, ex qua non contrahitur vitium litigiosi: & citat ibi additionem ad Rotam *decis.* 3. *ut lite pend.* in novis, & fuisse dictum *in Casalen. Præpositura* 9. *Junii* 1597. sic etiam *in Casalen. Canonicatus* 22. *Octobris* 1607. coram eodem Ludovis. *n.* 10. dicitur, quod, ut Beneficium dicatur litigiosum, requiritur, ut præcedente collatione petatur possessionem tradi; *& num.* 11. dicitur tunc dici Beneficium litigiosum, quando petitur præbenda tanquam propria, quæ fuit sibi collata, ut ibi est videre; & sic etiam tenuit Gonzalez *ad reg. Cancellariæ in proœmio §.* 2. *n.* 68. ubi multos Doctores citat, & Rotæ decisiones.

78 Oliverius Belt. *in additione ad dictam* Ludovis. *decis.* 305. ita locutus fuit: Hanc doctrinam Bald. *d. auth. litigiosa C. de litig.* de qua late per Garz. §. 2. *proœmii n.* 680. sæpe Rota fuit secuta, & præsertim novissime *in Romana Capellaniæ* 3. *Aprilis* 1620. coram R. P. D. Coccino Decano, *& in Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1621. coram R. P. D. Ubaldo, in quibus decisionibus fuit late resolutum, Beneficium non esse litigiosum, quando Gratia Apostolica est expedita non *in forma gratiosa*, sed per viam mandati de providendo, ex eo quia non dicitur facta collatio, sed Beneficium petitur, ut debitum; & ibi ponderatur, quod hujusmodi mandata de providendo solum dant facultatem implorandi Judicis officium, quod videtur quædam actio personalis, in qua non contrahitur vitium litigiosi. Ego in utraque causa partes contrarias defendebam, & præcipue movebar ex glossa *in capite secundo*, *in verbo*, *finita*, *ut lite pend. in* 6. ubi dicitur, quod si quis petit alium privari, & sibi conferri Beneficium, eo ipso censetur litigiosum, quam glos. communiter Doctores sequuntur, & Rota etiam in dictis decisionibus ab ea non recedit: sed respondet, dictam glossam loqui, quando præcedit titulus tribuens jus in re, scilicet collatio, seu provisio *in forma gratiosa*: quæ responsio agitur ad privationem; nunquam autem dantur provisiones *in forma gratiosa*, quando quis venit privandus, & per viam mandati de providendo directe Executori, qui cognoscit an sit locus privationi, & successive confert: & in specie, quod quando Beneficium petitur etiam uti debitum, sit litigiosum, dixit Rota *in Gerunden. benef.* 8. *Junii* 1612. coram R. P. D. Penia, & est optima decisio Putei 485. *l.* 2. late Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 75. *usque ad* 84. ubi agit plene de hac materia: & hinc etiam videmus, quod lis inter præsentatos facit Beneficium litigiosum, Seraph. *decis.* 990. Rota *decis.* 306. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* & ideo præsentato superstiti vigore regulæ de subrogando est debita subrogatio, uti de litigioso, Sarnen. *reg. de Subrog. quæst.* 13. prout etiam lis inter electos facit Beneficium litigiosum, ut est textus expressus *in cap* 1. *&* 2. *ut lit. pend.* & nihilominus neque præsentati, neque electi ante institutionem, & confirmationem dicuntur habere titulum aliquem in re, & petunt Beneficium uti debitum, non uti collatum, cum præsentatio, & electio solum tribuant jus ad rem, Rota *decis.* 8. *numer.* 2. *de jurepatronatus in nov.* Sarnen. *decis.* 1446. *numero* 1. & ad doctrinam Baldi, quæ fuit originaliter Innocentii, respondebatur illum proprie loqui de Litteris commendatitiis, seu etiam monitorialibus, quæ antiquitus solebant per Papam concedi directe collatoribus, etiam antequam vacarent Beneficia, quarum vigore non competebat, nisi quædam imploratio officii Judicis; de quibus Litteris habetur per Rotam *decis.* 636. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *part.* 1. *in recent.* vel etiam quando agitur de mandato de providendo ad Beneficium incertum vacaturum, prout videtur sensisse Rot. *in Burgen. Canonicatus* coram Cardinali Pamphilio, impressa penes Marches. *de com. tom.* 1. *fol.* 142. quando vero versamur in mandato de providendo de certo Beneficio, Gratia in substantia censetur perfecta, & solum executio est directa, Garz. *de benef. part.* 2. *cap* 1. *num.* 130. *& seq.* Rota *decis.* 711. *sub num.* 2. *vers. nam quicquid* 1. *part. recent.* & plene Rota *in Burgen Canonicatus* coram Cardinali Pamphilio, impressa penes Marches. *de com. part.* 2. *fol.* 142. ubi dicitur, quod stante gratia *in forma dignum* Beneficium habetur pro collato, cum paria sint, quod alicui Beneficium sit collatum, vel quod illi debeatur, si in rei veritate est habilis: dicta enim Gratia continet condicionem de præterito, & non impedit acquisitionem juris, sed solum suspensio est circa executionem: & propterea ibi dicitur non posse Beneficium interim alteri conferri. Ad contraria autem respondet procedere in mandato de providendo ad Beneficium incertum vacaturum, & quidem Innoc. *in cap. cum M. sub nu.* 9. *de const.* in quo Beneficium non obstante mandato de providendo poterat alteri conferri ex eo, uti se fundat Bald. *in auth. litigiosa*, quia Beneficium non erat effectum litigiosum, quæ qualitas litigiosi impedit alienationem in tertium, *toto tit. de litigiosis*. Cum igitur simus certi, quod stante mandato de providendo ad Beneficium certum interim non potest alteri conferri, ut Rota late tenuit *in d. Burgen.* coram Cardinali Pamphilio; ideo dicendum est, quod Innoc. non loquitur in hujusmodi casu, sed in Litteris commendatitiis, seu in mandatis de providendo ad Beneficium incertum, neque Glos. *in d. cap.* 2. *verbo finita*, *lite pend. in* 6. dum facit distinctionem inter casum in quo petitur sola privatio, & inter casum in quo ulterius ultra privationem petit sibi Beneficium adjudicari, unquam cogitavit facere differentiam inter adjudicationem per viam præcedentis collationis, sive per viam mandati de providendo, sed utrumque habuit affectum pro eodem; & ideo DD. qui illam ibi communiter sequuntur, indistincte loquuntur de provisione, & solum considerant una cum Glossa, quod Actor non stat in puris terminis privationis, sed ulterius petat sibi provideri de Beneficio quocunque titulo id petat, prout inter alios Franc. *in d. cap.* 2. *num.* 6. *vers. sed si petitur*, Prob.

apud

sum. Vis igitur in hac disputatione stat in titulo, qui resultat ex ea provisione contenta in sententia, qua sit data hæc forma ex rescripto sive a jure, ut in Auditoribus Rotæ ex clem. *Auditor de rescrip.* & hoc idem eodem modo insinuat Mandos. *d. §. impetrationes ad fin. eodem vers. in impetrationibus*, ibi: Per sententiam enim Beneficio providetur: ex quibus liquet istud primum fundamentum Beltram. constitutum super doctrina glossæ, & super aliis auctoritatibus per eum allegatis, non adeo urgere, ut sit flectendum à Rotæ Sententia.

Secundum igitur est, quod videtur tali argumentatione confici lis inter præsentatos facit Beneficium litigiosum, ut
87 supra ostendimus, & tamen præsentati non petunt Beneficium tanquam suum, sed tanquam sibi debitum, cum præsentato non quæratur jus in re, sed ad rem tantum, Sarnen. *ad reg. de infir. q.* 17. *n.* 6. Rota *in novis. decis.* 8. *n.* 2. *de jurepatr.* Seraph. *decis.* 446. *n.* 1. relati per ipsum, & alibi explicavimus.

88 Et hæc sane argumentatio videtur primo aspectu valde urgere, quæ tamen facile diluitur; nam quod Beneficium efficiatur litigiosum non est qualitas juris, quod habeat actor, sed qualitas est actionis, quæ ei competit, idest, an sit personalis, vel realis, & rursus si realis sit, an sit intenta in rem ipsam, vel potius resolvatur in simplicem hypothecariam, ut si personalis sit nullo modo efficiat rem litigiosam, si realis & hypothecaria solam possessionem litigiosam constituat; si vero in rem ipsam, eam ipsam rem litigiosam reddat: & hæc est doctrina, in qua tandem residet Bald. qui eam ait esse veram, *in l.* 2. *n.* 3. *C. eodem tit. de litigiosis*.

89 Itaque licet electus agens pro confirmatione, & præsentatus instans pro institutione non habeat adhuc jus in re perfecte quæsitum, sed tantum jus ad rem, nihilominus dum jus istud suum ad rem prosequitur dirigit actionem non in personam, & qualem dumtaxat is dirigit, qui habet nudum mandatum de providendo, sed eam dirigit in rem, ut res ipsa id est Beneficium sibi tradatur: unde efformatur lis super ipso titulo, & quasi dominio, ut optime explicat Seraph. *dec.* 990. *n.* 3.

90 Hincque arbitror, doctrinam Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. sub num.* 9. *v. & generaliter dicimus, de const.* non fuisse ab his satis perpensam, qui existimarunt eam fuisse correctam per text. *in d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend.* quod voluit idem Belt. loco præcitato, *vers. tandem dicebam*. Ait autem Innoc. Si quis dixit rem ipsam sibi deberi ab aliquo, sive corporalis sit, sive sit præbenda, inde non contrahi vitium litigiosi, quominus ille a quo petitur possit alienare, idemque servari, si petatur confirmatio electionis.) Quod non est contrarium dispositis in *d. cap.* 1. *&* 2. nam loquitur Innoc. de petente præbendam tanquam sibi debitam ab eo qui conferre habet, vel de petente confirmationem ab eo qui habet confirmare; & sic non loquitur Innoc. in casu petitæ collationis, vel confirmationis in discordia competitoris, vel coelecti, sed in simplici actione intenta contra eum, qui tenetur conferre, vel confirmare; meritoque hoc casu Beneficium non efficitur litigiosum, quia is a quo petitur secundum intentionem actoris non tenetur nisi ad factum, & propterea est mera actio personalis, §. *omnium autem inst. de act.* at ubi actio intenditur contra competitorem, vel coelectum non negat, imo vult Innoc. contra litigiosum, ut in *vers. secus est autem*, ubi ad hunc effectum parificat hos duos casus, sive quis proponat rem suam esse, sive dicat sibi in ea jus esse; ac propterea sibi deberi, ibi: Ut si quis agat confessoria ad aliquam rem, vel præbendam, quam alius tenet, in qua dicit se jus habere, & suam esse, & ideo sibi deberi.

91 Et propterea nullus ex allegatis per Beltr. dicit, dictam doctrinam fuisse correctam per *d. cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. sed bene Decretales istas emanasse ad declarationem eorum, quæ traduntur in materia litigiosi, non solum per Innoc. sed per Compostel. & alios, tam *in d. cap. cum M. Ferrarien.* quam alibi, & ita loquitur glossa *in d. cap.* 1. Nec. Jo. Andr. *in d. cap. cum M. sub num.* 23. *v. super hoc de const.* aliud dicit, quam super hoc articulo litigiosi hodie extare dictas duas Decretales, neque aliter loquitur Jo. de Imola ibidem *sub n.* 36, qui sunt DD. citati per Beltram.

92 Et propterea Bald. acutissime observavit Innoc. dum negat contractum fuisse vitium litigiosi id non constituisse ex alio, quam quia foret intentata actio personalis, subinferens *in præcit. auth. litigiosa, sub eodem num.* 2. hæc formalia verba: Ita debet intelligi Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. extra de const. ad finem*, & nota extra ejus dictum factus est casus *in cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. & hoc est, nec esse scire in Palatio Apostolico) ex quibus sane verbis confirmatur intellectus superius positus ad doctrinam Innoc. simulque educitur Bald. id vere sensisse ultra doctrinam prædictam hodie nos habere dispositionem Decretalis Bonifacii non eversoriæ, sed potius confirmatoriæ doctrinæ ipsius Innocentii.

Neque hic intellectus confunditur ea eo, quod idem Beltr. 93
loco superius allegato ad medium vers. & ad doctrinam Bal. supponit, videlicet Bald. & Innoc. loqui de Literis commendatariis, seu monitorialibus, quæ olim per Pontificem dirigebantur collatoribus præveniendo vacationes; vel de Literis datis ad providendum de Beneficio incerto, per quas jus minime cuiquam quæritur, sed tantum competit imploratio officii Judicis: esto enim quod ex Literis nullum jus competat, sed simplex imploratio officii Judicis; tamen hinc non tollitur quin & ista consideratio sit prorsus divinativa simulque minus concludens ad punctum; cum etiam si habeat quis Literas mandati de providendo ad certum Beneficium vacans, nihil aliud possit apud Executorem prætendere, quam ut is mandatum illud exequatur, & sic conferat, & in consequens dicat, vel faciat; quod certe nil est aliud quam actionem in personam intendere, ut præallegato §. *omnium autem inst. de actionibus*; & propterea eo mortuo, quamvis Ordinarius non possit conferre, tamen id non provenit ex impedimento litis, sed vi reservationis, seu affectionis ex appositione manus Papæ, Vitalin. *in clem.* 1. *n.* 49 *ut lite pend.*

Stet ergo conclusio, non omnem litem sufficere, ut sit 94
locus, vel dictis duabus Decretalibus Bonifacii, vel regulæ de subrogandis, sed exigi litem super titulo, & quidem principaliter, non incidenter: quapropter dum movetur quæstio super executione Literarum in interdicto *adipiscendæ*, etiamsi incidenter queratur de titulo, ea tamen non sufficit pro obtinenda subrogatione, ut latissime deducitur in præallegata Gregor. *decis.* 335. *n.* 8.

Et ideo Bonifacius voluit excludi litem super executione mandati de providendo, neque tamen excludi litem inter plures electos, vel præsentatos, cum actio hoc casu in rem ipsam id est Beneficium feratur; & quæstio super efficacia electionis, vel præsentationis veluti ex necessaria suppositione verius incidat, quam principalis intendatur, ut recte Seraph. *in præalleg. decis.* 99. *n.* 3.

Quod si concesso mandato de immittendo pro execu- 96
tione Literarum reus appellet, & obtineat committi causam cum clausula, *Una cum omnibus, & singulis incidentibus, &c. ac quam, & quas. &c.* dicetur per hujusmodi commissionem lis etiam introducta super proprietate, eritque tunc locus regulæ, Rota *in recent. decis.* 342. *n.* 2. *part.* 1. ea enim est vis clausulæ prædictæ, ut negotium principale devolvat, cum certum sit illud esse de incidentibus in articulo cujusvis gravaminis, Ægid. *decis.* 618. *ad fin. vers. & maxime* Cassad. *decis.* 9. *n.* 13 *de caus. possess. & prop.* Mandos. *ad ipsam regulam*, *q.* 17. *n.* 7. & censuit Rota *in Barchinonen. Parochialis de Mataro* 20. *Junii* 1611. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & *in Tuden. Parochialis* 26. *Jan.* 1619. coram Illustrissimo Cardinali Verospio. Hæc Lotterius.

Theodorus Amayden *c.* 24. §. 2. *q.* 21. excitat ipse quoque hanc quæstionem, & ita discurrit.

Quæ lis requiratur ad effectum subrogationis.

Magnam habet hæc quæstio difficultatem, utpote quod 97
Rota in hac conclusione sæpius mutaverit sententiam; nam subrogationi locum non esse, nisi ex lite, quæ sit super titulo, & quæ faciat non solum personam, sed & titulum litigiosum, firma videtur semper fuisse opinio apud Rotam antiquam, Put. *decis.* 108. *lib.* 3. Ludovis. *decis.* 335. *per tot. & decis.* 342. *part.* 1. *recent.* & plures alios cumulat Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 6. *n.* 8. personam autem non Beneficium esse litigiosum censebat, quando impetratio fuit facta per privationem, & Literæ expeditæ in forma rigorosa, notat Beltram. *ad decis.* Ludovis. 305. *numero* 8. *& seq.* fundatus in doctrinam Innoc. *in cap. cum M. Ferrariensis de const.* dicentis eo casu nullam adesse litem, quæ impediat collationem Ordinarii; aliud enim est habere provisionem, vigore cujus quis petat Beneficium sibi adjudicari uti suum, & aliud est habere mandatum de providendo, vigore cujus petitur adjudicari Beneficium tanquam sibi debitum: cui distinctioni respondet Belt. ubi supra, illam non esse semper receptam, imo effici litigiosum Beneficium, quod petitur tanquam sibi debitum, juribus ibi allegatis, & subdit doctrinam Innoc. *in capit. cum M.*

Fer-

Ferrarien. fuisse correctam per *capit.* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6.

98 Hæc responsio Belt. videtur satis bona, sed tamen aliqualiter interpretanda, quod *cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. statuant Beneficia esse litigiosa ea lite inter coelectos, & compræsentatos, quia tamen non habent provisionem, ut possint petere Beneficium tanquam suum, sed tantum ex electione, vel præsentatione, quæ solummodo tribuunt jus ad rem, & quidem longe debilius, quam mandatum de providendo: & hoc quidem bene: sed quod doctrina Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien.* corrigatur per *d. cap.* 1. *&* 2. non equidem admitto, etiamsi gloss. & DD. & ipsa Rota, ut infra *numer.* 37. ita sentiant; nam doctrina Innoc. loquitur de Litteris ad Beneficia vacantia, hoc est ad Beneficia impetrata certo modo, super quibus requiritur declaratio Judicis, quod idem dicit regula nostra de subrogandis, fundata procul dubio in doctrina Innoc. *cap. vero* 1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. loquitur in diversis terminis nempe præsentationis, & electionis, de quibus dubitabat, utrum redderent Beneficium litigiosum: Impetratio vero certo modo nullum tribuit jus impetranti, nisi causa impetrandi justificata lite impediat collationem aliorum, ut mox patebit; ergo ut sustineamus doctrinam Inn. non est opus, quod confugiamus ad correctionem. Nec dicatur imo impetrationem certo modo esse de vacanti non de vacaturo, cum ideo fiat impetratio, quia Beneficium ob tale, vel tale delictum perpetratum vacat; nam respondetur dupliciter posse considerari vacationem, de jure nempe, & de facto, ut pluribus distinguit Garz. *part.* 11. *cap.* 1. *numero* 2. unde licet per homicidium exempli gratia de jure vacet Beneficium, non tamen semper vacat de facto, quia Clericus homicida insistit possessioni, ex qua non expellitur, nisi per sententiam, & respectu hujus Justitiæ Innoc. intelleait de vacaturo: hinc patet non esse attendendam doctrinam Bald. *in auth. litigiosi*, quia fundatur in doctrina Innoc. quæ vel fuit correcta, ut vult Oliver. vel ut ego existimo, non probe a Baldo intellecta.

99 Quod autem attinet ad alteram partem doctrinæ Olivea. subrogationem nempe deberi tam ex mandato de providendo, quam ex provisione, veritatem etiam continet; attamen indiget quoque interpretatione, nam distinguendum juxta naturam, & modum impetrandi: quia si impetratio fit ad privationem, non est dubium, ut bene notat Oliver. quod Litteræ non expediuntur in forma Gratiosa, sed commissaria, & hoc casu subrogationi locus non est: non quidem quia Litteræ sunt in forma commissaria, sed quia impetratio est facta certo modo in regula nostra excepta, nisi haberet pro se impetrans sententiam, ut diximus supra §. 1. quando vero impetratio non est facta certo modo, sed ex obitu, seu resignatione, & impetrans non exhibet Litteras approbationis, tunc Litteræ similiter expediuntur in forma commissaria; & tamen nemo dicet ex hujusmodi mandato non competere subrogationem, quia forma commissaria non datur ex natura impetrationis, sed quia non fuit exhibita approbatio, & quoad Papam supplicatio illa potuit expediri tam in forma Gratiosa, quam commissaria.

100 Hinc patet, quid sibi velit Rebuff. *in prax. tit. de Subrog. quæst.* 1. *num.* 3. ubi dicit, quod in subrogatione non sufficit, quod sit litigiosa persona, sed requiritur, quod sit litigiosum Beneficium: quod dictum debet intelligi, ut non sufficiat ad subrogationem, quod quis verbi gratia sit accusatus de homicidio, nisi etiam sit impetratum Beneficium; unde explodenda est distinctio illa de impetratione, qua peto Beneficium tanquam meum, & de impetratione, qua peto Beneficium tanquam mihi debitum; nam licet prior modus videatur respicere provisionem, secundus vero mandatum de providendo; nihilominus si mandatum de providendo fuerit justificatum, habet vim provisionis, quo casu dicti termini in idem incidunt, Cæsar de Grass. *decis.* 13. n. 4. *de prob.* & propterea eum defectu legenda est *decis. in causa Florentina Parochialis de Vecchiettis* 29. *Jan.* 1629. coram Cardinali Virili, quia licet vera sit conclusio illius decisionis, plura tamen in ea assumpta, & admissa non subsistunt, ut ea illius lectura.

101 Fuerunt concordes Domini, quod Laurentio sit danda subrogatio, licet enim pro obtinenda subrogatione requiratur lis super titulo Beneficii, & propterea necesse sit, quod præcesserit collatio, & quod petens Beneficium petat illud tanquam suum, non ut sibi debitum, Innoc. *in cap. cum M. Ferrarien. n.* 9. *de const. Compostell. n.* 21. Jo. Andr. *n.* 23. Bald. *in Auth. litigiosa, num.* 1. *C. de litigios.* Gregor. *decis.* 305. *in fine*, & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1621. coram bon. mem. Ubald. & *in Illerden. Preceptoria* 5. *Martii &* 21. *Maii* 1627. coram Patriarcha Manzanedo, nam alias quando petitur Beneficium conferri uti debitum, non uti suum, quia non præcessit collatio, imploratur quodammodo officium Judicis, & sic actio personalis, ex qua non contrahitur vitium litigiosi, Innoc. ubi supra, Gregor. *d. decis.* 305. & fuit dictum in supra dictis decisionibus, & in eadem *Illerden.* 7. *Febr.* 1628. coram R.P.D. Dunozet. tamen ubi agitur de electione, quia Innoc. *loco alleg.* dicit, quod sicuti quando quis petit præbendam tanquam debitam, non contrahitur vitium litigiosi, idem est si petatur confirmatio electionis; & idem Innoc. est sibi ipsi contrarius in *cap. ex parte num.* 6. *de arbitris*, ubi dicit, quod quando pendet lis super prima electione, non potest deveniri ad secundam, idem tenet Hostien. *in d. cap. ex parte n.* 11. & est tex. *in cap. consideravimus, & in cap. ad audientiam de electione*, ubi bene declarat Jo. Andr. *in d. cap. cum M. Ferrarien. num.* 23. propterea Bonifac. Papa VIII. ad declarationem eorum, quæ dixit Innoc. & Bald. *in d. auth. litigiosa*, fecit provisionem contrariam per *cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. ut advertit glos. ibi *in verbo dispendiis*: inquit enim extra dictum Inn. factus est locus in *cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. & subdit, quod hoc est necesse scire in Palatio; idem dicit Archid. *in d. cap.* 1. *super verbo litigantibus*, & fuit dictum in supradicta *Illerden.* coram R. P. D. meo Dunozet. Unde hodie in electione cessat disputatio Doctorum: nec est curandum, quod lis sit super titulo Beneficii, sed sufficit, quod lis sit super electione, etiam quod non præcesserit collatio: quia habemus peculiarem dispositionem Papæ *in d. cap. ut lite pend. in* 6. & fuit dictum in supradicta *Illerden.* coram Dunozet. dispositio autem *d. cap.* 1. *de electione* habet locum etiam in præsentatione, & quando est lis inter præsentatos, Calderin. *in d. cap.* 1. *ut lite pend.* Lap. *alleg.* 22. n. 3. Sarnen. *in reg. de subrog. quæst.* 13. & fuit dictum in supradicta *Illerden.* Quare cum in casu nostro versemur inter præsentatos, etiam si non esset secuta institutio, sufficit lis inter eos, ut superstiti collitiganti debeatur subrogatio per text. *in dict. cap.* 1. nam mortuo collitigante prohibetur deveniri ad novam electionem, & ad novam præsentationem, & hujusmodi lis suffragatur ad effectum debitæ subrogationis, Seraph. *decis.* 990. *numero* 3. *& seq.* Rota *decis.* 306. *numero* 1. *part.* 1. Sarnen. *in reg. de subrog. quæst.* 13. & fuit dictum *in Aprutina benef.* 11. *Martii* 1609. coram Cardinale Marquemontio, in qua lis erat inter præsentatos, & ulterius unus ex præsentatis obtinuerat institutionem, & commissa fuerat causa appellationis, non applicantur, quia text. *in cap.* 1. loquitur in electione, & sic in præsentatione, ut dictum est, non in optione, & lis in optione non facit Beneficium litigiosum, Rota *decis.* 604. *numero* 2. *part.* 4. *divers.* & fuit dictum in supradicta *Ilerden. Præceptoria* 21. *Martii* 1657. coram bonæ memoriæ Manzanedo. Et ita, utraque parte informante.

Dixi conclusionem in decisione firmatam veram esse, sed assumpta admittere difficultatem; verum enim est,
quod subrogatio competit ea lite tam supra electione, 102
quam supra præsentatione, sive præsentatorum alter obtinuerit institutionem, sive non: assumptum autem, quod regula sit subrogationem non dari, nisi habenti Litteras præterquam in casu electionis: quia ita disponitur *in cap.* 1. *&* 2. *ut lite pend.* non videtur verum; nam in dictis *cap.* 1. *&* 2. disponitur tantum in casu electionis nulla facta mentione præsentationis: & tamen dicuntur procedere etiam in præsentatione, quod non habetur ex textu, sed per extentionem Doctorum: ita similiter si dantur casus similes, debet fieri similis extensio; prout tunc in facto, dum hæc scriberem in una *Salernitana Parochial.* ad quam alias dum vacaret concurrerunt Paulus, & Antonius, qui ambo fuerunt ab Examinatoribus Synodalibus denunciati idonei, Episcopus prætulit Paulum, a cujus irrationabili judicio appellavit Antonius, eo quod Paulus esset extraneus, ipse vero originarius: ipse esset legum peritus, & Paulus destitueretur hac qualitate, ac in reliquis essent pares, causamque appellationis desuper introduxit in Rota, ubi citationem obtinuit, quam executam reproduxit: qua lite pendente indecisa ante triennium decessit Paulus, Ordinarius loci præfixit edicta, & habuit concursum, in quo magis idoneus denunciatus fuit Romulus, qui petebat dispensationem retinendi duo, quæ obtinebat; Antonius vero petebat subrogationem ad jus, & possessionem defuncti, docens de lite ex commissione,

& ei-

& citatione ejus vigore secuta. Huic causæ, cum ego pro Antonio essem Advocatus in Dataria, respondi dandam esse subrogationem Antonio stante litis pendentia, præsertim, cum ipse incontinenti doceret, quod lis quoad ipsum non esset calumniosa, & magnum ut supra ostendi date sumum irrationabilitatis judicii Episcopi, quod sufficit ad excludendam calumniam, quæ tamen in principio litis non præsumitur, sed sufficit litem quomodocunque introductam esse, Rota coram Gregor. XV. *dec.* 27. *n.*6. *& seqq.* & in allegata *Caputaquen. Abbatia* coram Dunozett. & ita rescriptum fuisse ab Interpretibus Concilii Tridentini testatur Scholiastes ad Constitutionem Pii V. super concursu, quæ est in Bullario novo *n.*33. Gonz. *glos.* 4. *nu.* 144.

103 Opponebantur duo. Primum, quod Antonius per integrum fere triennium nullam fecerit in causa diligentiam; ex quo inferebatur eum non habuisse animum litem prosequendi. Alterum, quod ipse non haberet Litteras, & proinde non posset petere Beneficium tanquam suum; & ideo ei non competere subrogationem.

104 Respondebam ad primum objectum sufficere introductionem, quando non fundatur in impetratione facta certo modo, ex allegatis decisionibus, & cum de jure non adstringeretur Antonius præfixo tempore ad litem prosequendam, non posse in eo allegati culpam, & animum ulterius non prosequendi gratis præsumi, quamvis ad hoc ostenderentur diligentiæ factę per Antonium, nempe productio processus de partibus, & multæ instantiæ per eum factæ; nam ut hoc obiter dixerim, magna est differentia inter litem, quæ sufficiat ad justificationem subrogationis obtentæ, & litem ad subrogationem obtinendam; nam Rota utitur suis, & juris conclusionibus. Datarius vero non tenetur eas sequi, cum tota subrogatio, ut supra ostendi, pendeat ex ejus arbitrio; & propterea si quis post introductionem causæ in Rota sileret per plures annos, & deinde moriente collitigante petat subrogationem, non videtur concedenda: quia apparet, quod potius obtinuerit commissionem, ut expectaretur tempus subrogationis, quam quod litem prosequeretur.

105 Ad secundum objectum dicebam, non requiri Litteras, neque necessarium esse, quod petatur Beneficium tanquam suum, sed sufficere illud petiisse tanquam sibi debitum, ut supra ostensum, præsertim quando, ut hic, impetratio non fit certo modo; imo nunquam magis petitur Beneficium, quam ex approbatione in concursu, ut notant verba Constitutionis Pii V. deferentis appellationem ab irrationabili judicio, ibi: Constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato Parochialis magis idoneo per eundem Judicem appellationis conferatur: ubi Papa vult conferri Parochialem magis idoneo, ut legitimo conflictu acquisitam, & proinde approbatus in concursu habet majus jus ad Parochialem, quam electus, aut præsentatus, qui nullo labore electionem, sive præsentationem assecuti sunt; approbatus vero in concursu non nisi justo conflictu approbationem obtinuit, quod latius ostendimus ubi de concursu sermonem habebimus.

106 Ex quibus Antonio collitiganti superstiti subrogationem deberi concludebam, præsertim cum non ageretur de Beneficio reservato, quo casu facilius solet concedere Dataria subrogationem collitiganti licet contra provisum Apostolicum.

107 Sed petebat Romulus approbatus in concursu, quod saltem ei daretur nova provisio cum dispensatione retinendi duo obtensa in pari Data cum subrogatione Antonii, ad effectum disputandi in Rota, an sit danda Antonio subrogatio, vel potius sit locus novo concursui: Cui petitioni acquievi, ita tamen ut ex supplicatione dispensationis ad plura deleatur clausula. Cum subrogatione quoad possessionem defuncti, & alias clausula litig. alias enim non posset discerni cui Papa voluisset conferre, cum uterque haberet provisionem cum subrogatione sub eadem Data, & juxta hunc discursum respondit Rota *in Dertusen. Parochialis* 1. *Junii* 1639. coram D. Peutingerio, ubi opponentibus Jacobo, & Josepho magis idoneo renunciato, Jacobus appellavit ad Sanctissimum, qua appellatione pendente Ordinarius contulit, & Rota resolvit possessionem esse attentatam, qua decisione obtenta, Datarius signavit subrogationem pro Jacobo.

108 Ex quibus liquet non requiri Litteras super titulo eo modo quo supra diximus, hoc intelligi, ut videlicet requirantur Litteræ præcedentes, sive provisio: sed sufficere, ut explicavimus, quod non sit solummodo litigiosa persona, sed ulterius etiam Beneficium, hoc est, quod petatur sibi Beneficium adjudicari, sive illius possessio, juxta *dec.* Seraph. 990. ubi quod subrogatio debetur etiam ex lite super possessorio ea ratione, quod possessorium Beneficiale non possit secerni a pertinentia tituli, & notat Beltram. *loco alleg.* & hoc evidentissime probatur per glos. *in c.* 2. *verbo possideat*, *ut lite pend. in* 6. ubi quod *c.* 2. differt a *c.* 1. in hoc, quod in casu *cap.* 1. nulla aderat possessio, ut in casu *c.*2. & sic neque Literæ, neque institutio.

109 Quæ tota disputatio referri debet ad quæstionem, utrum subrogatio sit danda, videlicet antequam subrogatio concedatur, non autem postquam concessa est; nam eo casu sufficit verificati eam litem, quæ fuit narrata, & expressa, & modum quo fuit expressa, Seraph. *d. dec.*990. *in fine*, & iden generaliter Rota cor. Gregor. XV. *dec.*27. firmat subrogationem gratiosam semper deberi.

110 Sed ut interpretemus conclusionem illam de lite inter patronos, an videlicet illa causet litem sufficientem ad subrogationem; respondendum est cum distinctione, videlicet quod quandocunque est lis super præcedenti præsentatione, & per consequens inter patronos, & præsentatos debetur subrogatio, & intrat dispositio *c.*1. *&* 2. *ut lite pend. in* 6. si vero nulla præcesserit præsentatio, ut contingere potest, quando lis oriatur super patronatu, ac Beneficio pleno pro futura vacatione, tunc intrat doctrina Innoc. *in c. cum M. Ferrar.* Nec dicatur hanc distinctionem esse nullam, eo quod quando nullus adest præsentatus, non potest dari subrogatio, cum non adsit subrogandus; nam respondetur *c.* 1. *&* 2. non disponere dandam esse subrogationem collitiganti, sed declarat Beneficium esse litigiosum; ex quo inferunt DD. juxta reg. Cancellariæ dandam esse subrogationem, quæ datur propter litem, licet textus Canonis de subrogatione non loquatur, sed venit ex dispositione regulæ; unde justa dispositionem *c.* 1. *&* 2. per quam tantum suspenditur, & prohibetur deveniri ad novum actum, sive ille sit electio, sive præsentatio, Papa poterit providere absque subrogatione attenta lite.

Et ista de hac quæstione sufficiant; reliquum est, ut aliam enucleamus quæstionem præmissam non minus difficilem, videlicet. Hæc ille.

111 Ex quibus clare patet, quod secundum opinionem hujus Doctoris detur subrogatio in locum habentis mandatum de providendo, & sufficere ad obtinendam subrogationem, ut petatur Beneficium tanquam sibi debitum, nec opus esse, ut petatur tanquam suum, quod expresse contrarium videtur sensisse Lotterius.

112 Sed pro Lotterio sunt multæ decisiones Rotę ultra decis. Lodov. 11. quæ vult scilicet, ut dicatur Beneficium litigiosum requiritur, ut præcesserit collatio ei cui fit subrogatio, & petitum fuerit Beneficium tanquam suum, non tamen dici litigiosum, sed petitur tanquam sibi conferendum, & semper intentatur actio personalis, quæ non poterit efficere litigiosum Beneficium, Rota *p.* 1. *rec.* 253. *n.*5. *& in causa Florentina Parochialis de Vecchiettis* 29. *Jan.* 1629. coram Virile, quam attulimus supra cum doctrina Amayden, *& in Pisan. benef.* 26. *Junii* 1629. coram Merlin. quam etiam affert Amayd. *q.*31. *n.*35. apud Rub. 167. *n.*4. 5. *&* 6. *p.*4. *tom.*2. *&* 163. *nu.* 4. 5. & hanc opinionem pluries secutam fuisse Rotam testatur Ferent. ad Burat. *dec.*927. *nu.* 18 *&* 19. & post Ferent. Rota apud Emin. Othob. *dec.* 140. *n.*9. ubi approbatur doctrina Inn. & Baldi *loco. cit.* & citantur ibi aliæ decisiones Rotę *in Messan. Archipresbyteratus* 29. *Aprilis* 1741. cor. Emin. Cerro, & optime *in Illerden. Præceptoria* 7. *Febr.* 1628. cor. Amato Dunoz. Decano, penes ipsum 45. & illam etiam affert Tond. *post tract. de pens.* 45. *& in Bambergen. præceptoria* 23. *Febr.* 1654. cor. Emin. Celso, penes ipsum, *& in rec. p.* 11. *dec.* 335. *n.* 1.

113 Et quamvis adsint in contrarium decisiones Rotæ, quas allegat Beltr. nempe *in Gerunden. benef. de anno* 1612. coram Pennia: tamen dicit Beltr. quod dictæ decisiones in hac parte fuerint rejectæ, & quod amplexa fuit decisio *in Pisana benef. de anno* 1629. coram Merlino, & expresse refutatur Beltr. *in d. Illerden. Præpositura*; ubi: Non est curandum, in qua enixe dicitur, quod ut dicatur lis super titulo, requiratur, ut præcedat collatio, & ut petatur uti suum, & non simpliciter uti debitum; in qua etiam decisione agitur ex professo an dari possit subrogatio, quando lis fuit introducta super privatione Beneficii ob delictum possidentis; & adhibetur distinctio quod aut negatur fœdus conjugii spiritualis, vel titulas, & lis est super titulo, & facit Beneficium litigiosum, si agatur de provisione, & præcesserit collatio, cum ad effectum litigiosi requiratur

præcedens collatio, juxta doctrinam Compostellæ *in dict. cap. cum Marcus num.* 21. & Inn. *num.* 9. quod late declaratur ibi; secus autem si agatur de electione: si tamen non negatur titulus, sed petitur adversarium amovendum propter crimen, & quia agitur principaliter de crimine lis non erit super titulo, nisi quis petat adversarium privari ob crimen, & Beneficium ad se spectare, quia tunc etiam dicitur Beneficium litigiosum, juxta glos. *in cap.* 2. *ut lite pend. in* 6. *verbo finita.*

Articulum hunc egregie enodat D. Ferentill. ad Butatt. *dec.* 927. ubi distinguit, & facit differentiam inter Benefi-
114 cia ad, quæ proceditur per electionem, seu præsentationem, & illa, ad quæ proceditur per provisionem, siquidem cum agitur de electione, & ut dicatur Beneficium litigiosum, non est opus, ut præcedat collatio, per textum *in c.* 1. *ut lite pend. in* 6. quem textum fuisse emanatum ad declarationem doctrinæ Innoc. non semel Rota dixit, ut *in dict. Florentina, Pisana, & Illerden.* & observavit Ferentill. *n.* 20. Sic si agitur de præsentatione, & lis est inter præsentatos super præsentatione, nam adhuc dicitur Beneficium litigiosum, ut *in d. c.* 1. ita ut præsentato superstiti debita sit subrogatio, ut in dictis decisionibus *Pisana, Florentina, & Illerden.* & apud Merlin. *dec* 418. & Rota *dec.* 599. *nu* 17. *tom.* 3. *p.* 4. *n.* 6. *& p.* 8. *rec. dec* 163. *n.* 7. *&* 8. Garz. *p.* 5. *c.* 9. *n.* 217. Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *a n.* 2.

115 Et Ferentill. *nu.* 21. *&* 22. citat etiam *decis.* Seraph. 990. *num.* 3. & dicit fuisse dictum *in Aprutina benef.* 11. *Martii* 1609. coram Marquemontio: & ego addo *decis. in Barchinonen. Parochialis* 27. *Julii* 1639. coram Carillo, penes ipsum 135. in qua fuit dictum, doctrinam Innocentii *in d. cap. cum Marchus*, & aliorum procedere in caso, quo præsentatus petat tantum ab Ordinario institutionem, & super ea litem introduxerit; secus quando lis est inter præsentatum, & electum ab Ordinario, seu ab illo provisum; nam in primo Beneficium petitur ab Episcopo, & tunc est actio personalis; in secundo autem actio dirigitur in personam, ideo ibi decisum fuit, dandam esse subrogationem præsentato. Verum non me latet, quod in *decis.* 585. penes Post. *tract. de manutenen. num.* 6. fuit dictum, litem fuisse super titulo, & consequenter Beneficium litigiosum, ex quo præsentatus ad Beneficium, cum institisset apud Ordinarium pro institutione, fuit ei denegata, a qua denegatione appellavi, quia lis est super Beneficio, & ibi allegatur *decis.* Putei 469. *nu.* 2. *&* 4. *lib.* 2. & cum lis est inter patronos, & præsentatos, dicitur Beneficium litigiosum, & dandam subrogationem, Amayden. §. 2. *n.* 24. Requiritur autem, ut lis sit inter ipsos præsentatos; nam si inter compatronos de pertinentia jurispatronatus, tunc non efficitur Beneficium litigiosum, ut in *d. dec.* 599. penes Rub. *tom.* 3. *par.* 4. cujus rei optimam rationem assignat Lotter. quia cum lis est inter præsentatos, si alter præsentetur in ejus locum, remanet semper discutiendum jus defuncti, ac etiam requiritur, ut præsentatio facta fuerit ab habente potestatem præsentandi, sive instituendi, Rota *dec.* 336. *p.* 3. *&* 163. *p.* 8. *rec.*

116 Cum vero agitur de Beneficiis collativis, quæ scilicet provideotur, tunc ad effectum litigiosi requiritur, ut collatio præcesserit, nec unquam contrahitur, nisi præcedat talis actus collationis, ita ut Beneficium petatur tanquam suum, ut dicitur in mentionatis decisionibus *Florentina, & Pisana*, & præsertim *in d. Illerden. Præpositura*, in qua amplectitur doctrina Innoc. & allegat etiam decisiones Rotæ *in Romana Capellania* 15. *Jan. &* 3. *Aprilis* coram Coccino Decano, *& Leodien. Canonicatus* 9. *Junii* 1621. coram Ubaldo, & apud Merlin. *decis.* 418. *numer.* 4. *&* 5. & in dicta *Pisana* recte observatur, quod dispositio *cap.* 1. *ut lite pendent. in* 6. longe differt ab illa *in eodem titul.* nam in casu *capit.* 1. non fuerat subsecuta collatio; secus in *c.* 2. juxta dictum glos. *in d. c.* 2. *verb. possident*, & licet Innoc. *in d. c. cum Marcus*, videatur esse contra, tamen ejus dictum fuisse in causa, ut concederetur illud capitulum, ut ibi dicitur, & observat etiam Ferentil. *loco cit. nu.* 23. *&* 24. & his allegatis decisionibus adde Menoned. *dec.* 891. Cum autem quis petit se declarari titularem, stante Apostolica provisione, dicitur lis super titulo, Rota apud Bich. *dec.* 187. *n.* 13.

117 Quare in lite orta ex mandato de providendo non esse dandam subrogationem, quia ex tali mandato non oritur actio realis, sed mere personalis, & quia collatio semper facienda est eventualis, ex dicta decisione in *Romana Capellania*, Ferentill. *loco cit. nu.* 25. & Rota apud Rub. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 502. & apud Bichium *dec.* 187.

Sed cum agitur ad revocandum Beneficium, tunc si negatur titulus, seu fœdus conjugii spiritualis, & quod non- 118
quam legitime admissus fuerit ad illud Beneficium, & petitur sibi conferri Beneficium, dicendum esse litigiosum, quia lis est super titulo, juxta *decis.* Cocc. 42. & in *dict. Illerden.* Ferentil. *num.* 20. & sic etiam procedit *decis.* Butat. 300. *num.* 10. in qua dicitur, quod quando in dispositiva monitorii petitur amovendum esse aliquem a Beneficio tanquam illegitime obtento, dicitur tunc lis super titulo, & super petitorio, & consequenter tunc Beneficium litigiosum.

Si vero non negatur titulus, sed petitur amoveri simpli- 119
citer propter crimen, tunc Beneficium non erit litigiosum, quia lis non est super titulo, juxta doctrinam glos. *in clem. dispendiosam, verbo Beneficii, vers. si vero agatur*, & ibi Zabarella, & Innoc. Cocc. *d. dec.* 42. & in *Illerden.* Ferentil. *nu.* 28. & impetranti per privationem non dandam esse subrogationem, disponit expresse regula Cancellariæ de subrog. in fine; ibi: (quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus Beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si huc usque ad diffinitivam sententiam, quæ tamen in rem non transierit judicatam, processum foret) & exstat decisio Rotæ penes Ludovis. 426. *n* 9. Pontius *lib.* 2. *de ret. q.* 3. *nu.* 56. *&* 57. Amayden *d. c.* 24 *&* 25.

Sed si non simpliciter actum fuerit ad privationem, sed 120
etiam principaliter petitum fuerit Beneficium conferri, & adjudicari, & sic actum fuerit ad adjudicationem Beneficii principaliter, secundario vero, & per accidens ad privationem alterius, tunc quia lis est super Beneficio principaliter, Beneficium erit litigiosum, & dari poterit subrogatio, & fuit doctrina glossæ *in d. c.* 2. *ut lite pend. in verbo finita*, Cocc. *decis.* 42. Rota *in Leodien. Canonicatus* coram Ubaldo sen. & optime in *dict. Illerden. præpositura* coram Dunozet. & ita loqui Puteum *decis.* 485. *&* 67. *libr.* 2. ait Ferentil. *loco citat. num.* 28. rationem disparitatis hujus assignat Rotæ *decis.* 202. *par.* 4. *tom.* 2. apud Rub. quia cum agitur simpliciter ad privationem, & aliquem amoveri, collatio potest esse eventualis; cum vero petitur amoveri, & sibi deberi, collatio non erit sic eventualis: sed ego addo, & dico, quod cum petitur simpliciter amoveri, actio est criminalis, & personalis principaliter, quia agitur ad privandum aliquem Beneficio ob crimen admissum, quod judicium criminale omnino est, & personale; cum vero agitur principaliter sibi adjudicari, actio erit realis super Beneficio, quod petitur principaliter, licet secundario agatur actione personali contra possidentem. Igitur tunc Beneficium erit litigiosum, quia super ejus titulo est lis: sic etiam cum petitur ab alio amoveri tanquam incompatibile, & tunc quia non tanquam suum Beneficium petitur, non erit litigiosum, Rota *decis.* 305. *num.* 6. *&* 7. *tom.* 1. *part.* 9. Sed adverte, quod totam hanc di-
stinctionem Beltram. fuit Rotæ in *dict. Illerden. præceptoriæ* 121
7. *Febr.* 1628. coram Dunozet. apud ipsum 45. & non effici Beneficium litigiosum, cum quis petit per alium non posse retineri ex capite incompatibilitatis, Rota apud Bichium *dec.* 187. *n.* 2.

Ut ergo Beneficium dicatur litigiosum ad finem obtinen-
di subrogationem, opus est, ut lis sit super titulo, & actio 122
sit realis, quod omnes, ut dictum est, admittunt: sufficiet tamen, ut quomodolibet sit super titulo, & parum refert super cujus titulo lis pendet sive actoris, sive rei; nam tunc Beneficium efficitur litigiosum: cujus rei exemplum habemus in *decis.* Rotæ in *Majoricen. Parochialis* 2. *Decembris* 1650. coram Eminentiss. Celso, penes eundem 107. in qua, cum quidam Andreas Certo obtinuit provisionem Apostolicam, & possessionem de quodam Beneficio, a qua appellaverit quidam alius Jacobus nomine: & tamen causa commissa in Rota, mortuo Andrea, Ordinarius fecit concursum, in quo approbavit uti digniorem Gabrielem, qui institit in Dataria pro provisione, Jacobus vero pro subrogatione: remisso articulo in Rota fuit dictum competere subrogationem Jacobo superstiti colliganti; nam licet ipse non habuerit collationem Beneficii Parochialis, & sic licet non poterat petere Beneficium tanquam suum, attamen negari non poterat, quod hoc erat super tituli invaliditate: quia cum habuisset Apostolicam provisionem Andreas, ab ea appellavit Jacobus, & Causam in Rota commisit, & sic inducta fuit lis super petitorio, juxta *decis.* Butatt. 300. *numer.* 9. & Cocc. 42. *numer.* 1. & parum refert ad hunc effectum super cujus titulo sit lis introducta,

ducta, sed solum an pendeat super titulo; nam tunc efficitur litigiosum, cum agatur de quasi dominio, juxta decisionem in *Papien. beneficii* 20. *Novembris* 1645. coram Eminentiss. Corrado. Et si uni danda esset subrogatio gratiosa Andreæ, si ipse supervixisset, ita etiam concedenda etit Jacobo superstiti post mortem ejusdem ad servandam æqualitatem inter eos, quæ in judicio servari debet, Ludovis. *decis.* 581. Sic concluditur, quod nihil refert an ex parte actoris, an ea parte rei conveniti sit lis super titulo, ut in *dict. decis.* plenius continetur; & novissime Tondut. *com.* 2. *part.* 4. c. 1d3. *nu.* 16. dicit, quod in materia subrogationis acta facta ad instantiam unius partis prosunt alteri collitiganti, ut æqualitas servetur, & allegat *dec.* 7. *nu.* 11. *p.* 7. *rec.*

123 Certum est quod cum lis est super optiona non dicitur super titulo, nec facit Beneficium litigiosum, Feren. ad Burat. *d. dec.* 927. *n.* 1d. Rota apud Manzanedum *dec.* 891. sicuti vice versa esset super titulo, cum quis diceret renunciationem, vel permutationem nullam, & peteret regressum ad Beneficium, Rota *dec.* 528. penes Merlin. & 164. *nu.* 4. *p.* 10. *rec.*

124 Nec lis super executione Litterarum Apostolicarum facit Beneficium litigiosum, Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. n. 45. Ludovis. *dec.* 335. *nu* 15. Rota *in Cremonen. beneficii* 6. *Aprilis* 1d20. coram Dunozet. & in *Melevitana beneficii* 20. *Junii* 1d19. coram Eminentiss. Celso, penes ipsum n. 2. sicuti cum agitur, & lis est super subreptione Litterarum, seu gratiæ, non dicitur Beneficium litigiosum secundum Seraph. *dec.* 990. *n.* 7. Rota penes Matchef. *fol.* 384. Burat. *dec.* 59. n. 11. Ferentil. *ad dec.* 927. cum tamen Ordinarius adjudicaverit Beneficium alteri tanquam suum vigore provisionis Apostolicæ, & non esse amovendum, lis dicitur super titulo ad effectum, ut locus sit subrogationi, Rota penes Amatum Dunozet. 467. *n.* 2.

Lis autem super possessorio non facit Beneficium litigiosum, quia non est super titulo Beneficii, Rota *decis.* 1d2.
125 *par.* 4. *tom.* 2. apud Rub. Ludovis. *decis.* 335. *nu.* 5. ubi Olivet. *nu.* 19. Burat. *decis.* 300. Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 42. Manzaned. *decis.* 89d. Spada *cons.* 61. *com.* 2. Ubert. *p.* 6. *prax fol.* 255. *vers. ad effectum*, Gonzalez *ad reg.* 8. *in procemio* §. 7. *num.* 29. quod fuit theorica glossæ *in cap.* 1. *verb. litigiose*, *de confirmatione utili*, & *inutili*, quæ ab omnibus recepta est, prout testatur Rota *p.* 10. *decis.* 339. Attamen dicit Ferentill. ad Burat. *d. dec.* 927. quod licet lis super possessorio non faciat Beneficium litigiosum, tamen sufficiat illud justificare eo modo quo narrata fuit; & ideo durante lite super possessorio intrare posse subrogationem, ita Ferentil. *loc. cit. n.* 30. & allegat Seraph. *dec* 990. & non citato Ferentillo tenuit etiam Tond *tom* 2. *p.* 3. *c.* 163. *nu.* 14. & Ubertus *loc. cit. d. vers. ad effectum*, Rota *in Messanen. Archipresbyteratus* 22. *Maii* 1642. cor. Amato Dunozet. apud ipsum 66d. n. 5. & in eadem coram eodem 19. Jan. 1643. apud eundem 697. *n.* 12. & optime in *Treveren. Canonicatus* 18. *Martii* 1648. coram Verospio 1d4. *nu.* 5. *p.* 10. *rec.* in qua citantur dictæ decisiones in *Messana Archipresbyteratus*.

Cum autem lis fuerit introducta cum clausula, *quam*, & *quas*, data præexistentia collationis antecedentis inducit litem super titulo, quia per eam deducitur omne jus in
126 judicio, Ludovis. *dec.* 125. *n.* 15. ubi Beltr. Burat. *dec.* 927. & ibi Ferentil. *n.* 31. Merlin. *dec.* 73. *num* 6. apud Carillum *dec.* 135. *num.* 7. apud Eminent. Celsum 179. *nu.* 6. 314. *nu.* 6. 324. *nu.* 11. & 373. *nu.* 8. *in Florentina Parochialis* coram Eminentissimo Celso 2d. *Junii* 164d in *d. Illerden.* coram Dunozet. *in principio*, & *in Gerunden. Prioratus* 27. *Junii* 1644. coram Peutingerio, & *in Leodien. beneficii* coram eodem Peutingerio 23. *Martii* 1648. maxime, cum adsunt illa verba, *cum incidentibus*, *dependentibus*, & *annexis*, juxta *decis.* Rotæ 22d. & 427. penes Farinac. *tom.* 2. *posth.* & apud Merlin. 418. & in *Messana etiam Archipresbyteratus* 22. *Maii* 1642. & 19. *Jan.* 1d43. cor. Dunozet. apud eundem 6d6. & 697. in quibus dicitur, quod per commissionem jactationis, & jactationum, cum clausula, *quam*, & *quas*, una cum incidentibus, non existente collatione, inducta dicitur lis super titulo, & Beneficium dicitur litigiosum, *decis.* 367. *nu.* 9. 30. & 40. & 467. *nu* 3. apud eundem Amatum Dunozet. & Ubertus
127 *loco cit. fol.* 255. imo aliqui requirunt illam aliam clausulam, *cum incidentibus*; nam de per se sola non sufficit ad inducendam litem super titulo, ut Beneficium efficiatur litigiosum, Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 43. & ibi Rota expresse hoc tenuit apud Carill. *loc. cit. d. dec.* 135. *n* 8. apud Rub.

Rosa de Execut. Lit. Ap.

tom. 1. *p.* 2. *dec.* 569. & p. 8. *rec. dec.* 163. *n.* 11. & 12. & in *Lucana Parochiales de Ripafratta* 18. *Aprilis* 1633 coram Decano, & quod in commissione cum clausula, *quam*, & *quas*, opus sit deducere clausulam istam ad speciem, quod non est in clausula, *cum incidentibus*, Rota in *Pisana* coram Merlin. de anno 1d29.

Sed circa has clausulas dubium excitat Oliver Beltr. ad d. decisionem Ludovis. 125 n. 18. quod tunc operatur suum effectum, & faciat Beneficium litigiosum, quando in judicio, & processu esset deductum petitorium ad speciem, 128
quia dictæ clausulæ solum tribuunt facultatem deducendi petitorium: sed ultra dictam facultatem requiritur, quod partes voluerint uti dicta facultate, ad quod allegat multas Rotæ decisiones, præsertim Seraph. *decis.* 1013. *nu.* 3. sed quia decisiones citatæ generaliter loquuntur, ideo Beltr. distingui posse arbitratur, quod aut commissio est super possessorio principaliter cum clausula *quam*, & *quas*, tunc non censeri comprehensum petitorium, nec titulum; aut simpliciter est super Beneficio, & tunc comprehendere utrunque citat Cassad. *dec.* 6. *de rescriptis*, Mandos. *de subrog. q.* 14. *n.* 5.

Sed revera decisiones Rotæ citatæ modernioꝛes non faciunt talem distinctionem, sed generaliter dicunt quod da- 129
ta præexistentia provisionis per commissionem transmissam per talem clausulam induci litem super titulo, & effici per illam Beneficium litigiosum; quibus etiam adde decisionem apud Caval. 708. n. 2. & *dec.* 200. *n.* 5. & *p.* 1. *rec. dec.* 342. & apud Poss. *dec.* 585. Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 3. Tond. *d. c.* 3. §. 3. *n.* 38. Verum in decisione apud Manzanedum 891. & apud Bichium *dec.* 817. dicitur, quod tunc clausula, *quam*, & *quas*, inducit litem super titulo, quando deductum fuerit ad speciem. Oportet tamen, ut per talem commissionem cum dictis clausulis dicatur lis super Beneficio, quod Litteræ sint expeditæ super Gratia principali, Manzaned. *dec.* 896.

Sicuti lis etiam censetur introducta per citationem legi- 130
time, seu principaliter executam, & in actis reproductam, juxta clem. 2. *ut lite pend.* ubi Glos. & DD. Ludovis. *decis.* 27. Duran. *decis.* 38. *nu.* 7. & 390. *nu.* 1. Burat. *decis.* 927. *nu.* 3. & novissime Rota apud Emin. Othob. *dec.* 140. n. 7. & alibi, & apud Celsum 179. *nu.* 5. 314. *nu.* 5. & 309. *n.* 3. & 288. *n* 2. & in *Camerinea. Canonicatus de anno* 1655. coram Bevilaqua, & p. 11. *rec.* 335. imo secundum Rotam *in dec.* 163. p. 8. *rec.* & apud Burat. *in d. dec.* 927. sufficit quod citatio sit legitime executa; & idem fuit confirmatum in *Treveren. Canonicatus* 18. *Martii* 1648. coram Verospio 164. *n.* 3. p. 10. *rec.* ibi: Dum in terminis subrogationis sola citatio legitime executa litis pendentiam inducit, &
Beneficium reddit litigiosum, & dicitur semper fuisse legi- 131
time executam, ex quo pars citata venit in judicium, & respondet, juxta *dec.* 736. *p.* 2. *rec.* per comparitionem suppletur omnis defectus: sic etiam si constituerit Procuratorem in causa, Rota apud Ludov. 27. ubi late Oliver. rem explicat, & dubitat an requiratur, quod semper comparеat, & an requiratur mandatum speciale. Causæ autem commissio sola, vel decretum de citatione absque executione non inducit litem, ut admittunt omnes, & fuit dictum in *Segobricen. Canonicatus* 26. *Novembris* 1655. coram Dunozet. penes ipsum 971. quam etiam affert Tondut. *post tract. de pens. dec.* 70. *n.* 2. ita ut sola scientia extrajudicialis non sufficiat: si tamen quis impediret citatio- 132
nem, docto de impedimento legitime afficit, ad textum *in c. quoniam frequenter* §. *porro*, *de lite non contestata*, ut in *d. dec. Segobricen. n.* 14. ubi aliæ allegantur, & in *d. dec.* 339. *n.* 4. Quoad præjudicium impetrantis sola impetratio commissionis sufficit, Rota apud Eminentissimum Celsum *dec* 39. & Eminentiss. Othob. 57. lis autem quia est fundamentum subrogationis omnino justificari debet, ut in c. 1. *de litis contestatione*, Marescot. *var. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6. Rota *rec.* p. 1. *dec.* 234. *n.* 13. & *in Firman. benef.* 23. *Maii* 1653. coram Bichio, *vers. obreptio*, & *in dicta Segobricien. Canonicatus* cor. Dunozet. 26. *Novembris* ..... Ad effectum 133
autem duntaxat justificationis Gratiæ litis sufficit, ut de facto verificetur, Rota *p.* 2. *rec. dec.* 484. Beltr. *loco cit.* n. 7. & 8 cum tamen altera pars litem impugnaverit, sive quia citatio non fuerit reproducta, sive quia acta non fuerint transportata, sive ob aliam causam poterit subrogato impedire immissionem, juxta sententiam Uberti *p.* 1. *fol.* 25d. *vers. tertio*.

Notes tamen, quod lis censetur extincta per liberam 134
dimissionem Beneficii sin manibus Papæ, qui illud alteri collitiganti contulerit, Ferentil. *ad dict. decis.* 927. *num.*

32. sic si collitigans cedat liti, & causæ, lis dicitur finita, & obstaculum reservationis ablatum, ad effectum, ut possit Ordinarius conferre, Paris. *de resig. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 3. *cum seq.* Alphonsus antiquur Glossatos *in reg. de subrog. n.* 9. & ibi etiam Cocch. *sub n.* 9. Ferentil. *loco cit. nu.* 32. novissime Tondui, *tom.* 2. *p.* 3. *c.* 163. *n.* 17. qui ait, quod tunc poterit Ordinarius conferre antequam collitigans a Summo Pontifice obtinuerit confirmationem sui juris, & quod collatio erit valida, quia non est locus regulæ de subrog. allegas Cocch. *loco cit. n.* 29. *vers. per renunciationem*.

135 Si vero non cedatur liti, & causæ, sed juri, & Beneficio, Lancellotus *de attentatis c.* 4. *nu.* 304. dicit, quod tunc lis non censetur extincta, sed remanet Beneficium litigiosum, quod tamen Tond. *loc. cit. num.* 18. cum distinctione intelligendum dicit, quod aut cessio sit simpliciter, aut in favorem; si simpliciter, tunc dicit, quod lis cessat, & per consequens non intrare regulam de subrog. & quod per cessionem simplicem de facto lis dicitur extincta, Rota apud Eminent. Celsum *dec.* 366. *nu.* 11. Burat. *decis.* 883. sed secus, si ad favorem, quia tunc litem durare, & esse locum regulæ de subrog. docet, & quod per cessionem ad favorem Beneficium remanet litigiosum, nec extingui litem, maxime si cedens possideat, dicit etiam Rota *dec.* 383. *par.* 2. *recent.* Ferentil. ad Burat. *decis.* 307. *numer.* 11. Sed videtur, quod Rota apud Burat. *loco citat.* 307. *numer.* 2.

136 tenuit, quod per cessionem, & renunciationem etiam ad favorem alterius extingui litem etiam ad effectum, ut possit Ordinarius conferre, & ibi Ferentill. ampliat etiam si constat de tacita renunciatione per aliquem actum tacitum nempe per assecutionem incompatibilis, & citat ad hoc multas Rotæ decis. sic etiam per mortem actoris litigantis cessat lis, si reus superstes nolit litem prosequi, & constet de consensu saltem tacito, Ferent. *loco citat. ad d.* 927. *num.* 34.

Lis etiam censetur extincta per sententiam, quæ transivit in judicatum, ut omnes admittunt; & nota, quod lis non dicitur extincta per lapsum decennii post sententiam,

137 quando non præcessit sententia declaratoria super desertione, & ex actis patet de bono jure partis; nam tunc per decennium dici potest extincta, quando pars tacens agnovit malum jus fovere, Rota *in Leodien. benef.* 23. *Martii* 1648. coram Peutingerio *vers. quia per sententiam, ubi late n.* 11. 12. 13. 14. *part.* 10. *rec. dec.* 167. *in Romana fideicommissi de Campagnolis* 8. *Febr.* 1649. coram Peutingerio *parc.* 10. *rec. dec.* 285. *nu.* 10. & 11. & optime *in Vercellen. Præpositura* 5. *Julii* 1649. coram Bicbio *eadem p.* 10. *rec. dec.* 341. *num.* 16. & 17. & 18. in qua decisione dictum fuit, quod de jure Canonico lis per lapsum temporis non censetur extincta, cum instantia sit perpetua, nisi quando ultra negligentiam actoris in prosequendo copulative concurrat aliquod actum positivum indicans, quod collitigans litem pro derelicta, & sui non juris notitiam habuerit, & allegantur ibi DD. & Rotæ decisiones, præsertim Burat. 383. *num.* 3. & *part.* 2. *recent. decis.* 166. ubi dicitur quod ad effectum desertionis propter cursum temporis adeo clare de non jure collitigantis apparere debet, ut illud controverti non valeat, & in *dec.* 467. apud Amatum Dunozet. *nu.* 5. & 6. fuit dictum, quod ut lis censeatur extincta requiritur vel sententia declaratoria super desertione, vel constet de jure prosequentis cum lapsu decem annorum; idem etiam *dec.* 255. *p.* 11. *rec.* & *decis.* 104. & 90. *part.* 12. *recent.* & eadem Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 148. *num.* 11. ubi dictum fuit, litem fuisse extinctam & habitam pro derelicta, quia constabat de non jure partis, quæ per decennium tacuit, nec curavit transmittere acta, & ita in *decis.* 527. *part.* 4. Ubertus *loco cit. fol.* 256.

138 Lis etiam finitur per provisionem factam a Papa in forma gratiosa; sic etiam per subrogationem, quia consumitur vacatio; secus autem per mandatum de providendo, Rota penes Eminentiss. Celsum 288. *numer.* 3. & 4. & apud Amatum Dunozet. 352. *num.* 20. & 367. *a numer.* 20. *cum multis seqq.*

139 Clericatur autem, qui requiritur ad obtinendam immissionem vigore subrogationis gratiosæ, quomodo probetur, jam supra abunde diximus.

140 Existentibus autem his tribus requisitis, subrogato non potest denegari immissio, ut omnes fatentur, quia sunt extrema gratiosæ subrogationis, sive ex clausulis generalibus, sive ex speciali supplicatione Litteræ fuerint expeditæ, Rota *pars* 13. *recent. decis.* 321. *n.* 14. & apud Peutinger. *dec.* 87. & quidem poterit propria auctoritate possessionem ingredi, si possessio fuerit vacans, nec dicitur attentare, Rota apud Merlin. *decis.* 528. apud Post. 17. *tom.* 1. *part.* 2. & 117. *post tract. de manut.* apud Eminentiss. Celsum *decis.* 149. *num.* 9. & 10. late Argell. *de legitimo contradict. quæst.* 15. *nu.* 74. late Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 190. & 191. & *lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 53. Amayden *d.* §. 2. *num.* 35.

Quod procedere etiam lite pendente absque vitio attentatorum ampliat Lotter. *loco cit. nu.* 54. & citat Lancellott. *de attentatis lite pend. in præfat. numer.* 340. Lotter. *decis.* 11. *num.* 1. *in lite pend.* Put. *dec.* 208. *lib.* 1. Rota *decis.* 471. *lib.* 3. *part.* 3. *divers.* & apud Coccin. *decis.* 72. quibus adde Mantic. *decis.* 71. *num.* 3. qui alias Rotæ decisiones citat, Rot. *in recent. decis.* 135. *numer.* 7. & 469. *numer.* 7. *parc.* 4. *tom.* 2. apud Rub. & in *Valentina Rectoria* 3. *Decembris* 1646. §. *nisi*, Landitius coram Bicbio, & apud Eminentiss. Othob. *decis.* 154. *nu.* 17. Arguell. *de leg. contrad. quæst.* 15. *arc.* 3. *num.* 40. Amayden *loco cit.* §. 2. *nu.* 56. ita ut nec de inhibitionibus antecedentibus emanatis ante subrogationem curandum sit, & potest apprehendi possessio, inhibitiones autem subsequentes bene observari debent, Rota apud Coccin. *dec.* 72. *n.* 2. & 3. Lotter. *loco cit. d. q.* 13. *n.* 55. Amayden. §. 2. *n.* 56. 141

Imo si quis prius fuisset intrusus manifeste attentando capiendo possessionem, & postea obtinuisset gratiosam subrogationem, censetur purgatum omne vitium antecedens, & potest sibi mutare causam possessionis, *ut in d. dec.* 141
62. penes Coccin. *n.* 4. & 472. *p.* 3. *divers. in Argentina benef.* 21. *Junii* 1610. coram fan. mem. Inn. X. Lotter. *loco citat. n.* 56. sed Rota *in decis.* 569. *nu.* 3. & 4. *tom.* 1. *p.* 2. Rub. videtur sequi, quod necessarium sit quod narretur Papæ possessionem captam lite pendente, alias vitium non purgatur, ut optime dictum fuit *in Pistorien. benef.* 19. *Janii* 1634. coram Dunoz. apud ipsum Amatum 532. *n.* 2. 3. & 4. in qua decisione fuit dictum, quod possessio accepta infra terminum ad appellandum, licet sit infecta, attamen purgatur per subrogationem supervenientem, quando in subrogatione gratiosa fuerit facta mentio talis possessionis infectæ, quia tunc vitium purgatur, & censetur mutata causa possidendi absque alia declaratione animi, & talis possessio est manutenibilis; quæ decisio iterum fuit confirmata die 18. Decemb. 1634. coram eodem Amato Dunozet. apud ipsum 367. in quibus etiam decisionibus dicitur, quod qualitas possessionis infectæ satis dicitur expressa Summo Pontifici, quando fuit narratum, quod pendente termino ad appellandum fuerit apprehensa, nimirum per clausulam, *cujus litis*, &c. per quam inducitur notitia in 143
Papa nedum de lite, sed etiam de qualitate, & quod possessor possit sibi mutare causam possessionis absque alia declaratione superveniente novo titulo valido, ut pluries decrevit Rota apud Amatum Dunozet. *decis.* 811. & alibi penes ipsum 364. & 365. *p.* 11. *rec.* dummodo tamen possessio non fuerit ab alio accepta, antequam suus titulus validus fuerit acquisitus; nam quando hic supervenit post possessionem occupatam ab alio non potest fieri mentio, Rota *dec.* 288. *n.* 4. *ead. p.* 11. *rec.*

Quando tamen esset in subrogatione illa clausula, *sine præjudicio litis pendentis*, tunc non poterit capi possessio lite pendente, & capta, esset attentata, Rota penes Rub. *dec.* 357. *n.* 12. & *seq. tom.* 1. *p.* 2.

At hæc procedere, cum non est possessor in Beneficio, 144
videtur, secus si adest possessor, tunc enim subrogato competit aliud remedium, quam adipiscendæ, Rota apud Post. *de manut. dec.* 174. *n.* 2. & 177. *n.* 9. & apud Eminentissimum Celsum *decis.* 194. *nu.* 10. Argel. *de leg. contrad. qu.* 16. *n.* 24. Lotter. *d. q.* 13. *a n.* 13. *a n.* 53. *cum seq.* ideo aliquando gratiose subrogatus apprehendendo possessionem non excusari ab attentatis, assumunt & DD. & Rotæ decisiones; siquidem tractat ex professo hanc quæstionem Theod. Amay. *d.* §. 2. *q.* 31. qui distinguit tres casus; quorum primum dicit, quando quis obtinet subrogationem gratiosam ex reservatione, vel affectione, nulla tamen lis existit de tempore subrogationis habitæ: secundum, quando petitur subrogatio a tertio, qui fit extra litem præexistente lite, & superstite collitigante; tertium, quando collitigans superstes obtinuit subrogari, & possidet provisus ab Ordinario. In quantum ad primum dicendum esset ait habentem subrogationem gratiosam non attentare, cum propria auctoritate intrat possessionem vacuam, cum Litteræ sunt expeditæ in forma gratiosæ subrogationis, non autem in forma commissaria, & litem, quæ subsequitur, non posse impedire subrogato gratiose immissionem, juxta doctrinam Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 30. & 79.

Circa

146 Circa secundum casum distinguendum quoque esse dicit, scilicet, vel ille in cujus locum fuit facta subrogatio possidebat, vel non possidebat; si mortuus non possidebat, & aderat possessor collitigans, qui contradicebat, subrogatus capiendo possessionem contradictore inaudito attentat, juxta decisionem Rotæ *in Zamoren. pensionis 5. Junii* 1598. coram Carduba apud Marches. *par. 1. fol.* 1339. ubi dicit casum notabilem. Si vero mortuus in cujus locum facta est subrogatio possidebat, eo casu non esse vocandum collitigantem superstitem, ac etiam si citato, & non vocatus compareat, & opponat non esse audiendum: sed posse Executores spreta ipsius oppositione extrajudicialiter capere informationem super tribus illis requisitis ad subrogationem, & subrogatum immittere docet, & citat Mandos. *reg. 2. qu.* 18. *nu.* 1. Put. *dec.* 208. *lib.* 1. & latissime ipso scribente fuisse deductum *in Pisana benef.* 27. *Junii* 1629. coram Merlino, quam decisionem ad verbum affert, sed est penes ipsum Merl. quæ decisio fuit iterum confirmata
147 die prima Februarii 1630. quam quoque per extensum affert; in quibus decisionibus supponitur, quod vacante quodam Beneficio de jurepatronatus fuerunt præsentati duo, nempe Dom. Franciscus Rosterminus, & Petrus Rancionus, qui etiam obtinuit Apostolicam provisionem cum derogatione medietatis, & sic fuit in possessionem immissus; quo tamen defuncto quidam Dom. Bernardinus Ceulus obtinuit subrogationem gratiosam quoad jus, & possessionem dicti Petri, qui Ceulus in vim Decreti, & mandati Executorum in Litteris datorum fuit in realem, & actualem possessionem immissus: & interposita appellatione in Rota pro parte Francisci Rosermini fuit dubitatum, an decretum Dominorum Executorum cum omnibus inde secutis esset revocandum; & negative fuit resolutum: quia Dominus Bernardinus obtinuit subrogationem gratiosam, & docuit de Clericatu, lite, & obitu Domini Petri collitigantis in possessione, & ideo juste fuit immissus per decisiones Rotæ ibi allegatas. Ad objectum, quod possidebat pars, quod non constabat de verificatione prædictorum coram Executoribus, dicitur ibi, quod cum Franciscus non esset legitimus contradictor, quia non habebat parem titulum, nec possessionem, Executores non erant misti, & poterant extrajudicialiter procedere, & spernere etiam ipsius Francisci comparitionem, juxta *decis.* Ludovis. 221. *num.* 23. & pro Executoribus extrajudicialiter procedentibus præsumitur. Ad alterum objectum, quod lis non erat super titulo, fuit responsum dupliciter. Primo, quod ibi non agebatur de simplici provisione, quo casu requiritur lis super titulo, juxta doctrinam Ion. sed de præsentatione, quæ regulatur juxta terminos electionis, & sufficit ut lis sit super electione, vel præsentatione, *ut in cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. Secundo fuit responsum, quod lis erat super titulo propter clausulam, *cum incidentibus*, positam in commissionibus. Demum ad objectum, quod Franciscus accepit possessionem lite pendente, & sic possessio fuit nulla, & attentata, & minime manutenibilis, responsum fuit primo cessare objectum ex facto, quia licet causa fuerit appellabilis, attamen Rosterminus acceptavit rescriptum cum clausula, *sine præjudicio ulterioris executionis Litterarum Apostolicarum*. Secundo, fuit dictum, quod dictus Bernardinus subrogatus debuit interim immitti in illam talem qualem possessionem, seu detentionem, quam habebat defunctus, in cujus locum fuit subrogatus: ad quod ibi allegantur decisiones: Hæc in prima illa decisione. In secunda autem decisione de anno 1630. fuit confirmata dicta prima decisio, quia dictus Bernardinus in vim Gratiosæ subrogationis valide, & juste fuit ab Executoribus immissus, pro quibus præsumitur, quia poterat extrajudicialiter procedere, nec tenebatur formare processum, sed tantummodo animum suum extrajudicialiter informare, & præsertim quia postea fuit doctum de Clericatu, lite, & obitu Petri in possessione, & sic de omnibus requisitis ad subrogationem Gratiosam necessariis: & sic multo magis intrabit præsumptio pro Executoribus, quod se informarint extrajudicialiter. Neque habitum fuit in dicta decisione in consideratione, quod pro parte dicti Rosermini fuit comparitum coram dictis Executoribus, & protestatum non procedi ad ulteriora, nisi ipso citato, & consequenter Decretum inde secutum sit nullum, & invalidum, juxta Abb. *in c. fin. n.* 13. *de præsumpt.* Garz. *p.* 6. *c.* 2. *nu.* 110. & 143. quia fuit in dicta decisione responsum, quod Executores non
148 erant misti, nec dictus Rosterminus reperiebatur in possessione, nec parem habebat titulum Gratiosæ subrogationis, & sic cum revera non erat legitimus contradictor non potuit per dictam comparitionem, & protestationem se talem facere: sed dicti Executores poterant extrajudicialiter eo non citato procedere. Et ad aliud objectum, quod pro parte dicti Rosermini fuit factum, nempe, quod possessio Petri capta fuit pendente appellatione a Decreto Executoris misti propter clausulam, *verificato jurepatronatus*, & consequenter nulla, & attentata, juxta *dec.* Ludovis. 81. *nu.* 2. & 5. nam fuit responsum primo, quod juspatronatus verificari debebat coram Ordinario, non autem coram Executore, & sic non erat mixtus, & quod Petrus accepit possessionem postquam Rosarminus produxerit rescriptum cum clausula, *sine præjudicio executionis Litterarum Apostolicarum*. Fuit secundo dictum, subrogato deberi immissionem in possessionem defuncti qualiscunque illa sit, etiamsi fuerit vitiosa, juxta *dec.* Mantic. 252. vel attentata, *ut in Romana Parochialis 6. Junii* cor. Ubaldo.

Ex qua decisione multa notanda dicit Amayden. Primo, quod non obstante protestatione collitigantis superstitis Tertius Gratiose subrogatus debet immitti, quando superstes collitigans non est possessor, nec habet parem titulum: & licet consequentia videatur dura, quia Judex procedens contra protestationem nulliter procedit, quia hoc procedit in Judice, non in Executore, ait Amayden, quia Executor potest procedere extrajudicialiter, Judex vero minime, & Amayden *numer.* 52. & 53. vide ipsum, qui multa obiicit pro & contra: tamen *numer.* 56. firmat conclusionem, quod gratiose subrogatus lite pendente potest possessionem capere, & non attentare, nisi lis fuerit introducta super ipsa subrogatione: & insuper docuit antea, quod subrogato etiam debetur immissio, quando adest intermedia collatio, ut videre est ipsum *sub nu.* 46. *vers. sed magna*.

Tamen ponit tertium casum, quando superstes collitigans obtinuit subrogari, & possidet provisus ab Ordinario de quo nos supra: & dicit quod si provisus ab Ordinario possidebat ante obitum collitigantis, tunc non poterit subrogatus possessionem intrare: si vero provisus ab Ordinario acceperit possessionem post obitum alterius collitigantis, tunc secundum eum debetur immissio subrogato, nisi Ordinarius habuisset indultum conferendi litigiosa, ut ibi per ipsum. 149

Ego vero hanc rem breviter absolvo, & dico, quod tunc subrogatus attentat intrando possessionem plenam, quando ei impediri potest immissio, a fortiori, quando impediri potest via executiva, de qua re supra: quando vero ei impediri non potest immissio, tunc intrando 150
possessionem nullum committitur attentatum: ratio est evidens, quia tunc nec appellatio, nec protestatio habet effectum suspensivum, sed tantum devolutivum; ergo nullum committitur attentatum, quod sit revocandum, juxta doctrinam Scacciæ *de appell. quæst.* 3. *num.* 69. & 917. *lim.* 3. *num.* 22. & *seq.* & *lim.* 9. *num.* 59. Caval. *decis.* 69. *num.* 5. *in fine*, Feremill. ad Buratt. *dec.* 902. *n.* 7. Ridolph. *p.* 2. *c.* 15. *n.* 54. At post scripta vidi Decretum *in Valentina Rectoria* 29. *Maii* 1647. coram Bichio, quæ habetur *par.* 10. *recent.* 57. *in ordine*, in qua tota res hæc discutitur; ideo hic ponendam duxi.

Notes tamen generaliter, quod licet Papa providendo non dicitur attentare, juxta *decis.* Ludovis. 2. & 10. *num.* 151
20. Rota apud Eminentissimum Celsum 288. *num.* 8. attamen ipsa pars, quæ obtinuit provisionem, attentare poterit capiendo possessionem, ut in dictis decisionibus apud Ludovis. ubi Oliver. Ridolph. *d. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 75. & dicitur attentare non solum per capturam possessionis, sed etiam si comparet coram alio Judice, quam coram Judice appellationis, si lis adest, & Executor procedat, *ut in d. dec.* apud Eminentissimum Celsum *n.* 9. Merlin. *decis.* 852. *n.* 4. Sic licet Tertius, qui est extra litem non dicatur attentare, juxta textum *in c. Romani* § *in alium*, *de appellat.* Caval. *decis.* 186. Ludovis. *d. decis.* 14. *num.* 6. tamen id bene temperat Ridolph. *n.* 37. hoc non procedere, cum Tertius habet causam a parte, qui erat in lite, juxta *decis.* Ludovis. 14. *n.* 6. etiam si cum titulo, & bona fide possideat, ad tradita per Rotam apud Buratt. *dec.* 406. *nu.* 2. dicitur tamen habere causam a parte in hac materia Beneficiali ille qui fuit provisus per cessionem, aut resignationem ad eius favorem factam, aut per permutationem eius, qui litigabat, præter alios Oliver. ad Ludovis. *dec.* 14. *num.* 7. secus autem si per obitum, vel liberam cessionem, sive per resignationem, vel per privationem, vel alium similem modum, dummodo non trahat causam ab eo, qui erat

in lite in nihilo, sed a Papa; nam tunc non potest obiici
quod attentaverit, Caval. *decis.* 186. *n.* 2. Seraph. *dec.* 383.
Rota *in rec. p.* 5. *dec.* 703. *n.* 1. Ridolph. qui alios citat *loco
cit. n.* 78. 79. *&* 80.

152 Hæc possunt pertinere generaliter ad materiam subro-
gationis, tam cum petitur ex reservatione, quam cum
petitur ex lite, sive detur collitiganti, sive tertio extra
litem in locum collitigantis, sive simpliciter ad Benefi-
cium reservatum. Oportet nunc ad particularia descen-
dere.

153 In quantum ad subrogationem gratiosam, quæ datur
collitiganti superstiti, habemus Regulam Cancellariæ, de
qua supra meminimus, quæ disponit sic: Item D. N cu-
piens litium succidere anfractus, & ne novi collitiganti-
bus adversarii dentur providere, voluit, statuit, & ordi-
navit, quod quoties deinceps aliquem super quovis Bene-
ficio Ecclesiastico collitigantem in jure, vel ad jus, si
quid forsan ejus adversario in dicto Beneficio competerit
subrogari concesserint, dummodo prædictus collitigans
in dicto Beneficio intrusus non fuerit, ac super eo contra
ipsum adversarium postquam illud per triennium pacifice
possederit, lis tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de
præmisso jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit impe-
trationes, vel concessiones etiam motu proprio infra
mensem ante concessionem hujusmodi factæ, nullius sint
roboris, vel momenti; nihilominus cupiens eorum frau-
dibus obviare, qui viventium Beneficia, aliorum præser-
tim quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem
imminere vitæ periculum impetrant, vel illis decedenti-
bus tanquam collitigantes in eorum juribus facilius subro-
gentur: voluit ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in Be-
neficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis,
vel similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, ac
subrogatio, vel Gratia, *si neutri*, si nulli, seu novæ pro-
visionis, aut perinde valere aliter impetranti nulliter suf-
fragetur. Quod etiam strictissime observari mandavit in
impetrantibus Beneficiorum per privationem, & amo-
tionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsan per-
petratis; etiamsi usque ad sententiam diffinitivam, quæ
tamen in rem non transierit judicatam processum foret:
Hæc Regula.

154 Hæc sane Regula sumpta est, ut diximus, ex visceribus *c.* 1.
& 2. *ut lite pend. in* 6. & observavit Rota penes Burat. *dec.*
927. apud Merlin. *dec.* 116. & fundatur super certitudine,
quam habet Pontifex, quod collatio ad se spectat, cum
de Beneficio litigioso, si lis est super ejus titulo modo quo
155 dictum est, nullus præter Romanum Pontificem disponere
poterit, ita ut durante lite manus inferioris collatoris sunt
ligatæ, nec ei permissum est tali Beneficio disponere, ut
supra diximus, & textus est expressus *in d. c.* 1. *ut lite pend.
in* 6. ibi: (Donec contra superstites lis finita fuerit) quare
156 hæc reservatio, seu affectio non est perpetua, sed duran-
te lite, ut textus clare annuit, & ibi glos. Gomez *in regul.
de triennali q.* 31. Paris. *lib.* 2. *q.* 3. *nu.* 111. *de resignatione*,
Gonzalez *ad regul. Cancellariæ in proœmio §.* 7. *nu.* 118 *&
glos.* 6. *n.* 146. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *nu.* 133. ubi allegat
multas Rotæ decisiones Barbos. *in clem.* 1. *ut lite pendent.
n.* 5. Salgad. *de reg. pro p.* 3. *c.* 9. *nu.* 16. Lotter. *de re benefic.
lib.* 2. *q.* 2. *a n.* 69. Fagnan. *in c. sunt ... de excessibus Prælat.
n.* 53. Tondut. *p.* 3. *c.* 173. *n.* 4. *&* 10. qui bene observat, quod
hæc proprie non est reservatio, sed potius vocanda erit in-
157 hibitio Ordinario ne conferat lite durante, & ut dicit Lot-
ter. aliud est Beneficium esse reservatum, aliud litigiosum;
nam affectio, quæ resultat ex lite est ad tempus, quando
vero extinguitur hæc affectio, ita ut possit Ordinarius con-
ferre, recurrendum erit ad *clem.* 1. *ut lite pendent.* & ad
Gonzalez *ad glos.* 6. & ad alios. Igitur super hac reserva-
tione fundatur regula præfata Cancellariæ, quæ subroga-
tionem concedit collitiganti, quam nullus præter Roma-
num Pontificem concedere valet, quia nullus de dictis Be-
neficiis potest disponere, ut in dictis juribus *in c.* 1. *& s.
& clem.* 1. *ut lite penden.* Gonzalez *d. glos.* 6. *n.* 143. Paris.
d. q. 3. *n.* 97. *&* 98. Barbos. *in d. c.* 1. *ut lite penden. in* 6. *&
de potestate Episcopi alleg.* 57. *num.* 47. *&* 48. Amayden *d.
c.* 24. *§.* 1. *num.* 53. Fermosin. *c. quia*, *quæst.* 29. *nu.* 11. *de
judiciis*.

158 Et quia dispositio præfatorum jurium vendicat sibi lo-
cum in Beneficiis de jurepatronatus, ut expresse legitur in
eisdem juribus, ubi etiam DD. omnes, præsertim Gemin.
in d. c. 1. *in ultimo notabili*, Gomez. *in reg. de subrog. qu.*
13. ita ut non possit non solum lite pendente Ordinarius
præsentare, aut etiam cumulare, verum nec potest cu-
mulare superstitem collitigantem, quando lis protoge-
tur, & Rota apud Eminentissimum Celsum 369. *num.
9. &* 10. Addent. ad Burat. *decis.* 942. *numer.* 8. Merlin.
decis. 443. requiritur tamen, ut lis sit super Beneficio,
idest inter præsentatos, non autem sufficit, ut sit in-
ter compatronos super existentia jurispatronatus; nam
tunc non efficitur litigiosum, Rota apud Bich. *dec.* 3. ideo
regula de subrogandis habet locum in dictis Beneficiis
de jurepatronatus, Sarnen. *in regul. de subrogat. quæ-
stion.* 13.

Seraph. *decis.* 990. Rota in sæpe citata *Florentina Pa- 159
rochialis* 29. *Jan.* 1629. penes Amayden. *loco cit.* & com-
muniter omnes, & ita stylus observat: imo cum Papa con-
cedit subrogationem Gratiosam in Beneficio litigioso, de
jurepatronatus mentio non est necessario facienda, quia
sufficit ut sit litigiosum, juxta *dec.* Cassad. 3. *vel* 9. *ut lite pend.*
Merlin. *decis.* 14. *nu.* 5. Lotter. *d. qu.* 2. *num.* 4. cujus tamen
contrarium scripsit novissime Tond. *in d. cap. quia V. qu.*
24. *nu.* 15. 16. *&* 17. *de judiciis*, illam assignans rationem,
quia Papa non censetur derogare jurispatronatus laicorum:
sed certe nulla requiritur derogatio, quia cum Beneficium
sit affectum Papæ, nec patronus poterit præsentare lite 160
pendente, ut dicitur in dictis juribus. Igitur cum tunc spe-
ctet collatio ad Pontificem, non est cur derogationem ju-
rispatronatus desideremus; sufficiet enim ut Beneficium as-
seratur litigiosum, juxta *decis.* apud Eminentissimum O-
thob. 120. *num.* 5. Bene verum est, quod subrogatio Gra-
tiosa non potest exequi contra præsentatum, quia hic ha-
bet jus quæsitum ex præsentatione, cum Papa non censea-
tur derogare, nec præjudicare ei, qui habet jus quæsitum
propter solitam clausulam, *dummodo*, *&c.* Spada *cons.* 58.
tom. 2. quod tamen intelligendum est de jure valido, & ef- 161
ficaciter quæsito, non autem de invalido, & inefficaci,
ut diximus alibi, & in puncto in hac materia Rota apud
Eminentissimum Celsum *decis.* 314. *num.* 10. in qua fuit di-
ctum, provisionem Apostolicam conditionalem desideran-
tem justificationem qualitatis jurispatronatus, non secuta
justificatione, jus resultans ex ea, tanquam incertum, &
pendens a futura probatione non inficere subrogationi
Gratiosæ cum clausula, *dummodo non sit alteri jus quæsi-
tum*, sub qua non comprehenditur dictum jus eventuale,
ut ibi, & ut diximus in his Beneficiis de jurepatronatus,
cum petitur subrogatio non est opus, ut lis sit super titulo,
& citatis supra adde Rotam apud Rub. *tom.* 1. *part.* 2. *de-
cis.* 907.

Subrogatio hæc, quæ conceditur superstiti in locum col- 162
litigantis demortui, vel cedentis, habet juris fomentum,
ut consideravit Rota apud Merlin. *decis.* 116. adeo ut de
jure debitam esse talem subrogationem collitiganti, videa-
tur tenuisse eandem Rotam apud Seraph. *decis.* 1165. apud
Ludovis. *decis.* 87. *&* 125. apud Cavillum *decis.* 56. *num.* 1.
Mandos. *reg.* 329. *qu.* 9. *num.* 2 & apud Amatum Dunoz.
decis. 397. *nu.* 1.

Sed non debitam, sed potius relictam esse arbitrio Papæ 163
& Datariæ colligi videtur ex dicta regula, quod indicat il-
lud verbum, *contigerit*, quod potentiam existendi, vel
non existendi demonstrat, quia Papa potest subrogare ter-
tium extra litem existentem derogando Regulæ de subro-
gandis, ita Amayden *c.* 24. *§.* 1. *n.* 6.

Hæc subrogatio, quæ datur collitiganti in locum de- 164
mortui litigantis, ut observavimus cum Amayden *§.* 1.
num. 6. peti debet per specialem supplicationem; quod ex
se patet, quia in Litteris provisionis nullæ sunt clausulæ,
quæ impetrare possint subrogationem in locum collitigan-
tis, sed duntaxat clausulæ, quæ importans subrogationem
ad jus, seu possessionem alterius mortui possidentis; sed
diversum est subrogari ad jus collitigantis, & subrogari ad
jus alterius; nam clausulæ non possunt operari ultra pro-
priam significationem; sic etiam advertit Amayden *d. c.*
24. *nu.* 2. *&* 3. quod subrogatio, quia datur vigore regulæ,
de jure non competit alteri, quam proviso Apost. quæ fuit
concessa vigore clausularum prioris gratiæ, circa quod er-
rant Officiales Datariæ alteri quam dicto proviso subroga-
tionem hanc concedendo.

Advertit Amayden *loco cit. cap.* 23. *§.* 1. *numer.* 2. quod 165
Dataria non solet concedere subrogationem, quando
collitigans qui decessit erat in possessione, sed quod re-
gulariter conceditur subrogatio possidenti collitiganti in
locum collitigantis non possidentis, ita interpretando
regulam, quod novus collitigans non debet dari posses-
sori, ut ipse eximatur a molestiis, & vexationibus, non
autem, quod collitigans per subrogationem debeat acqui-
rere

rere possessionem: quod tamen dicit Amayden contrarium videtur esse textui regulæ, quæ cum excipiat calumniosos litigantes, & imperrantes certo modo, quos non possidere supponit, firmat regulam in non exceptis, nempe subrogationem deberi aliis impetrantibus etiam non possessoribus: sed Dataria, dicit Amayden, quod raro, vel nunquam concedit subrogationem colliriganti non possessori.

Sed quod conceditur subrogatio superstiti ad possessionem defuncti aperte supponit Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. *nu.*179. & ipse Amayden *loco cit. num.* 23. *vers. quamvis*, ubi dicit, quod licet verum sit, quod Dataria non soleat admittere subrogationem collitigantis non possessoris, inde sequitur, quod subrogatio nunquam detur, nisi in locum
166 possessoris, quæ conceditur etiam ad jus sine possessione nomine Cameræ, & citat *dec.* Caval. 739. *nu.* 3. & deeo, qui subrogatus est ad jus, & ad executionem Brevis a defuncto obtenti, quod teneatur solum justificare clausulam, *constito*, ad finem agendi executiva, ita etiam subrogatus, Burat. *dec.*509. *n.*6. Rota *rec. p.*8. *dec.*83. *n.* 15. & 16. & Lotter. *lib.* 3. *q.* 13. *num.* 67. dicit, quod quando petitur
167 subrogatio, & narratur lis cum defuncto, & exposito causæ statu, secundum quem defunctus erat in procincto obtinendi immissionem virtute judicati, vel Brevis, aut similis subrogationis, concessa subrogatione ad talem litem, ejusque prosecutionem in eisdem statu, & terminis, in quibus repetiebatur, quod hoc casu subrogatio bujusmodi conservat in subrogato privilegium executorum eodem modo, quo competebat defuncto, ita ut nihil aliud teneatur probare præter principalis proprium decretum, & statum litis, Lotter. allegat Rotæ decisiones pro omnibus casibus, ut est videre ipsum.

168 Post scripta vidi *dec.* Rotæ 995. & 514. apud Amatum Dunoaet. *tom.* 1. quibus decisionibus late fuit dictum, quod licet subrogatus ad jus non possidentis teneatur totam Gratiam justificare principalis, ejus scilicet, ad cujus locum fuit subrogatus, proinde ac si ad illius juris canonizationem ageret, & sic via ordinaria agere tenetur, juxta *dec. in Carthaginen. pensionis* 21. *Octobris* 1588. penes Marchel. *p.*1. *fol.*472. hoc attamen procedere in subrogato simpliciter ad jus defuncti, quem non possedisse apparet; secus quando fuit subrogatus ad jus, & prosecutionem Brevis de capienda possessione, quod obtinuerat defunctus; nam tunc fient principalia non tenebatur justificare clausulam, *constito*, ut dicemus suo loco, qua justificata, consequabatur illico immissionem; ita subrogatus ad talem Brevis prosecutionem, tali clausula verificata, immittendus erit in possessionem.

169 Excluditur a Beneficio subrogationis Gratiosæ vigore Regulæ calumniosus litigator, ut patet in text. reg. & adsunt innumeræ Rotæ decisiones, quas non oportet adducere, cum simus in re clara, & habemus textum regulæ; ideo Sacra Dataria non solet concedere subrogationem collitiganti superstiti, nisi constet aliquo modo de jure petentis, scilicet quod nondum lis pro sua parte fuerit calumniosa, sed quod potius jura inclinent pro ipsius parte, ita advertit Amayden *loc. cit.* §. 1. *n.* 19. & hoc optima ratione fuit dispositum, quia nemo ex propria iniquitate commodum reportare debet, quod latius cribrat Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *a nu.* 92. *cum seqq.* & lis calumniosa non dicitur vere lis, nec propterea fuit Beneficium litigiosum, prout requiritur, ut detur subrogatio, Rota apud Eminentiss. Celsum 142. *n.* 2.

170 Sed videndum est quis dicatur calumniosus litigator, ut possit excludi a beneficio subrogationis vigore regulæ; Lotter. *loco cit. a nu.* 101. docet, quod in æstimanda calumnia plurimum versatur arbitrium Judicis, & quod evitari poterit calumniæ præsumptio ex sola instantia, & possibilitate boni juris, dummodo probabili aliqua ratione, & juris colore sit adumbrata, quod late disputat, & resolvit secundum doctrinam Achillis *dec.* 7. *ut lite pendente*, Amayden vero *d. c.* 24. §. 1. *n.* 12. dicit, quod calumnia potest considerari in omni imperratione certo modo, illa tamen excludatur per quemcunque colorem, sive probabilitatem, citat Rotam apud Ludovis. 27. & Oliver. *ad dec.* 426. & adducit alias Rotæ decisiones, quod sufficiet qualibet causa colorata, & probabili, ut non dicatur calumniosa, Rota *p.* 2. *rec. dec.* 42. & 347. *n.* 7. & *p.* 8. *decis.* 163. *n.* 23. Rota apud Amatum Dunoz. *dec.* 466. *n.* 9. & 10. & 666. *n.* 8. & 697. *n.* 24. Burat. *dec.* 927. ubi Ferentil. Belt.
172 ad Ludovis. *dec.* 426. ubi dicit, quod non constet de prætensione omnino discolorata, & sufficit, ut calumnia non sit evidens, & notoria, & non careat probabili colore, & causa litigandi, & calumnia, ut excludere possit subrogationem, debeat esse manifesta, & evidens, Burat. *d. dec.* 227. ubi Ferentill. *n.* 15. Rota *p.* 11. *rec. dec.* 335. *n.* 9. tenuit quod concludenter debet probari calumnia, & ita evidens, & notoria, ut nulla excusatione celari possit; sic etiam dictum fuit in *dec.* 164. *n.* 7. *p.* 10. & quamlibet levem causam, & coloratam admitti ad excludendam calumniam, Rota apud Eminentissimum Celsum *dec.* 288. *n.* 11. ubi allegantur concordantes decisiones, & apud eundem *dec.* 369. *n.* 8. apud Emin. Othob. *dec.* 90. *n.* 12. & ideo ut lis dicatur calumniosa non detur subrogatio Gratiosa, non dicitur talis nisi finitis, & factis probationibus, Rota *dec.* 42. *n.* 3. *rec.* Burat. *dec.* 927. *n.* 11. Rota apud Amatum Dunoz. *dec.* 697. *num.* 22. & 23. certum enim est, quod quando quis obtinuit sententiam favorabilem non dicitur calumniosus litigator, ut in *dec.* 369. penes Eminent. Celsum *nu.* 7. & qui propter calumnias petit excludere subrogationem, illas concludenter probare oportet, & quidem evidenter, Rota apud Eminent. Celsum *dec.* 129. *n* 8.

Excluditur etiam ab isto beneficio subrogationis a Re- 173
gula intrusus, ut ibi: Dummodo præfatus collitigans intrusus non sit: & semper in Litteris adest illa clausula *dummodo intrusus non sis*, quæ clausula operatur, quod constito de intrusione gratia non sit valida, sed reservatur, Rota *dec.* 306. *n.* 3. & 343. *n.* 9. *part.* 1. *recent.* & in sæpe allegata *Valentina Rectoria* coram Bichio 17. *Martii* 1651. *n.* 5. hæc enim exceptio oritur ex ventre Litterarum, Seraph. *dec.* 980. *n.* 13. Rota penes Burat. 122. & *in d. Valentina Rectoria nu.* 5. *p.* 11. *rec. dec.* 124. quam etiam ut diximus, affert Tond. *post tract. de pens.*

Sed quis dicatur intrusus ad hunc effectum, non concor- 174
dant nostri; nam multi tenent, quod comprehendatur omnis intrusionis species, Mandos. *de subrog. q.* 4. *sub n.* 20. *vers. eo tamen*, Rebuf. *in tit. de subrog. glos.* 4. *per totam n.* 4. Cocchier. *in dict. regul. de subrog. sub numer.* 51. *vers. quis dicatur*, Ferentill. *tom.* 3. & per Merol. *tract.* 41. *numer.* 79.

At Lotterius *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 82. existimat, quod re- 175
gula debet intelligi de vera intrusione, quæ contrahitur cum quis propria authoritate, vel sine titulo ejus, qui conferre potest, possessionem ingressus est; nam hic dicitur vere intrusus, quasi per portam non ingressus: ita quoque videtur tenere Amayden *d. c.* 24. §. 2. *num.* 17. qui docet, quod dicitur intrusus in hoc casu qui ingressus est possessionem Beneficii reservati virtute collationis alterius, quam Papæ, secundum *dec.* Rotæ *par.* 2. *rec. decis.* 741. & ita etiam aperte tenuit Rota *in d. Valentina Rectoria* coram Bichio *num.* 10. ubi illa assignatur ratio, quia regula de subrogandis In quantum excludit intrusum est odiosa, & pœnalis, & ideo de sola vera intrusione intelligenda est, & hanc duntaxat comprehendit, alias nunquam daretur casus in quo subrogatio gratiosa vitium possessionis antea captæ purgaret, & redderetur frustratoria; ideo ibi Rota *numer.* 13. *cum sequent.* decidit, quod qui possessionem capit de manu Executoris quoad istum effectum licet nulliter Executor processerit, non dicitur intrusus, & ibi aliæ decisiones allegantur præsertim apud Post. 633. & idem confirmatum fuit in *decis.* 352. *num.* 11. & 12. apud Amatum Dunozet. ubi allegatur ea ratio, quia regula intelligitur de vero intruso; & ibi quoque allegantur aliæ Rotæ decisiones.

Subrogatio enim Gratiosa purgat omne vitium præce-
dens, quod fuit commissum accipiendo possessionem lite 176
pendente, ut dictum fuit in *Argentina Beneficii* 21. *Junii* 2610. coram S. M. Innoc. X. Lotter. *d. q.* 20. *n.* 214. & *q.* 13. *n.* 51. diximus supra.

Ideo existimant nostri, quod intrusio ad hunc effectum 177
debet verificari de tempore petitæ subrogationis, Seraph. *dec.* 1165. Coccli. *in reg. de subrog. sub dict. nu.* 51. ubi citat decisionem Rotæ in *Barchinonen. Parochialis* 28. *Junii* 1611. coram Coccino, apud Farinac. *par.* 1. *decis.* 342. *n.* 9. & 631. *par.* 2. *rec.* Lotter. *dict. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 86. Amayden *dict.* §. *nu.* 17. Rota *in Valentina Rectoria* apud Tond. 75. *nu.* 14. *vers. manet*, quia regula tantum damnat intrusionem de tempore Gratiæ præexistentem, ne intrusus se confoveat, & Gratiam pro pœna consequatur; ideo sufficit, ut de tempore Gratiæ clausula illa verificetur, quia Gratia verificanda est tempore Datæ, ut dicitur in *dict. decis. numer.* 15. & Lotter. dicit, quod si quis ante obitum collitigantis obtinuisse sibi decerni mandatum de manutenendo, diceretur ex hoc purgata intrusio, & assignat

Rotæ decisiones; nec futuram intrusionem comprehendit illa clausula, *dummodo intrusus non sis*, ut dicitur in eadem *dec. Valentina* 15. & intelligitur semper dicta clausula de alia, quam de narrata intrusione, Rota apud Amatum Dunoz. 352. *n.* 8. *&* 9. *&* 367. *n.* 4.

178 Ad evitandam intrusionem hujusmodi requiritur, quod titulus unde proceditur ad capturam possessionis sit validus, Rota *p.* 2. *divers. dec.* 21. *n.* 6. attamen quando titulus procedit ab habente potestatem conferendi sufficit ut sit coloratus, Paris. *cons.* 125. *n.* 28. *lib.* 4. Rota *recent. part.* 2. *dec.* 741. *sub nu.* 8. Imo etiam nullus suffragatur, Seraph. *decis.* 1238. *num.* 1. *& in recent. part.* 5. *decis.* 344. *num.* 16. licet secus sit eum titulus processit a non habente potestatem conferendi: quia tunc non habet Canonicum colorem, juxta decisionem 21. *p.* 2. *divers.* quæ omnia habentur clarius in *dict. Valentina Rectoria*; sic etiam Rota apud Eminentissimum Othob. 320. *num.* 7. *&* 8. dixit, quod dicitur intrusus ille qui fuit præsentatus ab illis, qui non habent jus instituendi, intrusio autem cum sit quid facti non præsumitur, sed probanda venit ab eo qui se fundat in ipsa, Lotter. *d. q.* 20. *n.* 81.

179 Excluditur ulterius a beneficio subrogationis a regula præfata quando lis esset mota contra triennalem possessorem, ut legitur in textu; tunc enim, ut observat Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 88. licet non esset litis effectus ordinarii collatoris, ut possit conferre, attamen superstiti litiganti non datur subrogatio, bene tamen potest dari tertio extra litem, Rota apud Mohedan. *dec.* 4. *sub tit. lite pend.* Lotterius *loc. cit.*

180 Requiritur tamen hoc casu tam possessio per triennium pacifica, quam etiam titulus coloratus, & requiritur ad effectum regulæ de triennali, non tamen sufficit vitiosus ac improbus, March. *in d. reg. de subrog. q.* 5. Coechier. *ibidem n.* 31. Lotter. *d. q.* 20. *nu.* 89. Rota *decis.* 531. *part.* 2. *rec.* & ideo dicit Lotter. quod si petens subrogari probaret vel quod mortuus non habuerit titulum, vel quod possessio fuerit ab alio occupata, non posset denegari subrogatio, juxta præfatam Rotæ decisionem.

181 Dubium potest esse quando possessio triennalis habuerit causam ab alio cum quo lis fuit prius, ipse tamen pacifice possederit, an tunc eo defuncto collitigans superstes qui fuit in lite cum ejus prædecessore possit obtinere subrogationem Gratiosam contra triennalem pacificum possessorem? Equidem Rotæ *decis.* 342. 1. *p. in recent.* adhibuit distinctionem dicens, quod aut iste defunctus habuit causam a collitigante, & possessio fuit vacua, quia apud eum non fuerit, & tunc non erit locus subrogationi, quia vere effectus fuit triennalis possessor, quia sola proprietas, & non possessio fuit in lite; aut vero collitigans cui defunctus successit habuit possessionem ita quod possessio quoque in lite fuerit, & tunc esse locum subrogationi, quia in tertium transivit possessio litigiosa, & consequenter cum suis remediis, quam *decis.* affert etiam, & sequitur Lotter. *loco cit. dict. q.* 20. *n.* 91. sed illam respuit Amayden *lib.* 1. *cap.* 20. §. 1. *num.* 18. & dicit, quod primus casus distinctionis non potest practicari, quia impossibile videtur, quod tertius impetrans habeat causam a collitigante, & possessio sit vacua, & respondet ad decisionem Mohed. 8. ut ibi per ipsum.

182 Successive excluditur ab obtinenda subrogatione Gratiosa is qui impetravit Beneficium viventis, cui nullam Gratiam opitulari posse statuitur expresse in regula hac de subrog. & hoc ad compescendum ambitionis vitium, quod ab ipso Ecclesiæ primordio in Ecclesia Sancti Dei irrepsit, quod omnium malorum causa fuit, quare enixe in Sacris Canonibus prohibitum, & vetitum fuit, ne quis Beneficium viventis occuparet, variasque pœnas in transgressores Canones præfati promulgarunt, ut videre est in *titul. extra & in 6. de concessione probend.* & enumerat Rebuf. *post glos.* 7. *de subrog.* ubi agit de reprobata Beneficii viventis impetratione, *fol. mihi* 221. ita tamen quod impetratio hujusmodi facta de Beneficio viventis est nullius roboris, & momenti, etiam si postea mors sequatur, ut in *reg.* 21. *Cancellariæ* expresse habetur, & qui talem impetrationem fecerit de Beneficio adhuc viventis efficitur inhabilis in futurum ad dictum Beneficium obtinendum, & notant Rebuf. *loc. cit. n.* 13. *fol.* 222. Cocchier. *in reg. de non impetran. nu.* 23. quamvis ignoranter hoc egisset, ut dicit Cocchier. *loc. citat.* imo Rebuf. docet, quod si alias postea impetrat a Papa, impetratio non erit valida nisi de prima impetratione sit facta mentio, quia per illam fuit factus infamis, & inhabilis ad illud; requiritur tamen ut habeat supplicationem signatam in vita ejus per cujus obitum impetravit, & sufficit, ut sit signata licet non fuerit registrata supplicatio; sola tamen porrectio non sufficit, ut observat Cochier. *in reg. de non impetran. n.* 13.

183 Excusatur tamen quis a tali pœna ex justa, & communi credulitate orta, ex fama publica, non tamen ex Litteris privatorum, Rota apud Seraph. *dec.* 975. *n.* 6. Coechier. *loc. cit. n.* 23. ubi dicit, quod semper excusat, quando justa causa & probabilis intercessetit putativæ vacationis.

184 Imo non solum est nulla impetratio, quando quis impetravit Beneficium viventis, sed etiam quando post obitum, & ante datam Gratiarum tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam Papæ verisimiliter potuerint pervenisse, ut expresse legitur in *reg.* 30. de verisimili notitia, de qua vide Cocchier. & alios.

185 Ad rem nostram deveniendo qui impetravit Beneficium viventis, quia scilicet erat senex, vel infirmus, nullo unquam tempore poterit peti subrogari ad dictum Beneficium, ut legitur in *reg. de subrog.*

186 Demum in regula statuitur non esse concedendam subrogationem gratiosam in impetrationibus per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus etiam si usque ad diffinitivam sententiam processum foret, dummodo non transierit in judicatum.

187 Sed tamen quod concedatur subrogatio post primam sententiam privationis tenet Gomez. *in reg. de subrob. q.* 7. *vers. limitatur tamen*, Ludovis. *dec.* 426. *in fine num.* 10. & Rota *part.* 2. *recent. dec.* 261. Amayden *loco cit.* §. 1. *nu.* 11. qui docet, quod hoc non est contrarium regulæ, quæ disponit non dari impetranti ob privationem etiam si processum fuerit ad sententiam diffinitivam: quia dicit, quod regula loquitur de impetratione facta ante sententiam; decisiones autem loquuntur de impetratione facta post sententiam, quia in hoc posteriori casu cessat calumniæ præsumptio; sed ut observat Amayden *loco cit.* regula non est contenta sententia, sed requirit transitum in rem judicatam.

188 Extra hos casus Sacra Dataria solet concedere subrogationem, quando vacatio contingit in Curia propter reservationem in corpore juris clausam, cui non censetur quod regula voluerit derogare, Amayden *d.* §. 1. *n.* 20.

189 Dubitari potest, an subrogatio Gratiosa competere possit in Gratia, *si neutri*, Ratio dubitandi est quia impetrans Gratiam, *si neutri*. fatetur pernecesse nullum jus sibi competere, ex qua confessione resultat calumnia, calumniosus autem excluditur e Regula a beneficio obtinendi Gratiosam subrogationem. An nihilominus collitiganti debeatur subrogatio etiam ex capite Gratiæ, *si neutri*, Rota apud Put. *dec.* 413. *lib.* 1. *& dec.* 272. *lib.* 2. *& part.* 2. *divers.* 24. *num.* 7. Lotter. *lib.* 2. *qu.* 54. *num.* 141. Amayden *d. cap.* 24. §. 1. *num.* 16. respondent ad rationem dubitandi, quod hoc non jus detegitur in processu causæ, calumniam vero deberi insistere in principio, & limine judicii, & quod requiritur, quod lis principio calumniosa fuerit, & mota per calumniam, prout dixit Rota *in Firmana Altari* 30. *Jan.* 1614. coram Seluciem. quam affert idem Amaydan. Quam responsionem eo magis procedere dicit, quia confessio quæ fit in Gratia, *si neutri*, non censetur facta simpliciter, sed ad effectum obtinendi Gratiam, *si neutri*, quæ fundatur in ista confessione, & ideo quamvis ex Gratia, *si neutri*, non resultet titulus absolutus, & certus, sed conditionalis, ille non sufficiet ad subrogationem; ad quod affert decisionem in *Caputaquen. Abbatia* 25. *Maii* 1620. coram Seleucien. in qua dictum fuit, quod sufficit quandoque titulus cumulatus.

190 Dubium vero est non leve inter nostros DD. intra quod tempus peti debeat subrogatio Gratiosa. Equidem regula videtur annuere late, quod peti debeat intra mensem ab obitu collitigantis, Ludovic. Gomez. Episcopus Sarnen, *in explicatione hujus regulæ quæst.* 1. ita loquitur: Solutio Felin. hic dicit quod communis intellectus istorum verborum dati solitus in Curia est iste, videlicet, quod collitigans debet se infra mensem subrogari facere quoad hoc ut fruatur beneficio regulæ, & tunc impetrationes quorumcunque aliorum non collitigantium ante istam subrogationem collitigantis factæ non valeant, & ideo inolevit stylus Signaturæ secundum Felin. quod subrogatio collitigantis facta intra mensem, licet post impetrationem tertii semper illi deroget. Hæc Gomezius; Ita etiam videntur exprese tenere Rebuff. *in rub. de subrog. n.* 4. *& in glos.* 2. Mandos. *in d. reg. de subrog. q.* 2. Garz. *d. p.* 6. *c.* 4. *n.* 37.

Vice

191 Vice tamèn versa, quod regula non arctat ad petendam subrogationem infra mensem, docuerunt quamplurimi egregii & practici DD. præsertim antiquus Glossator, qui dum glossavit dictam regulam ita locutus fuit: Ista, secundum quod omnes intelligunt, dicit quod si lite pendente moriatur collitigans, vel alias vacet jus vel Beneficium per collitigantem, quod infra mensem potest subrogari collitigans; & si alius subrogetur, quod non valet subrogatio infra mensem, nisi collitigans qui petit subrogationem fuerit intrusus, vel mota sit lis contra possessorem postquam triennio pacifice possederit. Hoc dicit, secundum quod omnes Curiales etiam doctissimi viri intelligunt; sed salva gratia omnium ista regula non dicit hoc, sed prout semper intellexi, sic quod si duo litigant super Beneficio, & unus ipsorum cedit, vel decedit lite pendente, quod si unus alius tertius quomodocunque petat se subrogari, & sit prior in Data, Si tamen alius collitigans infra mensem post impetrationem illius tertii petat se subrogari, quod valet impetratio collitigantis, & non alterius tertii; & hoc fundat clare ista regula in fine juncto principio: & pono exemplum, Si duo litigabant, & alter mortuus est, & tertius post annum petat se subrogari, & fuit subrogatus, quod si post impetrationem, non infra mensem a tempore impetrationis tertii collitigantis subrogetur, ista subrogatio valet, & non illius tertii qui erat prior in Data, & non debet intelligi, quod debet collitigans subrogari infra mensem a tempore mortis collitigantis: quia hoc non dicit regula, sed indistincta loquitur, ibi: ante concessionem hujusmodi. Hæc ibi Alphonsus insignis Curialis: idem prorsus sensit Cocchier. *in d. reg.* ibi, quod infra mensem computandum, non a die obitus collitigan-
192 tis, vel a die quo mors sciri potuit, ut vult hic noster Alphonsus (errat Cocchier. in hoc) & Gomez *q.* 10. & Mandos *quæst.* 2. sed a die concessionis subrogationis tertio, voluit Rota in una *Barchinonen. Parochialis* 20. *Junii* 1611. coram R. P. D. Coccino, quæ est apud Farinac. *par.* 1. *decis.* 342. *n.* 10. *in novissimis*, neque enim nullum tempus est præfinitum collitiganti ad petendam subrogationem, ut fuit resolutum in una *Caven. Parochialis*, & in *Pamphilonen. Abbatia* 20. *Junii* 1603. coram R. P. D. Ludovisio, & coram R. P. D. Coccino *in una Hispal. præstimoniorum* 6. *Junii* 1607. teste Franc. *d. dec.* 342. hæc Cocchier. Hanc etiam sententiam tenuit, & canonizavit non semel Sacra Rota, non solum in *d. dec.* 342. *par.* 1. *recent.* sed etiam penes Ludovis. *dec.* 125. in qua dicitur, quod mentio mensis est invalidandam non subrogationem post illam petitam, sed gratiam intra illum obtentam in præjudicium subrogandi, Seraph. *dec.* 1165. Cocc. *dec.* 45. *numer.* 19. & ita conclusum dicit Put. *decis.* 14. *lib.* 2. *&* *decis.* 167. *numer.* 28. *par.* 4 *tom.* 2. apud Rub. Beltram. *ad dict. dec.* 125. *numer.* 19. Ubertus *par.* 6. *praxis fol.* 254. *vers. Subrogationem*.

193 Hanc etiam sententiam tenuit Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 59. *&* 60. docet enim, quod supposita lite nullum est præfixum tempus collitiganti ad obtinendam subrogationem ad effectum, ut deinceps sibi denegetur, sed ad affectum duntaxat, ut si interim concedatur tertio, ea reddatur nulla, si postea infra mensem petatur a collitigante: & quicquid hæsitaverint Interpretes regulæ, tamen docet Lotter. quod hic sit verus & litteralis sensus regulæ perpetuo a Rota approbatus, & ibi latius discurrit: monet tamen Lotter. collitigantem ad petendum cito hanc gratiam subrogationis gratiosæ: quia si tertius præoccupet, & impetret Gratiam, ut multoties contigit, potest contingere ut ipsi litiganti superstiti denegetur, ex quo dicit quod regula in hac parte est eventualis, si videlicet Principi placuerit infra mensem a die subrogationis tertio concessæ.

194 Sed his non obstantibus, Amayd. §. 1. *n.* 2. contrarium sustinet per hæc quæ sequuntur: Ego vero non obstante summa Rotæ authoritate crederem, subrogationem infra mensem petendam esse cum Mandos. *d. p.* 2. *sub num.* 4. ubi testatur de stylo, & movetur non solum ratione, sed etiam ex verbis; ratione quidem, qui plures Canones disponunt contra diutinam vacationem Beneficiorum, quam omnino improbant, quibus hæc regula non voluit contrarium disponere; si vero sumatur interpretatio Rotæ, nullus præscribitur terminus subrogationi faciendæ, & sic inducitur diutina Beneficii vacatio: propterea censeo regulam restrinxisse petitioni subrogationis ad tempus mensis, quod ipsum declarant verba regulæ ibi [ante concessionem hujusmodi] quæ apte explicari non possunt nisi per ea dicatur præfinitum tempus subrogationi petendæ; nam procul dubio verba ista [ante concessionem hujusmodi] referuntur ad supra posita, subrogati concesserit, quia de nulla alia concessione fuit habitus sermo: unde ut impetratio facta infra mensem ante concessionem hujusmodi nulla sit, debet intelligi de facta post obitum infra mensem petendi subrogationem, & hoc importat dictio, *ante*, quæ non est adjecta tempori, sed concessioni, ubi decisiones allegatæ interpretantur adverbium, *ante*, pro adverbio, *post*; dicunt enim impetrationem factam post subrogationem intra mensem esse nullam; unde dicendum est regulam disponere quod subrogatio petatur infra mensem a die obitus, ne Beneficium diutius vacet, quod ut indubitatum supponit Put. *decis.* 272. *num.* 2. *lib.* 2. & quod impetratio medio tempore facta est nulla, ex quo sequitur, quod facta post illud tempus sit valida, ad regulam, prohibitum ad tempus censetur post illud concessum, *l. si unus* §. 1. ubi Bald. *ff. de pactis* cum aliis per Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 46. *&* *seq.* Surdus *cons.* 8. *num.* 7. Rota *decis.* 145. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* & hæc videtur naturalis, & legitima regulæ interpretatio; ex hoc autem non sequitur, quod Dataria non possit quandocunque velit concedere subrogationem collitiganti, quando non adest impetratio intermedia, sed solum quod vigore hujus regulæ non tenetur, & non solet concedere subrogationem valde negligentibus.

195 Sed certe textus regulæ mihi videtur clarus contra Amaydenum; dicitur enim in regula quod concessiones, & impetrationes infra mensem ante concessionem hujusmodi scilicet subrogationis factæ nullius sint roboris, & momenti; non enim dicit, quod subrogatio infra mensem peti debeat, sed mensis ponitur ad annullandum impetrationes, & concessiones obtentas infra mensem, postquam fuerit concessa subrogatio, ut sensus sit, si collitigans sciverit alium impetrasse Beneficium litigiosum potest infra mensem petere subrogationem, quo casu impetratio redditur nulla, & invalida: quod intellige nisi fuerit regulæ derogatum: quia solet Papa quandoque derogare regulæ concedendo subrogationem tertio extra litem existenti, & ita est opinio Rotæ Romanæ, cui in his materiis plurimum deferri debet, & allegatis adde *decis.* 335. *par.* 11. *recent.* Hoc meum judicium corroboratur ex sententia Rotæ *in Neapolitana Cimiliarcatus* 15. *Maii* 1631. coram Bichio, apud ipsum *dec.* 1. *num.* 11. 12. *&* 13. in qua fuit dictum, quod regula de subrogandis non arctat collitigantem ad petendum subrogationem infra mensem; quod tamen procedere ibi dicitur, quando post mensem non fuit altera Gratia concessa; nam infra mensem non potest concedi, & si concedatur, nullum præjudicium affert subrogando, & mensem currere a die concessionis tertio factæ.

196 Hæc in quantum ad subrogationem, quæ datur superstiti collitiganti in Beneficio post cessum, vel decessum alterius partis litigantis, sive ad ejus possessionem, sive ad ejus locum concessa sit, seu ad jus ipsius; nam, ut diximus, non semper subrogatio fit ad possessionem collitigantis demortui, sed quandoque ad ejus jura in statu, & terminis quibus reperiebatur. Nunc dicemus aliqua breviter de subrogatione, quæ etiam solet concedi tertio extra litem existenti, per quam concessionem Gratiæ, quam solet Dataria huic tertio concedere, nullum præjudicium infertur superstiti collitiganti: quia collitigans superstes contra hunc tertium potest sua jura experiri eodem statu, ac terminis, quibus poterat contra defunctum collitigantem, Rota *in Burgen. Abbatia* 17. *Decembris* 1612. coram Ubaldo, & optimam reddit rationem Amayden *d.* §. 1. *num.* 22. quia hic subrogatus non plus acquirit, quam ille, in cujus locum est subrogatus, habeat, juxta *decis.* 31. *part.* 1. *recent.*

197 Subrogatio, quæ conceditur tertio extra litem potest contingere non uno tantum modo; nam quandoque potest fieri subrogatio ad locum cedentis, vel decedentis, qui erat in possessione, & tunc probata possessione datur immissio; nec obstat, quod possessio fuerit vitiosa, quia ut alias diximus transit cum vitio purgando per subrogatum; oportet tamen ut de ipsa possessione vitiosa fiat mentio secundum Rebuff. *in praxi tit. de Subrog. num.* 19. *fol. mihi* 212. & tunc cum ad possessionem fuit subrogatus oportet, ut concludenter probent, juxta ea, quæ diximus, ut immissio concedatur.

198 Cum vero fit subrogatio ad locum collitigantis, qui non erat in possessione, tunc quidem non competit immissio, ut dictum est; verum si ad locum ejus, qui habebat Breve de

capien-

capienda possessione, sufficit, ut justificet clausulam, *constito*, qua justificata immittitur in possessionem, ut dictum est.

199 Quandoque vero fit subrogatio ad eum, qui spolio agebat, ut actionem spolii prosequi, & continuare possit; & tunc ut censeatur subrogatus ad dictam actionem spolii requiritur, ut expresse ad hoc sit subrogatus, juxta *dec.* Seraph. 596. Paris. *l.* 3. *quæst.* 5. *n.* 79. & de hoc utitur Dataria diversis clausulis, & decretis, ut observavit Amayden *d.* §. 1, *num.* 27. *in fin.* quia actio quæ competit spoliato est personalis, & transit regulariter in subrogatum, qui non est læsus, nec spoliatus, & ideo oportet, ut specifice ad talem actionem subrogetur, quod tamen secus est cum fit subrogatio ad spoliantem; nam tunc ut diximus transit vitium in subrogatum per ipsum purgandum; sic optime Amayden *loco cit.* quia, si ex hac mutatione personæ subrogatus liberaretur a purgatione spolii, fieret præjudicium spolio. Quod tamen teneatur probare subrogatus ad actionem, & prosecutionem spolii, diximus supra.

Subrogatio, quæ a tertio fuit obtenta, debet intimari superstiti litiganti, Pur. *dec.* 9. *lib.* 1. Cassad. *dec.* 6. *n.* 10. *de acquir. possessione*, Bellas. *dec.* 156. vel saltem ejus procuratori, Cocchier. *in d. reg. de subrog. n.* 38 *in fine*, quod tamen intelligit Amayden *d.* §. 2. *n.* 84. si collitigans possideat, alias si possessio vacua fuerit propria authoritate poterit intrare possessionem.

Cum tamen conceditur sub actione reservationis, tunc fit ad possessionem defuncti, & cuilibet conceditur & expediri potest ad partes, vel cum Gratia principali, juxta
200 ea quæ dicta sunt, & cum differentia præonarrata, scilicet quod nisi ad partes expediantur non habet suum privilegium executum, tribus tantum justificatis cum tota gratia erit justificanda, & citatis in principio, adde Gratiolum Ubertum *par.* 6. *prax. folio* 3254. *vers. primus est & fol.* 253.

Illud tamen advertendum, est quod licet subrogatio quæ capitur ex reservatione capi possit ex clausulis generalibus,
201 ut dictum est, tamen quando Gratia fuit concessa in forma Commissaria dubium videtur, an possit expediri subrogatio gratiosa ex clausulis generalibus, & expediri ad partes Litteræ pro tali gratia; nam repugnare videtur rationi quod hoc possit fieri, ut observavit Amayden *loco cit.* §. 2. *n.* 85. quia Litteræ principaliter habent clausulam *vocatis vocandis*, ex quo Pontifex vult possessorem vocari, & audiri; quod fieri omittitur, si expediatur subrogatio gratiosa ad partes in vim clausularum, quæ operantur ut possessor intrusus non audiatur: sed Rota consuevit concedere talem subrogationem, ut in *Cæsaraugustana Parochialis de Maella* 21. *Junii* 1621. coram Coccino apud Vivian. 47. & ad rationem dubitandi Amayden respondi potest, quod tunc expeditis Litteris in *forma Gratiosa* quoque vocari debeat possessor, & intrusus qui semper vocari, & citari debent in excussione cujuslibet gratiosæ concessionis.

ADDITIO

Ad Caput XVII. Primæ Partis.

De exequendis litteris Gratiosæ subrogationis.

SUMMARIUM.

Fieri potest subrogatio ex sola reservatione, n. 1.
Fundamentum gratiæ subrogationis, vel est lis, vel reservatio, nu. 2.
Subrogatio, quæ datur superstiti collitiganti, est actus potius justitiæ, num. 3.
Differt gratiosa subrogatio a mandato de subrogando, quod dicitur subrogatio rigorosa, n. 5. *&* 6.
In rigorosa subrogatione requiritur excussio jurium defuncti, nu. 7.
Cum quis subrogatur in locum non possidentis, tenetur justificare totam gratiam, num. 8.
Verificatis tribus requisitis, nempe Clericatu, reservatione, vel lite, & possessione defuncti, datur immissio subrogato, n. 9.
Tribus modis dari, & expediri potest subrogatio gratiosa, n. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15.
Qua… n…eque conceditur subrogatio ad jus, & prosecutio… m causæ, num. 16.
…ditur subrogatio tertio in locum defuncti, si
Cum con… , collitigans non possidet, subrogatus non tenetur ad … superst… justificationem gratiæ, n. 17.
Quando conceditur subrogatio absque lite, vel reservatione, subrogatus debet totam gratiam justificare, num. 18.
Subrogatus non tenetur exhibere Litteras præcedentis gratiæ, nu. 19.
Gratioso subrogato, quod remedium competat immissionis, an manutentionis? n. 20. 21. *&* 22.
Ut detur immissio subrogato, reservatio debet esse clara, n. 23. *&* 24.
Exceptiones turbidæ non impediunt immissionem subrogate, nu. 25.
In judicio subrogationis gratiosæ sufficit semiplena probatio, num. 26.
Subrogationis effectus non impeditur ab eo, qui non habet titulum ejusdem speciei, n. 27. *&* 28.
Inter duos subrogatos agitur ordinarie, n. 29.
Provisus ab Ordinario, stante reservatione, non impedit immissionem subrogato, num. 30.
Obitus in possessione quomodo probetur, n. 31. *usque ad* 39.
Quis potest subrogari ad jus unius, & possessionem alterius? num. 40.
Quæ lis requiratur ad impetrandam subrogationem gratiosam? n. 41. *&* 42.
Utrum per mandatum de providendo introducta dicatur lis, quæ sufficit ad subrogationem, n. 43. 44. *&* 45.
Per commissionem causæ, cum clausula quam, & quas, *an dicatur introducta lis super titulo, n.* 46. *&* 47.
Lis debet esse introducta coram Judice competente, nu. 48. *&* 49.
Lis non dicitur introducta per solam commissionem impetratam, sed ea uti debet citando partem, num. 50. 51. 52. 53. 54.
Ante litis introductionem Ordinarius conferre potest, num. 55.
Cum lis fuit diu agitata, præsumitur, quod præcesserit citatio, num. 56.
Commissio, Litteris non expeditis super gratia, non introducit litem, nec efficit Beneficium litigiosum, num. 57.
Non sufficit expeditio Brevis de capienda possessione, *num.* 58.
Lis quando dicatur extincta per mortem actoris, vel Rei, n. 59. 60. 61. *&* 62.
Requiritur sententia declaratoria desertionis causæ, ut per sententiam dicatur extincta lis, num. 63.
Per lapsum decennii dicitur lis extincta, num. 64.
Lis quomodo probetur, num. 65.
Subrogatus rigorose *ingredi possessionem propria auctoritate non potest, num.* 66. *&* 67.
Subrogatus gratiose *quando possit ingredi possessionem auctoritate propria, n.* 68.
Subrogatus non potest adire alium executorem etiam specialiter datum, sed tenetur exhibere Litteras in Sac. Rota, n. 69. 70. 71.
Dispositio textus in cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6. *procedit etiam in Beneficiis juspatronatus, n.* 72.
Calumniosus litigator excluditur a beneficio subrogationis, & quis sit talis, n. 73. *&* 74.
Lis introducta contra possessorem triennalem non sufficit ad subrogationem gratiosam, n. 75. *&* 76.
Clausula, dummodo intrusus non sit, *quomodo intelligatur, n.* 77.
Excluditur a subrogatione gratiosa impetrans Beneficium viventis, n. 78. 79. 80. 81. *&* 82.
*Excluditur a subrogatione, qui impetrat contra regu*lam de annali, *& quomodo intelligatur, nu.* 83. 84. *&* 85.
Subrogatio non conceditur in Beneficiis vacatis ob privationem, n. 86.
Subrogatio juvat in possessorio tantum, num. 87.
Subrogatio, concessa superstiti collitiganti, semper intelligitur sine præjudicio tertii, & juris, alteri quæsiti, n. 88.

IN *hoc capite* satis tractavimus de exequendis Litteris *subrogationis gratiosæ*; ideo pauca sunt addenda: in primis advertendum duximus, quod in *hoc capite* citavimus multas *decisiones Sac. Romanæ Rotæ* coram Bichio impressas in *partibus recentiorum*, vel ab aliis Doctoribus relatas; attamen sunt etiam penes eundem Cælium in suis aureis voluminibus *decisio in Hispalen. Beneficii*, 24. *Junii* 1650. quam *num.* 4. citavimus, est penes ipsum 405. *decisiones in Va-*

in Valentina Rectoria, quas sæpe sæpius allegavimus, nem-
pe 3. *Decembris* 1646. *sub* 276. *eadem* 24. *Maii* 1647. 300.
eadem 22. *Junii* 1650. 433. *eadem* 17. *Martii* 1651. 455.
& postremo 31. *Julii* 1651. 479. penes eundem Bichium.
1 Diximus in principio *hujus capitis*, quod dari potest *su-
brogatio gratiosa* ex sola reservatione absque lite; adde Ro-
tam apud Manzanedum *dec.* 180. *n.* 5. *& dec.* 837. & apud
Hier. Priolum 377. *&* 398. apud Bichium *dec.* 300. *nu.* 20.
apud Burratum 769. *& dec.* 81. *n.* 11. *p.* 6. *recent.* *& alibi*
sæpe, & late Garz. *p.* 6. *de Benef. cap.* 4. *n.* 8. fundamen-
2 tum vero *gratiosæ subrogationis* esse, vel litem, vel etiam
reservationem, Rota apud Manzanedum *decis.* 217. *in
principio*, & apud Em. Cerrum 411. *n.* 6. *&* 611. *in prin-
3 cipio*; & cum conceditur superstiti collitiganti in locum
mortui collitigantis juxta dispositionem textus *in cap.* 2. *ut
lite pendente in* 6. est actus potius justitiæ, quam gratiæ,
ne detur novus collitigans; quod aperte habetur etiam in
regula de subrogandis 29. Rota *dec.* 174. *in fine p.* 16. *recent.*
ideo denegari non potest, cum præcessit lis super titulo
Beneficii, & alter liti cessit, vel obiit, Emin. Cerrus *de-
cis.* 951. *num.* 1.
4 *Num.* 13. annotavimus, diversam esse *subrogationem
gratiosam*, & *subrogationem rigorosam*; sicuti differt provi-
sio a mandato de providendo: *gratiosa* siquidem *subroga-
tio* fit ab ipsomet Papa; *rigorosa* vero est, cum Papa man-
dat Executori, ut subroget. Magna est differentia inter
utranque: quia in prima, ut diximus, & nuper etiam
diximus, *subrogatio gratiosa* habet suum celerissimum ef-
fectum: justificatis enim duntaxat tribus requisitis, nem-
pe lite, seu reservatione, obitu in possessione ejus, in
cujus locum fit subrogatio, & clericatu subrogati, datur
immissio, nec opus est alia justificatione narratorum;
5 quod secus est in *rigorosa*, quæ exposcit justificationem o-
mnium narratorum coram uno ex Auditoribus Sacræ Ro-
tæ, cui dirigitur mandatum de subrogando executore Litte-
rarum; adde Paten. *dec.* 208. *lib.* 1. *in correctis*, Bichium
decis. 300. Emin. Cerrum *decis.* 275. *num.* 4. inde sequitur
clare, quod *mandatum de subrogando*, seu *rigorosa subro-
gatio*, non habet viam executivam, sed ordinarie agen-
dum est, & immissio nequit haberi nisi Judicis ministerio,
qui juridice, auditis partibus, procedere debet, Ro-
ta apud eundem Eminent. Cerrum *decis.* 20. *numer.* 1.
6 ideo apponitur in hujusmodi mandato illa clausula *vocatis
vocandis*, quæ non apponitur in *gratiosa subrogatione*,
7 Coccinus *dec.* 1313. *num.* 8. 9. *&* 10. & in executione hu-
jusmodi mandati de subrogando requiritur etiam excussio
jurium defuncti, in cujus locum quis subrogari cupit, Ro-
ta apud Bichium *decis.* 145. *num.* 24. quæ etiam observan-
8 tur, cum quis subrogatur in locum, & ad jus non possiden-
tis; nam quoque tenetur ad justificationem suæ gratiæ,
perinde ac si ageret ad canonizationem gratiæ, & ordina-
rie, & non executive, agendum est, Em. Cerrus *d. dec.*
20. *n.* 6. *&* 7.
9 Verificatis igitur tribus requisitis, nempe Clericatu im-
petrantis, reservatione, vel lite, & obitu in possessione
ejus, in cujus locum subrogatur, reliquis autem narra-
tis minime justificatis subrogatum immittendum esse in
possessionem, diximus *n.* 14. ibique allegatis adde Cocci-
num *dec.* 1313. Manzanedum *dec.* 903. 180. 225. *n.* 3. *&*
135. apud Bichium *dec.* 187. *n.* 2. *& dec.* 310. *n.* 20. *&* 174.
n. 9. *p.* 16. *recent.* apud Priolum *dec.* 377. *n.* 4. *&* 398. *n.* 1.
apud Em. Cerrum 411. *n.* 1. *&* 846. *&* 27. *in principio*, *&
decis.* 204. *n.* 1. *decis.* 232. *n.* 2. 3. *&* 4. *&* 249. *par.* 18. *recent.*
quæ sunt tria extrema ad hunc effectum, Marescott. *var. lib.*
2. *cap.* 1. *n.* 55. Gonzalez *in proœm.* §. 7. *n.* 211. *&* 212. quod
quidem clarius explicandum duximus: *gratiosa* siquidem
10 *subrogatio*, tribus modis concedi consuevit, ut utamur ver-
bis, & doctrina Sacræ Rotæ in *decis.* 719. *part.* 18. *tom.* 2.
Primo modo conceditur de per se, particulari supplicatio-
ne porrecta Papæ, & principaliter expeditur per particu-
lares Litteras, & tunc subrogato conceditur immissio tri-
bus duntaxat justificatis, nempe clericatu provisi, pos-
sessione sui prædecessoris de tempore mortis, & lite, si
de reservato, vel affecto fuerit subrogatio concessa, quia
hoc casu nulli fit injuria: quia de reservato affecto, vel
litigioso, nullus præter Papam potest disponere, lite au-
tem, reservatione, vel affectione cessantibus: quia Or-
dinarius non prohibetur conferre, subrogatus debet o-
11 mnia narrata justificare, non secus ac narrata in alia pro-
visione, cujus naturam in hoc casu assumit subrogatio, ad
tradita per Vitalinum *in clem.* 1. *num.* 41. *ut lite pendente*,
Gonzalez *regula* 8. §. 7. *proœm. sub num.* 210. Marescott.
variar. lib. 2. *cap.* 1. *num.* 54. Burattum *decis.* 769. Bichium
dec. 405. *num.* 2. Rotam *in d. dec.* 719. *n.* 2. 3. 4. *&* 5. Secun-
do modo *subrogatio gratiosa* expeditur, quando ex cor-
pore, vel clausulis generalibus supplicationis signatæ su- 12
per gratia principali desumitur, atque illius Litteræ expe-
diuntur postea de per se, & ad partes, sive de tempore
expeditionis Litterarum gratiæ principalis, sive longe po-
test, & tunc etiam verificatis illis tribus requisitis antea di-
ctis, datur immissio subrogato, ut in primo casu: cum
hoc etiam casu agatur de executione Litterarum particula-
rium solius *gratiosæ subrogationis*: quia constat de volunta-
te Papæ, volentis providere, dummodo ad se provisio spe-
ctet, nec agatur de concursu provisi ab Ordinario, Ma-
rescott. *var. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 56. Coccinus *dec.* 1313. Bich.
d. dec. 405. *& dec.* 322. *p.* 13. *recent.* *& d. dec.* 719. *n.* 6. 7.
& 8. *p.* 18. *recent.* Tertio modo *subrogatio* expeditur, &
accipitur ex solis clausulis generalibus gratiæ principalis, 13
in qua continetur, nullis aliis Litteris ad partem expeditis
subrogationis gratiosæ; tunc requiritur justificatio narrato-
rum in gratia principali: quia gratia subrogationis, ad
partes non expedita, sed ad gratiam principalem conse-
quitur, & reputatur accessoria, illiusque naturam sorti-
tur, ad cujus executionem procedi non potest, nisi justi-
ficatis narratis in gratia principali, cui subrogatio adjici-
tur; & quæ ex natura omnium rescriptorum habet in se ta-
citam conditionem, *si preces veritate nitantur*, quod non
est in aliis duobus casibus, in quibus agitur de executione 14
Litterarum particularium *subrogationis*, nullam aliam
narrativam continentium, & proinde nulla alia requiri-
tur justificatio, Addent. ad Gregor. *decis.* 103. *lit.* *A.* Spad.
consf. 58. *num.* 5. *lib.* 2. Lotter. *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 302. *&* 15
Nobis citatis in hoc capite num. 20. *& seq.* Rota *d. decis.*
719. *nu.* 9. 10. 11. 12. *&* 13. Facta autem justificatione o-
mnium narratorum *subrogatio* in articulo executionis
suam prærogativam retinet, ut nullum discrimen sit inter
subrogationem, independenter expeditam, aut desumptam
ex clausulis generalibus principalis gratiæ, & ad partem
postea expeditam, & inter illam, quæ in ipsa gratia prin-
cipali continetur, Rota *dec.* 401. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Lot-
ter. *lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 305. *& Nobis citatis in hoc capite n.*
22. Rota *in dicta decis.* 719. *n.* 15. *p.* 18. *tom.* 2.
Quandoque vero conceditur subrogatio ad jus, & pro-
secutionem causæ; & tunc, si defunctus inceperat judi- 16
cium executivum vigore *Brevis de capienda possessione*, pot-
est subrogatus prosequi præfatum judicium, & justificatis
duntaxat contentis in clausula, *constito*, absque alia justifi-
catione immittendus est in possessionem, Rota *decis.* 545.
nu. 36. *&* 37. apud Bichium, ubi ita procedere decisionem
apud Burattum 590. *num.* 6. *&* 7. declaratur; Cum vero
conceditur subrogatio tertio in locum defuncti, & super- 17
stes collitigans non possidet, subrogatus non tenetur ad ju-
stificationem suæ gratiæ: quia collitiganti superstiti non
possidenti nulla fit injuria, Rota *d. decis.* 545. *n.* 39. apud
Bichium, & hoc adde *ad n.* 168.
Diximus nuper, quod cum Beneficium non est reserva-
tum, affectum, vel litigiosum, subrogatus gratiose debet 18
totam gratiam justificare, etiam ad effectum immissionis;
hoc tamen limitat Ferentillus ad Burattum *dec.* 842. *num.*
8. ut non procedat, quando nullus adest legitimus contradi-
ctor; nam tunc sufficit Judici justificare extrajudicialiter
solam *gratiosam subrogationem*, & ita procedere dicit de-
cisionem apud Manticam 71. *n.* 6. & fuit doctrina Cocci-
ni *decis.* 1581.
Ex hactenus cumulatis patet, quod diximus in *hoc ca-
pite*, nempe subrogatum gratiose non teneri exhibere Lit- 19
teras præcedentis gratiæ principalis, & suæ provisionis,
quando obtenta fuit a collitigante, sed sat esse produce-
re Litteras *subrogationis gratiosæ*: quia hæc est nova, & se-
parata gratia; ibique adductis adde *decis.* apud Eminen-
tiss. Cerrum 411. *num.* 10. Gratioso subrogato quale re- 20
medium competat, immissionis scilicet, an potius ma-
nutentionis, agitavimus *a num.* 28. *cum sequentibus*, ad-
duximusque varias Doctorum opiniones; sub *numer.* ve-
ro 41. firmavimus, regulariter competere subrogato re-
medium immissionis, ibique adductis adde *decisionem*
181. *num.* 3. apud Bichium, *& decis.* 47. *num.* 3. 4. *&* 5.
apud Hier. Priolum, & apud istas multas alias invenies,
benigne Lector. Conclusio procedit, ut ait Priolus *num.*
6. quando possessio medio tempore fuit ab alio occupa-
ta, nec recta via potuit in subrogatum transferri, pro-
ut declaravit Sacra Rota coram S. M. Gregorio XIII. in
decis. 285. *n.* 5. apud ipsum, *& in Valentina Rectoria*, 24.
Maii

Maii 1647. coram Cælio Bichio, apud ipsum 300. *num*...
21 secus vero quando non fuit ab alio occupata, quo casu con-
ceditur subrogato manutentio in possessione defuncti, in
ipsum translata, nulloque impedimento interrupta, Ro-
ta *decis*.200. *num*.3. *cum sequen. par*.4. *tom*.2. & in *Oveten.
beneficii*, 24. *Juni* 1607. coram Manzanedo, apud Po-
sthium *post tract. de manuten. decis*. 107. *num*.1. Hæc est do-
22 ctrina Prioli, qui idem judicium esse dicit, quando posses-
sio alterius fuisset attentata: quia habetur pro vacua; ca-
pta tamen possessione, subrogatus dicitur illam conti-
nuare, etiam ex persona defuncti, in cujus locum fuit sub-
rogatus, Rota *decis*.289. *num*.4. *par*.19.

Ut dari possit immissio subrogato gratiose, diximus *nu*.
4. oportere reservationem, vel litem claram, & indu-
23 bitatam; adde Rotam apud Manzanedum 135. *num*. 4. 5.
& 6. & decis.291. *in fine par*.15. semper enim, quod red-
ditur turbida reservatio, non potest procedi ad immissio-
nem vigore *subrogationis gratiosæ*, & tunc operatur effe-
ctum suum, quando per illam excluditur omne jus posses-
soris; cum enim excipitur a possessore contra subrogatio-
nem, & per tales exceptiones redditur turbida reservatio,
quæ est basis talis gratiæ, non potest procedi ad celerem
immissionem in possessionem. Hæc est doctrina Manza-
24 nedi *loco cit*. qui latius rem cribrat, & loquitur in termi-
nis jurispatronatus; nam quamvis, ut ait ipse, ad impe-
diendam immissionem subrogato gratiose ob exceptionem
jurispatronatus, illa tunc incontinenti, & clare probari
debeat, quod etiam dixit Rota apud Penniam *decis*. 528.
nu.6. nihilominus quando jurispatronatus datur vehemens
fumus pro parte possessoris, tunc reservatio redditur tur-
bida, & illius vigore non potest procedi ad immissionem,
petitam a subrogato gratiose, quod etiam dixit Rota apud
25 Emin. Cerrum. 862. *in fine*. Vice versa exceptiones turbi-
dæ, quæ requirunt altiorem indaginem, nunquam impe-
dire possunt immissionem gratiose subrogato debitam, Ro-
ta apud Priolum 377. *num*.6. *&* 205. *in fine part*. 19. *recent*.
& antea dixerat apud Penniam *decis*.628. qui amplificat in
jurepatronatus Dominorum Sæcularium, in quo requiri-
tur exactior probatio.

In judicio *subrogationis gratiosæ* sufficere semiplenam
probationem, diximus, nec durius in eo agendum, di-
26 xit Sacra Rota apud Manzanedum *decis*.916. *num*.5. Sed
prout diximus, non ita in judicio *rigorosæ subrogationis*,
juxta Rotæ *decis*. apud Eminentissimum Cerrum 275.*num*.
4. *&* 19. Nisi tamen adesset legitimus contradictor: quia
tunc plena requiritur probatio, ut alias diximus.

27 Subrogationis effectus non potest impediri etiam eo,
qui habet titulum, seu provisionem Apostolicam, sed
non ejusdem speciei; ut enim impediatur immissio sub-
rogato gratiose, debet esse titulus ejusdem speciei, seu
similis *gratiosæ subrogationis*, prout diximus in *hoc capi-
te num*.64. adde *decisionem* 289. *num*.8. *&* 9. *p*.18. *re-
cent*. apud Durandum 430.*num*.10. apud Eminen. Cer-
rum 846. *num*.7. *&* 862. per quam decisionem compro-
bantur etiam, quæ scripsimus *n*.56. ita enim dicitur ibi:
*Et licet Joannes Lucas collitigans, qui etiam ipse Litteras
Apostolicas expedivit, adhuc contenderet, se esse legitimum
contradictorem ad effectum impediendi hujusmodi gratiosam
subrogationem; attamen subsistit responsio, alias data, quod
scilicet ad hunc effectum non sufficiat habere titulum, prove-
nientem ab eodem fonte, nisi sit ejusdem speciei, ita ut uter-
que provisus habeat gratiosam subrogationem, ut præter al-
legatos in decisione* §. *neque*, Card. Mantic. *dec*.71, *num* 7.
& in Mediolanen. beneficiorum, 28. *Martii* 1661. §. *nec
adversatur*, coram R. P. D. meo Albergato. *Non obstat,
quod Joannes Lucas reperiatur in possessione, & sic dici possit
legitimus contradictor, quamvis non habeat similem subro-
gationem, ultra quod in facto nulla datur justificatio hujus-
modi possessionis ad istum effectum debere probari capta vi-
gore Litterarum Apostolicarum, & de manu Executoris;
tunc enim, quia censetur, Executorem processisse prævia Lit-
terarum justificatione, ex illius facto resultat præsumptio ju-
stificationis gratiæ, validitatis tituli ejusdem possessionis; A-
liter vero apprehensa possessio non suffragatur ad impedien-
dam immissionem gratiose subrogato, ut conciliando cum hac
distinctione, alias decisiones firmavit* Rota coram Eminen.
Domino Cardinali Othobon. *dec*.154. §. *minusque*, coram
R. Zarate, Episcopo Conchen.

Neque subrogato gratiose potest impediri immissio ab
eo, qui habet *mandatum de subrogando*, seu *rigorosam sub-
rogationem*, licet gratiose subrogatus veniret ex jure
diversæ personæ, quo casu non dicitur legitimus con-
tradictor ad impediendam immissionem proviso Aposto-
lico, Rota apud Emin. Cerrum *dec*.20. *n*.7.

Qui vero habet *subrogationem gratiosam*, & titulum ju- 28
stificatum, si alter habeat titulum conditionalem, & sic
imparem, verum possideat, non est immittendus in pos-
sessionem, qui habet *gratiosam subrogationem*, contra quam
est legitimus contradictor, qui possidet cum titulo con-
ditionali; nam per possessionem adeptam præsumitur
gratia justificata, & tunc etiam impeditur via executiva
secundum *decisionem* 842. apud Burattum, quam etiam
alibi allegavimus, & diximus, *dict. decisionem* procedere
in præsumpta justificatione tituli; eo magis impedire
viam executivam, & immissionem subrogato gratiose
possessor cum titulo Apostolico puro, juxta *dict. decisio-
nem* 842. apud Burattum. Quæ sententia Buratti com-
probari videtur ex altera Rotæ *decisione* 197. *par*.2. *tom*.1.
in recentioribus, in qua *decis*. fuit dictum, quod licet sub-
rogato gratiose detur immissio; tamen fallit, cum adest
possessor cum pari titulo; nam tunc bene impeditur
immissio, & via executiva, juxta *decis*. Mohed. 13. *ut
lit. pend*. *&* 312. *&* 316. Putei *lib*.1. quia cum quis est im-
missus vigore tituli Apostolici, impedit alteri proviso
via executivam, Zacard. *in l. fin. num*.134. *Cod. de edicto
D. Adr. toll*. & habens provisionem *in forma dignum*, & sic
imparem; tamen ex quo fuit immissus in possessionem præ-
vio examine, & approbatione, est legitimus contradictor
ad impediendam immissionem: quia gratia non potest
amplius dici conditionalis ex quo puri, & purificati idem
judicium; dicitur, quod non oportet, ut titulus sit ejus-
dem speciei, & ex eadem vocatione, quia satis est, ut
proveniat ex eodem fonte, & ambo sint provisi Apostoli-
ci, ut legenti patet. Quod idem firmavit Rota *in dec*.366.
par.3. *recent*. idest *tom*.1. *decis*. Farinac. *posth*. contra quam
doctrinam adest *decis*. Emin. Othob. 154. in qua firmatur,
quod etiam possidens vigore tituli non sit legitimus contra-
dictor ad impediendam immissionem subrogato gratiose;
& ut impediatur talis immissio, oportet intervenire titu-
lum ejusdem speciei, seu consimilis *gratiosæ subrogationis*:
& ibi respondetur ad decisionem Buratti, & ad has nuper
allegatas, & ad alias, quæ in contrarium adduci possunt;
tamen postea *a num*.22. *cum sequentib. illius decisionis*, Sac.
Rota coram Eminentiss. Principe dixit, quod, quando
quis habet titulum Apostolicum, & possidet facto Exe-
cutoris, sit legitimus contradictor ad impediendam im-
missionem subrogato gratiose, quamvis ipse similem
non habeat *subrogationem*: quia præsumitur, quod Exe-
cutor processerit prævia executione, & ita procedat *dec*.
Buratt. 841. quam doctrinam de novo approbavit Rota
coram Em. Cerro *decis*.862. *num*.4. in qua ita distinguen-
do, conciliantur decisiones præsertim *d*.154. apud Emi-
nent. Othob. in qua possessor non possidebat facto Exe-
cutoris; igitur remanet firmum, quod, quoties adest
alter cum titulo Apostolico, & possidet facto Executoris,
impedit immissionem subrogato gratiose; licet autem
subrogato gratiose impediatur immissio, & executive sit
procedendum, si alter similem *gratiosæ subrogationis*
gratiam habeat, & possideat, quod est extra contro-
versiam, & adductis adde Put. *decis*.131. *lib*. 2. verum
hic, qui possidet, exhibere talem titulum *gratiosæ sub-
rogationis* tenetur, Othob. *loco cit. num*.19. alioquin si
deficiat, est audiendus quidem, ad finem ut si titulus al-
legatus relevans appareat, sit ordinarie procedendum,
non executive; at non habetur pro legitimo contradi-
ctore, quin gratiose subrogatus non sit in possessionem
mittendus, & judicium a *subrogatione* proveniens exe-
cutivum remaneat, Rota *in Gerunden. Parochialis*, 3.
Decembris 1660. coram Bevilaqua, quam affert Massol.
post suum tractatum 60. *in ordine num*.5. nec sufficit exhibi-
tio supplicationis, in qua datur facultas expediendi Litte-
ras *subrogationis gratiosæ*: quia dicta facultas est tantum
in potentia, quæ non prius reducitur ad actum, quam
sit facta expeditio ipsarum Litterarum, illisque non ex-
peditis ad partem nihil tribuit, ut diximus; adde Lotter.
lib.3. *q*.20. *n*.174. Rotam *in d. dec*.60. *num*.6. Exhibitio au-
tem tituli sufficit, ne producatur ante executionem sen-
tentiæ, seu ante immissionem; nam impedit quoq; ipsam
immissionem, etsi fuerit contumax, refectis tamen ex-
pensis, Burat. *dec*.122. ubi etiam dictum fuit, quod ad su-
persedendum in executione sufficiat levis fumus, cum
præjudicium non sit considerabile, neque perpetuum,
quæ est eadem *p*.2. *recent*. *tom*.2. *dec*.728.

Inter duos tamen subrogatos agitur ordinarie, quando 29
ambo

ambo petunt immissionem, ad cognoscendum qui potior
est, & cujus sunt meliora jura, juxta decisionem Putei
294. *lib.* 1. prout diximus de duobus provisis Apostolicis,
quorum neuter possidet, theoricam Zaecard. *in l. final.*
n. 374. *C. de edict. D. Adr.* imo idem Puteus *in dec.* 531.
lib. 2. id dicit procedere, etiamsi unus altero prius fuerit
subrogatus; quod tamen judicio Sacræ Rotæ remittimus,
ad quam spectat hoc judicium.
30 Respectu vero provisi ab Ordinario, etiamsi sit posses-
sor, cum subrogatus reservationem, affectionem, vel li-
tem probaverit, tunc nec ei potest cetat dari immissio, nec
via executiva impediri, Rota apud Emin. Cerium *allega-*
ta dec. 862. *n.* 13. tunc vero esset ordinarie agendum inter
provisum ab Ordinario possessorem, & provisum Apolto-
licum, cum non agitur de Beneficio reservato, vel alias
affecto, Rota apud Burat. *dec.* 242. *num.* 5. *&* 6. *&* 585.
n. 29. *p.* 5. *recent.* & apud Emin. Cerrum 656. *n.* 5. & prius
apud Coccinum 431. & alibi diximus. Vel, ut diximus,
quando reservatio esset turbida, Cerrus *d. decis.* 862. *n.* 14.
31 Obitum in possessione ejus, in cujus locum quis subroga-
tus fuit gratiose, concludenter probandum, diximus *num.*
62. *hujus capitis*; adde optimam, & magistralem decisio-
nem apud Manzanedum 785. & apud Coccinum 1313.
& quidem, cum possessio sit quid facti, probanda est de
32 tempore obitus, nec sufficit illam probare de alio tempo-
re, Manzanedus *loco cit. dict. decis.* 785. *num.* 5. & ideo
testes debent percurrere hoc tempus, idem Manzanedus
33 *decis.* 903. Sed Rota apud Em. Cerrum *dec.* 411. *nu.* 4. di-
xit, quod obitus collitigantis in possessione bene probatur
per testes de publica voce, & fama, iuxta decisionem Gre-
gorii 394.
Diximus *num.* 70. probari, defunctum obiisse in posses-
sione, cum probatur eius antecedens possessio: quia, se-
mel capta, præsumitur, quod duraverit usque ad mor-
tem, donec contrarium doceatur; adde Manzaned. *dec.*
34 916. *num.* 6. Em. Cerrum 846. *n.* 4. *&* *decis.* 174. *n.* 3. *p.* 16.
recent. vel cum non doceatur, alium medio tempore occu-
passe possessionem, Rota apud eundem Manzaned. *dec.*
785. *nu.* 4. *&* 6. & apud Greg. *loco cit. num.* 4. *&* *dec.* 523.
nu. 1. *p.* 2. *recent.* & apud Em. Cerrum *d. decis.* 411. *nu.* 5.
Et licet Sacra Rota apud Manzanedum *in allegata decis.*
35 903, *num.* 3. dixerit, quod hæc præsumptio continuatio-
nis possessionis usque ad mortem, allegari tantum possit
a successore, & non a tertio; attamen subrogatus bene di-
citur successor, & hanc continuationem bene poterit al-
36 legare, atque ea uti, sicuti defunctus, in cuius locum
successit subrogatus, Rota *d. dec.* 583. *num.* 5. *vers. cum*
hoc allegatur, Greg. *decis.* 168. Addent. ad ipsum *dec.* 307.
nu. 24. *vers. verum*, Em. Cerrus *d. decis.* 411. *n.* 5. *&* *dec.*
27. *nu.* 17. in qua dictum fuit per Sacram Rotam, per so-
lam possessionem instrumentalem defuncti posse concedi
37 *subrogationem*; hæc tamen præsumptio continuationis
possessionis elidi potest ea alia efficaciori præsumptione,
prout esset, si defunctus resignasset Beneficium; tunc
quia abdicatur possessio a resignante, cessat præsumptio
continuationis, Rota *in d. decis.* 903. apud Manzanedum
38 qui ibidem ampliat, etiamsi resignatio facta fuisset coram
non legitimo Collatore: quia adhuc per talem resignatio-
nem, licet illegitimam, quamvis non abdicetur ius a resi-
gnante quoad proprietatem, abdicatur tamen quoad pos-
sessionem, quæ in solo animo consistit, quod latius ex-
39 plicat Manzanedus *ibidem* In eodem *num.* 70. diximus, pro-
bari continuationem possessionis ea confessione patris, ve-
nientis ex eadem vacatione; adde decisionem 1313. *n.* 3. al-
legatam apud Coccinum, & apud Em. Cerrum 846. *n.* 5.
40 *Num.* 69. notavimus, quod quis potest subrogari ad
ius unius, & ad possessionem alterius, & ea duabus per-
sonis petere *subrogationem*; adde *dec.* 806. *num.* 6. apud
Em. Cerrum.
41 A *numer.* 71. *cum multis sequentib.* agitavimus quæstio-
nem illam, quæ lis requiratur ad obtinendam *gratiosam*
subrogationem, seu quando dicatur Beneficium litigiosum
ad hunc effectum impetrandi hanc gratiam? varias ad-
duximus Doctorum sententias, & secundum stylum, &
sententiam Sacræ Rotæ requiritur, ut sit super titulo, &
petatur Beneficium tanquam proprium, & collatum non
autem tanquam sibi debitum; unde oportet necessario
præcessisse collationem, apud Manzan. 896. *n.* 1. 891. *&*
905. apud Eminent. Othob. *dec.* 140. apud Em. Cerrum
611. *n.* 2. ubi alias cumulat, & novissime *decis.* 427. *n.* 1. &
2. *p.* 18. *recent. tom.* 2. ubi etiam aliæ allegantur Sac. Ro-
42 tæ decisiones; præsertim cum *subrogatio* conceditur Ter-
tio: quia tunc omnino requiritur vera lis super titulo,
præcedente collatione, Rota *decis.* 217. *nu.* 10. *p.* 16. *rec.* in
qua decisione fuit per Sac. Rotam determinatum, & de-
negata immissio tertio subrogato, ex quo lis fuit inter Col-
latores, seu præsentantes, & nulla præcesserat institutio
Ordinarii, seu Episcopi, quamvis præsentati venissent ad
causam: quia, cum non præcesserat institutio Ordinarii,
non poterat dici lis super titulo, nec peti Beneficium tan-
quam proprium, ut latius in *dict. decisione*, quæ *decisio*
fuit iterum confirmata, ut patet in *dec.* 91. *p.* 17. *rec.* Agi-
tavimus etiam in *d. loco* quæstionem, an per *mandatum de*
providendo dicatur Beneficium litigiosum, & sufficiens sit 43
fundamentum *subrogationis gratiosæ*? Equidem Sacra Ro-
ta in nuper *allegata decisione* 427. *n.* 13. *cum seq. p.* 18. di-
xit, tale *mandatum* non efficere Beneficium litigiosum:
quia per tale *mandatum* non dicitur Beneficium collatum,
sed duntaxat conferendum, nec per tale *mandatum* peti-
tur tanquam proprium, sed tanquam sibi debitum, implo-
rando Judicis officium; & ex eo oritur duntaxat quædam
actio personalis, ex qua non contrahitur vitium litigiosi, 44
etiamsi in commissione causæ fuerit apposita illa clausula,
omne jus, *&c.* quia tunc operatur, quando adest materia
præexistens, scilicet quando præcessit collatio, & peti
potest Beneficium, tanquam suum; secus si non præcessit
collatio, sed tantum *mandatum de providendo*, *ibidem n.*
17. *&* 18. & dixit quoque eadem Sac. Rota apud Cocci-
num *dec.* 1235. *n.* 3. *&* 4. sed apud Em. Certum *dec.* 411. *n.*
8. eadem Sac. Rota dixit, quod, quando Papæ fuit nar-
ratum hoc *mandatum*, & quod Judex pronunciasset, esse
conferendum Beneficium, in vim talis *mandati de provi-*
dendo, sufficiat ad impetrationem *gratiosæ subrogationis*;
& firmatur *ibi*, quod sufficit, litem esse narratam, & iu-
stificatam de facto, eo modo, quo erat, etiamsi non es-
set super titulo, sed super possessorio, ibique Eminentis-
sime Princeps citat alias decisiones: ita enim dicit *decisio* il-
la: *Et licet in eadem sententia dicatur, Canonicatum esse*
Joanni conferendum, & assignandam, & sic non in vim pro-
visionis, sed simplicis mandati de providendo, quod, cum
tribuat tantum actionem personalem ad implorandum Judi-
cis officium, non efficit, ut lis dicatur pendere super titulo,
nec reddit Beneficium litigiosum, *glos. in c.* 2. *verb. finita*,
ut lit. pend. in 6. Vitalin. *in clem.* 2. *n.* 62. *& seqq. eodem tit.*
cum cæteris allegatis in dicta Geranden. Prioratus, § *quam-*
vis introducta. Nihilominus, quia in istis Litteris relatis
in dicto summ. num. 6. *Papa narratum fuit, quod Joannes*
obtinuerat mandatum de providendo, & in ejus executionem
Judex pronunciaverat, Canonicatum sibi conferri, & as-
signari; intrat proinde conclusio, in his terminis sæpius a
Rota canonizata, quod sufficiat, narrare litem eo modo, quo
Pontifici fuit exposita, etiamsi non esset super titulo, sed su-
per solo possessorio, Cardin. Seraph. *decis.* 990. *n.* 7. Rota
decis. 71. *nu.* 12. *p.* 16. *recent. in Lucana Parochialis de Ripa*
fracta, 26. *Maii* 1634. coram bo. me. Coccino, *in Mas-*
sanen. Archiepiscopatus, 5. *Maii* 1642. *ac* 19. *Januarii*
1643. coram Reverendissimo Domino meo Decano, *in*
d. Gerunden. Prioratus, §. *verum, quicquid sit*, *& in d.*
Clusina Beneficii, §. *altera demum*, *vers. cum ad hunc subro-*
gationis effectum; Hoc tamen intellige, quando *subroga-* 45
tio conceditur collitiganti; nam tunc sufficit, verificare
litem de facto, & eo modo, quo est; secus vero si tertio,
iuxta *allegatam dec.* 217. *num.* 9. *p.* 16. prout fuit casus illius
decisionis apud Eminen. Cerrum 411. in qua fuit concessa
subrogatio collitiganti, &c. sed magistralis est decisio Sa-
cræ Rotæ apud eruditiss. olim Vitum Cælium Bichium
187. in qua dicta confirmantur: *a n. enim* 8. ita dicitur:
Quamvis introducta lis esset per commissionem, habentem
clausulas amplissimas, cum incidentibus dependentibus, &c.
quia illa essent momenti, si præcessisset provisio ad favorem
Pompar, & sic adesset materia præexistens; secus vero in
casu contrario, ut in puncto distinguit Rota *in Ilerden. Præ-*
centoria, 7. *Februarii* 1628. coram Reverendiss. Domino
meo Dunozet, Decano, *& in simili tradit* Oldr. *cons.* 309.
n. 3. *& seqq.* Aym. *cons.* 307. *num.* 2. *At in casu nostro non*
præcessit aliqua provisio Pompar, sed simplex mandatum de
providendo; & distinctionem inter hujusmodi mandatum,
& simplices Litteras commendatitias, seu monitoriales quæ
antiquitus solebant a Papa concedi directe Collatoribus, an-
tequam Beneficia vacarent, adducta per Beltrum. *in ad-*
dit. ad Greg. XV. decis. 303 *numer.* 8. *sive inter privatio-*
nem, incursam ipso jure, nec ne, de qua Garz. *de Benef.*
p. 11. *cap.* 3. *n.* 80. *& seqq. reprobat in his terminis*, Lotter.
de re Benef. lib. 2. *q.* 20. *num.* 25. *& seqq. Verum, quicquid*
sit ac

fit de his distinctionibus Beltramini, & Garziæ, *cessat in casu præsenti omnis difficultas: Tum quia in supplicatione Pompar, porrecta Papæ pro obtinenda subrogatione gratiosa, non fuit narrata lis in genere, quo casu probari deberet, quod sit super titulo: quia non de alia censetur Papa cogitasse: sed specifice narrata fuit lis pendens cum Petro, occasione mandati de providendo, ex capite incompatibilitatis: tunc enim, cum Papa certioratus fuerit de qualitate litis, sufficit illam justificari eo modo, quo fuit narrata, ut in puncto distinguit* Rota *in Lucana Parochialis de Ripa fracta*, 26. *Maii* 1634. coram bon. mem. Coccino, *& quod sit satis justificare litem eo modo, quo narrata fuit, etiam si non penderet super titulo, tradit* Sarnen. *in regula de triennali, q. 11. n. 13 in fin vers. ubi vero*, Seraph. *dec.* 990. *n.* 7. Rota *decis.* 71. *n.* 12. *par.* 6. *recent. & in Massanen. Archipresbyteratus*, 5. *Maii* 1642. & 19. *Januarii* 1642. coram Reveredis. Domino meo Decano: *Tum etiam, quia lis in Rota non fuit introducta a Pompar vigore mandati de providendo, sed ad instantiam ipsius Petri, habentis provisionem Apostolicam, qui petiit, se declarari a Judice verum titularem hujus Beneficii; & proinde negari non potest, quin lis introducta fuerit super titulo, juxta theoricam glos. communiter, ut supra, receptam, in d. c.* 2. *ut lite pendent. in* 6. *& in terminis tradunt* Addent. *ad sa. m. Gregorium XV. d. dec.* 305. *sub n.* 8. *ante vers. tandem; maxime vero accedentibus clausulis*, quam, & quas, *aliisque pregnantissimis, in d. commissione Petri appositis, quas certum est aptas esse inducere litem super titulo, data præexistentia alicujus provisionis*, Sarnen. *in regol. de infirm. q.* 34. *num.* 4. Ægid. *dec.* 618. Cassad *dec.* 9. *n.* 13. *de caus. poss & prop.* Caputaq. *dec.* 152. *per totam p.* 1. *& fuit dictum in Massanen. Archipresbyteratus*, 29. *Aprilis* 1641. coram R. P. D. meo Cerro, *ubi allegantur concordantes. Ideoque non obstat, quod ista in subrogatione post d. narrativam litis adjecta fuerit conditio, dummodo ex præmissis resultet vera lis, & sit legitime introducta; quodque, licet narrata specifice Papæ quacunque alia lite, quæ non sit super titulo, subrogatio subsistat si lis justificetur, prout fuit narrata: non tamen hinc tollitur jus, medio tempore quæsitum illi, cui Ordinarius contulerit, nisi Papa ei in specie derogaverit, adeo quod Poian, habens collationem ab Ordinario, sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem subrogati*, Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 52 *&* 53. *ubi dicit rationem: quia non est Papæ subrogatio, quæ ligat manus inferiorum Collatorum, sed qualitas litis, quatenus videlicet sit super titulo, & aliam addit.* Moderh. Bonon *de legit. contrad. q.* 15. *sub num.* 140. *quia nempe videtur concessa subrogatio sub conditione, dummodo non sit alteri jus quæsitum; cui Papa non præsumitur velle præjudicium inferre, c. quamvis, & c. si propter, de rescript. in* 6. *Nam respondetur, quod prædicta conditio satis purificata remanet per commissionem Rotalem, & alia super ponderata, inducentia veram litem, etiam super titulo, ut in specie simili objecto respondit* Rota *in dict. Massanen. Archipresbyteratus*, 19. *Januarii* 1643. coram Domino meo Decano, *§. nec relevat, unde nec proviso ab Ordinario fuit jus aliquod quæsitum, ita ut hodie sit legitimus contradictor: quia propter pendentiam dictæ litis ligatæ erant manus Ordinarii, ex dispositione textus in c.* 2. *ut lit. pendent. in* 6. *ad quem effectum suffragabatur etiam præcedens mandatum de providendo, a Sede Apostolica concessum Pompar ad hoc Beneficium certum, tunc vacans, & coram Judice productum: quia exinde confertur jus ad rem; quicquid dicendum esset in terminis mandati de providenda ad Beneficium incertum vacaturum, ut bene distinguit* Rota *in Burgen. Canonicatus*, 28. *Aprilis* 1597. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, *impress.* apud March. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 142. *ubi refertur prius decisum in Legionen. Canonicatus*, 25. *Octobr.* 1574. coram f. m. Clemente VIII. tunc Sacræ Rotæ Auditore, *& sequitur* Add. ad s. me. Gregor. XV. *dec.* 305. *sub n.* 8. *circa med.* En qua decisione etiam habes, quod, ut dicatur lis super titulo, sufficit, litem esse introductam ab eo, qui habet provisionem Apostolicam, & petiit, se declarari titularem, si in commissione fuerit facta mentio provisionis Ordinarii ab eo, qui habet mandatum de providendo; & idem fuit dictum in alia decisione ejusdem causæ 198. apud eundem Bichium, coram quo etiam aliæ emanarunt decisiones in eadem causa *Gerunden. Prioratus.*

46 Per commissionem causæ cum clausula *quam, & quas, & cum incidentibus, &c.* tunc efficitur Beneficium litigiosum, cum lis est super titulo, Litteræ fuerint expeditæ super gratia, vel judicium introductum fuerit vigore Litteratum, juxta decisionem Manzanedi 899. *num.* 4. & 5. & petitur Beneficium uti proprium, non tanquam debitum; vel cum conceditur *subrogatio* superstiti collitiganti, Rota *in allegata decis.* 217. *num.* 7. *p.* 16. in qua ita habetur: *Non obstat clausula*, quam, & quas, cum incidentibus, & annexis, *in commissione Rotali apposita, per quam dicebatur affectus etiam Canonicatus controversus, utpote dependens, & lite de facto existens: Id enim procedere posset, vel ubi ageretur super titulo Beneficii, ut quia tanquam proprium, non tanquam debitum, quis illud exposceret*, Loth. *lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 5. *& seq.* Rota *dec.* 427. *n.* 4. & 5. *p.* 1. *& dec.* 305. *n.* 8. *p.* 9. *Vel ubi versaremur in subrogatione, obtenta ab una ex collitigantibus: tunc enim sat est, justificare litem de facto, & eo modo, quo est, cum nulli præjudicium irrogatur; secus est ubi agitur de subrogatione, tertio concessa: tunc enim requiritur vera lis, tanquam fundamentum gratiæ.* Ita etiam dixit Rota coram Bichio 187. *n.* 14. ibi: *Maxime vero accedentibus clausulis*, quam, & quas, *aliisque prægnatissimis, in dict. commissione Petri appositis, quas, certum est, aptas esse inducere litem super titulo; data præexistentia alicujus provisionis.* Sed *in decisione* 174. *n.* 5. *d. par.* 16. *recent.* simpliciter firmatur, quod per commissionem
cum clausula quam, & quas, *& cum incidentibus &c.* sit 47
introducta lis super titulo, tam in possessorio, quam in petitorio, & idem firmavit coram Eminentiss. Cerro in ejus *dec.* 27. *n.* 5. ubi late; quæ decisio allegatur etiam a Bichio *in d. dec.* 187. *n.* 14. At *in d. dec.* Bich. requiritur præexistentia alicujus provisionis; sufficit tamen ut commissio sit generalis super toto negotio, & unus habeat collatio-
nem, ut in *allegatis decisionibus* apud Bichium; Lis autem 48
debet esse introducta coram Judice competente, alias non inducit vitium litigii, seu non facit Beneficium litigiosum, nec alias potest dari *subrogatio gratiosa*, omissis multis, Rota apud Emin. Cerrum *dec.* 611. *n.* 4. 5. & 6. unde, si in
prima instantia fuerit lis introducta coram Judice incompe- 49
tenti, in secunda vero sit appellatum coram competenti Judice, tunc nec juvat: quia commissio appellationis in secunda instantia non mutat, nec alterat qualitatem Judicis, introducti ab Actore in prima instantia, Rota *in d. dec.* 611. *nu.* 7. apud Cerrum. Et ad introducendam litem, ut
Beneficium dicatur litigiosum ad hunc effectum *subrogatio-* 50
nis gratiosæ, non sufficit sola commissionis impetratio, sed oportet, ut impetrans ea utatur mediante decreto citationis, ejusque executionis, atque etiam reproducat commissionem, sic executam, & intimatam, seu monitorium, ut melius loquamur, expeditum, & intimatum, vigore commissionis coram Judice competente, prout in eadem *decis.* 611. *nu.* 8. *& decis.* 512. & 249. apud eundem Emin.
Cerrum. Quod procedit etiamsi commissio utraque par- 51
te informante fuisset obtenta in Signatura Justitiæ, Greg. *dec.* 94. *nu.* 2. Rota *p.* 5. *rec. dec.* 493. *nu.* 8. & apud Emin.
Cerrum *dec.* 451. *n.* 2. etiamsi fuisset narratum, & Papæ 52
expositum de lite introducta, & quod fuit commissa; nam intelligitur de lite commissa cum effectu, hoc est cum citatione successiva ad dicendum contra; nam commissio habet in ventre conditionem, quatenus impetrans uti velit, & donec citaverit, velle uti, dici non potest; quia potest pœnitere, Rota *in d. dec.* 451. *n.* 4. & 5. Sola enim commissio causæ, ejusque commissionis præsentatio Judici, cui fuit directa, juvat, quoad præventionem, &
quod altera pars ea uti possit invito impetrante, non ta- 53
men firmat jurisdictionem Judicis, nec introducit litem, nec consequenter efficit Beneficium litigiosum: quo enim ad hunc effectum requiritur non solum præsentatio, sed etiam usus commissionis per citationem: duo quippe copulative requiruntur, commissio, & citatio; commis-
sio enim cum decreto citationis, & inhibitionis, facit, ut 54
dicatur lis introducta respectu impetrantis, non tamen respectu alterius partis, respectu cujus requiritur citatio, legitime executa, alias non producit effectum litigii, latius Sacra Rota *in allegata decisione* 451. *a n.* 10. *cum multis sequentibus* apud Em. Cerrum, & apud Priolum 22. *n.* 8 & 9. & debet reproduci in actis a Procuratore, habente speciale mandatum, alias non dicitur lis introducta super Beneficio, Rota *dec.* 427. *n.* 3. *par.* 18. Hinc ante citatio-
nem executam Beneficium non dicitur litigiosum, & Ordi- 55
narius potest conferre, prout firmavit Sac. Rota *in d. dec.* 451. *in fine* apud Em. Cerrum: sicuti sola edictorum expeditio, affixio, & reproductio, non introducit litem super institutione, nec facit Beneficium litigiosum quousque compareat legitimus contradictor, Rota apud Emin. Cer-
rum *dec.* 489. *n.* 7. & 493. Cum vero lis diu agitata fuerit, 56
ultra-

utraque parte informante, inducitur præsumptio, quod
præcesserit citatio cum inhibitione vigore commissionis
executæ, & reproductæ, quamvis processus non repe-
riatur, & negligentia Notarii, qui acta deperdidit, par-
tibus nocere non debet, Em. Othob. *dec. ult. n. 9.* Rota *de-
cis. 174. n. 6. p. 16. rec.*

57 Nec juvat commissio, si fuerit impetrata, Litteris non
expeditis super gratia, seu provisione, nec tunc facit Be-
neficium litigiosum, Rota *dec. 329. par. 15.* quæ est ea-
dem apud Emin. Cerrum 922. quia, Litteris non expeditis
super gratia principali, commissio non tribuit jurisdictio-
nem, obstante *regula Cancellariæ de non judicando, &c.*
58 & consequenter non est fundamentum *gratiosæ subrogatio-
nis*, neque ad hunc effectum sufficit expeditio *Brevis de
capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ*, juxta Sacræ
Rotæ decisionem apud Manzanedum 896. *n.* 3. & idem
procedere ibi dicitur, si obtenta esset gratia, *si neutri*; vide
dictam decisionem.

Lis an, & quando dicatur extincta per mortem acto-
59 ris, vel rei, tractant Doctores; præsertim Joannes An-
dreas, & Geminianus *in c. 2. ut lite pendens. in 6.* Regulari-
ter enim dicitur extincta per mortem actoris, non autem
rei, Cocchier. *in regula de subrogandis, n. 38.* Rota apud
Bichium *decis. 276. n. 4. & 545. n. 10.* Attamen hoc proce-
dit, quando reus declaraverit, se nolle prosequi litem, pro-
ut dicitur in *d. dec. 276. sub n. 3.* ibi: *Nec dici potest, per
mortem Joannis litem fuisse extinctam: quia, etsi regulari-
ter in Beneficialibus lis extinguatur morte actoris, eo quod
cum eo moritur sua petitio, cum sit personalis, §. deinceps,
auth. de nuptiis; ideoque reus consecutus est re ipsa suum in-
tentum absque alia sententia, ut distinguendum inter mortem
actoris, & rei*, tradit Joannes Andreas *in c. 2. n. 1. ut lit.
pendente, in 6. quem sequitur ibidem* Gemin. *n. 8.* Ægid.
dec. 156. Cassador. *dec. 1. n. 1. de sent. & re judic.* Add. ad
Mohed. *decis. 8. litt. B. de appellat.* Lancell. *de attent. p. 2.
c. 4. in præfat. n. 263. & seqq.* Rota *dec. 109. num. 2. vers.
quamvis regulariter, p. 1. recentiorum hoc non procedit ad
omnes effectus, saltem quando reus litem se nolle prosequi non
declaravit: quia reus, etiam mortuo actore, litem prose-
qui potest, si ipsi expedita de super obtinere sententiam, ut
probat textus in clem. 1. §. si vero, ut lite pendent. & per
eum textum admittunt* Geminianus *dict. nu. 8. vers. nec ob-
stat*, Ægid. *d. decis. 156. sub nu. 1. vers. nisi reus*, Cassad.
plene d. dec. 1. n. 2. Mohed. *dec. 6. n. 6. de appellationibus:
ubi, quod potest litem prosequi per audientiam contradicta-
rum contra omnes interesse putantes*, Achill. *decis. 8. n. 1. &
2. ut lite pend. ubi ex hoc infert, quod mortuo actore, reus
non incipit esse triennalis possessor, nisi per aliquos actus con-
stet, ipsum expresse, vel tacite cessisse illi judicio, vel omnes
suos procuratores revocasse, sic etiam* Lancell. *d. cap. 4. in
præfat. n. 269. & 270.* Rota *d. dec. 109. n. 2. p. 1. recent.
dec. 599. n. 23. p. 4. tom. 2.* & Cassad. *dec. 1. n. 3. & 4. ut
lit. pendent. voluntatem collitigantis superstitis non prose-
quendi litem elici non posse ex eo solum, quod aliquo brevi
tempore tacuerit: quia de jure Canonico non est certum tem-
pus præfixum ad prosequendam litem, quod etiam tradit*
Milis. *in repert. verb. litis pendentia non finitur, fol. 250.
Eoque minus lis per mortem actoris haberi debet pro extin-
cta in præjudicium ipsius rei superstitis ad effectum, ut pos-
sessio, quam ipse retinebat, occupari potuerit a Fratre Lau-
rentio, qui deinde provisus fuit de eodem Beneficio, tanquam
vacante per obitum actoris: cum in successionem in Benefi-
cio, licet aliquid de jure mortui non transferatur, trans-
eat tamen lis, & instantia cœpta cum defuncto, ut notat
glos. in extravag. suscepti, verb. vacantium, vers. nec in
Beneficialibus, ne Sede vacan.* Lancell. *de attent. p. 2. t. 20.
limit. 24. n. 18.* Grat. *discept. 736. n. 19. & seqq.* Rota *decis.
599. num. 33. p. 4. tom. 3. recent. dec. 278. n. 7. & 8.* coram
bon. mem. Burat. *& in Rossanen. decimarum, 28. Novem-
bris* 1639. coram me: *præsertim, quia ipse Frater Lau-
rentius causam reassumpsit contra eundem Cabreyam reum
conventum a defuncto, & per plures actus continuavit, ut
in his terminis advertit* Burat. *dict. decis. 278. n. 9. adeo
quod concludendum omnino sit, litem in casu nostro non fuis-
se extinctam per mortem actoris, cum constet de contraria
voluntate ipsius Fratris Laurentii, qui eandem litem con-
stituendo illam pro extincta haberi non declaravit. Ex eis-
dem rationibus attentata videretur possessio, quam dein-
de mortuo Cabreya cœpit Laurentius, per ejus obitum pro-
visus; imo fortius quia dubio caret, quod per mortem rei
conventi, qualis erat Cabreya, lis non extinguitur, cum
adhuc vigeat petitio actoris; & licet reus sit sublatus de me-
dio per mortem, & sic appareat sibi amplius Beneficium non
deberi; non propter hoc sequitur alteri superstiti deberi, &
quatenus debeatur, possit alter procedere ad ulteriora per
audientiam contradictarum contra omnes, quorum inter-
est, ad effectum obtinendi sententiam adjudicatariam, &
fructus decursos*, ut Joannes Andreas, Gemin. & Ægid.
supra allegati, & tradit Lancell. *de attent. p. 2. c. 4. in præ-
fat. n. 281. & seqq.* Rota *dec. 8. n. 1. & per tot. ut lit. pend. in
nov.* Cassad. *dec. 1. de sent. & re judic. & fuit dictum in Ur-
gellen. Archidiaconatus, 13. Aprilis* 1592. coram bo. me.
Pennia *impress.* apud Marches. *de commiss. p. 3. fol. 72.*

Et iterum in *d. decis. 545. n. 14.* ita etiam dicitur: *Ultra
quod etiam per mortem actoris lis non extinguitur ad omnes
effectus, saltem quando reus superstes se nolle eam prosequi
non declaravit, clem. 1. §. si vero, ut lit. pend.* Cassad. *dec.
1. n. 2. de sententia, & re judic.* Mohedan. *dec. 8. n. 7. de ap-
pellat.* Achill. *dec. 8. n. 1. & 2. ut lit. pend.* Rota *decis. 109. n.
2. p. 1. recent. & in d. Valentina Rectoriæ, §. fuerat, infra
med.* Et novissime apud Emin. Cerrum *dec. 599. n. 6. & 7.*
ibi: *Verum primum fundamentum non videbatur tutum: quia
esto, quod Gasparinus vere esset actor, non autem reus,
adhuc non cessabat duratio litis: quia in Beneficialibus lis non
terminatur per mortem actoris, nisi quando reus superstes
non vult illam prosequi, & de hoc constat ex aliquo actu,
saltem tacito, ut tradit* Glossa *in clem. 1. §. si vero alter,
verb. prosequamur, ut lit. pend* Joann. Andreas *in c. 2. n. 2.
eod. tit. in 6.* Rota *in recent. dec. 599. n. 23. par. 4. tom. 2.*
& coram Merlin. *decis. 350. num. 8. reposita in rec. dec. 70.
eod. n. p. 5.* cum aliis, per Add. ad Burattum 927. *n.* 34.

Tunc autem constare dicitur, reum per mortem acto-
ris nolle litem prosequi, quando revocavit suos procura-
tores, vel aliud Beneficium incompatibile obtinuit, aut
alios actus similes exercuit, ut dixit, Rota *decis. 109. n. 5. p.
1. & d. decis. 599. n. 24. cum seqq. p. 4. tom. 3. rec.* sic lis fini-
tur, cum superstes collitigans noluit litem prosequi, Ro-
ta apud Priolum *decis. 100. numer. 13.* licet alioquin lis in 60
Beneficialibus non dicatur extincta, sive possessor, sive
petitor decedat, nisi per sententiam, Rota *dec. 147. par. 15.*
nec per unicam sententiam, a qua fuit appellatum, dici- 61
tur extincta, sed postquam res judicata fuerit executioni
demandata, Seraphinus *decis. 1295. & dec. 124. p. 16.* &
apud Bichium 462. *nu.* 7. Atque lis neque dicitur extincta, 62
donec subrogatus justificaverit suam gratiam *subrogationis*,
Rota *decis. allegata 545. n. 12.* penes Bichium, & per
mortem possessoris lis transit in subrogatum, nec extin-
guitur, Rota apud Em. Cerrum 895. *n.* 5. quæ habetur et-
iam *p. 15. recent. decis.* 113. Insuper requiritur sententia 63
declaratoria super desertione sententiæ, ad hoc, ut per
sententiam, quæ transivit in judicatum, dicatur lis extin-
cta, ut diximus *n.* 137. & adde decisiones apud Em. Cer-
rum 369. 389. *et* 535. & alibi sæpe, & vide *dec.* 100. apud
Priolum *n.* 12. in qua simpliciter dicitur, quod sufficit, ut
sententia transeat in judicatum, & executionem habeat;
sed attende, quod non potest executionem habere, nisi
præcesserit declaratoria super desertione, secundum com-
muniorem sententiam.

In eodem *n.* 137. diximus, quod per lapsum decennii 64
lis habetur pro derelicta, adde *decis. 20. n. 7.* apud Em. Cer-
rum; nisi tamen ob paupertatem non fuisset prosecuta, Ro-
ta *dec. 342. p. 15.* & tunc per longam taciturnitatem cen-
setur extincta, quando in actis constat de non jure tacen-
tis, Bichius *dec. 507. n. 16.* ubi *n.* 17. dicitur, quod tunc
per cessionem lis extinguitur, quando cessio fuit accepta-
ta ab aliis collitigantibus.

Lis bene probatur in hac materia per sententiam, per 65
appellationis interpositionem ab altera parte, per com-
missionem causæ appellationis, &c. Rota *in allegata dec.
411. n. 6.* apud Em. Cerrum; hoc tamen intelligas cum
moderamine, ut quando conceditur *subrogatio* tertio,
extra litem existenti, requiratur vera lis, ut supra notavi-
mus, juxta *dec. 217. n. 10. p. 16. recent. et dec. 91. n. 8. par. 17.*
cum vero collitiganti conceditur, sufficit lis de facto, aut
quocunque modo existens, ut in *d. dec. 91. n. 9. et* 10.

Late discussimus *a n. 140. cum seqq.* quando subrogatus 66
gratiose possit authoritate propria intrare, seu capere pos-
sessionem, citra vitium attentatorum. In quantum ob *sub-
rogationem rigorosam* extra dubium est, quod nullo modo
possit hoc facere, sed immissionem, seu possessionem ca-
pere debet a manu Executoris, discussis juribus ejus, in cu-
jus locum obtinuit *rigorose* subrogari, justificata in omni-
bus narrativa; auditis partibus, & ordinario judicio, ut
diximus *in principio hujus Additionis*, Rota apud Puteum
decis.

decis. 208. *lib.* 1. & in sæpe *allegatis decisionibus* 20. 275.
& 599. *numer.* 11. apud Emin. Cerium, *&* 276. *n.* 17. *&*
545. *n.* 15. 16. *&* 17. apud Bichium, *& par.* 4. *tom.* 2. *dec.*
67 135. esto quod collitiganti nullum præjudicium inferatur,
Rota *d. dec.* 545. *in fin.* sicuti etiam diximus de eo, qui sub-
rogatur in locum ejus, qui nunquam possederit, vel tem-
pore mortis desierat possidere; hisce casibus semper pos-
sessio de manu Executoris est capienda: quia non est ap-
plicabilis possessio defuncti in subrogatum, prout latius in
d. dec. 545. *n.* 32.

In quantum vero ad *gratiose* subrogatum *in fine nu.* 150.
68 diximus, hanc materiam late cribrari in *Valentina Recto-
ria*, 24. *Maii* 1647. coram Bichio, atque ibi apponi *dict.
decisionem*; sed incuria typographi non fuit impressa. At
non solum in illa decisione discussa fuit late hæc materia,
sed etiam in aliis decisionibus in eadem causa facti coram
eod. Bichio, ac etiam in *dec.* 545. etiam coram eodem;
quas omnes decisiones imprimi curavimus post Additio-
nem, ut benignus Lector ex lectura videat, quid tenendum
in hac materia, & nea sententia Sacræ Rotæ discedat.

69 Insuper diximus, quod subrogato non est licitum adire
alium Executorem præter Sacram Rotam, existente lite in
Rota, cum scilicet collitiganti subrogatio conceditur, et-
iamsi lis fuerit narrata Summo Pontifici, a quo in Litteris
sit datus alius certus Executor; nam etiam tunc adire debet
dictum Sacrum Tribunal, & præsentare Litteras impe-
tratas illi Dom. Auditori, cui fuit causa commissa, qui
debet procedere, & exequi Litteras: quia succedit loco
Executoris, juxta *clem. Auditor*, *de rescriptis*; alias ge-
sta non possunt salvari a vitio attentatorum, Rota *in dict.
dec.* 545. *n.* 6. apud Bichium, *&* 154. *n.* 5. *&* 6. 364. 580. *&*
599. *n.* 9. *&* 10. apud Em. Cerrum, *& dec.* 332. *&* 339. a-
pud Priolum; & alibi sæpe. Et quamvis in *dec.* 180. *nu.* 3.
apud Cavaletium videatur contrarium firmasse Sac. Ro-
70 tam; attamen considerandum est, quod in illa decisione
lis non erat introducta in Sacra Rota, prout animadver-
tit eadem Sacra Rota *in allegata dec.* 545. *n.* 3. & regola
constituenda est firma, quod, existente lite in Sacra Ro-
ta, eaque durante, donec terminetur, omnis alius Exe-
cutor, datus in Litteris, abstinere se debet ab executione,
Rota *dec.* 339. *n.* 1. *par.* 15. & loquitur etiam *decisio prædicta*
71 in puncto subrogationis, ut patet *n.* 2. Nisi tamen in com-
missione causæ in Rota fuisset apposita clausula, *absque præ-
judicio executionis Litterarum Apostolicarum*; nam tunc et-
iamsi inhibitio præcesserit, poterit Executor exqui Litte-
ras subrogationis: quia inhibitio regulatur a commissione,
in puncto Rota *d. dec.* 599. *n.* 16. *&* 17. apud Em. Cerrum.

Num 158. diximus, dispositionem textus *in c.* 1. *&* 2.
72 *ut lite pend. in* 6. habere etiam locum in Beneficiis de jure-
patronatus; adde Rotam apud Cavalerium *dec.* 180. *n.* 1.
& dec. 307. *n.* 3. *&* 14. *par.* 5. *recent.* & apud Emin. Cerrum
dec. 493. *n.* 24. *&* 952. *n.* 12. & apud Priolum *dec.* 100. *n.*
11. & fuit opinio Calderini *cons.* 1. *ut lite pend.* & Lapi *al-
legat.* 22. *n.* 3. ideo mortuo uno collitigante, non possunt
Patroni alium præsentare: quia in d. textu *cap.* 2. hoc ex-
presse prohibetur, Rota *dec.* 174. *n.* 10. *&* 180. *in fine p.*
16. & apud Priolum *dec.* 100. *n.* 11. extincta autem lite, be-
ne possunt præsentare, ut dicitur in *d. dec.* 100. *n.* 16. *&*
73. *n.* 23. *par.* 15.

73 Calumniosus litigator, diximus late a *nu.* 169. quod ex-
cluditur a Beneficio subrogationis gratiosæ: quia lis ca-
lumniosa non potest introducere vitium litigii; adde Man-
dosium *in regula de subrogand. q.* 11. ibique Cocchier. *n.* 35.
Seraph. *decis.* 1165. sed quæ dicatur lis calumniosa, ob
quam excluditur quis ab impetranda gratia subrogatoria;
omnes respondent, quando calumnia est evidens, & noto-
ria, carens omni colore, & probabili causa litigandi, &
taliter notorie constans, ut nullo fuco adumbrari valeat,
Cocchier. *loco cit.* Rota apud Buttium *d. dec.* 187. *n.* 32. a-
pud Em. Cerrum 249. *n.* 11. ideo quælibet causa colorata
sufficit, ut excludi possit qualitas litis calumniosæ, &
concedi possit subrogatio, Rota apud eundem Emin. Cer-
rum *dec.* 297. *num.* 13. *&* 512. *&* 952. *numer.* 9. *& decis.*
165. *n.* 10. *par.* 18. *rec.* sic etiam lis introducta per rescri-
ptum subreptitium vel nullum, non efficit Beneficium liti-
74 giosum ad hunc effectum: quia dicitur calumniosa, Go-
mesius *in d. regula de subrogandis*, *q.* 11. *&* 12. Cocchier.
ibidem nu. 35. vel cum quis post litem introductam assecu-
tus fuisset aliud Beneficium incompatibile; tunc enim per
talem assecutionem censetur liti renunciasse, Cocchier.
75 *loco cit. sub n.* 35. *vers. vel quando collitigans*; qui *ibidem*
etiam limitat, quando lis est intentata contra illum, qui

jam pacifice possederat per triennium, citat Rebuff. *in pra-
xi ad regulam de subrogandis*, *glos.* 5. *& in additione ad d.
regulam*, *vers. sextus casus*, & ita resolutum dicit Rota in
una *Barchion. Parochialis*, 20. *Junii* 1611. coram Cocci-
no, quam refert Farin. *dec.* 342. *n.* 1. *par.* 1. hæc enim fal-
lentia habetur expresse *in regula de subrogandis*, ibi: *Nec
super eo contra dictum adversarium postquam illud per
triennium pacifice possederit*, *lis tunc mota fuerit*; quod
tamen limitat Sac. Rota in sæpe *allegata dec.* 987. *n.* 34. a-
pud Bichium, quando possessor triennalis duo Beneficia 76
incompatibilia possederit: quia cum tunc ex dispositione
Sac. Concilii Tridentini utriusque privationem incurrat,
non gaudet Beneficio *regulæ triennalis*: quandoquidem
dicit Rota, quod præsumpta dispensatio, in qua *dicta re-
gula* fundatur, non habet locum contra dicta decreta Conc.
Tridentini, prout alias declaravit Sacra Congregatio.
An autem ad hunc effectum requiratur, ut possessor trien-
nalis debeat esse cum titulo, vide *dictam decisionem* 198.
n. 10. *cum seq. &* 228. *n.* 10. apud Bichium.

Clausula, *dummodo intrusus non sis*, quæ apponitur in sub-
rogatione gratiosa, de qua locuti fuimus *n.* 173. satis ju- 77
stificata remanet, dum impetrans nullam habuerit posses-
sionem, & nullos fructus perceperit ante obtentam subro-
gationem, Rota apud Emin. Cerrum *dec.* 411. *num.* 9. *&*
dec. 531. *n.* 2 *p* 1. *recent.* & abundanter in *Valentina Recto-
ria*, 22. *Junii* 1650. coram Bichio apud ipsum 433.

Excluditur ab impetratione subrogationis gratiosæ, 78
qui impetravit Beneficium viventis, cui vel propter infir-
mitatem, vel senectutem imminet vitæ periculum, vigore
regulæ Cancellariæ, diximus *n.* 182. adde Cocchier. *in d.
regula de subrogandis num.* 30. & rationem reddit Sarnen.
in d. regula qu. 16. *n.* 2. quia tales impetrantes præsumun-
tur improbi litigatores, nec favere bonus jus, sequitur
Rota *dec.* 189. *num.* 36. *&* 37. apud Bichium; cessat ta-
men hæc præsumptio, quando per speciale decretum Papæ 79
inducitur privatio ipso jure, & datur facultas impetran-
di; nam data justa causa, cessat rigor *regulæ*, Rota *in d.
decis.* 187. *n.* 38. nec habet locum dicta dispositio *regulæ*,
quando fuit impetratum Beneficium viventis mortui pro-
xime, quando tempore impetrationis vere vacabat, Ro- 80
ta *decis.* 325. *num.* 2. apud Bichium, & advertendum est,
quod nec obstat hæc *regula*, quando fit impetratio tem-
pore quo imminet periculum vitæ ob infirmitatem, vel
senium; & ideo oportet probare imminentiam periculi 81
vitæ de tempore impetrationis, non attento eventu mor-
tis, vel valetudinis, juxta *cons.* Cornei 53. *n.* 13. *&* 14.
lib. 4. Rota *decis.* 198. *n.* 15. *&* 244. *n.* 26. *&* 27. apud Bi-
chium, & in quantum ad senectutem hæc non æquipara-
tur morbo, nec dicitur imminere periculum ante annum 82
septuagesimum, Rota *d. dec.* 198. *n.* 13. *&* 14. licet Rota
discurrendo loquatur.

Hic quoque notandum est, quod in *regula de annali*
35. disponitur, quod qui impetraverit Beneficium, ab al- 83
tero pacifice possessum per annum immediate præceden-
tem infra sex menses vocare possessorem in judicio tenea-
tur, & infra annum causam per sententiam terminare,
alias impetratio ipso jure sit nulla, etiamsi impetraverit 84
per Litteras, *si neutri*, vel *subrogationis*, ut latius in *d. re-
gula*; quæ procedit non solum in impetrationibus *certo
modo*, sed etiam in impetrationibus *per obitum*, Rota *dec.*
263. *n.* 3 *par.* 17. & ne currat tempus anni dati ad expe-
diendam causam, sufficit adhibere diligentias pro causæ
expeditione, præsertim, si altera pars impedimentum 85
dederit, Lotter. *lib.* 2. *q.* 52. *n.* 57. Greg. *dec.* 532. *n.* 4. &
apud Bichium *dec.* 228. *n.* 5. nec tunc requiritur protestatio
partis, licet requiratur quando impedimentum datur a Ju-
dice, Greg. *loco cit. & d. dec.* 228. *n.* 7. apud Bichium.

Item nec admittitur subrogatio in Beneficiis, vacanti-
bus per privationem, vel amotionem, ut expresse ha- 86
betur in *regula*, ac notavimus *n.* 186. nisi Papa derogas-
set huic *regulæ*, & *Nobis citatis in hoc loco*, dixit Sacra
Rota *dec.* 719. *n.* 20. *p.* 18. *rec. tom.* 2.

Notes, quod subrogatio juvat in possessorio, non ve- 87
ro in petitorio, Rota apud Manzanedum 833. *n.* 8. &
quod subrogatus gratiose si pro alio titulo possidebat, po-
test causam suæ possessionis mutare absque alia declaratio-
tione, nec facta dimissione, & absque nova apprehen-
sione possessionis, Ferent. ad Burattum *dec.* 221. *n.* 5. Ro-
ta apud Hieronymum Priolum *dec.* 47. *n.* 8.

Demum notandum est, quod, cum conceditur subro- 88
gatio per obitum collitigantis, semper intelligitur conces-
sa sine præjudicio juris, alteri quæsiti, Sarnen. *in regula de*

subro-

subrogandis, q. 8. quod non intelligitur de jure quæsito per collationem Ordinarii, cui propter litem erant ligatæ manus, Seraph. *decis.* 990. *n.* 8. Rota *d. dec.* 198. *n.* 7. & 8. penes Bichium.

R. P. D. BICHIO.

VALENTINA RECTORIÆ

Luna 3. Decembris 1646.

ARGUMENTUM.

Lis in Beneficialibus an & quando per mortem Actoris, & quando per mortem Rei extinguatur? Attentata non dicitur possessio capta, lite pendente, gratiose subrogato: cum talis possessio non dicatur nova, sed potius continuatio antiquæ, dummodo subrogatus post obtentam subrogationem non fuerit inhibitus.

SUMMARIUM.

Possessio capta, lite pendente, est attentata, n. 1.
Amplia etiamsi possessio sit vacans: nam adhuc, tanquam attentata, saltem officio Judicis, est revocanda, n. 2.
Rota decis. 10. ut lite penden. in novis, & *alia decis.* concordantes, *in quibus casibus procedant*; n. 3.
Lis in Beneficialibus morte Actoris extinguitur, eo quod cum eo moritur petitio, quæ est personalis, n. 4.
Adeout Reus re ipsa suum consequatur intentum absque alia sententia, n. 5.
Declara conclusionem, indistincte non procedere ad omnes effectus, saltem quando reus litem se nolle prosequi declaravit: quia, etiam mortuo Actore, reus litem prosequi potest, si ipsi expediat, n. 6.
Et potest litem prosequi per audientiam contradictarum contra omnes interesse putantes, n. 7.
Reus, mortuo Actore, non incipit esse triennalis possessor, nisi per aliquos actus constet, ipsum expresse, vel tacite cessisse illi judicio, n. 8.
Voluntas collitigantis superstitis non prosequendi litem elicitur ex taciturnitate per aliquod breve tempus: quia de jure Canonico jus prosequendi litem non est præfixum, n. 9.
Lis, cœpta cum defuncto, transit in successorem, licet in eum aliquid de jure mortui non transeat, n. 10.
Lis non dicitur extincta, si successor judicium a defuncto cœptum continuat, n. 11.
Lis per mortem Rei non extinguitur: cum adhuc vigeat petitio Actoris, n. 12.
Et potest Actor ad ulteriora procedere per audientiam contradictarum *contra omnes, quorum interest, ad effectum obtinendi sententiam adjudicatoriam, & fructus decursos*, n. 13.
Possessio, capta vigore subrogationis gratiosæ, *non dicitur nova, sed potius continuatio antiqua, quam possessor habebat*, n. 14.
Attentare non dicitur, qui possessionem continuat, n. 15.
Subrogatus, in quem Principis ministerio fuit lite pendente translata possessio prædecessoris, non dicitur attentasse, dummodo post subrogationem *non fuerit inhibitus*, n. 16.
Subrogatus gratiose *non attentat apprehendendo possessionem; secus est in habente mandatum de* subrogando, *num.* 17.
Subrogatus, si ante captam possessionem adivit Judicem, non potest possessionem capere absque vitio attentatorum, n. 18.
Possessionis causa mutata censetur ex supervenientia novi tituli absque alia declaratione, n. 19.
Possessio defuncti quando est attentata, vel vitiosa, censetur cum eodem vitio transfusa in subrogatum, numero 20.
Ad Signaturam recurrens absque supersessoria non impedit appellatum, qui solum ab executione se abstinere debet ultimis diebus, nempe in die informationis, in vigilia, & in ipsa die Signaturæ, n. 21.

FRatris Laurentii Astitiæ Lauditius Pedoro, Lauditii frater Laurentius possessionem attentatam esse prætendit: ambo enim sunt possessores Parochialis Ecclesiæ Op-
pidi de Torrent, Lauditius tamen posterior illius, quia
capta fuit lite pendente, juxta text. *in cap.* 2. *ut lite pen. in* 1
6. Rot. *decis.* 10. *n.* 1. *eodem tit. in novis dec.* 159. *n.* 1. *p.* 2.
recent. & esto, quod tunc esset vacans, adhuc, tanquam at-
tentata, revocanda est, saltem officio Judicis; ut conci- 2
liando opiniones, concludit Lancell. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *n.*
334. ubi sic declarat procedere decisiones contrarias, &
præsertim *decis.* 10. *ut lit. pend. in nov.* eumque secuta est
Rota *dec.* 386. *n.* 5. coram bon. mem. Buratt. & prius *decis.*
305. *n.* 5. coram bon. me. Greg. XV. *ubique Addens. lit. A.*
Fuerat siquidem usque de anno 1633. introducta lis super
titulo Beneficii ad istantiam Joannis Ribo, professi in Reli-
gione Hierosolymitana, Commendatario ejusdem Reli-
gionis provisi contra Jo. Baptistam Cabreya, a Sede Apo-
stolica prævio concursu provisum; & producta per plures
actus judiciales ad annum 1636 quo vita functo dicto Jo-
anne, idem Beneficium, uti vacans per obitum, obtinuit
a Commendatario Frater Laurentius. Nec dici potest, post
mortem Joannis litem fuisse extinctam: quia, etsi regu- 4
lariter in Beneficialibus lis extinguatur morte Actoris, eo
quod cum eo moritur sua petitio, cum sit personalis, §.
deinceps, auth. de nupt. ideoque Reus consecutus est re ipsa 5
suum intentum absque alia sententia, ut distinguendo inter
mortem Actoris, & Rei, tradit Jo. Andr. *in c.* 2. *n.* 1. *ut*
lit. pend. in 6. quem sequitur *ibid.* Gemin. *n.* 8. Ægid. *dec.*
156. Cassador. *decis.* 1. *n.* 1. *de sent. & re judic.* add. ad Mo-
hed. *dec.* 8. *lit. B. de appellat.* Lancell. *de attent. par.* 2. *c.* 4.
præfat. n. 263. *& seq.* Rot. *dec.* 109. *n.* 2. *v. quamvis regula-*
riter, p. 1. *recent.* hoc non procedit ad omnes effectus, sal- 6
tem quando Reus litem se nolle prosequi non declaravit:
quia Reus, etiam mortuo Actore, litem prosequi potest,
si ipsi expediat desuper obtinere sententiam, ut probat tex.
in clem. 1. §. *si vero, ut lit. penden.* & per eum text. admittit
Gemin. *d. n.* 8. *v. nec obstat*, Ægid. *d. decis.* 156. *sub n.* 1.
v. nisi Reus, Cassad. plene *d. dec.* 1. *n.* 2. Mohed. *dec.* 8. *n.*
6 *de appellat.* ubi quod potest litem prosequi per *audien-* 7
tiam contradictarum contra omnes, interesse putantes,
Achill. *decis.* 8. *n.* 1. & 2. *ut lit. penden.* ubi ex hoc infert,
quod, mortuo Actore, Reus non incipit esse triennalis 8
possessor, nisi per aliquos actus constet, ipsum expresse,
vel tacite, cessisse illi judicio, vel omnes suos procurato-
res revocasse; sic etiam Lancell. *d. c.* 4. *in præf. n.* 269. &
270. Rota *d. dec.* 109 *n.* 2. *p.* 1. *recent. dec.* 599. *n.* 23. *p.* 4.
tom. 2. & Cassad. *decis.* 1. *n.* 3. & 4. *ut lit. pend.* ait, volun- 9
tatem collitigantis superstitis non prosequendi litem elici
non posse ex eo solum, quod aliquo brevi tempore tacue-
rit: quia de jure Canonico non est certum tempus præfi-
xum ad prosequendam litem, quod etiam tradit Milel. *in*
repert. verb. litis pendentia non finitur, fol. 250. Eoque
minus lis per mortem Actoris haberi debet pro extincta in
præjudicium ipsius Rei superstitis, ad effectum, ut posses-
sio, quam ipse retinebat, occupari potuerit fratre Lau-
rentio, qui deinde provisus fuit de eodem Beneficio, tan- 10
quam vacante per obitum Actoris: cum in successorem in
Beneficio, licet aliquid de jure mortui non transferatur,
transeat tamen lis, & instantia cœpta cum defuncto, ut
notat Glos. *in extravag. suscepti, verb. vacantium, v. nec*
in Beneficialibus, ne sed. vacan. Lancell. *de attent. part.* 2. *c.*
20. *limit.* 24. *n.* 16. Gratian. *discept.* 736. *n.* 19. & *seq.* Rot.
decis. 599. *n.* 33. *pars.* 4. *tom.* 3. *recent. decis.* 278. *n.* 7. & 8.
coram bon. mem. Buratt. & *in Rossanen. decimarum* 28. *No-*
vemb. 1639. coram me: præsertim, quia ipse frater Lauren-
tius causam reassumpsit contra eundem Cabreyam, Reum 11
conventum a defuncto, & per plures actus continuavit,
ut in his terminis advertit Burat. *d. decis.* 278. *n.* 9. adeo
quod concludendum omnino sit, litem in casu nostro non
fuisse extinctam per mortem Actoris: cum constet de con- 12
traria voluntate ipsius fratris Laurentii, qui eandem litem
continuando, illam pro extincta habere non declara-
vit.
Ex eisdem rationibus attentata videretur possessio,
quam deinde mortuo Cabreya, cœpit Lauditius per ejus
obitum provisus; imo fortius: quia dubio caret, quod
per mortem Rei conventi, qualis erat Cabreya, lis non
extinguitur: cum adhuc vigeat petitio Actoris; & licet
tens sit sublatus de medio per mortem, & sic appereat si-
bi amplius Beneficium non deberi, non propter hoc se-
quitur Actori superstiti deberi; & quatenus debeatur,
possit Actor procedere ad ulteriora per *audientiam contra-*
dictarum contra omnes, quorum interest, ad effectum 13
obtinendi sententiam adjudicatoriam, & fructus decur-
sos, ut Jo. Andr. Gemin. & Ægid. sup. allegati, & tradit

Lancell. *de attent. part. 2. c. 4. in præfat. n. 271. & seq.* Rot. *decis. 8. n. 1. & per tot. ut lit. pend. in nov.* Casad. *decis. 1. n. 1. de sent. & re judic.* & fuit dictum in *Urgellen. Archidiaconatus 13. Aprilis* 1592. coram bon. mem. Pennia impress. apud Marchesi. *de commiss. p. 3. fol. 72.*

14 Nisi Lauditius obtinuisset *subrogationem gratiosam* in jus
& possessionem Cabreyæ: Cum enim possessio, capta vigore *subrogationis gratiosæ*, non dicatur nova, sed potius continuatio antiquæ, quam prædecessor habebat, Gonzal. *super reg. 8. §. 4. proœmiali, n. 90.* Rota *in recent. decis. 449. n. 6. & seq. part. 4. tom. 2. & in Seven. Canonicatus, & Præbenda 13. Maii* 1588. coram bon. mem. Bubalo, impress. apud Marchesi. *de commiss. part. 1. fol. 377. n. 1.* Sicuti si præ-
15 decessor met viveret, continuando suam possessionem, lite pendente non attentaret, juxta glos. ultim. communiter receptam in *c. non solum v. dic tamen, de appellat. in 6.* ita
16 nec attentat subrogatus, in quem ministerio Principis fuit eadem possessio transfusa, si lite pendente possessionem naturalem capit propria auctoritate, dummodo post obtentam *subrogationem* non fuerit inhibitus, Lancell. *de attent. part. 2. c. 4. n. 340.* Mohed. *decis. 11. n. 1. ut lit. pendent.* Put. *decis. 208. lib. 1. in corr.* Mant. *decis. 71. n. 3.* Cocc. *dec. 72. n. 1.* Rot. *inter recent. decis. 135. n. 7 & seq.* ubi distinguit inter
17 *subrogationem gratiosam, & mandatum de subrogando, dec.*
18 *469. n. 17. &* 18. ubi hoc limitat, si subrogatus, antequam possessionem caperet, adivisset Judicem, *part. 4. to. 2. recent.*

Non obstat, quod Lauditius non apprehenderit possessionem vigore *subrogationis gratiosæ*, sed aliarum Litterarum Apostolicarum; quia, esto, quod possessio sic capta, fuisset vitiosa, tamen superveniente *subrogatione gratiosa*
19 ad possessionem defuncti, remanet purgatum vitium, ex novo titulo mutata præsumitur causa possidendi, etiam absque nova declaratione, ut in his terminis Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 20. n. 214.* Mant. *d. decis. 71. n. 2. & 10.* Cocc. *d. decis. 72. n. 4.* Gratis vero dicitur etiam, possessionem Cabreyæ defuncti fuisse attentatam, quia fuerit capta 28. Decembris 1634. *Summ. Lauditii n. 1.* postquam die 5. Junii præcedentis fuerat contra ipsum executa citatio; ideo-
20 que eandem possessionem transfusam fuisse in subrogatum cum suo vitio, ut dixit Rota *decis. 231. n. 5.* coram s. mem. Greg. XV. ubi add. *n. 5.* allegat concordantes; nam imo ex datis *in summariolo responsionis pro Lauditio n. 1.* apparet, dictam citationem fuisse executam die 29. Octobris anni 1635. & sic anno post apprehensam possessionem.

Minus obstat, quod possessio Lauditii fuerit capta in spretum Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ, ad quas fuerat habitus recursus: Quia Signatura Justitiæ remisit causam ad Sanctissimum sine supersessoria, quam nec Signatura Gra-
21 tiæ concessit, & solus recursus ad Signaturam, ubi non adest supersessoria, non efficit, ut appellatus lapso termino citationis, perpetuo debeat expectare; sed sufficit, quod abstineat ab executione ultimis tribus diebus, nempe in die informationis, in vigilia, & in ipsa die Signaturæ, juxta stylum Signaturæ, super quo ultimo loco emanavit etiam decretum Eminentiss. Cardinalis Præfecti; & in eisdem terminis loquitur *decis. 136. sub n. 4. in fine, part. 1. recent.* Decisio autem 134 *n. 6.* coram bon. mem. Buratto procedit, quando quis fuit citatus pro Signatura, & pro concessione supersessoriæ coram Domino Cardinali Præfecto, & non expectato illius, seu Auditoris Signaturæ decreto, processit ad ulteriora. Unde, cum recursus ad Signaturam habitus fuerit die 21. Junii, Lauditius vero possessionem ceperit sub die 7. Augusti, abest spretus Signaturæ.

Ex quibus, proposito per me hodie dubio, an constet de attentatis, quæ veniant revocanda? constare de attentatis, commissis a fratre Laurentio, non autem a Lauditio, responsum fuit, utraque parte informante, rejiciendo ad aliam inspectionem, quæ opponebantur circa validitatem judicii, moti a Lauditio coram Executore Litterarum Apostolicarum, earumque non justificatione, & defectu citationis ipsius fratris Laurentii, anterioris possessionis: quia non percutiunt articulum attentatorum, & suis loco, & tempore poterunt ad trutinam evocari. Et ita decisum.

R. P. D. BICHIO.

VALENTINA RECTORIÆ

Veneris 24. Martii 1647.

ARGUMENTUM.

Subrogatus *gratiose* potest propria authoritate, absque vitio attentatorum, possessionem defuncti apprehendere, quando est vacans; ac etiam quando est plena, si dicta possessio, a tertio apprehensa, est nulla, et attentata, vel aliquo *decreto irritanti* infecta. *Regula 8. reservatoria mensium* continet *decretum irritans*, et comprehendit etiam Beneficia S. Religionis Hierosolymitanæ.

SUMMARIUM.

Put. decis. 205. lib. 1. in correctis *distinguit inter* subrogationem gratiosam, *&* rigorosam, *n. 1.*

Subrogatus in forma gratiosa *potest, etiam lite pendente, capere possessionem Beneficii absque vitio attentatorum; secus vero subrogatus in* forma rigorosa, *n. 2. Declara, at n. 5.*

Ratio diversitatis est: quia in subrogatione gratiosa *ipse Papa subrogat, ac possessionem juris transfert.* In subrogatione rigorosa *Papa mandat, ut alius subroget, qui subrogare non potest, nisi discussis juribus subrogandi, n. 3.*

Subrogatus rigorose, *absque licentia Judicis possessionem ingrediens, attentat, n. 4.*

Subrogatus gratiose *potest propria auctoritate, lite pendente, possessionem capere absque vitio attentatorum, quando possessio est vacans; secus vero, si est plena, n. 5. Declara quoad possessionem plenam, at num. 17.*

Subrogatio gratiosa, *antequam subrogatus possessionem capiat, importat facultatem, eam apprehendendi, & operatur effectum continuationis quoad possessionem, non facti, sed juris, n. 6.*

Possessio vigore statuti continuata dicitur civilissima, & intervertitur eo ipso, quod alius medio tempore occupat naturalem, n. 7.

Subrogatio gratiosa *æquiparatur possessioni, continuata vigore statuti, n. 8.*

Possessio defuncti continuata in heredem vigore statuti intervertitur, si naturalis post mortem possessoris fuit ab alio capta, antequam heres illam apprehendat, num. 9.

Continuatio possessionis vigore subrogationis gratiosæ *cessat, quoties actualis possessio fuit ab alio occupata, & solum peti potest immissio, n. 10.*

Possessio capta a subrogato, postquam ab alio fuit apprehensa, est attentata, n. 11.

Possessio capta, non citato possessore, est attentata, numero 12.

Intrusus est etiam citandus, nisi ex actis constet, ipsum esse talem, cui nulla competat defensio, n. 13.

Et possessio, aliter capta, est nulla, & attentata, n. 14.

Detentor, seu injustus possessor, ex superveniente nova causa efficitur verus possessor, ex quo præsumitur, voluisse possidere ex novo titulo magis proficuo. Conclusio tamen procedit, si res ab alio non possidetur, num. 15.

Secus vero si alius possidet; tunc enim non potest solo animo quis effici possessor, nisi actus interveniat, quo prior possessor possessione privetur, vel possessionem dimittat, n. 16.

Subrogatus gratiose *potest propria auctoritate possessionem capere, etiam si possessio sit plena, si dicta possessio, ab alio capta, est notorie attentata, vel infecta a* decreto irritanti: *quia habetur pro non possessione, n. 17.*

Possessio attentata habetur pro non possessione, dicto n. 17.

Prout pro non possessione habetur possessio, infecta a decreto irritanti, *d. n. 17.*

Subrogatus gratiose, *quemadmodum, quando possessio est vacua, non impeditur ad capiendam possessionem propria auctoritate, ita impediri non potest, quando est plena, sed est improbata, & infecta, n. 18.*

Possef-

Possessio Beneficii, reservati ratione mensium, vigore tituli, habiti ab inferiore, est infecta a decreto irritanti, *apposito in* regula reservatoria mensium, *n.19.*

Reservatio ratione mensis absque lite suffragatur subrogato, num. 20.

Beneficium, aliud est, esse reservatum, aliud esse litigiosum, cum lis non indicat reservationem; sed solum, donec durat, suspendit collationem Ordinarii, n.21.

Regula reservatoria mensium *propter verborum pregnantiam comprehendit etiam Beneficia Religionis Hierosolymitana, num. 22.*

Regula reservatoria mensium *non comprehenditur sub indultis Religionis Hierosolymitana, num.23.*

Status ultimus in Beneficialibus semper attenditur, quando per probationes perfectas non constat de anteriori contrario, num.24.

Decretum irritans, *contentum in* cap. 2. ut lite pendente, *non operatur, quando Beneficium cadit sub indulto conferendi Beneficia litigiosa, num.25.*

Subrogatus gratiose *potest, lite pendente, possessionem apprehendere, etiam non citato possessore: quia citatio non est necessaria, quando possessori obstat de*cretum irritans, *num.26.*

Subrogatus rigorose potest, per supervenientem subrogationem, possessionem captam in vim novi tituli mutare, & vitium purgare, num. 27.

Possessor ex superveniente novo titulo potest causam possessionis vitiosa mutare, d. num.27.

Causa possidendi prasumitur mutata ex supervenienti subrogatione, *& definit esse vitiosa, num.28.*

Titulus novus ad effectum mutationis causa possidendi, requiritur, quod superveniat post apprehensam possessionem, num 29.

Subrogatus, si, post emanatam inhibitionem Rotalem, possessionem capit, attentat, num.30. & 34.

Item attentat, si possessionem capit, postquam subrogatio *fuit judicialiter producta, num.31.*

Possessio naturalis, statim a subrogato apprehensa, efficit, ut possessio civilissima, continuata in subrogatum vigore subrogationis gratiosæ, *evanescat, ad instar possessionis, a statuto continuata, num.32.*

Subrogatio, *desumpta a clausulis gratia principalis ante expeditionem competit solum in potentia: ejus vero usus incipit a die expeditionis, num. 33.*

Subrogatus, si fuerit inhibitus post obtentam subrogationem, *non potest absque vitio attentatorum possessionem capere, num.34.*

Declara inhibitionem antea emanatam afficere duntaxat judicium tunc pendens super executione principalis gratia; non autem impedit, quin possit expediri ad partes *Littera* subrogationis gratiosæ, *num.35.*

Littera plures super eadem supplicatione expediri possunt, diversis formis concepta, num.36.

Judicium subrogationis, *expedita* ad partes, *est diversum a primo judicio super gratia principali, n.37.*

Lis quando non est super ipsa gratia subrogationis, *non cessant* subrogationis *effectus, num.38.*

Gomezius in l.25. Tauri n.115. *declaratur, num.39.*

Possessio attentata, tanquam nulla, nullum producit juris effectum, n.40.

Possessio subrogati, ne dicatur vitiosa, sufficit posse dubitari, quod possessio defuncti non sit attentata, nec capta, lite pendente, num.41.

Subrogatus gratiose, *quemadmodum valet lite pendente possessionem capere, multo magis potest causam possessionis, prius capta, etiam absque alia declaratione, mutare, ut fecisse prasumitur, num.42.*

1 PUteus *decis.* 208. *lib.1. in cor.* distinguendo inter *subro-*
gationem, concessam in *forma gratiosa*, vel *rigorosa*,
2 firmat, quod subrogatus in *forma gratiosa* potest, etiam
lite pendente, capere propria auctoritate possessionem
3 Beneficii absque vitio attentati; secus vero subrogatus *in*
forma rigorosa: & ratio diversitatis est: quia in *subroga-*
tione gratiosa ipse Papa est, qui subrogat, ac possessio-
nem juris transfert, & continuat in subrogatum, cui sta-
tim sine alia disputatione de jure auctoris danda est posses-
sio facti: quia ita mandat Papa, cui est obtemperandum;
& postquam subrogatus cœpit actualem possessionem, ita
conjungitur possessio facti cum possessione juris, ut potius
censeatur continuatio possessionis defuncti, quam nova
apprensio; At in *rigorosa* Litteræ diriguntur Auditori, ut
subroget, neque ille subrogare potest, nisi discussis juribus 4
subrogandi, ejusque auctoris; unde, si pars absque licen-
tia Judicis possessionem ingrederetur, attentaret; Hanc
ipsam distinctionem prius amplexa fuerat Rota apud Mo-
hed. *decis. 11. ut lit. pend.* & secuta fuit penes eundem Put.
decis.423. in princ. lib.1. & in decis.535. n.7. & seqq. decis.
449. n.4. & seqq. p.4. tom 2. rec.
Recipit autem hæc distinctio subdistinctionem, vide- 5
licet, quod subrogatus *gratiose* possit quidem absque vi-
tio attentati capere possessionem propria auctoritate, lite
pendente, si tunc possessio erat vacans; secus vero, si
post mortem prædecessoris fuerat ab alio, medio tempo-
re, apprehensa: Nam *subrogatio gratiosa*, antequam sub- 6
rogatus capiat actualem possessionem, impartat faculta-
tem eam apprehendendi, & operatur effectum continua-
tionis quoad possessionem non facti, sed juris, Sarnen.
in reg. de trienn. quæst. 14. num.8. in fin. & num.11. Gonzal.
super reg.8. glos.34. num.110. Caputaq. *decis.231. num.2.*
part.3. Rota *decis. 449. num.4. & seqq. part. 4. tom. 2. rec.*
quæ cum sit civilissima, fuit interversa eo ipso, quod 7
alius medio tempore occupavit naturalem, uti dicimus de
possessione civilissima, continuata vigore statuti, cui in 8
hoc *subrogatio* æquiparatur, Gonz *super reg. 8. §.3. proœ-*
mial. num. 90. Rota *decis. 258. num. 6. decis. 307. num. 4.*
coram san. mem. Gregor. XV. *decis.159. numer. 3. part. 3.*
divers. decis.449. num.8 part. 2. tom. 2. recent. quæ inter-
vertitur, si possessio naturalis ab alio capiatur post mor-
tem possessoris, antequam hæres illam apprehendat, Cu- 9
man. *in l. Pomponius, §. quæsitum, sub num.3. vers. ego di-*
xi, ff. de acquir. poss. Alex. *cons.83 num.3. lib.2.* Paris. *con-*
sil.1. num.158. lib.1. Dec. *cons. 467. num 8.* Gabr. *de acq.*
poss. concl.9. num. 18. Coccin. *decis. 488. num. 3.* Rota *de-*
cis.263. numer. 2. part. 2. recent. ita ut cesset effectus conti- 10
nuationis possessionis vigore *subrogationis gratiosa*, quo-
ties possessio actualis fuit ab alio occupata, & solum pe-
ti possit immissio, Ruin. *cons. 27. num. 6. libr. 5.* Rota *in*
Lucana Majusculatus 27. Aprilis 1587. coram Orano, *in*
Beneventana Parochialis 17. *Maii* 1606. coram san. mem.
Gregor. XV. quæ est *decis.258. num. 5. inter ejus impress.*
in Bononien. Beneficii 29. Novembris 1619. coram bon.
mem. Coccino, impress. apud Modern. *de manut. decis.*
480. num.3. & seqq. in Ulixbonen. Beneficii 29. Junii 1623.
coram bon. mem. Ubaldo seniori impress. ibid. *decis. 174.*
num.2. secundum 1. impress. & in puncto, quod posses- 11
sio actualis, postea capta a subrogato, sit attentata, fuit
decisum *in Firmana Altaris* 20. *Martii* 1623. coram eo-
dem Coccino impress. *part.4. tom.2. recent. decis. 469. nu.*
7. & decis. & seqq. usque ad 16.
Hinc informatores pro fratre Laurentio Astiria, impu-
gnando hodie decisionem, in hac causa editam 3. Decem-
bris 1646. coram me, inferebant, quod possessio, lite pen-
dente, capta a Lauditio Pedro de mense Augusti, excusari 12
non potest ab attentatis sub prætextu *subrogationis gratiosa*,
per ipsum obtentæ: quia tunc possessio non erat vacua, cum
idem frater Laurentius eam apprehendisset de mense Fe-
bruarii præcedentis; debuisset ideo Lauditius judicialiter
possessionem apprehendere, citato fratre Laurentio anti-
quo possessore, juxta text. *in c. licet Episcopus de preb. in 6.*
quamvis (quod negatur) frater Laurentius esset intrusus: 13
quia etiam intrusus est citandus, nisi constet ex actis, ipsum
esse talem, & habere causam a litigante, & nullam ei pror-
sus defensionem competere, Franc. *in c. ex ratione, n. 29.*
de appell. Gabr. *cons.31. n.20. lib. 2.* Rota *decis. 211. n. 1.*
p. 2. recent. decis. 234. n. 1. apud Modern. *de manut.* alio-
quin Lauditius, capiendo possessionem lite pendente, at-
tentavit; cumque non privaverit sua possessione, anteriori
fratrem Laurentium, non potuit mutando sibi causam pos-
sessionis, ex supervenienti *subrogatione* effici verus posses-
sor: quia, quod dicitur detentorem, seu injustum posses- 14
sorem, superveniente nova causa, reddi verum possesso-
rem, eo quod præsumitur voluisse possidere ex novo titulo
justo, & magis proficuo; procedit, cum res ab alio non 15
possidetur, in his terminis Rota *decis. 200. n.18. & 19.*
part. 4. tom. 2. recent. sed alio possidente, non potest ani- 16
mo solo quis effici possessor, nisi actus interveniat, quo
prior possessor possessione privetur, vel possessionem di-
mittat, ut bene declarat Gabr. *cons. 51. n. 38. v. quinto quod*
dicitur lib. 1.
Sed pro responsione ad objectum, Domini dixerunt,
subdistinctionis supra deductæ, secundum caput esse de-
clarandum, ut procedat, quando possessio, medio tem- 17
pore ab alio capta, non est notorie attentata, vel infe-

cta a *decreto irritanti*; si eus e converso: talis enim possessio
habetur pro non possessione, *l. improba, C. de acq. poss.*
Rota in terminis possessionis attentatæ *decis.* 10. *ut lit. pend.*
in non. decis. 1106. *n.* 3. *decis.* 1262. *n.* 3. apud Seraph. *&*
decis. 16. *n.* 3. apud Modern. *de manut.* cum aliis allegatis
ab eodem Moderno *obser.* 48. *n.* 11. *&* 12. & in terminis
possessionis, infectæ a *decreto irritanti*, quod habeatur
pro vacua; Coccin. *decis.* 31. *n.* 4. Put. *decis.* 179. *n.* 3. *lib.*
2. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 46. *n.* 70. unde sicuti non
18 impediretur effectus *gratiosæ subrogationis*, si possessio es-
set vacua; ita impediri non potest, quando est quidem ple-
na, sed improba, vel infecta, ut in puncto possessionis
improbæ dixit Rota *in Pampilonen. Prioratus* 27. *Martii*
1623. coram bon. mem. Pirovano impress. apud Modern.
de manut. decis. 313. *n.* 5. in puncto possessionis infectæ,
Lott. *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 196. 197. *&* 198. Rota *in*
supra allegata Bononien. Beneficii, coram bon. mem. Coe-
cinn, quæ est apud dictum Modern. *decis.* 480. *n.* 8. *&* 9.

Et hic est casus noster: quia, ut constat ex prima deci-
sione, quæ in hac parte ex adverso non impugnatur, pos-
sessio fratris Laurentii est notorie attentata; Cumque pa-
riter notorium sit, quod capta fuit titulo collationis, ha-
bitæ ab inferiori collatore, quod Beneficium hoc vacavit
19 in mense reservato, est etiam infecta a *decreto irritanti*,
apposito in *regula reservatoria mensium*, ut in his termi-
20 nis advertit Rota *d. dec.* 480. *n.* 8. quæ sola reservatio ratio-
ne mensis, etiam absque lite, suffragatur subrogato, Rota
dec. 187. *n.* 4. *part.* 2. *recent. decis.* 71. *n.* 11. *part.* 6. *decis.*
769. cor. bon. mem. Buratto, Garz. *de benef. part.* 6. *c.* 4.
n. 8. Nec fuit sublata per assertum indultum conferendi Be-
neficia litigiosa, concessum Religioni Hierosolymitanæ,
21 ad quam spectare dicitur hoc Beneficium: quia aliud est,
Beneficium esse reservatum, aliud esse litigiosum: cum lis
non inducat reservationem, sed solum, donec durat, sus-
pendat collationem Ordinarii, ut declarat Sarnen. *in reg de*
trienn. q. 31. *n.* 9. Simonet *de reserv. q.* 10. *n.* 5. *v. ex præ-*
dictis, Rota *in decisionibus*, *relatis* a Garz. *de benef. part.*
22 5. *c.* 1. §. 1. *n.* 135. *v. non obstat*, *&* 136. *v. non obstante*, Et
regula reservatoria mensium propter prægnantiam verbo-
rum comprehendit etiam Beneficia Religionis Hierosoly-
mitanæ, Gonz. *super reg.* 8. *glos.* 8. *n.* 61. *& seqq.* neque
comprehenditur sub indultis ejusdem Religionis, ut fuit re-
23 solutum, ac pluribus rationibus comprobatum in *dec.* 599.
n. 1. *n.* 7. *& per tot. part.* 2. *recent.* ubi responderur omnibus
contrariis.

Præter quod ad probandam pertinentiam hujus Benefi-
cii ad Religionem Hierosolymitanam, datur tantum sen-
tentia arbitramentalis, lata de anno 1443. quæ nec proba-
tur aliquando effectuata, & in contrarium adsunt plures
collationes, factæ non a Religione, seu Commendatariis,
sed ab Episcopis, prævio concursu per annos 190. decur-
sos ab anno 1443. usque ad annum 1618. *Summ. novo Lau-*
ditii per tot. Cum tamen sufficeret ultimus status, qui sem-
24 per attenditur, quando per probationes præfatas non con-
stat de anteriori contrario, Cald. *cons.* 23. *de probat.* Rot.
decis. 2. *de praebend. in nov. decis.* 465. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 2.
recent. Unde dici forsan potest, obstare possessioni fratris
25 Laurentii, nedum *decretum irritans regulæ reservatoriæ*
mensium, sed etiam aliud, oppositum in *c.* 2. *ut lit. pend. in*
6. licet istud non obstaret, si Beneficium spectaret ad Reli-
gionem, & caderet sub indulto conferendi Beneficia liti-
giosa, Rota *decis.* 1. *n.* 18. coram Matt. Andr. & in aliis al-
legatis in *Neapolit. Cimiliarcatus* 5. *Maii* 1631. coram me.

Igitur non obstante intermedia possessione fratris Lau-
rentii, potuit frater Lauditius vigore *subrogationis gratio-*
sæ absque vitio attentati pendente lite, vel possessionem
26 actualem ex integro apprehendere, etiam absque adversa-
rii citatione: quia necessaria non est, quando liquido ap-
paret obstare possessori *decretum irritans*, Lotter. in pun-
cto *d. lib.* 7. *q.* 20. *n.* 199. *&* 200. Bisignett. *decis.* 4. *sub n.* 2.
de rest. spol. Rota *dec.* 472. *n.* 3. *p.* 3. *lib.* 3. *d. dec.* 469. *n.* 22.
part. 4. *tom.* 2. *recent. dec.* 278. *n.* 8. *&* 9. coram Card. Caval.
& in Ampurien. seu Civitaten. Archipresbyteratus 24. *Maii*
1645. coram R. P. D. meo Cerro, *in Mediolanen. Cimi-*
liarcatus 15. *Maii* 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio.
27 Vel semel in vim alterius tituli apprehensæ causam sibi mu-
tare, licet prima possessio esset vitiosa: quia per superve-
nientem *subrogationem* vitium remansit purgatum, ut tra-
dit Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 214. sequendo decisionem Mant.
71. quæ, ut patet *in princ.* loquitur de possessione attenta-
ta, qualis ex adverso prætenditur possessio, prius capta a
Lauditio in vim *Litterarum suæ provisionis*; & nihilomi-
nus firmat, quod superveniente *subrogatione*, præsumitur
mutata causa possidendi, & possessio desinit esse vitiosa, 28
eandem decis. Mant. secuta fuit Rota *in dec.* 108. *n.* 9. *dec.*
142. *n.* 8. *part.* 5. *recent.* & in aliis, relatis ab Add. ad Bu-
ratt. *dec.* 221. *n.* 6.

Non obstat primo, quod ad effectum mutationis causæ 29
possidendi requiritur, quod novus titulus superveniat post
apprehensam possessionem, Gabr. *cons.* 51. *n.* 30. *v. tamen*
id non obstat, *lib.* 1. Put. *dec.* 287. *n.* 4. *lib.* 3. *in corr.* Rot.
divers. dec. 100. *n.* 22. *& seq. part.* 1. at in casu nostro *Lit-*
teræ Apostolicæ provisionis, ex quarum clausulis est desum-
pta *subrogatio* Lauditii, præcesserunt per duos, & amplius
menses, antequam ille possessionem in vim ejusdem provi-
sionis apprehenderet, & *subrogatio* expedita est sub eadem
data dictarum *Litterarum*. Secundo, quod emanavit in-
hibitio Rotalis, quæ efficit, ut subrogatus capiendo pos- 30
sessionem attentet, Lancell. *de attent. part.* 2. *c.* 4. *n.* 373.
Coccin. *dec.* 72. *n.* 2. Tertio, quod *subrogatio* fuit judiciali- 31
ter producta, quo casu subrogatus non potest propria au-
ctoritate possessionem capere, & capiendo attentat, Lot-
ter. *d. q.* 20. *n.* 215. Rota *dec.* 469. *n.* 17. *& seq. part.* 4. *to.*
2. *rec.* Quarto, quod, dum semel fuit a Lauditio appre- 32
hensa possessio naturalis, evanuit statim possessio civilissi-
ma, continuata in subrogatum, per *subrogationem gratio-*
sam, & omnis ejus effectus, ut ingenuisse in terminis *statu-*
ti de continuanda probat Gomez *in l.* 45. *Thauri n.* 15. Tan-
dem, quod etiam possessio Cabreya, in cujus locum Lau-
ditius fuit subrogatus, est attentata ob litem motam coram
Judice Compulsore die 3. Junii 1634.

Nam ad primum respondetur, quod, licet *subrogatio* 33
sit desumpta ex clausulis *Gratiæ principalis*, & habeat ean-
dem datam diei 9. Kal. Junii; tamen, ut est in confesso apud
partes, non fuit expedita, nisi de mense Octobris subsequen-
ti; & sic perinde est, ac si supervenisset post possessionem
captam de mense Augusti: quia ante expeditionem *sub-*
rogatio competebat solùm in potentia; ejus verò usus cœ-
pit à die expeditionis, Put. *dec.* 423. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Seraph.
dec. 235. *num.* 2. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 13. *num.* 28. *&*
seqq. & latius *q.* 2. *n.* 8. *& seqq.*

Ad secundum negatur, inhibitionem emanasse post 34
expeditam *subrogationem*, ut requiritur Coccin. *decis.* 72.
n. 2. *&* 3. Mandol. *super reg. de subrogan. q.* 8. *n.* 5. Lotter. *de re*
benef. l. 2. *q.* 20. *sub n.* 214. *vers. nisi supervenisset*; nam inhibi- 35
tio antea emanata efficit duntaxat judicium tunc pendens
super executione gratiæ principalis, quod non impedit quo
minus possint deinde expediri *ad partes Litteræ subrogatio-* 36
nis gratiosæ: cum super eadem supplicatione licitum sit ex-
pedire plures *Litteras*, diversis formis conceptas, Rota *dec.*
514. *n.* 4. *lib.* 3. *p.* 3. *divers. dec.* 302. *n.* 10. *& seqq. p.* 4. *tom.* 2. *rec.*
& judicium *subrogationis* expeditæ *ad partes* est diversum a
primo, Lotter. *d. q.* 20. *n.* 202. *&* 207. Rota *dec.* 411. *n.* 3. *p.* 3. 37
recent. Tertium objectum cessat: quia *subrogatio* fuit judi-
cialiter producta ad ostendendam multiplicitatem titulo-
rum, non autem, ut in controversiam deduceretur, ejus-
que executio obtineretur a Judice: cum imo jam Laudi-
tius Beneficii possessionem cœpisset, & in ipso instanti ex-
peditionis *subrogationis* præsumeretur ex ea voluisse possi- 38
dere, ex supra allegatis; Quoties autem lis non est super
ipsa *Gratia subrogationis*, non cessant *subrogationis* effe-
ctus, Rota *dec.* 159. *n.* 8. *p.* 4. *div.* Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *n.* 213. 39
Ad quartum respondetur, quod posset applicari, si posses-
sio esset rite, & recte capta, in quibus terminis loquitur 40
Gomes. ex adverso allegatus; secus vero, si, ut in casu no-
stro, fuit attentata: quia tunc, tanquam nulla, nullum
producit juris effectum, *l.* 4. §. *condemnatum*, ubi Doct. *ff.*
de re judic. & bene ad propositum Surdus *decis.* 51. *n.* 12. *&*
seq. Rota *decis.* 569. *n.* 32. *part.* 5. *recent. decis.* 29. *n.* 26 *part.*
7. Ultimum tollitur ex facto: quia possessio Cabreya capta
fuit die 28. Novembris 1634. & sic per quinque menses an-
te litem motam coram Judice Compulsore, calculando
initium anni a die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, 41
ut solet, & sufficit de hoc posse dubitari, ut interim pos-
sessio subrogati ex hoc capite non dicatur vitiosa, ut in ter-
minis Rota *dec.* 91. *n.* 2. *p.* 3. *rec.*

Quo ad spretum Signaturæ, placuit Dominis respon-
sio primæ decisionis; nec refert, quod Signatura Justitiæ
remiserit causam ad Signaturam gratiæ: quia semper sub-
est excusatio, ex quo non fuit concessa supersessoria, nec
altera pars debet ad arbitrium adversarii continuo expecta-
re. Et præterea ex dicta remissione, aut ex eo, quod com-
missio venerit subscripta ab utraque parte, posset solum in-
ferri, quod possessio actualis, capta postea a Lauditio de

men-

meofe Auguſti, eſſet attentata, quod non relevat: quia, ut ſupra dicebatur, vitium hujuſmodi fuit purgatum per ſupervenientem *ſubrogationem*; ex qua ſicuti, non obſtan-
41 te pendentia litis, poterat ſubrogatus poſſeſſionem capa-ce, multo magis potuit ſibi animo mutare cauſam poſſeſſionis, prius captæ, ut feciſſe præſumitur, etiam abſque aliqua declaratione, Dec. *conſ.* 400. *n.* 5. Achil. *deciſ.* 4. *n.* 1. *de cauſis poſſeſſionis*, & *propr.* Cæſ. de Graſs. *deciſ.* 19. *n.* 6. *de probat.* in puncto Mant. *deciſ.* 71. *n.* 2. Cocc. *dec.* 72. *n.* 4. cum aliis allegatis *in Romana Fideicommiſſi de Guidis* 20 *Februarii proxime præteriti*, cor. R. P. D. meo Othobono.

Ex quibus, utraque parte informante, reſolutum fuit, ſtandum eſſe in deciſis.

R. P. D. BICHIO.

VALENTINA RECTORIÆ

Veneris 17. Martii 1637.

ARGUMENTUM.

Regula de ſubrogandis, continens conditionem *dummodo intruſus non ſit*, non comprehendit omnem intruſionis ſpeciem; ſed intelligenda eſt de propria, & vera intruſione, ſcilicet cum quis propria authoritate, vel ſine titulo ejus, qui poteſt conferre, poſſeſſionem invaſit. Item *regula* loquitur duntaxat de intruſione, exiſtente tempore *ſubrogationis*; non autem in verbis excludit futuram intruſionem; & ad effectum dignoſcendi, quando pro juſtificatione clauſulæ, *dummodo intruſus non ſis*, *ſubrogatio* petita, & conceſſa dicatur, attenditur tempus *gratiæ principalis*: quia ſub eadem data expediuntur *Litteræ ſubrogationis*.

SUMMARIUM.

Gratia ſubrogationis, *conceſſa ſub conditione* dummodo intruſus non ſis, *conſtito de intruſione*, *non ſuffragatur*, *n.* 1.

Conditio negativa implicat contrariam voluntatem concedentis in caſu contrario, *n.* 2.

Intruſio nunquam cenſetur a Papa remiſſa, *niſi fuerit expreſſe narrata*, *n.* 3.

Intruſionis exceptio, *deſumpta ex ventre* Litterarum ſubrogationis *admittenda eſt ad earum executionem retardandam*, *n.* 4.

Intruſio ad effectum regulæ *deducitur*, *ſi ſubrogatus*, *ante obtentam* ſubrogationem, *poſſeſſionem cœperat vigore* Litterarum gratiæ principalis, *expeditarum ſub ſupplicatione ſubreptitia*, *n.* 5.

Poſſeſſio Beneficii capi nequit vigore ſupplicationis ante expeditas Litteras, *ſtante* extravag. Julii III. *quidquid fuerit antiquitus*, *n.* 6.

Poſſeſſio capta, *pendente lite*, *reputatur intruſiva*; *contrarium*, *n.* 7.

Regula de ſubrogandis *comprehendit omnem intruſionis ſpeciem*, *n.* 8.

Contrarium quod regula *ſit intelligenda de vera*, & *propria intruſione*, *cum ſcilicet quis propria auctoritate*, & *ſine legitimo titulo poſſeſſionem invaſit*, *numero* 9.

Intruſus non dicitur, *qui poſſeſſionem cœpit de manu Executoris*, *n.* 10.

Clauſula, dummodo in Beneficiis hujuſmodi ſe intruſerint, *appoſita in* regula de triennali, *intelligenda eſt*, *non de omni ſpecie intruſionis*, *ſed de vera*, & *propria intruſione*. *cum ſit conſtitutio pœnalis*, *n.* 11. & *n.* 12. *ubi redditur ratio*.

Poſſeſſio, *lite pendente*, *capta a ſubrogato in jus*, & *poſſeſſionem defuncti*, *non dicitur intruſiva*, *numero* 13.

Poſſeſſor ſemper eſt citandus ad effectum evitandi pœnam contra intruſum, *n.* 14.

Declara non procedere, *quando ſubrogatus non cœpit poſſeſſionem propria auctoritate*, *ſed de manu Executoris*, & *poſſeſſor attentate poſſidebat*: *quo caſu non eſt neceſſaria citatio*; *nam poſſeſſio attentata*, *habetur pro non poſſeſſione*, *n.* 15. & 16.

Poſſeſſio infecta a dec. eo irritanti, *habetur pro non poſſeſſione*, *ibidem*.

Poſſeſſio, *capta per ſubrogatum de manu Executoris in ſervato juris ordine*, *non dicitur violenta*, *nec ipſe reputatur intruſus in ſpecie intruſionis*, *quam* regula de ſubrogandis *requirit*, *n.* 17.

Sarnen. ſuper regul. de ſubrogandis *declaratur* a Mandoſ. ſuper dicta regul. quæſt. 4. n. 7. *n.* 18.

Intruſus reputandus non eſt, *qui abſque intimatione executorialium poſſeſſionem cœpit*, *n.* 19.

Poſſeſſio, *licet ſit attentata*, *tamen ad effectum* ſubrogationis gratioſæ *poſſeſſor non habetur pro intruſo*, *num.* 20.

Ad intruſionem evitandam requiritur titulus validus, *n.* 21. *contrarium*, *n.* 29.

Subreptio quælibet in Beneficialibus totam gratiam *vitiat*, *num.* 22.

Gratiæ plures, *inter ſe compatibiles ſignari poſſunt ſub eadem data*, *quarum una tendit ad corroborationem alterius*, *n.* 23.

Supplicatio prima quando eſt defectiva, & *ſubreptitia*, *poteſt pro illius ſanatione ſignari alia ſub eadem data*, *n.* 24.

Litteræ Apoſtolicæ, *quando expeditæ non dicantur in vim ſupplicationis ſubreptitiæ*, *n.* 25.

Intruſio ut evitetur ex nullitate tituli, *ſufficit*, *poſſe dubitari*, Litteras *non fuiſſe expeditas vigore ſupplicationis ſubreptitiæ*, *n.* 26.

Titulus, *habitus ab habente poteſtatem conferendi*, *ſuffragatur*, *quamvis ſit ſolum coloratus*, *n.* 27.

Titulus, *auctoritate Apoſtolica ſine mandato obtentus*, *negari non poteſt*, *quod ſit ſaltem coloratus*, *numero* 28.

Titulus, *etiam nullus*, *ad evitandum intruſionem ſuffragatur*, *n.* 29.

Titulus, *habitus a non habente poteſtatem conferendi*, *non poteſt*, *nec etiam dici coloratus*, *n.* 30.

Regula de ſubrogandis *damnat duntaxat intruſionem*, *exiſtentem de tempore petitæ* ſubrogationis: *quia qualitas*, *adjecta verbo*, *intelligenda eſt ſecundum tempus verbi*, *n.* 31.

Diſpoſitio dictæ regulæ *non militat in eo*, *qui tempore* ſubrogationis *non eſt intruſus*: *quia ceſſante ratione*, *ceſſare debet* regulæ *diſpoſitio*, *n.* 32.

Abſolutio a cenſuris ob recurſum ad Judices laicos non prodeſt, *ſi poſt eam obtentam iterum ad laicos ſint recurſus*, *n.* 33.

Diſpenſatio ſuper inceſtu, *ſi ante ejus conſummationem novus inceſtus committatur*, *non ſuffragatur*, *n.* 34.

Sacri Canones *damnant recurſus ad laicos*, *aut inceſtus*, *quovis tempore committuntur*, *n.* 35.

Excommunicatio toties incurritur, & *impedimentum matrimonij toties contrahitur*, *quoties ad Judices laicos recurritur*, *vel inceſtus committitur*, *n.* 36.

Venia dignus non eſt, *qui poſt crimen in idem crimen labitur*, *n.* 37.

Regula de ſubrogandis *non excludit in verbis futuram intruſionem*, *n.* 38.

Clauſula, dummodo intruſus non ſis, *ſatis eſt*, *quod juſtificetur tempore ſignatæ ſupplicationis*, *n.* 39.

Gratia juſtificanda eſt de tempore datæ, *non attento quid acciderit medio tempore inter ſupplicationem ſignatam*, & Litterarum *expeditionem*, *n.* 40.

Subrogationis *effectus incipit a die datæ*, & *ſemper viget in perſona ſubrogati*, *n.* 41.

Clauſula gratiæ principalis *continens facultatem expediendi* ſubrogationem gratioſam, *ita ut ante expeditionem* ſubrogatio *adeſt ſolum in potentia*; *quod eſt diverſum ab ipſa diſpoſitione*, *n.* 42.

Subrogatio *cenſetur petita*, & *conceſſa quando expeditur*, *n.* 43.

Subrogatio *nihil tribuit*, Litteris *non expeditis*, *n.* 44.

Subrogatio *ad effectum juſtificationis clauſulæ* dummodo intruſus non ſis, *et petita*, & *conceſſa dicatur*, *attendendum eſt tempus* Gratiæ principalis; *nam ſub eadem data* Litteræ ſubrogationis *expediuntur*: & *quod habetur ſub eadem data*, *cenſetur ſub eodem tempore conceſſum*, *n.* 45.

Amplia, *quamvis* Litteræ *ex intervallo expediantur*, *n.* 46.

In Gratia, ſi oriatur, *quæ deſumitur ex clauſulis generalibus*, *in gratia principali appoſitis*, *attenditur data*, *non autem expeditionis tempus*, *n.* 47.

Clausulæ subrogationis, *cum semper soleant apponi in supplicatione* gratiæ principalis, *ipsa petitio* gratiæ principalis *includit petitionem* subrogationis, *tanquam de stylo ad illam consecutive, eique solita annelli*, n. 48.

Facultas expediendi subrogationem *in clausulis supplicationis* gratiæ principalis *contenta, supponit pernecesse praexistentiam* gratiæ subrogationis: *cum expediri non posset, nisi ab initio concessa fuisset*, num. 49.

Subrogatus vigore solius supplicationis, potest capere possessionem absque vitio intrusionis, nisi Constitutio Julii III. *obstaret*, n. 50.

Litteris *non expeditis, de jure communi potest capi possessio in vim solius supplicationis*, n. 51.

Facultas, seu potentia agendi, diversa est ab ipso actu, num. 52.

In clausulis generalibus supplicationis non conceditur facultas petendi, & obtinendi gratiam subrogationis, *sed illam expediendi*, n. 53.

Facultas expediendi, licet sit diversa ab ipsa expeditione, non tamen est diversa a gratia subrogationis, *quæ ab ipsa die signata supplicatione est perfecta, etiam antequam expediretur*, n. 54.

Litteræ subrogationis gratiosæ *possunt, etiam ab initio, expediri: cum hoc non repugnet; unde ipsa permissio, & facultas vim habet actualis dispositionis, & Gratia*, n. 55.

Subrogatio *quo tempore dicatur petita, & concessa*, num. 56.

Subreptionis exceptio non valet retardare executionem subrogationis, n. 57.

Subrogato concedenda est immissio, constito de Clericatu subrogati, de reservatione, ac lite, & de possessione defuncti, absque alia justificatione; quicquid sit, si prædecessor non possederit, & in ejus possessionem fuit subrogatio *concessa*, n. 58.

Legitimus contradictor dicitur, qui titulum parem habet, hoc est a Papa, mediante collatione, n. 59.

Declara, ad effectum subrogationis *non dicitur habere parem titulum, qui similem* subrogationem *non habet; nam sola possessio ad hunc effectum non relevat, nisi capta sit de manu Executoris*, numero 60.

Legitimus contradictor non est, qui juvatur titulo nullo, & invalido, n. 61.

HAbent *Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ*, concessæ Lauditto Pedro, expressam conditionem, ex
ipsa *regula Cancellariæ de subrogandis* desumptam, *dum-*
1 *modo intrusus non sit*, quæ operatur; ut *gratia* non suffra-
getur constito de intrusione, Rebuff. *in praxi benef. tit.*
de subrogat. glos. 4. *n.* 2. Rota *decis.* 306. *sub num.* 3. *decis.*
343. *n.* 9. *v. quæ remanet*, *part.* 1. *recent.* tum ex natura
2 conditionis negativæ, implicantis contrariam voluntatem
concedentis in casu contrario, *l. aliquando*, 106. *ff. de*
cond. & demonstr. Seraph. *dec.* 838. *n.* 8. Mant. *decis.* 27. *n.*
3 3. Tum in odium intrusionis, quam Papa non censetur
remisisse, nisi fuerit expresse narrata, Franc. *in cap. cum*,
qui n. 8. *de prebend. in* 6. Felin. *in cap. postulasti*, *ante fin.*
vers. secundus casus, *de rescript.* Paris. in terminis *subro-*
gationis cons. 47. *n.* 47. *lib.* 4. Gigas *in tr. de intrus. impress.*
post ejus cons. n. 49. Garz. *de benef. p.* 11. *c. ult. n.* 225. Cum
4 exceptio hæc oriatur ex ventre ipsarum *Litterarum subro-*
gationis, admittenda est ad earum executionem retardan-
dam, juxta th or Felini *in c. ex parte, il secondo*, *n.* 12.
v. decimo fallit, *de offic. deleg.* quam secuta est Rota
coram Buratt. *decis.* 122. *n.* 2. ubi alleg. concord.

Intrusio autem Lauditti deducitur ex duplici capite. Pri-
5 mo, quia ante expeditionem *subrogationis gratiosæ* posses-
sionem Rectoriæ cœpit vigore Litterarum Apostolicarum
gratiæ principalis, expeditarum super supplicatione sub-
reptitia ob non expressionem veri valoris, ac nominis præ-
decessoris: & quamvis sub eadem data signata fuisset alte-
6 ra supplicatio cum veri valoris, & dicti nominis expres-
sione: ex ea tamen, *Litteris* desuper non expeditis, capi
non potuit possessio, stante extravag. Julii III. quicquid
fuerit antiquitus, ut declarat Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.*
13. *n.* 30. *& q.* 19. *n.* 56. post Lancell. *de attent. lit. pend.*
p. 2. *in præfat. n.* 378. Azor. *inst. moral. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 35. *q.*
10. *v. septimo intrusus*. Secundo, quia tempore captæ
7 possessionis pendebat lis cœpta cum Cabreya, Lauditti
prædecessore: quod enim possessio, sic capta, sit intru-
siva, probatur ex allegatis a Crescen. *decis.* 19. *numero* 4.
& decis. 120. *v.* 2. *quia*, *de senten. & re judic.* Flor. de Me-
na *var. q. lib.* 1. *q.* 4. *sub n.* 46. *v. & intrusus est*, Cassad.
dec. 9. *de caus. poss. & propr.* Quodque præfata conditio *re-* 8
gulæ de subrogandis comprehendat omnem intrusionis spe-
ciem, tradit Mandos. *in reg. de subrog. q.* 4. *sub n.* 2. *v. ego*
tamen, Rebuff. *in praxi benef. tit. de subrog. glos.* 4. *n* 4. *&*
seq. Filinc. *oper. Moral. tom.* 3. *tract.* 41. *n.* 79. & in termi-
nis intrusi lite pendente, Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 10.
num. 166.

Cæterum contrariam sententiam, videlicet, quod *re-* 9
gula de subrogandis non comprehendat omnem intrusionis
speciem; sed intelligenda sit de vera, & propria intrusio-
ne, cum scilicet quis vel propria auctoritate, vel sine titu-
lo ejus, qui potest conferre, possessionem invasit, tradit
Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 82. Rota *dec.* 21. *sub n.*
4. *in fine v. quia respondetur*, *& n.* 5. *p.* 2. *divers.* ita ut 10
qui possessionem cœpit de manu Executoris vigore *Litte-*
rarum Apostolicarum, non dicatur ad hunc effectum in-
trusus, Sarnen. *in reg. de subrog. q.* 4. *sub n.* 1. *v. quia illo*,
Gigas *de intruso*, *n.* 79. *& seq.* Rota *dec.* 342. *n.* 9. *p.* 1.
recent. dec. 344. *n.* 16. *p.* 5. *dec.* 137. *n.* 16. coram bon. mem.
Urgellen. *& Jannen. Parochialis* 12. *Decembris* 1632. co-
ram Eminentiss. Dom. Card. Hieronymo Verospio, *in Pi-*
storien. seu nullius Beneficii 19. *Jun.* 1634. coram Reveren-
diss. Dom. meo Decano, impress. apud Modern. Petus. *de* 11
manutenen. dec. 633. *n.* 11. & in propriis terminis de clau-
sula, *dummodo in Beneficiis hujusmodi se non intruserint*, ap-
posita in *regula Cancellariæ de triennali*, tradit Sarnen. *su-*
per ead. regula q. 47. *n.* 3. *ubi in fine* dicit rationem: quia, 12
ubi constitutio est pœnalis, non includit omnes species in-
trusionis; sed solum vere, & proprie intrusos; & alias
nunquam daretur casus, quod vitium possessionis, antea
captæ, purgaretur per subsequentem *subrogationem gra-*
tiosam; & sic destrueretur receptissima conclusio, pluri-
bus comprobata, & confirmata, apud Card. Mant. *dec.*
71. *n.* 10. *& in decisione hujus causa* coram me *edita super at-*
tentatis 3. *Decembris* 1646. §. *non obstat*; & generaliter
quod possessio, lite pendente capta a subrogato in vim, 13
& possessionem defuncti, non dicatur intrusiva, Lancell.
de attent. p. 2. *cap.* 3. *num.* 87. *& cap.* 4. *in præfat. numero*
349. *& seq.*

Cœperat autem Lauditius possessionem de manu Execu-
toris vigore *Litterarum Apostolicarum*, quas, ut infra de-
monstrabo, gratis dicunt, fuisse expeditas super supplica-
tione subreptitia; & quamvis tunc lis penderet, & citatus
non fuerit Astitia adversarius, qui in capienda possessione 14
prævenerat, ut citari debuisset ad effectum evitandi pœnas
contra intrusum, in *c. avaritiæ*, *de elect. n.* 6. videretur
sensisse Rota. *in sup. cit. decis.* 21. *n.* 6. *&* 7. ubi distinguit,
an possessio esset plena, vel vacua, *part.* 2. *divers.* præter
quod hæc decisio loquitur in eo, qui propria auctoritate
possessionem cœpit; cessat omnis difficultas in casu no- 15
stro: quia præcedens possessio Astitiæ, cum fuerit attenta-
ta, & improba, ut firmatum fuit in *dicta prima decisione*
hujus causa, juxta stylum supponenda, nullius momenti
est, ut in terminis ad favorem subrogati *gratiose* respondit
Rota *decis.* 313. *n.* 5. apud Moder. Petusin. *de manuten.* quia
uti infecta a *decreto irritanti regulæ reservatoriæ mensium*, 16
& *c. prim. ut lit. pend. in* 6. habetur pro non possessione, et-
iam ad effectum, quod absque citatione Astitiæ, Laudit-
ius capere potuerit possessionem, ut firmatum fuit in *se-*
cunda decisione hujus causa 24. *Maii* 1647. §. *sed pro respon-*
sione, *& §. igitur*, coram me, pariter juxta stylum sup-
ponenda; satisque in omnem eventum esset, quod posses-
sio Lauditti, esto quod juris ordine servato, ab Executo- 17
re tradita non fuisset, non sit violenta, ne, ex quo habet
titulum Apostolicum, dicatur intrusus ea specie intrusio-
nis, quam *regula de subrogandis* repellit, ut declarat Man-
dos. *in ead. reg. q.* 4. *sub n.* 7. ubi ait, ita intelligendam esse 18
doctrinam Sarn. *in ead. reg. q.* 4. *in fin.* dicentis, non habe-
ri pro intruso eum, qui absque intimatione executoriali- 19
um possessionem apprehendit, Cassad. *decis.* 6. *n.* 6. *&* 7.
de caus. possess. & prop. Gigas *de intrus. n.* 19. qui loquitur in
specie de apprehendente possessionem sine citatione partis,
Card. Mant. *decis.* 71. *sub n.* 5. *v. nam similiter*, ubi, quod, 20
licet possessio sit attentata, tamen ad effectum *subrogatio-*
nis gratiosa possessor non habetur pro intruso.

Non obstat, quod titulus Apostolicus Lauditti non sit 21
validus, ut ad evitandam intrusionem requiritur, Rota
decis. 21. *n* 6. *p.* 2. *divers.* siquidem laborat vitio subre-
ptio-

prionis, ob non expressionem veri valoris, & diversitatem
22 nominis ultimi possessoris; & in Beneficialibus qualibet
minima subreptio totam *gratiam* vitiat, Puteus *decis.* 126.
per tot. lib. 1. in corr. nam respondetur, sub eadem data,
qua fuerunt expeditæ *Litteræ Apostolicæ*, per Executorem
executæ, duas fuisse signatas supplicationes, in quarum
altera expressus fuit verus valor, & nomen prædecessoris;
nec dubitari potest quin sub eadem data signari potuerint
23 plures gratiæ, inter se compatibiles, & quarum una tendit
ad majorem corroborationem alterius, ut dixit Rota *decis.*
82 *n.* 2. apud Farinac. *post cons. & in Colonien. Canonicat.*
seu ferculi 16. *Decemb.* 1647. coram R. P. D. meo Meltio,
& in Urgellen. Canonicatus 19. *Junii* 1648. coram me; &
magis in specie, quod ubi prima supplicatio erat defecti-
24 va, vel obreptitia, potuerit pro illius sanatione, & confir-
matione, signari alia sub eadem data, tradit Lotter. *de re*
benef. lib. 2. *q.* 23. *n.* 18. *& seq.* Rota *decis.* 514. *n.* 2. *& seq.*
p. 3. *divers. & in d. Vercelen. Canonicatus* coram me; unde
25 affirmari non potest, quod *Litteræ Apostolicæ* fuerint expe-
ditæ in vim supplicationis subreptitiæ, quin potius militat
præsumptio contraria pro validitate actus, Cæs. de Grass.
decis. 19. *n.* 5. *de probat.* Rota *decis.* 285. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*
26 & sufficit de hoc posse dubitari ad evitandum objectum in-
trusionis, ex nullitate tituli resultans, Paris. *cons.* 125. *n.* 25.
vers. non enim, *lib* 4. Guttier. *cons.* 10. *n.* 11. Flor. de Me-
27 na *var. qq. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 47. Gigas *de intr. n.* 81. nam dum-
modo titulus sit habitus ab habente potestatem conferendi,
suffragatur, quamvis sit solum coloratus, Paris. *d. cons.* 125.
28 *n.* 28. ubi quod negari non potest coloratum esse titulum,
obtentum auctoritate Apostolica sine mendacio, Rota
decis. 741. *sub n.* 8. *p.* 2. *recent. dec.* 131. *n.* 16. coram bo.
29 mem. Urgellen. imo suffragari etiam titulum nullum, fuit
decisum apud Seraph. *decis.* 1228. *n.* 10. *& inter recent. de-*
cis. 344. *n.* 16 & ex sententia gloss. *in cap. fin. verb. inanes,*
de electione, *n.* 6. quam sequitur Aym. *cons.* 18. *n.* 9. licet
secus sit, quando talis titulus emanavit a non habente pote-
30 statem conferendi: quia tunc non habet canonicum colo-
rem, ut bene declarat Paris. *cons.* 47. *n.* 40. *lib.* 4. Decisio
autem 21 *p.* 2. *divers.* ex adverso allegata, loquitur in se-
cundo casu, ut apparet sub *n.* 4. *in fine*, ibi: *absque aucto-*
ritate Superioris.

Manet itaque ex prædictis probatum, quod possessio
Lauditii non laborat intrusione, de qua *regula* loquitur.
31 Sed ulterius adverterunt Domini, quod eadem *regula* da-
mnat duntaxat intrusionem, existentem de tempore peti-
tæ *subrogationis*: quia qualitas, adjecta verbo, intelligen-
da est secundum tempus verbi, *l. ex facto*, *ff. de vulg. &*
pupill. Cumque ratio motiva *regulæ*, ne, scilicet, quis
in intrusione perpetuo se confoveat, neve intrusus, qui
32 pœnam meretur, consequatur gratiam, non militet in
eo, qui tempore *subrogationis* non est intrusus, cessare
quoque debet dispositio *regulæ*, ut bene ratiocinatur Sar-
nen. *in hanc reg q.* 18 *n.* 3. Cocchier. *ibid. n.* 31. Lotter. *de*
re benef. lib. 2. *q.* 20. *n.* 86. Seraph. *decis.* 3165. *n.* 6. *in fin.*
33 Rota *inter. recent. decis.* 531. *n.* 2. *p.* 2. Neque urget simile
absolutionis a censuris ob recursum ad Judices Laicos, quæ
non prodest, si post eam obtentam iterum ad Laicos fiat
34 recursus, Rota *decis.* 173. *n.* 16. *& seq. p.* 6. *recent.* vel dis-
pensationis super incestu; quam si ante ejus consummatio-
nem novus incestus committatur, non suffragari tradit San-
chez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 25. *sub n.* 8. ubi dicit rationem:
quia adjunctus est casus, qui erat necessario explicandus
Pontifici, Guttier. *Canon. q. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 133. nam his
35 casibus militat diversa ratio: cum Sacri Canones damnent
recursus, aut incestus, quovis tempore committantur,
Bonacin. *oper. moral. tom.* 3. *tit. de censur. in Bulla Cœnæ*,
disp. 1. *q.* 17. *punct.* 1. *n.* 23. ac toties incurratur excommu-
36 nicatio, vel impedimentum matrimonii contrahatur, quo-
ties ad Judices Laicos recurritur, Bonacin. *ibid. n.* 29. vel
37 incestus committitur; minusque sit venia dignus, qui post
crimen in idem crimen relabitur, *l. nemo C. de Episc. au-*
38 *dient.* Rota *d. decis.* 173. *n.* 18 *Regula* vero nostra non ex-
cludit in verbis futuram intrusionem, neque in casu nostro
agitur de dispensatione ab intrusione, semel incursa; sed de
39 justificatione clausulæ, *dummodo intrusus non sit*, *in regul.*
de subrogan. & *in Litteris subrogationis* adjectæ, quam
clausulam satis est justificasse de tempore signatæ supplica-
40 tionis: quia *gratia* justificanda est tempore datæ, *cap.*
cum in, ubi Felin. *n.* 18. *de rescript.* Franc. *in cap. cum in il-*
lis, *sub n.* 8. *de præb. in* 6. Alex. *cons.* 42. *n.* 8. *lib.* 4. Rota
decis. 443. *n.* 2. *part.* 2. *recent. decis.* 867. *n.* 5. coram bon.
mem. Buratto; non attento, quid acciderit medio tem-

pore inter supplicationem signatam, & *Litterarum* desu-
per expeditionem, Rota *in Nuscana Canonicatus* 11. *Mar-*
tii 1647. §. *quia breve*, *&* §. *seq.* coram bon. mem. Ar-
guelles, & in puncto *subrogationis decis.* 472. *n.* 4. *part.* 3.
divers. ubi dicitur ratio: quia effectus *subrogationis* inci- 41
pit a die datæ, & semper viget in persona subrogati.

Videndum ergo est, an Lauditius possessionem appre-
hendisset tempore petitæ *subrogationis*: & quidem non am-
bigitur in facto, quod apprehendit post duos menses a die
datæ supplicationis *gratiæ principalis*, ex cujus clausulis
fuit desumpta *subrogatio*, sed quia re vera *subrogatio* non
fuit expedita, nisi de mense Octobris, & sic per duos fere
menses post captam possessionem, tempus hoc expeditio-
nis attendendum esse, asserebant informantes pro Astiria,
eo quod clausula *gratiæ principalis* continet duntaxat 42
facultatem expediendi *subrogationem gratiosam*, ibi: *ita*
quod Litteræ desuper in forma simplicis provisionis gratiosæ
subrogationis, *&c. expediri possint*; & propterea ante hu-
jusmodi expeditionem *subrogatio* aderat solum in potentia,
quæ est quid diversum ab ipsa dispositione, *l. non quicquid*,
ff. Judic. Gloss *in cap. nosse*, *verb. necesse*, *distinct.* 76. Rota
decis. 535. *sub n.* 3. *part.* 3. *recent.* ac petita, & concessa 43
tunc demum videtur, cum expeditur, Lotter. *de re benef.*
lib. 3. *q.* 13. *n.* 28. *&* 29. Seraph. *decis.* 236. *n.* 2. ubi, quod,
Litteris non expeditis, *subrogatio* nihil tribuit, cum aliis 44
allegatis in *Zamoren. Archidiaconatus* 2. *Decembris* 1647.
§. *casum*, coram R. P. D. meo Othobono.

Visum fuit nihilominus, quicquid sit ad alios effectus,
de quibus loquuntur mox allegati, ad effectum dignoscen-
di, quando pro justificatione clausulæ, *dummodo intrusus*
non sit, *subrogatio* petita, & concessa dicatur; attenden-
dum esse tempus *gratiæ principalis*: quia sub eadem data 45
expediuntur *Litteræ subrogationis*; & quod habetur sub ea-
dem data censetur sub eodem tempore petitum, & conces-
sum, Rota *decis.* 514. *n.* 8. *part.* 3. *divers. dec.* 68. *n.* 6. *&*
7. *& decis.* 231. *n.* 10. *part.* 5. *recent.* Gabr. *cons.* 193. *nu.* 5. 46
lib. 2. licet *Litteræ* ex intervallo expediantur, Rota in ter-
minis *subrogationis decis.* 472. *n.* 4. *part.* 3. *divers.* & in pun-
cto *gratiæ*, *si neutri*, quæ pariter desumitur ex clausulis ge-
neralibus facultativis, in *gratia principali* appositis, atten- 47
di datam, non autem expeditionis tempus, fuit decisum
apud Seraph. *decis.* 318. *n.* 1. Ponderando præsertim, pri- 48
mo, quod, cum in provisionibus Beneficiorum clausulæ
subrogationis soleant semper apponi in supplicatione *gra-*
tiæ principalis, includit ex tunc petitionem *subrogationis*
tanquam de stylo ad illam consecutivæ, eique solitæ anne-
cti, juxta theoricam, quam in *cap. licet Heli* 31. *de Simo-*
nia, tradit Jo. de Anan. *sub n.* 38. *v. & eodem modo*, *& v.*
si illud venit, Felin. *n.* 23. *&* 25. Christ. de Paz. *in Schol. ad*
l. Regias styli, *l.* 1. *n.* 28. *fol.* 48. Olasc. *dec.* 1. *n.* 24. Secun-
do, concessio facultatis expediendi *subrogationem*, in di- 49
ctis clausulis contentæ, supponit pernecesse præexisten-
tiam *gratiæ subrogationis*: cum expediri non possit, nisi
ab initio concessa fuisset, & alia specialis supplicatio pro
subrogatione non signetur, ut in puncto, recedendo a prio-
ri decisione contraria, fuisse decisum, constat in *margi-*
ne decis. 423. Putei *lib.* 1. *in corr.* nec usquam fuit imposte-
rum ab hac opinione recessum, licet recessum fuerit ab il-
latione, *ibidem in fine* posita, quod scilicet vigore solius 50
supplicationis possit subrogatus capere possessionem absque
vitio intrusionis, idque ob Const. Julii III. quia de jure 51
communi licitum erat, etiam *Litteris* non expeditis, pos-
sessionem capere in vim solius supplicationis, Gabr. *cons.*
190. *n.* 11. *lib.* 1. Caldas *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 22. *sub num.*
33. *v. sed contrarium*, ubi allegat concordantes.

Non obstat, quod facultas, seu potentia agendi, sit 52
diversa ab ipso actu; tum quia in clausulis generalibus
supplicationis non conceditur facultas petendi, & obti- 53
nendi *gratiam subrogationis*, sed illam expediendi, & sic
solum inferri posset, quod ea facultas sit diversa ab ipsa ex- 54
peditione, non autem, quod sit diversa a *gratia subro-*
gationis, quæ ab ipsa die supplicationis signatæ fuit perfe-
cta, etiam antequam expediretur, Gabr. *cons.* 192. *nume-*
ro 6. *lib.* 1. *cons.* 193. *numero* 7. *libr.* 2. Cassador. *decis.*
4. *numero* 2. *de caus. possess. & propr.* Rota *decis.* 418. *nu-*
mero 2. *&* 3. *par.* 1. *divers. decis.* 356. *numero* 11. *part.*
1. *recent.* & in propriis terminis *decis.* 158. *numero* 7. 55
ead. part. 1. *recent.* Tum etiam quia, cum nihil repu-
gnaret, quin ab initio expedirentur etiam *Litteræ sub-*
rogationis gratiosæ, ipsa permissio, & facultas vim ha-
bent actualis dispositionis, & gratiæ, ut per Sarnen. *su-*
per reg. de annal. quæst. 47. *numero* 6. Gabriel. *consil.*

154. n. 33. lib. 1. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 3.
56 n. 14. adeo quod expeditio Litterarum, cum solum respiciat perfectionem executivam, seu in actu secundo gratia subrogationis, ab instanti supplicationis signatæ suam habentis in actu primo perfectionem, non operatur ut tunc dicatur petita, & concessa subrogatio, sed petitio tribui debeat soli supplicationi, eaque tanquam principium actus considerari, ad notata per Decian cap. licet causam, sub n. 138. v. non obstat, de prob. Jas. in l. si quis in fundi vocabulo, n. 5. & seq. ff. de leg. 1. & in propriis terminis Rota dec. 100. n. 27. p. 5. recent.

Non obstat, quod litteræ subrogationis sint expeditæ super supplicatione subreptitia: quia, ut supra dictum fuit,
57 duæ fuerunt signatæ supplicationes super gratia principali, & exceptio subreptionis retardare non valet executionem subrogationis, ut in puncto respondit Rota coram Card. Mant. decis. 71. n. 9. ubi allegat concord. Mohed. decis. 11. ante n. 1. ut lite pend.

Quapropter cum de cætero ex deductis in ultima decisione sub die 22. Junii 1650. coram me, constet de Clerica-
58 tu subrogati, de reservatione, ac lite, ac de possessione defuncti, ad quam fuit Lauditius subrogatus, ei absque alia justificatione denegari non potest immissio; quicquid dicendum esset, nisi prædecessor possedisset, & in ejus possessionem Lauditius fuisset subrogatus, ut distinguendo late declarat Marescot. var. resol. lib. 2. c. 1. n. 52. & seq. Ne-
59 que Astiria Adversarius allegare potest, se esse legitimum contradictorem, uti habentem parem titulum, hoc est a Papa mediante collatione, sibi facta a Commendatore
60 Hierosolymitano in vim indulti Pontificii, Religioni concessi: quia non dicitur habere parem titulum, qui non habet similem gratiam subrogationis: sed sola possessio ad hunc effectum non relevat, nisi capta fuerit de manu Executoris, ut aliis allegatis utrunque firmatum fuit in Compostellana Parochialis 1. Julii 1648. & 25. Junii 1649. coram R. P. D. meo Othobono; ubi subditur alia limitatio, casui nostro applicabilis, quando scilicet titulus contradictoris
61 est notorie nullus, qualem esse titulum Astiriæ ostendit ultima supra citata decis. anni 1650. Et ita decisum, utraque parte bis informante.

R. P. D. BICHIO.

GERUNDEN. VICARIÆ

Lunæ 27. Januarii 1653.

ARGUMENTUM.

Pendente lite in Rota, subrogatus nequit possessionem capere propria authoritate absque vitio attentatorum, etiamsi litis pendentia fuerit narrata Papæ: quia illa excusat a subreptione, non autem ab attentatis. Lis per obitum collitigantis, quando extinguatur. *Subrogatio* quando dicatur *rigorosa*, & quando subrogatus *rigorose* teneatur novum examen subire, non obstante quod fuerit idoneus repertus ab Examinatoribus Synodalibus in provisione *gratiæ principalis*. Subrogatus lite pendente quando non valeat possessionem propria authoritate capere.

S U M M A R I U M.

Possessio capta a subrogato lite pendente est nulla, & attentata, n. 1.

Amplia quamvis pendentia litis fuerit narrata Papæ: quia illa excludit quidem subreptionem, quæ alias resultaret ob illius taciturnitatem, sed non operatur, quod subrogatus in spretum pendentiæ litis possit capere possessionem, n. 2.

Decisio Cardinal. Cavalerii 186. num. 3. *declaratur, num. 3.*

Litteræ Apostolicæ, mentionem litis facientes, de subreptione argui nequeunt, n. 4.

Papa, licet providendo lite pendente non attentet, attentat nihilominus qui vigore provisionis Apostolicæ possessionem capit, n. 5.

Subrogatus tenetur gratiam subrogationis, *lite in Rota pendente, obtentam, in actis Notarii causæ exhibere, non obstante, quod in* Litteris *sit datus certus Executor: quia Rota Auditor in causis pendentibus succedit loco Ordinaris, n. 6.*

Subrogatus in jus defuncti tenetur in Rota petere relaxationem sequestri, appositi pendente lite, n. 7. Traditur distinctio, an Actor tempore decreti sequestri possidebat nec ne ad effectum, an sit locus relaxationi sequestri, vel an actor, capiendo possessionem, sequestrum violet, & attentet, n. 8.

Possessio attentata habetur pro non possessione, n. 9.

Lis per obitum collitigantis extinguitur, quando est Actor, n. 10.

Sequestrum in causis Beneficialibus durat usque ad finem litis, n. 11.

Lis per obitum collitigantis non dicitur extincta, donec per subrogatum justificetur subrogatio, *num. 12.*

Lis per mortem Rei non extinguitur, n. 13.

Lis per mortem Actoris non extinguitur, saltem donec Reus superstes se nolle eam prosequi declaret, n. 14.

Subrogatus gratiose *possessionem capere potest absque vitio attentati, n. 15. Declara, ut n. 32. & seq.*

Subrogatio *dicitur* rigorosa, *non* gratiosa, *quando in* gratia *est adjecta clausula*, & committitur in forma dignum, *& in* Litteris Apostolicis *Papa non subrogat, sed Executori subrogari mandat, n. 16.*

Subrogatio rigorosa *non præbet facultatem capiendi possessionem, nisi prævio mandato Executoris, qui debet prius cognoscere de idoneitate, sibi commissa, & de juribus defuncti, n. 17.*

Subrogatus rigorose *cum clausula*, & committatur in forma dignum, *examinandus non est, si prius tempore provisionis principalis jam fuerat ab Examinatoribus Synodalibus approbatus, n. 18. Declara, ut n. 27.*

Clausula, si per deligentem, examinationem, &c. *intelligi debet de examine facto, vel faciendo, quatenus antea factum non sit, n. 19.*

Semel approbatus ad certum Beneficium præsumitur etiam in futurum ad idem idoneus, nec novum examen subire tenetur, n. 20.

Secus vero si fuit approbatus ab Beneficia etiam curata in genere, & declaratur Garz. *&* Gonz. *asserentes pro justificatione provisionis* in forma dignum *requiri novum examen, num. 21. & ratio diversitatis affertur, n. 22.*

Decis. 71. Merlini, *quo casu loquatur, n. 23. & 26.*

In executione mandati de subrogando *requiritur discussio jurium defuncti, in cujus locum quis vult subrogari, num. 24.*

Examen factum post appellationem interpositam a præfixione Edictorum concursus, est attentatum, numero 25.

Adimplementum conditionis casualis, vel mixtæ, præcedens ipsam dispositionem conditionalem, suffragatur, si illud disponens ignoravit, non autem si scivit, & de sui natura reiterabile est, n. 28.

Subrogatus gratiose, *si fuit in possessionem immissus, tunc præsumitur ejus examen, ac discussionem jurium defuncti extrajudicialiter præcessisse, n. 28.*

Subrogatus, lite pendente in Rota, tenetur ab ea immissionem petere, n. 30.

Rota succedit loco Ordinarii, n. 31.

Subrogatus gratiose, *capiendo possessionem propria auctoritate, attentat, si defunctus, vel nunquam possedit, vel tempore mortis desierat possidere, n. 32.*

Et hoc casu subrogatus allegare nequit continuationem possessionis defuncti, quæ a vitio attentati excusat, numero 33.

Et quemadmodum defuncto, si superviveret, opus erat expectare immissionem a Judice mediante justificatione suæ gratiæ, ita & subrogato, n. 34.

Subrogatus in jus defuncti non possidentis tenetur suam gratiam *justificare, ibidem.*

Ratio diversitatis est inter subrogationem *in jus auctoris non possidentis, vel possidentis; nam secundo casu per assecutionem Beneficii nemini fit injuria: at primo casu quando defunctus non possidet, præjudicium fit collitigantis superstiti, si possessio capi posset propria auctoritate, n. 35. sed hæc conclusio duas recipit limitationes, de quibus n. seq.*

Subrogatus gratiam *justificare tenetur, quando subrogatio fuit concessa etiam in jus, & prosecutionem causæ, a defuncto mota, n. 36.*

Et quan-

Et quando defunctus moverat judicium executivum vigore Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, *tunc subrogatus potest illud prosequi justificatis solum contentis in* Breva *absque alia justificatione* gratiæ principalis, *& quando ad justificationem teneatur?* *num.37. & 38.*

Decis. Buratt. 590. num. 6. & 7. *in quibus terminis loquatur, ibidem num.37.*

Subrogatus non teneatur suam gratiam *justificare, quando superstes collitigans non possidet: quia tunc ei non videtur inferri injuria, num. 39.*

Possessio, capta a subrogato propria auctoritate, saltem officio Judicis venit revocanda, esto, quod subrogatio *nullum præjudicium inferat collitiganti, n.40.*

INtes Bartholomæum Subita, de Beneficio controverso
provisum ab Ordinario prævio concursu, & Antonium
Puig, nominatum ab Abbate Monasterii S. Salvatoris de
Breda, ipsumque Abbatem lite introducta in Rota per com-
missionem, ab eodem Subita obtentam, ut in *Summario*
Abbatis *n.3.* ac de mandato Rotæ posita sub sequestro dicti
Beneficii possessione, vel quia vaçans erat, vel quia si ple-
na, attentate capta fuisset, ut in decisione desuper edita,
3. *Julii* 1645. coram me; obiit Puig de mense Januarii 1652.
Et Subita, narratis Papæ dictis obitu, lite, sequestro,
provisione, & nominatione, obtinuit in jus defuncti *sub-
rogationem*; cujus vigore cœpit possessionem, quam esse
attentatam prætendentibus præfato Abbate, ac Petro Mat-
tan nuper ab eo nominato, suscepta desuper hodie fuit
1 cognitio, & affirmative responsum: cum hic sit præcipuus
effectus pendentiæ litis, *cap. non solum, de appellat. in 6. cap.1. & tot. tit. ut lit. pend. nihil innov.* Rota *dec.4. num. 1. eodem tit. in novis.*
Quamvis illa, nec non sequestrum Rotale narratum
fuerit Papæ in supplicatione, ac *litteris subrogationis*; nam
præter quod narrata solum fuit lis pendens cum Puig præ-
defuncto, non autem cum Abbate, expressio litis, ac se-
questri excludit quidem subreptionem, quæ alias resultasset
2 ab illius taciturnitate: sed non operatur, quod in spretum
hujus Sacri Tribunalis, & præjudicium collitigantis, sub-
rogatus propria auctoritate possessionem apprehendere po-
tuerit, ut in puncto respondit Rot. *dec. 135. nu. 4. part. 4. tom.2. recent. & in Bracaren. Parochialis de Padronello* 11.
Maii 1601. coram Card. Sacrato *in Majoricens. Attentatorum* 4. *Maii* 1646. coram Reverendiss. Terracinensi,
aliasque refert add. ad Buratt. *decis.794.n.* 10. & 11. Nec ur-
3 get decisio 186. Card. Caval. *nu.* 3. quæ contrarium firma-
re videtur: quia in eo casu lis non pendebat in Rota, nec
appositum fuerat sequestrum Rotale, ac narrata erat Papæ
nedum lis, sed etiam possessio vitiosa, prius capta ab im-
petrante; estque ea decisio intelligenda, juxta ibi allegat.
decis. *in Tarvisina Parochialis* 16. *Junii* 1600. coram san.
mem. Greg. XV. inter ejus impress. *decis.2. n. 6.* ubi solum
4 dicitur, quod ipsæ *Litteræ Apostolicæ* cum mentione litis
non sunt subreptitiæ; Addens *n.* 15. bene explicat, quod,
5 licet tales non sint, & Papa, providendo, non attentet,
attentat nihilominus qui earum vigore capit possessionem.
Debuit itaque Subita producere in actis Notarii causæ
suam *subrogationem*, non obstante, quod in *litteris* esset da-
6 tus certus Executor: quia Auditor Rotæ in causis penden-
tibus succedit loco Ordinarii, Clem. Auditor *de rescriptis*;
& in bisterminis Rot. *decis.398. sub n.1. pars.3. recen. & in in Toletana Canonicatus Pœnitentiarii* 4. *Maii* 1644. §. *& propterea*, coram R. P. D. meo Cerro; ac petere relatio-
7 nem sequestri, ut in specie Rota *decis.2. nu. 54. de rescript.*
in novis; ubi distinguendo, an Actor tempore decreti se-
8 questri possideret nec ne, dicitur, quod primo casu non
est necessaria relaxatio sequestri postquam Actor fuit decla-
ratus Dominus: quia sequester possidebat Domino; se-
cundo vero casu nisi petatur relaxatio sequestri, Actor, ca-
piendo possessionem propria auctoritate, sequestrum vio-
lat, & attentat. At in casu nostro neque adhuc Subita fuit
declaratus Dominus Beneficii, neque possidebat de tem-
pore sequestri; & quatenus possedisset: quia ex deductis
in supra memorata decisione anni 1645. ejus possessio esset
9 attentata, haberetur pro non possessore, Maresc. *var. resol. lib.2. cap.1. nu. 53. vers. secus, si intrusus*, Rot. *decis.*
315. *n.5. int. impr.* apud Modern. Posthius *de manutendo*; &
in puncto possessionis captæ a subrogato fuit decisum in *Valentina Rectoria* 24. *Maii* 1647. §. *pro responsione*, coram
me.
11 Gratisque dicitur, sequestrum, ac litem fuisse extinctam
morte Puig collitigantis, cum supposito, quod ipse esset
Actor, juxta tradita per Joan. Andr. *in cap 2 num.1. ut lit. pend. in 6.* Gem. *ibid. n.8.* Ægid *decis.* 156. Cassad. *decis.*1.
n.1. de sent. & re judic. Nam in causis Beneficialibus seque- 11
strum durat usque ad finem litis, Clem. 1. *de sequestr. poss. & fruct.* Put. *decis.* 297. *nu.* 1. & 2. *lib.1. in corr.* Rot. *decis.*
136. *sub num.1. p.1. rec.* Lis autem non dicitur extincta, do- 12
nec non appareat justificata *subrogatio*, ut in puncto respon-
dit Rota *d. dec.*398. *n.2. vers. quia fuit, p.3. recent.* & sup-
positum, quod Puig defunctus esset Actor, non subsistit in
facto, imo enim causam in Rota committi fecerat Subita,
*summario Abbatis num.*3. & deinde pro parte Abbatis inhæ-
rendo dictæ Commissioni, eadem fuit effecta communis,
summario ibid. numer. 5. Cumque proinde Puig originaliter 13
esset Reus, ejus morte lis extincta non fuit, ut post Joan.
And. Gemin. & alios supra allegatos, tradit Lancell. *de attent. part.* 1. *cap 4. in præfat. n.*271. *& seqq.* & dixit Rota *in decis.8. n.1. & per tot. ut lit. pendent. in novis, & Valentina Rectoria* 3. *Novembr.* 1646. §. *ex eisdem*, coram me.
Ultra quod etiam per mortem Actoris lis non extinguitur 14
ad omnes effectus, saltem quando Reus superstes se nolle
eam prosequi non declaravit, Clem. 1. §. *si vero, ut lit. pendent.* Cassad. *decis.* 1. *n.2. de sent. & re judic.* Mohed *dec.*
8. *n.7. de appellat.* Achill. *dec.9. n.1. & 2. ut lit. pend.* Rota
*dec.*109. *n.2. p. 1. rec. & in d. Valentina Rectoria* §. *fuerat*, *infra med.*
Pariterque gratis allegatur, quod subrogatus *gratiose* 15
possessionem propria authoritate capere potest absque labe
attentati, Mant. *dec.*71. *num.*3. Coccin. *decis.*72. *n.* 1. *cum aliis, allegat. in Valentina Rectoria*, 3. *Decembris* 1746.
§. *nisi*, coram me: Nam, etsi in supplicatione porrecta a
Subita fiat mentio *subrogationis gratiosæ*: quia tamen in hac 16
addita est clausula, *& committatur in forma dignum*; ac in
Litteris Apostolicis, desuper expeditis, Papa non subro-
gavit, prout facit in *subrogatione gratiosa*, sed mandavit
executori, quod subroget, quatenus per diligentem exa-
minationem, ab Examinatoribus Synodalibus faciendam,
Subitam idoneum repererit; propterea *subrogatio* hæc non
est *gratiosa*, sed rigorosa, seu *mandatum de subrogando*,
Mandos. *in regul. de subrogan. quæst.* 1. *n.4.* Garz. *de Benef. part.6. cap.4. num.1.* Lotter. *de re Benef. lib.2. qu* 20 *n.*163.
& lib.3. qu. 13. quod non præbet facultatem capiendi pos- 17
sessionem, nisi prævio mandato Executoris, qui debet
prius cognoscere de idoneitate, sibi commissa, & de juri-
bus defuncti, in cujus locum petitur *subrogatio*, ut bene
distinguit, ac declarat Lotter. *dict. q.*13. *n.*34. Put. *dec.*423.
in princ. lib.1. in corr. Mohed. *dec.*11. *ut lit. pendtn.* Rota
*inter recent. decis.*378. *n.1 par.1. dec.*135. *n.* 7. *& seqq. dec.*
449. *n.4. & seqq. part.4 tom.2. & in Valentina Rectoria* 24.
Maii 1647. *in princip.* coram me.
Et licet Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.*
60. quem sequitur Angel. *de acq. poss. quæst.*18. *num.*45. hoc
limitet, quando subrogandus fuerat prius de tempore pro- 18
visionis principalis ab Examinatoribus Synodalibus appro-
batus in specie ad Beneficium, de quo agitur, ea forsan
ratione: quia clausula illa, *si per diligentem examinationem*, 19
intelligi debat de examine facto, vel faciendo, quatenus
antea factum non fuisset; & semel approbatus ad certum 20
Beneficium, præsumitur etiam in futurum ad idem ido-
neus, nec novum examen subire tenetur, *cap. accepimus, & ibi glos. verb. reputare, de ætat. & qualit. & ordin. præficiend.* quamvis secus sit, ubi fuit approbatus ad Beneficia 21
etiam Curata in genere, ut in terminis provisionis *in forma dignum* distinguit, & late comprobat Merlin. *decis.* 71. *nu.*
4. *& seq.* ubi signanter *n.9.* dicitur, quod Garz. *de Benef. part.6. cap.2. num.*266. & Gonz. *super reg.8. glos.* 4. *n.* 89.
asserentes, pro justificatione provisionis *in forma dignum*,
requiri novum examen, intelligendi sunt de eo, qui fuerat
prævio examine approbatus ad Beneficia in genere; & as- 22
fertur ratio diversitatis: quia nempe per examen hujusmo-
di non est plene consultum disciplinæ Ecclesiasticæ, & Cu-
ræ Animarum alicujus certi Beneficii, quod forte requirit
in suo Rectore præcipuas qualitates; quæ ratio cessat,
quando approbatio est specialis ad illum idem Beneficium.
Hæc tamen limitatio ultra, quod habet quidem fomen-
tum dictæ rationis respectu clausulæ *in forma dignum*, seu 23
si per diligentem examinationem, &c. de qua solum loqui-
tur Merlin. *d. decis* 71. Sed dubitabilis redditur: quia ulte-
rius in executione *mandati de subrogando* requiritur discus- 24
sio jurium defuncti, in cujus locum quis vult subrogari,
ut præter supra allegata tradit idem Lancell. *dict. cap. 4. in præfat. num.*357. & 359. non applicatur casui nostro, quo 25
præce-

præcedens examen Subitæ, uti factum post appellationem
a præfixione edictorum concursum interpositam, erat at-
tentatum; & Papa, non obstante, quod idem examen
ei fuisset in supplicatione narratum, mandavit, subroga-
ri, quatenus per diligentem examinationem, in futurum
faciendam, Executor subrogandum idoneum repererit:
exinde enim apparet, quod Papa non confidit de examine
jam facto, quod attentatum fuisse, forsan sciebat; & cef-
36 sat præsumptio, ponderata in *decis.* Merlin. *num.* 6. & 7.
quod videlicet, si Papa scivisset, examen præcessisse, aliud
27 fieri non demandasset: cum imo sciens præteritum, aliud
in futurum commiserit; sicut in simili dicimus, quod adim-
plementum conditionis casualis, vel mistæ, præcedens
28 ipsam dispositionem conditionalem, suffragatur ob dictam
rationem, si illud disponens ignoravit, non autem si sci-
vit, & de sui natura reiterabile est, *l. hæc conditio* §. *fin. l.*
si jam facta, ubi Bart. ita distinguit, *ff. condit. & demonstr.*
l. si ita scriptum, §. *fin. ff. de legat.* 2. Socc. *in d. l. hæc condi-*
tio §. *fin. n.* 3. Ruin. *cons.* 89. *n.* 4. & 2. *lib.* 4. Surd. *cons.* 69. *n.*
22. Cæs. Maneni. *consil.* 146. *n.* 23. Cassan. *consil.* 35. *n.* 11.
Duran. *decis* 40. *n.* 54.
29 Quatenus vero replicatur, præsumi novum examen Su-
biræ, & discussionem jurium defuncti factam extrajudicia-
liter, ex quo Ordinarius subrogatum in possessionem im-
misit; respondetur, neque constare de immissione, ab
30 Ordinario concessa, neque potuisse concedi, sed peti de-
buisse in Rota, ubi lis pendebat, emanaverat sequestrum,
31 & quæ succedit loco Ordinarii, juxta *decis.* 398. *n.* 1. *par.* 3.
rec. supra allegatam, & *dec.* 631. *n.* 11. *in fin. par.* 2. *rec.* &
in Melevitana Dignitatis 4. *Aprilis* 1642. §. 1. *in fin.* coram
Reverendiss. D. meo Decano.
32 Addebat unus ex Dominis, quod etiam subrogatus *gra-*
tiose, capiendo possessionem propria auctoritate, atten-
tat, si defunctus, vel nunquam possedit, vel tempore
33 mortis desierat possidere: hoc enim casu applicabilis non
est continuatio possessionis defuncti in subrogatum il-
lum excusans a vitio attentati; & sicuti defuncto si super-
34 vixisset, opus erat expectare immissionem a Judice, me-
diante suæ *gratiæ* justificatione; ita, & in subrogato, Vi-
talin. *in Clem.* 1. *n.* 64. & *seqq. at lit. pend.* Lancell. *de attent.*
d. cap. 4. *præfat. sua n.* 361. *vers. limitatio tamen*, & *n.* 362.
& *seq.* Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. Maresc. *var.*
resol. lib. 2. *cap.* 1. *num.* 52. *vers. aut subrogatus*, Angel. *de*
acq poss. q. 18. *n.* 27. Rot. coram Burat. *dec.* 560. & plenius
in *Carthaginen. Portionis* 21. *Octobris* 1588. coram Gypf.
510. impress. apud Marchesf. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 472. ubi
35 sub *num.* 1. pro ratione diversitatis inter *subrogationem* in
jus Actoris non possidentis, vel possidentis, ponderatur,
quod secundo casu per assecutionem Beneficii nemini fit
injuria: siquidem nihil interest Actori de juribus suis expe-
riri cum uno vel altero possessore; at primo casu quando
defunctus non possidebat, (qui est casus noster) non mo-
dicum fieret præjudicium collitiganti superstiti, si subroga-
tus possessionem adipisci posset propria auctoritate; & se-
queretur absurdum, quod plus, quam defunctus haberet,
subrogato concederetur; idemque fuit decisum *in Toleta-*
na Beneficii de Mansanares 14. *Novembris* 1605. coram
Josto, impress. apud Marchesf. *ibidem fol.* 385. *num.* 10. *in*
Bracharen. Parochialis 11. *Maii* 1601. coram Cardinali
Sacrato *in Bonon. Beneficii* 8. *Novembris* 1619. coram eo-
dem, impress. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 135. *sub num.* 11.
vers. ex his, & *num.* 12. *in supra citata Majoricen. Atten-*
tatorum 4. *Junii* 1646. §. *Nec ad evitandum*, *infra med.*
vers. multo minus, coram Reverendissimo Terraci-
nensi.
36 Verum ista conclusio duas recipere videtur limitationes.
Alteram quando *subrogatio* fuit concessa etiam in jus, &
prosecutionem causæ, a defuncto motæ, ut declarat Bu-
rat. *d. dec.* 590. *n.* 6. & 7. & hæc limitatio intelligenda est ad
effectum, ut ita subrogatus, si defunctus movetat judicium
37 executivum vigore *Brevis de capienda possessione nomine*
Cameræ, possit illud prosequi, & obtinere justificatis so-
lum contentis in eo *Brevi* absque alia justificatione *gratiæ*
principalis, sicuti potuisset defunctus; in quibus terminis
loquitur Buratus, & quotquot in id allegari possunt, non
autem ad effectum, ut propria auctoritate ingredi possit
38 possessionem, & evitare justificationem *gratiæ principa-*
lis sui auctoris, qui ejus vigore, ut in casu nostro, judi-
cium moverat, ut tradunt Lancell. Garz. & alii supra alle-
gati.
39 Alteram quando (ut in casu nostro) superstes colligans
non possidet; quia tunc ei non videtur inferri injuria, Ma-
resc. *var. resol. d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. *vers. quod est verum*,
& *num.* 53. Rota *decis.* 2. *sub n.* 54. *in fin.* ibi: *Prout non com-*
mittitur, si possessio vacua reperiatur, *de rescript. in no-*
vis, & *in d. Toletana Beneficii n.* 10. *in fin. vers. sed ita ra-*
tio. Ideo cæteri Domini, omissa pro nunc hujus limita-
tionis discussione, ex primo fundamento, quia scilicet
versamur in terminis *mandati de subrogando*, possessionem
Subiræ attentatam esse dixerunt, & per consequens revo- 40
candam, saltem officio Judicis, esto sine veri præjudicio,
quod *subrogatio* nullum præjudicium intulisset Abbati San-
cti Salvatoris alteri ex collitigantibus, Cassad. *decis.* 3. *n.* 6.
de restit. spoliat. Coccin. *decis.* 418. *n.* 3. Rota *dec.* 670. *n.* 2.
part. 4. *rec.* & alias sæpissime. Et ita decisum utraque parte
informante.

CAPUT XVIII.

De Executore Gratiæ, *Si Neutri*.

SUMMARIUM.

1 *Hoc Rescriptum dirigi Episcopo, vel alteri, cui Papa mandabit*, *dicit* Rebuff.
2 *Solum dirigitur Sacræ Rotæ Auditorio*, *secundum* Amayden.
3 *Hoc Rescriptum frequentissimum.*
4 *Concedi potest alteri existenti extra litem.*
5 *Non datur, nisi proviso Apostolico.*
6 *Gratia*, Si neutri, *est appendix primæ gratiæ secundum* Rebuff. *contrarium* Lotterius *ibidem.*
7 *Gratia*, Si neutri, *potest dependere a prima, & potest esse ab illa independens.*
8 *Inspiciendum est, quomodo impetratur hæc gratia quoad ejus verificationem*, *num.* 9.
10 *Expediri semper debent Litteræ.*
11 *Hæc gratia requirit antecedentem collationem.*
12 *Hujus gratiæ fundamentum est reservatio.*
13 *Supponit antecedentem vacationem.*
14 *Requiritur vacatio de tempore Datæ.*
Sufficit vacatio superveniens, si adsit clausula, vel aliar quovis modo, *ibidem.*
15 *Modus vacationis exprimi debet*, *num.* 16.
17 *Ad hanc gratiam supponi debet lis necessario*, *num.* 18. & 19.
20 *Lis debet justificari per actus juridicos*, *secundum* Amayden, *nec sufficit de facto illam justificare.*
21 *Cum lis est extincta per sententiam, quæ transivit in judicatum, non datur hæc gratia.*
22 *Gratia*, Si neutri, *suppositum necessarium est, non jus alterius.*
23 *Gratia*, Si neutri, *est conditionalis.*
24 *Gratia*, Si neutri, *non tollit jus quæsitum.*
25 *Habens gratiam*, Si neutri, *debet verificare coram Executore vacationem, litem, & non jus utrinsque.*
26 *Modus justificatur per clausulam generalem*, quovis modo.
27 *Non jus impetrantis probatur per partis confessionem.*
28 *Non jus alterius partis probatur per actorum revolutionem.*
29 *Requiritur in hac Gratia verificatio omnium narratorum.*
30 *In probanda narrativa gratiæ*, Si neutri, *non servatur rigor, prout in aliis gratiis.*
31 *Gratia*, Si neutri, *debet intimari collitiganti.*
32 *Habens gratiam*, Si neutri, *debet capere possessionem de manu Executoris.*
33 *Datur etiam gratia*, Si nulli, Si alteri, &c.

PEtrus Rebuff. *in prax. Benef. in rub. de rescript. si neutri*,
fol. mihi 105. dicitur, quod Rescriptum, *Si neutri*,
dirigi potest vel Episcopo, qui cognoscit de causa, vel *alte-*
ri, cui Papa mandavit, quod si per eventum litis hujusmo-
di constiterit, neutrum dictorum litigantium in dicto Bene- 1
ficio jus habere, idemque Beneficium vacare, & tempora
datæ præsentium non sit in eo jus alicui specialiter acquisi-
tum, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, eidem
Oratori auctoritate Apostolica conferat, & assignet: vel
secundo modo Papa non mandat conferri, sed ipse con-
fert, *Si neutri*, litigantium sit acquisitum, & hoc esse tu-
tius

tius affirmat Rebuff. quem sequitur quasi ad verbum Coc-
chier. in reg. de claus. in Benef. vacant. ponend. quæ est apud
ipsum 62. num. 16.
Theodosius Amayden lib. 1. de stylo Dataria cap. 73. sub
n. 15. docet, quod gratia, *Si neutri*, non committitur,
nisi in Rota, ubi committi non potest, nisi prius fuerit
Auditori commissa causa: & quod supplicatio, *Si neutri*,
non signatur per Datariam, nisi prius ea ob reverentiam
Tribunalis remissa ad Auditorem, coram quo causa fuerit
2 introducta, qui subscribit in calce Supplicationis, Gratia
videtur signanda apposito subscribentis nomine, & in hoc
dicit fuisse hallucinatum Cocchier. d. reg. 62. nu. 16. dicen-
tem rescriptum Gratiæ, *Si neutri*, dirigi Ordinario, seu
alteri Executori, & idem Amayden nu. 27. iterum docet,
quod Gratia, *Si neutri*, non dirigatur alteri, quam Ro-
tæ Auditori, a quo impetrans admitti debet antequam ca-
piat possessionem, & num. 28. docet, quod speciale est in
Gratia, *Si neutri*, quod nunquam continet provisionem,
sed tantum mandatum de providendo, quod est tam con-
tra Rebuff. quam contra Cocch. docentes quandoque Pa-
pam ipsummet conferre.
Hæc Gratia, seu Rescriptum, *Si neutri*, usu frequen-
tissimum docent tam Lotter. lib. 2. quæst. 54. num 75. quam
3 Amayden d. cap 25. num. 4. & datur, cum sunt duo colliti-
gantes in Beneficio, cum neutri eorum est jus quæsitum;
nam unus poterit impetrare hanc novam Gratiam, nem-
pe mandatum de providendo in eventum, quod neutri
eorum est jus quæsitum, quare datur collitiganti in Benefi-
cio, Alphonsus antiquus glossator in regul. 62. apud Coc-
chier. n. 6. imo Rebuff. loco cit. num. 10. Lotter. d. quæst. 54.
num. 76. Mandos. in reg. 33. q. 10. sub num. 6. in fine, & mul-
ti alii existimant, quod etiam potest concedi alteri tertio
existenti extra litem; quod tamen non admittit Amayden
n. 11. qui docet, quod tunc non vocatur Gratia, *Si neu-
tri*, sed potius Gratia, *Si nulli*, & non solum unus ex li-
4 tigantibus potest impetrare hanc Gratiam, seu Rescriptum,
Si neutri, verum uterque collitigans, Lotter. d. qu. 54. n.
160. Amayden d. cap. 23. n. 31. & tunc qui prius justifica-
vit suam Gratiam, ille obtinebit; nam post justificationem
Gratia remanet pura, & quæ non fuit justificata, remanet
imperfecta, & inefficax, ut tradit Lotter. loco cit. d. num.
160. cæteris autem paribus præfertur prior in data, Amay-
den loco cit. n. 38. prout etiam docuit Mandos. reg. 33. q. 10.
num. 9.
Conceditur hæc Gratia, *Si neutri*, proviso Apostolico,
Ubertus part. 7. prax. fol. 253. imo Amayden num. 5. dicit,
quod de jure non potest dari alteri, quam huic Apostolico
5 proviso, cum ei competat in vim prioris Gratiæ; sed fate-
tur Amayden se vidisse concedi inter duos non provisos
Apostolicos, quod ipse non probavit, quia Dataria per
hujusmodi Gratiam subsidiariam non tenetur succurrere,
nisi illi, qui alias ab ea gravatus fuit.
Non tamen conceditur contra provisum Apostolicum,
Rota apud Cocc. decis. 188. n. 4. Ubertus loco cit. Amayden
d. cap. 23. sub num. 5.
6 Cum hæc Gratia conceditur collitiganti, est appendix
primæ Gratiæ, seu ab illa dependens vigore clausularum di-
ctæ primæ Gratiæ, dicit Rebuff. loco cit. in princip. & n. 5.
sed habere vim novæ provisionis, docet Paris. l. 1. q. 3. n. 104.
& lib. 10. qu. 2. nu. 101. & conferre novum jus dependens a
quacunque Gratia præcedente, & reputari diversa a pri-
ma, Lotter. lib. 2. q. 54. n. 149. & novam etiam, & non
primam dixit Puteus dec. 46. n. 3. lib. 1.
Sed utrunque dictum bene potest stare; nam potest esse,
quod Gratia, *Si neutri*, sit dependens, & appendix pri-
mæ: potest esse, quod sit independens, & nova totaliter
Gratia; inspiciendum enim est, cui concedatur, si tertio
7 existenti extra litem, tunc est omnino nova Gratia, licet
Amayden dicat, tunc non esse Gratiam, *Si neutri*, nuncu-
pandam, sed, *Si nulli*; si vero collitiganti, tunc est depen-
dens a prima Gratia; nam necessario supponit Gratiam
antecedentem, dicitur tamen nova Gratia: quia novum
jus per eam acquiritur, ut explicat idem Amayden loco
cit. d. cap. 23. num. 10. ita intelligens Mandos. d. qu. 10.
num. 6. dicens, quod Gratia, *Si neutri*, potest esse prima
Gratia.
Inspiciendum quoque est, quomodo impetretur hæc Gra-
tia, *Si neutri*; nam si impetretur accessorie ad primam
Gratiam principalem, nempe ex clausulis generalibus pri-
8 mæ Supplicationis, an vero impetretur de per se principa-
liter, & independenter ab alia gratia; nam si accessorie
tunc sub eadem narrativa sub qua gratia est concessa, gratia
principalis venit justificanda, & consequenter ipsa quo-
que gratia principalis: quia est dependens ab illa, & sumit
vires a gratia principali, Seraph. decis. 1470. n. 3. Duran.
decis. 244. n. 12. Lotter. quæst. 54. num. 146. Ubert. in prax.
part. 6. fol. 252. vers. adverto, Tond. part. 2. cap. 4. §. 3.
num. 14. & tunc etiam expediuntur Litteræ sub eadem data
gratiæ principalis, & consequenter attenditur tempus da-
tæ, & non expeditionis Litterarum, Rota rec. p. 11. dec.
124. n. 52.
Cum vero impetratur de per se, sive a collitigante, sive
a tertio, Litteræ expediuntur sub alia data, nec est justifican- 9
da narrativa in prima gratia, sed sufficiet justificare narrata
in propria sua gratia, *Si neutri*, Garz. part. 6. cap. 2. n. 215.
Lotter. loco cit. & 134. & 135. Ubert. loco cit. fol. 252. Lu-
dovis. decis. 89.
Sive ergo impetretur accessorie, sive principaliter, sive
a collitigante, sive a tertio extra litem, cum agitur ad gra- 10
tiæ canonizationem, expediri debent Litteræ, Rota apud
Durandum dec. 244. n. 14. Lotter. loco cit. n. 138.
Ad illius impetrationem Rebuff. loco cit. nu. 12. requirit
collationem antecedentem, seu Litteras expeditas, Lot-
ter. vero num. 93. dicit, quod sufficit supplicatio signata:
debet tamen in ea fieri mentio gratiæ, seu provisionis alte- 11
rius, secundum Rebuff. loco cit. n. 36. alias est nulla, Rota
decis. 105. part. 2. rec. Tond. d. §. 3. n. 15. sed non esse facien-
dam mentionem de titulo adversarii, nec de illius qualita-
te, Lotter. d. quæst. 54. n. 137. Ludovis. decis. 150. certum
est, quod si pars adversa fuerit possessor triennalis, debet de
hoc fieri mentio, alias gratia est nulla, Rota dec. 105. par.
2. rec. & loco citato; de primo autem titulo non est facien-
da mentio, prout requiritur in nova provisione, Lotter. loc.
cit. num. 136.
Gratiæ præfatæ, *Si neutri*, fundamentum, & scopus
est reservatio, quæ consurgit ex lite, nec potest suffragari, 12
nisi adsit lis, & Beneficium effectum fuerit litigiosum, Ro-
ta dec. 445. tom. 1. part. 2. rec. & ideo nulla fit injuria collatu-
si, ut advertit Lotter. d. quæst. 54. n. 82.
Communiter enim asserunt nostri, quod gratia, *Si neu-
tri*, necessario supponit primo vacationem; nam absque
vacatione non potest provisio obtineri, Paris. lib. 1. q. 4. n. 13
25. de resig. Lotter. lib. 2. qu. 54. n. 79. Amayden cap. 23. nu.
13. Tond. part. 2. cap 4. §. 3. n. 1.
Et vacatio requiritur de eo tempore, quo fuit facta im-
petratio, nempe de tempore datæ, nec sufficit superve-
niens vacatio, Mohedan. decis. 33. in fin. sub tit. de prab.
alias 351. Amayden loco cit. n. 13. Tond. d. §. 3. Paris. de re-
sig. lib. 1. quæst. 4. n. 17. & alibi Lotter. loc. cit. nisi tamen ad- 14
esset clausula, *vel alio quovis*, &c. nam tunc secundum
Tond. loc. cit. n. 4. sufficit vacatio superveniens, imo non
solum vacatio, sed & modus vacandi exprimi debet, Mo-
hedan. loco cit. Lotter. loc. cit. n. 147. Amayden loc. cit. nu.
14. ubi dicit, quod debet exprimi ipsa affectio pura, & o-
mnis reservatio; ideo Rota apud Mant. decis. 347. existi-
mavit gratiam, *Si neutri*, non fuisse justificatam, ex quo in 15
supplicatione fuit expressum, quod vacabat per resigna-
tionem: & tamen quia resignatio non fuit publicata vaca-
bat per non publicationem, & illa gratia per resignationem
non capiebat hunc modum vacationis per non publicatio-
nem, quamvis resignatio facta fuerit, & Manticam sequi-
tur Tond. loco cit. n. 18. Verum Theod. Amayden n. 19. di-
cit, quod dicta decisio Manticæ non potest subsistere, sed 16
satisfactum putat gratiæ, *Si neutri*, eo ipso, quod osten-
ditur collitiganti nullum jus competere, in quo principa-
liter fundatur dicta Gratia, etiamsi non fuerit expressus ti-
tulus, quem collitigans possidebat, sed ejus modus per im-
petrantem expressus sit; sic existimat Amayden, quod
quomodocunque resultet non jus collitigantis, sit Gratiæ
satisfactum; & conclusio illa, quod in Gratia hac, *Si neu-
tri*, omnia debent verificari prout in aliis gratiis, secun-
dum Rotam decis. 196. part. 2. recent. intelligi debet de
aliis narratis in Gratia, non autem de expressione tituli in-
validi, quia illa nullitas deduci potest etiam ex alio, quam ex
titulo expresso, quod fusius ipse Amayden explicat, &
respondet ad decis. Putei 84. leg. 3. in qua videtur decisum,
quod modus sit exprimendus, & dicit quod illa decisio
procedit magis disputative, quam resolutive, & in illo casu
particulari, & tunc verum modum vacationis exprimen-
dum cum alteri quam collitiganti potest competere aliquid
jus.
Secundo supponitur necessario lis super Beneficio seu 17
super titulo Beneficii, Sarnen. in regula de annal. quæst. 28.
vers. præterea, Rota apud Amatum Dunozet. decis. 5. n. 1.
ubi

ubi aliæ allegantur decisiones, Lotter. *qu.*34. *n.* 87. Amayden *d.c.*23. *sub n.* 16. *in fine*, ita ut Beneficium sit litigiosum effectum.

Et lis non sufficit quod fuerit, sed debet præexistere, seu
quod duret, Rebuff. *de Gratia si neutri*, *nu.* 15. Lotter. *d.*
*q.*54. *n.*98. *&* 100. *&* 102. Ubertus *par.*6. *fol.*252. *vers. adverte*, *secundo*, Caval. *dec.*572. & verificari debet de tempore gratiæ, seu de tempore datæ, alias Gratia *Si neutri*,
18 erit nulla: quia ut diximus, hoc gratiæ fundamentum,
Duran. *dec.*244. *n.* 13 Lotter. *d.* *q.*54. *n.* 99. non enim suffragatur nisi constito quod Beneficium sit litigiosum, Rota *dec.*445. *n.* 1. *p.* 2. *rec.*

Et secundum Petrum Rebuff. *nu.* 30. sufficit lis super pos-
19 sessorio, nisi agatur ad privationem, & secundum Rotam
*dec.*99. *n* 4. *&* 5. apud Mant. & Ludovis. 84. *n.* 1. Tond. *loc. cit. n.*7. Lotter. *d.* *q.*54. *n.*86. *&* 87. Ubertus *d. fol.* 252. *sub vers. & datur*, sufficit litem de facto verificare, licet ipsa non fuerit juridica & vera.

Sed hoc videtur valde difficile Amayden *loc. cit. num.* 15.
20 *cum seq. & n.* 18. *vers. ex his*, requirit enim hic Doctor ut
lis per actus juridicos seu judiciales verificetur, nec sufficere litem de facto justificare: quia committitur Judici coram quo lis pendet, & semper in Rota, ubi committi non potest, nisi prius causa commissa fuerit Auditori, & sic lis non erit de facto, sed judicialis.

Cum in lite sententiatum fuit, nec appellatum, & sen-
21 tentia transivit in judicatum, tunc lis censetur extincta, nec
datur hæc Gratia, *Si neutri*, Rebuf. *loco cit.* nisi tamen obtenta fuerit restitutio adversus rem judicatam, non tamen potest dici facta restitutio per novam commissionem nisi præcesserit citatio ad dicendum contra Commissionem, Rota apud Amatum Dunozet. *dec.* 5. *n.* 3. si tamen fuerit a sententia appellatum, tunc pendente appellatione potest hæc gratia impetrari, Rebuff. *loc. cit. n.* 30. sicuti post tres sententias conformes non datur hæc Gratia, Rebuff. *n.* 22. Cocchier. *n.* 17. Amayden *dict. c.* 23. *n.*....

Tertium suppositum necessarium hujus Gratiæ est non
22 utriusque collitigantis, nempe quod neutri sit jus quæsitum; nam cum alteri est jus quæsitum non conceditur hæc Gratia, ut dicit Rebuff. *loc. cit. n.* 20. quia nunquam Papa intendit tertio præjudicare, cum & jus commune, & regula Cancellariæ obstant, nempe de jure quæsito non tollendo, sic nititur hæc gratia in non jure adversarii, & ipsius impetrantis, Rota apud Mant. *dec.*231. 205. *n.* 3. *&* 298. *n.*12. *par.* 2. *rec. tom.* 1. Garz. *par.* 6. *cap.* 2. *n.* 211. Amayden *dict. cap.*23. *nu.* 17. & consistit hæc Gratia illa confessione quam facit pars nullum jus competere, alias non datur, Amayden *d. cap* 23. *n.* 14.

Ideo dixerunt DD. quod Gratia, *Si neutri*, sit conditio-
23 nalis, nempe si per eventum litis apparuerit neutri jus competere, Rota apud Farinac. *tom.* 2. *post decis.* 220. *n.*6. Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 366. *num.* 1. Amayden *dict. cap.* 23. *num.* 28. *cum seq.* qui docet, quod nihil ponat in esse ante eventum; sed Lotter. dicit, quod non est conditionalis conditione suspensiva, quia non infert conditionem respectu Gratiæ, sed tantum respectu executionis, & nihil ponit in esse respectu executionis: id tamen non tangit substantiam, quæ est perfecta a principio quamvis eventualis, scilicet in eventum conditionis, si nulli jus sit quæsitum, Lotter. *loco cit. num.* 142. 143. 144. *&* 145.

Hinc sequitur, quod hæc Gratia, *Si neutri*, non tollit jus quæsitum ex præsentatione, Lotter. *dict. quæst.* 54. *nu.* 162. Rota *in Bonaventana Vicariæ* coram Sacrato *de anno*
24 1617. penes Amayden *dict. cap.*23. *sub num.* 18. sicuti pro-
visio Ordinarii sufficit ad excludendam Gratiam, *Si neutri*, quia ex dicta provisione jus est quæsitum, Rota apud Amatum Dunozet. 43. *num.* 11. non tamen sufficeret allegare resignationem etiam validam, & publicatam ad hoc, ut Gratia, *Si neutri*, excludatur, ut in eadem *decis.*43. *n.* 12. apud Dunozet. qui idem dicit de aliis titulis, ut scilicet cum allegantur ad gratiam hanc excludendam, debeant esse validi.

Igitur qui hanc Gratiam impetravit, illam debet producere coram Executore dato, & coram illo Litteras justificare respectu vacationis litis, & non juris utriusque collitigantis, Lotter. *num.* 158. Rota *dec.*726. *pars.* 2. *rec. num.*
25 2. alias Gratia erit inexequibilis, idem Lotter. *dict. quæst.*
54. *n.*84. *&* 81. Rota apud Eminentissimum Celsum *loco cit. nu.*7.

Vacatio quomodo verificetur, jam abundanter alibi dictum est, & modus quoque recte justificatur per clausulam generalem, *& alias quovis modo*, Lotter. *n.* 152. qui idem dicit de reservatione. Lis verificatur ex citatione, com-
missione, actorum revolutione, Greg. *decis.*84. *n.*6. Du- 26
ran. *dec.*234. *n.* 5. Rota *rec. part.* 2. *decis* 99. Lotter. & alii communiter.

Non jus impetrantis probatur ex ejus confessione, Lu- 27
dovis. *dec.*89. *n.* 2. Duran. *dec.*234. *n.* 1. *&* 249. *n.* 4. Amatus Dunozet. *dec.*43. *n.* 1. *tom.* 1. *& d. dec.*726. *part.* 2. *rec. nu.* 2. Lotter. Amayden, & alii passim.

Non jus autem alterius partis probari potest ex revolutione actorum, Rota apud Dunozet. *d. dec.*43. *n.* 2. Amayden *d. cap.*23. *sub n.* 18. *vers. similiter*, sed debet expectari exi-
tus causæ; nam respectu non juris partis non potest dici ju- 28
stificata, donec illud est liquidabile in progressu causæ, Lotter. *dict. quæst.* 52. *n.* 164. sic in *dec.*736. *p.* 2. *rec.* fuit dictum, quod non apparebat probatum non jus alterius partis dum lis pendebat, agitabatur, & fuit dictum, quod expectetur exitus causæ in Rota agitatæ, & iterum Rota apud Eminentissimum Celsum *in d. dec.* 366. *n.*8.

Apparebit tamen de non jure partis, cum in impetratione illius non fuit facta expressio secundum ultimum statum, Duran. *dec.*324. *n* 6. 7. *&* 8. *& dec.* 244. *n.*9. *& in d. dec.* 43. Amatum Dunozet. fuit dictum, quod non constabat de jure partis adversæ, ex quo in electione non fuit servata forma, *cap. quod propter de electione*, & ideo Gratia, *Si neutri*, remanet justificata ex parte alterius ex actorum revolutione, Ludovis *dec.*84. *n* 5.

Non solum hæc requisita debent justificari, sed etiam re-
quiritur justificatio omnium narratorum, Mandos. *reg.* 33. 29
quæst. 18. *n.* 5. Amayden *loco cit. n.* 18. juxta tamen ea quæ diximus supra, nempe si accessorie ad primam Gratiam etiam narrata in prima Gratia debent justificari, si principaliter sint narrata solum in illa Gratia, sic valor Beneficii, idoneitas impetrantis, reservatio, & cætera narrata justificari debent per impetrantem.

Bene verum est, quod in probandis hic non servatur ille rigor sicuti in aliis gratiis, ut bene advertit Lotter. *dict. qu.*
54. *n.* 152. sic in probando valore non attenditur rigor re- 30
gulæ Cancellariæ, nec valor male expressus vitiat Gratiam, idem Lotter. *n.* 156, quem consule.

Gratia hæc intimari debet collitiganti, Lotter. *nu.* 139. 31
quando scilicet agitur ad privationem, Rota *rec. part.* 1. *dec.*69. Amayden *loco cit. n.*41. & sufficit tunc citatio ad dicendum contra gratiam.

Demum habens Gratiam, *Si neutri*, debet capere pos- 32
sessionem de manu ejus, cui directæ fuerunt Litteræ, Lotter. *d. quæst.*54. *n.* 165.

Dantur etiam aliæ Gratiæ, seu Rescripta, quæ dicuntur *Si nulli*, *Si alteri*, & gratiam, seu Rescriptum, *Si*
nulli, explicant multi, quando sunt tres, vel plures liti- 33
gantes in eadem causa seu in eodem Beneficio, & nullus ex illis jus habet, seu nulli quæsitum est jus, vel secundum alios DD. quando conceditur tertio existenti extra causam, *Si alteri* vero explicant multi, quando unus ex collitigantibus obtinuit tres sententias, quibus Beneficium fuit adjudicatum illi, & tamen non habet jus, quia supervenit nova causa post sententiam, quæ ignorabatur a collitigante condemnato: alii vero explicant hanc gratiam ut illa sit qua impetrans petit sibi conferri Beneficium controversum, etiam si alteri alicui quam collitiganti, & ad causam non venienti aut venire curanti jus competat: sed quia hæc duo Rescripta non sunt in usu, ut docet practicus Amayden; ideo est immorandum in illorum explicatione.

A D D I T I O

Ad Caput XVIII. Primæ Partis.

De Executore Gratiæ, *Si neutri*.

S U M M A R I U M.

Gratia, Si neutri, *obtineri potest ex clausulis generalibus*, n.1.
Gratia, Si neutri, *dari potest utroque proviso*, n.2.
Qui obtinuit gratiam, Si neutri, *ex non publicationem debet præsentare Litteras intra terminum, datum ad publicandum*, n.3.
Gratia, Si neutri, *confert jus novum*, n.4.
Fundamentum gratiæ, Si neutri, *est lis, & Beneficium litigiosum*, n.5.

Litteris non expeditis, non potest dici Beneficium litigiosum, n.6.

Non sufficit expeditio Brevis de capienda possessione, *num.* 7.

Gratia, Si neutri, *fundatur super non jure utriusque*, *num.* 8.

Gratia, Si neutri, *tunc prodest, cum non apparet de jure utriusque*, n. 9.

Non jus impetrantis hanc gratiam *probatur ex confessione propria*, n. 10.

Non jus alterius collitigantis probatur ex alterum revolutione, n. 11.

HUic *capiti* infrascripta addimus, & in primis dicimus, posse obtinere hanc *gratiam* ex clausulis generalibus, & facultativis, appositis in *gratia principali*; atta-
1 men attenditur tempus datæ, & non expeditionis *Litterarum Apostolicarum*, Rota apud Seraph. *decis.* 318. *nu.* 1. apud Bichium 445. *num.* 47. & utroque proviso posse concedi hanc *gratiam*, apparet ex *decis.* 358. apud Bichium.
2 Cum obtinentur *Litteræ* in forma, *Si neutri*, ob non factam publicationem in tempore, præsentari debent coram Executore in termino, ad publicandum concesso, & co-
3 ram illo instari pro executione *Litterarum*, & possessione, Rota *decis.* 273. *n.* 11. *p.* 18.

Hanc *gratiam* conferre jus novum independens a qua-
4 cunque *gratia* præcedenti, dixit Rota apud Cocciuum *dec.* 139. *num.* 7. apud Bichium 358. *n.* 29.

Diximus *nu.* 12. fundamentum hujus gratiæ, *Si neutri*,
5 esse litem, nec posse concedi, nisi Beneficium sit litigiosum; adde Rotam apud Eminentis. Cerrum *decis.* 205. *nu.* 1. apud Manzaned. 756. *num.* 8. 896. *nu.* 5. & ideo perne-
6 cesse supponit *Litteras* expeditas super *gratia principali*: quia *Litteris* non expeditis, non potest dici Beneficium litigiosum, & lis esse debet super titulo; & ad hunc effe-
7 ctum non sufficit, quod sit expeditum *Breve de capienda possessione nomine Cameræ*, ut observavit Manzaned. *in d. dec.* 896.
8 Fundatur etiam hæc *Gratia* super non jure utriusque collitigantis, ut diximus *num.* 22. ideo non dicitur justificata, cum constat de jure alterius collitigantis; adde Priolum *decis.* 44. *num.* 37. & 391. *num.* 22. Bichium *decis.* 398. *numer.* 4. & tunc suffragatur hæc *gratia*, cum appa-
9 ruerit, neutri collitigantium aliquod jus competere, Priolus *decis.* 391. *numer.* 21. nec alias potest exequi, Rota *decis. prædicta* 273. *part.* 18. quia est conditionalis, Rota *decis.* 223. *numer.* 18. *part.* 19. Justificatur non jus impetrantis hanc gratiam, *Si neutri*, ex propria ejus confessio-
10 ne, in supplicatione elicita; hæc enim operatur sufficientem justificationem, & citatis *num.* 27. add. Em. Cerrum *decis.* 205. *num.* 3. & 227. *num.* 1. Bichium *decis.* 358. *num.* 5. Manzan. *decis.* 550. *num.* 856. *num.* 3. & 833. Imo hæc confessio efficit, quod, si impetranti aliquod jus competat, illi renunciasse videatur, Cerrus *loco cit. n.* 205. qui alios citat.
11 Non jus autem alterius collitigantis probari, diximus, ex revolutione actum; adde Manzan. *d. decis.* 550. Em. Cerrum *d. decis.* 205. *num.* 5. sic etiam ex cessione litis, ex qua apparet, nullum jus sibi competere, & suam provisionem fuisse nullam, Cerrus *loco cit.* Item ex falsa narrativa, Manzaned. *dec.* 833.

Executor igitur hujus *gratiæ*, probato Clericatu impetrantis, non jure utriusque collitigantis, & lite, debet exequi hanc *gratiam*, novissime Rot. *decis.* 298. *p.* 17. *rec.* in qua *n.* 5. dicitur, quod sufficit lis de facto, ac illam de facto verificari.

Hæc tamen *gratia* non potest cognosci, & decidi in Judicio executionis *Litterarum Apostolicarum*; sed est particulariter discutienda, Rota apud Bichium 378. *in fin.* & *dec.* 274. *n.* 20. *p.* 19.

CAPUT XIX.

De Executione nonnullarum Litterarum Apostolicarum Gratiam continentium, quæ ipsismet Oratoribus diriguntur.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, vel alius Executor debet verificare omnia narrata in Brevi absolutionis Irregularitatis.*

2 *Indulta celebrandi in Oratoriis privatis solus Papa concedit.*

3 *Indulta, seu Brevia Oratoriorum privatorum requirunt executionem ab Ordinario faciendam.*

4 *Oratorium debet habere ornamenta juxta Rubricam Missalis.*

5 *Stat in arbitrio Ordinarii exequi dicta Indulta.*

6 *In dictis Brevibus inest clausula*, sine præjudicio jurium Parochialium.

7 *In Oratoriis privatis non potest celebrari in diebus solemnioribus.*

8 *Refertur Breve concessum Dominæ Ducissæ Gravinæ.*

MUltæ sunt Gratiæ, quas faciunt Summi Pontifices per expeditionem Brevium sub Annolo Piscatoris, 1
quæ licet sint Gratiæ factæ, & ipsismet Oratoribus dirigantur; attamen conceduntur arbitrio Ordinarii, vel cum ipsis Ordinariis enarratum constitum fuerit, prout observamus in absolutionibus ab Irregularitatibus, Oratoriis privatis, & similibus.

Et in quantum ad absolutionem ab Irregularitatibus 2
apponuntur multæ clausulæ, quas supra retulimus; debet enim tunc Episcopus, cui fere semper committitur absolutio, de expositis in Brevi diligentem accipere informationem, & constito de omnibus narratis, Oratorem ab incursa Irregularitate absolvere, servata in omnibus forma Brevis, quam nec alterare, nec minuere in minimo poterit absque nullitate actus, quod sæpe sæpius dictum est, cum sit Executor voluntatis Papæ, quam interpretare, vel alterare non poterit ultra id, quod continetur in Brevi: & si aliquod contingat dubium, Executoris non est officium interpretandi; sed recurrendum est pro declaratione ad Summum Pontificem, quod in omnibus gratiis observandum est.

In quantum vero ad Indulta, & privilegia celebrandi 3
in privatis Domibus, seu in Oratoriis privatis, quamvis antiquitus has facultates Episcopi poterant concedere; attamen hodie indubitatum est solum ad Romanum Pontificem spectare, & has Gratias solum Principibus, & Baronibus, vel infirmis nobilibus impertiri & in Civitate Neapolis Ministris Regibus, nempe Dominis Regentibus Cancellariæ, Præsidentibus Regiæ Cameræ: Regiis tamen Consiliaribus non ita; verum ego obtinui pro D. Josepho de Rosa Regio Consiliario meo fratri, viro undique absoluto.

Hæc Brevia, seu Indulta, licet dirigantur iisdemmet 4
Oratoribus, attamen, ut dixi, apponuntur diversæ clausulæ, quæ requirunt executionem ab Ordinario faciendam; nam apponitur illa clausula, *dummodo Oratorium sit decedenter, & competenter ornatum, & a secularibus curis sejunctum*. Igitur tunc debet Ordinarius accedere ad domum ejus, cui est privilegium concessum, & inspicere, an locus in quo est destinatum Oratorium sit alienus, & segregatus ab aliis curis domesticis; debet enim tale Oratorium consteni in loco ab omni re domestica alieno, & supra illud non potest cubi, ita ut si supra illud sit aliquod cubile, in quo dormiatur, debeat adesse vacuum inter utrumque parietem: quod vulgo vocant Inter soolo. Oratorium debet esse decenter ornatum, & debet habere omnia, quæ sunt necessaria ad Missæ celebrationem juxta Rubricas Missalis, præsertim Altare lapideum, ab Episcopo consecratum tantæ latitudinis, ut possit capere pedem Calicis cum patena cum Hostia commode absque periculo cadendi; Altareque debet esse opertum tribus mappis, seu tobaliis benedictis, & quæ stat supra, debet esse oblongior; potest tamen una esse duplicata. Altare etiam debet habere plura pallia juxta Rubr. 19. Miss. nempe unum coloris albi pro festivitatibus Domini Nostri Jesu Christi, B. M. Virginis, pro Confessoribus, & Virginibus; alterum coloris rubri, pro Apostolis, & Martyribus; alterum coloris violacei pro Adventu, & Quadragesima, & demum, alterum viridis coloris pro Dominicis, & diebus ferialibus post Pentecosten. Sufficit tamen ut unum habeat istos quatuor colores, Novar. *in sum. Bull. lib.* 1. *in Rubr. de Orat. privat. num.* 4. Diana *part.* 9. *tract.* 1. *de Orat. privat. Resol.* 11. quod quoque de planetis observandum est: ac debent adesse omnia, quæ ad Missæ celebrationem sunt necessaria, ut rem brevioribus verbis absolvam.

Et quamvis omnia adsint necessaria, adhuc est in arbi- 5
trio Episcopi dare hanc licentiam; nam semper ponitur illa clausula, *arbitrio Ordinarii*, & cavendum est a *Quintan.*

tan. pœnas in Theologia Morali tom. 1. tract. 7. Singul. 32. *num.* 3. qui docet, quod cum Oratorium est competenter ornatum arbitrio prudentis viri, si nolit Episcopus licentiam concedere, possit tunc privilegiatus uti dicto privilegio Oratorii privati, hoc enim non admitto, nec admitti posse contendo: quia Papa expresse relinquit hoc arbitrio Ordinarii, & concedit indultum, & privilegium, quatenus Ordinario bene visum fuerit; ergo si Ordinarius renuat, tunc & licite non potest privilegiatus uti tali privilegio: quia illud fuit conditionale, si Episcopo videbitur, & abstinendum tunc a tali privilegio, docuit etiam Diana *loco cit. res.* 10. Bene tamen poterit tunc privilegiatus uti aliis remediis, de quibus alias diximus, nempe recurrendi ad Sedem Apostolicam.

6 Apponitur etiam in dictis Brevibus illa clausula, *sine præjudicio iurium Parochialium*, quæ intelligitur de juribus illis, quæ spectant ad Parochum ratione Sacramentorum, Diana *loco cit. resol.* 15.

7 Nec in omnibus diebus potest uti tali privilegio; nam expresse exceptuantur in Brevibus dies solemniores, nempe festivitas Nativ. D. Nostri, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, & cæteræ festivitates, quæ sunt primæ classis.

8 Vidi tamen duo Brevia concessa a SS. Domino Nostro Clemente Papa X. Excellentissimæ Dominæ Donnæ Joannæ dela Tolsa Ducissæ Gravinæ, ac in ultimo Brevi Summus Pontifex motu proprio Indultum Oratorii privati, alias dictæ Dominæ cessum ampliavit, ut eo uti possit in quocunque loco, & absque ordinaria approbatione in omnibus, & quibuscunque diebus, etiam in illis alias exceptuatis, & cum facultate recipiendi Sacramenta etiam in die Paschatis Resurrectionis & ibidem præcepto satisfaciendi. Quod simile in Regno non vidi; nec mirum: quia cum hæc Excellentissima Domina sit omnium virtutum ornata, specialibus favoribus erat digna.

A D D I T I O

Ad Caput Ultimum Primæ Partis.

HOc solum addas in *hoc capite*, quod qui plures *gratias* antecedenter obtinuerit, aliam *gratiam* petens, antecedentes debet exprimere: quia *gratiæ* in favorem ejusdem personæ non solent multiplicari, & difficilius Papa concedit, Paris. *cons.* 74. *in fin. lib.* 4. Rot. *dec.* 148. *n.* 16. *p.* 19. ubi citatur Guttier. *can. quæst. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 90. *& seqq.* Sed Gutt. loquitur de pluribus dispensationibus in eadem materia; & ita etiam decisio Eminentiss. Othob. 115. quod indubitatum credimus.

Finis Primæ Partis.

D. THOMÆ DE ROSA

TRACTATUS DE EXECUTORIBUS LITTERARUM APOSTOLCARUM Justitiam continentium, *SIVE* DE APOSTOLICIS DELEGATIS.

Pars Secunda.

Absoluto Tractatu de Executoribus Litterarum Apostolicarum Gratiam continentium, oportet, ut de illis etiam tractemus, quæ Justitiam continent, ut promisimus, quod breviter, Deo adjuvante, absolvere conabimur, cum de singulis Litteris non sit agendum, sed tantum de illis, quæ in genere talibus Executoribus competunt, & quidem de Executoribus agam hic, quibus extra Curiam Romanam Litteræ Apostolicæ pro administranda Justitia diriguntur.

CAPUT PRIMUM.

Qui dicantur Executores Litterarum Apostolicarum Justitiam continentium; & quomodo hujusmodi Litteræ expediantur.

SUMMARIUM.

1 *Executores Litterarum justitia sunt Judices Delegati.*
2 *Apud Recentiores, non est idem mandare jurisdictionem, & judicem dare.*
3 *Hodie nulla datur differentia inter mandare jurisdictionem, & judicem dare.*
4 *Sedes Apostolica cum committit causam in partibus, judicem dat, & jurisdictionem demandat.*
5 *Judices delegati nihil proprium habent.*
6 *Delegatus delegantem representat.*
7 *Delegatus major est Ordinario.*
8 *Curiales in sententia quam profert Delegatus exprimunt se jure Delegato procedere.*
9 *Littera Apostolica Justitiam continentes, quandoque Commissiones, quandoque Rescripta vocantur.*
10 *Que differentia inter Commissionem, & Supplicationem.*
11 *Papa firmat Litteras Justitia per verbum* Placet.
12 *Exponitur modus quo expediuntur Commissiones in Curia, secundum* D. Franciscum Salgadum.
13 *Refertur modus usitatus nostris temporibus, quo expediuntur Littera Justitia.*
14 *Caute legendus est* Staphilus, *& n.15.*
16 *Causa Beneficiales semper in Curia tractantur, & numquam in partibus committuntur.*



Executores Litterarum Apostolicarum Justitiam continentium sunt Judices, quibus a Romana Curia committitur negotium, seu lis decidenda: proprie vacantur Judices Apostolici, Delegati, quibus in pri-
1 ma instantia ex causa (& de raro) vel in secunda instantia quotidie & frequenter a Romano Pontifice committitur causa appellationis in partibus decidenda; unde potius Judices Delegati, quam Executores appellandi sunt, cum istis non semper jurisdictio committatur, sed primo & principaliter Gratiæ executio demandetur, quod plerumque in solo facto consistit. Cum vero lis inter partes decidenda committitur, semper jurisdictio demandatur, unde Judicis nomen merentur, ut notant Scribentes omnes in *tit. ff. de off. ejus cui mandata est jurisdictio, & in rubrica, extra de offic. & potestate judicis Delegati*, præsertim in *cap. 1. per illum text.*

Et quamvis apud Recentiores omnes sit in confesso, 2
quod aliud sit mandare jurisdictionem, aliud dare seu delegare Judicem: quia qui mandat jurisdictionem, committit officium juris dicendi: qui vero dat Judicem, injungit munus judicandi, ut latius explicat & probat Joannes Antonius Bellona *in suo tractatu de mandata jurisdictione, cap. 1. qu. 2. n. 7. cum sequentibus*, Gonzalez *in cap. quia quesitum de off. Delegati sub n. 14.*

Attamen, quia hodie omnia judicia sunt extraordinaria, cum sint sublatæ antiquæ formulæ, quibus judicabatur, non potest judicandi munus a jurisdicendi officio
separari; nullaque constituenda est differentia, idemque 3
prorsus sonat mandare jurisdictionem, ac Judicem dare, seu delegare, prout ex antiquis docent *DD. in rubrica ff. de officio ejus*, præsertim Barbatius, Alexander, Decius *num. 10.* Bellonus *in dicto cap. 1. quæst. 6. per totam.*
Sic cum hodie Sedes Apostolica committit causam in 4
Partibus, Judici dat, seu delegat, ac jurisdictionem demandat.

Hi Judices Delegati nihil proprium habent, sed ut ratiocinatur Ulpianus, *in l. 1. §. qui mandatam jurisdictionem
suscipit*, proprium nihil habeant, sed ejus, qui mandavit, 5
jurisdictione utuntur, & Julianus *in lege, & si Prætor, eodem tit.* ait: & si Prætor sit is qui alienam jurisdictione exercet, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cujus mandato jus dicit; & Alexander. Tertius *in c. sane, il secondo de off. & potestate judicis Delegati*, ibi: Quod Judex a nobis delegatus vices nostras gerit. Quod idem confirmavit Inn. 3. *cap. querente, eodem tit.* Notant communiter *DD. nostri Canonista in dicto cap. sane*, & ibi *glossa* in verbo *vices*: idem Abbas *n. 2.* & in *rubrica ejusdem tituli*, novissime Gonzalez in nostris, Civilistæ *in rubrica* & in *lege 1. de off. ejus*, latissime Bellonus *de mandata jurisdictione cap. 9. quæst. 4. & octava per totum.* Sic usum alienæ jurisdictionis tantum habet Robertus Maranta *in Praxi iudiciali part. 4. quinta distinctione num. 44.*

Dele-

6 Delegatus enim delegantem repræsentat in negotio sibi commisso, in dicto *cap. sane*, & ibi *glossa in verbo insiet idem*, prout ex citatis juribus clare colligitur, Lancellot. de Attentis a. *part. cap. 20. limitatione 26. num. 6.* Hinc er-
7 iam habemus, Delegatum respectu causæ sibi commissæ majorem esse Ordinario, prout Canones ipsi aperte asserunt, *cap. sane, il secondo de off. Delegati*, & ibi. Glossa *in verbo Terminandam*, & cæteri *DD. & cap. Pastoralis, §. preterea*, ibi: ad quod dicimus, quod cum Delegatus, quantum ad illud sit major Ordinario, *extra de off. ordinarii Judicis*, late Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 4. dub. 11.*

Ex his inolevit usus Curialium omnium quod cum De-
8 legatus ad sententiam pervenerit, expressis verbis exprimit, quod jure delegato sibi a Sede Apostolica sententiam profert, tam in principio dicendo (in causa, & causis curam nobis, jure delegato, &c. quam in corpore sententiæ) authoritate Apostolica prædicta, qua in his fungimur, ac etiam in fine, & se subscribat Delegatus Apostolicus.

Litteræ Apostolicæ in materia hac subjecta justitiæ vocari solent Commissiones, quandoque etiam Rescripta,
9 vel Brevia; & licet omnia ista large sumpto vocabulo sub Rescriptorum appellatione comprehendantur, ut adnotavit doctus ille vir Joannes Antonius Staphileus Episcopus Limacensis *in suo tractatu de Litteris gratiæ & Justitia fol. 194. ibi de commissionibus, & Litteris Justitia, in principio*, attamen Commissiones proprie sunt illæ quæ diriguntur Prælatis Romanæ Curiæ, præsertim Auditoribus Sacræ Rotæ, quæ conceduntur per solam & simplicem signaturam absque alia Bullarum expeditione, & docet Praats, & notavit Staphileus *loco cit. num. 9.* cum sequenti; qui dicit, quod forma signaturæ hujusmodi Commissionum est diversa secundum varietatem & diversitatem causarum, & vocat Mare magnum; sed de his non ad nos, cum de Delegatis Litterarum in Partibus sit nostrum institutum, & propositum. Modum etiam signandi has Commissiones ponit quoque Alphonsus antiquus Glossator in regula de non judicando secundum formam supplicationum, quem refert Erasmus Cocchier. Inter Supplicationem, & Commissionem nulla est alia differentia, quam illa quæ est inter genus & differentiam, ut dicit Alphonsus *in dicta regula num. 8.* quia Supplicatio est
10 genus, Commissio est species: proprie tamen, & stricte loquendo, Supplicatio continet Gratiam, Commissio vero justitiam.

His præmissis, tunc videre oportet, quomodo expediantur Litteræ Apostolicæ in materia hac contentiosa. Pe-
11 trus Rebuff. *in differentiis utriusque signatura n. 11.* & Ludovicus Gomezius, docent, quod Papa firmat Litteras Justitiæ per verbum, *Placet*; Litteras vero Gratiæ, per verbum, *Fiat*; & cum hac distinctione transeunt cæteri DD. qui postea scripserunt.

D. Franciscus Salgadus *in suo tractatu de retentione Bullarum part. 2. num 49. cap. 30.* docet quod Papa Commissiones pro Curia firmat per verbum, *Placet*; Litteras vero,
12 quæ extra Curiam committuntur per verbum, *Fiat*, quod Commissio postquam fuerit firmata transit per cæteros Revisores, & registratur in Dataria, & postmodum traditur parti, ut expediat Litteras, seu Bullas, seu Breve per Officium Minoris Signaturæ. Insuper docet idem Salgadus, quod postquam Litteræ in materia contentiosa confectæ fuerint, cum ex illis pendeant cordulæ canapi, & in eis affixum circulum; reverenter asportantur coram Sanctissimo, a quo immediate accipitur annulus, quam semper habet penes se, quo Officialis sigillat, & imprimit in cera.

Sed quicquid sit de hoc, usitatus modus expediendi has Litteras, nostra tempestate, est hoc modo, videlicet, concipitur Commissio in medio folii ad instar Supplicationum, pro Gratia obtinenda, & postquam fuerit conce-
13 pta, relinquitur etiam vacuum, & postponuntur Clausulæ, *Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c.* & per Breve Sanctissimi seu Officium Contradictarum expeditur. Hæc Commissio, seu Supplicatio traditur primo Revisori, qui eam signare facit ab Eminentissimo Cardinali Præfecto Signaturæ Justitiæ, qui Eminentissimus Dominus firmat hoc modo: Concessum in præsentia Sanctissimi Domini Nostri Papæ, &c. Primus vero Revisor has Commissiones, seu Supplicationes non consignat secundo Revisori, cui consignantur Commissiones pro Curia, sed eas consignat primo Revisori S. Datariæ Apostolicæ, & a secundo Revisori etiam Datariæ mittuntur ad Officium Datarum; & postquam fuerint datatæ ab Illustrissimo Domino Subdatario mittuntur ad Officium, Missis, & ab isto mittuntur ad Registrum: & postquam fuerint registratæ accipiuntur ab Officiali, seu Substituto Domini Prælati Præfati minutarum Brevium: potest etiam Commissio accipi postquam fuerit registrata ab Officiali Domini Prælati Correctoris Contradictarum, a quo expeditur Bullas & hoc erit in arbitrio Partium expedire scilicet Litteras Apostolicas per Breve, vel per Bullam, præterquam tamen in negotiis, & causis totius Italiæ, pro quibus pernecesse Litteræ expediuntur per Breve a Præfecto minutarum Brevium. Tam autem Breve quam Bulla subscribitur vel a Præfecto vel a Correctore, & apponitur Sigillum ceteum rubrum cum annulo Piscatoris, quem semper in cinta defert Summus Pontifex. Item notandum est, quod in extremitate cujuslibet Commissionis ab uno Prælato Referendario Signaturæ Justitiæ apponitur hoc verbum, *Placet*. Hic est modus, quo nostris temporibus expediuntur Litteræ in causis Justitiæ, & eum etiam apponit Appendia ad Gratiosum Ubertum *de modo procedendi fol. 161. in formula commissionis appellationam extra Curiam*.

Quare accurate legendus est Staphileus *loco cit.* & in §. 14
dicendum est, num 33. fol. mihi 119. ubi docet, quod quando petitur Commissio ad partes per Breve, semper addatur in Commissione illa clausula, *& per Breve S.V.&c.* alioquin in Curia non solent transire ob duplicem rationem; quarum prima assignatur propter lucrum Officialium, ut Orator cogatur Bullam expedire, in qua plus expenditur; secunda quia per Breve Orator habet judicem, quem petit postea verbo, sed per Bullam apponitur in principio, (& si pars opposuerit tum coguntur partes concordare de Judice.)

Verum est enim, quod in Supplicatione apponatur illa clausula, *& per Breve S.V.* attamen pro negotiis Italiæ, ut diximus, semper Litteræ expediuntur per Breve, & circa Judicem in partibus habendum, etiam petitur in Commissione quæ porrigitur Pontifici, ut committantur in Dignitate constitutis, juxta cap. *statutum de rescriptis in 6.* cum clausula *in solidum, & Pars*, quem maluerit poterit 15
accipere, licet in Commissione non exprimatur quibus pars petit committi causam.

Illud autem omnino notandum est, quod causæ Beneficiales in secunda instantia nunquam committuntur in partibus; sed ob eorum qualitatem semper uni ex Audi- 16
toribus Sacræ Rotæ Romanæ per Commissionem, quam signat Eminentissimus Præfectus Signaturæ Justitiæ, Marchesanus, *de commissionibus part. 1. cap. 6. numer. 79. 80. & 81.*

CAPUT II.

De Narrativa, quæ facienda est pro valida impetratione Litterarum Justitiæ, & quando dicantur subreptitiæ.

SUMMARIUM.

1 *Omnia sunt Principi narranda, quæ ipsius mentem possunt removere a Gratia concedenda.*

2 *Appellationem esse desertam debet Papæ exprimi alias Breve appellationis esset subreptitium.*

3 *Appellatione deserta, sententia transit in rem judicatam, & executionem habet.*

4 *Rescriptum appellationis nullum erit, nisi exprimatur quod appellatio fuerit deserta.*

Amplia etiamsi de desertione non obiiciat, n. 5.

6 *Appellatio deserta apparens ex actis, si opponatur de subreptione Brevis appellationis, Delegatus debet primo pronunciare super desertione.*

Amplia etiamsi in rescripto adesset clausula, non obstante sententia lata, n. 7.

8 *Contra rem judicatam non datur Rescriptum.*

9 *Rescriptum erit nullum, si ab appellatione fuerit recessum, vel concordatum.*

10 *Breve sub falso supposito impetratum nullius est roboris.*

11 *Causæ omnes coram Ordinario sunt terminandæ in Litteris impetrandis, & facienda est mentio introductæ litis.*

12 *Per solam citationem lis dicitur introducta, etiamsi citatio non sit executa, sed tantum decreta, n. 13.*

14 Br

14 *De lite est facienda mentio etiamsi cantum impetretur Collega judici.*
15 *Non solum lis, sed tota substantia causa, & processus, quoad articulos particulares, est narrada.*
16 *Nec suffragatur clausula* non obstante litis pendentia.
17 *Si fuerit in causa conclusum de conclusione, est facienda specifica mentio.*
Coram quo Judice est agitata lis debet exprimi, n.18.
Ac etiam cum quibus personis, eodem num.
19 *Mentione litis per simplicitatem omissa, etiam vitiatur Rescriptum.*
20 *De lite, a qua longo tempore cessatum fuit, non est facienda mentio.*
21 *De lite, pacto, vel conventione sopita, non est facienda mentio.*
22 *De processu, & lite nulliter agitata, non est facienda mentio.*
23 *De sententia nulla etiamsi transivit in rem judicatam, non est facienda mentio.*
24 *Rescriptum cum dirigitur eidem Judici, coram quo prius lis pendebat, de lite non est facienda mentio.*
25 *Si causa in eodem statu, quo reperitur coram suo Judice alteri committatur, non est necesse specifice narrare causa statum.*
Item, nec si rescriptum est super re diversa, nu. 26.
27 *In causa Matrimoniali pernecesse non est de lite mentionem facere.*
28 *Judex si se incompetentem declaravit, hujus litis mentio non est facienda.*
29 *Tertius comparens pro suo interesse non tenetur exprimere litem inter alios agitatam.*
30 *Rescriptum pro avocatione causarum ab Ordinario in prima instantia, debet esse firmatum propriis manibus Sanctissimi, nec sufficit esse munitum duntaxat sigillo, seu annulo Piscatoris, secundum Sal*gadum.
31 *Contrarium verius.*
32 *Ordinario allegato suspecto, non potest alteri causa committi, nisi prius constito de dicta suspicione per Arbitros.*
33 *Praxis hodie avocandi causam ab Ordinario ex capite suspicionis.*
34 *Breve ab una parte impetratum, si ab alia parte aliud impetretur, non facta mentione de primo, secundum est nullum.*
Amplia etiamsi primum Breve mutuo fuerit partium consensu impetratum, adhuc de eo in secundo est facienda mentio, nu. 35.
36 *Impetrans duo Rescripta duobus Judicibus directa, si in secundo de primo non est facta mentio, secundum non sustinetur.*
Amplia etiam in casu appellationis, n. 37.
38 *Si Rescriptum primo loco impetratum ab una parte fuerit generale, secundum ab altera parte speciale, non erit secundum subreptitium, non facta mentione de primo.*
39 *Littera Apostolica Iustitiam continentes subreptitie, vel obreptitie obtenta non sunt ipso iure nulla, sed ope exceptionis ad differentiam Litterarum Gratiam continentium.*
40 *Processus factum a Delegato, dato in Litteris subreptitiis, si contra Litteras de subreptione non opponatur, erit validus.*
41 *Littera Iustitia fundantur in lite, & non super narrativa.*
42 *Jurisdictio qua tribuitur in Litteris Justitia, est solum eludibilis ope exceptionis.*
43 *Exceptio predicta proponenda est ante litis contestationem.*
44 *Rescriptum avocatorium subreptitie obtentum est ipso jure nullum.*
45 *Littera Apostolica Justitiam continentes, si dolose fuerint impetrata, sunt ipso jure nulla.*
Contrarium in Praxi servatur, n. 46.
47 *Rescriptum Justitia non vitiatur si erit falsum circa merita causa; secus si circa merita processus.*
48 *Rescriptum Justitia in una parte falsum, si partes sint separata non erit in totum falsum.*
Etiamsi dolo fuerit in parte falso impetratū, remanet adhuc firmū, quoad jurisdictionem, nisi opponatur, n.49.
50 *Opponens de subreptione contra Rescriptum, ipse debet probare.*
51 *Exceptio subreptionis ante litis contestationem, debet opponi.*
52 *Rescriptum in materia Justitia ad hoc ut validum sit, debet impetranti competere jus agendi tempore impetrationis.*

LAte egimus in prima parte de narrativa facienda pro
Gratia impedienda, ac fusissime tractavimus materiam
subreptionis, & obreptionis Rescriptorum Apostolicorum;
breviter hic tamen colligam ea, quæ pro valida
impetratione Litterarum Justitiæ sunt narranda, & quæ
subreptionem, vel obreptionem inducere possint. Et in
primis constituenda est regula generalis, quod omnia ea
sunt Principi narranda, quæ removere possunt ejus mentem
a concedendis talibus Litteris; hanc regulam constituit 1
Doctus Jacobus Menoch. *in suo tractatu de arbitrariis Judicum
lib. 2. centur.* 3. *casu* 202. *nu.* 2. *&* 3. ubi quamplurimos
citat, & hoc apud omnes est receptum, & quotidie
canonizatur a Sacra Rota.

Deinde dico, quod Rescriptum seu Litteræ Apostolicę
in materia contentiosa, & justitiæ in duplici casu possunt
impetrari, vel in casu appellationis post latam sententiam
definitivam in secunda instantia (cum usque ad tertiam
conformem non habeat executionem paratam, ut in Clem.
prima de sententia, & re judicata) vel cum lite pendente
impetratur alius judex. In primo casu in Commissione ex- 2
poni debet Papæ, quod, orta lite in Curia Ecclesiastica seu
Episcopali N. inter Oratorem, & N. fuit ab eadem Curia
nulliter, & injuste contra ipsum Oratorem per definitivam
sententiam, vel per decretum vim definitivæ habentem
pronunciatum, a quo sentiens se gravatum, appellat, &c.
& petit judicem in partibus; secundum enim novissimum
Tridentini *decretum*, *de Refor. seq.* 24 *cap.* 20. appellare
non licet nisi a definitiva, vel a definitivæ vim habente:
circa quam narrativam advertendum est, quod cum deserta
fuerit appellatio, hoc exprimi debet Papæ, alias Breve
appellationis esset subreptitium, quia hæc est qualitas quę
faciliter potest removere Principem a concessione Rescri-
pti, quia cum deserta sit appellatio, sententia transit in 3
judicatum, & executionem habet, juxta Text. *in c. cum sit
Romana, ubi communiter DD. de Appellationibus, clem.
sicut de Appellationibus*, Lancell. *de attentatis* p. 2. c. 12. *in
prima ampliatione n.* 32. late Robertus Maranta *in suo speculo
Aureo p.* 6. *verbo, & quandoque appellatur*, *a n.* 408. *cum
seqq.* Marchesanus *de Commissionibus* p. 2. §. 1. c. 3. Rota p.
13. *rec. dec.* 219. *n.* 1. Sic etiam cum appellatio fuerit deser-
ta hoc exprimi debet Papæ, alias rescriptum est nullum; 4
late Menochius *de Arb. d. casu* 202. *nu.* 46. qui plures DD.
cumulavit, Moneta *de commutat. ult. volum. c* 6. *nu.* 326.
Carolus Maranta Episcopus Juvenacensis *respons.* 95. *n.* 25.
tomo 4. *& resp.* 36. *per totam tomo* 5. etiamsi de desertione 5
non objiciatur, ut *in d. resp.* 95. *n.* 18. si tamen ex actis ap-
paret, ut dixit Minsingerus *observ.* 22. *centuria* 3. & tunc
si opponatur de subreptione ex hoc c. partes Judicis delega- 6
tæ non sunt aliæ quam videre, an sua sit jurisdictio, debet-
que super desertione primo pronunciare, Maranta *d. resp.*
36 *qu.* 5. *nu.* 16.

Quod etiam ampliat Menochius, si in Rescripto adsit il- 7
la clausula *non obstante sententia lata*; nam non per hoc
exponitur sufficienter, quod sententia per desertionem
transivit in judicatum; ita Menoch. *loco cit. nu.* 47. qui ci-
tat Felinum *in c. super Litteris*, *n.* 24. *de rescriptis*; nam
contra rem judicatam non datur rescriptum, Salgadus *de
reten. Bullar.* p. 2. c. 31. n. 8.

Sic cum ab appellatione, fuerit recessum rescriptum erit 8
nullum, quia non entis nullæ sunt partes, Menoch. *de
compar.* 1. *cap.* 3. *num.* 220. Salgadus *de retentione Bulla-
rum* 2. *part. capit.* 31. *num.* 36. *cum sequentibus*. Sic etiam
si post sententiam devenerint partes ad concordiam, Fari-
nacius *in repet. Judicialis quæst.* 81. *numer.* 21. Menochius
dicto casu 202. *num.* 55. Moneta *loco cit. num.* 327. Ex qui-
bus cum lata fuisset sententia in Tribunali Reverendæ 9
Nunciaturæ hujus Regni ad favorem Illustrissimi, & Re-
verendissimi Domini Donni Stephani Quarantæ Archie-
piscopi Amalphitani, contra venerabile Monasterium
Monialium Reginæ Cœli sub die, ni fallor, 23. Octobris
1673. interposita fuit appellatio ad Sanctissimum intra
legitima tempora; sed postea sub die trigesima ejusdem
Mensis fuit inter partes inita concordia, & Moniales re-
ceperunt ducatos centum triginta, &c. per medium Ban-
ci, & recesserunt expresse ab appellatione: sed postea
fecerunt expedire Breve appellationis de anno 1668. tri-

bus Episcopis præsertim Caven. a quo processum fuit
in causa. Consultus ego ab eodem Illustrissimo, & Re-
verendissimo Archiepiscopo, respondi, Breve esse sub-
reptitium, & nullius momenti ex duplici capite. Pri-
mo, quia appellationi renunciatum fuit, & sic sub fal-
so supposito impetratum, nam appellationi, super qua
10 erat fundatum Breve jam fuit renunciatum, & ab ea
per concordiam recessum, quod Papæ narratum non
fuit. Secundo, quia elapsa erant fatalia ad litem prose-
quendam, cum sententia transivit in judicatum, qua-
tenus etiam non obstaret concordia: igitur cum non
extaret appellatio, nulla per dictum Breve fuit concessa
jurisdictio Judicibus Delegatis, ad Text. *in leg. finali
Cod. de don. rescript.* Gratianus *cap.* 17. *sub num.* 3.

Cum vero impetratur Rescriptum adhuc non termi-
nata causa per sententiam committitur causa alteri Judi-
ci: quod certe apud nos patitur maximam difficultatem,
11 quia causæ omnes coram Ordinario terminandæ sunt,
prout in Sacro Tridentino *decreto sess.* 25 *cap.* 20. san-
citum salubriter fuit; ideo cum hæ litteræ impetrantur,
in primis facienda est mentio litis, per tex. *expressum in
cap. super Litteris de rescriptis*, *ubi glosa* & DD. præ-
12 sertim Felinus *num.* 12. etiam si per solam citationem lis
esset introducta, quia per solum actum lis dicitur intro-
ducta, per tex. *in Clem. secunda ut lite pendente*, late
Lancell. *de Attentatis par.* 2. *cap.* 4. *numer.* 641. Meno-
chius *dicto casu* 242. *num.* 5. *&* 7. Moneta *dicto cap.* 6. *num.*
13 318. quod ampliat Menoch. etiam si citatio esset tantum
decreta, & si non executa, adhuc de lite introducta
est facienda mentio, Menochius *loco cit. n.* 8. Moneta *di-
cto cap.* 6. *num.* 318. idem est si Rescriptum esset tantum
14 impetratum pro adjungendo collega Judici, Menochius
num. 6. Lancellotus *de Attentatis dicto cap.* 4. *num.* 649.
15 Et non solum ipsa lis, verùm & tota substantia causæ,
& processus quoad articulos particulares est narranda,
Boetius *in cap. super Litteris*, *num.* 22. & Menochius *num.*
29. Moneta *dicto cap.* 6. *num.* 319. *vers. non solum*, Cardo-
sa *in praxi Judicum verbo rescriptum*, *num.* 13. Lancellot-
tur *loco cit. n.* 646. qui dixit, quod non suffragatur illa gene-
16 ralis clausula, *non obstante litis pendentia*, erit tamen ar-
bitrarium Judici secundum Menochium *loco cit*, *num.* 33.
quando dicatur facta sufficiens mentio litis, & processus
quoad articulos principales, si tamen fuerit in causa conclu-
sum de hac conclusione specifice fieri debet mentio, Me-
17 noch. *loco cit. num.* 40. Moneta *nu.* 323. exprimi etiam de-
bet coram quo lis est agitata, & cum quibus personis, Me-
18 noch. *num.* 34. *&* 39. Moneta *num.* 322. nec in hoc simpli-
citas excusat, nam omissio per simplicitatem etiam subre-
19 ptionem inducit, Menochius *loco cit num.* 11. Lancellot-
tus *dicto cap.* 4. *numer.* 650. Moneta *dicto cap.* 6. *num.* 318.
20 De lite autem, a qua cessatum fuit longo tempore,
non est facienda mentio, secundum Menochium *loco cit.*
num. 13. Moneta *loco cit. numer.* 316. Item si lis pacto,
21 & conventione sopita fuerit, de ea non est facienda
mentio, Menochius *num.* 15. Lancellotus *dicto cap.* 4.
22 *num.* 655. Sicuti de lite nulliter agitata, & processu
nullo non oportet mentionem facere, prout scripserunt
23 quamplurimi, Afflictus *decis.* 366. Menoch. *loco cit.*
Cardos. *loco cit. num.* 14. Nec de sententia nulla, de
qua, etsi transivit in rem judicatam, non est facien-
da mentio, dixit Felinus *in d. cap. super Litteris de re-
script. num.* 14. Menochius *dicto casu* 202. *num.* 51. Mo-
neta *num.* 325. nisi fuerint tres conformes sententiæ.
24 Nec de lite facienda est mentio, cum Rescriptum di-
rigitur eidem Judici, coram quo prius lis pendebat,
25 Menoch. *loco cit. num.* 25. sic cum causa est in eodem
statu quo aperitur coram uno Judice, si alteri commit-
tatur, nam si specifice, & punctualiter non narretur
causæ status non inducitur subreptio, Menochius *num.*
26. *dicto casu* 202.
26 Item cum Rescriptum est super re diversa, ut si lis sit
super possessione, & Rescriptum super proprietate, Me-
nochius *d. casu* 202. & Lancell. refert decisum pro vali-
ditate Rescripti, & sententiæ, in quadam causa, in qua
lite pendente super adjudicatione cujusdam administratio-
nis bonorum quibusdam Monachis per Papam conces-
sorum per adversarium non facta mentione litis com-
missa fuit causa super subreptione concessionis Papæ.
27 Nec in causa Matrimoniali oportet de lite mentio-
nem facere, secundum Menochium *loco cit. numer.* 19
& 20. Lanc. *loco cit. n.* 656.
28 Sic cum Judex se incompetentem declaravit, hujus li-
tis mentio non est facienda, Menoch. *n.* 23. Moneta
dicto cap. 6. *num.* 319. *vers.* 6.
Et cum tertius venit ad causam, pro suo interesse non 29
habet necessitatem in Rescripto delegatorio de lite inter
alios agitata mentionem facere, secundum Menoch. *loco
cit.* Lancell. *d. c.* 4. *n.* 662.
Hic congrue venit discutienda illa quæstio, quam pro- 30
posuit Salgadus *de reten. Bullar. part.* 2. *capit.* 6. §. *unico*
scilicet, an Litteræ Apostolicæ sub Annulo Piscatoris
munitæ habeant eandem vim ac si manu propria fuerint
firmatæ pro avocatione causarum ab Ordinariis, & aliis
Judicibus validæ deputentur. Et Salgadus strenue susti-
net, non sufficere, quia in Concilio Tridentino expres-
se cavetur, quod pro Avocatione causarum ab Ordina-
riis in prima instantia, & Commissione aliis Judicibus
Rescriptum debeat signari propria manu Sanctissimi, ut
legitur in dicto *cap.* 20. *sess.* 24. *de reformat.* istas ta-
men Litteras, & Brevia, cum Sigillo Papæ munitas seu
munita non esse subscriptas manu propria Sanctissimi,
sed Officiales Curiæ postquam Litteras confecerint Sum-
mo Pontifici deferunt sigillandas cum Sigillo, quod
semper penes se retinet: sed Papa pro multitudine cau-
sarum, de eis certam notitiam non habet, & quamvis
adsit Bulla, & Motus proprius Gregorii XIII. incipiens,
Ad Romani Pontificis; dicit tamen Salgadus quod ille
Motus proprius quia loquitur de Brevibus Cameralibus
expeditis super Beneficiis reservatis, non sit extendendus
generaliter, sed restringendus ad limitata, de quibus
loquitur, ut fusius ipse discurrit.
Sed parcat mihi Salgadus, quoniam ratio, & stylus 31
est in contrarium; ratio, quia Motus Gregorii loquitur
de omnibus Brevibus in generali; declaravit enim Papa
ille, quod Brevia sigillata Annulo Piscatoris habeant
eandem vim, ac si propria manu fuerint munita Ponti-
ficis: & quamvis Commissiones non signet ipsemet Pa-
pa, sed ejus Officiales, præsertim Eminentiss. Cardinalis
Præfectus Signaturæ, attamen hoc facit expressa facultate
a Sanctissimo sibi concessa, & sic videtur ac si ipsemet
Papa firmasset, stylus autem inconcusse servatur, ut istis
Brevibus eadem fides præstetur, idemque habeant robur
ac si in istis adesset Papæ propriæ manus subscriptio;
quare omnino recedendum est a dicta doctrina.
Censet etiam Salgadus *dicta part.* 2. *cap.* 5. *a num.* 18. 32
cum sequentibus, quod suspectus datur Ordinarius, cum
eligendi sunt Arbitri, qui de causa suspicionis videre
debent coram eodem Ordinario, juxta Tex. *in cap.* 1. *de
rescript. in fine*, *&* *in cap. cum speciali de App. Trident.
sess.* 14. *c.* 5. *de reformatione:* ideo antequam alteri Judici
causa committatur debet præcedere ista discussio, & con-
stare de suspicione, alias aperietur via fraudibus, & re-
cedendi ab Ordinario, & prius debet cessare Ordinarii
jurisdictio, & de medio tolli, & ideo cum hæc sit quali-
tas fundamentalis, debet præcedere Commissionem, &
delegationem, nec sufficit secundum Salgadum, quod
recusatio interveniat post actum, sed debet præcedere.
Verum hodie servatur quod cum causa ab Ordinario
avocetur, & alteri committi petitur, quod, ut dixi, dif
ficillime conceditur, narrata Papæ existentia litis in par- 33
tibus, & quia Episcopus, vel ejus Vicarius animose pro-
cedit, ut narratur factum, & ideo illum habet suspectum,
& quod sit promptus jurare, prout jurat in manibus
Sanctissimi; quapropter non sperat consequi justitiæ
complementum: & quia durum est coram suspecto Judi-
ce litigare, ideo, &c. formula autem Commissionis po-
nitur in Appendice Ruberti *de modo procedendi fol.* 173.
Cum fuerit a Sede Apostolica impetratum Breve sive
Rescriptum ab una parte, si ab altera aliud Rescriptum,
seu Breve obtineatur, non facta mentione primi Rescri- 34
pti, seu Brevis, secundum est nullum, & subrepticium
ut expresse legitur in *cap. ex parte il primo*, *&* *cap.
Cæterum de rescriptis*, late Menochius *loco cit. num.* 62.
Moneta *cap.* 6. *num.* 329. Rota *par.* 14. *recent. dec.* 365.
n. 5. quod procedit etiam si primum fuerit mutuo con-
sensu partium impetratum, nam adhuc de primo, in 35
secundo rescripto, ab altera parte impetrato, mentio con-
tineri debet, alias est nullum, Moneta *num.* 330.
Et non solum quando unum Rescriptum impetratur
ab una parte, & aliud ab alia; si in secundo non fuit fa-
cta mentio de primo, est nullum secundum, juxta dispo-
sitionem dictorum jurium; verum si eadem pars duo im-
petraverit Rescripta, primum uni Judici, secundum di-
verso Judici directum; si in hoc secundo non sit facta
mentio

mentio primi, nullum erit utrunque: prout expresse dis-
ponit ut in *cap. ex tenore de rescrip.* late Moneta *loco cit.*
36 Pax Jordanus *tom. 3. lib. 12. tit. 6. n. 105.* Old. *de rescrip.*
praelud. 9. n. 98. quod procedit etiam in casu Appellationis:
& cum secundum auget primum, de primo semper men-
37 tio est facienda, late Menochius *loco cit.* verum tamen si
primum fuerit validum, si nullum, de eo non oporter face-
re mentionem, Menochius *loco cit. n. 81.* Moneta *dicto*
cap. 6. num. 340. Cardos. *in verbo rescriptum num. 17.* qui
inducit ad hoc tex. *in cap. oblato §. contra sententiam, de*
Appellationibus.

Si tamen Rescriptum impetratum primo loco ab una
parte fuerit generale, secundum ab altera parte speciale,
non erit subreptitium secundum, si non fuerit de primo
in eo facta mentio, Menochius *loco cit. nu. 74.*

Communis est DD. sententia, quod Litteræ Apostolicæ
39 Justitiam continentes subreptitie, vel obreptitie obtentæ,
sive per falsi suggestionem, sive per veri taciturnitatem,
non sunt ipso jure nullæ, sed tantum ope exceptionis, ad
differentiam Litterarum gratiam continentium, ut nota-
vimus in dicta prima parte; adde Glossam *in cap... §. quia*
nonnulli, de rescriptis, in verbo, ultra duas dietas, in ulti-
mis verbis, Felinus *in c. super Litteris n. 30. de rescriptis*,
ubi Antonius de Butrio *n. 13.* Oldradus *de rescriptis*, Lan-
cell. *de attentatis 2. par. c. 4.* Trentacinquius *lib. 1. resol. 5.*
n. 9. Cardosa *loco cit. in verbo rescriptum*, & omissis in-
numeris, Rota penes Burattum *dec. 226. n. 13.*

Hinc communiter dicunt, quod processus factus a De-
legato dato in Litteris subreptitiis, si contra Litteras non
fuerit oppositum, validus erit; quia in Litteris subreptitiis
40 in materia contentiosa datur jurisdictio, ut dicit Inn. *in*
cap. super Litteris, de rescriptis nu. 5. Rota *dec. 91. nu. 35.*
penes Rubeum *tom. 1.* Oldradus *variarum lib. 1. sess. 5. n. 21.*
41 Rota *loco cit. num. 22. & seq.* & assignat rationem: quia
Litteræ Justitiæ fundantur in lite, & non super narrativa
partis; ideo subreptio respicit formam, non substan-
tiam, & jurisdictio quæ datur in dictis Litteris de per se
42 est firma, licet tantum sit eludibilis per exceptionem,
Magistralis est Glossa *in cap. ad audientiam il secundo 31.*
in ordine de rescriptis, in verbo in irritam circa medium,
Rota *recent. par. 4. dec. 375. num. 6.* & hanc exceptionem
43 esse proponendam ante litis contestationem, quia est tan-
tum declaratoria; & sic in hujusmodi contentiosis Litte-
ris mendax precator non caret impetratis, sed gaudet me-
ro jure, licet per exceptionem jus suum elidi possit, Ol-
dradus *loco cit. n. 95.*

Limitatur tamen in Rescripto Avocatorio, quia cum
44 sit odiosum ipso jure erit nullum, si subreptitie fuerit ob-
tentum, Rota penes Burattum, ubi late Ferentillus per
tex. *in cap caterum de rescriptis*, Rota *dicta decisione 375.*
n. 7. 8. parte 14. recen. Trentacinquius *variarum lib. 1. re-*
sol. 5. n. 13.

Hæc sane communis est DD. sententia; verum me non
latet, Abbatem Panormitanum, Barbosam, & Boetium
in dicto cap super Litteris, quos novissime sequitur Do-
45 ctissimus Gonzalez *in eodem capitulo*, docere, Rescripta,
seu Litteras Apostolicas Justitiam continentes, si dolo-
se, subreptitie, vel obreptitie fuerint impetratæ, esse ipso
jure nullas, nulla adhibita distinctione inter Litteras
Gratiæ, & Litteras Justitiæ, quæ cum sic impetratæ
fuerint nullæ, ipso jure non probant, per text. *in dict. cap.*
ad Audientiam de rescriptis cap. finali, de filiis presbyte-
rorum in 6. & per tex. *in dicto cap. super Litteris*, ex illis
verbis, *Nullatenus cognoscat*, quæ verba nullitatem ipso
jure important, juxta Tex. *in authen. si qua Mulier, Cod.*
ad Vellejan. Tiraquellus *in l. si unquam, Cod. de revocan-*
dis donationibus, verbo Revertatur, num. 293. & hoc et-
iam demonstrant illa alia verba dicti Tex. *in cap. super Lit-*
teris, Careat penitus impetratis, quæ verba nullitatem
important jure, *l. & si legibus ff. si contra jus, cap. sedes,*
de rescriptis; adducit etiam rationem: quia in quolibet
Rescripto saltem tacite adest illa clausula, *si preces veritati*
nitantur: cum vero sunt Litteræ subreptitiæ, deest illa
conditio, & sic ex intentione concedentis vitiatur Rescri-
ptum: item dolus nemini prodesse debet; qui enim veri-
tatem celat, vel falsum exprimit, magnum committit de-
lictum, *l. idem ff. de dolo*, ideo non debet absque pœna re-
manere, quod utique remaneret, si Rescriptum, in quo
dolus commissus est, veritatem tacendo, vel falsum ex-
primendo, esset validum mero jure. In pœnam igitur con-
cludit Gonz. *a n. 8. cum sequentibus*, Rescriptum esse nul-
lum ipso jure: si tamen simplici ignorantia sit adeptum, erit
validum, si non fuerit causa concessionis, dummodo
ignorantia fuerit probabilis & justa, alias affectata non ex-
cusare a nullitate, ut Oldradus docet.

Dicit igitur Gonzal. quod delegatus cum ei causa a Pon-
tifice committitur debet primo videre de veritate aut falsi-
tate ipsius Rescripti, & si subreptitium declaravit, in ne-
gotio principali omnino supersedere debet: si vero rescri-
ptum valeret, tunc in negotio principali procedet, Gon-
zalez *loco cit. num. 81.* qui etiam dicit, quod jurisdictio qua
nititur delegatus ad inquirendam veritatem precum a jure
communi procedat.

Hanc sententiam Gonzalez in puncto juris credo probabilis-
simam, verum contrarium in praxi servatur: quoniam
Rescripta ad lites, & in materia justitiæ continent interes- 46
se partium duntaxat, non autem Principis; ideo pars in
cujus præjudicium tendit Rescriptum, debet sibi consule-
re opponendo subreptionis exceptionem, contra Rescri-
ptum impetratum ab altera parte: quod si non opposuerit,
sibi imputet, & non opponendo videtur proprio juri re-
nunciasse: neque commodum ex falsitate suggesta, vel ve-
ritate tacita reportabit pars sic impetrans Rescriptum: quia
si altera pars opposuerit de subreptione, vel obreptione,
tunc Rescriptum nullum remanebit: & quamvis in o-
mni Rescripto adsit illa clausula, *si preces veritati nitan-*
tur; tamen quando agitur de partium interesse, pars
ipsa, quæ se gravatam sensit, debet opponere, cum nul-
lum Papæ præjudicium inferatur per talem Judicis datio-
nem, neque tollitur jus parti, cum solum formam conti-
neat; quod secus est in gratiosis, in quibus conceditur
substantia Gratiæ, ut dicit Oldradus *loco cit. num. 37.* quod
hæc clausula, *si preces veritati nitantur*, in Rescriptis
Justitiæ, non facit Rescriptum conditionale, sed respectu
exercitii tantum parte opponente.

Notandum est etiam ad propositum, quod scripsit Car-
dosa, quod Rescriptum Justitiæ non vitiatur si commit-
tatur falsitas super merita causæ, vel circa exceptionem 47
peremptoriam, quia proceditur ut juris, aliter tamen di-
cit, si falsitas committatur circa merita processus judicis
delegati, vel circa exceptionem dilatoriam.

Etiam notandum est, quod cum subreptio fuerit adhibi-
ta in una parte Rescripti, cum partes sunt separatæ, non 48
in totum erit Rescriptum nullum, cum in Rescriptis Justi-
tiæ subreptio non annullat in totum, ita Oldradus *de re-*
scriptis loco cit. n. 16. Trentacinquius *dicta resol. 5. nu. 22.*
quod ipse intellexit, nisi fuerit dolosa subreptio, vel nisi 49
fuerit causa totius Rescripti, *dicto nu. 22. vers. declara-*
tur, & vers. secundus casus: sic cum falsum narratur, dicit
Trentacinquius, quod non in totum vitiatur Rescriptum
nisi dolus etiam adhibitus fuerit; sed quod si cum dolo sit
impetratum Rescriptum, non vitietur in totum, sed rema-
net firmum quoad jurisdictionem, si non opponatur, Ol-
dradus *loco cit. n. 96.* quem vide.

Qui de subreptione contra Rescriptum opponit, ipse 50
debet probare: quia est fundamentum suæ intentionis ad
excludendum judicium, Trentacinquius *d. resol. 5. n. 23.*
vers. in 2. casu, quod procedit, cum ante litem contestatio-
nem fuerit opposita, si post litem contestata, actor ipse
debet probare hanc intentionem, idem Trentacinquius
vers. declaro secundo, n. 25. & 26. qui etiam dicit, quod 51
cum exceptio subreptionis delatoriæ opponitur ante litis
contestationem debet proponi, si peremptorie post litem,
cum tamen esset notoria subreptio, etiamsi peremptoria
proponatur, potest ante litis contestationem proponi, vel
cum offeratur incontinenti probari. Vide ipsum &c.

Demum notandum est, quod ut Rescriptum in mate-
ria Justitiæ sit validum, impetranti debet competere jus
agendi tempore, quo impetratum est Rescriptum, ita ut 52
non sufficiat litem supervenire: sufficit tamen ut de eo
tempore adesset lis, licet post impetrationem desierit, An-
tonius de Butrio *in cap. super Litteris de rescriptis.*

CAPUT III.

De Litterarum necessaria Expeditione, & præsentatione coram Delegatis, & quibus Litteræ Justitiæ a Sede Apostolica delegantur.

SUMMARIUM.

1 *Vigore Litterarum Justitiæ in materia contentiosa fabricatur processus, sine quibus esset nullus.*
2 *Litteræ Apostolicæ debent præsentari originaliter coram Judice deputato.*

Judex Delegatus, licet in habitu jurisdictionem habeat a die signata commissionis, non tamen in actu, & ejus exercitium, nisi post præsentationem, ibid.

3 *Acta omnia ante præsentationem Litterarum confecta, etiam si Judex sciret causam sibi commissam, etiam parte non opponente, sunt nulla.*

4 *Judex Delegatus aliam jurisdictionem non habet præter illam, quæ in Litteris suæ commissionis continetur.*

5 *Judex Delegatus non potest in nihilo limites tributæ jurisdictionis excedere.*

6 *Judex Delegatus debet procedere secundum formam suæ commissionis, rescriptumque accurate ponderare, & considerare.*

7 *Apostolica Rescripta diriguntur duntaxat in Dignitate constitutis.*

Canonicus Cathedralis Ecclesiæ potest esse Executor Litterarum Apostolicarum, ibid.

8 *Canonicus, qui tempore præsentationis Litterarum erat talis, si post cœptum negotium desinat esse Canonicus, potest nihilominus in causa procedere.*

9 *Si delegatio fuerit realis, nempe Dignitatis, v.g. Vicario, si post cœptum negotium desierit esse talis, in causa non potest amplius procedere.*

10 *Merus Executor non oportet quod sit in Dignitate constitutus, nisi in Litteris adsit illa Clausula*, vocatis vocandis.

11 *Delegatione facta Vicario, non potest Episcopus Litteris exequi nisi per viam subdelegationis, & vice versa.*

12 *Qualitas Dignitatis Delegati necessaria erit in subdelegato.*

13 *Delegatus debet causa sibi commissa cognoscere in loco in quo Dignitatem, cujus respectu fuit eadem facta delegatio.*

14 *Delegatio facta Episcopo unius Civitatis debet in sua Diœcesi de causa cognoscere, & non extra.*

Limita, nisi de expresso consensu partium extra Diœcesim procedat, n. 15.

16 *Episcopus, qui in aliena Diœcesi reperitur ob justam causam, potest ibi de negotio sibi commisso cognoscere, dummodo in Litteris fuerit dictum v.g. Episcopo Caven. Neapoli commoranti.*

17 *Delegatus potest alteri subdelegare, non tamen totam causam extra Diœcesim ubi reperitur alteri subdelegare.*

Delegatus potest examen testium extra Diœcesim commorantium alteri ibi committere, ibid.

18 *Contrarium sustinet* Campanilis.

19 *Papa Delegatus ubique exercet jurisdictionem.*

20 *Sententia, & judicium* Authoris *in hac materia.*

QUæ diximus in 1. *par. c.* 2. de necessaria expeditione Litterarum Gratiæ, conveniunt etiam in hac materia Litterarum Justitiæ, & eo fortius: quia Litteræ Justi-
1 tiæ, & in materia contentiosa deserviunt pro foro externo, & inter partes, & super ipsis fabricari debet processus, & ipsarum vigore sententiam proferri; ergo per necessaria est Litterarum expeditio, alias processus totus corruet tanquam factus absque fundamento; & licet aliqui Domini dixerint, quod Litterarum expeditio in materia gratiosa pro foro conscientiæ non sit necessaria, ut notavimus ibi, cum gratia dicatur perfecta eo ipso, quo supplicatio fuerit a Papa signata; attamen in hac materia contentiosa nullus est, qui negat, expeditionem necessariam esse: habemus etiam Regulam expressam Cancellariæ 27. in qua prohibitum est omnibus Judicibus, tam in Romana Curia, quam extra, ne Judicent juxta Supplicationum signaturam, sed juxta Litterarum expeditarum tenorem; quæ regula habet locum in omnibus impetrationibus, quæ a S. Sede Apostolica emanant, cujusmodi est impetratio Judicis, & dicta regula habet etiam locum in Judicibus extra Romanam Curiam, Alph. *glossator ibidem n.* 6. Cocchier. *num.* 34. adest etiam alia Regula Cancellariæ 29. seu 30. in qua expresse mandatur, quod super Commissionibus expediendæ sint Litteræ, alias processus est nullus.

2 Litteræ non solum expediri debent, sed necessario coram Judice deputato originaliter præsentari; nam licet Judex habeat jurisdictionem in habitu a die signatæ Commissionis, non tamen in actu, & ejus exercitium, nisi postquam fuerint sibi Litteræ præsentatæ, & sic a die præsentationis, prout probatur exprese in *c. super eo il.* 20. 12. *in ordine, extra de Appellationibus, in fine, ibi: Et tunc terminus incipit currere, cum Judicem contigerit Litteras recepisse*, Glossa *in clem. de procuratoribus vero receptis*, Lanceil. *de Attentatis* 2. *part. c.* 4. *n.* 147. Gratianus *c.* 120.
Rota apud Dunozet. Juo. *dec.* 428. & penes Rubeum *par.* 3
4. *tomo* 1. *dec.* 9. & *tomo* 3. ejusdem Rubei *dec.* 129. & 131. qui Tomus est ab Anno 35. usque ad 37. & *par.* 9. *tomo* 1. *dec.* 264. *n.* 15. novissime Gonzalez *in c. quia quæsitum nu.* 13. *de off. delegati*, quo receptum est ab omnibus DD. qui docent, quod processus, & acta omnia essent nulla etiamsi Judex scivisset causam sibi commissam, ac etiam parte non opponente, prout exprese habetur in *d. dec.* 264. *n.* 18. *par.* 9. *recent.* quia hic defectus provenit ex carentia jurisdictionis ante præsentationem Litterarum, quem pars non potest supplere per suum consensum.

Cujus resolutionis optima & clara est ratio; quia Judex 4
delegatus non habet aliam jurisdictionem, quam illam; quæ continetur in Litteris suæ Commissionis, secundum cujus formam, ordinem, tenorem, & continentiam debet procedere; nam, ut dicit Oldradus *de rescripto, tit. loco n.* 2. in Litteris Justitiæ forest substantia, & forma, nec in aliquo potest excedere limites sibi traditæ jurisdictionis citra virium nullitatis, prout scribit Paulus I. C. *in l. diligenter ff. mandati*, & Inn. tertius *in cap. cum dilecta de rescriptis*, Gaillus *obser. lib.* 1. *observ.* 35. *n.* 2. & 3. Pax Jordanus *tomo* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 48. Gonzalez *in c. quia quæsitum de*
Officio Delegati n. 13. Rota *part.* 8. *recent. dec.* 197. & *par.* 5
10. *dec.* 250. *n.* 9. & *par.* 14. *dec.* 399. *nu.* 7. Et Delegatus qui extra limites suæ jurisdictionis procederet, habetur ut privatus: quia extra Commissionem, & præter formam sibi traditam, nullam habet jurisdictionem, ut docet Gaillus *loco cit.* Salgadus *de rescrip. par.* 4. *cap.* 4. *nu.* 22. debet ergo juxta tenorem suæ Commissionis procedere, & observare ejus limites, nec in aliqua parte ultra, præter, vel contra agere, & inoffenso pede ambulare, alias vitium nullitatis committeret, debetque videre Rescriptum suæ
Commissionis illudque bene accurata diligentia ponderare, 6
perscrutari, & considerare, ut probatur in dicta *c. diligenter*, quod quidem necessario supponit Rescripti præsentationem.

Rescripta seu Litteras Apostolicas justitiam continen- 7
tes Sedes Apostolica dirigit duntaxat in Dignitate constitutis, juxta Decretum Bonif. VIII. *in c. statuta de rescrip. in* 6. in quo exprese cavetur, ut nullis nisi Dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, causæ, aut Litteræ Sedis Apostolicæ vel Legatorum ejusdem de cætero committantur: quare Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ causa Apostolica committi minime potest, ut asserit *ibi glossa, verb. Cathedralium*, quam communiter sequuntur DD. ibidem & cæteri Scribentes, qui etiam docent, quod tempus præsentationis
Litterarum Apostolicarum attendi debeat, ita ut sufficiat 8
habere hanc qualitatem, nempe Dignitatis, vel Canonicatus, tempore quo fuerint Litteræ præsentatæ; nam si post cœptum negotium desinat esse Canonicatus, potest nihilominus in causa procedere, ita docent Barbosa *in cap. statutum de rescrip. n.* 20. & de potestate Episcopi *alleg.* 54. *n.* 155. Ripolla variarum *c.* 1. *a n.* 90. *cum pluribus sequentibus*, Tuschus Littera D. *concl.* 145. *n.* 15. Riccius in Praxi *rerum quotidianarum resol.* 413. sed de hac resolutione dubitat maximopere Marchel. *de commis. p.* 1. *c.* 6. *nu.* 63. illam tamen acriter defendit Monera *de commut. ult. volunt. cap.* 8. *a n.* 161. *cum pluribus sequentibus*, & ad contrarium respondet; verum *n.* 169. illam restringit, & intelligit, ut vera sit, quando delegatio fuerit personalis, nempe expresso nomine proprio Canonici, seu alterius Dignitatem habentis, & quod dimiserit Dignitatem, post transquilsam citationem, sic re non integra, & non sit Dignitate privatus in pœnam, nec statum incompatibilem susceperit, quam sententiam puto veram; ex qua deducitur, quod si delegatio fuerit realis, nempe Dignitati: v. g. Archidiaco-
no, vel Vicario, si desiit esse talis, non posset amplius in 9
causa procedere, ut infra suo loco; existimat etiam Barbosa *in dicto cap. statutum nu.* 25. quod cum Papa dispensaverit in ætate ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali, huic non posse committi causam a Sede Apostolica. Item merum Executorem non oportere esse in Dignitate constitutum, nisi adesset clausula in Rescriptis, *vocatis vocandis*, sic nec Judicem compulsorialem oportere Dignitatem habere, ibidem Barbosa *n.* 23. & 24. qui alios citat, prout de nudo ministerio scribit Pax Jordan. *Tomo* 3. *tit.* 6. *n.* 18. *lib.* 13.

Cum

Cum tamen delegatio est facta Vicatio, non potest Epi-
11 scopus Litteras exequi, nisi per viam subdelegationis, & viee versx, ut diximus in prima parte; & adductis adde Ripullam *variarum cap. 1. n. 448.* Moneta *de commut. ult. vol. cap. 5. n. 527.* Barbosa *de off. delegati n. 9.* Riccius in Praxi *rerum quotid. resol.* 419. Genuensis *in praxi dicto c. x0. in fin.*

12 Hanc qualitatem Dignitatis cum habere oporteat immediatus Sedis Apostolicæ Delegatus, a fortiori debet habere Subdelegatus; quamvis enim, ut dicemus, Delegatus Papæ tanquam a S. P. possit subdelegare, attamen cui subdelegat debet habere eandem qualitatem Dignitatis, de qua in *cap. Statutum*, in quo omnes concordant, Ancharanus *in dicto cap. statutum §. in nullo n. x. de rescriptis in sexto*, Barbosa *ibidem n. 4. & 7. & in cap. cum D. num. x de off. Delegati, & Alleg. 54. num.* 138. Riccius in Praxi *dec.* 104. & in Praxi *rerum quotid. resol.* 419. *& resol.* 89. Maranta *resp. 70. num.* 3. Menochius *conf. 17. num. 8. tom.* 1. Genuen. in Praxi *cap. 70. num.* 3. Tuschus *lit. D. concl.* 145. *num.* x qui dicit, quod in hoc non juvat partium consensus, Pax Jordan. *tom. 3. lib. 13. tit. 6. num.* 16. alias esset processus nullus, Robertus Maranta *in speculo Aureo 5. distin. par. 4. n.* 50.

13 Delegatus autem debet de causa, sibi commissa cognoscere in loco, in quo obtinet Dignitatem, cujus intuitu facta fuit eadem delegatio, ut expresse dicitur in dicto *cap. Statutum §. nullo*: ibi; In nullo quoque casuum prædictorum Judex extra Civitatem, seu Diœcesim, in quibus deputatus fuit, citet partes, nec de causa sibi commissa cog-
14 noscat. Unde fit, ut si Delegatio sit facta Episcopo alicujus Civitatis, debet in sua Diœcesi de causa cognoscere nec extra suam Diœcesim etiam de licentia Episcopi, in cujus Diœcesi commoratur, ita expressa docent Campanilis *in divers. juris Canonici rub. 11. cap. 13. num. x14. cum sequenti*, Maranta *respons. 70. cap.* 3. Marches. *de commiss. cap. 6. num.* 84. Pax Jordan. *dicto lib. 13. tit.* 6. Riccius *in Praxi rerum quotid resol.* 4x1. Genuen. *dicto cap. num.* 15. nisi tamen expressus consensus partium accedat, ut dicitur
15 in *d. §. nullo*, ita ut non sufficiat tacitus consensus, ita Campanilis *loco cit.* Maranta *loco cit.* ita ut non sufficiat tacitus consensus, prout est constitutio procuratoris, ut dicit Maranta *dicta resp.* 70. Riccius *loco cit.* ac etiam debet accedere consensus Ordinarii, Campanilis *loco cit.* hæc duo copulative requirit, non tamen sufficit sensus Ordinarii loci absque consensu partium, quia consensus Ordinarii non potest tribuere jurisdictionem, & decisum, Mara-
16 nta *loco cit.* Verum si in Litteris Apostolicis fieret mentio, quod Episcopus, cui committitur negotium, reperitur in aliena Diœcesi ob aliquam causam, & diceretur: Episcopo Cavensi v. g. Neapoli commoranti, tunc posset Neapoli negotium expedire, Marches. *dict. cap. 6. num.* 84. Campanilis *loco cit.* Riccius *loco cit.* & Genuensis *dict. cap. 70. num.* 15. Merolla *tom. 3. disp. 4. cap. 4. dub. x7. numer.* 285.

Non solum Delegatus debet expedire negotium in Diœcesi ubi reperitur, cum ratione Dignitatis loci sit ei nego-
17 tium commissum; verum cum subdelegat non potest totam causam extra eam subdelegare, examen tamen testium bene potest extra proprium locum committere, ne testes defatigentur: adest Magistralis decisio penes Dunozett. juniorem 508.

Sed Campanilis *loco cit.* strenue sustinet contra Genuen-
18 sem in Praxi *cap. 85. sub num.* 15. quod Delegatus extra locum suæ Diœcesis non potest testes citare: verum in meo libro est *cap.* 20.

Sed Papæ Delegatum ubique jurisdictionem exercere
19 posse scripsit Purpuratus *conf.* 437. nec egere territorio, sed habere generale territorium, dixit Riccius in sua Praxi Episcopali *par. 1. vers. sed tertium*, & ex eo Ripolla variarum, *citato capit. num.* 974. & ratio est clara, quia Papæ Delegatus Papam Delegantem repræsentat, ut monstravimus supra. Cum ergo Papa jurisdictionem habeat in totum orbem terrarum, & in qualibet Diœcesi est Ordinarius, Delegatus utique potest in qualibet Diœcesi jurisdictionem exercere absque licentia Ordinarii, quia non suam, sed Apostolicam jurisdictionem exercet, & ita docuit Genuensis *in adnotato cap. 70. sub n.* 15. quod scilicet in citatione non requiritur licentia Ordinarii, quando Delegatus citat aliquem sicut Delegatus.

Sed adverte, quod aliud est, Delegatum non posse ex-
20 tra locum suæ jurisdictionis jurisdictionem sibi demandatam exercere, aliud vero aliquod ejusdem jurisdictionis exercitium in aliena diœcesi exercitare, cum opus fuerit, absque Ordinarii illius loci licentia partes citare, vel testes examinare, vel quid simile; certum est enim quod totum negotium, seu totam delegatam jurisdictionem extra locum suæ residentiæ non potest exercere, quia delegatio sibi facta est intuitu Dignitatis, quæ Territorio circumscribitur; ideo definitum fuit dicto §. *nullo*, quod non possit extra suum Territorium delegationem peragere nisi consensus partium expresse accedat, quo accedente, nihil refert, an adsit vel desit consensus loci Ordinarii, qui delegatam jurisdictionem non potest impedire: cum vero aliquod exercitium demandatæ jurisdictionis opus est, ut peragatur in alieno Territorio, pro negotio principali commisso decidendo, tunc non requiritur expressus consensus partium, neque consensus Ordinarii loci, qui tantum requiritur cum jure proprio ordinario quis jurisdictionem vult exercere in aliena Diœcesi, non vero cum jurisdictione Apostolica utitur, quia Papa habet ordinariam jurisdictionem in qualibet Diœcesi, & Delegatus Papam Delegantem repræsentat: sufficit tamen in utroque casu quod Delegatus doceat se esse talem, Literas suæ demandatæ jurisdictionis ostendendo, & demonstret se esse talem qualem se facit, quod puto esset necessarium, ut dixit Gonzal. *in c. quæsitum de off. Delegati*, ni fallor.

C A P U T IV.

De variis Clausulis, in Litteris Justitiæ apponi solitis.

S U M M A R I U M.

1 *Clausula*, discretioni vestræ, *vel* conjunctim procedentes, *in Litteris Justitiæ apposita, operatur, ut unus sine altero in causa procedere non possit.*

Ampliatur, etiam si unus ex condelegatis esset impeditus, vel mortuus, adhuc alter in causa procedere non valeret, n. x.

Idem est, si pluribus simpliciter causa committitur; nam omnes procedere debent, n. 2.

3 *Uno ex Delegatis e vita decedente, tota expirat delegatio.*

Intellige, cum delegatio fuerit personalis, non autem sub nomine Dignitatis; nam tunc non extinguitur per unius mortem, sed suspenditur quousque fuerit alius in eadem Dignitate suffectus, eod. n.

4 *Nec unus sine alio procedere potest in causa, neque interloquendum absque labe nullitatis.*

5 *Uno ex prædictis Delegatis recusato suspecto donec suspicionis causa terminetur, omnium jurisdictio silet.*

6 *Clausula apposita in delegatione*, insolidum committimus, vel unus vestrum in causa procedat, *operatur, ut unusquisque possit procedere, ita ut inter eos sit locus præventioni.*

7 *Uno ex Delegatis cum Clausula*, insolidum committimus, *incipiente causam cognoscere, si postea fuerit justo impedimento detentus, potest collega in causa procedere in terminis, in quibus causa reperitur.*

Limitatur, nisi Judex qui cœpit subdelegasset alteri, quia tunc subdelegato incipiente, non potest collega se intromittere, n. 8.

9 *Mors præstat legitimum impedimentum.*

10 *Res non dicitur integra, dum unus ex Judicibus Delegatis causam cognoscere cœpit.*

11 *Plures Judices insolidum dati si ie, qui uti cœperit, uti suspectus legitime recusatus fuerit, potest alter Delegatus in causa procedere.*

Limita nisi jurisdictio non esset data insolidum n. 12.

13 *Delegatio facta Episcopo, in nomine Dignitatis, si negocio capto moriatur, in causa supersedetur usque ad adventum novi Episcopi, qui in delegatione succedit.*

14 *Clausula*, quod si non omnes, *seu*, quod si ambo interesse non possint, duo, vel alter eorum in causa procedat, *solet frequenter in Litteris Apostolicis apponi.*

15 *Clausula ista importat conditionem.*

16 *In Beneficialibus etiam si non constiterit de impedimentu, alter collega potest procedere.*

17 *Uno ex Delegatis suspecto recusato recusatione pendente potest alter in causa procedere.*

18 Commissa causa tribus cum Clausula, quod si non omnes, duo, &c. si unus moriatur, & alter suspectus allegatur, non potest unius causam peragere: sed eris recurrendum ad Papam delegantem.

19 Commissione facta pluribus cum clausula, quod si non omnes, &c. uno recusato suspecto, non sunt eligendi arbitri, ut causam suspicionis decernant, sed reliqui procedere valeant in causa.

20 Si Clausula prædicta non esset concepta conditionaliter, sed alternative per verba, ut omnes, vel duo, vel unus procedat, quilibet procedere potest.

21 Delegatio facta cum Clausula, quod si non omnes, licet existente impedimento alter posset procedere, cessante tamen admittitur ad causam in eo instanti, quo reperitur.

22 Clausula, sine præjudicio executionis Litterarum Apostolicarum, præservat jus judicis a quo.

23 Hæc Clausula præservat facultatem Executori Litterarum Apostolicarum, ut illas possit executioni demandare, non obstante judicio Ordinario.

24 Judex ad quem virtute dicta Clausula non potest in causa se intromittere ante executionem sententia lata.

25 Judex ad quem stante dicta clausula non impeditur quominus possit de sententia nullitate videre.

26 Judex ad quem potest per viam attentati, & manutentionis revocare executionem a Judice a quo nulliter factam.

27 Per dictam clausulam executio Judicis a quo præservata censetur, quatenus de jure sit rite facta.

28 Clausula prædicta concipitur aliquando diversis formulis.

29 Clausula, sine præjudicio executionis legitimæ præservat jurisdictionem Judicis a quo, ut possit ad ulteriora procedere.

30 Judex ad quem non potest dare impedimentum Judici a quo.

31 Limita, nisi fuerit nulliter processum, quia hoc casu nihil operatur dicta clausula, nec impedit quominus delegatus de Justitia causa cognoscat.

32 Modus si fuerit excessus in exequendo, hoc cognoscere spectat ad Judicem a quo.

33 Clausula, parito Litteris Apostolicis, inducit conditionem.

34 Clausula, parito Brevi, suspendit jurisdictionem, donec fuerit paritum.

35 Clausula prædicta obstat tertio & cuicunque venienti ad causam pro suo interesse.

Item importat fructuum restitutionem, n. 36.

37 Oblatio verbalis fructuum non sufficit, ut tollatur suspensio jurisdictionis, sed requiritur realis.

38 Quoad fructuum restitutionem hæc Clausula non afficit tertios, qui fructus non perceperunt,

39 Fructus probantur percepti ex possessione, verum datur probatio in contrarium.

40 Executio jam facta per hanc clausulam non revocatur.

41 Impedit mandatum de manutenendo.

42 Clausula, parito judicato, est etiam conditionalis, & operatur quod lis non censetur introducta coram Judice ad quem, nisi prius judicato pareat.

Intellige, quatenus juridice fuerit judicatum, n. 43.

44 Clausula, parito judicato, requirit omnimodam satisfactionem, alias non dat jurisdictionem.

45 Restitutio fructuum est facienda virtute dicta clausula, etiam si liquidi non sint.

46 Fructus prædicti debent liquidari, vel impetrari commissio quod præfigatur terminus, intra quem debet fieri liquidatio.

47 Termino elapso, proceditur ad ulteriora,

48 Expensæ non liquidatæ non veniunt sub hac clausula..

49 Fructus debent liquidari.

50 Expensarum restitutio fieri debet, si in illis fuit pars condemnata.

51 Compensatio huic Clausulæ satisfacit.

52 Quando est aliquid dimmittendum, sufficit verbalis dimissio.

53 Quando non est aliquid restituendum, sufficit patientia, & verbalis paritio.

54 Clausula prædicta afficit tertium venientem ad causam pro suo interesse.

55 Clausula, refectis expensis, est conditionalis, & importat ante omnia expensarum restitutionem, alias processus nullus est.

56 Depositum, fidejussio, vel oblatio de reficiendis expensis non satisfacit huic clausulæ,

57 Clausula hæc comprehendit etiam expensas factas in actibus, & processibus.

58 Hæc Clausula apponitur, dum adest res judicata.

59 Clausula, purgatis attentatis, est conditionalis.

60 Clausula, parito judicato, refectis expensis, & purgatis attentatis, & similes quæ per ablativum absolutum sunt concepta, inducunt conditionem, suum tamen effectum operatur respectu modi procedendi in causa.

61 Clausula, sine præjudicio trium conformium, consimilis est Clausula, parito judicato; nam operatur ut executio non possit retardari.

62 Conformitas debet esse in substantia, & qualitate, nec attenditur cortex verborum.

63 Una Sententia non debet plus continere, quam alia, sed in eundem finem tendere.

64 Difformis non dicitur ultima, si magis in specie declararet.

Sententiæ si sunt in una parte conformes, & in alia difformes, non impedit quin sit exequendum, n. 64.

65 Si difformitas erit in expensis, & in negotio principali uniformitas, erit in illo sententia exequenda.

66 Ultima Sententia quæ continet expensarum condemnationem, non dicitur difformis a duabus antecedentibus, si in eis non adest prædicta condemnatio.

67 Clausula, constito, semper importat conditionem, & inducit formam.

68 Pro satisfactione Clausulæ, constito de assertis, sufficit unum verificare.

69 Clausula, constito de bono jure, est conditionalis & est verificanda parte citata.

70 Clausula, constito de Litteris, intelligitur de Litteris simpliciter.

71 Clausula, si quid exequendum, operatur sententia executionem in ea parte in qua justa erit.

72 Impedit sententiæ executionem faciendam, non autem factam.

73 Debet justificari ex eisdem actis ad effectum, ut detur executio.

74 Secus ad effectum impediendi executionem; nam sufficit quod detegatur injustitia ex noviter deductis.

75 Clausula prædicta præservat viam executivam impediendo effectum suspensivum appellationis.

76 Operatur etiam quod possit concedi novum mandatum, quatenus primum fuerit invalidum.

77 Clausula, cum facultate manutenendi quem de jure, operatur quod executionem faciendam suspendit, legitime autem factam non afficit.

Attentata possunt revocari per Judicem ad quem.

78 Clausula prædicta non tollit possessionem captam, nec illam suspendit.

79 Litteræ Justitiæ fere semper solent continere clausulam, cum annexis, & connexis, emergentibus, dependentibus, incidentibus, atque negotio principali.

80 Clausula supradicta comprehendit omnia deducta in causa appellationis.

81 Emergens dicitur illud, quod respicit telam judiciariam, incidens, quod tangit negotium principale, & ab illo originem trahit.

82 Incidens debet esse ejusdem qualitatis cum negotio principali.

83 Clausula prædicta efficit, ut censeatur commissa tota causa principalis, & operatur cognitionem super possessorio.

84 Verba illa, & cum toto negotio principali, apponuntur ad tollendam omnem difficultatem.

85 Operatur etiam, ut censeatur commissa tam causa super possessorio, quam petitorio.

86 Prædicta clausula æquipollet clausulæ, quam, & quas, per quam Judex delegatus potest pronunciare prout in prima.

87 Clausula, revocatis attentatis, operatur, quod in causa principali procedi non potest, nisi revocatis attentatis.

88 Clausula, summarie, simpliciter, & de plano, tollit omnes solemnitates juris civilis.

89 Potest Judex expedire causas, & prout ipse Princeps sequi solam veritatem, omisso ordine juris.

90 Censetur sublatus ordo judiciarius,

91 Potest

91 *Potest procedere sine termino peremptorio ad sententiam.*

92 *Clausula prædicta non tullit substantialia judicii, sed breviores dat dilationes.*

93 *An per dictam clausulam*, summarie, *sint sublata probationes necessariæ, distinguit* Martha.

94 *Clausula*, sola facti veritate inspecta, *plus importat, quam clausula*, summarie.

95 *Judex stante dicta clausula non tenetur procedere ordine judiciario, sed solum jure gentium attento.*

96 *Possunt produci novi testes, & examinari etiam publicatis attestationibus.*

97 *Cumulari potest causa proprietatis, cum causa possessionis.*

98 *Solemnitates, quæ tendunt ad veritatem indagandam, per dictam clausulam non censentur ablata, & Delegatus eas servare tenetur.*

99 *Generaliter non tullit omnia, quæ continentur in Clem. dispendia de judiciis.*

100 *Clausula*, statum litis, & merita causæ, *operatur, ac si integro processus, & omnia acta fuissent in individuo expressa,*

101 *Hæc clausula operatur expressionem litis ad Gratiæ validitatem, quæ alias lite pendente impetrari non posset.*

102 *Pariterque præservat subreptionem, quæ inducitur per litis taciturnitatem.*

Non tamen prodest, cum adest res judicata, ibid.

103 *Per dictam clausulam licet evitetur subreptio, non tamen evitantur attentata, cum possessio capta fuerit.*

104 *Clausula*, etiam cum potestate citandi, & inhibendi etiam per edictum, constito de non tuto accessu, *operatur, ut possit Delegatus uti citatione ad valvas.*

105 *Ut decerni possit citatio ad valvas, requiritur illa qualitas non tuti accessus.*

106 *Affigi debet citatio per edictum, si est contra Clericum, in valvis matricis Ecclesiæ, vel sua residentia: si contra laicum, in foro publico, vel publica platea.*

107 *Citatio hæc debet affigi in valvis Ecclesiæ tempore quo divina celebrantur, vel multitudo populi ad divina concurrit.*

108 *Quanto autem tempore debet Edictum citationis affixum in valvis Ecclesiæ remanere, in jure non est expressum.*

109 *Executor citationis debet referre se citationem legisse, & affixam reliquisse.*

110 *Clausula*, appellatione remota, *importat, ut censeatur ablata per eam appellatio frivola, non autem juridica.*

111 *Hæc clausula non prodest tertio venienti ad causam pro suo interesse, sed tamen opitulatur nominato in rescripto.*

112 *Clausula*, dummodo non ultra tres dietas, *operatur, quod cum causa in partibus committitur, ne partes defatigentur, non potest ultra tres dietas delegari.*

1 Clausulæ, quæ apponuntur in Litteris Justitiæ, sunt diversæ ab illis, quæ in Litteris Gratiæ apponi solent; unde oportet has Clausulas explicare: & licet pro negotiorum varietate, variæ sint Clausulæ, quæ apponuntur in præfatis Litteris; attamen de usu frequentioribus hic agam, earumque efficaciam declarabo.

Multoties fit delegatio, seu Litteræ pluribus, vel pluribus diriguntur cum Clausula, *discretioni vestræ, vos conjunctim procedentes, &c.* & tunc effectus hujus Clausulæ est, ut unus sine altero procedere non possit: quia unica jurisdictio est eis distributa: & licet jurisdictio sit apud omnes insolidum, ejus tamen exercitium ita est apud omnes, ut non sit penes singulos, estque tunc electa industria personæ, ad Text. *in c. causam, & cap. cum causa, & uno delegatorum, cum cæteris coadjutoribus, de off. Delegati*, Martha *de Clausulis, clausula* 264. Cavalcan. *decis.* 46. *n.* 384. *lib.* 1. Rota apud Dunozet. jun. *dec.* 119. *num.* 345. Gonzal. *in c. scisitatus de rescriptis.*

2 Addo tunc, si unus impeditus, vel mortuus fuerit, alter nequaquam procedere possit, ut optime omissis aliis Gonz.

3 Sic si pluribus simplex causa committitur: quia tunc omnes procedere debent, nec unus sine alio potest procedere, ut loquuntur jure cit. Maranta *part.* 4. *dist.* 5. *an judicium sit ordinarium, n.* 31. Ripolla *variarum cap.* 1. *num.* 425. Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *de jurisdictione delegata, dub.* 13. *n.* 124.

Ita ut uno ex Delegatis vita decedente, tota expirat de- 4
legatio, ut in dicto *cap. uno delegatorum*, quod utique
procedit, cum delegatio fuerit personalis; nam si sub no-
mine Dignitatis, veluti Episcopo Caven. Nuceerien. & No-
lano; tunc per unius mortem non extinguitur, sed sus-
penditur delegatio quousque in locum mortui alter in ea-
dem Dignitate fuerit suffectus, Merolla *loco cit. n.* 120. Nec
unus sine alio procedere potest, nedum ad definitivam,
verum nec interloqui potest, ita ut sententia interlocuto- 5
ria nulla sit, si non ab omnibus simul promulgata erit, Ma-
ranta *par.* 4. *dist.* 5. *rub. an sit judicium ordinarium, vel de-
legatum, n.* 31. Molina *de justitia to.* 5. *disp.* 24. *vers. verum,*
Merolla *loco cit. n.* 129. & ante istos Abb. Panor. *in d. cap.
causam, notab.* 2. verum si contingat unum ex istis allegari
suspectum, donec suspicionis causa terminetur, omnium ju-
risdictio silet, & in suspenso stat, & cum causa suspicio-
nis justa, rationabilisque declarata fuerit, omnium jurisdi-
ctio cessat, ita cavetur in *c. licet de off. delegati*, observat
Merolla *loco cit. n.* 127.

Quandoque vero in delegatione facta pluribus ponitur 6
Clausula illa, *insolidum committimus*, vel *unus vestrum
in causa procedat*, tunc penes unumquemque jurisdictio,
& jurisdictionis exercitium est, & unusquisque potest pro-
cedere, ita ut inter eos sit locus præventioni, & uno ce-
dente aliorum jurisdictio silet, text. est apertus in *c. cum
plures de off. delegati in* 6. & tunc non tenetur expectare, ne-
que requirere alios, Barbosa *in clausula* 125. *n.* 3.

Si tamen unus inchoaverit, & postea justa causa sit im- 7
impeditus, sive ob infirmitatem, sive ob aliud impedimen-
tum; tunc potest alter Judex datus in causa procedere in
terminis, in quibus reperitur, ut aperte legitur in *cap. cum
plures*, nisi tamen hic qui cœpit subdelegasset alteri: quia
tunc subdelegato incipiente, non poterit collega se intro-
mittere, Gloss. *in c. cum plures, in verbo Recusaret, in fi-
no*, Moneta *c.* 8. *de commut. ultim. volunt. n.* 160. Cardos. 8
verbo rescriptum, n. 32. sic etiam si diem obierit extremum
Delegatus qui uti cœpit jurisdictione, alius seu collega po-
test procedere: quia mors præstat legitimum impedimen-
tum, ut explicat Barbos. *in d. cap. cum plures*, Martha *di-
cta clausf.* 274. *n.* 6. nam per unius electionem excluduntur
alii, sed non perpetuo, sed tantum quoad exercitium, ut
optime ac in puncto docet Salgadus *de retent. Bullarum,
part.* 1. *cap.* 10. §. 1. *num.* 6. & 7. qui etiam docet hujusmo-
di collegæ electionem in locum demortui posse fieri ab u- 9
traque parte, ut sit locus præventioni, nec in arbitrio im-
petrantis Rescriptum duntaxat erit, ut contra De Pac. *de
tenut. p.* 2. *cap.* 49. strenue sustinet Salgadus *loco cit. nu.* 14.
cum sequentibus, qui ad contraria respondet.

Ampliatur per Barbos. *in cap. cum plures, nu.* 1. si Pa 10
pa mortuus fuerit eo tempore, quo subdelegatus subintrat
ad causam, etiam si fuerit res integra, non sufficit, ut
fuerit vivus, vivente illo primo Delegato: quia cum uti
cœperit Delegatus non dicitur res integra respectu cau-
sæ, & per unus perpetuatur jurisdictio alterius, ut di-
citur expresse in dicto *cap. cum plures*, sed de hac re
suo loco.

Eadem ratione dicendum est, quod cum duo, vel plu- 11
res insolidum dati sunt Judices, si ille, qui uti cœperit,
suspectus legitime recusatus fuerit, poterit alter Delegatus,
seu collega in causa procedere in terminis, & statu, in
quibus reperitur causa instructa, Lancell. *de Atten. in præ-
fat. cap.* 6. *num.* 22. qui citat Felin. & Decium *in cap. cum
super de re judicata*, Moneta *d. cap.* 8. *num.* 650. contra
Covarr. *pract. num.* 36. *cap.* 26. cujus doctrinam refellit 12
Moneta *loco cit.* secus autem si delegatio non esset facta in
solidum, Lancellot. *loco cit. n.* 21.

Vidi tamen observatum in quamplurimis causis delega- 13
tis Episcopis insolidum, quod negotio cœpto per unum
Delegatum, si mors ejusdem contingat causa nondum
terminata, in causa fuisse supersessum donec & quous-
que novus fuerit electus Episcopus, qui succedit in de-
legatione facta antecessori sub nomine Dignitatis, ut in-
fra dicemus.

Clausula, *quod si non omnes*, sive, *si omnes interesse* 14
nequierint, seu, *si ambo interesse non possunt, duo, vel al-
ter eorum in causa procedat*, quæ etiam frequenter in Lit-
teris delegatoriis apponi solet, ut testantur Barbos. *clauf.*
125. Maranta *in praxi* 4. *part. dist.* 16. *annot.* 16. *num.* 5.
Gonz. *in cap. scisitatis, de rescriptis*, & alii Practici, de
qua habemus jura expressa in dicto *cap. scisitatus, & cap.
prudentiam tuam de off. Delegati*, operatur, ut duo, aut
unus possit in causa procedere. Debet ante omnia con-

ſtare de impotentia, aot nolentia alterios Collegæ, ſeu Condelegati non valentis, vel nolentis in cauſa procedere: quia dicta clauſula importat conditionem, ante cujus purificationem non tribuit aliquam juriſdictionem aliis, ſeu alteri conjudicibus delegatis; & ſi antequam conſtaret de impedimento, & voluntate, procederent alii, ſeu
15 procederet alius Delegatus, eſſet nullus proceſſus, ut expreſse dicitur in dicto *c. prudentiam tuam*, & ibi gloſsa, *in verbo non oſtenderit*, Maranta *dicta diſt.* 16. *n.* 5. Marcheſanus *de commiſſ. part.* 1. c. 6. *n.* 10. Barboſa *dicta clauſ.* 125. *n.* 3. 4. & 5. & noviſſime Gonzal. *in cap. ſciſcitatus de reſcriptis*, Merolla *loco cit. n.* 132.

16 Limitatur hoc a quamplurimis in cauſis Beneficialibus, in quibus ſi non conſtiterit de impedimento alterius, collega poterit procedere in cauſa, Folletius, & Maranta *part.* 4. *diſt.* 5. *rub. an ſit judicium Ordinarium*, *n.* 33. Vantius *de nullitatibus*, *rub. de nullitate defectu juriſdictionis n*, 180. Morella *loco cit. n.* 131. de qua tamen limitatione quam maxime dubito; nam non video quare in Beneficialibus hæc clauſula non debet operari ſuum effectum, cum ſemper importet conditionem.

17 Si tamen unus eſſet recuſatus ſuſpectus, an pendente hoc judicio poſſit alter Condelegatus procedere, dubitant noſtri DD. & quidem affirmat Moneta *dict. cap.* 8. *n.* 657. quia ad excludendum unum ex Condelegatis ſufficit eum vel nolle, vel non poſse intereſse ob aliquod impedimentum juris, vel facti, ut in dictis juribus allegatis: ut cum eſt recuſatus ſuſpectus unus ex Condelegatis clarum eſt, quod non poteſt intereſse; ergo alter, vel alii poſsunt procedere durante tali judicio ſuſpicionis. Alii tamen contrarium putant: quia per allegationem ſuſpicionis tantum ſuſpenditur juriſdictio, nec poteſt dici totaliter non poſse interveniri, ut requiritur ad hoc ut poſſint Condelegati procedere: ſed Moneta reſpondet ad hæc, & alia fundamenta, quem vide, ipſum tamen ſequitur Merolla *loco cit. n.* 634.

18 Quando tribus committitur cauſa cum hac clauſula, *quod ſi non omnes, duo*, &c. tunc ſi unus moriatur alter vero ſuſpectus allegatur, non poteſt onus cauſam peragere, ſed erit recurrendum ad Principem delegantem, niſi ille qui mortuus fuit vices ſuas ante mortem tertio remanenti, qui jam uti cœpiſset, ſubdelegaſset, & ita res non eſset integra, juxta text. *in cap. de off. Delegati*, notat Merolla *loco cit. n.* 135.

19 Et cum commiſſio eſt facta pluribus ſub hac clauſula, *quod ſi non omnes*, cum unus datur ſuſpectus non ſunt eligendi Arbitri, a quibus cauſa ſuſpicionis eſt diſcutienda, ſed reliqui, ſive alter Delegatus cauſam iſtam ſuſpicionis debet determinare, juxta tex. *in cap. ſi contra unum, de off. & poteſt. Judicis*, *n.* 6. & infra etiam dicemus, quod text. valde urget contra doctrinam Monetæ, quam nuper attulimus in dicto *c.* 8. *n.* 957. nam ſi cauſa ſuſpicionis eſt tractanda, & decidenda a Condelegato vigore clauſulæ, *quod ſi non omnes*, ſeu, *quod ſi ambo intereſſe non poſſunt*, prout loquitur text. utique ante hanc cauſæ determinationem ſuſpicionis non potuit Condelegatus in cauſa principali ſolus procedere.

20 Diverſa tamen eſt clauſula illa, *ut omnes*, aut *duo*, *vel unus*, &c. de qua in text. *in cap. cum plures, de offic. & poteſt. Judicis Delegati in* 6. quia tunc non concipitur conditionaliter, ſed alternative, & apud quemlibet non ſolum juriſdictio, ſed etiam ejus exercitium in ſolidum reperitur: ac idem dicendum eſt in hoc caſu, quod diximus ſupra, cum in ſolidum commiſſio facta eſt, & unus procedere poſſit, non opus eſt, ut conſtet antea de alterius impedimento, vel de nolentia procedendi: datur etiam inter ipſos præventio, quaſi unus uti cœperit, alterius juriſdictio ſuſpenditur, prout expreſse cavetur in dicto *c. cum plures*, notant Maranta *in d. p.* 4. *diſt.* 16. *n* 5. Marcheſ. *d. c.* 6. *n.* 101. Martha *clauſ.* 274. Gonz. *in cap. ſciſcitatus de reſcriptis*.

Quare bene advertendum eſt, quomodo concipiuntur Litteræ, & ſub quibus verbis hæc clauſula concipiatur; diverſum quippe eſt, cum concipitur negative, & conditionaliter, *quod ſi non omnes*, vel cum concipitur affirmative, *ut omnes*, *ut duo*, *ut unus*, &c. nam primo caſu exercitium juriſdictionis non eſt in ſolidum apud ſingulos, bene tamen in ſecundo: in primo caſu unus non poteſt procedere ſine altero, bene tamen in ſecundo unuſquiſque poteſt agere, & prævenire: in primo caſu, ut duo, vel unus poſſit jus dicere, & exercere juriſdictionem, debet conſtare antea de impedimento alterius juris, vel facti, ſecus in ſecundo.

Nota tamen, quod Ant. de Butrio *in cap. quoniam Abbas*, *n.* 2. *de offic. Deleg.* docet, quod cum eſt facta delegatio cum illa clauſula, *quod ſi non omnes*, licet exiſtente impedimento, admittitur ad cauſæ proſecutionem in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, nec antea geſta irritantur. 21

Clauſula, *ſine præjudicio executionis Litterarum Apoſtolicarum*, quæ apponitur in omnibus appellationibus a ſententiis latis vigore Litterarum Apoſtolicarum, ut ex Hieron. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancellariæ in adnotationibus* 22
n. 221. adnotavit Barboſa *Clauſula* 160. præſervat jus, & 23
facultatem Judicis *a quo*, ut poſſit citra vitium attentatorum exequi Litteras, & procedere ad ulteriorem executionem, & operatur tantum in devolutivo, Barboſ. *in d. clauſ.* 160. Ridolph. *in Prax. par.* 2. *c.* 8. *n.* 154. & 155. quare poterit Executor, non obſtante judicio ordinario, Litteras Apoſtolicas ſibi directas executioni demandare, Martha *in d. Clauſula*, *ſine præjudicio*, 160. *par.* 1. Rota *recent.* p. 13. *deciſ.* 56. *n.* 3. & 11. & *p.* 11. *deciſ.* 209. *n.* 2. in qua *n.* 3. dicitur, quod jam facta executionem præſervat: quod intelligit Barboſa *dicta clauſula* 160. *n.* 6. Litteris juſtificatis; nam tunc Litteræ Apoſtolicæ executionem paratam habent.

Per hanc Clauſulam Judex Delegatus *ad quem*, &c. 24
ante executionem ſententiæ latæ non poteſt ſe intromittere in cauſa, Riccius *in praxi aurea reſolut.* 433. *n.* 1. Barboſa *loco cit. n.* 4. quia non poteſt procedi in cauſa niſi paritis Litteris, Martha *dicta clauſ.* 160. *nu.* 7. attamen Judex *ad*
quem, ſeu Judex Appellationis non impeditur per hanc 25
clauſulam, quin poſſit videre, & cognoſcere de juſtitia, & injuſtitia, validitate, vel nullitate ſententiæ latæ, ſed tamen per eam præſervatur facultas Judicis a quo, ut poſſit ſuam ſententiam exequi, Ludoviſius *deciſ.* 91. Barboſa *dicta clauſ.* 160. *n.* 8. Rota penes Ruheum *tom.* 1. *part.* 2. *deciſ.* 506. quæ deciſio loquitur *de clauſ. ſine retardatione executionis Litterarum Apoſtolicarum*, quæ eadem eſt. Imo Judex *ad quem*, cum noverit ſententiam nulliter latam fuiſse, poterit per viam attentati, & manutentionis
executionem nulliter factam a Judice *a quo*, revocare, & 26
concedere mandatum de manutenendo, Rota cum March. *fol.* 368. *par.* 1. penes Burat. *dec.* 185. *n.* 7. *c.* 940. *n.* 15. penes Ludoviſ. *dec.* 91. penes Duran. *dec.* 114. Barboſa *clauſ.* 160. *n.* 11. 12.

Et quamvis de hac reſolutione multum dubitaverit Sacra Rota *in Burgen. Beneficii* 24. *Novembris* 1634. prout 27
obſervavit Beltraminus ad Ludoviſ. *dicta dec.* 91. attamen eadem Sacra Rota, ut idem Beltraminus dixit, pluries ſecundum dictam reſolutionem judicavit, nempe ut poſſit Judex *ad quem* per viam attentati, manutentionis executionem nulliter factam a Judice *a quo* revocare, & affert Beltraminus Rotæ deciſiones, in quibus fuit firmatum, per dictam clauſulam cenſeri præſervatam executionem Judicis *a quo*, quatenus a jure ſit locus executioni, & executio ſit rite facta, alias minime.

Nota, quod quandoque concipitur hæc clauſula hoc modo, videlicet, *ſine præjudicio executionis Litterarum Apoſtolicarum*, & hoc tunc ita concipitur, quando per Executorem fuit cognitum, & decretum ſuper executione Litterarum, ſeu fuit decreta executio, & mandatum relaxatum; aliquando vero concipitur abſolute, *ſine præjudicio Litterarum Apoſtolicarum*, quod ita concipitur, cum ſolum Litteræ fuerunt præſentatæ; attamen in ſubſtantia uterque modus concipiendi idem importat, nempe quod executio Litterarum Apoſtolicarum non impediatur, Rota apud Cocc. *dec.* 144. *n.* 8. 9. 10. 28

Similis eſt clauſula illa, *ſine præjudicio legitimæ executionis*, quem eundem habet effectum, prout late Oliverius, Beltraminus ad Ludoviſium *deciſ.* 232. per hanc etenim quoque cenſetur præſervata facultas, ſeu juriſdictio judicis *a quo*, ut poſſit procedere ad ulteriorem executionem uſque ad perfectam ſuæ ſententiæ, ſeu Decreti lati executionem, quia operatur, quod cauſa ſit commiſsa quoad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum, Scaccia *de Appellat. q.* 17. *limit.* 6. *membro* 7. *nn.* 22. & 24. Ridolphinus *in Praxi part.* 1. *cap.* 13. *n.* 491. & 492. Martha *clauſ.* 159. *n.* 9. Carolus Maranta *reſp.* 29. *n.* 10. *tom.* 5. 29
Rota penes Cavalerium *deciſ.* 4. apud Dunoz. Jun. *deciſ.* 30
612. *n.* 6. & 642. *n.* 4. & *part.* 14. *recent. deciſ.* 287. *n.* 5. & apud Eminentiſſimum Othobonum *dec.* 229. *n.* 3. & *p.* 14. *rec. dec.* 176. *n.* 7. & 178. *n.* 16. & *p.* 11. *dec.* 104. nec Judex *ad quem* poterit præſtare impedimentum judici *a quo*, quin poſſit hic proſequi uſque ad perfectam executionem

ſuæ

fuæ sententiæ, ut dicitur in dicta *dec.* 278. & poterit præfatus judex *a quo* procedere ad fructuum liquidationem, ut dicitur in d. *dec.* 228. *n.* 5. apud Emin. Otbob.

31 Hoc tamen procedit, quando executioni de jure locus fuit, & juridice fuit facta; nam si nulliter fuerit processum, vel cum dubitatur, an possessio fuerit attentata, vel ne, tunc talis clausula non operatur suum effectum, nec poterit impedire judicem delegatum *ad quem*, quin possit videre de justitia sententiæ, & cum injuste, nulliter competerit fuisse processum, omnia per viam attentatorum revocare poterit, ut de clausula, *sine præjudicio Litterarum Apostolicarum*, nuper diximus, Oliverius ad Ludov. *dec.* 232. Ridolphinus *in d. c.* 23. *n.* 493. Rota *p.* 8. *rec. dec.* 151. *num.* 7.

32 Et cum dubitatur, an fuerit excessus modus in exequendo, hoc spectat cognoscere ad judicem *a quo*, cujus jurisdictio fuit præservata ob dictam clausulam, Rota penes Rubeum *tom.* 1. *dec.* 8. *n.* 1. & 2. *qui Tomus est ab anno* 31. *usque ad* 34. Verum post scripta vidi *dec.* 466. *p.* 14. *rec. n.* 3. in qua dubitatur de ista resolutione; nam aliqui ex Dominis dictam clausulam intelligebant, ut per eam præservata dicatur jurisdictio judicis *a quo*, ut possit cognoscere de excessu executionis, & ibi allegatur decisio coram Emin. Othob. 196. *n.* 5. alii autem dicebant prædictam clausulam præservare solum executionem faciendam, ita ut, non obstante appellatione, possit judex *a quo* ad ulteriora in executione procedere; sed quando consumpta est jam executio, non posse eundem judicem amplius super hoc cognoscere, cum ad judicem appellationis spectet executionem, sin minus recte fuerit etiam per viam attentatorum revocare.

33 Clausula, *parito Litteris Apostolicis*, licet non tribuat jurisdictionem judici delegato, donec fuerit paritum Litteris, quia est concepta per ablativum absolutum, & consequenter inducit conditionem, juxta commune axioma DD. & optime Martha *claus.* 90. *p.* 1. attamen cum non adest materia præexistens, si eum in nihilo est parendum, non impeditur quin possit ad ulteriora procedere, Rota apud Dunoz. juniorem *dec.* 408. *n.* 3. & 4.

34 Eodem modo clausula, *parito brevi*, suspendit jurisdictionem, vel ejus exercitium, si acquisita fuerit jurisdictio, donec fuerit paritum; quare semper conditionalem jurisdictionem tribuit, Rota apud Cavalerium *decis.* 110. & 483. *p.* 10. *rec. dec.* 10. quapropter prius debet constare de paritione, & postea procedere debet judex, Ludovisius *dec* 36. Rota *rec. p* 2. *dec.* 142. Barbosa *clausul.* 98. *n.* 4.
35 & aliter procedente judice delegato processus est nullus, & sententia nulla, Barbosa *loco cit. nu.* 5. Obstat hæc clausula cuicunque ad causam venienti, Rota penes Ludovis. *loco cit. n.* 2. & *p.* 1. *in rec. dec.* 68. Barbosa *loco cit. n.* 6. sic afficit tertium ad causam venientem, Martha *claus.* 91. *n.* 7. Barbosa *loco cit. n.* 8.

36 Importat clausula hæc restitutionem fructuum, Martha *claus.* 91. *n.* 1. Barbosa *loco cit. n.* 4. Ludovis. *decis.* 50. Rota *rec. p* 14. *dec.* 33. *n.* 10. ita ut oblatio verbalis fructuum non sufficiat, sed requiritur realis ad hoc, ut tollatur suspensio jurisdictionis, ut dixit Barbosa *loc. cit. nu.* 14. & Martha *num.* 2. & cum fructus non sunt liquidati, liquidari prius
37 debent, & postea procedendum erit in causa, Martha *loco citat.* vel recurri debet ad Signaturam Justitiæ, a qua obtinetur rescriptum, ut facto deposito de fructibus illiquidis ad ulteriora procedi possit, notavit Barbosa *loco citat. num.* 15.

38 Quoad hanc fructuum restitutionem hæc clausula non afficit tertios, qui fructus non perceperunt, neque alios qui habent causam ab illo, qui perceperit, quia ponitur solum in odium ipsiusmet occupantis, Barbosa *loco citat. num.* 26.

39 Fructus probantur percepti ex possessione, verum datur probatio in contrarium, Barbosa *loco cit. nu.* 18. unde vel debet restituere realiter, vel probare se non percepisse, Rota apud Burat. *dec.* 646. *n.* 3.

40 Expensæ erogatæ sub clausula non comprehenduntur; ideo illis non refectis ad causam procedi potest, Ludovis. *decis.* 36. Cavaler. *decis.* 333. *num.* 5. Barbosa *loco citat. numer.* 21.

41 Executio jam facta per hanc clausulam non revocatur, Martha *d. clausula* 91. *num.* 10. impedit tamen hæc clausula mandatum de manutenendo, secundum Barbosam *loco cit. num.* 22.

42 Clausula, *parito judicato*, est etiam conditionalis, & operatur, quod lis non censeatur introducta coram judice delegato, nisi prius judicato pareatur; quare tantum opponi solet post tres conformes, Barbosa *loco cit. claus.* 97. *n.* 8. & 14. Martha *in dicta clausula*, quæ penes ipsum est 92. *in principio num.* 10. Rota apud Celsum *decis.* 230. *n.* 5. & 6. ita ut una sententia non sufficiat, Barbosa *loco cit. n.* 2. qui etiam dicit, quod nec sufficiat una etiam si transiverit in rem judicatam: sed de hoc dubito; nam sententia, quæ transivit in judicatum habet eandem executionem paratam ac tertia conformis.

Resolvitur tamen hæc clausula, *quatenus de jure judicetur*, Rota *in Faventina Monasterii*, coram Pennia, penes Mareh. *p* 2. *fol.* 148. *p.* 8 *rec. dec.* 218. *n.* 18. & 19. & *p.* 12. *rec. dec.* 322. *n.* 21. Martha *loco cit. n.* 8. 43

Requirit hæc clausula omnimodam satisfactionem judicati, alias processus est nullus ex defectu jurisdictionis, 44
Martha *loco cit. nu.* 7. & 10. Barbosa *n.* 10. unde in ea non
solum comprehenditur restitutio possessionis fructuum,
sed etiam refectio expensarum, Barbosa *loco cit. n.* 9. Lancell. *de attent.* 2. *p* *c.* 18. *n.* 28. Rota *recent* *p.* 12. *dec.* 322.
n. 13. sic tria complectitur, & hæc clausula, *parito judi-* 45
cato, plus importat, & comprehendit, quam antecedens
clausula. Et in quantum ad fructus, si liquidi non sunt, o- 46
portet eos liquidare cum præfixione termini, intra quem
fieri debeat liquidatio, vel impetrari commissio, ut præfigatur terminus, quo elapso, & liquidatione non facta,
procedi possit ad ulteriora, Martha *loco cit. num.* 5. vel ut
dixit Barbosa, impetrari debet commissio, quod facto deposito procedatur ad ulteriora; Barbosa tamen in hac clau- 47
sula *n.* 18. dixit, quod expensæ non liquidatæ veniunt sub
hac clausula: sed verius est, quod cum fructus debeant li- 48
quidari, sic debet fieri restitutio expensarum, cum in illis
fuerit pars condemnata; si tamen in illis non adsit res ju- 49
dicata, tunc certe non veniunt, nec sunt restituendæ,
Martha *loco cit. n.* 1. Rota apud Emin. Celsum *loc. cit. dec.* 230. apud Carillum *dec.* 3.

An autem satisfactum censeatur huic clausulæ per com- 50
pensationem, Rota penes Ludovis. *dec.* 392. tenuit quod sic: sed ab ea decisione recessum fuisse dicit Oliverius ibi, quem sequitur Barbosa *in d. claus.* 97. *n.* 16.

Quando est aliquid dimittendum, vere dimitti debet, 51
Barbosa *loco cit. n.* 13. si tamen non esset aliquid restituendum, tunc sufficit patientia, & verbalis paritio, secundum eundem Barbosam *n.* 11.

Afficit hæc clausula etiam tertium venientem ad causam 52
pro suo interesse in statu, & terminis, in quibus reperitur,
licet merum tertium non afficiat. Vide Martham *loco cit.* 53
claus. 92.

Clausula, *refectis expensis*, consimilis est superioribus, 54
quæ etiam est conditionalis, & ante omnia debet fieri refectio expensarum, alias processus nullus, Martha in hac
clausula, quæ est apud ipsum 144. *n.* 2. Barbos. *claus.* 192. 55
Rota *part.... rec. decis.* 16. & requirit integram satisfactionem veram, & realem solutionem, ut dicunt præfati
DD. & Rota apud Ludovis. *dec.* 492. ita ut non sufficiat de- 56
positum, nec oblatio, nec fidejussio de reficiendis expensis, Barbosa, Martha, & Rota *locis cit.* nec satisfactum censetur per cedulam Banchariam, ut dicit Barbos. *loco cit. n.* 4. qui citat Mareh. *p.* 3. *fol.* 408.

Sub hac clausula veniunt expensæ factæ in actibus, &
processus pro extrahendis Scripturis, & Instrumentis et- 57
iam in judiciis attentatorum, & etiam si fuerint actus nulli, Barbos. *loc. cit. n.* 9. datur etiam.

Apponitur etiam hæc clausula, cum adest res judicata, 58
prout dictum est de clausula, *parito*, Rota apud Cocc. *dec.* 47. *n.* 7. & utrique clausulæ pars, tacite non utendo, renunciare potest, Coccinus *loco cit. n.* 14. & 15. Rota *rec. p.* 12. *dec.* 322. *n.* 19.

Consimilis est clausula, *purgatis attentatis*; nam quo- 59
que est conditionalis, & intelligitur, quatenus de jure adsit, Rota *rec. p.* 8. *dec.* 208. *n.* 13. & 14.

Notandum est, quod omnes hæ tres clausulæ, nempe 60
Parito judicato, *refectis expensis*, & *purgatis attentatis*, & similes, quæ per ablativum absolutum concipiuntur, inducunt quidem conditionem, tamen effectum operantur respectu modi procedendi in causa; ubi enim reus vult procedere ad ulteriora in causa, tunc actor potest obiicere illi defectum jurisdictionis in Judice delegato, cui causa commissa est sub conditione, qua non purificata, illius jurisdictio remanet suspensa: verum si Actor petat purgationem attentatorum, expensarum refectionem, vel executionem rei judicatæ, ei non obstat defectus jurisdictionis in Judice, & consequenter licebit reo excipere defe-
ctum

ctum subrogatæ materiæ; nempe quod non sunt commis-
sa attentata, quod expensæ non sint factæ, & quod non
adsit res judicata; & tunc, & eo casu si Judex incipiat sus-
picari de Justitia Actoris ex defectu materiæ, abstinere de-
bet ab ulteriore processu, Marchel. *p.* 2. §. 1. *num.* 262. *fol.*
112. Rota *p.* 8. *rec. decis.* 218. *n.* 21. & 22. quæ decisio ea-
dem est penes Dunozett. jun. *dec.* 574.

61 Clausula, *sine præjudicio trium conformium*, consimilis
ast clausulæ *pariso judicato*, non operatur ut executio non
possit retardari, Rota apud Emin. Celsum *dec.* 180. *nu.* 1.
intelligitur tamen de tribus sententiis validis, Martha *clauf.*
163. Fereut. ad Burat. *dec.* 567. *nu.* 7. Rota *par.* 8. *decis.* 21.
nu. 3. & 4.

62 Conformitas debet esse in substantia, & qualitate, nec
attenditur cortex verborum, Rota *d. dec.* 21. *n.* 2. *p.* 8. *rec.*
63 & apud eundem Celsum *d. dec.* 180. *n.* 5. Non debet tamen
una continere plusquam alia, & in eundem finem omnes
debent tendere, Gabriel. *cons.* 56. *lib.* 1. Ferentil. ad Burat.
d. dec. 567. *n.* 8. si tamen ultima magis aliquid in specie de-
clararet, præsertim quando veniret in consequentia, non
dicitur difformis, Ferentillus *loc. cit.* Cum autem in una
64 parte fuerint conformes, & in altera difformes, diffor-
mitas non impedit executionem in ea parte, in qua adest
conformitas, Ferentillus *loco cit.* Rota apud Eminentiss.
Celsum *loco cit. n.* 2. & 3.

65 Sicuti cum solum difformitas est in expensis, uniformi-
tas tamen in negotio principali, sententia erit exequenda
in negotio principali, Ferentil. *loc. cit.* & si in ultima sen-
tentia sit facta condemnatio in expensis, non autem in
primo, & in secunda, hæc tertia non dicitur difformis
secundum eundem Ferentillum.

66 Hæc clausula quandoque etiam concipitur sub hac for-
ma, *constito de tribus conformibus*; nam semper intelli-
gitur de validis, ut ajunt DD. citati, quibus adde Barbos.
claus. 28.

67 Clausula, *constito*, semper importat conditionem, &
formam induceit, Rota apud Emin. Othob. *dec.* 153. Mar-
tha *claus.* 19. Barbosa *in eadem clausula, constito* 25. *in ordi-
ne*, ita ut prius debeat justificari quod in se continet, an-
tequam justificationem omne prohibet jurisdictionis exer-
citium, Rota apud eundem Othob. *n.* 3. & 4. requirit ve-
68 ras probationes, & concludentes, parte citata, Martha,
& Barbosa *loc. cit.* Rota *p.* 10. *rec. dec.* 105. *n.* 9.

69 Sic de clausula, *constito de assertis*, dicendum est, Barbo-
sa *clausula* 27. Rota penes Burattum *decis.* 124. *n.* 28. suffi-
ciet tamen unum verificare, Barbos. *n.* 2. & 3 Ejusdem na-
turæ est clausula, *constito de bono jure*, quæ etiam venit ve-
rificanda parte citata, & sufficit, ut in aliqua parte do-
ceatur de bono jure, licet non plene; de quo tamen bo-
no jure ex actis transportatis doceri debet, & non per
testes, Barbos. *claus.* 29. *n.* 1.

70 Clausula, *constito de Litteris*, intelligenda venit de Lit-
teris simpliciter absque eo quod Litteræ sint justificatæ,
sufficit tamen tunc Litteras adesse, Barbos. *d. claus.* 29. *n.* 2.

71 Clausula, *si quid exequendum*, regulariter apponitur
in Commissionibus in Curia, operatur tamen quod sen-
tentia sit exequenda in ea parte, in qua est justa, & intelli-
gitur prout de jure, & quatenus executioni locus sit,
Martha *in hac claus. quæ est apud ipsum* 169. *par.* 1. Barbosa
etiam claus. 169. sic præservat executionem in ea parte, in
qua vere subsistit, Rota *p.* 10. *rec. dec.* 166. *nu.* 4. & ut in
eadem decis. n. 6. dicitur, suspendit executionem, donec
per Judicem *ad quem* cognoscatur de justitia sententiæ,
seu mandati, Rota apud Dunoz. jun. *dec.* 642. *n.* 3. impe-
72 dit etiam executionem faciendam, non tamen factam,
Rota *d. p.* 10. *dec.* 208. *n.* 9. & 10.

73 Debet tamen justificari ex eisdem actis, Gratianus *cap.*
383. *n.* 3. Rota *rec. par.* 8. *dec.* 213. *n.* 14. Maranta *resp.* 9.
tom. 5. Barbos. *loco cit. nu.* 7. quod intelligit Martha ad effe-
74 ctum, ut detur executio, quia hoc casu debet justificari
ex eisdem actis; secus autem ad effectum impediendi, seu
ut non sit locus executioni, quia tunc justitia detegi potest
ex noviter deductis, Martham sequitur Barbosa *loco citat.*
num 9.

75 Præservat viam executivam impediendo effectum ap-
pellationis, quoad effectum suspensivum, si de jure exe-
cutioni locus sit, Rota, *dec.* 141. & 150. *par. ult. rec.* &
76 operatur etiam quod possit concedi novum mandatum,
quatenus primum fuerit invalidum, ut in dicta *decis.* 141.
& *dec.* 154. *n.* 14. *etiam p.* 11. *rec.*

77 Clausulam, *cum facultate manutenendi quem de jure*, so-
let apponere Signatura justitiæ in Commissionibus in Cu-
ria, & suspendit executionem faciendam: factam autem
non afficit, quando est legitime facta: si tamen fuerit at- 78
tentata, revocari poterit per Judicem *ad quem*, Rota *dec.*
305. *p.* 6. & *dec.* 168. *n.* 17. *p.* 8. & *decis.* 208. *p.* 10. & apud
Emin. Celsum *dec.* 43. *n.* 10. 11. & 12. & *dec.* 109. *n.* 10. &
241. *n.* 6. nec facit causam appellabilem, ut in *d. dec.* 208.
Hæc clausula non tollit possessionem captam, nec illam sus-
pendit, ut dictum est, sed tamen turbidam reddit, &
propterea per ipsam remittitur Judici *ad quem*, ut de hoc
cognoscat, & illi, cui de jure competit manutentio, con-
cedat mandatum, ut optime explicavit Emin. Othob. *in sua*
dec. 116. *n.* 26. & 27.

Fere semper in Commissionibus, Litterisque justitiæ 79
apponi solet illa salutaris clausula, *cum annexis dependenti-
bus, & incidentibus, & emergentibus, totoque negotio
principali*, de qua late agit Marchef. *p.* 1. *c.* 5. *a nu.* 72. *cum
seqq.* Menneb. *de arbitrariis n.* 2. *Cont.* 2. *Cas.* 167. & Bar-
bos. *claus.* 37. & 39.

Hac clausula comprehendit omnia deducta in causa ap- 80
pellationis, Rota *rec. p.* 12. *dec.* 234. *n.* 9. ac omnia illa, si-
ne quibus jurisdictio exerceri nequit, Marchef. *loco cit. n.*
74. Annexum dicitur, vel quia alterum dependet ab alte-
ro, vel quia ordinatur ad alterum, Martha *claus.* 28. &
Barbosa *claus.* 38.

Emergens dicitur illud, quod respicit telam judiciariam 81
prout dilatoriam, vel declinatoriam, Menoch. *n.* 82. & 89
Incidens quando tangit negotium principale, & ab illo
originem trahit, Marchef. *loc. cit. n.* 83. Emergens autem,
& incidens debent esse ejusdem qualitatis cum negotio 82
principali, Marchef. *n.* 81. sicut de annexis, & connexis
dixit Rota penes Rubeum *dec.* 104. *n.* 41. *est ab anno* 31. *us-
que ad* 34

Efficit hæc clausula, ut censeatur commissa appellatio
super tota causa principali, Barbosa *claus.* 37. etiam in pro- 83
prietate, Rota apud Emin. Celsum *decis.* 170. *nu.* 10. Mar-
chef. *loco cit. nu.* 89. sic comprehendit cognitionem super
possessorio, Marchef. *loco cit. n.* 81.

Et apponuntur illa verba, *& cum toto negotio principa-
li*, ad tollendam omnem hæsitationem, an Judex Dele- 84
gatus, cui committitur causa, possit videre, & senten-
tiare in negotio principali, ita ut non sit amplius redeun-
dum ad Judicem *a quo*, late Marchef. *loc. cit.* Barbosa *claus.*
39. qui dicit, quod commissa censetur, tam causa super pe- 85
titorio, quam possessorio. Hæc clausula æquipollet clausu-
læ, *quam, & quas*, per quam Judex delegatus potest pronun- 86
ciare prout in prima, sic servatur quotidie in Sacra Rota,
Dunoz. junior *dec.* 29. *n.* 1. & intelligitur, *revocatis atten-* 87
tatis; nam in causa prædicta non potest procedi, nisi re-
vocatis attentatis, March. *d. c.* 5. *n.* 96.

Clausula, *summarie, simpliciter, & de plano*, quæ et- 88
iam commissionibus delegatoriis apponi solet, tollit o-
mnes solemnitates juris Civilis, Martha *claus.* 180. Bar-
bosa *claus.* 176. *n.* 11. Maranta *in Speculo Aureo p.* 14. *dist.* 9.
num. 8.

Potest tunc Judex expedire causas prout ipsemet Prin- 89
ceps, quoniam potest sequi solam veritatem, omisso ordi-
dine juris, ut dicunt DD. præfati; sic censetur sublatus 90
ordo judiciarius, ut dicit Barbos. *nu.* 7. & Martha *nu.* 5. &
potest procedere sine termino peremptorio ad sententiam,
idem Barbosa *n.* 9. Sic etiam die feriata, non tamen in ho- 91
norem Dei, possunt dari breviores termini, & incipi po-
test ab articulis, Barbos. *n.* 15. item testes interrogari, &
repeti ex officio, idem Barbosa *n.* 13. non tamen tollit sub- 92
stantialia judicii, sed breviores dantur dilationes, Mar-
chef. *c.* 5. *n.* 138. sic qualitates probationum non censentur
remissæ, Rota penes Rub. *par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 4. *n.* 6. quare
nec citationes tollit, nec necessarias probationes, Bar-
bos. *loc. cit. n.* 19. & 20. exceptiones autem, quæ proces-
sum retardant, per hanc censentur ablatæ, Barbos. *loco
cit. nu.* 16.

Sed Martha *loco cit. n.* 10. excitat dubium, an per hanc 93
clausulam, *summarie*, sint sublatæ publicationes necessa-
riæ? & ipse distinguit, & dicit, quod si causa est ordina-
ria, articulus tamen incidens, & emergens est summarie
decidendus, & tunc clausula, *summarie*, adiecta intelli-
gitur breviter, & non diminutive, quia tunc omnia sub-
stantialia judicii sunt adhibenda, sed breviori modo; ideo
dicit requiri libellum, & litis contestationem, & senten-
tiam diffinitivam, & assignari debent dilationes licet bre-
viores, & quod sint faciendæ probationes; nam alias tol-
leretur causæ cognitio: aut vero causa est de sua natura
summaria, & tunc si causa est favorabilis, puta alimento-
rum,

rum, &c. & tunc sufficiat semiplena probatio; si tamen
odiosa, plena, & tunc etiam si præjudicium potest repa-
rari per solum judicem, exceptiones, quæ requirunt al-
tiorem indaginem; nam illud aliud judicium remittere, si
men non alibi examinari possunt, tunc de illis videndum
est, alias tolleretur jus parti.
94 Addi etiam solet, *sola facti veritate comperta*, quæ
clausula plus importat, quam clausula, *summarie*, Mar-
tha *d. claus.* 180. Barbos. *claus.* 171. *n.* 2. Maranta *in praxi*
p.4. rubr. & an Judex sit competens, *n.*32. Sinore hac clau-
sula Judex non tenetur procedere ordine judiciario, sed
95 solum jure gentium attento, Clem. *sæpe*, *de verb. signifi-*
catione, Lancell. *de attentatis in præfat. p.* 1. *nu.* 45. & 46.
96 ideo potest Judex abbreviare dilationes a jure requisitas,
potest absque litis contestatione procedere, possunt produ-
ci alii testes, & examinari etiam publicatis attestationi-
bus, interrogare, & repetere testes eodem modo, quo
si parte instante, etiamsi in clausula fuerit conclusum,
& cumulari possunt causæ proprietatis, & possessorii, de
quibus late Martha *claus.* 368. Barbos. *claus.* 173. *per tot.*
98 Solemnitates autem, quæ tendunt ad veritatem indagan-
dam, non censentur ablatæ, & Judex delegatus eas serva-
re tenetur; nam hæc requiritur de jure gentium, & tan-
tum rigor juris Civilis remissus per eam censetur, ut di-
cunt DD. citati; sic dilationes abbreviare, sed non in to-
tum tollere potest, nec Judex Beneficium excussionis pot-
est tollere, nec alias legitimas defensiones, Barbosa *loco*
cit. n. 23. & 24. & generaliter non tollit omnia, quæ con-
99 tinentur in Clem. *dispendiosa*, *de judiciis*, Rota apud Du-
noz. jun. *decis.* 961. *nu.* 14. exceptiones autem de jure tertii
non admittit, idem Barbos. *n.* 21.
100 Clausula, *statum litis, & merita causa*, &c. operatur
ac si integre processus, & omnia acta fuissent in individuo
expressa, Barbosa *claus.* 174. *n.* 1. Per hanc clausulam dici-
tur facta mentio litis, ac si nominatim esset lis expressa,
101 & operatur litis expressionem ad Gratiæ validitatem, quę
alias non posse impetrari lite pendente, nisi facta mentio-
ne litis, Martha *claus.* 174. Barbosa *eadem clausula* 174. *n.*
3. Rota apud Dunoz. junior. *dec.* 332. sic etiam præservat
102 subreptionem, quæ inducitur ex litis taciturnitate, Bar-
bos. & alii locis citatis, non tamen prodest, cum adest
res judicata; nam tunc nihil operatur, Martha *loco citat.*
n. 5. *claus.* 77. *n.* 3. Ferentillus ad Buratium *dec.* 794. *n.* 12.
103 nisi tamen res judicata reducatur in controversiam, quia
tunc hæc clausula sufficit ad evitandam subreptionem, Fe-
rentillus *loco cit. n.* 13. qui etiam docet *n.* 14. quod hæc clau-
sula sufficit etiam si plures fuerint lites; & licet per hanc
evitetur subreptio, non tamen evitantur attentata, cum
possessio capta fuerit, Ferent. *n.* 11.
104 Clausula, *& cum potestate citandi, & inhibendi etiam*
per edictum constito de tuto accessu, quæ fere semper appo-
nitur in Rescriptis Justitiæ, operatur, ut possit Delegatus
uti citatione per edictum ad valvas: quia enim hic modus
citandi est exorbitans in Clem. 1. *de judiciis*, ideo non po-
test fieri nisi auctoritate Papę, Maranta *in Speculo part.* 6.
Rubrica, *recte conciliatur citatio*, *n.* 84. Marches. *de com-*
miss. p. 1. *c.* 5. *n.* 257. & 258. *ibidem* Marches. *n.* 259.
105 Ut discernis possit hæc citatio, requiritur necessario, ut
firmetur illa qualitas non tuti accessus per testium proba-
tionem, ut dixit Rota *par.* 9. *rec. dec.* 395. *n.* 11. & sufficiet
tunc quod Notarius examinet testes summarie absque in-
terrogatoriis, nec parte citata; imo sufficiet quod Judex
se informet de non tuto accessu, prout dixit Rota *ibidem*
nu. 8. & 9. & non tutus accessus dicitur probatus per unum
testem, Marches. *loco cit. n.* 277.
106 Affigi debet hæc citatio per edictum, si est contra Cleri-
cum in valvis Ecclesiæ Matricis, vel suæ Residentiæ, si
contra Laicum, in foro publico, vel publica platea, vel in
107 Palatio Curiæ, Maranta *loco cit. num.* 83. & debet affigi in
valvis Ecclesiæ tempore quo Divina celebrantur, & multi-
tudo populi ad Divina concurrit, ad hoc ut possit deve-
nire notitia Civitati, Marches. *loco cit. n.* 280. & affixio
debet esse in loco commodo, ut legi possit, Marches. *loc.*
cit. n. 265. & si non relinquitur affixa, non arctat, Lancell.
108 *de Attentatis* 2. *p. c.* 4. *n.* 99. quanto autem tempore de-
beat dictum citationis remanere affixum in valvis dicit
Maranta *loco cit. n.* 96. quod hoc non est in jure statutum,
& quod est Judici arbitrarium. Praxis tamen est, quod
relinquatur affixum per tot illos dies, qui pro termino ad
comparendum conceduntur: Executor tamen citationis
debet referre se citationem legisse, affixisse, & affixam re-
109 liquisse in locis consuetis, Marches. *loco cit. n.* 265. & 266.

Clausula, *appellatione remota*, importat, ut per eam 110
censeatur ablata appellatio frivola, non autem juridica,
ut concorditer ducent DD. & quotidie in Rota canoniza-
tur: illud tamen advertendum hic est, quod non ita de fa-
cili apponitur hæc clausula in Rescriptis delegatoriis extra
Curiam; cum tamen apponitur, operatur tam in principa-
li, quam accessoria, seu incidenti, Barbos. *claus.* 9. *nu.* 4.
& intelligitur de definitiva, non autem de interlocutoria,
Barbos. *loc. cit. n.* 10. quoad effectum tamen suspensivum,
non autem quoad devolutivum, idem Barbos. *n.* 25.
Non prodest hæc clausula tertio venienti ad causam pro 111
suo interesse, sed tantum opitulatur in Rescripto nomina-
to, Martha *claus.* 12. *n.* 3. Barbos. *loc. cit. n.* 5. Lancell. *de at-*
tentatis, *appellatione pendente part.* 2. *capit.* 12. nec pro-
dest cum delegatus subdelegat; nam in subdelegato non
transit hæc prærogativa: Martha *loc. cit. num.* 12. De hac
clausula plurima scribunt DD. præsertim Barbosa *loco cit.*
sed, ut dixi, non solet de facili apponi in Literis Justitiæ ex-
tra Curiam: imo Oldradus *de rescriptis n.* 77. tenet, quod
in Literis Justitiæ non apponitur hæc clausula.
Apponitur denique clausula illa, *dummodo non ultra tres* 112
dietas: quapropter in mentem revocandum est, quod in
Concil. Generali Lateranen. ne partes defatigarentur, fuit
statutum, ne causa ultra tres dietas delegaretur, prout le-
gitur in *c. nonnulli de rescriptis*; a Bonifacio vero VIII.
fuit restrictum ad unam dietam: cum autem hodie com-
mittitur causa in partibus derogatur tam Concilio Lugdu-
nen. quam Constitutioni Bonifacii VIII. de una, & de
duabus dietis, dummodo non ultra tres: quid vero veniat
nomine dietæ, explicat Glossa *in d. c. nonnulli in verbo ultra*
duas dietas, ut scilicet intelligatur de vulgaribus, non de
legalibus, quam glossam communiter sequuntur DD. Me-
rolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *n.* 288. & cum Delegatus potest sub-
delegare, subdelegatus non potest ultra unam, vel duas die-
tas subdelegare, Rota apud Dunoz. jun. *dec.* 508. *n.* 7.

C A P U T V.

De Potestate subdelegandi, quam habet Delegatus a Papa.

S U M M A R I U M.

1 *Delegatus subdelegare non potest, quia nihil proprium habet.*
2 *Fallit in Delegato Principis, qui subdelegandi habet facultatem,*
3 *Delegatus Principis potest etiam collega suas vices tribuere.*
Amplia etiam si quis esset Papæ Delegatus ex partium consensu; nam adhuc subdelegare potest, *nu.* 4.
5 *Delegatus a Papa sive sit Delegatus ad universitatem causarum, sive ad unam causam subdelegare potest.*
6 *Delegatus Principis certe subdelegare valet.*
Etiamsi Delegatus esset datus cum clausula prælectionis; nam adhuc per eam non censetur electa industria persona, *n.* 7.
8 *Delegatus a Papa non potest totam causam alteri subdelegare, sed tantum aliquos articulos incidentes ad causam, secundum aliquos.*
9 *Papæ Delegatus potest totam causam alteri subdelegare.*
10 *Delegatus non potest subdelegare, quoties esset electa industria persona.*
11 *Quando committitur inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de ministris providere, videtur electa industria persona.*
12 *Electa industria persona censetur ex verbis in rescrip. deleg. verb. gr.* per te cognoscas, exequaris, *& similibus.*
13 *Verba*, per te cognoscas, *secundum* Martham *non important electionem industriæ personæ.*
14 *Clausula*, de tua providentia confisi, *inducit electionem personæ.*
15 *Industria personæ videtur electa, dum fit delegatio expresso, & proprio nomine Delegati.*
16 *Industria persona videtur electa dum committitur factum cohærens personæ ratione rei, puta accessus.*
17 *Delegatus cui committitur nudum ministerium, non potest subdelegare.*
18 *Per verbum*, præcipimus, mandamus, &c. *censetur electa industria persona, secundum aliquos.*

tur

19 *Clausula, super quo conscientiam tuam oneramus, inducit electionem industriæ personæ.*
Contrarium ibidem.
20 *Clausula*, secundum conscientiam tuam decidas, *importat electionem personæ.*
21 *Distinguit hoc* Marchel.
22 *Delegatus a Papa non potest alteri suas vices committere, quando negotium est grave, & arduum.*
23 *Aliud est esse electam industriam personæ, aliud negotium commissum personaliter exequendum.*
24 *Delegatus, cui committitur negotium personaliter exequendum, licet non potest subdelegare, cum consensu tamen partium bene potest.*
25 *Industriam personæ esse electam non ex verbis, sed ex negotio commisso dignoscitur.*
26 *Verba*, per te cognoscas, tu exequaris, *admittunt subdelegationem de consensu partium.*
27 *Industria personæ censetur electa, quando delegatio fit personæ cognitæ, alias secus.*
28 *Delegatio prohibetur subdelegare, dum in Litteris adest illa particula*, conjunctim, *quia tunc est electa industria personæ.*
29 *Delegatus debet servare formam Rescripti, alias inducit nullitatem.*
30 *In causis gravibus prohibetur subdelegatio, ut est causa meri Imperii.*
31 *Nudum ministerium, quando, & quomodo possit delegari.*
32 *Delegatus non potest subdelegare cum potestate subdelegandi.*
33 *Delegatus totam causam subdelegando totam jurisdictionem a se abdicat.*
34 *Delegatio facta cum clausula*, ut tamen Delegatus teneatur consulere Delegantem, *est, ac si totaliter delegasset.*
35 *Delegatus subdelegando partem causæ potest ad causam redire, sive res sit integra, sive non.*
36 *Delegatus, si subdelegat reservando sibi sententiæ prolationem, si Delegatus moriatur antequam sententiam proferat, subdelegatus sententiam proferre non potest.*
37 *Delegatio facta cum clausula*, donec revocavero, *mortuo Delegante potest ferre sententiam subdelegatus, quia per ejus mortem, non censetur revocata delegatio.*
38 *Delegatus non potest pluries subdelegare, quando in totum subdelegavit.*
39 *Subdelegatus debet habere qualitatem Delegati, scilicet, ut sit in Dignitate constitutus.*

1 QUia Delegatus nihil proprium habet, sed alienam
exercet jurisdictionem, prout ea *leg. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. ejus*, ideo recta ratione fuit statutum,
Delegatum subdelegare minime potest, ita legimus *l. fin.
ff. de offic. ejus, in l. a Judice, C. de judiciis.*
2 Attamen in Delegato Principis hoc non procedit, cui
a lege in reverentiam Principis, cujus exercet jurisdictionem, hæc subdelegandi tribuitur facultas, prout habetur in
eadem *l. a Judice, C. de judiciis*, & expresse legimus; &
rejectis aliis rationibus, hanc assignat Petrus Barbosa *in l.
cum prætor, §. 1. nu. 394. cum seqq. ff. de judiciis*, & cum
3 non sit Princeps in mundo Papa superior, hanc habere
potestatem fatendum est, prout cavetur in tot juribus, &
Sacris Canonibus, præsertim in *cap. si pro debilitate, de
offic. delegati, c. quamvis, c. Pastoralis, c. cum causam*,
& apud Canonistas est hoc tritum, & indubitatum, & allegare DD. me pudet, & tædet, & non solum alteri, sed
etiam ipsi Collegæ tribuere potest vices suas, & illum subdelegare, ut dicitur in dicto *c. quamvis*, Moneta *de Commut. ult. vol. c. 8. num. 577.* Gonzalez *in c. si pro debilitate
n. 2. de off. deleg.*
4 Quod etiam procedit, cum quis Delegatus fuerit a Papa ex partium consensu; nam adhuc habet potestatem subdelegandi, ut expresse cavetur in dicto *c. fin.* ibi, *licet ex
Off. nostro, vel assensu partium*, & ibi glossa in verbo,
negotiis, Lelius Zaccheus *de Repub. Eccl. c. 22. sub nu. 9.
vers. 2. ampliatur*, etiam si partes reluctarent; nam adhuc potest subdelegare, prout videtur dixisse eadem glossa
citata, & expresse tenet Panormitanus *ibidem n. 5.* Molina
de justitia, tract. 5. c. 15. Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 4. dub.
5. sub n. 43.*
5 Item procedit non solum, cum est ad universitatem causarum delegatus, sed etiam cum ad unam tantum causam
est delegatus, prout glossa in juribus citatis, & potestas
Delegato tribuitur; nam alias nullum haberet privilegium
Delegatus Principis; cum Delegatus ad universitatem causarum, esto quod non sit a Papa, potest subdelegare, ut
communiter fatentur Nostri, & colligitur ex *l. 1. §. ab eo
ff. qui, & a quo, l. legatus, ff. de off. proconsul.* ubi glossa
in verbo non posse, & in verbo a quo, glossa in *c. cum Causa de appellationibus, in verbo delegatus, in fine*, Maran- 6
ta *p. 4. dist. 5. an judicium sit ordinarium, n. 26. & 27.* late
Covarruvias *variarum lib. 3. c. 30. n. 10.* Merolla *loco cit. n.
45.* Igitur Delegatus Principis certe subdelegare potest,
sive ad plures, sive ad unam causam sit delegatus, Bellonus *de mandata jurisdictione c. 5. q. 4. n. 5.* Moneta *de commut. ult. volunt. c. 5. n. 543.* Merolla *loco cit.* & alii commu- 7
niter; etiam si sit datus cum clausula, *prælectionis*, puta
si datus fuerit cum clausula, *si non omnes, tu exequaris*;
nam per hoc non censetur electa industria personæ, Abbas *in c. fin. n. 4.* Menoch. *de præsumptionibus lib. 2. præsump.
2. n. 12.* Moneta *d. c. 5. n. 550.* Lælius Zacch. *loco cit. nu. 9.
vers. 2. ampliatur*, & alii citati: si tamen adesset verbum
geminatum, *tu tu exequaris, cognoscas, &c.* hoc casu
impeditur subdelegatio, ut dicunt Moneta, Zaccheus,
& alii.

Inter ligurior pleraque hanc communem sententiam, ut 8
procedat respectu alicuius articuli incidentis ad causam,
vel alicuius partis jurisdictionis commissæ; secus autem
respectu totius jurisdictionis delegatæ, quam in totum subdelegare posse negant Tuschus *Littera D. concl. 150. nu. 8.*
Menoch. ni fallor *c. 13.* & alii, sic etiam cum committitur
jurisdictio cum nudo ministerio, tunc posse Delegatum
delegare jurisdictionem; secus nudum ministerium.

Sed hanc intelligentiam refellunt alii, quia jura Canonica supra allegata generaliter concedunt potestatem subdelegandi Delegato Apostolico, nec distinguunt inter 9
unum articulum, & totam jurisdictionem demandatam;
quare cum indistincte hanc tribuant Delegato jurisdictionem, generaliter erunt intelligendi, ut optime Abbas *in
c. super quæstionum, §. porro n. 1. vers. Nota primo de off. delegati*, per hæc verba: Nota primo, quod Delegatus Papæ potest in totum jurisdictionem sibi commissam alteri
subdelegare, puta etiam pro parte: sed primo casu non
remanet Judex, secundo sic, Moneta *c. 5. n. 543. de commut.
ultim. volunt.* Scacia *de judiciis lib. 2. c. 9. n. 710. vers. limita primo*, Ruta apud Merlinum *dec. 698. n. 7. & p. 13. rec.
dec. 104. n. 10.*

Item limitant hanc sententiam quasi communiter DD. 10
ut non procedat quoties esset electa industria personæ, nam
tunc non posse Delegatum subdelegare fatentur, ita Abbas
in c. fin. §. is autem n. 6. de off. delegati, n. 6. & 7. ubi Barb.
n. 4. Moneta *d. c. 5. de commut. ult. vol. n. 533. & 547.* Maranta *in praxi judiciali p. 4. dist. 5. an judicium sit ordinarium, n. 69.* Pax Jord. *tom. 3. lib. 13. tit. 6. an. 30.* Alexan.
Spetella *dec. 106. sub n. 36. tom. 2.* Pater Fragosius *de reprob.
ex persona tom. 1. lib. 4. disp. 10. §. 1. n. 119.* Menoch. *de arbitrariis lib. 1. q. 63. n. 19. cum seq & 9. & de præsumptionibus lib. 2 præsumpt. n1. n. 2.* Lælius Zaccheus *de republ. Eccl.
c. 22. de judice delegato sub n. 9. vers. tertio ampliatur, in fin.*

Hæc sententia explicite probatur in *c. fin.* incipit, *quo- 11
niam, §. is autem de off. delegati*, ibi: (Præterquam si inquisitionem fieri vel Ecclesiis de Prælatis, vel aliis Ministris
provideri mandaremus, cum in his omnibus casibus industriam, & fidem personæ, cui talia committimus, eligere videamur.) idem probatur in *c. is cui eodem tit. in 6.*
ibi: (Quia circa eligendam personam ejus industria tunc
videtur electa, provisionem sibi commissam alteri demandare non potest.)

Explicant vero DD. quando dicatur electa industria per- 12
sonæ sive prohibita censetur subdelegatio: & quidem varii
varia dixerunt, electam esse industriam personæ, cum Delegatus utitur illis verbis, *per te cognoscas, exequaris, &c.*
vel, *per vos impediri mandamus*, Barbosa *in c. fin. de off.
delegati n. 8.* Pax Jordan. *tom. 3. lib. 13. tit. 6. n. 3n.* vel cum
dicitur, *tu tu, &c.* vel *tibi mandamus, &c.* Pax Jordan.
loco cit. n. 3n. 38. & 39. qui alios citat.

Sed quod per hæc verba, *per te cognoscas*, non censetur 13
electa industria personæ, nec per consequens prohibita subdelegatio, tenet Moneta *c. 5. n. 551.*

Electam esse industriam personæ, cum dicitur in dele- 14
gatione, *confisi de tua prudentia*, vel *de tua circumspectione confidens*, Barbosa *de fin. n. 5.* Spetella *dec. 106. n. 56. &
58.* Pax Jordan. *d. loco cit. n 30. c. 33.*

Insu-

15 Insuper electam esse industriam personæ, cum sit delegatio expresso nomine proprio delegati, per textum *in c. uno Delegatorum de off. delegati*, etiam per circumlocutionem, per textum *in c. licet ex quodam de testibus, c. tua de consanguinit. & affinit.* docet Pater Fragosius *de Republica Christiana, tom. 1. lib. 4. disp. 10. §. 1. num. 120. & 123. tom. 1.* sic cum nomen proprium, & Dignitas est expressum, Menoch. *arbitr. d. casu 968. nu. 16.* Fragos. *loco cit.* Item industriam personæ electam esse per clausulam, *vel coniunctim*, & isto casu denegatur subdelegatio, ex pluribus docuit Rota apud Dunoz. junior. *dec. 119. n. 3. 4. & 5.* Caval. *dec. 46. n. 3. & 84. lib. 1.*

16 Cum committitur factum cohærens personæ ratione rei, puta accessus, dicitur electa industria personæ, docet Moneta *loco cit. n. 554.*

17 Insuper, cum committitur nudum ministerium; nam tunc censetur electa industria personæ, & prohibita delegatio, Pax. Jordan. *loc. cit. tom. 3. lib. 13. tom. 63. n. 35.* Menoch.

18 Item per verbum, *præcipimus*, *mandamus*, *&c.* multi tenent, quod sit electa industria personæ, Marches. *p. 1. c. 3. n. 43.* alii vero negant, prout legitur in *tit. de off. deleg. nu. 80.* sic cum dicitur, *discretioni tuæ*; nam per hoc verbum inductam esse industriam personæ docet Barbos. *loco*
19 *cit. num. 11.*

Per clausulam, *super conscientiam tuam oneramus*, multi docent, industriam personæ esse electam, quos citat Moneta *claus. 371. p. 1.* ut refert Barbosa *loco cit. n. 12.* & multi alii Recentiores: quod negant plerique, præsertim Zaccheus *loc. cit. n. 9. vers. 4. limitatur*, Sperella *dec. 106. n. 47.*
20 Moneta *de Commut. ultim. volunt. d. c. 5. n. 553.* qui dicunt, quod cum dicitur *secundum conscientiam tuam decidas*, vel *conscientiæ tuæ committimus*, tunc dicitur electa industria personæ, Marches. tamen *p. 1. de commiss. c. 6. n. 90.* distinguit, quod aut dicitur *tuam conscientiam oneramus*, addendo verbum *in vim monitionis*, *& executionis*, & tunc procedit opinio illorum qui docent posse subdelegare, & non esse electam industriam personæ; aut vero non opponitur dicta clausula, sed subnectunt alia, *ut decidas secundum suam conscientiam*, & procedit illorum opinio, quod
21 censetur electa industria personæ, & non possit subdelegare; nam adest differentia, cum dicitur *secundum conscientiam*, & clausulam, *conscientiam tuam oneramus*; nam quando dicitur *secundum conscientiam*, impedit subdelegare, cum vero dicitur *tuam conscientiam*, *&c.* non, quia est in vim executionis, & non impedit: quare mihi videtur, quod Marches. & Moneta idem dicant.

22 Electam esse industriam personæ, cum negotium est grave, & arduum, omnes affirmant, Barbos. *d. c. fin. n. 5.* Menoch. *de Arbitrariis, q. 68. n. 15.* Moneta *c. 5. n. 533. & 554.* Pater Fragosius *loco cit. n. 23.* Pax Jord. *loco cit. nu. 40.* & alij passim.

23 Sed terret me Rotæ auctoritas in *Elboren. Thesaur. 23. Junii 1659.* coram Eminentissimo Cerro, quæ habetur in *dec. 104. p. 13. n. 11.* in qua sic dicitur; (Idque etiam si videretur electa industria personæ Executorum per clausulas apponi solitas, quæ faciunt Executorem mixtum, existente possessore; quia & si aliqui voluerint, quod etiam delegatus a Papa non possit quoad jurisdictionem, & causæ cognitionem alterum subdelegare, si electa sit industria ejus personæ, ut ponderatis verbis [mandamus, & præcipimus tibi] vel, (conscientiam tuam oneramus) vel cognoscere debeat seu, causam eandem ipse delegatus cognoscere debeat, aut, per se ipsum cognoscas; super quo emanavit etiam *regula 48. Cancellar.* plures auct. allegat Vantius *in tract. de Nullitatibus ex defectu jurisdictionis delegatæ sub nu. 21.* nihilominus verior, & receptior videtur opinio, quod iis non obstantibus subdelegare possit, ut interdum Executores deputati in Gratia *in forma dignum* cum clausula, *conscientiam tuam oneramus*, Rota *dec. 18. per totam de concess. preb. in novis*, ubi in fine dicitur, quod major pars DD. ita tenuit, & *decis. 63. per totam eodem tit. in antiquis*, *dec. 130. n. 4. p. 2. diversorum*, coram Pennia *dec. 99. n. 8.* Gratianus *dec. Marc. 157. n. 6. 7. & 8.* ibique Addentes *n. 3. cum seq.* cum aliis relatis latissime pertractata materia per Garzium *de Benef. p. 6. c. 2. §. 1. nu. 10. cum seqq. mihi nu. 103.* qui refert ita resolutum per Sacram Congregationem Eminentissimorum Dominorum Cardinalium S. C. T. Interpretum, & reddit rationem a Rota approbatam, ex quo dicta verba [super quo conscientiam tuam oneramus] sonant potius in monitionem, & excitationem, quam in electionem industriæ personæ.) Hæc ibi. Videas benigne Lector, quod Rota videtur tenere, quod etiam si est electa industria personæ non sit prohibita subdelegatio: quid ergo dicendum erit in hac materia?

In primis dico, cum Moneta *d. c. 5. n. 548. & 549.* quod aliud est esse electam industriam personæ, aliud cum negotium committitur personaliter exequendum, quod confundunt DD. & contra hos, & præsertim Menoch. *lib. 2. præsumpt. 21. n. 13.* acriter invehitur Moneta *loco cit.* quod certe aperte probatur ex *c. fin. §. is autem cui, de off. deleg.* in quo textu dicitur: Cum vero, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest, dummodo partes consentiant, hoc aliis delegare præterquam si inquisitionem fieri, vel de Ecclesiis, vel de Prælatis, vel aliis Ministris provideri mandatum sit, cum in his omnibus casibus industriam, & fidem personæ, cui talia committuntur, videatur electa, &c. Quare ex contextu verborum clare apparet, quod aliud est, cum committitur negotium personaliter exequendum, aliud cum est electa personæ industria, ut recte ratiocinatur Moneta.

Dico ulterius, quod cum committitur negotium perso- 24
naliter exequendum Delegato non simpliciter prohibetur subdelegatio, sed posse subdelegare accedente consensu partium, ad quorum instantiam fuit facta delegatio, ut aperte cavetur in *d. §. is cui*, *glossa in verbo si personaliter*. Cum autem erit electa industria personæ, certe dicendum erit non esse licitum Delegato subdelegare, cum aperte id sit a jure sibi interdictum, prout clare legitur in dictis citatis juribus, nempe *d. c. fin. §. is autem, de off. delegati: & c. is cui eodem tit. in 6.* & hoc communiter docent DD. neque contrarium probat Rota *in d. dec. 104. p. 13. rec. n. 11.* quia in illa decisione probatur, quod per verbum [præcipimus, mandamus, per te ipsum cognoscas, & conscientiam tuam oneramus] non censetur prohibita delegatio; nam habuit pro vera Sacra Rota illorum DD. sententiam, quæ docet, quod ista verba non important electionem industriæ personæ, neque commissionem personalem.

Tandem dicimus, electionem industriæ personæ, non 25
ex verbis simpliciter, sed ex negotio commisso dignosci, verba autem bene indicare commissionem esse personalem, prout colligitur aperte ex *d. c. fin. §. is autem cui*, unde negotium arduum, & nudum ministerium bene arguunt electam fuisse industriam personæ, quæ prohibet subdelegationem, prout habetur in *c. si pro deb. de off. del.* ibi, nisi forte causæ ita graves sint, quæ sine præsentia tua non possint commode terminari, ubi glossa *in verbo Causa, & verbo graves*, & Barbosa *n. 2.* verba autem (per te 26
cognoscas, tu exequaris, & similia) de quibus supra, admittunt subdelegationem, sed de consensu partium, juxta text. *in d. §. is autem cui*, Moneta *loco cit. nu. 534.* & cum negotium committitur personaliter exequendum, poterit Delegatus committere alteri aliquid faciendum, puta examen testium, prout expresse cavetur in *c. super quæstionem vers. intentionis nostra*, ubi glossa *de offic. deleg.* sicut cum ad nudum ministerium est delegatus potest examen testium committere, ex Francisc. Aretino *cons. 13. n. 22.* docet Tuschus *lit. D. concl. 150. n. 23.* Mijinger. *Cent. 3. n. 41. c. venerabili de offic. delegati*, allegans quod Delegatus a Papa ad examen testium possit subdelegare, docet Petrus Barbosa *in l. cum prætor 12. §. 1. nu. 16. de judiciis*, *& c. 1. de offic. deleg.* De his autem, & de nudo ministerio quomodo fieri possit subdelegatio, nuper infra dicendum est.

Exposcunt tamen multi, quod ut censeatur electa indu- 27
stria personæ, & per consequens prohibita subdelegatio, ut personæ cognitæ fiat delegatio, nam si incognitæ, nunquam dici debet electa industria personæ, ita sentit Menoch. *d. q. 68.* ni memoria me fallat, & Moneta *loc. cit. n. 553.* At ego considero, quod negotium grave, quod inducit electionem industriæ personæ, nunquam personæ incognitæ committitur; & cum aliquid per se exequendum demandatur indicat certæ personæ cognitionem antecedentem. In dubio autem non censeri electam industriam personæ, scribit Barbosa *in c. quoniam de offic. deleg. n. 4.*

Probibetur etiam Delegato subdelegare, quando in Lit- 28
teris adest illa particula, *coniunctim*, tunc enim, non dum quia est electa industria personæ, tum semper quando illud committitur negotium grave, insinuatur, prout consideravit Rota *dec. 119.* apud Dunozet. junior. *nu. 3. 4. & 5.* sed etiam quia est data forma, a qua citra vitium nulli- 29
tatis non potest recedere Delegatus, juxta text. *in c. prudentiam suam de officio delegati*, utique Delegatus non [illegible] vices suas committere, ut in dicta *decis.* habetur, & [illegible] text. *in cap. causam matrimonii de officio delegati*, & [illegible] in dicto *c. quamvis*, expresse dicatur, quod facta [illegible]

tione pluribus unus potest collegam subdelegare, iste text.
29 procedit, quando simpliciter pluribus facta est subdelegatio; secus autem si adest illa clausula, seu particula, *conjunctim*, quæ formam, & industriam personæ designat, ut optime dicit Rota *loc. cit. dec.* 119. apud Dunoz.

30 Ex dictis colligitur, causas meri imperii haud facile posse subdelegari, quia hæ causæ graves sunt, in quibus prohibita censetur subdelegatio, prout supra adnotavimus, & ex pluribus docet Merolla *d. cap.* 4. *dub.* 9. *num.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 21. *num.* 5. Ripolla *variarum c.* 1. *num.* 106.

Sed Petrus Barbosa *in leg. cum Prætor* §. 1. *num.* 509. docet delegatum Principis merum imperium sibi datum posse subdelegare, & affirmat etiam Gonzal. *in cap. . . . de offic. deleg.* quia jus tantum simpliciter concedit subdelegandi facultatem, & magis communiter dicit Menoch. *c.* 4. *dist* 5. *num.* 68.

31 Nudum quoque ministerium nobis a Papa commissum subdelegare prohibetur ex text. *in cap. finali, ff. de offic. delegati*, ibi: Cæterum salva Legatorum Sedis Apostolicæ auctoritate, nulli, cui commissum fuerat prædicare, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularitatibus, vel injungere pœnitentias, liceat hæc de cætero aliis demandare, quia non sibi jurisdictio, sed certum ministerium potius committitur hac parte. Ita communiter scribunt DD. & his omissis, Rota penes Rubeum *tom.* 1. *dec.* 38. *num.* 23. quod certe intelligitur de nudo ministerio explicite commisso; nam si implicite hoc contineretur in aliqua parte delegari possunt, Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *dub.* 17. *nu.* 108. *& d. c.* 4. *dub.* 6. *n.* 57. cum tamen nudum ministerium continet aliquid jurisdictionis, tunc quod jurisdictionis est delegari potest, puta examen testium, sicut diximus in prima parte, quod Executor dispensationum Apostolicarum super impedimento Matrimonii licet potestatem dispensandi nequeat subdelegare, quia nudum continet ministerium, attamen potest committere examen testium, ut dixerunt quamplurimi DD. penes eundem Meroll. *tom.* 2. *disp* 4. *c.* 7. *dub.* 34. *n.* 619. Menoch. *tom.* 1. *consil.* 17. & alii: nudum tamen ministerium de per se Executor non potest subdelegare sive merus, sive cum aliqua jurisdictione, ut dicit Merolla *d. tom.* 3. *n.* 180. & probatur *ex dict. c. fin.* §. *fin.* quia excommunicare, vel absolvere ab irregularitatibus semper aliquam commissionem, & jurisdictionis exercitium præsefert, & continet, & tantum potestatem excommunicandi, & absolvendi subdelegare ibi prohibet text. quod solum de ipsa potestate commissa intelligendum erit, non autem de jurisdictionis exercitio, quod tacite continet, juxta dicta; & cum contigerit delegatum nudum ministerium subdelegare, dicit Spada *consil.* 187. *n.* 8. *tom.* 2. quod citatio sit facienda coram delegato.

32 Delegatus, quamvis subdelegare possit, attamen non cum potestate subdelegandi causam sibi commissam, quia delegatus habet facultatem solum subdelegandi a jure sibi concessam, jus autem hanc facultatem ei non concedit, sed tantum subdelegandi simpliciter; hæc est communis opinio glos. *in c. super quæstionum*, §. *porro de off. delegati*, Maranta *in praxi p.* 4. *dist.* 5. *an judicium sit ordinarium*, *n.* 63. & aliis omissis, Merolla *d. c.* 4. *dub.* 10. Moneta *dict. c.* 5. *num.* 546.

33 Notandum est etiam, quod delegatus totam causam subdelegando nihil sibi jurisdictionis reservans totam jurisdictionem a se abdicat, & illam transfert in subdelegatum, & per talem subdelegationem dicitur functus officio suo, ita ut amplius in causa se intromittere non valet, prout dicitur in *cap. super quæstionum* §. *porro*, *& in cap. Venerabili de offic. delegati*, præ cæteris Pax Jordan. *dicto titul.* 6. *num.* 108. Tuschus *litt. D. concl.* 150. *num.* 10. *cum seqq.* quod ita procedit, cum per subdelegatum cœptum fuisset judicium, & res non amplius integra remansit; nam si res esset integra, delegatus poterit causam ad se advocare revocando delegationem: & si subdelegatus moriatur re adhuc integra, poterit delegatus ad causam redire, & illam cognoscere, vigore suæ delegationis, quia quousque res permanet integra, non censetur jurisdictio translata in subdelegatum, nec avulsa dicitur a delegante, ita habetur in *cap. quamvis de offic. delegati in* 6. & præ cæteris Patet Merolla *dub.* 18. *n.* 182. *&* 183. Barbos. *d. cap. quamvis nu.* 6. Si tamen fuisset facta subdelegatio cum clausula, *ut tamen*
34 *subdelegatus teneatur consulere*, prout sub hac forma fieri potest, ut docent glossa, & DD. *in cap. si pro debilitate de offic. delegati*, & tunc idem erit judicium, ac si totaliter subdelegasset; nam re non integra delegatus non potest ad causam redire, quia illa clausula, quod teneatur consulere, non importat jurisdictionem, Merolla *loco cit. n.* 173. nec tunc subdelegatus tenetur sequi consilium delegati, ut docet Abbas *in dict. cap. si pro debilitate*, Merolla *loco cit.*

Cum vero delegatus subdelegando partem aliquid jurisdictionis reservaverit, sive subdelegatus uti cœperit, sive non, & sic sive res sit integra, sive non, poterit ad causam redire, & delegationem revocare, quia remansit penes ipsum jurisdictio demandata, ut *in cap. super qu. de offic. deleg. & cap. subdelegatus eod. tit.* Merolla, & Barbosa *locis cit.* Tuschus *d. concl.* 150. Et notandum est, cum Doctissimo Merolla, quod cum delegatus subdelegat reservando sibi prolationem sententiæ, si ipse delegatus moriatur, antequam sententiam proferat, utique subdelegatus sententiam proferre non potest, cum ad id non se extendat jurisdictio sibi subdelegata; secus autem si subdelegatio sub clausula facta fuerit, *donec revocavero*, vel cum simili clausula; nam tunc bene potest subdelegatus proferre sententiam, mortuo delegatore tamen non integra ex parte subdelegati, quia per mortem non censetur revocata subdelegatio, prout habetur in *cap. si delegatus*, *de off. delegat. in* 6. Merolla *loco cit. n.* 184. sed quando expirat delegatio, vel subdelegatio ipsa, Deo dante, suo loco dicemus. An autem delegatus possit pluries subdelegare pendet ex dictis, Tuschus tamen in *Littera D. concl.* 150. tenet, quod semel tantum possit subdelegare, sed intellige quando totam subdelegavit. 35 36

Intelliges tamen prædicta omnia, ut licet Delegatus possit alteri subdelegare, dummodo subdelegatus habeat qualitatem, de qua supra diximus, nempe ut sit in Dignitate constitutus.

CAPUT VI.

De modo quo Delegatus Apostolicus procedere debet in causa sibi commissa; et qualiter gesta per eum possint esse irrita ex defectu Jurisdictionis.

SUMMARIUM.

1 *Delegatus debet se talem exhibere, qualem se fecit.*
2 *Debet delegatus citare partes pro firmanda sua jurisdictione.*
3 *In citatione debet inseri copia delegationis.*
4 *Si Litteræ sunt subreptitiæ, adhuc debet comparere citatus, & excipere coram Delegato.*
5 *Delegatus debet procedere, ut Judex appellationis.*
6 *In ordinatoriis debet servare stylum Curiæ loci, in quo jurisdictionem exercet.*
7 *Punit contumaces, & rebelles, resistentes suæ jurisdictioni cum censuris.*
8 *Nulliter procedit quando ante præsentationem Litterarum in causa procedit.*
9 *Delegatus non servando formam delegationis nulliter procedit.*
10 *Si postquam expiravit sua jurisdictio delegatus procedat, processus est nullus.*
11 *Delegati dati cum clausula*, insolidum, *nulliter unus procederet, si antequam constet de impedimento collegæ de causa cognosceret.*
12 *Delegatus si delegationem expleret extra locum sui Territorii, nulliter procederet.*
13 *Delegatus, qui non est in Dignitate constitutus, nulliter procederet, nisi scienter ei facta est commissio.*
14 *Delegatus non potest procedere ultra dietam.*
15 *Postquam fuit exceptum de subreptione Litterarum delegatus non potest procedere.*

Delegatus in primis debet se talem exhibere, qualem se fecit ostendendo Litteras suæ delegationis, alias sibi non creditur, ad text. *in l. unica, Cod. de mandato Princip.* ut docent Canonistæ, præsertim Doctissimus Fagnanus *in cap. cum in jure peritus*, per illum text. *de offic. Judicis deleg.* omissis aliis Merolla *dicto cap.* 4. *dub.* 27. *nu.* 260. Ideo si alioquin non est Ordinarius debet Ordinario Litteras Apostolicas, ut supra etiam adnotavimus, ostendere; & postquam Litteræ semel ostensæ fuerint, & si fuerint deperditæ, eorum tenor testibus probari potest, communiter docent DD. per textum *in c. cum olim de privil.* & ibi glossa, 1

sa *verbo reprehensionem*, Pax Jord. *tom.* 3. *lib* 5. *tit.* 6. *n.* 74.

2 Deinde debet citare partes ad dicendum, & opponendum contra Litteras suæ delegationis, ut firmari possit ejus jurisdictio, Rota *parc.* 9. *tom.* 2. *rec. decis.* 395. *n.* 10. in qua citatione debet inserere copiam Litterarum suæ delegationis, alias non arctat; & licet fuerit quæstio inter
3 nostros priscos Doctores, an delegatus inserere debeat insuper hujusmodi copiam; nam plerique hoc negaverunt, prout est videre apud Fagnanum *in d. cap. cum in jure peritus*, & etiam sic tenuit Felinus *in eodem cap. cum in jure peritus*, qui docuit sufficere se talem asserere; attamen in contrarium est communis opinio, quæ stylo omnium Curiarum comprobatur, Barbosa *in d. c. cum in jure, de off. deleg.* Gaillus *observ.* 1. *lib. observ.* 98. *n.* 20. Minsingerus *cent.* 3. *observ.* 1. Pax Jord. *tom.* 3. *lib* 13. *tit* 6. *nu* 53. Marantain *speculo aureo p.* 4. *dist.* 5. *an iudicium sit ordinarium, nu.* 59. Guido Papa *decis.* 445. Lælius Zaccheus *de republic. Christiana c.* 22. *de off. delegati nu.* 13. *vers.* 5. *debent Litteras*, Bellonus *de mandata iurisdictione cap.* 9. *qu.* 10. *nu.* 9. Rota *rec. p.* 9. *tom.* 1. *dec.* 264 *num.* 20. & 21. & bene facit text. *in c. prætet ea de dilationibus*, ex quo text. colligitur, quod semper fuit mos inserendi delegationem in citatione.

4 Si Litteras obreptitias, sive subreptitias esse prætendat, hoc debet excipere coram Judice delegato, ut recte Gaillus *loco cit. num.* 18. & tunc delegatus debet semper sua jurisdictione provenire, prout supra cum Marantia adnotavimus, & si incompetentem, & non habere jurisdictionem declaraverit, non potest amplius se in causa intromittere etiam de partium consensu; nam partes non possunt dare jurisdictionem, ut habetur in *c. significationibus de off. delegati*, & ibi glossa.

5 Delegatus cum sit constiturus Judex appellationis in secunda instantia, ut plurimum debet procedere, & observare omnia, quæ debet servare Judex *ad quem*, & juris ordine procedere, ut optime Gonzal. *in cap. quia quæsitum de off. delegati*.

6 Et licet dubitaverint DD. quem stylum servare debeat delegatus scilicet an Curiæ loci, in quo exercet jurisdictionem, an vero Curiæ Principis delegantis, & sic stylum Curiæ Romanæ; & hunc debere servare dixit Rota penes Ludovisium *dec.* 251. attamen hoc procedit in decisoriis, non autem in ordinatoriis, in quibus tenetur servare stylum Curiæ loci, in quo explet suam commissionem, Bellarminus *in d. dec.* 251. *n.* 16. ita intelligendo dictam Ludovisii decisionem.

7 Contumaces, Rebelles, resistentesque, vel impedientes jurisdictionem delegatam, quoscunque delegatus mulctate, pœnisque plectere potest, ac censuris suam jurisdictionem vendicare eidem conceditur; habetur in *cap. sane de offic. delegati*, Gonz. *in d. cap. quia quæsitum num.* 16. 17. 18. Menoch. *de arbitrariis casu* 438. Pax Jord. *dicto tit.* 6. *nu.* 60. Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *dub.* 19. *nu* 192. nisi nudum ministerium sit demandatum cum potestate præscripta, nec adsit clausula, *contradictores*, idem Merolla *num.* 196. quam etiam potestatem habet contra Episcopos, ut expresse habetur in *cap. sane de offic. delegati*, incipiendo tamen a minoribus, ut optime Fagnanus *nu.* 15. & 16. Sed adverte, quod contra Episcopos nullus potest procedere excommunicationis pœna, nisi cum expressa licentia Summi Pontificis: & quamvis delegata jurisdictio sit stricti juris, attamen complectitur omnia, sine quibus expleri non potest, habetque delegatus omnem potestatem pro exercitio jurisdictionis sibi delegatæ, *leg.* 2. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, *c. ex Litteris cum cæteris concordantibus*, *de off. deleg.* Gonz. *in d. c. quia quæsitum n.* 15. Pax Jord. *loco cit. nu.* 59. & alii communiter. Sic etiam suspectum de fuga carcerare potest, Rota apud Rubeum *tom.* 3. *dec.* 265. *nu.* 21. habet etiam potestatem ad omnia, quæ conducunt ad faciliorem causæ expeditionem, Merolla *loco cit. n.* 195. Vide etiam Lælium Zacch. *loco cit. n.* 8. qui plene, & Gallium *observ.* 35. *libr.* 1. qui etiam docent, quod potest eligere actuarium, nuncios, & necessarios Officiales.

8 Nulliter tamen potest procedere delegatus in multis casibus, prout potest ex dictis colligi. Præsertim vero primo nulliter procedit, quando antequam sibi Litteræ fuerint præsentatæ in causa procederet, juxta ea quæ supra adnotavimus, & notat Marantia *in praxi p.* 4. *dist.* 16. *Rub. validum, & invalidum n.* 8.

9 Secundo, si præter, contra, vel ultra formam sibi præscriptam in Litteris delegatoriis procederet, quia tota jurisdictio commensuratur a forma sibi tradita, & cum alienam nempe mandantis jurisdictionem exerceat, secundum voluntatem ejusdem debet procedere, juxta text. *inf. diligenter, ff. commodati, & c. cum dilecta, & c. Venerabili*, ibi; contra mandati nostri tenorem, *de off. Deleg.* & adsunt mille Rotæ decisiones, quas in re tam clara allegare me pudet, tæderque.

Tertio, nulliter procederet Delegatus: si postquam expira- 10
vit sua jurisdictio in causa se immisceret, quia acta facta absque jurisdictione insanabiliter sunt nulla, juxta Bullam Clementis: expirat autem jurisdictio Delegati multis modis, de quibus infra suo Capite: sic si esset suspensa ejus jurisdictio, quia datus fuisset suspectus, ut dicemus etiam infra, nulliter procederet unus, dum suus collega cum quo conjunctim procedere debet, datus fuisset suspectus, & non obstante suspicione simul procederent; sic habetur in *c. cum super de off. delegati*, Antonius de Butrio *in d. c. nu.* 1. Merolla *d. c.* 4 *dub.* 13. *n.* 134.

Quarto, nulliter procederet unus Delegatus, quando es-
sent plures dati cum illa clausula, *quod si non omnes*, & 11
unus, vel duo procederent, antequam de impedimento collegæ constaret, juxta ea, quæ diximus supra, & notat præ cæteris Merolla *nu.* 278.

Quinto, nulliter procederet, si extra locum sui territorii, 12
intuitu cujus facta est delegatio, procederet, ut late supra dictum est, & assignatis ibi adde Doctissimum Merollam *in d. c.* 4. *dub.* 27. *n.* 285.

Sexto, nulliter procederet Delegatus, si non esset in Di- 13
gnitate constitutus, prout requiritur, & dictum est supra, nisi tamen Papa scienter committeret alicui, quem certo sciret nullam habere Dignitatem; nam Papa nullis legibus tenetur, & sic scienter committendo censetur abrogare, & dispensare in legibus: & hoc omnes admittunt. Vide Merollam *loco cit. n.* 269.

Septimo, nulliter procederet, si ultra unam, vel duas 14
dietas procederet, juxta *c. nonnulli de rescript. & c. statutum eodem tit. in* 6. prout supra adnotavimus. Sed adverte, quod semper in Rescriptis, & Litteris Apostolicis delegatoriis derogatur expresse dictis Sacris Constitutionibus: sin autem non esset derogatio certa, si ultra unam dietam nulliter procederet delegatus, essent tamen nulla acta ope exceptionis. Vantius *de nullit. Rub. de nullitate ex defectu iurisdictionis n.* 96. & alii, &c.

Octavo, nulliter procederet delegatus, si postquam de 15
subreptione Litterarum fuerit oppositum, in causa procederet, per ea, quæ supra adnotavimus.

Sic si post prolationem, qua se incompetentem declara- 16
vit, adhuc in causa procederet, prout supra nuper diximus; nam nec tunc potest de consensu partium procedere, Pax Jord. *tit.* 6. *n.* 109.

CAPUT VII.

Quibus modis Delegati Jurisdictio expirat.

SUMMARIUM.

1 *Delegati Jurisdictio expirat revocatione.*
2 *Delegatus subdelegando in tota re integra potest revocare iurisdictionem a subdelegato; secus si res non sit integra.*
3 *Delegati iurisdictio expirat morte re integra.*
4 *Delegati iurisdictio non expirat, cum Delegatus uti cœperit iurisdictione.*
5 *Requiritur litis contestatio secundum Lucium Tertium in cap. relatum de off. deleg.*
6 *Sufficit citatio secundum Urbanum Tertium cap. Gratum, eodem tit.*
7 *Multi DD. tenent, quod sufficit quilibet actus iurisdictionalis, ut iurisdictio delegati perpetuetur.*
8 *Jurisdictio delegati, ut perpetuetur, sufficit citatio, secundum multos Doctores.*
9 *Sufficit, ut citatio sit decreta, licet non effectuata, secundum multos.*
10 *Delegati iurisdictio, ut non expiret mandantis morte, requiritur litis contestatio sive vera, sive interpretativa, secundum* Gonzalez.
11 *In cap Gratum non fuit facta litis contestatio.*
12 *Refertur opinio* Castilli.
13 *Adest differentia inter Litteras Gratiæ, & Justitiæ.*
14 *Pro firmanda iurisdictione Delegati sufficit citatio.*
15 *An sufficiat citatio decreta, & non executa utraque opinio probabilis, nu.* 16.

17 *Requi-*

17 Requiritur, ut citatio sit valida.
18 Per subdelegationem non desinit res esse integra, secundum Bellonum, & alios.
19 Contrarium, secundum Glossam, & alios.
20 Glossæ opinio est probabilis.
21 Subdelegatione facta præsente utraque parte perpetuatur jurisdictio delegati.
22 Re integra morte delegantis non expirat jurisdictio delegati ipso jure.
23 Contrarium alii.
24 Processus factus a delegato, mortuo delegante re integra est nullus.
25 Etiamsi delegatus mortem delegantis nescivisset.
26 Contrarium aliqui de æquitate.
27 Cum plures sunt causæ commissæ in uno Rescripto, si diversæ sunt, jurisdictione perpetua in una non censetur perpetuata in alia, secundum Gonzal.
28 Quando causæ sunt connexæ in eodem Rescripto etiam contra plures personas, firmata jurisdictione in una, censetur quoad omnes.
29 Quando citatio est communis pro omnibus causis etiam diversis firmatur jurisdictio quoad omnes.
30 Per citationem in una causa diversa non censetur firmata jurisdictio in alia causa etiam contra eandem personam.
31 Quando in Rescripto est facta generalis commissio plurium causarum per modum unius, per citationem unius non firmatur jurisdictio in alia, secundum Bellonum.
32 Contrarium Metolla.
33 Per mortem delegantis re integra non expirat omnino jurisdictio delegati, sed quiescit, donec novus Papa creatus fuerit.
34 Jurisdictio delegati finitur morte ipsius, si fuerit personalis delegatio, si autem realis, transit in successorem.
35 Delegatio erit realis, si facta sit dignitati.
36 Nisi ex subiecta materia aliud appareat.
37 Delegatio facta personæ dicitur realis, si fuerit contemplata dignitas.
38 Quando in delegatione fuit expressum utrumque nomen personæ, & dignitatis, secundum multos dicitur realis.
39 Secundum alios, spectandum est quid præcedat.
40 Secundum alios, delegatio semper erit personalis.
41 Fallit, cum elusoria redderetur delegatio.
42 Delegatio facta sub duplici nomine appellativo dicitur realis.
43 Secus si præcessit nomen proprium.
44 Delegatio facta intuitu personæ si desinat habere dignitatem adhuc durat.
45 Etiam re integra.
46 Delegatio facta dignitati transit ad successorem, cum Delegatus amittit illam dignitatem.
47 Cum delegatio est facta uni, qui habet duas dignitates, illo mortuo, delegatio transmittitur ad duas personas, quæ ad illas dictas dignitates successerunt.
48 Cum unus succedit duobus in dignitate constitutis, succedit etiam in delegatione illis facta.
49 Ut delegatio transeat in successorem dignitati, oportet ut dignitas sit per se subsistens.
Delegatio facta Vicario non transit in successorem, ibidem.
50 Contrarium alii, & nu. 51.
52 Delegatio facta Canonico non transit in successorem.
53 Contrarium alii.
54 Cum commissio est facta Canonico Pœnitentiario transit in successorem.
55 Cum committitur negotium facti dignitati, non transit in successorem.
56 Cum Delegatio est personalis, & plures sunt delegati, per mortem unius extinguitur delegatio.
57 Nisi aliud in commissione fuerit expressum.
58 Per mortem Delegati an expiret jurisdictio subdelegati re integra, vivo primo delegante, varia scripserunt DD. nu. 59. 60. & 61.
62 Quid si mortuus sit primus delegans, vivus autem delegatus, & n. 63.
64 Per mortem subdelegati, re non integra expirat jurisdictio delegati; si totaliter subdelegavit, & n. 65.
66 Delegatus cum subdelegavit cum clausula, donec revocavero, vel cum abesse contigerit, per mortem delegati non expirat jurisdictio subdelegati re non integra, & nu. 67.
68 Quid si ad beneplacitum, & nu. 69.
70 Delegatio facta sub nomine dignitatis, & eodem modo facta subdelegatio non expirat subdelegatio etiam re integra per mortem delegati, & nu. 71.
72 Delegati jurisdictio finitur, cum recusatus fuerit suspectus.
73 Suspicionis causa debet explicari coram eodem Judice.
74 Recusatio debet fieri ante litem contestatam.
Ex nova causa etiam potest post, ibid.
75 Ex causa antecedenti potest fieri cum ignorabatur.
76 Qui impetravit Rescriptum ex nova causa potest allegare suspectum delegatum.
77 Per recusationem tunc extinguitur jurisdictio delegati, cum super ea fuerit pronunciatum.
78 Delegatus cum subdelegaverit in totum, non potest amplius recusari, secus in partem.
79 Hodie non eliguntur arbitri pro causa suspicionis.
80 Cum duo sunt dati delegati, si unus recusetur, alter non potest procedere.
81 Finitur delegati jurisdictio per prolationem sententiæ.
82 Affertur sententia Belloni.
83 Contrarium alii.
84 Delegatus habet annum ad exequendam suam sententiam.
85 Delegati jurisdictio finitur tempore præfixo, nisi ante tempus fiat prorogatio.
86 Finitur jurisdictio delegati impetratione secundi Rescripti.

MUltis modis delegati jurisdictio expirat. Primo, & principaliter delegati jurisdictio expirat, cum a Papa delegante mandata jurisdictio revocatur; res enim omnes per quas causas nascuntur, per easdem dissolvuntur, ut dixit Jurisconsultus in *l. nihil est de regulis Juris*. Princeps enim delegans semper, & in quocunque statu causa reperitur, potest delegationem revocare, sive res sit, vel non sit integra, quia quæ alieno nomine geruntur invito illo geri recta ratio non postulat: cum ergo delegatus alienam exerceat jurisdictionem, & mandatam habere dicatur, ut in *l. 1. §. qui mandatam, ff. de off. ejus*; igitur mandans apud quem residet plena, & propria jurisdictio, semper eam delegato revocare potest, optime Bellonus *de mandat. jurisdictione t. 10. q. 6.* non ita in Delegato Principis respectu subdelegati; nam si Delegatus ratione suæ facultatis subdelegandi, quam a jure habet, in totum subdelegaverit, & hic uti cœperit jurisdictione sibi subdelegata, certe Delegatus non potest recusare, & ad se causam advocare, ut supra nuper diximus, quia delegando totaliter causam nihil apud Delegatum remansit, totaque jurisdictio in subdelegatum translata fuit, textus videtur expressus in *c. Venerabili de offic. deleg.* juncta ibi glossa in verbo, *vices suas*. 1 2

Secundo, extinguitur jurisdictio Delegati morte mandantis, seu Delegantis re integra, quia omne mandatum morte mandantis re integra extinguitur, *l. & quia ff. de jurisdictione omnium judicum, cap. licet de offic. delegati, cap. quamvis, cap. si delegatus eodem tit. in 6.* cujus rei variæ assignantur rationes a DD. sed placet nobis illa, quam adduxit Doctissimus Castillus *lib. 2. quotidian. resol. capit.* 29. dicens: Ideo Delegati jurisdictionem re integra extingui, quia cum uti jurisdictione non cœperit, nullum jus ab eo acquisitum est, quod in ejus persona efficaciter radicetur, sed tota jurisdictio dicitur penes Delegantem residere, & ab ejus voluntate dependere: tunc vero temporis, ut incipiat, voluntas expectanda non est, quæ in ipso Delegato defuncto esse non potest (ut utar eisdem verbis Castill.) & sic non incœpisse uti Delegatum impedimento est quominus illa eradicari, ut in persona Delegati post mortem Delegantis manere potuerit: re autem non integra ideo jurisdictio non extinguitur Delegante defuncto, quia cum primum uti cœperit jurisdictione delegata, Delegatus ipse per usum, & exercitium eam efficaciter acquirit, & velut suam efficit, & ideo cum sua sit, & voluisse tunc Delegantem sufficiat, nec alia voluntas, aut voluisse postea requiratur, & cum sit semel in persona Delegati eradicata, & facta sua jurisdictio ab eo avelli non debet absque facto suo: & hac ratione, dicit Castillus, si Delegatus vices suas in totum alteri commiserit, vel subdelegaverit causam sibi commissam, & antequam subdelegatus uti cœperit jurisdictione, vel re integra, 3

subde-

Subdelegato rebus humanis exempto Delegatus eam reassumere potest, sed de re non integra, & postquam Subdelegatus uti cœperit, minime poterit. Hæc dicit Castillus.

3 Videndum nunc est, per quem actum, & exercitium jurisdictionis delegatæ dici possit Delegatum cœpisse uti jurisdictione delegata, & per mortem Delegantis non expiret jurisdictio sibi commissa, seu quando dicatur res integra, & quando non integra ad effectum perpetuandi jurisdictionem in Delegato? quæstio sane difficilis est hæc inter Nostros diu agitata, & difficultatem præstant illa jura Canonica in *cap. licet undique*, *cap. Gratum*, *& cap. re-*
4 *latum de off. Delegati*, quæ invicem videntur contraria; siquidem Inn. III. ni fallor, in *d. cap. licet undique*, statuit, quod si vivente mandante Delegatus uti non cœperit, mandatum hujusmodi, re integra morte mandantis expirat, nec ibi explicat per quem actum dicitur cœpisse Delegatum uti jurisdictione, ut dicatur rem non esse amplius integram; & ita generaliter quoque dicitur, *d. l. & quia*.

5 Lucius vero Tertius in *cap. relatum eodem tit.* rem magis explicat, & dicit, quod per litis contestationem desinat rem esse integram, ante vero hunc actum rem integram censendam esse, & morte Delegantis ante hunc actum jurisdictionem Delegati expirare; & ita decernit: Nos itaque consultationi vestræ respondentes, quod si lis fuerit ante Prædecessoris nostri obitum contestata, mandatum morte mandantis nullatenus expiravit; si vero ante litis contestationem decesserit, non est a judicibus quos delegaverat ex hujusmodi delegatione procedendum.

6 Urbanus vero Tertius in *c. gratum*, expresse statuit, per citationem dici Delegatum cœpisse uti jurisdictione, & per dictum actum rem amplius non esse integram, ita ut per citationis actum jurisdictio perpetuetur in Delegato; ita enim ibi cavetur: Sane consulit nos devotio vestra an ante obitum Delegantis proposito citationis edicto, lite vero post mortem contestata, nihilominus debeat in causa procedere Delegatus? & infra &c. Nos autem inquisitioni aliter respondemus quod, cum in casu priori citatione facta negotium sit cœptum, & maxime si Delegatus non sit certus de obitu Delegantis, potest, & debet in causa procedi, tenebitque quod justitia fuerit prævia definitum &c.

7 Occasione horum jurium, quæ ut dixi, adversari sibi videntur, DD. nostri in varias iverunt sententias; alii nempe arbitrati sunt per quemcunque actum, quem fecerit Delegatus, jurisdictionem in ipso perpetuari, nec per mortem Delegantis extingui, ita ut sola rescripti, seu Litterarum præsentatio coram Delegato sufficiat, ita glossa in *c. ne aliqui de hæreticis in 6. verbo incepta*, ibi: Quia per quemlibet judicialem actum etiam præter citationem jurisdictio perpetuatur, Joan. Andreas *in c. quamvis de off. Delegati in 6. in fine*, *& glossa in cap. quamvis de offic. Delegati in 6. verbo usus* dicitur qualitercunque jurisdictione usus fuerit, Hostien. *in cap. licet undique de off. Delegati*, *n. 2.* Sylvest. *in verbo Deleg. q. 6. n. 8.* Petrus de Bellapert. *in l. morte*, *ff. de off. ejus n. 14.* ibidem Castrensis *n. 9.* & alii, qui probant hanc sententiam *ex d. leg. quia ff. de jurisdictione communi omnium judicum*, ibi: *jurisdictione gerere cœperis*, ita ex dicto *c. licet undique*, ibi: *uti non cœperit*, etiam probat *ex cap. si a subdelegato de off. Del. in 6.* ibi, *antequam per eum, vel per ipsum Delegatum in aliquo processum fuisset*, & ita dicunt sufficere quemlibet actum jurisdictionalem ad perpetuandam jurisdictionem in Delegato, sive per rescripti præsentationem, sive per electionem Notarii, ac etiam subdelegationem sufficere, tenet *glos. in dicto cap. si a Deleg. verbo processum* Hostien. *in d. c. licet undique*, *n. 2.* & ibidem Jo. Andreas *n. 6.* Sylvester *loco cit. n. 8.*

8 Alii vero putant citationem necessariam ad firmandum jurisdictionem in Delegato, omnemque actum citra citationem non perpetuare in illo jurisdictionem, ita docent ex nostris Canonistis *glos. in cap. super quæst. §. vero*, *verbo non possunt circa medium*, quam sequuntur Antonius de Buttrio *in d. c. licet undique num. 12. ibique* Abbas Panormitanus *num. 4.* Felinus *in cap. relatum*, *n. 12.* & alii; & ex Cæsareis Bartolus *in l. more*, *n. 13. ff. de jurisdictionum omnium Judicum*, Alex. *ibid. n. 30.* Jas. *ibid. num. 57.* Decius *num. 96.* & Bellonus *de mandata jurisdictione cap. 10. quæst. 3. n. 31. 32. & seq.* Cocher. *in reg. validatoria 12.* Cancellariæ *n. 8.* Maranta *in speculo p. 4. dist. 5. n. 61.* Lelius Zecchius *d. c. 22. n. 15. vers. 4. finitur*, Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 4. dub. 28. n. 331.* quam opinionem veriorem dicit Anton. Cardos. *in Praxi Judic. verb. jurisd. n. 4.* Gaillus *lib. 1. observ. 74. n. 19.* Vet. *decis. 115. p. 1. repet. in tit. de off. Delegati vers. jurisdictio Delegati*, Ripolla *variarum cap. 1. n. 437.* Barbosa *in c. gratum*, *n. 3. 4. & 5. de off. Delegati*, Petrus Barbosa *in l. si postquam n. 45. de Judiciis*, Pax Jord. *d. tit. 6. n. 103.* Salgadus *de retent. Bullarum part. 2. c. 19. n. 26. & seq.* Fundamentum hujus sententiæ est in text. claro in *cap. gratum de off. Deleg.* ibi: ***Cum citatione facta sit quasi captum negotium***: sed non concordant ipsi DD. inter se; nam quamplurimi docent sufficere citationem decretam licet nondum executam, ita Cardosa, Gaillus, Vera, Ripolla, Barbosa *in d. cap. gratum*, Pax Jord. & alii, prout in *d. c. gratum*, dicitur, proposito citationis edicto. Sed adverte, quod pro- 9
ponere citationis edictum non est solum expedire mandatum de citando, sed est ipsa pars citanda; nam citare per edictum est modus citationis; ut bene in proposito advertit Merolla *loco cit. n. 338.* Alii vero exigunt citationis executionem, inter quos est Salgadus *loco cit.* Bellonus *d. q. 3. num. 36. & 37.*

Tertia sententia docet, non sufficere citationem, sed 10
exigi litis contestationem, prout deciditur in dicto *cap. relatum ff. de off. Delegati*, & ita præ cæteris novissime Doctissimus Gonz. *in cap. gratum*, *num. 4. & 5.* qui docet, ut perpetuetur, & firmetur jurisdictio Delegati, nec expiret morte Delegantis, necessariam esse litis contestationem veram, vel interpretativam, & explicat text. in *d. c. gratum* dicitque, ibi non agi de simplici citatione, sed de citatione per edictum peremptoria trinam citationem continente, quæ inducit litis contestationem, si non meram, saltem fictam legi consentaneam, ***authentica***, ***qui semel***, ***C. quomodo, & quando***, ***cap. quoniam***, ***§. porrò***, ***ut lite non contestata***, quare cum lis fuerit contestata licet non aperte in *d. c. gratum*, saltem interpretative per edictum peremptorium, ideo fuit ibi statutum perpetuatam jurisdictionem esse, nec expirasse morte Delegantis. Hæc est doctrina Gonz.

Sed adverte quod in *d. cap. gratum*, dicitur, quod ante 11
mortem Delegantis fuit tantum propositum edictum citationis, post vero mortem, ubi dicitur quod lis fuerit contestata, ibi: *lite vero post mortem contestata*; ibi enim per solam citationis affixionem deciditur perpetuatam fuisse jurisdictionem Delegati, & per eam desiisse rem esse integram: quare interpretatio Doctissimi Gonz. videtur textui contradicere.

Agitat hanc quæstionem fuse doctus sane vir Castillus a 12
Soto Major *in supracitato cap. 29. lib. 2. quot. resol.* & in primis statuit, de jure civili certum esse, nullibi expressum esse verum quod ad delegatæ jurisdictionis perpetuationem sit necessaria litis contestatio, aut sufficiat citatio, vel alius actus citatione citerior, sed solum adesse text. in *d. lege & quia*, in qua hoc expressum non fuit: sic etiam locutum fuisse Innocent. in *d. cap. licet undique*, in quo tex. nihil Innocentium expressisse: sic quoque Bonifacium in *c. quamvis, & cap. si delegatus, eodem tit. in 6.* Urbanum vero Tertium in *cap. gratum* addidisse, citatione dici cœptum negotium: per quem text. declarari dictam *leg. & quia*, *& cap. licet undique*: Lucium, quoque Tertium in *d. cap. relatum* expresse exigere litis contestationem ad effectum perpetuationis jurisdictionis, quam decisionem Lucii nulla ratione, neque interpretatione dubitari posse, quia negotium non dicitur vere cœptum per citationem; verum dictam Constitutionem Lucii per Constitutionem Urbani correctam esse, quod ex pluribus Constitutionibus probat Castillus, nec novum esse dictum *cap. relatum* sic correctum esse insertum in corpore juris, quia cum Urbanus in *dicto cap. relatum* meminisset de dicta Lucii Constitutione, conveniens fuisse ut illam etiam compilator apponeret: quare concludit Castillus veriorem opinionem esse illam, quæ docet solam citationem sufficere, ut perpetuata censeatur jurisdictio Delegati. Hæc est doctrina Castill. *in d. c. 29.* attamen *in d. cap. gratum* nullam mentionem legimus de litis contestatione, licet verum sit, Lucium Urbanum Tertium præcessisse.

Quid igitur dicendum in hac quæstione? In primis di- 13
co, differentiam esse inter Litteras Justitiæ, & Litteras Gratiæ, siquidem Executor datus ad Gratiam, ad perpetuandam ejus jurisdictionem sufficit qualemcunque actum jurisdictionis exercere, per quem in ipso jurisdictio radicatur, ut diximus in 1. *part.* & desinit res esse integra, ut docet Meroll. *tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 3. num. 491.* per primum actum judicialem, qui expediri solet per Delegatum seu Executorem post rescripti præsentationem, cum scilicet jubet capi informationem super precum veritate; sic cum mandat vocari illum, cum quo est dispensandum, vel consimilem actum jurisdictionis faciat: solam

tamen rescripti præsentationem coram Executore non sufficere, dicit Merolla num 492. sed in Praxi observatur, quod cum Litteræ gratiæ præsentantur coram Executore in eodem tempore, & decreto, quo fit præsentatio per actuarium, mandatur etiam quod de expositis capiatur informatio ad finem &c. & ideo eodem tempore præsentationis Litterarum perpetuatur jurisdictio.

14 In Litteris vero Justitiæ, quia datur Judex inter partes, aliquid plus desideratur, & quidem solam Litterarum præsentationem non sufficere, ut omnes admittunt; citationem vero necessariam & sufficientem esse juxta communiorem sententiam arbitror, quod non solum probatur ex dicto *cap. gratam*, sed etiam ex *cap. finali de off. Legati*, ibi; Secus autem si causas duxerint aliquibus delegandas, eum jurisdictio istorum expiret: si ante illorum discessum horum citatio non præcessit, clare enim ex dicto text, probatur, citationem ad perpetuandam jurisdictionem sufficere, ut optime ibi glossa in *verbo citatio*.

15 Difficultas tamen secundum me restringitur in duobus; primo, an ad perpetuandam, seu firmandam jurisdictionem, sufficiat tantum citatio decreta, seu commissio de citando, an requiratur effectuata? siquidem quod requiratur executio citationis probatur ex dicto *cap. gratum*, in quo dicitur quod per citationem per edictum firmatur jurisdictio; citatio enim per edictum afficit statim ac affixa est, & operatur, ac si personaliter esset executa in casibus, in quibus est licita, ut docent communiter nostri DD. & dicitur effectuata statim ac est affixum edictum; ergo cum non est citandum per edictum ut firmetur jurisdictio, oportet ut citatio sit effectuata, nempe parti intimata, nam alias non dicitur facta citatio. Item ponderantur illa verba ejusdem textus, ibi: (citatione facta) quæ cum effectu intelligenda sunt, ut ponderavit Bellonus *loco cit.* & Salgadus *loco cit.* dicit, quod post citationem executam rescriptum fit commune partibus, & antequam sit executa citatio, potest pars a judicio recedere; ergo ad firmandam jurisdictionem, & ut res amplius integra non dicatur, oportet, ut citatio sit executa, & parti intimata sive per edictum, sive alio modo legitimo, quo exequitur citatio, ut citatum arctet ad comparendum.

16 Sed quod non sit necessaria executio citationis ex eo suadetur, quia ratio quare expiret jurisdictio Delegati re integra est ea, quia Delegatus non adhuc fecit suam jurisdictionem, quam non potest facere post mortem Delegantis, quia deficit in illo voluntas, ut supra notavimus cum Castillo: at quando Judex Delegatus citationem decrevit, jam fecit jurisdictionem suam, tempore habili & illam in se radicavit, nec potest dici revera adhuc res non integra, quia jurisdictione uti cœpit, & decretare citationem, est actus vere jurisdictionis; ergo per talem citationem decretam jam perpetuatur jurisdictio, ut morte Delegantis non expiret, licet tamen talis actus non sufficiat, ut negotium dici possit cœptum in ordine ad partem, quod non est considerandum in ordine ad firmandam Delegati jurisdictionem; Utramque opinionem probabilem existimat Merolla *dict. tomo* 3. *disput.* 7. *cap.*.... *num.* 341. & ego similiter affirmo: si tamen citatio decretaretur præsentibus ambabus partibus, non esset difficultas quin perpetuaretur jurisdictio, Merolla *sub numer.* 332. qui alios citat. Verum post scripta vidi *decisionem* 284. *num.* 8. pe-

17 nes Rubeum *tom*, 1. in qua dicitur, Commissionem de citando sufficere ad perpetuandam jurisdictionem in Delegato: requiritur tamen ut citatio sit valida, nam nulla, nullum producit effectum, Cardosa *d. verbo jurisdictio*, *n.*4. Barbos. *d. c. gratum*.

18 Alterum dubium est an per Subdelegationem res desinat esse integra, seu an per talem actum firmetur Delegati, seu Subdelegati jurisdictio? & quidem Bellonus *loc. cit.* tenet quod non, quia Delegato competit facultas subdelegandi de jure communi, & ita tenent Salgadus *d. cap.* 19. *n.*24. Merolla *d. tomo* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *n.* 345. Barbosa *in cap. licet undique*, *& in cap gratum*, *de off. Delegati*, & alii penes istos probant hanc sententiam, *cap. penult. de off. Delegati in* 6. in quo text. dicitur, quod si Delegatus subdelegaverit, & moriatur primus Delegatus, & antequam per delegatum sit ad aliquem actum processum expirare jurisdictionem; ergo si sola subdelegatio rem non integram efficeret, non expiraret, quamvis nec delegatus, nec subdelegatus in aliquo processisset.

19 Sed glossa in dicto *cap. penult.* ex illo textu probat, & tenet ex sola subdelegatione firmari jurisdictionem: quia subdelegare est jurisdictionis actus ex quo perpetuatur jurisdictio, & hoc sonare Litteram dicti Textus expresse dicit, cum vices suas committit; Glossa allegat text. in *c. licet, eod. tit. & c. cum plures, eod. tit. in* 6. ibi, *inchoante*.

Hanc glossæ sententiam non improbabilem existimo, imo habere in jure fundamentum, quia eo ipso, quod delegatus subdelegat exercet actum jurisdictionis, & quamvis a jure sibi tributa sit potestas subdelegandi, attamen subdelegat vigore delegationis, & radicat in se jurisdictionem sibi commissam tempore habili, nempe vivente delegante; ergo non expirat ejus morte: & hanc sententiam glossæ tenent Hostien. *in cap. licet undique*, de Castro *in leg. more*, *ff. de jurisdictione omnium judicum*, Sylvest. *loc. cit. verb. delegatus q.* 6. *num.* 8. & alii. 20

Tu vero Lector tene, prout tibi melius videtur, nihil enim certum dico. Cum vero subdelegatio facta est præsente utraque parte, tunc dicunt, quod is actus æquivalet citationi, & per eum res desineret esse integra, & jurisdictio non expiraret, ita Merolla *loco cit. num.* 306. qui citat Franchum *in cap. penult. de off. delegati in* 6. *n.* 2. Dominicum *in c. quamvis n.* 7. *eod. tit. in* 6. & Sanch. 21

Sed re integra existente, insurgit alia quæstio, num tunc jurisdictio delegati expiret ipso jure, an vero ope exceptionis?

Ope exceptionis expirare dicunt Inn. *in cap. licet undique num.* 2. *de off. delegati*, Archid. *in cap. penult. de off. delegati in* 6. Barbosa *ibidem num.* 3. Pax Jord. *tit.* 6. *num.* 97. & alii, quæ sententia probatur in dicto *cap. penult.* incipit, *si a delegato*, quia exceptionem coram se propositam, &c. item ex *cap. cum venissent de testibus*, ubi dicitur, quod ex partium consensu delegatus, mortuo delegante, procedere poterit; quod utique non esset, si expiraret eo ipso jurisdictio. 22

Sed eo ipso expirare dicunt alii Doctores *in cap. cum venissent de testibus*, *& attestationibus*, Abbas Panorm. *ibid. num.* 3. *vers. se procedentem*, Felin. *n.* 3. Cevallos *com. contr. comm. quæst* 424. Merolla *loco cit. tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *dub.* 28. *num.* 311. Bellonus *de mandata jurisdictione*, *c.* 10. *quæst.* 3. *num.* 16. & alii; quæ sententia aperte probari videtur ex text. *in cap. finali*, *de off. delegat. in* 6. ibi: *Officium autem conservatur ipso jure*, *quod non cœpta negotia per obitum concedentis volumus expirare*. Ecce, quod text. dicit, quod ipso jure expiret jurisdictio, quando res est integra respectu concedentis; item ex text. *in cap. cui si nulla de præb. in* 6. ibi: *expirat omnino*, per quæ verba inducitur defectus jurisdictionis eo ipso: quæ sententia mihi magis placet per dicta jura. Ad contraria respondent Merolla, & Sanch. *in d. cap. penult.* fuisse exceptum, & appellatum, ut evitaretur gravamen facti, non tamen dicitur ibi hoc fuisse necessarium, ad text. vero in *cap. cum venissent*, respondetur: Ibi tollitur appellatio, quia pars non poterat impedire confirmationem sententiæ, ionitens appellationi, & poterat se tueri nullitatis jure adversus sententiam. 23

Quare si re integra mortuus fuerit delegans, & non obstante morte procederet delegatus, nulliter procederet, & processus esset nullus. 24

Ampliant multi, etiam si delegatus mortem delegantis nesciret, quia adhuc jurisdictio expirat, nec potest procedere, Maranta *dicta part.* 4. *dist.* 5. *n.* 161. Pax Jord. *d. tit.* 6. *n.* 98. Bellonus *de mandata jurisdictione cap.* 10. *q.* 3. quia deficit jurisdictio, quæ est substantia Judicis, & talis defectus non potest suppleri neque consensu, aut ignorantia privatorum; quia cum in allegatis juribus jurisdictio re integra morte mandantis expirat, ignorantia non potest tribuere jurisdictionem. 25

Contraria vero sententia probari potest ex *cap. ex part.* 33. *de usuris*, *& l. si mandatum*, *ff. mandati*, *& l.* 1. §. 2. *ff. quod jussu*, & ita Ant. de Butr. *in d. cap. gratum n.* 19. Gonz. *in c. gratum*, agitant hanc quæstionem, & *n.* 13. resolvit primam opinionem procedere juris rigore attento, secundam vero de æquitate. 26

Sed quid dicendum, cum plures sunt causæ commissæ in uno rescripto, an si respectu unius fuerit causa cœpta, & res non sit integra, sit quoque perpetuata jurisdictio Delegati quoad alias causas, in quibus res adhuc est integra.

Gonzalez *loco cit. n.* 6. docet, quod quando sunt plures causæ commissæ in uno rescripto, cum tamen sunt diversæ, jurisdictio perpetuata seu confirmata in una, non censetur perpetuata in alia, respectu cujus res adhuc est integra: ita ut morte Delegantis, respectu hujus jurisdictio expiret re integra: si vero una ab altera dependet per unius perpetuitatem, inducitur jurisdictio in alia. 27

Sed hanc quæstionem fusius tractat doctus Merolla *in*

d. tom. 3.

d. tom. 3. disp. 7. cap. 4. dub. 28. a n. 350. cum multis sequentibus.

28 Pro certo tenendum est, quod quando causæ sunt connexæ, & in eodem Rescripto sunt contentæ, sive sint contra unam, sive contra plures personas, citatione facta in una causa desinit res esse integra respectu alterius: sic quando citatio esset communis omnibus causis contentis in Rescripto, sive sint annexæ, sive separatæ, sive contra unam, sive contra plures personas, per illam citationem communem res desineret esse integra quoad omnes causas. Hæc
29 de plano procederent sic etiam secundum illos DD. qui docent per quemcunque actum citationis citeriorem perpetuare jurisdictionem delegatam; nam tunc per actus communes præparatorios, jurisdictio quoad omnes causas erit perpetuata, &c.

30. Difficultas consistit primo, si causæ in eodem Rescripto sunt diversæ, sed contra eandem personam, an per citationem in una causa censeatur perpetuata quoad aliam diversam? Equidem Merolla dicit quod non, quia Judex delegatus citans in una causa solum videtur suam jurisdictionem divisisse, & persona citata tenetur comparere, & respondere pro illa solum causa, non autem pro alia respectu cujus remanet res integra, Merolla *loco cit. nu.* 355. qui citat Ionoe. Zabarellum, Joann. Andream, Bellonum, & alios &c.

31 Sed quid si in Rescripto est facta delegatio, & commissio generalis causarum per modum unius? & tunc licet multi teneant, quod jurisdictio perpetuata respectu unius causæ non censeatur perpetuata quoad aliam, ut probat Bellonus *d. cap. 10. q. 3. num.* 48. qui alios citat. Attamen alii contrarium dixerunt, qui ista unitas efficit, ut res non integra quoad unam causam censeatur quoad alias, quia unica censetur commissio, Merol. *late loco cit. n.* 361.

32 Posset hic agitari quæstio, an Litteræ concessę ad Beneplacitum Papæ, vel Sedis Apostolicæ expirent morte Papæ concedentis? quam ego prætermitto respectu Delegati, quia Litteræ justitiæ non solet dirigi sub ista clausula, in terminis vero Subdelegati aliqua infra dicam. Vide tamen Merollam *tom. 2. disp. 4. cap 6. dub* 31. *per totum*.

An autem expirer Subdelegati jurisdictio cum moritur primus Delegatus, patebit ex mox infra dicendis.

33 Quæ hactenus scripsimus per mortem Delegantis Delegati expirare jurisdictionem, & per mortem ipsius Delegati Subdeleganris quoque expirare jurisdictionem, ut diximus, re integra, ita accipias in Delegatis, & Subdelegatis Papæ, ut potius dicendum sit quiescere, quam expirare jurisdictionem; siquidem omnis Pontifex Summus postquam ad talem, & tantam dignitatem assumptus est Regulas Cancellariæ concedit, & inter eas, illam promulgat, quam revalidatoriam Litterarum Gratiæ, & Justitiæ vocant Nostri, qua omnes Litteras Gratiæ, & Justitiæ nondum executas revalidat, & executioni debitæ mandari jubet; ita enim se habet regula. Item prædictus Dominus noster omnes, & singulas ab ipso N. Prædecessore, infra annum ante diem obitus ejusdem Gratiæ concessas, vel Justitiæ Litteras temporibus debitis earum Executoribus, non præsentatas, & in statum pristinum, quo videlicet fuerant, ante & eis, pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restitui, & decrevit per Executores prædictos, vel ab eis Subdelegatos, perinde ad ipsorum executionem procedi posse & debere, ac si executio hujusmodi temporibus prædictis incboata fuisset. Hoc tamen procedit solum in Papæ Delegato ob hanc regulam, quæ contra juris communis dispositionem facta est, ut optime notavit Cocebier. non autem in cæteris Delegatis, quorum jurisdictio omnino expirat re integra per mortem Delegantis.

34 Tertio finitur jurisdictio Delegati per mortem ipsius: siquidem mors omnia solvit, quod quidem ita accipias, si Delegatio fuerit personalis; sin autem realis, veluti si Dignitati facta fuerit, puta Episcopo Caven. tunc quia Dignitas nunquam moritur, Delegatio non extinguitur in totum, sed quiescit, donec successor fuerit electus, qui absque alia commissione in subdelegatione subintrat, & procedit in causa in terminis, in quibus reperitur; hæc de plano procedunt, omnesque admittunt, & habemus text. expressum in *c. quoniam Abbas de off. Delegati*, ubi late *gloss. verbo Substitutum*, nec attenditur an res sit integra, vel non; late Gonzal. *in d. text. n.* 3. Moneta *de commut. ultim. volunt. c. 8. n.* 130 *usque ad* 143. *cum seq. & n.* 172. *&* 174. Barbosa *in d. c. quoniam*, *n.* 6. Menoch. *d. quæst. 68. n.* 21. Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 33. n.* 567.

Sed difficultas est inter DD. in explicatione, quando dicatur Delegatio personalis facta scilicet personæ, quando vero realis facta dignitati.

Equidem communiter concordant, quod quando exprimitur nomen Dignitatis eique diriguntur Litteræ, puta Archiepiscopo Amalphitano, tunc Delegationem esse realem; quando vero diriguntur personæ, veluti Petro, &c. tunc esse personalem DD. omnes in dicto *cap. quoniam Abbas*, per illum text. & ibi *glossa*, *in verbo substitutum*. 35

Quod tamen limitatur, nisi aliunde colligatur ex subjecta materia, & ex verbis Litterarum, quod licet Litteræ dirigantur dignitati, esset tamen facta Delegatio intuitu personæ, nam tunc Delegatio erit personalis, puta si directæ sint Litteræ Archiepiscopo Amalphitano, ob peculiarem ejus scientiam (prout est præsens Archiepiscopus Quaranta, insignis Theologus) nam tunc fortior est præsumptio ex verbis peculiaribus desumpta, quam illa generalis, quæ desumitur ex dignitate, semper enim fortior præsumptio est attendenda, Abbas *in d. cap. quoniam Abbas*, *num 4 et 8. de off. Deleg.* Bellonus *de mandata jurisdictione cap. 10. q. 8. num. 13. & 14.* & omissis aliis, Merolla *d. tom. 2. disp. 4. cap. 6. num.* 565. 36

Sic vice versa si fuerit contemplata dignitas, licet personæ sint directæ, nam erit realis, & transit ad dignitatem, de quo habemus tex. *in c. Dilecti filii*, *de foro competenti*, *juxta glos. ibi in verbo contra*, & notat ibidem Abbas *vers. nota bene* Meroll *l. c.* & etiam docuit Pater Fragosius de Republica Christiana *tom. 1. lib. 4. disp. 10. §. 1. n.* 120. 37

Discrepant vero DD. quando in Delegatione, sive commissione utrunque nomen est expressum, dignitatis scilicet, personæ, & proprium ejus, cui litteræ sunt directæ, quænam erit judicanda Commissio, seu delegatio realis, vel personalis? Multi docent, judicandam esse realem, quia favorabilior est Delegatio realis, & etiam quia dignitatis qualitas prævaler potius quam personæ. 38

Alii vero dicunt, spectandum esse quod nomen præcedat primum personale, vel appellativum; si præcedit nomen proprium, dicendum esse Delegationem personalem, si vero dignitatis, realem esse censendam; nam ubi res est dubia intentio delegantis erit judicanda ex ordine Litteræ: semper vero quando præcedit nomen proprium præsupponitur, quod Delegatus ad personam habuerit respectum, & sic personalis erit delegatio judicanda, & vice versa, omissis aliis Bellonus *c. 19. q 8. n.* 8. Menoch. *de Arbitrariis d. q. 68. n. 16. & seqq.* Fragosius *loc. cit. cap.* 20. quam sententiam limitat Menochius, nisi Delegans non haberet notitiam personæ cui committitur causa; nam tunc cum fuit personæ incognitæ, semper censetur facta Dignitati, Bellonus *loco cit. num.* 9. At ego considero quod cum exprimitur nomen proprium Delegati, clare ostenditur in Delegante adesse scientiam, & cognitionem personæ cui committit, & facit Delegationem. 39

Alii vero indistincte sentiunt, semper quando exprimitur nomen personæ, sive ante sive post Delegationem esse personalem, nec transire ad successorem in dignitate, Tuschus *lit. D. concl. 434. n.* 51. Grat. *c. 92. n.* 2. Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. 27. n.* 20. Merolla *d. tom. 2. disput. 4. cap 6. dub 33. n.* 584. Moneta *c. 8. n. 142. de commut. ultim. volunt.* & ante istos Imola *in d. c. Abbas num. 8. in fine*, Berous *ibid. n.* 22. & alios citat Merolla *loco cit. &c.* quoad optime probant ex pluribus rationibus, præsertim quia verba debent 40
operari aliquid; cum ergo sit expressum nomen proprium, 41
censendum erit constituisse Principem delegare personæ, non dignitati. Item ex dicto *cap. quoniam Abbas*, ibi, *sub expressis nominibus locorum*, *non personarum*, quasi dicat, ubi nulla nominatio personæ facta est &c. Hæc est communior opinio &c.

Quam sententiam intelligunt, nisi tamen si Delegatio interpretaretur personalis, redderetur elusoria, & sustineri non posset; nam tunc ne vana redderetur interpretanda 42
est, ut sit facta dignitati, seu ut sit realis, ita Sanch. Merolla, & alii, & credo quod hoc etiam docuit Navar. *in d. cap. quoniam Abbas*, *sub n.* 8.

Sed quid dicendum, cum sit Commissio, seu Delegatio sub duplici nomine appellativo, quorum unum respicit personam, alterum dignitatem, v. g. committimus Ciminiarchæ Neapolitano, & Capellano nostro; illa enim verba *Capellano nostro* respiciunt personam, an sit realis, & transeat ad successorem, dicendum erit, cum non sit expressum nomen proprium Commissionem esse realem, & transite ad Successorem, quamvis successor in utroque officio non succedat, ut optime probat Abbas *in d. cap. quoniam*, *num.* 12. & ibidem Anto- 43

nius de Butrio *n.31.* & Meroll. *n.599.* secus autem si dictum fuisset: Committimus Joanni Ciminiarchæ, & Capellano nostro, nam tunc cum fuisset expressum nomen proprium erit commissio personalis, ut contra Abbatem Panor. *d. n. 13.* tenet ibid. Decius & ex eo Merolla *sub n.600.*

44 Cum Commissio est facta intuitu personæ ut puta Ludovico Archidiacono Caven. si desinat esse Archidiaconus, non per hoc ejus delegatio, seu commissio, sed poterit adhuc Delegationem exercere, quia Commissio non est facta dignitati, sed personæ quæ adhuc est in esse finita dignitate: sequitur enim personam, & quousque persona vivit, durat, Ita Merolla *in dicto cap. quoniam Abbas num. 5.* Berous *n.102. vers. & ex prædictis*, Sanch. *lib.8. de Matrim. disp.27. n.22.* Merolla *loco cit. dicta dub.33. num. 589.* quod

45 procedit etiam si res sit adhuc integra, Sanchez & Merolla *loc. cit.* quod diversum est si facta fuerit dignitati; nam tunc si re integra removeatur ab officio non poterit procedere: oportet enim tunc ut habuerit dignitatem illam tempore Rescripti, & cum uti cœperit jurisdictione, prout supra adnotavimus, Sed post scripta consideravi, quod cum est facta commissio existenti in dignitate simpliciter, si desinat habere dignitatem, postquam uti cœperit, delegatio transit in successorem, nec poterit amplius qui dignitatem amisit, vel dimisit, procedere; si vero facta sit personaliter, tunc licet amittat dignitatem poterit procedere: & ita supradicta intelligo.

46 Delegatio si facta fuerit dignitati, transit ad successorem in illa, non solum mortuo eo cui directio facta fuit, sed etiam si is sit vivus, verum dignitatem amisit vel ad aliam dignitatem translatus fuerit, puta Episcopo Caven. qui postea desierit esse talis, vel ad aliam Ecclesiam fuerit translatus, quia Delegatio facta fuit dignitati, quæ tantum spectanda erit, & ipsam dignitatem semper sequitur Delegatio, Abbas Panor. *d.cap. quoniam Abbas, sub n.8. de off. Delegati*, Sanch. *disp.27. n.23* Merolla *d. dub.33. n.594.*

47 Sed quid si Delegatio fuisset facta uni, qui duas dignitates habebat, & hic sit mortuus, & in ejus locum suffectæ fuerint duæ personæ, an Delegatio transmittatur ad has duas personas, quæ successerunt in illis duabus dignitatibus? respondet Panorm. *in d.cap quoniam Abbas n. 13.* in dicta Delegatione Commissione utranque personam succedere, quia Commissio, & Delegatio est facta duabus dignitatibus; ergo illæ personæ quæ succedunt in illis duabus Dignitatibus, succedunt etiam in Delegatione, Panor. sequuntur Decius *ibid. n.56.* Tuschus *littera I. verbo jurisdictio concl.563.* Merolla *loco cit. n.596.*

48 Et vice versa si causa sit delegata duobus in dignitate constitutis, si altero mortuo superstes dignitatem obtineat defuncti cum Apostolico indulto, utique succedit secundum Lapum *alleg.88.* incipien. *Communis Florentiæ n.3. vers. sed ponamus*, Decius *loco cit. n.66.* Tusch. *d.conclus. 563.* Meroll. *loco cit. n.597.* Gratian. *c.4. n. 17.* quia hic utraque dignitate potitur, & fungitur vice duorum; ergo in illa Delegatione succedit; item quia hoc potest efficere Subdelegato, quia si defunctus suo Collegæ subdelegasset, & uti cœpisset jurisdictione, poterit solus in causa procedere, juxta text. *in cap. licet de off. Delegati*; ergo idem efficere poterit subrogatio. Hoc autem ego intelligo, quando simpliciter esset facta duobus Delegatis, secus autem si adesset aliqua clausula in Commissione, ex qua appareret, quod in causa illa duo simul procedere debuissent, puta, Vos conjunctim &c. nam tunc non poterit unus, qui in duabus dignitatibus succedit, Delegationem explere.

49 Regulam antecedentem, nempe Delegationem factam dignitati transire in successorem intelligunt quamplures Doctores, ut vera sit, quando dignitas est per se subsistens, secus si sit accessoria, & dependens ab alio, ut contingit in Vicario Episcopi, cui si facta sit Delegatio, non transit in successorem, ut docent Menochius *d. q.68. num.24. de Arbitrariis*, Bellonus *de mandata jurisdictione cap. 10. qu. 8. num. 12.* & alii.

50 Verum in contrarium est communior sententia, nempe Delegationem factam Vicario transire in successorem in Vicariatu saltem secundum stylum, & observantiam omnium tribunalium Ecclesiasticorum, licet de juris subtilitate aliter est dicendum, Panorm. *in d.cap. quoniam Abbas num 11.* Genuensis in Praxi 79. Gratian. *cap.82. a n.15. cum*

51 *seqq.* Parisius *de resignatione, lib.1. q.11.* Garzias *de Beneficiis p.6. cap.2. num.34.* Sanch. *d.disp.27. num. 10.* Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.8. n.148.* Merolla *loco cit. n.569.* consensit Pax Jord. *d.tit.6. num. 100*, dum dicit, quod quando intuitu tribunalis facta esset Delegatio transit in successorem. Sed certe semper intuitu tribunalis facta est Commissio Vicario.

Dubitatur etiam, an cum Delegatio est facta Canonico 52
transeat in successorem in Canonicatu? Agitat hanc quæstionem Panorm. *in d. cap. quoniam Abbas, nu. 9.* & dicit quod non, quia Canonicus non habet successorem. Abbatem sequitur Felinus *ibi n.5. & 6.* Dominicus *in cap. Statutum de rescript. in 6.* & ibi Franch. *n.9.* Alii verò dicunt, licet hoc verum esset juris rigore attento, attamen ex præscripta Principis voluntate transire in successorem, ita Sanchez *de Matr. d.disp.27. n.12.* 53

Sed rem hanc melius cribravit Merolla *loco cit. n.574.* dicens; Commissionem factam Canonico vel esse semper personalem, vel frustratoriam: quia si simpliciter Canonico alicujus Cathedralis fiat Commissio ratione incertitudinis, futilis erit; ideo ne tanquam vaga habeatur, oportet ut præcedat nomen proprium Canonici, & sic personalis erit judicanda, & ut talis non transit ad successorem; & fuit doctrina hæc Panormitani *in d. cap. quoniam*, si bene perpendatur; si tamen Commissio facta fuerit Canonico cum aliqua qualitate, qua possit ab aliis discerni, puta Canonico Pœnitentiario, tunc in successorem bene transiret, Merolla *loco cit. num. 578.* Moneta *d. cap. 8. a numer. 151. cum seqq.* 54

Limitat enim supradictam Regulam scilicet Delegationem factam dignitati transire in successorem Bellonus *d. cap.10. quæst 8. num. 50.* cum committitur negotium facti, seu nudum ministerium; tunc enim licet Commissio sit facta dignitati, morte Delegati extinguitur, quia tunc est electa industria personæ. 55

Delegatio cum sit personalis, & facta est pluribus, per mortem unius extinguitur tota Delegatio, ut habetur in *cap. uno Delegatorum, de off. Delegati*, ibi; Uno Delegatorum, vel arbitrorum sicut proponis rebus humanis exempto eorum officium expiravit, ut habetur etiam in *lege item si unus, §.1. ff. de receptis Arbitr.* & assignat rationem *glossa in d.cap. uno, verbo Delegatorum*, quia scilicet loco unius sunt; nisi aliud tamen in Delegatione fuisset expressum, ut subjungit ibi textus, quod contingeret si in Litteris extitisset illa clausula, *quod si non omnes*, ut explicat eadem glossa; nam tunc quia constat de certo impedimento poterit Collega procedere, Moneta *d.cap.8. n.136.* vel si esset illa clausula, *ut unus &c.* nam in superstite remanet jurisdictio, juxta text. in *cap. cum plures de off. Delegati in 6.* Moneta *loco cit. n.137.* Si tamen esset facta Delegatio dignitati, non expirat, sed quiescit, & in suspenso stat, donec alius illam dignitatem occupaverit, quo suffecto, in ipsum transit Delegatio, Moneta *loco cit. n. 138.* Patet Fragosius *loco cit. num. 120.* 56 57

Sed quando per mortem Delegati Subdelegati jurisdictio expiret re integra videndum est (loquitur in subjecta materia de Delegato Papæ) potest contingere dubium, cum moritur Delegatus vivo primo Delegante, seu Papa, vel eo mortuo: si loquamur vivo proprio Delegante DD. in varias inciderunt sententias, nam multi dixerunt Subdelegati expirare jurisdictionem; & assignant rationem, quia re integra Subdelegatus non fecit jurisdictionem suam. Alii vero contradixerunt, nempe non expirare Delegationem, quia licet Delegatus subdelegans obierit re existente integra quoad Subdelegatum, tamen superest adhuc primus Delegans, qui est fons, & origo jurisdictionis. Alii vero distinctionem adhibuerunt, aut Delegatus in totum subdelegavit, & tunc quia omnis jurisdictio ivit in Subdelegatum, si est vivus primus Delegans, etiam re integra non extinguitur Delegatio: sin vero in partem, tunc quia Delegatus non abdicavit a se omnem jurisdictionem, & ab ipso pendet illa, quam habet Subdelegatus, ideo re integra per mortem Delegati expirat jurisdictio Subdelegati. Alii tandem alia usi sunt distinctione, nempe aut Delegatus subdelegat ex facultate sibi tributa a primo Delegante, & tunc Subdelegati jurisdictio non perit morte Subdelegantis re integra, si primus Delegans est vivus, quia censetur ab illo Subdelegatus; sin autem subdelegat ex juris permissione (prout in casu nostro est) & tunc per mortem Delegati expirat jurisdictio Subdelegati re integra, quia in hoc Subdelegatus habet jurisdictionem a Delegato, quo moriente re integra cessare debet Subdelegati jurisdictio, Sanchez *de Matrimon. disp. 28. numer. 36.* Merolla *tom.3. disput. 7. capit. 4. dub. 28. numer. 321.* 58 59 60

Sed Moneta *d. capit. 8. numer. 215.* docet omnino dicendum esse, per mortem Delegati Subdelegantis re integra expirare jurisdictionem Subdelegati; secus si res non 61

sit

sit integra respectu Delegati, nullo habito respectu an primus Delegans sit vivus propter generalitatem jurium, de quibus supra, & credo clarum esse text. *in dicto cap. Si Delegatus, de off. Delegati in 6.*

62 Sed quid dicendum, si Delegatus, qui subdelegaverit sit vivus, mortuus autem sit primus Delegans re integra, quoad Delegatum non autem quoad Subdelegatum; erit dicendum quod cum res non sit integra pro dicto Subdelegato, licet sit quoad Delegatum, quia Delegati in Subdelegatum transivit jurisdictio, & jam radicata est,
63 jurisdictio non expirat dicti Subdelegati, prout colligitur ex *cap. citato, si Delegato, de off. Deleg. in 6.* & sic tenet Gratianus *ibidem n. 5.* Sanchez *dicta disp. 28. num. 37.* Merolla *dicto tomo 3. dub. 28. n. 224.* Franchus *decis. 455.* Sic etiam si res esset integra pro dicto Subdelegato non autem quoad Delegatum, quia satis est alterum cœpisse uti jurisdictione, vivente primo Delegato, ex eodem text. colligitur, & ibi *glossa in verbo Processum*, ibid. Dunozet. *n. 5.* Franch. *n. 2.* Sanch. *loco cit.* Merolla *loco cit. n. 326.*

64 Per mortem vero Subdelegati, re non integra quia uti cœperit jurisdictione, expirat Delegati jurisdictio, secus si res integra fuisset, *cap. quamvis de off. Deleg. in 6.* a contrario tamen sensu, Glossa *in c. super quæstionum, §. si vero verbo si non possunt, vers. sed quæritur de off. Deleg.* Moneta *dict. cap. 8. num. 495.* qui id ampliat, etiam si nulliter uti cœpisset, per text. *in cap. Venerabilis, §. porro, de off.*
65 *Deleg.* quod tamen intelligas expirare scilicet jurisdictionem Delegati per mortem Delegantis, re non integra quando in totum fuisset ei facta subdelegatio; si tamen non in totum, non expirat per mortem Subdelegati, sive res sit integra, sive non. Moneta *loco cit. num. 198. & 199.* & sufficiet tunc, ut aliquid jurisdictionis sibi reservaverit, puta si subdelegaverit cum potestate avocandi, ut docet Moneta *loco cit.*

66 Dum Delegatus subdelegaverit cum clausula, *donec revocavero*, per mortem Delegantis Subdelegati non extinguitur jurisdictio, cum jam subdelegatus uti cœperit jurisdictione: sic cum clausula, *cum abesse contigerit*, dum-
67 modo tamen uti cœperit; item Moneta *loco cit.* per tex. *in cap. si Delegatus de off. Deleg. in 6.*

68 Subdelegatio autem facta ad beneplacitum Delegati, per mortem Delegati subdelegantis expirat, etiam re integra, Glossa *in d. c. si Delegatus, in verbo morte, ubi in fine* docet, hoc verius esse, quam sequitur ibi Geminianus *n. 10.* Sanchez *disp. 28. lib. 8.* Moneta *d. c. 8. n. 225.* qui ad hoc allegat textum *in cap. gratiose de rescriptis in 6.* in quo text. dicitur, quod Gratia concessa ab beneplacitum Papæ expirat mor-
69 te concedentis, quia morte extinguitur Beneplacitum, Philippus Franch. *in d. c. si Delegatus de off. Delegati in 6. n. 5.* tenet, quod facta subdelegatione ad beneplacitum re integra expirat, re autem non integra, non expirat. Augustinus tamen Barbosa in eodem *c. si delegatus*, dicit, quod beneplacitum durat etiam post mortem, & nullam facit differentiam, cum Delegato facta fuerit ad beneplacitum, & quoties abesse contigerit, &c. nam per mortem non censetur revocata, &c.

70 Præterea etiam docet Moneta *d. cap. 8. n. 225.* quod quoties Delegatio est facta sub nomine dignitatis, puta Episcopo Caven. & sub eodem nomine facta fuerit Subdelegatio, totaliter non expirat dicta Subdelegatio, etiam re integra, quoad Subdelegatum, allegat Menoch. *q. 69. n. 7.* sed ibi hoc non dicit Menoch. probari tamen potest ex *d. c. si gratiose*,
71 ubi etiam dicitur, quod Gratia concessa ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, durat etiam post mortem Papæ, quia Sedes Apostolica semper durat, & nunquam moritur: sic aliud est cum sit ad beneplacitum personæ, aliud cum ad beneplacitum dignitatis; nam beneplacitum personæ morte extinguitur, non autem beneplacitum dignitatis, ut explicant DD. *in d. cap. gratiose*, sed de hac re vide Merollam *tomo 2. disp. 4. cap. 6. dub. 31. q. 1. a. 3. a num. 339. usque ad 348.*

72 Quarto finitur Delegati jurisdictio, cum fuerit datus, seu ut suspectus recusatus, finitur enim tunc ejus jurisdictio: quod possit Delegatus recusari suspectus, habetur in *tit. de off. Deleg. tam extra in 6.* præsertim in *cap. insinuante, & c. suspicionis extra, c. Judex, & c. si contra in 6.*

73 Suspicionis causa exprimi debet coram eodem Judice, & eligi debent Arbitri, coram quibus probanda, & a quibus causa suspicionis erit terminanda, juxta text. *in cap. cum specialis, c. secundo requiris, §. tertio postulas de Appellationibus, cap. insinuante cum cæteris concordantibus de off. Deleg. extra, & in 6.* & hoc docent omnes Canonistæ in omnibus supradictis Sacris Canonibus, quos allegare turpe est, dum habemus jura clara.

Recusari debet suspectus ante litem contestatam, scilicet antequam in eum consentiant; tamen ex nova causa superveniente recusari potest, ut docent DD. per illum tex. *in c. insinuante de off. Delegati*, Bellonus *c. 10. q. 8. n. 51.* nisi post detectam causam de novo prosequeretur causam coram ipso, nam tunc videretur consentire, nec ex dicta causa potest eum amplius recusare, ut dicitur aperte in dicto *c. insinuante extra de off. Delegat.* ubi Barbosa præter alios Canonistas, Calvacanus *dec. 185.* Rota penes Rubeum *tom. 3. dec. 7.* Gratianus *cap. 100.* 74

Imo ex causa antecedenti, quam ignorabant, etiam post litem contestatam fieri potest recusatio, & statur in hoc juramento allegantis Delegatum suspectum, Bellonus *d. c. 10. q. 8. n. 50.* Fermosinus *in c. si quis contra clericum de foro competenti, q. 9. in 6.* 75

Regulariter qui impetravit Judicem illum suspectum, dare non poterit ex noviter deductis, & ex nulla causa poterit dare suspectum, Barbosa *in dicto cap. insinuante, numer. 6. & 7.* 76

Sed adverte, cum dicimus Judicem Delegantem suspectum recusari, jurisdictionem finiri, ita intelligas cum suspicionis causa fuerit terminata, & juxta suspicionis causam fuerit per Judices declaratum, ut probatur ex dicto tex. *secundo requiris, §. tertio postulas*, non tamen statim ac uti suspectus fuerit datus, jurisdictione privabitur, sed tantum tunc suspendi dicendum est, donec causa cognoscatur; unde licet postquam recusatus fuerit suspectus delegare non potest causam; attamen si causa non fuerit terminata ex partium consensu, poterit bene subdelegare, quod secus erit, si contra ipsum terminata foret, quia tunc omnino esse Delegatus desinit, clare loquitur text. *in cap. Judex ab Apostolica Sede de off. Delegati in 6.* 77

Et notes, quod Delegatus antequam suspectus declaretur aliquam subdelegat causam valide: & si in totum subdelegavit, amplius suspectus dari non poterit, ut dicitur in dicto text. secus autem si in partem subdelegaverit, quia remanet Judex, optime Meroll. *d. tit. 3. disp. 7. cap. 4. dub. 14. num. 162.* 78

Scias tamen quod hodie, ut observavi, non eliguntur arbitri, sed recusatur suspectus Judex cum expressione causæ, & juramento, & hoc sufficit pro recusatione legitima; appellari tamen debet ab ulteriori processu, ut acta postea facta nulla dicantur, Rota *dec. 7.* penes Rubeum *tom. 3. idest ab anno 35. usque ad 37.* & apud Dunozet. *dec. 867.* 79

Cum tamen duo fuerint dati Judices simpliciter, vel conjunctim, tunc uno recusato, alter procedere nequit, per tex. *in c. penultimo uno Delegatorum de off. Delegati*, sic cum sunt dati cum clausula, *quod si non omnes*, prout supra adnotavimus, Moneta *cap. 7. n. 649.* 80

Quinto finitur Delegati jurisdictio per prolationem sententiæ ejusque executionem, ut habetur in *cap. Litteris de off. Deleg.* ubi dicitur, quod ex quo Judex delegatus per se, vel per alium sententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit, ejus auctoritas & jurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus, ubi glossa, & omnes Canonistæ, consentit textus *in l. Judex posteaquam de sententia, & re judicata l. ut si proponis, c. quomodo Judex*, ubi communiter scribentes. 81

In prima parte in cap. Quandiu durat potestas Executoris, agitavi illam quæstionem, an Judex Delegatus possit postquam semel sententiavit, iterum revidere suam sententiam, quam nulliter tulit, prout potest facere Ordinarius: & ibi nonnulla adduxi in hac quæstione; hic tantum addo, quod Bellonus *de mandata jurisdictione cap. 9. quæst. 10. num. 38.* mordicus tenet, Principis Delegati jurisdictionem per prolationem sententiæ non extingui, neque quoad cognitionem, neque quoad executionem; ita enim scribit: *Sed falsum utique, nam verius est quoad cognitionem, neque quoad executionem censeri ejus jurisdictionem extinctam: non quoad cognitionem, quia si nullam protulerit sententiam, poterit ad Ordinarii exemplum iterum pronunciare, uti rectè censuerunt Angel. in l. Judex posteaquam 5. num. 6. ff. de re judicata*, Jacob de Niger. *de off. ejus numer. 16.* & ibi Marc. Mont. *numer. 47.* Camill. Piau. *lib. 2. cap. 6. numer. 24.* Nicol. Bell. *lib. 3. supp. cap. 18. numer. 2.* & alii. Nam *lex si ut proponis*, loquitur de Judice ab Ordinario Delegato, non vero de eo, qui a Principe Delegatus est, ut ex eo intelligimus, quia si causa fuisset a Principe delegata, non potuisset Præses, aut quivis alius Ordinarius in causa se intromittere, ut dici- 82

mus in *cap.10. quæſt. 8. num. 16.* & qui ſe intromiſit, quia cauſam, tretum alii delegavit, ut ibi dicitur; non fuit igitur ibi cauſa a Principe, ſed a Magiſtratu delegata, ut in ſpecie conſiderant Jacob de Niger. *in d. Rub. ff. de off. ejus n. 16.* & ibi Cam. Plau. *lib. 2. c. 6. num. 7.* Nicol. Bell. *d. lib. 3. ſupp. c. 18. num. 3* Neque quoad executionem, quia poteſt exequi ſuam ſententiam non ſolum jure Canonico, ſed jure Civili, ut verius, & receptius eſſe docuimus *in 8. c. qu. 14. n 16.* Plane quanquam exequi poſſit, in hoc tamen differt ab Ordinario: & hæc eſt ſeptima differentia: quia Ordinarius poteſt exequi ſuam ſententiam perpetuo, Delegatus vero Principis non niſi intra annum a die prolatæ ſententiæ, quo tranſacto extinguitur ejus juriſdictio, *c. querenti 2. de off. & poteſtate Jud. Delegati*, & Angel. *in l. a D. Pio 15. in p. 1. n. 2. ff. de re judicata*, Alex. *in d. Rub. de offic. ejus n. 6. in fine*, & ibi Jac. de Niger. *n. 17. verſ. 3.* Mar. Mont. *n. 50. verſ. circa tertium*. Quod autem diximus, non finiri quoad cognitionem, procedit ſi nullam pronunciaverit; cæterum ſi validam ſententiam protulerit, melius eſt, ut finiatur ejus juriſdictio; ita Jac. de Niger. *in d. Rub. ff. de off. ejus n. 16. & 20.* ultra hæc Bellonus: & hanc quoque ſententiam, ni memoria me fallat, tenet Menoch. *d. Rub. lib. 1. q. 67. n. 43. & 44.* Quæſada *controv. Juris c. 18. n. 25.* Pax, Jord. *d. tit. 16. n. 158.* Pater Fragoſius *loc. cit. n. 133.*

83 Sed quod non poſſit, mordicus ſuſtinet Guttier. *Canon. qq. lib. 1. c. 2.* & alii, quos in dicto loco citavi: quæ vero ſit opinio verior, non audeo judicare: certe quod non poſſit ſententiare, paſſim & frequenter ſcribunt DD. concordant vero cum contra, vel præter formam ſententiavit: cæterum ſi pronunciaverit ſe incompetentem, & non habere juriſdictionem, certo quod iterum ſententiare nequibit, omnes admittunt.

84 Delegatus tamen annum habet, intra quem poterit demandare executioni ſuam ſententiam, *c. querenti de off. Deleg.* ita ut expleto anno nullam aliam habet juriſdictionem, quam etiam illico amittit, executioni demandavit etiam intra annum, ut dicitur in dicto *c. in Litteris*, notat præ cæteris, Merolla *dicto tom. 3. cap. 4. dub. 23. nu. 283.* ſi tamen cœperit exequi ſuam ſententiam intra annum, executio tamen non eſſet completa, non expirat ejus juriſdictio, etſi annus lapſus fuerit, Rota penes Rub. *tom. 3. dec. 31. n. 3. & 4.*

85 Septimo finitur juriſdictio Delegati tempore præfinito in Litteris delegatoriis, ut habetur expreſſe in *cap. de cauſis, de off. Delegati*, poteſt tamen terminus prorogari de partium conſenſu antequam dies præfatus advenerit; ſic antequam elabatur terminus, ut in eodem *c. habetur*, & Gloſſa ibidem in verbo, *prorogetur*, & ibi communiter DD. tempus tantum currit a die præſentationis Litterarum coram Delegato, non autem a die expeditionis Litterarum, prout dicit textus *expreſſus*, *in cap. ſuper eo*, *il 2. in fine de appellationibus*, & notavit Gloſſa *in dicto cap. de Cauſis*, *verbo certum terminum*, *pro cæteris* Merolla *tom. 3. diſp. 7. cap. 4. n. 355.* Barbof. *in dict. cap. de Cauſis n. 7.*

86 Tandem finitur juriſdictio primi Delegati per comparitionem alterius Delegati, ſi in ſecundis Litteris de primis eſt facta mentio, alias non, habetur in *cap. cæterum de reſcriptis.*

His. & ſingulis modis finitur juriſdictio Delegati, de quibus vide Gloſſam *in cap. in Litteris de off. Delegati*, *in verbo officio ſuo functus*, *&c.*

CAPUT VIII.

Et Ultimum.

Ad quem a Sententia Delegati, vel Subdelegati erit appellandum.

SUMMARIUM.

1 *A Sententia Delegati appellatur ad Delegantem.*
2 *Cum Delegatus totaliter ſubdelegat, ad primum Delegantem appellandum eſt.*
3 *Secus ſi partem, nam tunc ad ipſum Delegatum.*
4 *A Subdelegato ad primum Delegantem appellari poteſt cum pars non opponit.*
5 *Cum ſunt plures Delegati, ſi unus ſubdelegat, licet non in totum, ad Delegantem appellandum eſt.*
6 *Cum unus Delegatus vices ſuas in totum, alter vero Delegatus in partem etiam ſubdelegat, ad primum Delegantem appellandum eſt.*
7 *Cum unus Collega ſua ſubdelegavit, ad primum Delegantem appellandum eſt, etiamſi aliquid ſibi reſervaverit.*
8 *Ad Papam eſt appellandum, & non ad Auditorem Cameræ, cum appellatur a Delegato Papæ.*
9 *Cum eſt appellandum ad Delegatum, & hic impeditus fuerit, ad primum Delegantem appellandum eſt.*

A Sententia Delegati, ad Delegantem oportet appellare, hoc expreſſe diſponitur circa *legem prim. in princip. ff. quis, & a quo l. Imperatores, §. 1. ff. de appell.* & ibi Gloſſa *l. præcipimus, §. hæc ſi Cod. de Appellat. l. unica, Cod. qui plur. juriſdictione*, Maranta *in Praxi Judiciali, par. 6. Rubr. quandoque appellat. n. 286.* late Gonzalez *in cap. Super quæſtionum n. 5. de off. Deleg.* 1

Cum vero Delegatus ſubdelegaſſet ad quem erit appellandum? Dicendum eſt quod ſi in totum Delegatus ſubdelegavit, quia tunc deſinit eſſe Judex, & per talem ſubdelegationem totam a ſe abdicavit juriſdictionem, certe appellandum erit ad primum Delegantem, tex. eſt in *c. ſuper quæſtionum, §. porro, de off. Delegati*, ibi: Porro cum Delegatus a nobis juriſdictionem ſuam in alium transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debebit. 2

Si vero non totum ſubdelegavit, ſed aliquid juriſdictionis ſibi Delegatus reſervavit, tunc ad ipſum erit appellandum, prout expreſſe cavetur in *c. ſi Delegatus, eod. tit. in 6.* ibi: Ad eum quoque qui vices ſuas committit donec revocet, vel qui executionem ſententiæ tantum, aut quicquid aliud de juriſdictione ſibi reſervat, nam ad Delegantem primum appellari debebit, etiamſi poſt ſententiam fuerit appellatum. Ita communiter Canoniſtæ *in 6. dictis juribus* præſertim Abbas *in dicto §. porro*, Barboſa late in dicto *cap. ſi Delegatus n. 6. cum ſequentibus*, Gonzalez *in c. ſi pro debilitate, de off. Delegati, n. 20.* late Scaccia *de App. q. 7. & 8. n. 16. 35. & 34.* Secundum hanc diſtinctionem Sacris præfatis Canonibus factam procedunt etiam jura Civilia, in *l. p. §. 1. ff. quis, & a quo, & l. p. Cod. qui pro ſua juriſdictione*, quæ videntur adulati, ut optime ratiocinatur Abbas *in d. §. porro n. 3. & 4.* & Gonzalez *in d. c. ſuper q. n. 5.* 3

Poteſt tamen a Subdelegato ad primum Delegantem appellari, & ſi non in totum facta fuerit ſubdelegatio, ſi hoc non fuerit oppoſitum; nam cum excipitur, non poteſt ad Papam appellari: bene tamen permittitur, cum non præcipitur, docet Maranta *in Praxi par. 6. n. 6. c. quanquam de appell. n. 370.* ſed contradicit Barboſa *in d. c. ſi delegatus, n. 12.* qui dicit; quod etiam parte non opponente, non poſſit ad Papam appellari, ſed ad ipſum Delegatum Subdelegantem appellandum ſit. 4

Cum vero plures eſſent Delegati, & unus ſubdelegaſſet licet non in totum, tunc a ſententia iſtorum ad primum Delegantem erit appellandum, ut *d. c. ſuper quæſtione, §. ſi cum unus, unde ſi ab eo.* 5

Sic ſi unus totaliter vices ſuas commiſſit, alter vero in partem, adhuc ad primum Delegantem erit appellandum, ut optime Scaccia *d. q. 8. n. 36.* 6

Item ſi unus alteri Collegæ ſubdelegavit, nam adhuc ad Papam eſt appellandum, Scaccia *loc. cit. n. 36.* Sed quid ſi unus Collega aliquid ſibi reſervavit. Aliqui tenent quod ad Collegam Subdelegantem ſit appellandum, quia tunc Delegatus Collega Subdelegatus in partem efficitur. 7

Sed Contrarium verius dicit Scaccia *loco cit. n. 39.* quod ſemper a Delegato ad Papam Delegantem eſt appellandum, vide Scacciam *loco cit.* qui fuſius &c. 8

Cum tamen ad Papam Delegantem eſt appellandum, tunc ad ipſum Papam deferri debet appellatio, nec ſufficit ut ad Auditorem Cameræ appelletur, Scaccia *loc. citata numero 16.* 9

Cum tamen ad Delegantem eſt appellandum, & is fuerit vel mortuus, vel excommunicatus, tunc ad primum Delegantem erit appellandum, ſi interim contigerit appellari, ut habetur in *c. is cui de off. Delegati in 6.*

Regi Sæculorum Immortali, & inviſibili ſoli Deo honor, & gloria, in Sæcula Sæculorum, Amen. Deiparæque ſemper Virgini ſine macula conceptæ, ac ſuper Choros Angelorum in Cœlum Aſſumptæ,

D. THO.

D. THOMÆ DE ROSA
P R A X I S
UTRIUSQUE PARTIS.

Opere pretium duxi pro sublevando labore Executoribus circa Theoricam, quæ in his duabus Partibus continetur, Praxim, & Formulas Decretorum, quæ Executor in Executione Litterarum agere debet, breviter subjungere.

P R A X I S

Dispensationum Matrimonialium.



Um igitur impetrantur Dispensationes Apostolicæ sub aliquo impedimento dirimente, præsentari debent Litteræ coram Vicario Generali Episcopi loci, per quem debet fieri infrascriptum Decretum.

Die tali &c. Retroscripta Litteræ Apostolica fuerunt præsentata coram Reverendissimo Vicario N. per quem fuerunt recepta supra caput, omnique qua decet reverentia, & fuit mandatum, quod de expositis, & narratis in prædictis Litteris capiatur informatio, ad finem, ut constito de narratis, cum Oratoribus prædictis authoritate Apostolica sibi commissa dispensari possit super narrato impedimento. Et ita &c.

Hoc Decretum convenit omnibus Dispensationibus Matrimonialibus, & per eum firmatur jurisdictio Executoris, juxta ea, quæ dicta sunt. Si Dispensatio sit expedita ob angustiam loci, quæ causa est frequentissima, tunc Dominus Vicarius Executor debet in primis examinare testes, qui deponere debent super Impedimento expresso in Litteris Apostolicis. Secundo debent deponere super angustiam loci, quod scilicet locus, in quo nata est puella, sit angustus, ob cujus angustiam dicta puella non potest facile invenire virum paris conditionis, nempe ætatis, qualitatis, morum &c. cui nubere possit. Tertio debent deponere quod puella non fuerit rapta. Quibus probatis, debet facere infrascriptum Decretum.

In Dei nomine Amen, &c. Visis Litteris Apostolicis Nobis directis, expeditis Romæ sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Kalend. &c. Millesimi &c. Pontif. Sanctiss. Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ X. Anno ejus quinto. Ac præsentatis pro parte N. & N. Visa informatione desuper capta, ex qua constat preces narratas Sanctissimo Domino Nostro &c. ac in dictis Litteris expressas veritati niti. Dictamque N. facile non invenire virum paris conditionis cui nubere possit in dicto loco N. Diœcesis N. ob illius angustiam, dicimus, decernimus, & declaramus fore, & esse cum dictis N. & N. Oratoribus dispensandum super Impedimento quarti Consanguinitatis gradus inter ipsos existente, prout præsentium tenore, authoritate Apostolica, qua in hac fungimur, dispensamus, ita ut factis proclamationibus in eorum Parochiali Ecclesia valeant Matrimonium juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum licite, & libere valeant permanere, prolem exinde nascituram legitimam nunciando, prout nunciavit idem Sanctiss. Dominus Noster in dictis Litteris, non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus quibuscunque, quæ omnia non obstare voluit. Et decrevit idem Sanctissimus Dominus Noster. Et ita dicimus, decernimus, declaramus, ac Apostolica authoritate Nobis commissa dispensamus. Et ita &c.

Si dispensatio fuerit expedita ob aliam causam, oportet ut causa narrata verificetur, & fit Decretum mutatis mutandis, ut si esset ob sedandas inimicitias, apponitur in Decreto: *Gravesque inimicitias extitisse, & extare inter dictum N. Oratorem, & consanguineos, & affines dictæ N. Oratricis, & aliunde tamen exortas, quam ex causa dicti Matrimonii contrahendi.* Ita etiam cum ad dotem incompetentem impetrata est dispensatio, tunc dicitur: *Dictamque N. non habere dotem competentem, ut pari nubere possit, dictus N. dictam N. cum dicta dote minus competente ducere velit, &c. Ideo &c.* Licet tamen non sit necessarium exprimere causam in Decreto, sed sufficiat ut dicatur, *preces narratas Sanctiss. Dom. Nostro, & in dictis Litteris appositas veritati niti. Ideo &c.*

Rosa de Execut. Lit. Ap.

Cum vero Dispensatio impetratur in forma pauperum cum copula, vel diffamatione copulæ, tunc aliter erit procedendum; nam in primis post factam præsentationem Litterarum Apostolicarum Vicarius debet separare futuros conjuges, si invicem cohabitaverint, & ita debet interloqui: *Præsentata &c. nec non fuit mandatum, prout præsentium tenore mandatur, quod dictus N. & dicta N. separentur ab invicem, nec amplius simul valeant cohabitare, donec & quousque &c. ad finem &c.*

Deinde Dominus Vicarius debet imponere pœnitentiam Oratori, & ita debet decretare: *Reverendissimus Dominus Vicarius &c. Apostolicus Delegatus pro executione Dispensationis Apostolicæ super impedimento &c. quarti gradus, v.g existente inter N. & N. in forma pauperum impetrata, mandavit, quod dictus N. per tres menses continuos operam suam personalem singulis diebus præstare habeat, & debeat pro servitio suæ Parochialis Ecclesiæ, sub titulo Sancti N. ad arbitrium Rectoris ejusdem Ecclesiæ; de quo servitio præstito fiat fides a R.D. Rectore ad finem &c.*

Debet etiam Vicarius capere informationem super expositis, nempe quod inter Oratores existat impedimentum expressum secundum gradus distinctionem. Secundo, quod inter dictos Oratores extitit copula, quod probatur per confessionem partium. Tertio, quod stante copula prædicta, nisi sequatur inter eos Matrimonium, dicta mulier innupta remaneret, & verisimiliter possint oriri scandala inter consanguineos. Quarto debet verificare, quod Oratores sint pauperes, & miserabiles personæ, & quod tantum vivunt ex eorum labore, & industria. Quinto, quod dicta mulier non fuerit rapta.

Postmodum debet Vicarius imponere publicam pœnitentiam explendam a dictis Oratoribus in die festivo, qualis esset, ut candelam in manibus in foris Ecclesiæ teneant flexis genibus, faciendo Decretum tenoris sequentis:

Pro executione &c. Mandamus N. & N. ut in die Dominica, dum Missa solemnis celebratur, stare habeant in foris Ecclesiæ flexis genibus, cum candelis accensis in manibus; ut per hoc alii retrahantur a similibus committendis: & ita &c. De quo actu debent fieri fides per Parochum, & in actis produci. Item debet recipere juramentum ab Oratoribus, quod dicta copula inter eos habita non fuerit spe facilius impetrandi dictam dispensationem, sed tantum ex humana fragilitate.

Demum debet Dominus Vicarius mandare, ut absolvantur Oratores ab incestu. Quibus peractis, debet facere infrascriptum Decretum.

Visis &c. Visa informatione desuper capta, ex qua constat, preces appositas veritati niti, nempe dictos N. & N. in quarto gradu consanguinitatis existere, ac copulam inter ipsos habitam, non data opera, sed humana fragilitate contigisse, ac dictam N. ob dictam copulam innuptam remanere, graviaque scandala verisimiliter posse exoriri inter dictum N. & consanguineos dictæ N. si Matrimonium inter dictos Oratores non contrahatur, necnon præfatos Oratores esse pauperes, ac miserabiles personas, suisque laboribus & industria victum quærere. Proinde tenore præsentium dicimus, decernimus, & declaramus, stante quod dicti Oratores publicam pœnitentiam peregerunt, ac prædictus N. operam suam per tres menses continuos præstitit personaliter servitio Parochialis Ecclesiæ, cum iisdem Oratoribus fore, & esse

super dicto impedimento quarti consanguinitatis gradus inter ipsos existente dispensandum; prout præsentium tenore, Apostolica authoritate, qua in his fungimur, dispensamus, & licentiam concedimus solemnizandi Matrimonium in facie Ecclesiæ, juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. (Factis proclamationibus in Parochiali Ecclesia, & in eo postmodum licet, & libere permanere, prolem natam, vel nascituram legitimam nunciando, prout &c. non obstantibus &c.

In dictis dispensationibus solet apponi clausula, (*pœnitentia judicata,*) quæ importat, quod si pro dicto incestu a Curia sæculari fuerint ad pœnam aliquam condemnati, Orator dictam pœnam, & Decretum adimplere habeat, priusquam Matrimonium contrahatur.

Si tamen non fuerit habita copula, sed tantum conversati, & orta sit suspicio quod invicem se carnaliter cognoverunt, omnia supradicta adimplenda sunt, præterquam quod loco copulæ testibus probanda est hæc conversatio, ob quam mulier innupta remaneret, si cum dicto viro Matrimonium non contraheret. Quandoque impedimentum est duplicatum, v. g. tertii, & quarti gradus; & tunc semper Decretum Dispensationis fertur super remotiori gradu, & deinde in fine Decreti dicitur: *Impedimentum vero tertii gradus, inter præfatos, etiam existens non obstare declaramus, prout declaravit idem Sanctissimus in dictis Litteris, non obstantibus &c.* Hæc enim verba, seu clausula apponitur post illa verba, *prolem legitimam nunciando &c.* Et hæc sufficiant pro Praxi Dispensationum Matrimonialium; nam & si expediri possunt cum aliis causis, tamen Executor ad exemplum dictorum se regulare poterit.

P R A X I S

Executionis Litterarum Apostolicarum, in quibus fit Provisio Beneficiorum.

Cum fuerint expeditæ in forma dignum tunc Executor Apostolicus postquam sibi Litteræ præsentatæ fuerint, & facto Decreto, quod capiatur informatio, ut supra, debet examinare testes, super redditibus Beneficii juxta valorem expressum innitens, ac etiam probare testibus, vel ex parrita libri mortuorum, obitum in mense reservato, vel qualitatem, quæ fecit Beneficium reservatum. Item debet probare idoneitatem provisi: & si esset Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, debet facere examinare provisum super idoneitate Beneficii obtenti: ac super cantu Gregoriano; & si Beneficium esset cum cura Animarum, debet adhibere Examinatores Synodales pro forma. Facto processu, & probatis his omnibus, debet facere infrascriptum decretum tenoris sequentis:

In Dei nomine Amen. Visis Litteris Apostolicis Romæ &c. Nobis præsentata pro parte R. N. Visa informatione capta, ex qua constat preces narratas Sanctiss. Domino Nostro I P. &c. esse veras, nempe de Mense Septembris per obitum R. D. vacasse, & vacare Canonicatum, sive Beneficium sub titulo &c. cujus fructus, reditus, & proventus non excedunt valorem annuum ducatorum viginti quatuor auri de Camera, secundum communem existimationem, dictumque N. esse habilem, & idoneum ad dictum Canonicatum, & Præbendam, prout idoneus repertus fuit a nostris Examinatoribus Synodalibus: proinde dicimus, decernimus, & declaramus, dictum Canonicatum cum Præbenda, ut supra vacatum, esse conferendum, dicto R. N. prout tenore præsentium, Apostolica Authoritate, qua in his fungimur, conferimus, & assignamus cum omnibus suis fructibus, proventibus, emolumentis, & oblationibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, ac connexis, & integro statu, ipsumque in realem corporalem, & pacificam possessionem dicti Canonicatus, & Beneficium, ponimus, & inducimus, (si per ipsum Executor dat possessionem; si vero per alium, tunc apponuntur illa verba:) *Et in realem, & pacificam possessionem mandamus immitti R. D. N. amoto quolibet alio illicito detentore, quem amotum esse per præsentes decernimus authoritate prædicta Apostolica, mandamusque omnibus Dignitatibus, & Canonicis, dicti Rev. Capituli, ut dictum N. provisum Apostolicum, in fratrem, & Canonicum recipiant, & Stallum in Capitulo assignent, illumque, ut talem habeant, & tractent, ac portionem ei faciant, prout habeant alii Canonici dictæ Cathedralis Ecclesiæ, non obstantibus constitutionibus, consuetudinibus contrariis quibuscumque, tam generalibus, quam particularibus dictæ Cathedralis Ecclesiæ; quæ omnia non obstare voluit idem Sanctissimus in dictis Litteris, & mandamus, dicto R. N. ut professionem fidei coram Capitulo præstare debeat, ac juramentum de servandis consuetudinibus dictæ Cathedralis Ecclesiæ. Et ita dicimus &c. & Apostolica authoritate conferimus, & assignamus, singula singulis referendo, non solum isto &c.* (si Beneficium non sit Canonicatus, sed simplex, tunc non apponuntur in decreto illa verba,) *mandamusque omnibus Dignitatibus &c. ut in fratrem recipiant,* nec, *ut Stallum in Choro, & locum in Capitulo assignent,* nec etiam quod *debeat emittere professionem,* nec, *præstare juramentum.*

Post præfatum decretum debet fieri Bulla, cum insertione Litterarum Apostolicarum, & supradicti Decreti hoc modo videlicet:

Universis, & singulis, præsentibus, & futuris, notum facimus, & testamur, quod nuper pro parte R. N. coram nobis fuerunt præsentatæ Litteræ Apostolicæ cum Plumbo pendente, tenoris sequentis videlicet: Inseratur tota Bulla, *quæ a nobis supra caput omnique, qua decet reverentia fuerunt receptæ; ac cum instatum fuerit pro parte R. &c. ut ad dictarum Litterarum Apostolicarum executionem procedere deberemus, nos autem volentes mandata Apostolica, ea, qua debet diligentia, executioni demandare, ac juxta formam in dictis Litteris nobis præscriptam procedere, mandavimus, de expositis, & contentis in eisdem Litteris debitam capi informationem; qua capta, & constito nobis legitime de narratis fuit interpositum Decretum tenoris sequentis videlicet:* Inseratur Decretum. *Ideo has Bullas fieri jussimus ad futuram rei memoriam, & ad cautelam dicti R. D. N. manus sigillo nostro munita; quæ &c. In quorum fidem &c.*

Si possessio committenda sit alicui, additur in Bulla post decretum dicta commissio, pro capienda possessione, & fit commissio per hæc verba: *Et ideo pro executione Litterarum Apostolicarum, & Decreti per nos prolati, committimus R. D. N. ut in possessione dicti Canonicatus ponat, & inducat dictum R. N. sive legitimum suum Procuratorem.*

Cum vero Beneficium confertur per resignationem ad favorem, tunc etiam Litteræ expediuntur in forma dignum, & Executor debet probare, Resignantem habere aliunde unde possit commode vivere, & debet subrogare alia bona loco Beneficii, si ad illius titulum fuerit ordinatus, ac verificatis verificandis, ut supra debet interponere Decretum tenoris sequentis.

Visis &c. In Dei nomine Amen, &c. Visa informatione &c. ex qua nobis legitime constitit dictum N. qui resignavit Beneficium, habere unde aliunde commode possit vivere, præfatumque Resignatarium esse habilem, & idoneum ad dictum Beneficium obtinendum, prout habilis repertus fuit ab Examinatoribus Synodalibus, ac reditus, & proventus dicti Beneficii non excedere valorem expressum; dicimus, decernimus, & declaramus dictum Beneficium resignatum in manibus Sanctissimi ad favorem dicti R. N. eidem esse conferendum, prout tenore præsentium authoritate Apostolica &c. prout in superiori Decreto. Deinde fit Bulla, ut supra, cum insertione Litterarum Apostolicarum, & Decreti. Quibus peractis, capitur possessio, & fit publicatio in Ecclesia, ubi adest Beneficium, juxta dicta in proprio Capite, & si est Canonicatus, debet emitti fidei professio, & præstari juramentum. Et totes quod de possessione, fidei professione, ac publicatione Notarius Publicus debet conficere actum publicum, seu Instrumentum in forma probante, & fidem facere in dorso Bullarum de dictis actibus factis cum annotatione diei, Mensis, & Anni, & opponere suum Signum.

Aliquando vero impetratio Beneficii fit certo modo, & est, cum quis male impetravit Beneficium ob malam expressionem, quæ nullitatem inducit; & tunc provisio Apostolica sic certo modo concessa duo continet mandata, scilicet de privando male provisum de Beneficio, illudque conferendi ei, qui Litteras certo modo impetravit, Executor harum Litterarum semper est mixtus, & debet procedere, citato male proviso.

In pri-

In primis post præsentationem Litterarum Apostolicarum debet dare terminum approbando narrativam factam a noviter proviso, citato primo male proviso, & hic terminus est communis, in quo termino debet probare malam expressionem factam ab illo, ob quam Litteræ ab illo impetratæ fuerunt nullæ, & ideo privandum Beneficio: debet etiam probare suam narrativam, valoris Beneficii, suæ idoneitatis, ut supra dictum est. Decretum tenoris est sequentis, videlicet: *Et per R. &c. Apostolicum Delegatum fuit provisum, & decretum, detur, prout præsentium tenore datur, terminus dierum &c. ad probandam narrativam, & incumbentiam, citato R. N. ex adverso principali.*

Postquam impetrans certo modo probaverit suam narrativam, procedi debet ad sententiam, servatis terminis substantialibus, idest servata forma judicii in Beneficialibus, quia Executor in hoc casu est Judex, & debet procedere ad sententiam privationis, citato male proviso, hoc modo, videlicet: *Quoniam Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis &c. Apostolicus Delegatus intendit procedere ad expeditionem causæ coram ipso jure delegato vertentis inter R. D. N. actorem ex una, & R. N. reum conventum ex altera, desuper privatione Beneficij sub titulo &c. Illiusque provisione in personam dicti R. D. N. actoris; ideo tenore præsentium citantur ambæ partes, qualiter die tertio post &c. & cum continuatione aliorum dierum trium ad dicendum, opponendum, allegandum quicquid &c. tam in jure, quam in facto, & quare &c. & eodem termino ad audiendum tenorem definitivi decreti, idea &c aliae &c.* Qua citatione facta, debet fieri sententia, seu Decretum modo, quo supra diximus.

In causa, & causis coram nobis authoritate Apost. Delegata vertente, & vertentibus inter R. N. actorem ex una, & R. N. reum conventum ex altera desuper privatione Beneficii sub titulo &c. Illiusque provisione in personam dicti R. N. actoris, ut in actis; Visis Litteris Apostolicis nobis præsentatis, expeditis Romæ, sub Plumbo, Sub &c. Viso termino dato, testiumque depositionibus, visa conclusione in causa, visa citatione ad sententiam, hac die, & hora cadente, visis videndis, & consideratis omnibus de jure considerandis, per hanc nostram definitivam sententiam, quam in scriptis jure Apostolico ferimus, dicimus, & decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus dictum R. N. propter malam expressionem, & subreptionem adhibitam in impetratione dicti Beneficij fore, & esse privandum, prout tenore præsentium Apostolica authoritate privamus, & privatum esse decernimus, dictumque Beneficium cum omnibus fructibus, proventibus, & juribus suis, ac integro statu, fore & esse conferendum, prout tenore præsentium, auctoritate prædicta Apostolica conferimus, & assignamus D. R. N. qui omnia narrata in Litteris Apostolicis coram nobis verificavit, ac idoneum ad dictum Beneficium obtinendum etiam se coram nobis exhibuit, ac in realem, corporalem ac pacificam possessionem dicti Beneficii immittimus, illiusque possessionem tradimus, amoto dicto R. N. seu alio illicito detentore, quem nos per præsentes authoritate Apostolica amovemus, & amotum esse decernimus &c.

Si Beneficium est Canonicatus, apponuntur aliæ clausulæ, de quibus supra in provisione Canonicatus; sic etiam si possessio committitur alteri, debet exprimi persona cui committitur possessio.

Facto dicto Decreto, & sententia intimatur Parti, seu ei, qui privatus fuit Beneficio, qui si appellat, non erit in causa amplius procedendum; si vero non appellat, concipiuntur Bullæ cum insertione Litterarum Apostolicarum, decreti, & sententiæ modo ante dicto, & traditur possessio Beneficii prædicti.

Praxim autem exequendi Breve de capienda possessione nomine Cameræ, Litteras Gratiosæ subrogationis, & Gratiæ, *Sti Nostri*, hic non pono, cum semper hujusmodi executio fiat in Curia.

P R A X I S

Litterarum *si in evidentem.*

EXecutor *si in evidentem* Litterarum, ut diximus, semper sunt mixti propter clausulam, *vocatis vocandis*, quam continent; ideo debent procedere juris ordine servato: & quando non adsunt certi contradictores, debet procedi per Edictum, & citato Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis, debet enim ille qui impetravit Breve, seu Litteras, comparere coram Delegatis cum comparitione, seu memoriali, & præsentare Litteras Apostolicas; & in memoriali, seu libello debet fieri decretum, quod expediatur edictum in forma contra interesse prætendentes, hoc modo videlicet: supra in memoriali, seu libello debet fieri præsentata, una cum Litteris Apostolicis: Deinde in calce libelli fit decretum hoc modo videlicet: *Et per Illustrissimum, & Reverendissimum, Dominum, &c. Episcopum, & Admodum Reverendum Archidiaconum, &c.* Semper enim Episcopo, & primæ Dignitati diriguntur Literæ. *Apostolicos Delegatos, fuit provisum, & decretum, quod expediatur Edictum contra interesse prætendentes, cum termino dierum sex, ad dicendum, opponendum, allegandum, &c. quicquid, &c. & quare, &c. ad constituendum Procuratorem acceptantem instructum, & reperibilem, cum quo procedi possit ad omnes, & singulos actus usque, &c. alias procedetur in dicta causa ipsis nec amplius citatis, nec monitis, nisi si, & in quantum, & quatenus, & per affixionem, &c citetur. Citetur etiam R. Promotor Fiscalis nostræ Episcopalis Curiæ pro omni suo jure, & interesse. Datum, &c.*

Hoc Decretum debet subscribi ab ambobus Dominis Delegatis: deinde fit citatio per Edictum cum insertione Litterarum Apostolicarum, & decreti, hoc modo videlicet: Fit titulus citationis, in aliquibus Curiis ponitur primo loco nomen Papæ (nempe Clemens Papa X.) deinde nomen Delegatorum: in aliis vero Curiis ponitur solum nomen Delegatorum, deinde: *Cursoribus, & servientibus nostris, aliarumque Curiarum, sive, &c. Significamus qualiter nuper coram nobis comparuit, &c. ac præsentavit nobis Litteras Apostolicas. in forma Brevis, tenoris sequentis, videlicet:* A foris, *Venerabilis, &c.* intus vero, *Clemens Papa X.* (Inseratur totum Breve.) *Quæ Litteræ Apostolicæ fuerunt receptæ per Nos supra Caput, omnique, qua decet, reverentia, & cum fuerit instatum Nobis pro parte præfati, &c. quod ad executionem dictarum Litterarum procedere haberemus, & volentes mandata Apostolica, ut tenemur, debitæ executioni demandare; juxta tamen seriem, & continentiam, & formam, fuit per Nos interpositum infrascriptum decretum tenoris sequentis, videlicet:* Inseratur. *Ideo tenore præsentium vigore prainsertarum Litterarum Apostolicarum, ac decreti per nos interpositi, citamus, monemus, & requirimus omnes, & singulos sua interesse putantes, ut infra terminum a Nobis præfixum comparere habeant coram Nobis, ad dicendum, opponendum, & allegandum quicquid, & quare, &c. mandamusque vobis Cursoribus, seu cuilibet vestrum, ut præsentem citationem per Edictum affigere debeant in Valvis Ecclesiæ Cathedralis, ac Ecclesiæ, &c. ut ad futurum ignorantia causa non valeat allegari. Datum, &c.*

Hæc citatio emanata debet affigi in dictis locis, & ibi debet permanere quousque elabatur terminus assignatus; deinde Cursor, qui eam affixerit, debet facere relationem in originali, & reproduci in actis Domini Delegati: debent accusare contumacias; quibus incusatis, pars, quæ Breve obtinuit, debet comparere, ac petere, procedi ad ulteriora; in qua comparitione debet dari terminus ad probandum incumbentiam, seu ad probandum evidentem utilitatem. Decretum est tenoris sequentis, videlicet: *Per Illustrissimum, & Admodum Reverendum, &c. Apostolicum Delegatum, fuit provisum, & decretum, quod statuatur, prout præsenti Decreto statuitur, terminus dierum sex, intra quem verificari debeant narrata, in Litteris Apostolicis, citato etiam R. Promotore Fiscali; & ita, &c. & intimetur. Decretum prædictum intimari debet Partibus (si adsunt) & Promotori Fiscali.*

Pars, quæ obtinuit Breve, debet producere articulos, quibus intendit probare evidentem Ecclesiæ utilitatem: per Dominos Delegatos debet fieri citatio ad testes, & citari debent

bent

bent partes, si adsunt, ad videnda juramenta testium, & etiam Promotoris Fiscalis Curiæ.

Item debet fieri accessus super faciem loci, & specificari debent bona, quæ alienanda sunt, describenda ea per suos fines, & confines, & debet fieri infrascriptum Decretum.

Per Dominos, &c. fuit provisum, & decretum, quod fiat accessus super faciem loci, ad finem specificandi bona in actis deducta.

In ipso accessu describi debent in actis bona, quæ sunt alienanda, minutim, & in accessu debent citari Promotor Fiscalis Curiæ, & partes, si adsunt. Facto accessu, & specificatis bonis, debet fieri conclusio in causa, deinde citatio ad sententiam modo quo supra, mutatis mutandis: postmodum debet interponi Decretum tenoris sequentis videlicet;

In Dei nomine, Amen. In causa, & causis coram Nobis jure Apostolico vertente, seu vertentibus, inter R. N. actorem, ex una, & R. Promotorem Fiscalem, ex alia, desuper alienatione domus ejusdem Ecclesiæ, in actis deducta, vigore Brevis Apostolici, ut in actis, &c.

Viso Breve Apostolico in actis præsentato Nobis directo, expedito Romæ sub Annulo Piscatoris, apud Sanctam Mariam Majorem, &c. Viso edicto expedito contra interesse prætendentes, ac in eo debite contumaciis incusatis: viso termino dato in causa: visisque testium depositionibus, specificatisque bonis, secundum suos notorios confines: visa conclusione in causa, citationeque ad sententiam hac die, & hora cadente, audito in omnibus Promotore Fiscali Curiæ, &c. visis videndis, consideratis de jure considerandis, Nos infrascripti Apostolici Delegati, per hanc Nostram definitivam sententiam, quam in scriptis, Dei Nomine repetito, Apostolica auctoritate ferimus, dicimus, decernimus, & declaramus, ac definitive etiam sententiamus alienationem domus dictæ Ecclesiæ consistentis, &c. (& fit specificatio) *ut in actis, cessisse, & cedere in evidentem, & manifestam præfatæ Ecclesiæ utilitatem; super eadem alienatione assensum, consensum, & beneplacitum auctoritate Apostolica, qua in his fungimur, tenore præsentium præstamus, & impartimur, ac licentiam alienandi concedimus præfato Rectori Ecclesiæ pro ducatis tot, &c. Dummodo pretium, quod deducitur ex dicta alienatione unico contextu, ac illico convertatur in emptionem, &c. servata forma dictarum Litterarum Apostolicarum, nec alias, nec aliter, nec alio modo, non obstantibus, &c. Quæ non obstare voluit, &c. & ita dicimus, decernimus, & declaramus, ac assensum, & beneplacitum Apostolica auctoritate præstamus, & impartimur. Singula singulis referendo, non solum isto, &c.*

Sed adverte, quod cum magna difficultate conceditur beneplacitum Apostolicum, super venditione bonorum Ecclesiæ: sed solet concedi facilius pro concessione in Emphyteusim ad tertiam generationem, vel ad viginti novem annos, cum renovatione, & tunc mutantur mutanda, & apponitur clausula in Decreto, quæ semper apponitur in Litteris, *dummodo finita tertia generatione, domus, & territorium prædictum revertatur ad Ecclesiam prædictam, cum omnibus suis meliorationibus, absque eo quod renovatio peti possit.*

Facto Decreto, debent fieri provisiones, cum insertione Litterarum Apostolicarum, & Decreti, quæ traduntur partibus ad finem ut stipulari possit Instrumentum, in quo sunt inserendæ dictæ provisiones, ut jacent in Litteris Apostolicis, & Decreto definitorio. Provisiones autem conficiuntur: sic præmittuntur nomina Delegatorum, deinde. *Universis, & singulis, præsentes inspecturis, præsentibus, & futuris, fidem facimus, & testamur, quod nuper coram Nobis præsentatæ fuerunt Litteræ Apostolicæ in forma Brevis, tenoris sequentis, videlicet, a foris, Venerabili, &c. Intus vero, Clemens &c. Quibus Litteris coram Nobis servatis de omnibus jure servandis, & factis opportunis actibus in Curia, fuit per nos interpositum Decretum definitivum, tenoris sequentis, videlicet,* inseratur, *quæ omnia ad omnium notitiam deducimus, ut in futurum ignorantiæ causam allegare non valeant. Datum, &c.*

P R A X I S

Executionis Brevis pro Absolutione Irregularitatis.

Postquam fuerit Breve præsentatum, debet fieri Decretum, quod capiatur informatio pro verificatione, expositorum, prout de aliis Litteris dictum est, qua capta informatione, & constito de narratis, Dominus Executor debet interponere Decretum tenoris sequentis, videlicet:

Viso Breve Apostolico Nobis directo, Romæ expedito sub Annulo Piscatoris, sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem &c. Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri &c. non cancellato, non abraso, sed omni vitio, & falsitatis suspicione carente: visis testium depositionibus, aliisque scripturis præsentatis: visis videndis, & consideratis omnibus, de jure considerandis, dicimus, decernimus, & declaramus preces Sanctissimo Domino Nostro Papæ, pro parte R. per acta & fuisse, & esse veras, omniaque narrata eidem Sanctiss. Domino Nostro veritate niti, eundemque R. concordasse Fiscum, & pacem habuisse a parte offensa, ac perinde præfatum R. D. N. fore, & esse absolvendum ab omnibus pœnis Ecclesiasticis, quas quomodolibet propter delictum, & homicidium in actis deductum, quovis modo incurrit, prout præsentium tenore authoritate Apostolica, qua in his fungimur, absolvimus, & liberamus, ac cum eodem R. D &c. super irregularitate per eum ob idem homicidium quomodolibet contracta, dummodo aliud Canonicum impedimentum non obstet, Clericali charactere, quo alias rite insignitus fuit, illiusque Privilegiis uti, ac in susceptis per eum pariter rite quatuor Ordinibus Minoribus, necnon Sacris Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordinibus, in Altaris ministerio libere, & licite possit, & valeat ministrare eadem Apostolica authoritate dispensamus, non obstantibus Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibus Conciliis editis, Generalibus &c. Quæ omnia non obstare voluit & mandavit idem Sanctissimus Dominus Noster &c. dummodo dictus R. N. non celebret in loco commissi delicti; ac eidem pro pœnitentia salutari injungimus, ut qualibet sexta Feria per annum jejunet; & ita dicimus, decernimus, & declaramus, ac Apostolica authoritate, qua in hac parte fungimur, absolvimus, non solum isto, sed omni &c. Post cujus Decreti interpositionem debet fieri Bulla Absolutionis cum insertu tenore Litterarum Apostolicarum, & Decreti interpositi, modo, quo dictum est supra. *Universis &c. Noveritis qualiter nuper coram nobis pro parte R. N. fuit præsentatum Breve, expeditum Romæ sub Annulo Piscatoris tenoris sequentis, videlicet.* Inseratur. *Pro cujus Brevis debita executione fuit per Nos super expositis, capta informatio, & servatis servandis fuit interpositum Decretum tenoris sequentis, videlicet:* Inseratur totum Decretum. *Quæ omnia ad vestram, & cujuslibet deducimus notitiam, ut in futurum ignorantiæ causam allegare non valeat, & has Litteras ad cautelam dicti R. D. N. & ad futuram rei memoriam fieri jussimus Datum &c.*

Hic obiter notes quod quandoque pro Absolutione Irregularitatis contractæ impetrantur Brevia a Summa Pœnitentiaria, quæ tantum prosunt in casu occulto, non autem quando Irregularitas publice contracta est: quia tunc debet impetrari Breve expeditum per Secretariam Brevium, directum Ordinario, ut verificatis expositis, dispenset: & quando negotium est publicum, ita ut pluribus notum sit, tunc dicta Brevia Pœnitentiariæ nullius sunt roboris, & momenti, nec pro foro externo, nec interno: quia in dictis Brevibus adest Clausula illa (dummodo negotium occultum sit;) quod tale dici non potest, cum scitur a pluribus; in quo debent advertere Executores dictorum Brevium; & ob imperitiam dictorum Executorum multa scandala in Ecclesia Dei in animarum perniciem eveniunt.

P R A X I S

Pro Executione Brevis Concessionis Oratorii Privati pro Baronibus, & Principibus.

Obtento Breve per aliquem Baronem, debet præsentari Episcopo loci, qui pro executione Brevis debet facere accessum, vel committere alteri; & videre an locus Oratorii privati sit segregatus a domesticis curis, & an adsint omnia necessaria sacra supellectilia pro celebratione Missæ juxta Rubricas Missalis, & debet inspicere bene an supra Oratorium dormiatur; hoc enim non licet: & facto, accessu cum invenerit omnia disposita bene, debet facere Decretum, cum insertione Brevis tenoris sequentis, videlicet:

Visa Breve Apostolico nobis præsentato pro parte Domini N. Baronis expedito Romæ sub Annulo Piscatoris apud Sanctam Mariam, &c. Pontificatus, &c. Viso accessu per nos personaliter facto ad domum dicti Domini Baronis, in quo invenimus Oratorium segregatum a domesticis curis, bene, & decenter

tenter ornatum, ac in eo adesse omnia sacra supellectilia ad Sacrificium Missæ devote celebrandum, juxta Rubricas Missalis, dicimus, decernimus, & declaramus fore, & esse licitum dicto Domino Baroni, vigore dicti Brevis Sacrificium Missæ in dicto Oratorio celebrare facere coram se, & sua familia, licentiamque concedimus tam Sæcularibus, quam Regularibus celebrandi in dicto Oratorio, prout tenore præsentium Apostolica Authoritate, qua in hac fungimur, concedimus, dummodo minime celebrare faciat in diebus solemnibus, & festivitatibus primæ classis, & citra præjudicium jurium Parochialium. Et hoc ad nostrum Beneplacitum, & Arbitrium, servata forma prædicti Brevis, non obstantibus, &c. quæ, &c. Datum, &c.

Hoc Decretum cum insertione Brevis debet concedi pari modo quo de aliis diximus supra. *Universis &c. significamus, qualiter nuper coram Nobis præsentatum fuit Breve Apostolicum expeditum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, tenoris sequentis, videlicet:* (Ioscratur) *pro cujus Brevis executione servatis servandis fuit per nos interpositum Decretum tenoris sequentis videlicet:* Inferatur &c.) *ideo &c. has Litteras ad futuram rei memoriam fieri jussimus, &c.*

Vel etiam expeditio potest fieri in hoc modo, videlicet, ut in Decreto inferatur totum Breve, nec tunc opus erit expedire alias Litteras cum insertione Brevis, & Decreti.

P R A X I S.

Exequendi Litteras Apostolicas,

CUi Litteris Justitiæ impetravit, debet comparere cum libello formiter concepto coram uno ex tribus Delegatis a S. A. & in eo exponere, quod orta lite inter ipsum N. &c. quæ fuit agitata in Curia Ecclesiastica N. & a qua contra ipsum fuit prolata sententia, sentiens se gravatum, appellavit ad Sedem Apostolicam, a qua obtinuit Litteras Apostolicas ipsi Domino Episcopo directas, quapropter præsentat dictas Litteras, & petit &c. Dictus Dominus Delegatus debet facere præsentationem tam in Litteris, quam in comparitione, in qua etiam comparitione debet facere Decretum, quod prædicta omnia intimentur parti ex adverso, ut de eis notitiam habeat, ac citare dictam partem, ut infra aliquem terminum competentem compareat ad dicendum, opponendum, &c. contra dictas Litteras, & ad constituendum Procuratorem in Curia, cum quo procedi possit ad omnes, & singulos actus usque ad sententiæ interpositionem, illiusque executionem. Incipit tenoris sequentis, videlicet. *Per N. fuerunt recepta dictæ Litteræ supra caput omnique qua decet reverentia, & ipsarum debita executioni fuit decretum, & mandatum, quod notificentur Domino, &c. ex adverso Principali, ut de eis notitiam habeat, & in futurum ignorantiæ causam allegare non valeat, & tertia die post &c. legitime compareat coram Nobis ad dicendum, opponendum, allegandum quidquid dicere, & allegare voluerit tam in jure, quam in facto contra dictas Litteras, & in eodem termino ad constituendum procuratorem, instructum acceptantem, & irreperibilem, cum quo procedi possit in dicta causa usque ad illius sententiæ interpositionem, & executionem inclusive, alias procedetur in ejus contumaciam, & per affixionem &c. Datum &c.*

Deinde debent fieri provisiones cum inserta forma Brevis, comparitionis, & Decreti, quæ provisiones debent intimari parti ex adverso; provisiones autem debent fieri sic, Præmisso prius nomine Delegati. *Cursoribus &c. significamus qualiter nuper coram Nobis præsentatæ fuerunt Litteræ Apostolicæ in forma Brevis, cum infrascripta comparitione. Tenor Brevis talis est. A foris &c. Intus vero &c. Tenor vero comparitionis,* (Inferatur) *& per nos fuit interpositum Decretum tenoris sequentis, videlicet:* (Inferatur) *Ideo vobis, & cuiquam vestrum mandamus, ut prædicta omnia intimetis, & notificetis dicto præfato Domino N. parti ex adverso, ut de dictis omnibus notitiam habeat,*



D. THO.

D. THOMÆ DE ROSA

TRACTATUS

De Executoribus; seu Judicibus Remissorialibus pro conficiendis processibus in Causis Canonizationum Sanctorum.

In *Tractatu*, quem edidimus *de Executoribus Litterarum Apostolicarum*, in *secunda parte* tractavimus *de Executoribus Litterarum Justitiæ*, & quoad dictam *secundam partem*, nihil addendum, sed breviter agendum duximus *de Executoribus*, *seu Judicibus Remissorialibus pro conficiendis processibus in partibus vigore Litterarum Apostolicarum in causis Canonizationum Sanctorum*, & ipsam *Praxim* apponere, ad Dei ejusque Sanctorum majorem gloriam.

CAPUT UNICUM.

Continens præludia, pro exequendis Litteris remissorialibus pro formandis processibus, in causis Canonizationum Beatorum, seu Sanctorum virorum.

SUMMARIUM.

Cui natura litteræ remissoriales pro formandis processibus in causis Canonizationum Sanctorum, assimilentur gratiæ, an vero justitiæ, n. 1.

Ut quis canonizari possit, quæ requirantur? n. 2. *usque ad* 17.

Quid sit miraculum à remissive, n. 18.

Canonizatio debetur sanctis viris quodammodo jure justitiæ, num. 19.

Causæ Canonizationum ad causas contentiosas referendæ sunt, num. 20. & 21.

Probatio in causis Canonizationum, in probationibus causis criminalibus assimilatur, num. 22.

Ordinarius habet facultatem formandi processum super vita, & miraculis viri, cum fama sanctitatis defuncti, nisi prius manus apposuerit Sancta Sedes, num 23. & 24.

In causis Canonizationum Sanctorum, in primis debet formari processus super non cultu, num. 25.

Quando sumus in casibus exceptuatis a S. M. Urb. VIII. debet fieri processus, num. 26.

Processus super non cultu debet esse separatus, num. 27.

Modus faciendi processum super non cultu, remissive numer. 28.

Ordinarius, cum format processum super vita, & miraculis, debet examinare alios testes ex officio ultra productos, num. 29.

Sancta Sedes Apostolica non procedit ad Canonizationem Sanctorum, dumtaxat cum processibus ordinaria authoritate confectis, n. 30. & 31.

Quæ disposita sunt in Cæremoniali Leonis X. pro canonizandis viris, dicta prius fuerunt per antiquos Canonistas, num. 32.

S. M. Urbanus VIII. innovavit omnia, quæ sunt disposita in Cæremoniali Leonis X. & quæ fuerunt scripta a Canonistis, num. 33.

Sancta Sedes Apostolica debet expectare decennium post instantias sibi factas pro Canonizatione alicujus, num. 34.

Hodie recessum in aliquibus a Cæremoniali Leonis X. num. 35.

Remissoriales in genere, & in specie, sub eadem forma expediuntur, num. 36.

Refertur opinio Canteleri, num. 37.

Praxis hodierna refertur, num. 38. & 39.

Remissoriales, sive in genere, sive in specie, non conceduntur, nisi citato Domino Promotore Fidei, num. 40.

In remissorialibus datur etiam potestas compulsandi scripturas, num. 41.

Pro canonizandis Beatis requiruntur litteræ remissoriales ad probandum miracula, post beatificationem facta num. 42.

Antiquitus in causis Canonizationum non servabatur ordo, qui nunc observatur, num. 43.

In remissorialibus, antiquitus expeditis, non erat appositum tempus, intra quod processus terminari debebat, num. 44.

Tempus, intra quod expediri debet processus, nunc currit a die concessionis litterarum, num. 45.

Termino elapso, processus non potest finiri absque nova prorogatione termini, num. 46.

Tempus an currat impedito? num. 47. & 48.

Litteræ remissoriales tam in genere, quam in specie, olim committebantur etiam honestis viris, hodie tribus Episcopis, num. 49. 50. & 51.

Litteræ remissoriales intelliguntur concessæ pro Civitate, & Diœcesi, num. 52.

In litteris remissorialibus adest clausula, quod duo saltem, &c. & *ipsa quid operetur?* num. 53. *usque ad* 57.

Judex primo loco datus in remissorialibus, cui alter fuit subrogatus, an possit se intromittere in causa? num. 58. *usque ad* 66.

Judices Remissoriales in hac causa non possunt subdelegare, num. 67. & 68.

Judices Remissoriales debet attente procedere, ne committant nullitatem; ideo servare debent formam præscriptam, num. 69. & 70.

Terminorum conculcatio non facit actum nullum, Subpromotore non opponente, num. 71.

Judices Remissoriales in primis debent præstare juramentum de fideliter exercendo officium, & de servando secretum, num. 72.

Judices Remissoriales post præstitum juramentum debent eligere Subpromotorem, & Notarium Ecclesiasticum, qui jurare debent de fideliter exercendo, & servando secretum, num. 73. *usque ad* 79.

Notarius etiam probatur ex Fide legalitatis, num. 80.

Judices Remissoriales debent examinare testes, prius super interrogatoriis, deinde super articulis, alias processus nullus, num. 81. *usque ad* 92.

Judices Remissoriales non possunt admittere novos articulos, num. 93. & 94.

Interrogatoria, transmissa a D. Promotore Fidei, non possunt aperiri nisi in actu examinis, quo finito, debent de novo claudi, num. 95.

Testes debent examinari præstito prius juramento, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, exceptis Episcopis, n. 96. & 97.

Judices Remissoriales debent subscribere actum præstationis juramenti testium, num. 98.

Juramentum debent præstare testes citatu uno ex Subpromotoribus, alias non erit validum examen, num. 99. *usque ad* 105.

Testes citari debent ad præstandum juramentum, & postea ad subjiciendum se examini, numer. 106.

Testes induci possunt ad testificandum absque citatione, num. 107. & 108.

Testes an simul jurare possint, scilicet in una audientia? num. 109. & 110.

Quamvis testes antea juraverint, tamen in actu examinis iterum jurare debent, num. 111.

Examinari debent testes separatim, num. 112. & 113.

Qui testes examinandi? num. 114. usque ad 126.

Quam ætatem debeant habere testes examinandi? num. 127. 128. & 129.

Testium depositiones scribi, & extendi debent, propria, & materna lingua, num. 130. & 131.

Testium depositio qualis esse debeat? num. 132.

Testes debent reddere causam scientiæ, num. 133. usque ad 143.

Testes de audita alieno non probant immemorabilem, & quomodo? num. 145. usque ad 150.

Fama sanctitatis præcedere debet, num. 151.

Sola fama non probat vitæ Sanctitatem, num. 152.

Per famam probatur cultus immemorabilis, num. 153.

In antiquis, & antiquissimis Sanctitas probatur per famam, junctis aliis adminiculis, num. 154. 155. & 156.

Fama quomodo probanda, & per quæ verba deponere debeant testes? num. 157. usque ad 168.

Testes, deponentes super miraculis, diligenter sunt examinandi, num. 169. usque ad 173.

Sanatio, ut sit miraculum, an debeat esse instantanea? num. 174. usque ad 178.

Cum intercedit aliquod instrumentum naturæ, an excludatur miraculum? num. 179. 180.

Dum dolor intercedit in sanatione, num dicatur miraculum? num. 181. 182.

Cum remaneat aliqua debilitas, an dicatur sanatio miraculosa? num. 183. 184. 185. & 186.

Recidiva in morbum an tollat essentiam miraculi? num. 187. 188. & 189.

Pro diversis miraculis examinari possunt diversi testes, num. 190. 191.

Invocatio viri beatificati ad miraculum necessaria, quomodo probetur? num. 192. 193.

Pro probandis miraculis examinandi sunt testes de visu, & debent esse contestes, n. 194. 195. 196. 197.

Miraculum an probetur per unius testis depositionem? n. 198. usque ad 212.

Testes singulares non probant miraculum, n. 213. usque ad 222.

Miracula non probantur ex testibus de alieno auditu, n. 223. & 224.

Testes de auditu alieno probant in antiquis, n. 225. usque ad 232.

Medici an possint judicare, aliquam sanationem fuisse miraculosam ex relatione aliorum? num. 233. 234. 235. & 236.

Miracula antiqua probantur testibus de publica voce, & fama, n. 237. usque ad 249.

Miracula probantur per chronicas, & historias, n. 250.

Virtutes in specie probantur eo modo, quo miracula, num. 251.

Miracula, & virtutes in genere, an probari possint testibus singularibus? n. 252. usque ad 256.

Per testes singulares non potest probari observantia decretorum S. M. Urbani VIII. num. 257. 258. & 259.

Pro Canonizatione Sanctorum Martyrum quæ probanda? num. 260. & 261.

Testes inducti an omnes examinandi? num. 262. 263. & 264.

In uno quoque actu faciendo citandus est unus ex Subpromotoribus, num. 271.

An sufficiat præsentia absque citatione? num. 272. usque ad 291.

Præsentia Subpromotoris, quando decernitur citatio, an sufficiat? num. 292. & 293.

Judices remissoriales debent destinare locum loci pro compilatione processus, num. 294.

Qualis debeat esse locus loci? n. 295. usque ad 300.

In hoc judicio executionis remissorialium debet adesse Procurator, cum legitimo mandato. Et quomodo probetur mandatum? n. 301. usque ad 306.

Procurator debet jurare de calumnia, n. 307. & 308.

Electio Subpromotoris facienda est ab omnibus Judicibus delegatis, num. 309.

Compulsatio scripturarum quomodo facienda? num. 310. & 311.

Processu compilato quæ facienda sint? num. 312. usque ad 322.

HIc non intendimus tractare de Canonizatione Sanctorum, seu de necessariis requisitis ad hoc, ut quis inter Beatos, Sanctisque ascribi possit, ut ei publicus, debitusque honor a tota militanti Ecclesia exhibeatur, cum non solum hac de re tractaverint late Canonistæ in *cap. 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum, & cap. venerabili 52. in ordine de testibus*, Theologi multi *in 3. part.* D. Thomæ, multique alii Doctores sparsim; *verum integros tractatos ediderunt* Troilus Malvetius, Jacobus Castellanus, Lucas Castellinus, Angelus Rocca, Felix Cantelorus, Fortunatus Schiaccus, & novissime Illustriss. Carolus Felix de Matta Episcopus Sancti Severi, satis eruditus vir; sed tantum secundum institutum nostrum agere *de modo Exequendi litteras remissoriales, directas Episcopis Judicibus pro Sanctorum Canonizatione*. Et quamvis Felia Cantelorus multa ad praxim concernentia annotaverit, & copiosius Matta *in quinta parte* omnia, quæ ad praxim concernunt, ipsaque formulas, tam pro Judicibus in Romana Curia, quam pro Advocatis, ac Judicibus remissorialibus apposuerit, itaut nihil intactum reliquisse videatur; attamen quia de *Executione litterarum* egimus *in nostro tractatu de Executoribus Litterarum, in hac additione*, quasi necessarium duximus etiam de his litteris, seu de earum Executione breviter tractare, attingendo duntaxat praxim, & quæ cum praxi coincidunt; cætera vero satis discussa reperiuntur apud prædictos viros Doctissimos, præsertim apud Mattam.

Cui naturæ litterarum gratiæ, vel potius justitiæ hæ re- 1
missoriales litteræ assimilentur? facile quis investigabit; &
nobis videtur dicendum has litteras remissoriales potius ju-
stitiæ, quam gratiæ litteris assimilari: quod probatur, quia
ad viri Canonizationem devenire nequit Ecclesia, nisi po-
tius per legitimas, & exactas probationes constiterit de ex-
cellentia continua vitæ, Fideique puritate ejus, qui cauni-
niaati petitur; Innocentius *in cap. 1. de reliq. & venerat.*
Sanct. num. 1. ibidem Hostien. *n. 2. & num. 5. vers. oportet, &* 2
num. 8. Joannes Andreas *num. 4.* Zabarell. *num. 5.* & novissi-
me Prosper Fagnanus, *num. 3.* & statuitur *in Carem.* Leonis
X. *lib. 1. cap. 6.* ac etiam de heroicitate virtutum, tam Theo-
logalium, quam Cardinalium, Scacch. *de notis, & signis* 3
Sanct. sect. 2. cap. 4. pag. 141. sub littera C. Matta *de Canoni-*
zatione Sanct. p. 4. cap. 6. nu. 48. ubi late, Cantelor. *de Ca-*
nonizatione Sanct. c. 5. & quamvis explicite virtutum exer-
citium non requirant Canonistæ; tamen implicite id etiam 4
expostularunt, dum dixerunt, requiri continuam vitam
immaculatam, quæ absque exercitio virtutum constare
non potest, Coccinus *in relat. S. Thomæ de Villanova in*
princ. vers. excellentia, ultra quod Hostiens. & Innoc. *loc. c.* 5
humilitatem, & simplicitatem exposcunt, & iste Gloss. *in*
c. unico de reliq. & venerat. Sanct. in 6. verb. Sedes Apostoli-
ca, circa medium dicit, quod ad canonizandum Sanctos, 6
inquirendum est de priori vita, de laboribus multis, mori-
bus castis, actibus strenuis, de simplicitate, humilitate,
an persecutiones sustinuerit ex charitate, &c. & ita omnes
Doctores, præsertim Sanctus Antoninus *in 3. p. sum. tit. 12.*
c. 8. §. 1. Host. *in sum. de reliq. & venerat. Sanct. vers. & notat.*
Goffred. *in sum. eodem verb. num. 7.* Malvet. *de Canonizatio-*
ne Sanct. dubio 3. n. 4. Castellanus *in eodem tract. 95.* Cantelo- 7
rus *d. cap. 15. n. 9.* licet vero actus Canonizationis fundetur
in sanctitate, & excellentia vitæ, ut nuper diximus, &
scribunt omnes Canonistæ, tam *in d. cap. venerabili de te-*
stibus, præsertim ibi Butrius, Bellamera, Baldus, & Fe-
linus, *& in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct.* ibique Hosten.
Innocent. Joannes Andreas, Anchatan. & cæteri; atta-
men etiam requiruntur miracula, prout communiter scri- 8
bunt Doctores tum Canonistæ *in dict. cap. 1. de reliq. & ve-*
nerat. Sanct. & cap. venerabilis de testibus, quam etiam cæ-
teri de hac materia scribentes: quia miracula demonstrant
sanctitatem, optime Joannes Baptista Coccinus *in relat.*
B. Thomæ de Villanova ad Paulum V. in princ. Cantelorus
cap. 14. num. 16. Zach. *in quæst. med. legal. lib. 4. quæst. 1.*
num. 11. & alii communiter; ita ut non sufficiat vita sine
miraculis: vita enim immaculata sufficit tantum quoad 9
virtutem, sed absque miraculis deveniri haud potest ad Ca-
nonizationem, Innocent. *in dict. cap. 1. in fine numer. 1.*
Joannes Andreas *ibidem num. 4.* Hostien. *num. 6. in fin.* Zaba-
rell. *num. 5. fine*, Fagnan. *num. 4.* viceversa nec miracula suf- 10
ficiunt sine vitæ excellentia, Innocentius *in dict. cap. 1. ibi-*
dem, Zabarell. *num. 5.* Abb. *numer. 4.* & late Fagnan. *ibidem*
a num. 4.

a num.4. cum seqq. Emmanuel. Gonz. *num.9.* & Doctores *in cap. venerabili, de testibus*, præsertim Abbas; itaut hæc duo copulative requirantur, & unum sine altero non sufficiat, ut expresse Gregor. IX. in Bulla Canonizationis S. Antonii de Padua hoc fassus est, dicens: *Ad hoc ut Sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum: merita videlicet, & miracula, ut hæc, & illa sibi ad invicem contestentur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant, ad perhibendum inter homines testimonium Sanctitatis. Sed cum merita sana præcedunt, & clara succedunt miracula, tunc certum probent indicium Sanctitatis, ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus, & signis subsequentibus exhibet venerandum: quæ duo ex verbis Evangelistæ plenius colliguntur: Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis*, Hæc ille decretalium Auctor; Quare recedendum putamus ab Angelo Rocca *de Canonizatione Sanctorum cap. 8.*
11 *num.4.* dum ibi scripsit, quod vera vitæ sanctitas sine miraculis pro aliquo canonizando sufficiat, contra vero non item; Altercantur vero nostri an miracula necessaria sint
12 in vita, & post mortem viri, qui canonizari prætenditur? & affirmativam expresse tenuit Glossa *in cap. unico de reliq. & venerat. Sanctor. verb. Sedis Apostolica, post medium, vers. quærendum*, & ita etiam tenere videtur Hostiensis *in cap. venerabili, de testibus, num. 2. & in summa eodem verbo, num.3.* Sylvester *in summ. eodem verb. numer. 1. in fine*, Mollesius *consil.46. numer. 29.* Albericus *in dictionar. verb. Canonizatio, vers. & de miraculis*, D. Antonin. *in summ. part.3. tit. 12. cap.8. §.1. versic & inquirendum.* Hostiens. *in sum. lib.6. tit.29. de consecrat. Eccl. art. 5. vers. quæri*, Azor. *institut. moral. art.2. lib.5. cap 6. quæst.7. vers. inquiritur*, & hanc sententiam pluries strenue probavit Doctiss. Petrus-Franciscus de Rubeis Promotor Fidei in pluribus causis Canonizationis Sanctorum, præsertim *in Valentina Canonizationis S. Francisci de Borgia, in dubio an sit concedenda remissoria: & in Placentina Canonizationis Beati Greg. Papæ X.* & in aliis quamplurimis causis, & latissime scripsit *in dicta Placentina in replicatione ad responsiones datas oppositionibus ab ipso factis*, ubi asserit quasi innumeros *Pontifices* processisse ad Canonizationem Sanctorum cum miraculis tam in vita, quam post mortem factis; alii tamen Doctores docent, quod sicuti miracula post
13 mortem sunt necessaria, ut docent Canonistæ, & præsertim Innocentius *in d. capit. 1. de reliq. & venerat.* & Bellarmin. *in cap. venerabili, de testibus, num. 2. vers. quarto nota*, ibique Butrius *num.2* & Felinus *num. 1.* Castellinus *de certitudine glor. Sanct. cap.81 p 8. §.3.* Matta *part.4. cap.7. num.18.* quia hæc facta post mortem majoris sanctitatis evidentiam ostendunt, ut considerat Angelus Rocca *de Canonizatione Sanctorum cap. 29. in fine*, Lucas Castellinus *in tractat. de Canonizat. fol.* 129. ita hæc patrata post mortem sufficiunt ad Canonizationem, Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 178. *art.2. in corpore, ibi: vel in vita eorum, vel in morte*, Cassaneus *in cat. glor. mundi p 3 consid. 49.* Troil. Malvet. *de Canoniz. Sanct. dub 3. numer 73.* Cantelor. *capit. 20. num 2.* Matta *part.4. cap 7. num.13.* Zacb. *in quæst. med. legal. lib.4. quæst. 1. a numer.* 12. cum multis sequentibus, & hanc opinionem approbasse Sacram Congregationem, & Sacrum Rotæ Auditorium in pluribus causis Canonizationum, dicunt Cantel. & Zachias locis citatis, Coccin. *in relat. S. Thomæ de Villanova, circa principium, vers. accedit*, & egregie Laurentius de Rosa *in resp. ad oppositiones Dom. Fidei Promot. in Placentina Canonizationis B. Greg. X.* dicens, ita declarasse Innocentium tertium *in Bulla Canonizationis S. Homoboni in Bull. tom. 1. pag. 35. §. 1. vers. duo tamen*, & ita pluries firmasse Sacram Rotam in diversis causis ostendit: & ratio est secundum illos Doctores, quia miracula post mortem sunt certiora signa Sanctitatis, quam illa, quæ fiunt in vita; nam miracula etiam possunt fieri a malis hominibus, & potest esse, quod quis fuerit vir bonus, & sanctus aliquo tempore suæ vitæ, & miracula tunc patraverit, sed non perduraverit usque ad finem vitæ, ideo nec necessaria, nec sufficientia, Cantel. Cast. Matta locis citatis; Sed miracula facta post mortem indicant perseverantiam usque ad vitæ obitum. Bo-
14 num tamen esse, & præstantius, si in vita, & post mortem miracula fuerint, omnes admittunt: & nos consideramus, quod Ecclesia *in Hymno in primis Vesperis Sanctorum Confessorum* in vita ponit virtutes, easque celebrat, post mortem miracula commemorat, ibi: *ad Sacrum cujus tumulum, &c.* Utraque opinio est probabilissima, habet magnos Doctores, & aliquando Sanctam Sedem cum solis miraculis post mortem Sanctos canonizasse observa- 15
vimus. Miracula vero non requiruntur ab Ecclesia tanquam necessaria ad Sanctitatem vitæ, & Beatitudinem in Cœlo; sed quia non potest aliter sciri veritas Sanctitatis intimæ, & beatitudinis canonizandi, nisi per miracula quæ nequeunt fieri per hominem virtute humanæ naturæ, sed Divina tantum ope, Felinus *in cap. venerabili, de testibus num.1.* Sic requiruntur tanquam signa certa, quibus Deus Ecclesiæ suæ testificatur sanctitatem, & virtutem canonizandi, August. de Ancona *de Canoniz. Sanct. qu. 15. art.4.* & alii communiter, & egregie dixit Greg. IX. *in dicta Bulla Canonizat. S. Antonii de Padua*, cujus verba nuper attulimus. Quot vero miracula exigantur, & cujus generis pro Canonizatione Confessoris? vide Mattam *part. 4. cap.7.* Cantel. *cap.20. num.9.* & alios, &c. An vero mi- 16
racula requirantur in Canonizatione Martyrum? magna est inter nostros altercatio, vide Lucam Castellinum *in tract. de Canonizat. Sanct. Martyrum in quæst. de exigentia miraculorum in Sanctorum Martyrum Canonizatione*, qui latissime Felicem Cantelorum *cap.21.* Mattam *dict. part.4. cap.7. num.24.* cum multis sequentibus, Sylvestrum *in dict. verb. Canonizatio*, Canonistas, præsertim Gonz. & Fag. *in dict. capit. 1. de reliq. & venerat. Sanctor.* Et quod non
sint necessaria miracula, strenue sustinuerunt Joann. Ba- 17
ptista Coccinus, Alphonsus Manzanedus, Philippus Pirovanus, Sacræ Romanæ Rotæ Auditores, *in relatione S. M. Urbani VIII. facta, in Japponen. Canonizationis viginti sex Martyrum, artic.* 3. nam probato Martyrio in odium Fidei, ac fide, & charitate patientis, ipsa Martyrii susceptio est miraculum. Certum, est apud omnes, tam *Canonistas*, quam alios *scriptores*, quod facilius, &
levius expediuntur causæ pro canonizandis Martyribus, 18
quam Confessoribus. Quid autem, & quotuplex sit miraculum? Consule Doctores citatos, præsertim Zachiam, Roccam, Mattam, Cantelorum, & alios, & Canonistas tam *in cap. vener. de test.* quam *in c. de reliq. & vener. Sanct.* quia hoc extra nostrum institutum.

Igitur regulariter fit Canonizatio quando per exactas probationes, & rite factas, constat de excellentia vitæ, & operatione miraculorum; supposita igitur hujusmodi vita immaculata cum exercitio virtutum, & cum laboribus plurimis, suppositisque signis, & miraculis, talem vitam comprobantibus, Canonizatio, & honor, qui ex eadem Canonizatione consurgit, quodam mo-
do debitus viro, qui sic sancte, & immaculate vixit, 19
tantaque incommoda pro Dei amore proximique utilitate sustinuit, juxta illud Apostoli ad Timotheum 2. cap. 4. *Bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex; non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus.* Pium, & justum hoc dixit Gregorius IX. *in Bulla Canonizationis S. Antonii de Padua in* 12. *tom. bull.* dicens: *Pium, & justum est, ut quos Dominus merito Sanctitatis coronat, & honorat in Cœlis, nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris: cum ipse potius laudetur, & glorificetur in illis: Ut enim sua virtutis potentia mirabiliter manifestat fideles suos quos sæpe coronat in Cœlo frequenter, & honorat in sæculo, ad eorum memorias signa faciens, & prodigia, per quæ pravitas confundatur hæretica, & Fides Catholica confirmetur, fideles mentis corpore discusso ad bonis operis excitentur instantiam, hæretici depulsa, in qua jacent, cæcitatis caligine, ab invio reducantur ad viam, Judæi, & Pagani, vero lumine cognito, currant ad Christum, lumen, viam, veritatem, & vitam.* Hæc ibi. Et in ipsis litteris commissionalibus, seu remissorialibus, quæ Judicibus diriguntur, apponuntur illa verba: *Considerantes etiam æquum, & justum esse Dei gloriam, quæ in suis servis resplendet, manifestam fieri: præsentes litteras ad vos dirigendas sub hac forma censuimus, &c.* & eo magis hoc procedit in Sanctis Martyribus, qui sanguinem pro Christo Domino fuderunt.

Has Canonizationum causas in principio ad naturam 20
causarum contentiosarum pertinere, bene scribit Episcopus Matta *de Canonizat. Sanct. part. 4. capit. 1* quod evidenter patet, tam ex Ceremoniali Leonis in principio, quam, (& clarius) ex decretis S. M. Urbani VIII. & forma commissionis, seu remissorialium, cum in

uno.

unoquoque actu debeat citari Promotor Fidei, & po-
stea Subpromotores, Testes examinari prius super in-
terrogatoriis datis a Promotore, & transmissis Subpro-
motoribus; deinde super articulis præsentatis in S. Con-
gregatione, & inclusis in rotulo Remissorialium; debet
præstari juramentum de calumnia a Promotore, ut in-
fra latius.

Denique processibus transmissis cum tractatur de eo-
21 rum apertione, validitate, discussione, & cæteris, sem-
per agitur citato Promotore Fidei, prout in *Bulla S.
M. Urbani VIII. Cælestis Hierusalem Cives*, ibi; *ac dein-
de a nobis judicialiter aperiendi eos processus*; quæ omnia
naturam sapiunt Judicis contentiosi, quibus tamen exple-
tis cessat hujusmodi natura contentiosi judicii, & defini-
tionem ex cathedra, quam facit Summus Pontifex, ad Spi-
ritus Sancti inspirationem referendam esse, bene dicit
Matta *loco citat.* & ita intelligenda est sententia Augustini
Triomphi *de potestate Ecclesiæ*, *quæst.* 16. *art.* 1. ubi dixit,
quod Papa in canonizandis viris servare debet ordinem ju-
diciorum, scilicet in præparatoriis usque ad ipsam Cano-
nizationem.

22 Probationem in causa Canonizationis parificari proba-
tioni in causa civili, non autem parificari probationi in
causa criminali, dicit Cantelor. *de Canonizat. Sanct. cap.*
18. *numer.* 25. licet cum maxima diligentia procedatur;
quod omnino negat Matta *dict. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. qui
probat, probationes in causis Canonizationum parificari
probationibus causarum potius Criminalium, quam Ci-
vilium, reprobato expresse Canteloro; quia causæ Ca-
nonizationum sunt de majoribus, quæ in Ecclesia Catho-
lica tractari possunt, & cum sint tales indigent concluden-
ti, & pernecessaria probatione, & luce meridiana cla-
riore, prout observatur in criminalibus, teste Farinac. *in
prax. crimin. quæst.* 86. *numer.* 71. quod secus in civilibus,
&c. sed sive contentionis civilibus, sive criminalibus hu-
jusmodi Canonizationum causæ assimilentur, certum o-
mnino est, quod in illis maxima attentione, & circum-
spectione procedendum est utpote in causis maximi mo-
menti, tanquam de gravioribus Ecclesiæ militantis; quia
agitur de adscribendo viro inter cœtum Sanctorum,
eique adhibendo cultu publico, ac veneratione, quæ
Sanctis debetur.

Antequam ad modum exequendi hujusmodi litteras
procedamus, pernecesse est aliqua ad materiam attinen-
tia præmittere; & in primis præmittendum est, mortuo
23 viro cum fama sanctitatis, posse, ac debere Ordinarium
loci conficere processum super ejus vita immaculata, &
virtutibus, quas exercuit in vita, ac etiam super miracu-
lis, si quæ ad ejus intercessionem facta sunt, hoc expresse
deducitur ex *Bulla San. Mem. Urbani VIII. de anno* 1634.
Cælestis Jerusalem Cives, §. *demum vero*, & ex litteris pro
Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis scriptis a Sa-
cra Congregatione pro formandis processibus ab Ordina-
riis super vita, & miraculis alicujus viri, defuncti cum
fama Sanctitatis, & ex *decretis emanatis in Sacra Congre-
gatione die* 13. *Julii* 1649. *& die* 3. *Decembris* 1650. quæ
refert Matta *part.* 5. *cap.* 3. *numer.* 3. *&* 4. & hoc extra con-
24 troversiam est; verum cum Sedes Apostolica prævenerit
in apponendo manus in aliqua causa Canonizationis,
non potest Ordinarius amplius in ea quoquo modo se in-
tromittere, nec pro conficiendo processu super non cul-
tu, expresse decretum fuit per *Sacram Congregationem
Sacrorum Rituum prout in decretis*, *& instructionibus S.
Mem. Urbani VIII.* quæ etiam refert Matta *part.* 5. *cap.*
2. *a num.* 72. Antequam vero Ordinarius conficiat pro-
cessum super vita, & miraculis, debet omnino confi-
cere processum super non cultu dicti viri, defuncti cum
25 fama Sanctitatis, cum interpositione decreti super non
cultu; alias processus erit ipso jure nullus, prout in
decretis, *& Bulla præfata Urbani VIII.* expresse legi-
tur, itaut semper hic processus præcedere debet, sive
ordinaria, sive delegata Apostolica authoritate proce-
datur ad confectionem processus pro Canonizatione
alicujus viri; Nec aliter processus etiam Romam trans-
missi a Sacræ Congregationis Secretario, & a Pro-
motore Fidei, quomodolibet aperiri possunt, nisi prius
in eadem *Sacr. Rituum Congregatione*, *ibi*: *Alio sejun-
ctim oblatu authentico processu*, *& ex eo Ordinarium*,
aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum, *rite*, *&
recte cognovisse*, *ac pronunciasse dicto decreto de non
cultu contrariatum nequaquam esse*, *constiterit*; *& ha-
bita prius licentia aperiendi a Summo Pontifice*, *itaut
hic processus cum subsequenti pronunciatione Ordinarii*,
seu Sedis Apostolicæ delegati, *debet præcedere ex for-
ma prædictorum decretorum super cultu non adhibito*;
Et quando sumus in uno ex casibus exceptuatis in di- 26
ctis decretis, seu constitutione, nempe, quod cultus
fuerit adhibitus ex indulto Pontificio, vel permissione
Sacræ Congregationis, vel per communem Ecclesiæ
consensum, vel per immemorabilem temporis cursum,
aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel
longissimi temporis scientia, vel tolerantia Sedis Apo-
stolicæ, vel Ordinarii, debet fieri processus super hoc,
quando scilicet sumus in casu exceptuato, ut semper
appareat in primis fuisse satisfactum *decretis d. S. M.
Urb. VIII. promulgatis* 13. *Martii & 2. Octobris* 1625. *&
promulgatis per Sanctissimam Inquisitionem die* 30. *Octo-
bris* 1625. prout expresse habetur in aliis *decretis*, *&* 27
instructionibus, *typis mandatis fol.* 20. §. *particularis pro-
cessus*. Processus autem hic super non cultu debet esse
particularis, & separatus, ut expresse deducitur, tam
ex *d. const.* Urbani ibi: *Alio sejunctim oblato authentico
processu*, quam *ex d. decreto*, *seu instructione*, ibi: *Par-
ticularis processus cum subsequenti pronunciatione Ordi-
narii*, *seu Apostolicæ Sedis Delegati*, *procedere debet*,
&c. Modum autem, & formam conficiendi dictum pro- 28
cessum super non cultu, vel in casu excepto, & ipsas peti-
tionum, & decretorum formulas perbelle, & satis co-
piose, tradit Matta *par.* 5. *cap.* 5. *per totum*. In his proces-
sibus Ordinarii ultra testes, inductos a postulatoribus, seu
procuratoribus, debens super eisdem examinare ex of-
ficio alios testes bene instructos; & si aliquid in con-
trarium repererint, quod ipsis videatur relevans, de- 29
bent supersedere in ulteriori inquisitione, donec Sacra
Congregatio certiorata per litteras, mandet quid agen-
dum, habetur in novissimis *decretis*, latis *a Sanctissi-
mo Domino Nostro Innocentio Papa XI. sub diebus* 9. *Julii*,
& 6. Augusti 1679. Formam examinandi hos testes ex
officio tradit idem doctissimus Matta *loc. cit.*

Cum processibus fabricatis auctoritate Ordinarii Sedes 30
Apostolica non procedit ad Beatificationem, vel Ca-
nonizationem, sed requiritur processus, fabricatus au-
thoritate Apostolica, super vita, & miraculis viri ca-
nonizandi, ut habetur *in Cæremoniali Leonis X.* & no-
tant omnes, & ita stylus inconcussus *Sanctæ Sedis Apo-
stolicæ*; dicit tamen Cantel. *c.* 23. *n.* 6. *vers. secundo pro-
cessus*, quod, si Pontifici placuerit, processus, aucto-
ritate ordinaria confecti, deservire possunt pro proba-
tionibus in genere, cum ex illis idem habeatur effectus,
præsertim cum ex hujusmodi processibus, juncto tamen
processu, Apostolica authoritate fabricato, possit ad
Canonizationem procedi, ut fuit firmatum *in relatio-
ne S. Caroli Borromæi fol.* 9. regulariter tamen id fieri
non consuevit Cantelorus, sed servatur id, quod in
Cæremoniali disponitur.

Ad Beatificationem ergo, & Canonizationem virorum 31
non potest deveniri absque processibus, authoritate Apo-
stolica confectis, pro quibus conficiendis observari de-
bent omnino disposita in Cæremoniali Leonis X. pro-
ut mandavit *S. M. Urb. VIII. in suis decretis*, *& instru-
ctionibus fol.* 28. §. *in processibus*; In Cæremoniali au-
tem Leonis *lib.* 1. *cap.* 6. ita disponitur: *Postquam in-
crebrescente fama de excellentia vitæ*, *opinione Sancti-
tatis*, *& miraculorum corruscatione*, *Summus Pontifex
sæpe fuerit per Reges*, *Principes*, *seu Populos*, *interpolla-
tus*, *rogatusque*, *ut aliquem in Sanctorum Catalogo*, *&
venerandum*, *ut Sanctum decernat*; *re cum Fratribus ma-
ture tractata*, *si procedendum ad inquisitionem censue-
rit*, *committat*, *aliquibus Prælatis in illis partibus*, *ubi
vitam duxit*, *& mortuus jacet ille*, *de quo agitur*, *ut se
diligenter informent*, *& solerter inquirant de fama*, *opi-
nione*, *& devotione Populi circa illum talem*, *quam in-
quisitionem in genere*, *& sine testium juridica examina-
tione facere debent*, *& quæ invenerunt suis litteris ad Sum-
mum Pontificem fideliter referre. Pontifex*, *intellecta Com-
missariorum relatione*, *proponit omnia Sacro Collegio*, *&
cum eis deliberat*, *an satis digna videantur*, *quæ relata
sunt ad ulterius inquirendum*; *quod si placuerit*, *commit-
tat eisdem*, *vel aliis Prælatis*, *ut diligentissime inquirant
de rei veritate*, *testes examinent*, *& omnia perscruten-
tur*, *quæ ad veritatem eliciendam sunt opportuna*, *& de-
bent his commissionibus articuli*, *& interrogatoria mitti
sub Bulla Pontificia*, *cum quibus examinari debent te-
stes de excellentia*, *& Sanctimonia vitæ*, *de puritate
Fidei*,

Fidei, de patratione miraculorum: & illis mandare, ut depositiones testium, & omnia fideliter per litteras suas, suis sigillis signatas, ad Curiam transmittant. Hæc in Cæremoniali *Leonis.*

Hæc, quæ disposita sunt in hoc Cæremoniali, fuerant
32 notata per Canonistas antiquos *in cap. 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum*, præsertim Innocentium, Hostiensem, Joannem Andream, Zabarellam, Abbatem, Antonium de Butrio, & alios, qui docent, quod Papa non debet statim procedere ad Canonizationem Sanctorum, sed expectare, ut pluries, atque pluries pulsetur, seu supplicetur, a Principibus, honestisque personis, atque attendere, utrum miracula excrebrescant; & tunc committat in genere tantum inquisitionem super fama, vita, & miraculis, &c. Habitaque relatione, & consilio sibi de narratis, communicato negotio cum Sacro Collegio tunc committere informationem in spe-
33 cie, quod postea disposuit *S. M. Urb. VIII. in dictis decretis, & instructionibus d. fol. 28. d. §. in processibus, juncto §. postquam vero, fol.* 37. in quibus §§. ita disponitur: *In processibus faciendis servari solent omnia disposita in Cæremon. seu Rituali Romano, sub Leone X. impresso,* ac tradita per Hostiens. & alios Doctores *in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. Nec prius Sedes Apostolica moveri solet, quam Reges, Principes, & aliæ personæ authenticæ, & honestæ, instanter supplicaverint Summo Pontifici: & tunc etiam non statim, sed expectare, quod diu pulsetur; nam, si perdurabunt miracula, & supplicantium instantiæ, præsertim spontanea, tunc Summus Pontifex (si ei videbitur) per commissionem, manu Sanctitatis suæ signatam, citato Promotore Fidei, committit causam Congregationi Sacrorum Rituum; In qua in primis, & ante omnia, cognosci debet de adimplemento dictorum decretorum, de consilio Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis, a SS. Domino Nostro emanatorum;* & *fol.* 37. ita subsequitur: *Postquam vero fuerit declaratum, esse satisfactum dictis decretis, si Sacra Congregatio, coram Sanctitate sua habenda, consueverit esse locum probationibus recipiendis; committit aliquibus Episcopis Patriæ, viciniæ seu Provinciæ illius, qui petitur canonizari, ut inquirant de fama, de devotione Populi, de miraculis, & aliis denunciandis in genere tantum, & non in specie.*

34 Cum vero pluries dubitatum fuerit circa intelligentiam horum decretorum, quod non prius Sedes Apostolica moveri soleat, quam Reges, Principes, & aliæ personæ authenticæ, & honestæ, instanter supplicaverint Summo Pontifici; & tunc etiam non statim, sed expectare, quod diu pulsetur. Nam, si perdurabunt miracula, & supplicantium instantiæ, tunc Summus Pontifex, si ei videbitur, committit causam Sacræ Congreg. Ideo eadem *Sacra Congregatio sub die* 15. *Octobris* 1678. censuit: *Commissionem non esse signandam, nisi post lapsum tempus decem annorum a die præsentationis processus, authoritate ordinaria fabricati, & cum præcedenti rigosa discussione ejusdem processus, cum scriptura, & summario, & insuper habitis post decennium a die fabricationis illius, novis litteris Episcoporum circa percrebrescentiam famæ Sanctitatis, & miraculorum, ac devotionis Populi enixe pro Beatificatione ac Canonizatione instantis; nisi tamen in aliqua causa ex peculiaribus circumstantiis Sacra Congregatio existimaverit anticipari posse tempus in discussione processuum, authoritate ordinaria confectorum; & Sanctissimus hoc approbavit, prout habetur in dictis decretis, §. 7.*

35 Quamvis autem in Cæremoniali sub Leone X. dicatur, quod inquisitio in genere sit facienda a deputatis sine testium juridica examinatione; Attamen in hoc postea fuit recessum a dicto Cæremoniali: nam etiam inquisitio in genere fit juridice, scilicet cum examine testium, primo super interrogatoriis, transmissis ab Illustr. Promotore Fidei, & postea super articulis, præsentatis a Procuratoribus, seu postulantibus, qui includuntur in Litteris Remissorialibus, directis judicibus, nihilque differt modus procedendi, virtute Remissorialium in genere, ac Remissorialium in specie; differentia consistit duntaxat quod inquisitio in genere fit solum super fama, virtutibus, & miraculis generaliter, non descendendo ad particularia; in Remissorialibus vero in specie tractatur de miraculis, & aliis in individuo factis, vel gestis, & Commissiones, seu
36 Remissoriales, semper concipiuntur sub eadem forma, & solum mutatur illud verbum *in genere*, in verbum *in specie, &c.* prout in *decretis, instructionibus S. M. Urb. VIII. fol.* 11.

Cantelorus *in dicto tractatu de Canonizatione Sancto-* 37
rum, cap. 23. *num.* 3. & 4. dicit, *quod commissa causa in Sacra Congregatione, si nulla adsint probationes, vel processus, eadem Sacra Congregatio committit primo causam aliquibus Judicibus subdelegatis, ut capiant informationes in genere; quibus receptis, & per aliquem ex Cardinalibus in Congregatione relatis, iisque examinatis, si sufficientia Sanctitatis, & miraculorum indicia extare cognoverit, eadem Sacra Congregatio causam committit super probationibus in specie; quibus apertis, transmittit tribus Rotæ Auditoribus examinandas, ut in Cæremon. lib. 1. sect. 6. cap. 1.* §. 1. Hostiens. *cap. 1. num. 4. de reliq. & venerat. Sanct. Vel si eidem Sacræ Congregationi placuerit, habita extrajudiciali informatione; refert Summo Pontifici, causam esse in tali statu, ut possit Sacræ Rotæ Auditoribus committi, ad hoc ut capiant informationes ubique terrarum, tam in genere, quam in specie illasque examinent, & statum, & merita causæ eidem Pontifici referant* & hanc praxim Paulum V. Felicis reservandam mandasse; Insuper *num.* 6. tenet, *processum in genere non esse necessarium, ubi notorium, & publicum est, eum, de cujus Canonizatione tractatur, obiisse cum fama Sanctitatis, & multis coruscasse miraculis: quia processus in genere requiritur ad informandum animum Judicis ad hoc, ut videat, an adsit talis fama Sanctitatis, & miracula, quæ indicent, & suadeant, committendam esse probationem in specie; sed supposita notorietate Sanctitatis, & miraculorum, non videtur necessaria hujusmodi probatio, cum in notoriis etiam in causa judiciali judicialis tela potest omitti.* Hæc Cantelorus.

Verum hodie inconcusse practicatur, quod prius con- 38
ceduntur Remissoriales pro probationibus in genere, & postea in specie, juxta *decreta S. M. Urb. VIII. fol.* 49. *in fine*, ibi: *In qua prima Remissoria super inquisitione generali fieri solet magnum fundamentum: & merito, quia, si non probatur fama Sanctitatis, in loco præsertim, ubi mortuus fuit, ille pro quo instatur, concedi non debet Remissoria super inquisitione in specie; & propterea nunquam debet omitti hæc inquisitio in genere; & est advertendum, quod non prius conceditur commissio inquisitionis specialis, quam sit absoluta omnino inquisitio generalis; super qua si Episcopi deputati ultra processum, quem transmittere debent, rescripserint Rituum Sacræ Congregationi talia, per quæ videatur, quod inquisitio committi debeat in specie super veritate eorundem; tunc proponi debet negotium in Congregatione, habenda coram Sanctitate Sua, ad effectum ut Sanctitas Sua (si ei videbitur) requisito consilio Cardinalium Congregationis, possit definire, utrum inquisitio specialis sit committenda vel non? quod si committenda videbitur, iterum erit committendum eisdem Episcopis, vel aliis, prout magis expediens judicabitur, ut veritatem inquirant primo de fama, secundo de vita, tertio de miraculis, exacte, diligenter, fideliter, & prudenter, secundum articulos transmittendos; & interrogatoria inserenda in Litteris Remissorialibus mittendis clausis, & obsignatis Episcopis deputandis, qui processum conficere debent citato Subpromotore Fidei, nominando a Promotore generali.* Hæc
in decreto. Verum hodie interrogatoria transmittuntur 39
inclusa in aliis litteris Promotoris Fidei, quas transmittit ad Promotorem fiscalem Curiæ Episcopalis illius diœcesis, in qua conficitur processus, & ad Subpromotorem, eligendum ab ipsis deputatis, ut mox notabimus. Tam vero 40
litteræ Remissoriales in genere, quam in specie, non conceduntur, nisi prius citato Promotore Fidei, discussoque dubio in Sacra Congregatione, an sint concedendæ, ut in præfatis decretis Urban. VIII. & dicitur in ipsis Litteris Remissorialibus, Matta *in suis instructionibus, part.* 5. *cap.* 2. & 4.

In his Remissorialibus decrevit Sacra Congregatio, ut exprimatur etiam, & expresse concedatur facultas compulsoriandi scripturas, si quæ compulsari debeant, ad evitan- 41
dum nullitates: quia, cum non datur expresse hæc facultas, vigore Remissorialium, non possunt Judices compulsare scripturas, ut expresse determinavit Sacra Congregatio die 5. *Augusti* 1662. quod decretum refert Matta *part.* 5. *cap.* 3. *numer.* 15. cujus ratio a priori illa est, quia Judex Commissarius nullam aliam jurisdictionem habet, nisi illam, quæ expresse ei conceditur in Litteris, ut diximus in *tractatu de Executoribus, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 4.

Hæ

Hæ Remissoriales Litteræ prius in genere, postea in
42 specie, necessariæ sunt pro beatificandis viris; ad hoc ut primo constet in generali, postea in specie, de vita, & miraculis, ut dictum est; At pro Canonizatione viri jam Beati necessarium est, ut constet in Sacra Congregatione de illis, quæ supervenerunt post concessam eidem venerationem, & indultum Beati, ut ex prædictis omnibus valeat Summus Pontifex deliberare, an sit procedendum ad Canonizationem, ut expresse cautum fuit *in decretis S. M. Urbani VIII fol. 55. §. pro habenda*, ubi sic disponitur: *Pro habenda certiori veritate virtutum, Sanctitatis vitæ, & miraculorum servorum Dei, pro quorum Canonizatione instantur; mandavit Sanctissimus, non debere in futurum procedi ad Canonizationem alicujus, qui aliqua veneratione, vel titulo Beati sit decoratus, nisi prius in eadem Sacra Congregatione coram Sanctitate Sua fuerit iterum per Cardinalem in ordine ponentem facta plena, & distincta relatio, non modo eorum quæ in processibus, & aliis scripturis continentur, & quæ illi per Summos Pontifices intuitu ipsius venerationis elargita fuerunt; verum etiam eorum, quæ supervenerunt post concessam eidem venerationem, de quibus constare possit, ad hoc, ut ex prædictis omnibus valeat Summus Pontifex deliberare, an sit procedendum ad Canonizationem*, Hæc ibi; quod etiam expresse deducitur ex *commissionibus, & Litteris Remissorialibus*, quæ pro Canonizatione Beati expediuntur, prout observavimus *in Litteris Remissorialibus, pro Canoniz. B. Andreæ Avellini* vobis, & Illustrissimo Episcopo Anglonen. directis; quæ *Litteræ Remissoriales* conceduntur ad probandum, quod post indultum Beatificationis concessum continuo aucta est fama, & opinio sanctitatis dicti Beati, & quod in dies augetur, & percrebrescit apud omnes, & quod Deus excellentem Beati Sanctitatem comprobari voluit testi-
43 monio plurimorum miraculorum, quæ ejus meritis, & intercessione operatus est. Quare bene dicit Prosper Fagnan. dignissimus Curiæ Prælatus nostra tempestate, quod antiquitus non servabatur ordo, qui nunc servatur, *in c. 1. n. 16. de reliq. & venerat. Sanct.* ac varie observatum, ut videre est apud Mattam *p. 1. c. 4. per totum*.

Antiquitus in Remissorialibus non apponebatur tem-
44 pus, intra quod Judices Commissarii explere debebant processus, & gravis fuit altercatio inter nostros quamdiu duraret hæc potestas. Sed hodie cessat hæc hæsitatio, cum a Sacra Congregatione *die 2. Octobr. 1655. jussu S. M. Alexandri Papæ VII.* fuit decretum, quod *in Remissorialibus* pro fabricandis hujusmodi processibus, assignetur certum tempus, intra quod Judices processum conficere debent, quod tempus a die concessionis Litterarum esse computandum, ibidem decretum fuit; per quod decretum tollitur altera disceptatio, an tempus currat a die concessionis, seu præsentationis, ut voluit Inn. *in c. ultra tertiam, n. 3. de testibus*; vel a die consignationis, ut voluit Rota apud Buratt. *dec. 702. n. 2.* Ridolph. *in praxi p. 1. c. 12. n. 148.* vel a die præsentationis coram Judicibus, secundum Farin. *q. 77. n. 137. de testib.* Meroll. *tom. 3. disp. 7. c. 4. n. 225.* Barbos. *in c. de causis, n. 7. off. deleg.* quam sententiam de jure veriorem
45 putamus, attento claro *textu in c. super eo, §. 2. n. 12. in ordine, de appellat.* ibi: *Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cum Judices contigerit Litteras recepisse*, ubi Glos. *in verb. recepisse, & in c. ex causis, verb. certum terminum, de offic. deleg.*; & ita diximus *in d. tract. de Executoribus p. 2. c. 7. n. 85.* Sed hodie per dictum *decretum* aliter est dicendum in hujusmodi causis Canonizationis Sanctorum; termino vero elapso, & non obtenta illius
46 prorogatione, seu concessione novi termini, processus, tam inchoati, quam inchoandi, ex defectu jurisdictionis nullius roboris, ac momenti, existunt, nec ullum probationis gradum constituunt, sed penitus irriti, & inanes sunt, ut expresse in eodem decreto cavetur, prout etiam dispositum fuit *in c. de causis, de off. deleg.* An autem hoc tempus currat impedito, præsertim ex causa infirmitatis, dubitari potest; & non currere, dicit Pignatellus *in 1. tom. cons.* 248. alias 251. quia regula est generalis, quod impedito non currit tempus, præsertim
47 cum postea intervenit sub promotor Fiscalis, & non contradicit. Nos autem, salva pace tanti viri, diceremus, currere tempus concessum in Remissorialibus, & impedimentum infirmitatis præstare justam causam ad
48 termini prorogationem impetrandam, quæ absque causa alioquin non conceditur. Et nota, quod cum fit subrogatio unius Judicis in locum alterius, terminus novus constituitur in subrogatione, a quo die incipit, non a die vacationis primæ Remissoriæ, & sic cessat omnis hæsitatio, quæ alioquin fuit inter *scribentes in causa Canonizationis B. Felicis Cantalicii, & Dominum Fidei Promotorem*.

Olim Litteræ, tam in genere, quam in specie, pro 49
viris canonizandis committebantur viris honestis, & discretis, in aliqua dignitate constitutis, ut dicunt omnes priscei Canonistæ *in c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. & d. c. venerabili, de testibus*, & Cantelorus *in d. tractat. cap. 23.* affert multa exempla, in quibus Papa pro tempore commisit has informationes, tum Episcopis, tum etiam aliis, in inferiori dignitate constitutis, etiam 50
regularibus, ut est videre penes ipsum.

Verum hodie regulariter tribus Episcopis diriguntur
hæ *Remissoriales juxta, decreta S. M. Urbani VIII.* Sed 51
ubi numerus Episcoporum sufficiens ad confectionem eorundem processuum haberi nequit, Sacra Congregatio ubi tantum Episcopo cum tribus, vel quatuor dignitatibus, solet committere, non expresso nomine dignitatum, præsertim si Litteræ sint exequendæ in remotioribus Mundi partibus; & tunc Judex Remissorialis debet illos designare, dummodo sint de numero dignitatum, quos scilicet in Sacra Theologia, & Sacris Canonibus peritiores judicaverit: alterum nempe in Sacra Theologia licentiatum, alios in jure Canonico graduatos, & hoc ne labantur anni in grave partium, & causarum discrimen, prout in *Decreto Sacræ Congregationis 5. Augusti 1662.* apud Mattam *p. 5. c. 3. nu. 15.* In
quo etiam *decreto in fine* declaratur, quod, si in rescri- 52
pto, seu decreto earundem Remissorialium, aut in ipsis Litteris facultas eas exequendi pro Civitate tantum sit tradita, nulla facta mentione de Diœcesi, hujusmodi tamen facultas etiam in Diœcesim extensa censeatur.

Litteræ Remissoriales in hujusmodi causis, licet sem- 53
per tribus Episcopis dirigi soleant, verum cum clausula illa, *quod duo saltem ex ipsis simul, & conjunctim ad executionem Litterarum procedant*, ut expresse in Litteris ipsis habetur. Hæc clausula diversa est ab illa *quod si non omnes, saltem, &c.* de qua *in c. prudentiam tuam, §. in hoc casu, de off. deleg. & in c. suscitatus, de rescriptis*, hæc inquam clausula, quod si non omnes, duo ut duo, vel unus procedere possit, exposcit ut de impedimento juris, vel facti, aut voluntatis prius constet Collegis, seu Conjudicibus, alias processus nullus, ut in dictis juribus expressa cavetur, ibique notant Canonistæ, præsertim Felinus *in d. c. suscitatus*, ubi etiam novissime Gonzalez *n. 7.* Barb. *de claus. in d. clausula, quod si non omnes* 115. *n.* 3. Marches. *de commiss. p. 1. c. 6. fol. 368. a n. 110. cum seqq.* & nos etiam diximus in *d. p. 2. c. 4. n. 14. & 15*, quia, licet quilibet insolidum jurisdictionem habeat propter ipsius naturam, cum tanquam incorporalis pro parte haberi non possit, ut dicit Imola *in d. c. prudentiam tuam, n. 14.* eam tamen exercere non potest, quia ejus exercitium ita est apud omnes, ut non sit penes singulos, & conditionaliter est apud duos, vel unum, quando scilicet alter non potest, vel nolit intervenire; ideo tunc de impedimento constare debet, ut exercitium jurisdictionis apud unum, vel duos remaneat, & tota jurisdictio apud ipsum, vel ipsos consolidetur.

As clausula, quæ ponitur in Litteris Remissorialibus 54
scil. *quod duo saltem* est diversa ab illa, *quod si non omnes*; nam non exposcit, ut prius constet de impedimento juris, vel facti, sive de voluntate alterius Collegæ, seu Conjudicis, ut possint duo ad illius executionem procedere, prout ponderavit Glossa *in c. cum plures, in verb. forma, de off. deleg. in 6.* & optime, aliis omissis, Barbosa *in d. claus.* 125. *n.* 3. & Nos *in d. tract. de Executoribus p. 2. c. 3. n. 20.* quia his statim a principio non solum jurisdictio, sed etiam jurisdictionis exercitium datum fuit, ut sufficiant, & possint duo procedere; quare recedendum esse videtur a Cantelloro *in d. tract. cap. 25. nu. 23.* ubi dicit, quod, si in Remissoria dentur tres Judices, cum clausula, *quod simul, & conjunctim procedant, salvo tamen si unus ex tribus nollet, aut non posset interesse processui*, debet Remissoria omnibus præsentari, nec ante præsentationem omnibus factam possunt duo Judices ad aliquem actum devenire; nec duo procedere possunt, nisi prius, constet de excusatione tertii impedimento, per dictum *text. in*

c. prudentiam, *de off. deleg. &c.* At fallitur Cantelorus:
55 quia tam text. *in d. c. prudentiam tuam*, quam alii DD. loquuntur, cum delegatio est facta tribus cum clausula, *& quod si non omnes, duo, &c.* tunc enim quia conditionalis est data jurisdictio, debet constare de impedimento; quod secus est, quando est facta tribus cum clausula, *ut duo saltem ex ipsis*; nam tunc a principio duo possunt procedere absque eo, quod constet de impedimento, ut est *text.* in *c. cum plures*, *de off. de-*
56 *leg. in 6.* juncta ibi Gloss. *in verb. libere*. Multum tamen interest, ut Litteræ Remiss. præsententur coram omnibus tribus ipsis, & coram ipsis aperiantur, & ab omnibus tribus acceptetur jurisdictio: quia si præsententur solum coram duobus, & coram ipsis aperiantur, tertius, quia non interfuit his actibus, non acquirit jurisdictionem, nec potest amplius in hac causa se intromittere, etiamsi unus ex illis duobus deficiat, seu moriatur, aut aliud impedimentum ei supervenerit: quia a principio non acquisivit jurisdictionem, quæ acquiritur, & radicatur in illis primis actibus, cum acceptant, & declarant, se competentes Judices; quod secus est, si omnes tres interfuerunt his actibus a principio; nam tunc, si duo prosecuti sunt causam, uno postea ex illis deficiente, poterit alius, qui in principio interfuit, prosequi causam, quamvis in aliis actibus subsequentibus non interfuerit, & videtur *text.* ni fallimur *in c. cum plures*, *de off. deleg. in 6.* in quo admittitur alius delegatus in locum ejus, qui inchoavit & non potuit perficere, ex justa causa; & ratio, secundum Nos, videtur satis clara, quia intentio Sanctissimi Pontificis, Sacræque Congregationis est, ut causa absolvatur a duobus, quos sufficere clare indicavit per dictam clausulam, *quod saltem duo conjunctim procedant*: vult enim Papa, & Sacra Congregatio, quod coram duobus ad minus res absolvatur, & cum omnes jurisdictionem acceperunt a principio, ideo in defectum unius, potest alter supplere; quicquid sit in delegatis cum clausula, *quod si non omnes*, *&c.* de qua re vide *text.* & DD. *in c. coram*, *de off. deleg.* Sed potest quis replicare, quod, cum negotium hoc coram tribus
57 est inceptum, coram eisdem tribus debet finiri. Respondemus cum Glos. *in d. c. cum plures*, *verb. uno*, ex causa potest recedere, vel si coram omnibus tribus fit incepta executio Litterarum, si unus ex illis moriatur, erit validus processus, si coram aliis duobus sit terminatus: quia de duobus Judicibus contentus est Papa, & Sacra Congregatio, & hi sunt de forma, tertius vero ad exuberantiam.

58 Sed quæret quis, utrum Judex datus in primis Remissorialibus, cui postea alter fuit subrogatus, ob aliquod impedimentum, possit se in hujusmodi negotio intromittere? quod est idem ac quærere, utrum per subrogationem alterius expiret, & revocata censeatur jurisdictio data primo, itaut, si se ingerat, processus sit nullus? hoc dubium fuit agitatum in causa *B. Felicis Cantalicii inter scribentem pro Canonizatione*, *& D. Fidei Promotorem*.

Nam in prima Remissoria fuerunt deputati Episcopi Lauden. & Cremon. in cujus locum fuit obtenta commissio subrogatoria Episcoporum Cremen. & Bobien; dicebat siquidem Dominus Promotor Fidei, quod nulliter processum fuerat coram Episcopo Lauden. quia, cum Sacra Congregatio ante præsentationem Litterarum Remissorialium una cum subrogatoriis, deputasset Episcopum Bobij, juxta formam *decreti* loco Lau-
59 den. per talem subrogationem fuit facta novatio, juxta doctrinam Baldi *in l. 2. n. 4. vers. idem si verba*, *C. de executione rei judicatæ*, Cast. *in l. delegare*, *11. nu. 1. vers. adde*, *ff. de novat.* Alex. *in l. qui usumfructum*, *58. n. 9. ff. de verb. oblig.* atque per talem subrogationem constat de expressa revocatione; & consequenter nullam prorsus jurisdictionem habuisse Episcopum Lauden. cui alter fuit subrogatus, ac proinde Episcopum Lauden. ingerendo se, procedendo in causa, & examinando testes, gesta erant nulla, & invalida, ex defectu jurisdictionis, ad *text. in c. ex Litteris*, *29. vers. si vero*, *de off. deleg.* Rota *dec. 8. sub tit. de off. deleg. in antiquis*.

60 Ex adverso autem dicebatur, per talem subrogationem in locum alterius Episcopi non fuisse eo ipso avocatam jurisdictionem semel concessam Episcopo Lauden. ex duplici ratione. Primo, quia subrogatio non fuit facta motu proprio, sed ad instantiam partis, quæ timebat, Episcopum Lauden. fore impeditum, & ideo de alio voluit sibi prospicere; ac proinde dicta subrogatio habet tacitam conditionem, quatenus impetrans illa uti velit, & 61
sic eatenus operari potuit revocationem Episcopi Lauden. primo loco deputati, quatenus illa impetrans usus fuerit, alias cessante usu istius, ille primus remanet Judex, ac processus, coram illo fabricatus, validus erat, Innoc. *in c. 1. sub n. 1. vers. & idem videtur*, *de concessione prabendæ in 5.* Compostella *in c. cæterum*, *de rescriptis*, *ibique* Abbas *n. 10. in fine*, Zabarell. *ibid. sub n. 4. in 6. q. vers. si vero*, Imola *sub n. 8. vers. si autem non pronunciet*, Felin. *sub n. 15. 4. corollar.* Bellam. *sub n. 3. vers. quid dicendum*, *& n. 5.* Rota *d. 317. nu. 1. p. 2. rec.* Rota in Borg. cor. Lura apud March. *p. 1. c. 3. fol. 171.* Add. ad Greg. *d. 552. sub n. 7.* & ita practicari in omnibus causis commissariis, ut non attenda- 62
tur commissio, quæ respicit favorem impetrantis, quando illa usus non fuerit, DD. *in c. conquestione*, *de restit. spoliat.* ubi Host. *n. 6.* Butrius *n. 2.* Felin. *in rub. de rescript. n. 3.* Aret. *cons. 33. n. 3.* Bellamer. *dec. 436.* Rota *in Salamantina pensionis* cor. Bubolo, *& Romana Pecuniaria* cor. Pirov. apud March. *fol. 172.* & eo magis quia procurator in illa causa respectu unius fuit usus *subrogatione*, non autem respectu alterius, quem non invenit impedimentum; & ideo coram ipso recte procedere potuit tanquam deputato in primis *Litteris Remissorialibus*.

Secundo, alia ratione non fuit abdicata potestas: quia Subpromotores Fidei in partibus deputati nihil de prætensa incompetentia, & revocatione opposuerunt; & eo 63
præsertim, quia revocatio non fuit facta expresse cum clausula revocatoria, sed tacite, & indirecte, quatenus ponendo unum in locum alterius ex videatur voluntas Principis, ut ille non remaneat amplius Judex, Innocentius *in c. cum contingat*, *n. 7. de rescriptis*, ubi tan- 64
tum vocat indirectam, quæ resultat ex deputatione alterius absque expressa revocatione prioris, Rota *dec. 8. de rescriptis in novis*, Mandos. *in praxi Sign. Com. 6. annot. §. superest fol. 25.* Staph. *de Litt. Justitiæ*, *§. quando conceduntur*, Cassad. *dec. 2. nu. 1. & 19. de rescript.* Bellonus *de mandato jurisdictione*, *c. 10. q. 7. num. 16.* Quando autem primus revocatur tacite per deputatio- 65
nem alterius in eadem causa, tunc a primo non intelligitur avocata jurisdictio ipso jure, sed solum parte opponente, & ope exceptionis, & ideo gesta coram illo sustinentur, si pars non contradixerit, Innoc. *in d. c. cum contingat*, *n. 3.* & ibi Imola *nu. 15. & 16. 16. de rescriptis*, Bellon. *loc. cit. n. 16. & 17.* Hæc adducebantur a Domino Scribente pro validitate processus; Sed advertendum est, quod in illa causa, & processus confectione, intervenerunt tres Domini Episcopi, duo subrogati, & Lauden. qui fuit datus in primis Litteris Remissorialibus, quare processus fuit rite confectus: quia intervenerunt duo Episcopi subrogati, qui legitimam habebant jurisdictionem, & horum assistentia sufficiebat ad compilandum processum propter solitam clausulam, *quod duo &c.* & quamvis interfuit Lauden. non per hoc gesta coram illis duobus subrogatis reddebantur nulla, esto quod ipsi Lauden. fuisset avocata jurisdictio per subrogationem; nam per interventum non Judicis non possunt reddi nulla gesta a veris Judicibus, quorum numerus satis erat, ad tradita per Minsigerius *observ. 141. cent. 3.* Gravacc. ad Vestrium *lib. 6. c. ult. n. 34. in fine*; quamvis partes tribus conjunctim usi fuerint: quia Papa, & Sacra Congr. contenta est assistentia, & præsentia duorum. Sin autem duo tantum intervenissent, unus subrogatus, alter, cui fuit datus subrogatus, magnopere dubitaremus de validitate processus: quia magis placet opinio, quod per subrogationem unius in locum alterius censeatur omnino revocata jurisdictio a primo. Sed hoc remittimus ad judicium, & determinationem Sacrorum Rituum Congregationis.

Dubitare quis etiam poterit, an Judices Remissoria- 67
les in hujusmodi causis possint subdelegare vices suas? Quod dubium excitaverunt Canonistæ, præsertim Abbas *in cap. venerabilis*, *de Testibus*; & Petrus de Ancharano ibidem dicit, quod non possunt, propter negotii arduitatem, & communiter docent, quod in rebus arduis, & gravioribus, censetur electa industria personæ, quæ subdelegationem prohibet; sed hodie explorati juris est, quia Judices isti sunt subdelegati a Congregatione Sacrorum Rituum, ac proinde

non

noo possunt subdelegare; Papa enim, cui porrigitur sup-
plicatio, seu commissio, committit, & delegat cau-
sam Sacræ Congregationi, quæ causæ est delegata; Sa-
cra vero Congregatio committit ipsis Episcopis infor-
mationem in genere prius, & postea io specie; qua-
propter attente legendus est Cantelorus *cap. 25. numer.*
10. dum dicit, quod Delegatus supremi Principis in
causa Canonizationis Sanctorum potest subdelegare,
68 prout est Sacra Congregatio, quia si intelligit de Judi-
cibus Remissorialibus, isti sunt subdelegati, & ideo
non possunt subdelegare. Quod vero *numer.* 13. & 14.
dicit, quod in hujusmodi causis non sit electa industria
personæ, recedimus ab eo; nam vere eligitur industria
personæ.

69 Judices hi Remissoriales caute, riteque procedere de-
bent, ne invalidum conficiant processum, prout solet
sæpe evenire: primum enim dubium, quod disputatur in
Sacra Congregatione post processus transmissionem, &
aperitionem, sive sit formatus super inquisitione in ge-
nere, sive in specie, est, an constet de validitate pro-
cessus; ideo magna cum attentione procedere debent,
ne nullitatem aliquam committant, partibus, & causæ
præjudicium afferant; ut autem attente, & rite proce-
dant, attendere in primis debent formam ipsis præscri-
ptam in Literis Remissorialibus, quam observare ad
unguem tenentur; in Remissorialibus enim inest substan-
tia, & forma, ut diximus in *tractat. de Executoribus*,
part. 2. *capit.* 3. *numer.* 4. ideo formam traditam, nec
70 in minimo, alterare possunt, citra vitium nullitatis,
ad textum *in leg. diligenter*, *ff. mandati*, *capit. cum di-
lecta*, *de rescriptis*; & hoc est apud omnes receptum,
& expresse cavetur in ipsis Literis Remissorialibus, ibi:
*Pariterque decernimus irritum, & inane quicquid contra
formam præsentium nostrarum Litterarum scienter, vel
ignoranter, fuit executum*, non tamen erit nullus proces-
sus, si in ejus initio fuerint termini conculcati, puta
si in primo actu fuerunt receptæ Litteræ, apertæ, ac-
ceptatæ, deputati Notarii, & nuncii, seu cursores,
cum præstatione juramenti, & destinatione loci, secun-
dum doctum Jacobum Pignatellum *tomo* 1. *consult.* 232.
71 quod procedit quando Fidei Subpromotores in partibus
non se protestassent, & nihil opposuissent, Puteus *dec.*
475. *libr.* 2. Posthius *observat.* 97. *numer.* 31. *de manu-
tentione*, aliàs, illis opponentibus, esset nullitas, Sa-
lust. *in praxi libr.* 1. *capit.* 34. *numer.* 2. Vest. *libr.* 6.
capit. 2. *numer.* 5. prout fuit discussum in Abulen. *Ca-
nonizationis Sancti Petri de Alcantara*; at melius erit,
si termini non conculcentur, & servetur ordo inferius
apponendus.

72 Forma, quæ apponitur in Litteris Remissorialibus,
quam Judices servare debent omnino, est in primis,
ut ipsi Judices antequam processum inchoent, præstent
juramentum de fideliter exequendum officium, seu mu-
nus, circa fabricationem processus, ac de servando se-
cretum, tam de contentis in Interrogatoriis, quam de
testium depositionibus, & tam super iisdem Interroga-
toriis, quam etiam super Articulis, nec de iis loquen-
do, exceptis Conjudicibus, Subpromotoribus, & No-
tario, cujus formulam ponemus, &c. Deputare debent
in primis alium Subpromotorem Fidei juxta facultatem
73 eis traditam, personam Ecclesiasticam, Doctorem, &
versatum in Curiis Ecclesiasticis, ac etiam Notarium
Ecclesiastica authoritate constitutum, ibi: *Ac per fide
dignum Notarium publicum Apostolicum, sive Ecclesia-
sticum, per easdem Amplitudines nostras, a quibus præ-
sentes exequuntur, similiter deputandum, qui in eis-
dem manibus vestris tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis
de officium suum fideliter exercendo, ac de secretum
servando, juxta formam vobis Judicibus præscriptam,
præstet &c.* quare cessat dubium, propositum a Can-
teloro capit. 25. *numer.* 34. *cum sequentibus*, an pos-
sit esse Notarius creatus a laicali Potestate: quia non
solum conveniens est, ut sit Ecclesiastica authoritate
creatus, ut dicit Cantelorus; sed etiam de necessitate,
quia sic mandatur in dictis Litteris, & debet esse per-
sona Ecclesiastica saltem clericus, ut elicitur ex decretis,
& Litteris Remissorialibus: ideo copulative requiritur
74 utrunque; nec sufficit ut sit Cancellarius alicujus Cu-
riæ Ecclesiasticæ, absque eo quod sit Notarius, pro-
ut discussum *in causa B. Bernardi Tholomei*, & jura-
mentum debet præstare, ut expresse cavetur in Litteris;
75 advertit etiam Cantelorus *dict. capit.* 24. *numer.* 34. *jux-*

ta textum in capit. ad audientiam, §. *nos igitur*, *de præ-
scriptionibus*; nec sufficit juramentum, quod præstitit cum
creatus fuit Notarius. Unde recedendum a Pignatello 76
tom. 1. *Consult.* 233. dum scripsit, juramentum non re-
quiri per Remissoriam. Neque assentiendum Cantelo-
ro *loco citat. numer.* 25. ubi tenet, quod Notarius non
tenetur scribere processum per se ipsum, sed potest com-
mittere suo substituto, ut scribat: quia ipse Actuarius 77
debet se subscribere, & apponere signum, quibus ap-
positis censetur processus authenticus, & probat: quia,
dicit ipse Notarius: eligitur non ut scribat acta, sed ut
ponat ejus approbationem, subscriptionem, signique
appositionem, ex quibus fides adhibetur scripturis. Hoc
enim non est verum, sed contra formam Remissorialium,
in quibus aperte cavetur, quod Notarius debet scribere per
se ipsum acta omnia processus, ibi: *per fide dignum Nota-
rium Publicum*; tantum enim per substitutum posset tran-
sumptare processum, & tunc præstito prius ei juramen-
to de fideliter, &c. & servando secretum, Auditores Sac.
Rotæ *in relatione* 36. *mensium art.* 1. Matia *part.* 5. *cap.* 4. 78
fol. 49. sed de hac re infra. Et de Notariatu debet consta-
re in actis per exhibitionem privilegii vel ejus copia; itaut
asserenti se esse Notarium non creditur; an vero credatur 79
Judicibus, asserentibus Actuarium fuisse Notarium, dis-
putatum fuit *in Senen. Canonizationis B. Bernardi*, *& in
Abulen. B. Petri*. Sed in hac causa Promotor Fidei acquie-
vit, & stetit tali assertioni. Probatur etiam hæc qualitas 80
Notariatus ex Fidei legalitate; præsertim quando pars non
opponit, Mascbard. *concl.* 1096. *n.* 5. Vant. *de null. ex de-
fectu mandati*, *n.* 139.

Mandatur Judicibus Remissorialibus in dictis Litteris, 81
ut primo examinare debeant testes super Interrogatoriis,
a Domino Promotore Fidei in suo plico transmissis Pro-
motori Fiscali Curiæ, & alteri Subpromotori eligendo a Ju-
dicibus; deinde super Articulis, quod omnino facere te-
nentur, & si testes examinarentur prius super Articulis,
examen esset nullum, Coccin. *dec.* 2032. *num.* 7. quia at-
tenditur potius dictum super Interrogatoriis, quam super
Articulis: quia super Articulis censetur, quod voluerint
favere parti inducenti, Bich. *decis.* 628. & part. 15. *decis.*
249. *num.* 12. & Judices debent procurare, ut testes eva-
cuent omnia Interrogatoria, aliàs examen esset nullum, 82
& nullius roboris processus, communiter Canonistæ in
cap. cum causam, *de testibus*, Abb. *nu.* 6. *vers. alio modo*,
Juan. Andr. *n.* 12. *vers. propter hoc*, Bell. *n.* 1. Ant. de Butr.
n. 18. Anc. *n.* 13. Zab. *n.* 3. *vers. in glos.* Felin. *n.* 3. *vers. qui-
bus*, Farin. *de test.* *q.* 73. *nu.* 3. & 6. Rota *dec.* 700. *nu.* 32.
par. 2. *rec.* Cavalerius *dec.* 254. *nu.* 6. & 7. Ludovis. *decis.*
553. *num.* 3. Buratt. *decis.* 13. *num.* 33. Royas *decis.* 237. *n.*
13. late Ridolph. *in prax. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 103. 104. & 107.
in puncto Cantel. *de Canonizat. cap.* 25. *num.* 81. *cum seqq.*
etiamsi non omnia Interrogatoria omiserint, sed aliqua 83
tantum, Burat. *decis.* 100. *num.* 10. & ibi Ferentillus *num.*
27. Ridolph. *nu.* 107. *in fine*; vel si aliqua Interrogatoria
evacuaverint, sed non omnia, Buratt. *dec.* 114. *n.* 33. Ri-
dolph. *loco cit. nu.* 104. quia semper examen est nullum, ut 84
dicunt DD. citati.

Hoc tamen non procedere dicit Cantelorus *loco cit. num.*
32. quando fuit omissum aliquod Interrogatorium, quod 85
ad illum testem non erat necessarium: quia tunc potest o-
mitti per Judicem, & examen erit validum, per textum
in c. tuas, *de testibus*, Abbas *nu.* 2. & 8. Felin. *n.* 2. & ita
servatum fuisse dicit *in relat. S. Caroli tit. de validitate pro-
cessus*, *S. Andreæ Corsini p.* 4. §. 3. *ad fin.* & *in relat. S. Ignat.
p.* 1. *de process. remissorialibus*. Dicit etiam Cantelorus,
quod, si testes interrogati, seu examinati super Interroga-
toriis, responderint, nihil se habere, quod dixerint, tunc
possit adhiberi fides arbitrio Judicum; Sed nos considera-
mus quod aliquis testis, & super alio Interrogatorio potest
respondere nescire, sed non omnes, & super omnibus;
cum multa Interrogatoria concernant factum ipsius testis,
ut patet ex ipsis.

Dicit etiam idem Cantelorus *nu.* 86. & 87. quod Iudex 86
ex officio potest resecare Interrogatoria, si quæ superflua
reperiat per doctrinam *glos. in c. præsentium*, *verb. interro-
gatoria*, *de testibus*, *in* 6. & allegat alios DD. & ultra
ab ipso citatos, docet Bocan. *de remissor. cap.* 6. *nu.* 24. &
32. Ridolph. *d. cap.* 11. *num.* 113. qui testatur de praxi, &
late tractat hanc quæstionem Scaccia *de judiciis lib.* 2. *c.* 8.
a num. 876. *cum seq.* Verum Nos in hac nostra materia exi- 87
stimamus, quod non possint Judices Remissoriales resecare
dicta Interrogatoria, quando expresse mandatur, ut super

illis interrogentur testes; possunt tamen omittere illud In-
terrogatorium alternativum, super quo interrogandus est
testis, quatenus deposuerit super aliquo alio; nam si non
deposuerit super illo, subsequens Interrogatorium omitti
potest, v. g. *si testis deposuerit de fama, interrogatur quid
est fama?* Si enim non deposuerit *de fama* omitti potest
subsequens Interrogatorium *quid sit fama?* quod explicite
dicitur in ipsis Interrogatoriis; alias, cum simpliciter lo-
quuntur Interrogatoria, non possunt Judices omittere,
quin super eis testes examinent, seu interrogent, & esset
nullitas. Recedendum etiam putamus a Jacobo Pignatello
88 *tom. 1. consult.* 240. *alias* 243. in qua tenet, quod cum ali-
quod Interrogatorium est insertum in Remissorialibus Lit-
teris super quidditate miraculi, si super eo non fuerint exa-
minati testes, non per hoc processus redditur nullus, ut
late ipse discutrit: existimamus enim, quod super Inter-
rogatoriis contentis in Remissorialibus semper interrogari
89 debent testes, alias omissio inducit nullitatem, ex defectu
formæ non servatæ, Rota apud Coccinum *decis.* 222.
num. 7. & sic in casu nostro si Interrogatoriis, quæ trans-
mittuntur in partibus, adsit specifice aliquod Interrogato-
rium, ejus omissio certe causaret nullitatem, vide Molfesium
cons. 46. *num.* 62. Assentimur tamen illi, dum ibi dicit,
quod, quando agitur de probando miraculo in genere
tantum, scilicet quem fecisse miracula; tunc, quia agitur
90 de quidditate rei, testis debet interrogari, quid sit mira-
culum; & respondere quidditative reddendo rationem
scientiæ; si vero agatur de miraculis in specie, quia tunc
non deponit de miraculo, prout est miraculum, sed prout
ex eo deducitur, & per dictum miraculum sufficit, ut in-
terrogetur de facto applicabili ad ejus sensum, & deponat
de actibus excedentibus vires, & potentiam Naturæ, ex
quibus per necessariam consequentiam deducitur miracu-
lum, reddendo rationem sui dicti, & causam scientiæ,
juxta formam Interrogatorii: quia non est necessarium,
quod testis deponat per verba juris, sed sufficit, ut depo-
nat per verba facti, ex quibus jus resultat, juxta doctri-
nam Bart. Bald. & Salic. *in l.* 1. *si certum petat.* neque inter-
terrogandi sunt testes in illis, quę respiciunt jus, Rota apud
Coccinum *decis.* 339. *num.* 3. Dicit etiam Cantelorus *loco
cit. c.* 25. *num.* 84. *cum sequentibus*, quod testium examen
91 absque Interrogatoriis non sit nullum, sed solum propter
hoc permittitur parti petere, quod etiam post publicatio-
nem repetantur, & *numer.* 88. asserit, quod, cum testis
est repetendus, tunc sufficiat, quod se referat ad primum
examen, & dicat, se deponere ea, quæ deposuit in pri-
mo examine coram tali Judice, absque eo, quod eadem
repetat per extensum; & postquam ad hoc citaverit mul-
tos Doctor. & Rotæ decisiones, dicit, ita servatum fuisse
in pluribus *causis Canonizationis*, nempe *in Valentina Bea-
ti Thomæ de Villanova, & in causa Neapolitana B. Andreæ
Avellini Clerici Regularis*, & *nu.* 76. *ejusdem capitis* scri-
psit ita: *Ejus tamen depositio, ubicunque examinetur de-
bet redigi in scriptis: nihilominus si testis depositio, seu
examen non est extense descriptum per Notarium, sed tan-
tum relative ad depositionem alterius testis; exempli gra-
tia, si dicatur, Secundus testis deponit idem, quod primus*,
si est extensa depositio primi testis, probat secundus testis;
citat multos Doctores, præsertim Farinac. *de testibus*, q.
80. *num.* 103. & Rotæ Auditores *in relat. S. Didaci*, Cle-
mentem IV. hac opinionem secutum *in Canonizat. S. He-
duigis Ducissæ Poloniæ, & in relat. S. Hyacinthi in* 8. *mira-
culo fol.* 49. Sed parcat nobis Cantelorus, quia in utroque
casu contrarium sentimus; dicimus enim, quod examen
absque Interrogatoriis in causa Canonizationis est nullum:
92 quia est confectum contra formam Remissorialium, in
quibus expresse præcipitur, quod testes examinentur prius
super Interrogatoriis, adest clausula in fine, *& non alias,
aliter, nec alio modo*, quæ complectitur omnia antea dis-
posita; quid autem importet hæc clausula, omnes sciunt.
Examen enim factum contra formam in Remissorialibus
remanet nullum ex defectu jurisdictionis, Rota apud Ca-
valer. *decis.* 154. *n.* 1. & 2. & *dec.* 410. *n.* 5. apud Ludov. 518.
n. 2. apud Ridolph. *in praxi p.* 1. *c.* 11. *num.* 107. quicquid
sit in Judice Ordinario, qui si absque Interrogatoriis exa-
minet testes, examen non erit nullum, sed testes repetendi,
juxta *dec.* Coccini 654. adde Greg. *dec.* 331. *n.* 22. at in no-
stra materia, ut diximus, examen est nullum, ut bene di-
stinguit Ferent. ad Bucart. *dec.* 100. *nu.* 27. ob formam non
servatam.

Item asserimus, quod, cum repetendi sunt testes non
possunt se referre ad examen antecedens; sed debent per
extensum noviter deponere, quod clare disponitur in eis-
dem Litteris Remissorialibus, ibi: *Animadvertendo, quod
testes nequaquam se referant ad attestationes, alias red-
ditas, neque illis recitentur ea, quæ alias ipsi deposuerunt,
sed quæcunque habent explanate, & per extensum deponant*,
quid clarius desideramus? Quod vero in causa *S. Thomæ
de Villanova, & B. Andreæ Avellini* aliter fuit practica-
tum, potuit contingere, quod hujusmodi clausula non ap-
ponebatur in Litteris Remissorialibus, quibus etiam cir-
cumscriptis semper teneremus, quod, cum testes repeten-
di sunt in causis gravioribus, prout est Canonizatio San-
ctorum, semper debent repeti non relative, sed per exten-
sum, juxta *decis.* 720. *in fine, p.* 2. *rec.* licet Adden. ad Gre-
gor. 331. *n.* 25. contrarias *decisiones* afferat, & dicat, non
attendendam dictam *decisionem* 720. & hanc esse Rotę sen-
tentiam.

Novos Articulos ultra transmissos in Litteris, Judices 93
non possunt admittere, possunt tamen specificare, & de-
clarare Articulos in causa datos, secundum Cantelorum
c. 25. *n.* 8. & 9. sed Nos diceremus, quod Judices Remisso-
riales non possunt admittere etiam Articulos specificantes,
& magis declarantes datos in Curia; sed illos datos voce
explicare possunt non autem in scriptis recipere: quia nul-
lam aliam potestatem habent, quam illam, quæ eis conce-
ditur in Litteris, & hæc non datur in Litteris. Et si dica-
tur, quod nihil novi contineant, sed sunt iidem dati in
Curia, magis tamen specificati; Respondetur, quod hæc
specificatio, & declaratio ex eo quia aliquid plus continet,
debet fieri citato Promotore Fidei in Curia: quia ut sibi vi-
debitur potest dicere, vel contra, vel consentire, & spe-
ctat ad Sacram Congregationem has novas declarationes,
& specificationes admittere, non ad Judices Remissoria-
les, qui nullam præter mandatam, habent facultatem; be- 94
ne tamen possunt Judices Remissoriales Articulos, vel In-
terrogatoria, quæ latina lingua sunt scripta, transferre fi-
deliter in aliam linguam maternam, & hoc nihil officit
prout admisit D. Promotor Fidei in causa *Abulen. S. Petri
de Alcantara in responsione ad animadversiones*.

Interrogatoria, quę transmittuntur a Domino Fidei
Promotore, non possunt aperiri, nisi in pręsentia Judi- 95
cum in actu tantum examinis, & de novo claudenda, &
obsignanda Sigillis Judicum in fine cujuslibet examinis,
seu sessionis, & de novo aperienda in principio novæ ses-
sionis, & coram eisdem Judicibus, ut expresse mandatur
in Litteris Remissorialibus, vigore *decreti* lati *a Sacra Con-
gregatione* jussu *SS. Domini Nostri Innocentii Papæ XI. sub
diebus 9. Julii, & 6. Augusti* 1678. *§. tertio, & pro majori
cautela*. Hæc autem interrogatoria, quæ nunc dantur a
Fidei Promotore, sunt diversa ab antiquis Interrogatoriis,
ut patet.

Testes examinati debent præstito prius juramento de ve- 96
ritate dicenda, ut eorum dictum sit efficax, & faciat pro-
bationem, quod & Canonica, & Cæsarea jura statuerunt,
c. nuper, 51. *in ordine, in fine, de testibus, c. qualiter, &
quando, il* 1. *§. formam vero, de accus. l. jusjurandi C. de te-
stibus*, cum aliis concordantibus *juribus*: quia in juramento
consistit substantia depositionis, latissime Tusebus *litt. T
concl.* 166. Oldradus *cons.* 209. *n.* 8. *vers. & si*, Gramat. *cons.*
150. *n.* 25. Benedictus Carpz. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 114. *n.*
63. Rota apud Royas *dec.* 86. *n.* 2. apud Coccin. *dec.* 1014.
n 5. juramentum vero regulariter præstari debet tactis scri-
pturis, & omissis quamplurimis, Farinac. *de testibus*, q.
74. *n.* 22. Ridolph. *in praxi p.* 1. *c.* 11. *n.* 87. attamen in hac 97
materia debet præstari ab omnibus tactis Sacris Evangeliis,
exceptis duntaxat Episcopis, prout expresse mandatur in
eisdem Litteris Remissorialibus, quibus opponitur forma
juramenti nuper formata jussu Sanctissimi Domini Nostri,
quæ etiam habetur impressa, itaut, si non jurent tactis Sa-
cris Evangeliis, examen sit nullum, prout fuit dubitatum in
Abulen. *Canonizationis*, ex quo testes juraverunt tacta Cru-
ce: esset enim contra formam. Quam juramenti præsta-
tionem debent subscribere Judices Remissoriales, & de ea 98
debet Notarius facere publicum rogitum, prout dicemus;
& sic cessat quæstio agitata inter nostros, quando Notario
asserenti de præstatione juramenti, credendum sit; ut vide-
re est ap. Farin. *loco cit.* Ridolph. *loc. c. n.* 88. *cum seq.* Burat.
dec. 148. ibique Ferentillum, Caval. *dec.* 322. & alios; jura- 99
mentum vero præstari debet prius citatis Subpromotoribus
pro die, & loco destinato, juxta textum *in capit.* 2. *de
testibus, circa finem*, juncta tamen ibi Glossa *in verb. audi-
re, l. si quando C. de testibus*, Vest. *in praxi lib.* 2. *c.* 2. Ri-
dolph. *in praxi p.* 1. *cap.* 11. *nu.* 35. Greg. *decis.* 268. Buratt.

dec.

dec. 169. Cavaier. dec. 275. Rota apud Bichium decis. 317.
n. 15. apud Royas dec. 219. n. 14. & 86. nu. 5. apud Cocci-
num dec. 466. nu. 5. & 1014. num. 4. apud Celsum dec. 110.
nu. 12. apud Emin. Othob. dec. 4. nu. 11. Benedictus Carp-
zou p. 3. prax. criminal. qu. 114. nu. 65. late Tuschus lit.
T. concl. 163. Prosper Fagnan. in d. c. 2. nu. 12. & 46. qui
dicit, idem esse testem examinatum absque citatione, ac
absque juramento; & novissime illustrando dictum tex-
tum in cap. 2. (incipit in nomine Domini) Emmanuel Gon-
zalez num. 4. & licet aliqui scripserint, testes examinatos
100 absque partis citatione, efformare aliquod adminiculum,
quamvis non probent plene, quod etiam admisisse videtur
Rota apud Emin. Cerrum dec. 685. nu. 2. attamen contra-
rium suadetur ex d. c. 2. ibi: nullius momenti, ubi Fagnan.
n. 34. Rota apud Royas d. dec. 219. n. 14. & p. 1. rec. decis.
555. n. 5. late discurrit Tuschus lit. T. concl. 163. ad sum-
mum enim sunt auxilia probationum, nec suffragantur ni-
101 si præexistat aliquis modus probationis, cum quo conjun-
gi possunt, Fagn. loc. citat. Verum in nostra materia nihil
prorsus probant, nec aliquod juvamen afferre possunt,
cum sunt examinati testes absque citatione Subpromoto-
rum, quia in Litteris Remissorialibus mandatur, quod
omnes actus fieri debent citato uno ex Subpromotoribus,
102 adestque decretum irritans; unde ex defectu formæ non
servatæ, sunt nulliter examinati, nullamque fidem, &
probationem faciunt, prout in puncto dixit Rota apud Bi-
chium dec. 653. n. 4. & dec. 48. n. 5. Ludovis. dec. 518. n. 3.
apud Dunozet. juniorem dec. 961. n. 10. per dictum textum
in c. 2. de testibus, & l. si quando, Cod. eod. tit. Et citatio
103 debet esse specifica, & individua pro tali effectu; nam non
sufficit generalis, Gregorius dec. 268. nu. 3. ubi Add. Bu-
ratt. dec. 324. n. 5. Ridolph. loco cit. Citatio autem, suf-
ficit, ut sit executa coram Judice Remissoriali, secundum
104 Rot. dec. 686. n. 4. p. 1. & apud Seraph. 1010. & apud Bich.
346. nu. 10. & juxta sententiam ejusdem Sacræ Rotæ apud
Coccinum dec. 654. n. 5. & 6. Loco citationis ad videndum
jurare testes, sufficit monitio Judicis, & intimatio: quia
citatio adimpleri potest per æquipollens; sed de hac ic in-
ferius. Quod certius videtur, est, quod de citatione de-
bet in actis specifice constare: quia, cum sit extrinseca so-
105 lemnitas, non præsumitur: hoc omnes admittunt, &
quotidie decernit Sacra Rota. Immo Tuschus in allegata
concl. 263. n. 6. ait, quod si data est citatio contra testem,
& partem simul, & nuncius referat, se citasse testem,
& alia fecisse, de quibus in citatione, non tamen probat
citationem partis: quia necesse est, ut hoc exprimat, &
an domi, vel personaliter, alias non valet citatio, neque
relatio incerta, & examen est nullum, citat Alexan. cons.
201. nu. 2. vers. item non apparet, lib. 2. atque in citatio-
ne exprimi debet dies, & locus juramenti, & examinis,
alias nulliter fiet examen, Tusch. d. concl. 163. n. 10. Gram-
matic. cons. 78. n. 12. & 14. Rota apud Cels. dec. 101. n. 13.
& 110. Buratt. dec. 506. n. 3.
106 Et ipsi testes quoque citari debent ad præstandum jura-
mentum pro certa die in loco destinato; iterum postea ci-
tari debent ad subjiciendum se examini pro tali die certa,
& hora etiam certa, in loco etiam destinato pro examine;
si tamen fuerint examinati absque citatione, sed inducti a
Postulatore, seu Procuratore, non ideo erit nulla proba-
tio: sufficit enim, ut sint inducti, quia inductio, & pro-
ductio testium tollit spontaneam compartitionem, & suffi-
107 cit testem fuisse requisitum, secundum doctrinam Bartho-
li, Baldi, & aliorum, quos citat Matta p. 4. c. 20. n. 8. &
fuit etiam disputatum in causa Abulen. & pro validitate
scripsit Laurentius Rosa, juxta doctrinam Farinac. qu. 80.
n. 11. qui multos citat: e contra vero scripsit Dominus Fi-
dei Promotor, cujus doctrinam veram putamus parte op-
ponente Fidei Subpromotore; ipso vero tacente, nullitas
108 superari potest, teste eodem Farin. loc. cit. n. 16. qui alios
citat. Verum, ad tollendam omnem dubietatem, melius
est præcedere citationem semper: quia testes, si non fue-
rint citati, non faciunt gradum probationis c. 2. de testi-
bus, ubi Abbas n. 9. Rota dec. 413. nu. 3. p. 2. rec. & apud
Eminentissimum Cerrum dec. 536. n. 5. regulariter enim
testis, qui se sponte offert, vel non probat, vel saltem
non reputatur integræ fidei, Farin. de testibus, p. 80. opp.
34. n. 1. & 4.
109 Dubitari potest, an testes jurare debeant simul, vel se-
paratim, Cantelorus d. cap. 25. n. 65. dicit quod testes de-
bent jurare separatim, & citat multos DD. & Rotam in
110 relatione S. Ignatii p. 1. process. Barcinonen. vers. juramen-
tum. Item licet Add. ad Abbatem cap. venerabilis de testi-

bus, dicat, posse simul jurare; praxis tamen est, quod
jurent simul, idest unica die, sed successive in loco destina-
to præsentibus Subpromotoribus, & Judicibus per diem
ante, juxta stylum Romanæ Curiæ, de quo Salustius Ti-
beren. in praxi lib. 2. c. 13. num. 7. Ridolph. part. 1. cap. 11.
nu. 8. & 81. an vero, cum juraverint semel, & simul, de-
beant iterum jurare in actu examinis, affirmat Matta p. 5. 111
c. 4. in informatione super dubio, an constet de validitate,
& relevantia processus super inquisitione in genere, vers. te-
stes fol. 489. scilicet, quod ultra juramentum præstitum si-
mul, debent de novo jurare testes cum sigillatim exami-
nantur, ibi: Præstito prius ab unoquoque juramento, sal-
tem per diem ante, ac repetito in actu examinis separatim:
& ita etiam Nos practicavimus in confectione processus
pro Canonizatione B. Andreæ Avellini, ut inferius dice-
mus. Certum vero est, quod testes separatim, & sejun- 112
ctim examinari debent, prout mandatur in c. venerabili 52.
de testibus, ibi: Discretioni vestræ mandamus, quatenus
testes, quos Abbas, & Monachi S. Martini Cistercien. Or-
dinis, super vita, & miraculis piæ memoriæ M. Abbatis
Monasterii supradicti, duxerint producendos, & examina-
re sigillatim curetis, cum ea diligentia, quæ solet, & debet
in receptione testium adhiberi. Ubi glossa verb. examinare
sigillatim, reddit rationem: quia alioquin unus alium in-
strueret, & sequeretur dictum alterius, & ita non posset
falsitas eorum facile deprehendi; quam rationem Glossæ
omnes postea Canonistæ ibidem amplexi sunt, Ferentilius
ad Buratium dec. 559. nu. 19. Diligentissime enim sunt exa-
minandi testes in hac causa, & majori cum attentione,
quam in causa hæresis, ut dicit Lucas Castellinus de Cano-
nizatione Sanctorum fol. 150. in fine nu. 20. Nunquid vero
si contrarium agatur, examen erit nullum? Dubitant ibi- 113
dem Canonistæ: & quamvis multi tenuerint quod, si si-
mul examinentur, sit validus processus; Contrarium ta-
men alii sentiunt, scilicet, quod sit nullus, ut videre est
penes Gonzalez in d. cap. venerabili, de testibus, & Can-
telor. dict. cap. 35. num. 66. vide etiam Farinac. qu. 81. nu.
92. cum seq. 109. Verum hodie extra controversiam est,
quod sit nullus processus: cum de forma ponatur in Litte-
ris Remissorialibus, quod separatim, seu sigillatim exa-
minentur.
Testes non est pernecesse, ut sint omni exceptione ma- 114
jores: sed sufficit, ut eis non obstet Canonicum aliquod
impedimentum, dicit Cantelor. d. cap. 25. num. 74. & alii
communiter: quilibet enim admittitur ad testificandum,
nisi a lege prohibeatur, l. 1. ff. de testibus, Maschard. con-
clus. 310. n. 4. late Carpzou. p. 3. prax. crim. quæst. 114. nu.
27. Tuschus, lit. T. conclus. 191. Quod tamen magis
explicandum censemus: Judices enim Remissoriales non 115
debent admittere in testes in hujusmodi gravioribus causis
homines illos, quos lex repellit a testimonio ferendo pro-
pter illorum inhabilitatem, de quibus latissime Farinac. de
Testibus qu. 53. cum multis sequentibus, ac passim alii Do-
ctores, in primis non debent admittere homines, existen-
tes extra gremium Ecclesiæ Catholicæ, juxta textum in c.
Judæi, de testibus, juncta Glossa verb. præsumant, cap. hæ-
reticus 2. qu. 7. cap. ipsa pietas 23. qu. 4. quod tamen intel-
ligit Matta p. 4. cap. 20. n. 16. de illis, qui nati sunt fideles,
& postea apostataverunt; secus autem de illis, qui nati sunt
hæretici, & infideles, & postea apostataverunt; secus au-
tem de illis, qui nati sunt hæretici, & infideles, & postea
ad gremium Sanctæ Ecclesiæ sponte accesserunt, qui talea
incipiunt esse, qui non fuerunt; neque criminosos, & exi-
stentes in peccato admittendos esse in testes in hujusmodi
causis; sicuti neque Blasphæmos, Lusores, Ebriosos, Hi- 116
striones, Decoctos, Apostatas, Proditores, Fustigatos,
Prodigos, Calumniatores, litiumque redemptores: quia
hujusmodi semper sunt malæ conditionis, & famæ, &
tanquam criminosi repelluntur, juxta doctrinam Farin.
quæst. 56. art. 12. Matta loco cit. d. cap. 20. num. 13. Spurii
autem testimonium licet regulariter non sit integræ fidei, 117
attamen, cum spurius erit bonæ vitæ, & famæ, admit-
ti potest ad testificandum in hoc judicio; prout existimat
Matta loco cit. sub num. 15. Quamvis vero qui sunt malæ
famæ, & conditionis, repellantur a ferendo testimonio
in hujusmodi causis; tamen, si constiterit se emendasse, 118
ac a mala vita recessisse, & ad bonam se convertisse, existi-
mat Matta loco cit. num. 15. posse ad ferendum testimonium
admitti: sicuti cum miraculum aliquod effectum est in
persona criminosa, vel infamia notata, vel alioqui inha- 119
bili, tanquam in facto proprio examinanda est, præsertim
ratione invocationis a se factæ, cum alia probatio haberi

non possit facile, ita Matta *loco cit. num.* 16. Infames ve-
ro, sive juris, sive facti, infamia notati, in hujusmodi
tam gravioribus causis non sunt admittendi: quia non
120 sunt integræ fidei, ut bene idem Matta *d. p.* 4. *cap.* 17. *nu.*
16. *in fine*; qui bene id limitat, ubi contigisset aliquod mi-
raculum in loco, in quo non solent intervenire, nisi per-
sonæ infames, veluti in prostibulo, ob defectum aliarum
121 personarum habilium, testes enim, etiam inhabiles ad
mittuntur ad probandam rem gestam in loco, in quo aliæ
personæ non commorantur; sic ratione loci, vel ratione
materiæ, Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 672. *num.*
8. Carpzov *in prax. Crimin. part.* 3. *quæst.* 114. *num.* 39.
quando enim adest difficultas probationis, non admittun-
tur exceptiones contra testes; & viles personæ etiam pro-
bant, Rota *decis.* 175. *num.* 20. *part.* 12. *& decis.* 2. *part.*
16. Carpz. *loco cit. num.* 35. Semper vero quod testes habi-
les haberi possunt, non sunt inducendi inhabiles, qui tunc
non probarent, etiamsi factum de natura sua esset difficilis
probationis, Matta *d. c.* 17. *num.* 8. & generaliter hoc scri-
pserunt fere communiter Criminalistæ: vide Farinac. *de
testibus quæst.* 61. *limit.* 1. *num.* 30. Verum testes inhabiles,
licet probationem legitimam non præstent, faciunt ali-
quod indicium, Marchard. *consil.* 681. *n.* 5. Farinac *q.* 62.
122 *n.* 261. Pasqual. *in dec. Moral. dec.* 211. *n.* 9. sed in nostra
materia probationis debent esse exactæ. Cæteri vero, qui
non sunt inhabiles ratione alicujus notæ propriæ personæ,
sed ea alia extrinseca circumstantia, veluti quia parentes,
consanguinei, affines, Domini, servi, Concives, Re-
123 ligiosi ejusdem Religionis, & cæteri, in quibus ex juris
præsumptione cadere potest suspicio affectionis, non re-
pelluntur a testimonio ferendo in hujusmodi causis Cano-
nizationis Sanctorum, ut latius loquitur Matta *per dictum
cap.* 17. Cantelor. *de Canonizat. Sanctorum cap.* 18. *numer.*
4. *cum seqq.* prout in facto ita observavimus in d. processu
pro Canonizatione B. Andreæ; & pro Religiosis Audito-
res Sac. Rotæ *in relatione S. Francisca Romana*. Sicuti et-
iam admittuntur fœminæ de jure Canonico, repellantur a
124 testimonio ferendo in criminalibus, *cap. forus*, ubi Glos.
verb. non fœmina, de verb significatione, cap. mulierem,
ubi gloss. *verb. testis* 33. *q.* 5. late Carpz. *loco cit. d. q.* 114.
num. 40. & Grammat. *cons.* 50. *numer.* 10. *& alii*. Neque
pauperes, seu villani, seu ex infima plebe nati, si alioquin
honestæ sint personæ, repelli possunt a testimonio feren-
do in his causis: quia non sunt censendi viles, qui fide,
125 & opinione probati sunt, prout præsumitur, donec con-
trarium appareat, Matta *d. cap.* 17. *nu.* 9. & latissime pro-
bat Farinac. *de testibus quæst.* 57. *num.* 75. Licet alias testi-
monium vilium personarum, & mendicantium sit aliquo
126 modo debile, secundum Rotam apud Posth. *de manuten.
decis.* 166. *num.* 43. & apud Ubacum 78. *num.* 18. parum-
que illi sit deferendum, Rota *decis.* 132. *num.* 6. *part.* 15.
recent. & insignis est Glossa *in cap.* 2. *verb. vilissimi, de te-
stibus*, quæ etiam ponit requisita quæ in talibus desideran-
tur, & late Farinac. *dict. quæst.* 57. Advertendum tamen
est, quod aliud est, quem esse vilem, quia pauper; aliud
vero, vilem, quia talis ex alia ratione, quam ex pauper-
tate, testes viles, quia pauperes, certe non repelluntur
a testificando, cum alioquin sunt integræ fidei, clare de-
ducitur ex textu *in cap. si quis, de testibus*, ibi: *aut pauper-
tate depressi*, ubi Glossa *in verb. paupertate* dicit, quod
pauper non est suspectus propter suam paupertatem; ibi-
que docent Butrius *num.* 8. & ita non semel admisit Sacra
Rota, præsertim *decis.* 57. *num.* 12. *&* 13. *& decision.* 165.
num. 18. *&* 19. *part.* 12. *decision.* 44. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1.
recent. late Tuschus *concl.* 215. *num.* 19. Cum vero vilitas
consurgit aliunde, quam ex paupertate, tunc verum est,
quod testimonium vilium est valde debile, justa Glos. *in
d. c. in verb. vilissimi, de testibus*.

127 Testes autem omnes debent habere ætatem a jure præ-
scriptam, nempe masculus debet esse annorum quatuor-
decim, & fœmina duodecim; nam minores non admit-
tuntur, juxta textum *in leg.* 3. *§. lege Julia, ff. de testi-
bus*, Coccin. *dec.* 2139. late Farinac. *q.* 58. *de testibus*, ubi
late materiam cribrat, quod procedit etiamsi factus pubes
deponat de his, quæ vidit in pupillari ætate, Matta *loco
cit. n.* 10. quia minores propter defectum ætatis præsumun-
tur non perfecte cognoscere id, de quo testificantur, ut
dicit d. textus *in d. l.* 3. *§. lege Julia, &c.* ubi glossa *in verb.
lucrum*; verum quod factus major possit testificare de iis,
quæ vidit tempore proximo pubertati, tenuit Rota *decis.*
128 293. *num.* 7. *cum seq. p.* 13. & apud Ubacum *dec.* 79. *num.* 9.
de qua re vide etiam Tuschum *litt. T. concl.* 183. Quam-
vis vero Religiosi absque Superioris licentia in judicio te-
stificari haud possint, tamen de facto testificati fuerint ab-
sque d. licentia, nihilominus firmum erit eorum examen, 129
Matta *loc. cit. d. c.* 17. *n.* 14. ultra quod præsumitur talis li-
centia, Cantelor. *loco cit. c.* 18. *n.* 8.

Testium depositiones scribi, & extendi debent proprio
idiomate, & lingua, qua proferuntur, nec quicquam al- 130
terari fas est, juxta *decretum latum a Sacra Congregatione
die 6. Februarii anno* 1652. quod refert Matta *p.* 5. *c.* 3. *n.* 5.
& 18. Cavalcanus *decis.* 129. Carpz. *d. p.* 3. *q.* 114. *nu.* 83.
& ideo Romæ eligendus est interpres ab Eminentiss. Car-
dinali Ponente, et a Promotore Fidei, qui fideliter in- 131
terpretari debet processum, juxta *novissimum decretum Sa-
cræ Congregationis jussu SS. Domini Nostri die* 15. *Octobris*
1678. §. 4.

Testium depositio debet esse clara, categorica, & con-
cludens; nam obscura, dubia, vel incerta, nihil probat, 132
ut explicat Bened. Carpz. *dict. part.* 3. *quæst.* 114. *num.* 57.
& omnino debet concludere pernecesse, ut clare dedu-
citur ex *cap. in præsentia, §. quare*, & ibi Gloss. *in verb.
verbum dubium, de probat. & ex l. neque*, ubi etiam Glos-
sa *verb. cum nihil Cod. eod. tit. de probat.* Rota *decis.* 263.
num. 9. *part.* 11. Dicitur autem obscura, & dubia, quan-
do continet diversos intellectus, & pluribus modis po-
test intelligi, veluti si deponat testis per verbum *forsan,
forte, si bene memini*, vel *puto*, aut *circa*, vel per verbum
videtur, Carpzov. *loco cit. num.* 58. omnis enim depositio
dubitative facta, non probat: quia non concludit perne-
cesse, Rota apud Eminentissimum Celsum *decis.* 166. *nu-
mer.* 11. ita etiam depositio de credulitate non probat,
idem Carpz. *loco cit. num* 59. Rota apud Carillum 212.
num. 11. apud Dunozett. juniorem 372. *in fine, &* 597. *n.*
11. apud Coccinum *decis.* 940. *num.* 3. late Tusch. *litt. T.
concl.* 182. Sic testis, deponens de proprio judicio, non
probat, Coccin. *decis.* 865 *num.* 5. nisi judicium sit con-
junctum cum sensu corporeo visus, Rota *dec.* 34. *num.* 8.
part. 11.

Judices Remissoriales advertere debent, ut testes red-
dant causam scientiæ; tritum est enim apud nostros, quod 133
testis, qui non reddit causam scientiæ, non probat, Do-
ctores per illum *textum* expressum *in cap. cum causam, de
testibus*, ubi Glossa magistralis *in verb. de causis, §. licet
dudum, auth. de testibus*, Rota apud Carillum *decis.* 212.
num. 10. & latissime Farinac. *de testibus quæst.* 70. *cap.* 2.
a num.... cum sequentibus, quia testis dictum regulatur a
causa scientiæ, Eminentissimus Othob. *decis.* 193. *num.*
14. Difficultas consistit, an testis non interrogatus a Ju-
dice debeat ex se reddere rationem sui dicti? Equidem
Glossarum *in d. cap. tam causam, in verb. de causis*, quam
etiam *in c. sicut nobis, de sententia, & re judicata*, etiam
in verb. de causis, tenet, quod tenetur reddere rationem, 134
& causam scientiæ, quando interrogatus fuerit a Judice;
si vero non interrogetur, bene valet ejus dictum, etiamsi
nude fuerit prolatum. Ita enim dicit Glossa *in d. cap. cum
causam: Si vero Judex non quæsierit, & testes simpliciter
dixerint se scire, valebit, infra de re judicata*, Farin. *in
d. quæst.* 70. *cap.* 2. *num.* 91. ubi innumeros citat, & ita in
nostra materia dixit Troil. Malvet. *de Canonizat. Sanct.
dub.* 3. *num.* 67. quia nihil circa hoc innovatum fuit *in cap.
venerabili*, 52. *de testibus*.

Contrariam vero sententiam, nempe testes debere red-
dere causam scientiæ, etiamsi non fuerint interrogati, in 135
hujusmodi causis Canonizationis Sanctorum, tenuerunt
Rota *in relatione S. Andreæ Corsini par.* 3. *§.* 2. *vers.* 1. *vi-
dere*, Lucas Castellin. *de Canonizat. Sanctorum*, Matta
fol. mihi 149. *vers. his quoque*, addit Cantelorus *d. c.* 25.
n. 71. 72. & 73.

Jacobus Pignatellus doctus sane ut *in* 1. *tom. consult.*
237. *alias* 240. tenet, quod, si testes deponant per hæc 136
verba: *& de omnib. & singulis fuit, & est publica vox,
& fama, publicum, & notorium*, si non reddant ratio-
nem causæ, & scientiæ, processus sit validus, & de eo
habenda est ratio: quia agitur de materia dependente a sen-
su corporis, non a judicio intellectus, & sic non est defe-
ctus considerabilis, nec vitiat depositionem, si non inter-
rogatus omiserit causam scientiæ, citat Cassad. *decis.* 3. *de
prabend.*

Dicendum videtur, quod cum illius sit testimonium per-
fectum, & validum, qui de positis rationem reddit, ve-
stitque dictum suum, scientiæ causam allegando, & cum si- 137
mus in materia satis gravi, & periculosa, testes omnino
scientiæ causam exprimere debent, etiamsi interrogati non
fue-

fuerint, & ultra citatos supra, bene advertit in puncto Genuensis *in praxi Curiæ Neapolitanæ c. 30. num.* 3. qui allegat Baldum *in l. solam, C. de testib.* & generaliter scribendo Marantia *in praxi iudiciaria p. 6. art. 7. nu.* 14. Ridulph. *in praxi p. 2. c. 4. n.* 142. Attamen cum testis deponit per proprios sensus, nempe visus, auditus, &c. tunc ex eo quia
138 in depositione facta per proprios sensus inest essentialiter causa scientiæ, & ejus sufficiens redditio, ideo aliam reddere non tenetur; exemplo fiat manifestum. Testis deponit de miraculo: quia scilicet vidit infirmum, mortuum, &c. fuit præsens in invocatione Sancti; vidit infirmum repente sanatum, vel mortuum excitatum: deponit tunc per proprium sensum, nempe *quia vidit, interfuit, & audivit*, &c. ecce quod exprimit sufficienter causam scientiæ, quare si interrogetur denuo a Judice de causa scientiæ, non aliam dare potest responsionem, & assignare causam, quam hanc: *quia vidit, interfuit, & audivit, ut supra*, quia in ejus depositione expressa est causa scientiæ,
139 & frustra de novo interrogatur; Unde Sacra Rota nostra Magistra in hoc dubio, an testis teneatur non interrogatus exprimere causam scientiæ? amplexa est distinctionem, quod aut testis deponit super rebus consistentibus in sensu corporis, & tunc si nulla reddatur ratio, bene probat; cum vero deponit in consistentibus in judicio intellectus, tunc etiam interrogatus debet reddere causam scientię concludentem, alias nihil probat, Rota apud Ludovis. *decis.* 17. *n.* 2. apud Mant. *dec.* 199. *n.* 1. apud Burattum *dec.* 538. *n.* 16. *& dec.* 117. *n.* 14. apud eundem Burattum, & apud Cocch. *dec.* 161. *n.* 3. *&* 529. *n.* 5. *&* 618. *n.* 4. Surdus *cons.* 89. *n.* 4. *lib.* 1. Farin. *de testib. q.* 70. Em. olim Luca *de jurisdictione, & foro competenti, disc.* 3. *n.* 14. *& disc.* 37. *n.* 11. Sem-
140 per enim quod testes deponunt de visu, vel de re, quæ cadit sub sensu corporis, probant absque alia rationis assignatione, absque redditione causæ scientiæ, Rota *dec.* 445. *n.* 11. Merlin. *dec.* 242. *n.* 2. apud Em. Cerrum *dec.* 467. *n.* 4. *&* 892. *n.* 97. & fuit doctrina Innoc. *in c. cum causam, n.* 3. *de testibus*, ubi etiam Butrius *nu.* 18. & late prosequitur Farinac. *cit. n.* 93. Rota *dec.* 95. *n.* 6. *p.* 15. Buratt. *dec.* 845. *n.* 2. & in puncto Cantelor. *d. c.* 26. *sub n.* 72. *vers. ubi quod testis*, & citat Monticellum, & alios; cum enim testis deponit factum per proprium sensum, vel auditus, vel visus, jam exprimit causam scientiæ sufficienter: quia non potest reddi alia ratio, quam per eundem sensum corporis, ut recte ratiocinatur Spada *cons.* 68. *n.* 15. *tom.* 1. *& cons.* 130. *nu.* 21. *tom.* 2. Dum vero deponit factum narratum, esse miraculum, tunc debet reddere rationem sui dicti: quia hoc consistit in judicio intellectus, & debet exprimere causam, quare factum illud existimat miraculum: scilicet quia successit ultra vires naturales, & humanam potentiam, illico ad invocationem Servi Dei, seu Beati, juxta ea, quæ
141 scribit Farinaccius *d. q.* 70. *c.* 2. *nu.* 93. *&* 94. Et ita intelligendus est Cantelorus *loco cit. n.* 71. dum ibi scribit, quod testis, testificans de miraculo, debet reddere rationem, & causam sui dicti, etiam non interrogatus: quia miraculum percipitur judicio intellectus, & optime Pignatellus *in allegata consult.* 240. *alias* 243. cujus doctrinam supra
142 retulimus; si vero testis interrogetur a Judice super causa scientiæ, illam omnino tenetur reddere, etiam in illis, in quibus alioquin non tenetur, alias nihil probat, Bald. *in d. cap. cum causam nu.* 15. *vers. aut interrogetur*, ex *nu.* 48. *de testibus*, ubi Abbat *nu.* 6. *vers. glossa in verb. de causis*, Butr. *n.* 16. Imol. *nu.* 7. Felin. *nu.* 2. *vers. fallit primo*, Mascardus *de probat. concl.* 1396. *n.* 49. Farinac. qui alios citat *d. q.* 70. *c.* 1. *n.* 4.

Inde sequitur, quod testis de proprio auditu plenissime
143 probat: quia deponit de se percepta per proprium sensum, prout de communi, & recepta sententia testatur Farinac. *de testibus, qu.* 60. *n.* 148. *cum multis seqq.* & in nostra materia Matta *p.* 5. *cap.* 18. *nu.* 5. Dubitat tamen ibidem Matta *n.* 6. an probet testis, qui deponit de auditu proprio, sed tamen ex interjecta cortina, vel pariete? quicquid sit generaliter loquendo; attamen in materia nostra Canonizationis *n.* 7. resolvit, si testes deponerent, se audisse Dei Servum plorantem, suspirantem, se flagellantem in aliqua cella, vel in alio loco, in quo videri non possit, etiamsi vocem illius notam habeant, non probant, nisi etiam se coarctent, dicendo, in dicto loco non adfuisse alios, nisi illum, quem loquentem, suspirantem, vel se flagellantem ad vocem cognoverunt, & quod alii non potuissent ibi esse, quia ipsi testes sciunt; quod valde notandum dicit Matta.

Testes vero de alieno auditu, sicut non probant in aliis materiis, per *textum in capit. licet ex quadam il* 2. ubi Canonistæ, *de testibus*, late discurrit, Farinac. *q.* 69. Carpz.
dict. pag. 3. *prax. crimin. quæst.* 154. *nu.* 61. Rota apud Du- 144
nozettum juniorem *decis.* 961. *numer.* 13. *&* 372. *num.* 7. *&* 296. *num.* 6. apud eundem, apud Cocc. *decis.* 1823. *nu.* 58. apud Carill. *decis.* 46. *num.* 7. apud Royas 266. *numer.* 19. apud Ludov. 379. & late Tuschus *litt. T. conclus.* 180. Eo quia non potest deponere de certa scientia, qui actui non interfuit, juxta *decis.* Rotæ apud Coccinum 1969. & qui deponit de auditu alieno, non deponit per proprium sensum, sed per alienum, per quem solum percipitur quædam relatio veritatis: eo magis in casu nostro; & in materia tam gravi nequaquam aliquod probationis gradum
facient, late Matta *pag.* 4. *capit.* 18. *num.* 9. Ad proban- 145
dum tamen cultum immemorabilem (sic in antiquis) bene admittuntur testes de auditu alieno, seu de auditu auditus, in puncto Matta *dict. pag.* 4. *cap.* 18. *num.* 13. *& capit.* 19. *nu.* 23. quia agitur de probando cultu publico, quod consistit in extrinsecis actionibus, denotantibus venerationem, & cultum; isti vero actus extrinseci, & publici, quia videntur ab omnibus, cum agitur de antiquis, probari bene possunt per testes de auditu, secundum communiorem sententiam, de qua ta inferius.

Advertendum est, quod testes, deponentes de imme-
morabili, habere debent ætatem quinquaginta quatuor 146
annorum ante litem motam, Ludovisius *decis.* 298. *numer.* 1. ubi Oliver. *numer.* 12. & Ferentillus ad Burattum *decis.* 673. Coccinus *decis.* 2139. *numer.* 2. Eminent. Cerrus *decis.* 103. *numer.* 12. *&* 607. *num.* 15. Quia deponere debent de visu per annos quadraginta ante motam litem, Rota *recent. pag.* 1. *decis.* 673. *numer.* 1. *&* 2. Ferentillus *loco citat. numer.* 6. Eminentiss. Cerr. *decis.* 495. *numer.* 3. *&* 607. *numer.* 16. licet ad probandum notorium, publi-
cam vocem, & famam, non exigatur dicta ætas: quia 147
sufficiet tunc testes deponere de auditu ab eorum majoribus, & antenatis, Rota apud Caval. *decis.* 68. *numer.* 1. *& decis.* 383. *numer.* 5. *&* 6. *part.* 16. *& decis.* 101. *numer.* 1. *part.* 11. & debent habere testes requisita Glos. *in capit.* 1. *verb. memoria, de præscript. in* 6. cum depo-
nunt de immemorabili, scilicet quod ita audierint a ma- 148
joribus, & quod majores ita audierint, & quod nihil contrarium audiverint, vel viderint; & coarctare nega-
tivam deponendo, alter non potuisse esse, quin ipsi sci- 149
verint; & deponere de publica voce, & fama, quæ specialiter articulanda est; qua de re vide Gratian. *cap.* 681. *numer.* 3. Gregorium *decis.* 196. ubi Addentes, Buratt. *decis.* 673. *numer.* 1. *decis.* 502. *numer.* 6. *part.* 4. *recent. decis.* 77. *numer.* 2. *decis.* 416. *numer.* 6. *part.* 14. Coccin. *decis.* 2139. *numer.* 5. Celsum *decis.* 68. *num.* 10. *decis.* 101. *num.* 1. *&* 153. *num.* 14. *&* 15. *part.* 11. *recent.* Emin. Cerr. *decis.* 459. *num.* 10. 369. *num.* 7. 544. *num.* 5. *&* 607.
num. 17. *&* 21. & copulative debent habere testes dicta re- 150
quisita Glossæ, ita ut si unum deficiat, immemorabilis improbata remaneant, Cerr. *dictis decisionibus, & dicta dec.* 153. *n.* 15. *p.* 11.

Fama publica sanctitatis, & ejus percrebrescentia in
Canonizationis causa semper, & omnino præcedere de- 151
bent; nam per hanc, ut diximus, movetur Summus Pontifex ad causam committendam, prout expresse habetur *in decretis S. M. Urbani VIII.* bene observat *Matt. q.* 4. *cap.* 19. *num.* 9. & sine hac non potest introduci causa, & debet esse vehemens, & clamosa insinuatio apud aures Summi Pontificis; quæ si postea non probetur in genere, non conceditur *Remissoria* in specie, ut *in præfatis decretis in novo interrogatorio Promotoris Fidei* mandatur interrogari testes super fama.

Absolute tamen per famam publicam etiam vehemen-
tem, & constantem, etiam a fide dignis ortam, non 152
probari vitæ sanctitatem, virtutes, & miracula, sed tantum reliquas probationes confirmari, illisque robur adjici, dicit Matta *dicto cap.* 19. *num.* 22. nam in causa Canonizationis requiruntur probationes luce meridiana clariores, & concludentes pernecesse; probatio vero per famam non probat pernecesse, sed tantum Judicis arbitrio, juxta dicta per Farinac. *quæst.* 147. *num.* 29. *&* 58. Per famam vero publicam plene probatur cultus immemorabilis ad
effectum non removendi signa cultus, & venerationis, sci- 153
licet tabellas votivas, cereos &c. & sat est docere de centenaria, ut cultus continuari possit: non tamen sufficere famam ad effectum obtinendi sententiam, qua definitive declaretur, alicui servo Dei cultum, & venerationem exhiberi per centum annos ante prædicta *decret a Urbani*; ideo-

que versari in casu excepto ab iisdem *decretis*, illisque
non esse contrariatum, ad effectum procedendi ad ulterio-
ra, idem Matta *d. c. 19. nu. 27.* quia fama, quamvis ple-
nissime probata, constituit tamen unicum indicium; jun-
cto autem alio teste, deponente de certa scientia, plene
probat, secundum Rotæ sententiam apud Royas *dec. 45.*
n. 3. & apud Ludovis. 245. *nu. 1.*

In antiquis autem, & antiquissimis, Sanctitatem
plene probari per testes, deponentes de publica voce, &
154 fama, præsertim concurrentibus aliis adminiculis, scrip-
sit Cantelorus *in dict. tractatu cap. 14. num. 7. & 8.* & citat
Rot. *in relat. S. Hyacinthi capit. 2. vers. & quamvis, fol.*
204. Pignatell. *tom. 1. consult. 239. alias* 242. qui plures
resolutiones *S. Cong. Sacrorum Rituum* affert, Castellin.
de Canonizat. Sanctorum Martyrum fol. 61. ubi multos;
cum enim sumus in antiquis, eo fortius in antiquissimis,
quia vita hominis brevis est, cessat possibilitas probationis
directæ per testes, qui possint deponere de certa scientia;
quapropter omnino confugiendum est ad probationem in-
directam præsumptivam, quę fit per publicam vocem,
& famam, quæ probatio in antiquissimis habet vicem ple-
ne probationis, facit notorium, ac pro veritate habetur,
155 adjunctis aliis adminiculis, etiam in re gravi, juxta theo-
ricam Baldi *in auth. quas actiones, num. 17. & 18. Cod. de*
Sacrosanctis Ecclesiis, & l. cum super, nu. 1. Cod. de rei
vendicat. Canonistæ, præsertim Abb. *in cap. licet ex qua-*
dam, nu. 2. de testibus, ibique Imola nu. 1. Butrius *in cap.*
veniens ad nos, nu. 10. vers. sed quando, de testibus, ibi-
que etiam Abbas *nu.* 8. Felin. *num. 16. in 4. conclus.* Cepha-
lus *consil. 311. num. 34.* Scaccia *de judiciis, libr. 2. cap. 9.*
num. 106. Maschardus *de reprobat. concl.* 103. *num.* 12. *&*
753. *num.* 7. Farinac. *de testibus quæst. 69. cap. 3. num.* 135.
& in praxi part. 1. quæst. 47. num. 107. Rota apud Seraph.
decis. 330. num. 9. & 449. num. 4. & apud Coccinum *decis.*
1022. *num.* 1. & sufficit, si testes deponant de publica vo-
ce, & fama, & traditionibus antiquis, juxta *decis.* Coc-
156 cin. 2110. & 1867. quod tamen secus est in facto recenti,
quod ex testibus de publica voce, & fama, haud probari
potest, in terminis nostris Simonetta *in relat. Sancti Fran-*
cisci de Paula fol. 31. quem citat Cantelorus *dict. cap.* 4. *a.*
6. Pignatellus *d. consult.* 239. alias 243. *num.* 4. Nos autem
etiam in antiquis determinandum hoc relinquimus E-
minentiss. Patribus; nam, licet in antiquis, & eo for-
cius in antiquissimis leviores admittantur probationes,
ut mox dicemus: attamen ut bene Scaccia *d. cap. 9. num.*
112. considerat, hoc totum arbitrio judicantis remitten-
dum est, qui attenta subjecta materia, videlicet difficul-
tate probationis, judicare poterit, an hæc probatio per fa-
mam sufficiat.

Sed maxima altercatio est inter nostros, quomodo de-
157 beant deponere testes in hac materia, & probare famam?
Bartholus *in leg. de minore, §. plurimum, num. 31. de quæ-*
stionibus, dicit, quod non sufficit probare famam simpli-
citer, quæ traxerit originem ex causis probabilibus, indu-
centibus populum ad ita credendum, & dicendum; sed
probandum unde orta fuerit, & ex quibus personis. Con-
trarium scripsit Baldus *in l. 1. n. 3. Cod. ad Macedonianum,*
& in cap. præterea, num. 10. de testibus, nempe in factis
antiquis sufficere, si testes deponant, aliquid publice dici
audivisse per majorem partem populi, Sacra Rota Roma-
na *in dec. 3.* apud Cass. *sub titulo de probat. in dec. 702. a. 5.*
pars. 1. recent. apud Ludovis. 273. *num.* 2. ubi Beltraminus
num. 10. & decis. 351. part. 2. recent. & alibi non appro-
bavit opinionem Bartholi circa probationem per famam
158 in antiquis hominum memoriam excedentibus: quia im-
possibile est probare famam cum expressione originis, præ-
sertim dum testes deponunt, se ita audivisse ab omnibus,
& nunquam aliquid in contrarium audivisse, ut in *d. dec.*
702. doctrinam Bartholi *loc. cit.* procedere in recentis fa-
cti probatione; secus in antiquis, ut in *dictis decisionibus*,
se fundavit Laurentius Rosa *in Placentina Canonizationis*
B. Gregorii X. in resp. ad objectiones.

Gravis fuit hæc altercatio inter scribentes *pro Canoniz.*
159 *Sancti Philippi Benitii*, & doctissimum D. Petrum Fran-
ciscum de Rubeis Fidei Promotorem *super dubio an sit pro-*
cedendum ad ulteriora in d. causa Canoniz. Nam scribentes
pro Sancti Canonizatione dicebant, S. Congr. fuisse secu-
tam opinionem Baldi in locis citatis, quod expresse nega-
vit D. Promotor Fidei, qui ita scripsit: *Nec admittitur,*
quod Congregatio in factis antiquis semper adhæserit opinio-
ni Baldi in l. 1. n. 4. C. ad Macedonianum, & in c. præterea,
160 *num. 10. de testibus, dicentis, sufficere, quod testes depo-*
nant aliquid publice dici audivisse per majorem partem popu-
li, rejecta contraria opinione Bartholi *in l. de minore* 10.
§. plurimum, n. 31. ff. de quæstionibus, negantis, quod suf-
ficit probare famam simpliciter, quæ traxerit originem ex
causis probabilibus, inducentibus populum ad ita credendum,
& dicendum: Nam contrarium patet ex forma dict. Interro-
gatorii 14. una cum aliis inserendis Litteris remissorialibus,
ac decreto pag. 54. sub §. magnopere, ubi expresse cavetur,
explorandum esse, unde fama Sanctitatis ortum habuerit: 161
non enim hoc statuisset in novis decretis, si diversa fuisset ejus
observantia, & intentio; *quod etiam confirmatur ex quali-*
tate causæ, plus cæteris veritatem exigente: in arduis enim,
& gravibus, ubi requiritur probatio veritatis, quod ita sit,
agiturque de his, in quibus opinio, licet communis, non in-
ducit veritatem; non enim tunc fama quatenus consistit in
sola voce populi, considerata per se, potest inducere plenam
probationem dictæ veritatis, cum potuerit induci ex vano ru-
more, nisi constet, originem trahere ex aliquibus præsum-
ptionibus, quæ illam præcesserunt, & suadeant animi justo
judicio, & habere primordium veritatis prædicta, juxta de-
clarationem Barthol. *in d. §. plurimum, nu. 30. vers. quan-*
doque requiritur probatio veritatis, quam in proposito re-
fert, & sequitur Abb. *in c. veniens*, 10. *n. 8. post medium,*
vers. Bartholus dicit, de testibus. Hæc ille. Certum est,
quod ex verbis quibus componitur *dictum* 14. *Interrogato-*
rium circa famam doctissimi viri opinio apparet verior;
nam in *d. Interrogatorio* ita dicitur: *Ultimo generaliter in-*
terrogentur circa famam, an sciant, quid sit fama, & an
illa vigeat in aliqua parte populi, an vero in majori? an or- 162
ta sit ex probabilibus causis, vel potius fuerit vanus rumor
populi? an habuerit originem a personis nimis affectis, vel
suspectis, & interessatis, puta conjunctis, vel affinibus,
amicis intrinsecis, religiosis ejusdem Ordinis, vel aliis,
quibuscunque, qui ratione Ecclesiæ, in qua corpus reperitur,
vel ob aliquam aliam causam aliquod interesse, saltem affe-
ctionis, habere possint? An personæ, a quibus fama orta est,
essent personæ graves, & fide dignæ, an potius leves, &
ordinariæ, puta mulieres, rustici, & alii idiotæ, vel igna-
ri? An hujusmodi fama fuerit constans, & perpetua, quæ
semper duraverit, vel brevis, & per modicum tempus, &
evanuerit? An contra hujusmodi famam fuerit unquam ali-
quid dictum, factum, vel auditum in contrarium? Denique
an hujusmodi fama viguerit, non solum in loco, ubi dictus
N. vixit, vel mortuus fuit, sed etiam in aliis locis, vel po-
tius in aliis locis, non autem in eo, in quo vixit, vel mor-
tuus fuit, vel e contra fuerit tantum in loco, in quo vixit,
& mortuus fuit, non autem in aliis locis, & unde hoc pro-
cesserit, quod fama non fuerit in omnibus locis, & maxime
in eo, in quo vixit, vel mortuus fuerit. Ex quibus *Interro-*
gatorii verbis satis liquet, quod Sacra Congregatio non est
contenta simplici fama, sed requirit famam veritatis, ve-
ram, & concludentem, unde possit haberi veritas plena 163
in negotio tam arduo, sicuti practicatur in criminalibus
causis, quibus æquiparari diximus has causas Canoniza-
tionis Sanctorum, Clarus *in prax. crim. q. 6. vers. sed quid*
Spad. *consil. 171. n. 7. tom. 1.* Carolus Antonius de Rosa Su-
premi Senatus Neapolitani Regius Consiliarius Germanus
noster *in prax. crim. c. 8. n. 22.* Sed in antiquissimis existima-
mus, quod difficillime probari potest fama cum expressio-
ne originis, & probata videtur si testes deponant, se ita
ab omnibus publice audivisse, & nunquam aliud audivisse
in contrarium, quod secundum Baldum *in c. per tuas, de*
probat. in vers. publice, Cassad. *dec. 3. n. 4. eod. tit. de prob.*
Verall. *dec. 7. p. 2.* & apud Andream *dec. 45.* & apud Emin.
Cerr. *dec 672. n. 12.* qui dicit, doctrinam Baldi esse com-
muniter receptam, Em. Othob. *dec. 94. n. 10.* Coccin. *dec.*
1359. *n. 33.* & Rota *dec. 702. pag. 2. rec.* sufficit, & magis
cum fama fuerit continuata, & constans, secundum theo- 164
ricam Innocentii *in c. veniens, n. 6. de verb. significat.* Fe-
lini *in cap. veniens il 2. n. 16. de testibus*, Maschard. *concl.*
753. Farinac. *de testibus, quæst. 69. cap. 3. num. 135. & in*
prax. par. 1. quæst. 47. num. 106. & in nostra materia Can-
telorus, & Pignatellus *in locis citatis supr.* sed sola fama de
per se nunquam sufficit; coadjuvat tamen alias probatio-
nes, ut communiter scribunt, qua de re vide Farinac. 165
de testibus quæst. 69. capit. 1. a numer. 22. vide etiam
ex antiquis Butrium in *cap. nam concupiscentia, de con-*
stit. & Felinum *in c. cum contigat, n. 5. de rescriptis.*

Sed per quæ verba debeant deponere testes, ut proces-
sus sit validus, an scilicet deponere debeant per verbum 166
fuit, & est, an vero sufficiat per verbum *est*? gravis cer-
te fuit hæc altercatio inter scribentes pro Canonizatio-
ne vi-

ne virorum cum fama Sanctitatis mortuorum, & DD.
Promotores Fidei pro tempore. Multi Doctores scri-
pserunt, quod testes, deponentes per verbum præsen-
167 tis temporis, *est*, non probant famam, sed debent de-
ponere per verbum *fuit, & est*, Abbas *in cap. licet ex
quadam, numer.* 3. *de testibus*, ibique Ancharanus *num.*
5. Decius *consil.* 82. Corn. *consil.* 198. *sub. numer.* 12.
volum. 2. Verall. *decis.* 9. & 413. *p.* 2. Seraph. *decis.* 413.
Gregor. *decis.* 359. *numer.* 8. 382. *numer.* 2. Burat. *decis.*
178. *numer.* 16. & *decis.* 169. *p.* 6. & *decis.* 845. *num.*
3. & in puncto Pignatellus *consult.* 238. alias 241. *tom.*
1. & dicunt isti Doctores, quod testes, ut sint relevan-
tes, debent deponere de fama per verbum *fuit, & est*;
& non sufficit de ea deponere per sola verba in ultimo
articulo generali de fama, nisi super unoquoque testentur
de illa eo modo, quo apparet illam viguisse ante motam
litem, ut etiam scribit Spada *cons.* 161. *n.* 29. *tom.* 1.

Sed viceversa sufficere, si deponant per solum verbum,
168 *est*; & tunc censeatur percutere etiam tempus ante li-
tem motam, quando ex tota serie depositionis apparet,
ipsos non se restringere ad tempus post litem, & cum
deponunt per verba præsentis temporis in responsione
ad plures articulos, quod scilicet audierunt a majoribus
ab eorum recordatione, & a puerítia, & similibus ver-
bis, quæ percutiunt tempus ante litem, & ex eorum di-
ctis apparet, quod fama fuit ex antiquis, Abbas *in d. cap.
licet ex quadam, numer.* 3. *vers. dicendum, de testibus*,
Felin. *in cap. cum causam, numer.* 1. *de testibus*, Rota
decis. 171. *numer.* 1. & 2. *lib.* 3. *p.* 3. *divers.* Adden. *ad* Greg.
decis. 177. *num.* 10. *vers. si tamen*, Rota *p.* 8. *recent. decis.*
283. *num.* 14. & apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 672. *num.*
14. Farinacc. *quæst.* 47. *num.* 197. & 228. Quando enim in
depositione adsunt verba denotantia continuationem tem-
poris auditus, ipsius testis depositio remanet firma, nec
obstat defectus specificationis temporis; ut cum depo-
suerit, quod fama semper fuerit firma, & constans a
die obitus, in puncto Pignatellus *d. consult.* 238. alias
241. & *num.* 5. dicit, quod non est necesse, quod testes
deponant per verbum *fuit, & est*; sed sufficit, quod
deponant, ita publicè audivisse suo tempore.

Maximopere invigilare debent Judices Remissoriales
169 in examinando testes, cum deponunt de miraculis,
ut scilicet probetur veritas facti, nempe factum, quod
narratur ad miraculum, eo modo probetur contigisse,
quo narratur, & ulterius ut ex facto verificato appareat
effectus, qui naturæ vires excedat; & propterea ad mi-
raculum referri omnino debeat; & demum, ut talis ef-
fectus evenerit illico ad intercessionem illius Sancti fa-
cta invocatione illius, de cujus canonizatione agitur:
170 deponere enim debent testes de malo, seu infirmitate;
unde optimum erit inducere Medicos seu Chirurgos in
testes; & quanto gravior, seu periculosior erit infirmi-
tas, eo gloriosius existimabitur miraculum. Item depo-
nere debent testes, ad invocationem Beati statim mor-
bum reliquisse infirmum, & ad statum sanitatis transisse
absque ullo humano medio, seu applicatione rei huma-
næ: & factum fuisse præter humanas vices, ita ut neque
naturæ, neque remediis humanis subitanea salus applica-
171 ri possit; semper enim, quod alicui humanæ rei, sive
remediis, sive tempori, sive naturæ ipsi, resanatio ap-
plicari potest, excluditur miraculum. Hæc communiter
docent *Doctores*, de hac re scribentes, præsertim Cano-
nistæ *in cap. de reliq. & venerat. Sanctorum, & cap. ve-
nerabili* 52. *in ordine de testibus*, & reliqui omnes, qui
172 omnes requirunt, ut factum secutum sit supra vires hu-
manæ naturæ, vel præter naturæ ordinem: & hoc con-
173 cludendum est pernecesse; nam, dato possibili per na-
turam, cessat miraculum, ut asserunt communiter Ca-
nonistæ, præsertim Innocentius *in dict. cap.* 1. *de reliq.
& venerat. Sanctorum*, saltem quo ad modum, licet non
impossibile quo ad substantiam. Altercatio tamen inter
nostros fuit an probandum sit, quod sanatio fuerit se-
174 cuta instantanee, ita ut si intercedat aliquod temporis
intervallum, non sit probatum miraculum; hoc dubium
fuit late discussum inter Theologos & Canonistas, ut vi-
dere est penes Troilum Malvet. *de Canoniz. Sanct. dub.*
3. Jacobum Castellanum *in dict. tract. quæst.* 6. *princ. vers.
quare, an sit necesse*, Felicem Cantelorum *cap.* 17. *a
num.* 8. *cum sequentibus*, Molfes. *consil.* 46. *numer.* 53.
Simonenitam *in relatione Sancti Franc. de Paula fol.* 46.
vers. sed pro festo, Pavin. *in relat. Sancti Bonaventura
par.* 2. *art.* 5. Matt. *de Canonizat. Sanct. p.* 4. *cap.* 8.
Zach. *in quæst. med. legal. lib.* 4. *quæst.* 3. atque Archid.
in cap. nec mirum, num. 8. 26. *q.* 5. ibiq; Bellarmin. *n.*
5. *vers. sed quare*. Sed omissa longa disputatione dicen-
dum est, quod illis, quæ naturaliter contingere pos- 175
sunt, ac ipsa natura efficere potest, vel tempore, vel
arte, requiritur ut incontinenti fiat operatio, seu de
statu malo ad bonum illico fiat mutatio, ad hoc, ut mi-
raculum dici possit; in aliis vero, quæ naturaliter fieri
nequeunt, non requiritur instantanea mutatio; sed
sufficit, si effectus appareat multo citius, quam a natu-
ra fieri possit. Ita Zachias *d. lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 8. Can-
telorus *loco cit. num.* 10. *vers. sed. Ego distinguebam*;
Matta *loco cit. a num.* 7. *cum sequentibus*, & fuit etiam
opinio Troili Malvet. *dict. dubio* 3. *num.* 51. *in fine*;
Quare sanationes ab infirmitatibus, ut reputentur mira-
cula in instanti, & illico ad invocationem Sancti con-
tingere debent esse Judices Remissoriales: quia, cum mi-
racula dirigantur ad reddendam certam Ecclesiam Mili-
tantem de Sanctitate alicujus viri, ut illi adhiberi possit
cultus, & veneratio publica: certissime constare debet,
quod sint effectus supernaturales, & a Deo proceden-
tes; si enim successive contingant, non potest indubita-
te constare sanationem, seu effectum esse miraculosum, 176
ut optime discutit Matta *dict. cap.* 8. *num.* 9. *cum se-
quent.* Hoc autem relinquendum esse arbitrio Judicis ad 177
discernendum, quando dicatur in instanti secutum,
dicit Cantelorus *d. cap.* 16. *num.* 13. & 14. & citat Ro-
tam *in relat. Sancti Francisci de Paula, art.* 6. *mir.* 5.
in fin. S. Raymundi par. 2. *art.* 5. *in relat. Sancti Caroli
p.* 3. *in princ. in relat. Sancti Ignatii in* 4. *mirac.* Addit 178
tamen Cantelorus *num.* 24. cum Pavin. *in relat.* 8. *S.
Bonaventura part.* 2. *artic.* 6. non esse contra rationem
miraculi, si fiat cum aliqua tarditate.

Scrutari etiam debent Judices, an aliquod naturæ 179
instrumentum intercesserit? nam, secundum multos
Doctores, ministerium naturæ tollit essentiam miracu-
li, ut probat Matta *d. par.* 4. *cap.* 9. licet contrarium
probet Cantelor. *dict. cap.* 17. *numer.* 20. *vers. similiter*;
sed in hoc, secundum Nos, non potest dari certum ju-
dicium; nam potest esse, quod instrumentum naturæ
non tollat rationem miraculi, cum non est potens cau-
sa ad talem effectum producendum; unde non obstan-
te naturæ instrumento, effectus secutus quoque admi-
niculum referendus sit; & sic diceremus, salvo semper 180
meliori judicio, quod hoc totum arbitrio Judicis remit-
tendum sit, qui, perpensis circumstantiis, judicare me-
lius poterit, an tunc intercesserit operatio miraculosa,
seu sit miraculum censendum?

Item Judices Remissoriales cauti esse debent, & in- 181
vestigare, an in operatione miraculi intervenerit aliquis
dolor, seu an miraculum factum sit cum dolore; nam
secundum multos, & præsertim Troilum Malvet. *dub*
3. *numer.* 51. cum dolor intervenit, non erit verum
miraculum, quia non perfectum: quæ enim fiunt a Deo,
ut sunt miracula, perfecta sunt, ut sint majori admira-
tioni, Troilum sequitur Matta *quæst.* 4. *cap.* 10. *num.* 2.
contrarium tenuit Cantelorus *cap.* 17. *num* 18. qui citat
Pavinum, Castellanum, Molf. & alios, & Rotam *in* 182
*relatione Sancti Francisci de Paula, S. Caroli, B. Pa-
schalis de Baylon*, & hanc quoque sententiam tenet Za-
chias *in d. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 9. Dicit tamen Cantelor. *num.* 183
19. quod communis natura miraculi, ut fiat sine dolore
illius, in quo fit, sic quoque non excludit naturam mi-
raculi, Cassador. *loc. cit. num.* 16. si miraculose sanato
remaneat aliqua debilitas corporis, vel membrorum, seu
imbecillitas, & lassitudo, & adducit Rotam *in Relatio-
ne Sancti Raymundi p.* 3. *art.* 5. *S. Caroli p.* 3. *vers. &
licet, B. Corsini p.* 2. §. 4. *vers. quod tamen diximus, S. Isi-
dori in* 7. *miraculo post mortem*; cujus contrarium scri- 184
psit Troilus Malvet. *loc. cit. num.* 52. & cum eo Matta
d. cap. 10. *num.* 5. quia hoc dicit imperfectionem, Dei
autem perfecta sunt opera; non enim potest dare mira-
culum supernaturaliter factum ex Dei Omnipotentia cum
ista imperfectione; ideo secundum istos Doctores debili-
tas, vel tumor, vel durities post sanationem excludunt 185
rationem miraculi. Nos vero diceremus, quod in his ca-
sibus magis tendendum, & inspiciendum sit in modo,
quo miraculum contingit, scilicet si illico, si supra huma-
nas vires, si absque naturæ instrumento factum sit, in
quibus potissimum consistit miraculi operatio; præcipuum 186
enim requisitum miraculi secundum Innocentium *in cap.*
1. *de reliq. & venerat. Sanct.* ibiq; Host. *num.* 5. Joan-
nem

nem Andream *num.* 4. Butrium *num.* 7. Zab. *num.* 5.
vers. oportet, Archid. *num.* 5. *vers. oportet*, quod sit
operatio ultra vires, & potentiam naturæ: si enim ali-
quis dolor intercedat, vel si post subitaneam sanationem
a morbo, qui infirmum ad extremum vitæ periculum
duxerat, remaneat aliqua debilitas, vel imbecillitas, non
tollere rationem miraculi, æstimaremus; bene verum
hoc arbitrio Judicis relinquendum putamus. Bonum ta-
men erit, si Remissoriales Judices contestaverint, nul-
lum adfuisse dolorem in operatione miraculi, nullam
imbecillitatem, & lassitudinem reliquisse morbum post
subitaneam sanationem.

187 His dubiis proximum est aliud, an recidiva post mi-
raculum tollat essentiam miraculi? & quidem Cantelo-
rus *d. cap.* 17. *num.* 22. sic ait: *Ulterius non est contra ra-
tionem miraculi, si sanatus de proximo reincidat in eun-
dem, vel alium morbum, ut patet de Sancta Petronilla,
quæ a Sancto Petro ejus Patre sanata est, ad effectum ut
discumbentibus ministraret*, Pavin. *dict. p.* 2. *art.* 6. Castell.
dict. q. 6. §. *quæro, an sit contra rationem miraculi, si sa-
natus, &c.* Mols. *cons.* 46. *numer.* 58. Rota *in relatione
Sancti Francisci de Paula in fine, fol.* 47. *& ratio est,
quia ea, quæ post miraculum accidunt, non tollunt veri-
tatem miraculi jam patrati.* Contrarium videntur tenere
188 Gen. *in praxi cap.* 50. *in principio*, Riccius *in praxi resol.*
487. & magis clare Zach. *dict. q.* 3. *num.* 10. moti ex eo,
quia opus miraculosum debet esse undique perfectum:
non esset enim miraculum, si quis mortuum resuscitas-
set, qui illico iterum moriatur, nec sanatus dici potest,
qui brevi temporis intervallo reincidit in eundem, vel
alium morbum. Placet Nobis tamen sententia Mattæ *d.*
189 *cap.* 10. ubi in isto dubio ita scribit: *Propterea in hac
materia videntur consideranda verba* Jacobi Castell. *loco
supra citat. videlicet sufficere, quod sanitas fuerit verisi-
militer duratura, licet casu fiat momentanea propter ali-
quod accidens culpabile, vel non culpabile; & secundum
hanc doctrinam firmanda est regula, quod, si constet de
vera suscitatione, vel perfecta sanatione, & constet item
de nova causa mortis, vel infirmitatis, nihil obstet mira-
culo mors superveniens, vel recidiva; si vero non constat
de nova causa mortis, vel infirmitatis, dicendum est, non
fuisse veram suscitationem, sed Dæmonis præstigium: ne-
que sanationem fuisse miraculosam, sed aliquid accidens
naturale.* Hæc ille; extra tamen controversiam erit, si
infirmus ita convaluerit, ut in pristinum redierit, & hoc
expresse testes deposuerint.

190 Pro diversis miraculis patratis induci possunt diversi
testes, nec est necessarium, ut omnia miracula proben-
tur per eosdem testes, ut voluit Troilus Malvet. *de Ca-
nonizat. Sanct. dub.* 3. quem merito reprobaverunt Can-
telor. *de Canonizat. Sanct. cap.* 18. *num.* 10. *cum seq.*
Matta *d. p.* 4. *cap.* 10. *a num.* 2. hoc enim esset impossibi-
le, & nunquam aliquis pro Sancto canonizaretur: cum
moraliter sit impossibile habere semper eosdem testes;
ultra quod quilibet actus potest per duos testes probari,
juxta textum *in cap. licet ex quadam, de testibus*, ubi
glossa *in verb. gradus versic. concedebat*; Imo, si duo te-
191 stes deponunt de præcedenti morte, vel infirmitate, duo
alii de invocatione Servi Dei, duo alii de subsequenti,
& immediata suscitatione, vel sanatione, erit probatum
miraculum, secundum theoricam glossæ *in d. cap. licet
ex quadam, in d. verb. gradus*, in puncto Pavin. *in re-
latione Sancti Bonaventuræ part.* 2. *art.* 4. Castell. *de Ca-
nonizat. quæst.* 7. *vers. quære duo testes*, Cantelorus *cap.*
18. *numer.* 14. Matta *p.* 4. *cap.* 20. *numer.* 3. qui in *num.
seqq.* tenet, quod probatis extremis, scilicet infirmitate,
192 & sanatione, invocatio probari potest per unum testem,
cum agitur de viro jam beatificato, qui alia miracula
patravit; si vero de viro non adhuc beatificato, de quo
non constat, alia miracula fuisse; tunc si agitur de fa-
cto proprio: quia ipse fecit invocationem, tunc invo-
catio probari potest ex ipso unico teste, per textum *in
cap.* 2. §. *si absens, ff. si ex non caus.* Farinac. *de testi-
193 bus par.* 63. *num.* 27. si vero de facto alieno, tunc pro-
bandam esse invocationem ex duabus testium depositio-
nibus; Invocatio tamen debet esse unius Viri, seu Bea-
ti: quia, si cum viro canonizando invocetur alius San-
ctus, jam canonizatus, tunc propter incertitudinem non
potest ascribi miraculum viro, non adhuc beatificato,
vel canonizato, idem Matta *loco citato*.

194 Ad miracula probanda Judices Remissoriales debent
examinare testes de visu, quibus duntaxat miracula pro-
bantur; & quia ubi majus est periculum, ibi cautius est
agendum, ut animadvertit Glossa in sæpe *cit. cap. vene-
rabili, verb. diligentia*, ibiq; *nost. num.* 1. *vers. quia cer-
te, de testibus*. In miraculis tria probari debent, ut divi- 195
mus, nempe ægritudo, vel mors, invocatio, & sanitas
obtenta, vel vita; quæ aliter probari haud possunt, quam
per visum, & requiritur scientia, & peritia de omnibus
his extremis, ut bene ratiocinatur Matta *part.* 4. *cap.* 15. *n.*
25. sufficiunt tamen duo testes contestes: quia in ore duo-
rum, vel trium stat omne verbum, ad textum *in cap. in
omni* 4. *in ordine, & cap. licet, il primo* 25. *in ordine, de
testibus*, Felin. *in cap. licet ex quadam num.* 21. *versic.* 1.
casu, de testibus, in puncto Gabriel. *de testibus concl.* 2. *n.*
59. Rota apud Em. Cerrum *decis.* 610. *n.* 2. *&* 511. *n.* 5.
Pavin. *in relat. Sanct. Bonaventura, part.* 2. *art.* 4. Castell.
q. 7. §. *quæro probatur per duos testes*, Cantelor. *cap.* 18. *n.*
3. Matta *par.* 4. *cap.* 17. *numer.* 2. Rocca *de Canonizat.
Sanct. cap.* 32. *vers. testes*. Ut sint autem contestes, requi- 196
situr quod in omnibus concordent, nempe quando res ca-
dit sub sensibus utriusque loco, & tempore, Rota apud
Coccinum *decis.* 1540. *numer.* 2. *&* 3. & cum idem conclu-
dunt, licet per diversa, idem Cocc. *dec.* 1614. *n.* 2. & in
his habet locum vulgatum axioma, quod *in ore duorum, &c.*
Mascardus *concl.* 261. alias 262. *num.* 39. & in hac materia 197
non admittitur testium concordia, ut late probat Matta
part. 4. *cap.* 16. *num.* 19. Difficultas maxima est, an mira-
culum probatum dicatur per unius testis depositionem?
longo calamo discurrit super hoc dubio Cantelorus *cap.* 18. 198
a num. 17. *cum seq.* & Jacobus Castell. *q.* 7. *vers. quære*, Mat-
ta *in part.* 4. *cap.* 16. dicit Cantelorus, quod aliquando mi-
raculum probatur per unum testem fide dignum, & citat
Speculatorem, Nellum Cassaneum, Gabrielem, Grammati-
cum, Jalonem, Mollesium, Prosperum de Sancta Cru-
ce, Rotam *in relatione Sancti Hyacinthi in* 8. *miraculo fol.*
50. & ita observasse Leonem, & Innocentium III. & Bo-
nifacium IX. referentibus ita Pavin. *in relatione Sancti Bo-
naventura part.* 2. *art.* 4. & Simonetta *in relatione Sancti
Francisci de Paula in fine*: quia ubi agitur de aliquo pro-
bando, & non agitur de alterius præjudicio, statur uni te-
sti, quod etiam ex multis firmat Gabriel. *tit. de testibus
concl.* 1. *numer.* 16. quando scilicet dicit Cantelor. ex natu- 199
ra miraculi non potest probari, nisi per unicum testem:
nam tunc bene probatur, & ita tenuisse Rotam *in relatio-
ne S. Raymundi par.* 2. *art.* 8. *vers. non tamen*: *in relatione
S. Francisci p.* 3. *art.* 2. *mirac.* 8. *& art.* 4. *mirac.* 9. *in rela-
tione S. Caroli p.* 3. *mirac.* 4. *in relatione S. Ignatii mirac.* 2.
& in relatione S. Teresiæ rubr. de aliquibus mirabilibus; si-
cuti creditur testi (ait Cantelorus) dicenti in sua persona
patratum fuisse miraculum, quando aliter probari non pot-
est, cum deponat de facto proprio, Gabriel. *de testibus
conclus.* 1. *numer.* 18. *limit.* 3. Simonetta *in relatione Sancti
Francisci de Paula, vers. ult. fol.* 45. *in relatione B. Jacobi
de Marchia in* 5. *miraculo, B. Andreæ Avellini in* 4. *mira- 201
culo*; Vel quando cum dicto unius testis concurrunt indicia,
& adminicula, ex quibus Judex potest animum suum infor-
mare, quod testi sit credendum, ut puta si cum dicto unius
testis de visu concurrit publica vox, & fama, probata sal-
tem per duos testes; nam tunc miraculum remanet proba-
tum, Simonetta *in relatione S. Francisci de Paula in fine*, 202
versic. ult. communis est, fol. 45. Rota *in relatione S. Hya-
cinthi prope finem, vers. superioribus annis, in rela-
tione S. Corsini p.* 3. §. 63. *in fine, in relatione, S.
Ignatii primo miraculo*, per glossam *in c.* 1. *verb. fabam*,
ibiq; Baldus Abb. *n.* 8. Decius *num.* 64. *de appellat.* & ratio-
nem assignat: quia publica vox, & fama etiam in recenti-
bus facit semiplenam probationem, Butr. *in cap. veniens,
il primo, num.* 1. *vers. si aliter*, ibique Abbas *num.* 8. *de te-
stibus*, Rota *in relatione S. Thomæ de Villanova in miraculis
post titulum de fide, vers. & prædicta probationes, in fine*,
ibi: *quæ quidem, vel cum versamur de probando miraculo
antiquitus facto, qui probatur per unicum testem de visu, &
duobus, deponentibus de publica voce, & fama*, per textum
in cap. veniens 10. *de testibus* ubi Glossa *verb. meram*, citat
multos Doctores, præsertim Rotam *in relatione Sancti Ray-
mundi par.* 2. *art.* 10. *vers. supradictis, & numer.* 24. *&* 25.
ac reprobat Castell. *de canonizat. q.* 7. §. *quæro quod si in ca-
su*, existimaremus unicum testem de causa scientiæ si con-
currat cum eo fama in facto recenti non probare miracu-
lum. Proinde tenet etiam Cantelor. quod, si cum dicto 203
unius testis concurrat etiam assertio ipsiusmet viri, qui fe-
cit miraculum; vere tunc probatum miraculum reme-
net, ut *in d. relatione S. Thomæ de Villanova loc. nuper
citato*.

citato. His etiam accedit: quia unicus testis cum admi-
204 niculis (prout est cum probatur fama publica) plene
probat, Rota *par. 6. decis.* 87. *numer.* 9. apud Cocc.
decis. 462. *numer.* 1. apud Verallum *decis.* 271. *numer.* 1.
& 3. *p.* 3. apud Em. Cerrum *decis.* 312. *num.* 6.

At contrarium sentiunt Castell. *quæst.* 7. §. *quæro*, &
Matta *dicta part.* 4. *cap.* 16. *a num.* 22. qui refert totam
sententiam Castellani; verum ad fundamenta Castellani
respondent Troilus Malvet. *dub.* 3. *num.* 66. & quod uni-
cus testis cum fama non sufficiat, nec plene probet,
iterum idem Matta *par.* 4. *cap.* 21. *num.* 26. qui citat
Glossam *in cap. veniens*, *il* 1. *de testibus*, & Bald. *in
cap.* 1. *de appellat.* & *in d. cap. veniens*.

205 Nobis autem videtur dicendum, in primis, generali-
ter loquendo, quod dictum unius testis nihil probat,
quamvis sit cujuscunque personæ, dignitate præfulgentis:
quia vulgatum axioma, *dictum unius*, *dictum nullius*, per
textum *in c. veniens*, ubi Glossa *in verb. testimonium*, *de
testibus*, quem textum novissime extenuat Emmanuel Gun-
zalez præsertim *num.* 5. attamen cum unius testimonii di-
ctum aliis adminiculis roboratur, tunc plenam facere pro-
bationem, hoc non semel admisit Sacra Rota Romana,
nostra magistra, præsertim *decis.* 58. *num.* 2. *decis.* 345.
num. 5. & 368. *num.* 4. *part.* 15. *recent.* apud Coccinum *de-
cis.* 462. apud Royas *decis.* 211. *num* 13. apud Eminent.
Othob. *decis.* 262. *num.* 11. qui loquitur de unico teste ad-
miniculato per testes deponentes de publica voce, & fa-
ma, sequitur Spada *consil.* 310. *num.* 5. & 6. *tom.* 2. Insu-
206 per etiam generaliter loquendo, dicimus, quod ardua fuit
quæstio inter nostros, an unico testi, de facto proprio te-
stificanti, sit adhibenda plena fides? de qua Tiraquellus
retract. lignagier, § 5 *fol.* 309. *vers. sed hoc in loco*, *num.*
46. Sacra tamen Rota varie rescripsit; aliquando plena
probationem facere dixit, ut apud Carrillum *decis.* 92.
num. 9. & 305. *num.* 23. *part.* 15. & *decis.* 56. *num.* 2. *ead.
part.* 15. *recent.* apud Dunozett. *dec.* 796. *num.* 12. & antica
part. 3. *recent. decis.* 374. *num.* 3. & ita Bened. Carpezon.
d. p. 3. *prax. crim. q.* 114. *num.* 55. aliquando vero plusquam
semiplenam tribuit probationem, non tamen plenam,
apud Gregorium *decis.* 439. ubi Oliver. *n.* 14 & *dec* 531.
num. 10. ubi etiam Oliverius *n.* 50. apud. Carrillum *dec.* 69.
n. 8. & *decis.* 110. *num.* 11. apud Coccinum *decis.* 19. *n.* 1.
dec. 95. *n.* 1. & 1144. *n.* 6. qui testatur de stylo Rotæ apud
Mant. *dec.* 6. *n.* 4. apud Celsum *dec.* 312. *num.* 4. *part.* 2.
recent. decis. 252. Spada *cons.* 337. *n.* 4. *tom.* 2. & 357. *n.* 5. *eod.*
207 *tom.* 2. Concurrentibus tamen adminiculis plenam proba-
tionem constituere, rescripsit apud eundem Gregorium
dec. 258. apud Carrillum *in d. decis.* 69. *num.* 9. apud Burat-
tum 886. *n.* 2. apud Bichium *decis.* 580. *num.* 6. & 423. *n.*
4. apud Coc. *loc. cit.* & *dec.* 2246. apud Celsum *d. decis.*
312. *n.* 5. & 340. *num.* 3. Oliver. ad Gregor. *in d. decis.*
351. & novissime Gonzalez *in d. c. venient*, *num.* 6. *de te-
stibus*, Spada *cons.* 318. *n.* 3. & 297. *num.* 10. *tom.* 2.

208 In nostra tamen materia totum hoc relinquendum est
arbitrio Sacræ Congregat. quæ, perpensis omnibus cir-
cumstantiis, melius in uno quoque facto judicabit, prout
etiam dixit Cantelorus *loco cit. sub. num.* 26. *vers. crederem*;
Unde existimavit, verum fuisse miraculum S. Thomæ
de Villanova, cum triticum multiplicavit; quamvis unus
testis deposuerit de uno extremo, nempe quod in hor-
reo non erat triticum, & duæ mulieres deposuerunt de
abundantia, & multiplicatione tritici, jam facta: &
Sanctus ille homo jussit, ut de dicta multiplicatione non
loquerentur; ac etiam in illo facto statim totus populus
confluxit ad Palatium Sancti Viri ad aspiciendum triti-
cum, & communis reputatio populi potuit facere gra-
dum probationis in se perfectum, licet non per se so-
lum concludentem, ut videre est penes dictam relatio-
nem; sic etiam in casu, in quo quis de facto proprio de-
ponit, scilicet miraculum esse patratum in propria perso-
na: nam, licet maxima fuerit inter nostros altercatio,
an dictum unius testis, deponentis de facto proprio, fa-
ciat plenam probationem? de qua Gabriel *lib. tit. de te-
209 stibus concl.* 1. *num.* 19. & 20. latissime Farinac. *de testibus
quæst.* 63. *cap.* 4. qui sub *num.* 208. inclinat in negativam;
attamen cum non agitur de alterius præjudicio, vel ubi
aliter veritas haberi non potest, plene probat, idem Fari-
210 nac. *num.* 225. & 226. & quod unicus testis, deponens de
facto proprio, faciat plusquam semiplenam probationem,
Castro *in l. quicunque in fine*, *C. de servis fugitivis*, Burat-
tus *decis.* 289. *num.* 1. & 665. *num.* 9. Eminent. Cerrus *de-
cis.* 243. maxime quando aliter probatio haberi nequit,
quia fuerit in facto secreto, Gabriel *de testib. conclus.* 1.
num. 25. Mascbard. *de probat. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 11. *num.*
8. Cerrus *in allegat. decis.* 312. *num.* 6. sed Nos potius hoc
totum remittimus arbitrio judicantium, qui, inspectis
omnibus circumstantiis, melius arbitrabuntur, idem Fa- 211
rinac. *num.* 222. Menochius *de arb. casu* 99.

Similiter dicimus de teste cum fama conjucto; alio-
quin autem, & regulariter loquendo, depositio unius 212
testis non probat miraculum, ex tom axiomate, *dictum
unius*, *dictum nullius*.

Hinc deducitur, testes singulares nihil in hac materia 213
probare: ex eorum enim depositionibus non probatur
miraculum, Rocca *dict. cap.* 32. *versic. testes*, Castell.
loco supracit. quæst. 7. Matta *per totum capit.* 16. Genuensis
in praxi, *capit.* 50. *num.* 3. Cantelor. *cap.* 18. *num.* 30.
Farinac. *de testibus quæst.* 64. *num.* 95. qui alios citat, &
fuit opinio Archid. *in cap nec mirum* 26. *quæst.* 5. & gene-
rale est, quod testes singulares, quia unici, non pro-
bant, neque ad probandum conjunguntur: jura habemus
expressa *in cap. licet causam*, *de probat.* ubi glossa *in verb.
singulares*, ibique Abbas *num.* 2. *cap. tam ex litteris*, *de
testibus*, ibique Glossa *in verb. soli*, *cap. cum dilectus*, §. *nos
vero attendentes*, *de electione*, Canonistæ *in cap. licet ex* 214
quadam, *de testibus*, præsertim Hostien. *num.* 7. Felin. *num.*
2. *vers. & est regulariter*, Butrius *in cap. licet causam*, *num.*
38. *de probat.* quamplurimos citat. Gabriel *de testibus concl.*
2. *num.* 1. latissime Farinac. *de testibus quæst.* 64. *num.* 33.
qui satis triturat materiam, novissime Gonzalez *in cap.
veniens*, *de testibus*, *sub num.* 5. & *in c. licet. causam*,
de probat. Rota apud Royas *decision.* 187. *num.* 7. apud
Ludovisium. 510. atque etiam omnes Theologi, & Mo-
ralistæ, cum Sancto Thoma 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 2. cujus
rei optima est ratio: quia, cum sint soli, unius dictum
non coadjuvat dictum alterius: & ideo remanet dubium, 215
& potest esse, & non esse; quapropter non potest Judex
sumere certum judicium, quod requiritur ad sententiam;
cum vero sunt contestes, dictum unius ab altero confir-
matur, & excluditur illa dubietas, & Judex certus factus,
potest devenire ad sententiam: in testibus enim singula-
ribus non est nec numerus, nec pluralitas, neque conte-
statio, sed adest in ipsis varietas, & contrarietas, & præ- 216
sumitur in eis dolus, & falsitas; quod procedit etiamsi
sint plures: quia numerus non supplet hunc defectum,
& exceptionem, & minus probant mille, quam unus, &
nunquam excedunt dictum unius testis, & unus testis,
qualiscunque sit, nunquam sufficit ad judicium ferendum,
Farinac. *loco cit. quæst.* 64. *num.* 37. & latius probat Zacha- 217
rias Pasqualinus *in decision. moral. decis.* 215. *a num.* 2. *cum
seq.* & *num.* 9. citatis quamplurimis Doctoribus firmat;
nullum numerum quantumvis magnum testium singula- 218
rium facere plenam probationem; vide ipsum, & in pun-
cto Cantelor. *dict. cap.* 18. *num.* 31. qui dicit, quod tan-
tum valet unum, quantum mille; Et non solum prædicta 219
procedunt in singularitate obstativa, in qua testes propter
repugnantiam, & contrarietatem, quæ præsefert falsita-
tem, nihil probant; quod communiter receptum dicit
Farinac. *dict. quæst.* 64. *num.* 54. sed etiam in singularitate 220
diversificativa, in qua penitus testes singulares non pro-
bant, ut contra Gabrielem firmat idem Farinac. *loco
citat. num.* 55. quem in hac materia vide, qui ampliat,
& limitat dictam Regulam, Gonzalez *dict. capit. ve-
niens*, *sub num.* 5. Rota apud Bichium 317. *num* 29.
apud Celsum *decision.* 142. & *decision.* 52. *part.* 15. *re-
cent.* sed quid, si testes singulares essent Nobiles, &
qualificatæ personæ? idem dicendum esse, ait Pasqua- 221
linus *loco citato*: sed contrarium dicunt multi, quos ci-
tat Farinac. *dict. quæst.* 64. *num.* 304. præsertim, si sint
probatæ fidei, quod in singularitate diversificativa intelli-
git Farinac. non autem obstativa, in qua nunquam te-
stes probant, etiamsi sint personæ qualificatæ. Quando 222
vero singularitas est subalterna, & adminiculativa, non
adimit probationem, juxta *decision.* apud Eminentissi-
mum Cerrum 25. *num.* 1. apud Bich. 317. *num.* 29. apud
Celsum *d. decis.* 142. & Gonzalez *in d. cap. veniens*, *sub n.*
5. quando autem dicantur singulares, vide Farinac. *loco
cit.* Tulchum *litt. T. conclus.* 263. & 264. Gonz *in d. cap.
veniens*. Sequimur hic de probatione miraculorum in
specie, quid vero dicendum sit de probatione virtutum,
vel de miraculis in genere? infra, Deo dante.

Miracula non probant testes de auditu alieno, juxta 22
textum *in cap. licet ex quadam*, *de testibus*, in puncto
Matta *part.* 4. *cap.* 18. *num.* 8. quod etiam regulare est in
omni

omni materia, Doctores *in d. cap. licet ex quadam*, Ro-
ta apud Coccinum *decis.* 1832. *num.* 58. Ludovis. *decis.*
379. Dunozet. junior *decis.* 961. *num.* 13. & 296. Royas
decis. 266. *num.* 19. & alibi sæpe, Farinac. *de testibus*
quæst. 69. *per totum*, qui hanc materiam satis discutit:
& ratio est clara, quia in auditu alieno non potest inesse
se ratio scientiæ, quam reddere debet testis, ut dictum
suum probationem efficiat; & sic non potest haberi ve-
ritas sensus, sed tantum quædam relatio veritatis, quæ
non facit probationem, sed testes de auditu deserviunt
pro adminiculis, Rota apud Royas 288. *num.* 10. & *decis.*
237. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 69. *num.* 6. *par.* 15.
recent. etiamsi cum fama concurrant, juxta textum *in*
cap. tam ex litteris, *de testibus*, ibi: *nisi de auditu*, &
fama, ubi Glossa *verb. de auditu*, Farinac. *loco cit. num.*
224 22. licet tunc faciant violentam præsumptionem, ut di-
cit Farinac. cum aliis tamen adminiculis probant, Fa-
rinac. *num.* 45. sed vide ipsum.
225 Licet autem testes de auditu alieno non probent regula-
riter; attamen fallit in antiquis, & antiquissimis, in qui-
bus bene probant, ut afferunt communiter Canonistæ per
textum *in d. cap. licet. ex quadam*, *de testibus*, ubi Abbas
num. 5. Butrius, Jo: Andr. Hostiens. Imola, & alii, Ce-
phal. *cons.* 358. *num.* 32. Natta *consil.* 520. *num.* 10. *lib.* 3.
Hondedeus *cons.* 17. *numer.* 52. *lib.* 1. qui multos citat,
Maschard. *concl.* 104. *num.* 1. & 2. Pacian *de probat. lib.* 2.
cap. 9. *num.* 15. Gabriel *in com. til. de testibus concl.* 3. Rota
apud Coccin. *decis.* 1874. *num.* 10. 1975. *n.* 17. apud Du-
rau. *decis.* 344. *n.* 4. apud Buratt. 172. *n.* 13. apud Eminen-
tiss. Cerrum 672. *num.* 10. & *decis.* 721. apud Royas *decis.*
254. *num.* 10. & *decis.* 275. *n.* 7 *part.* 3. *recent.* & 188 *n.* 2.
par. 12. & 326. *num.* 15. *p.* 14. & alibi sæpe. Cujus ratio
aperta est, quia, cum sumus in antiquis, & antiquissimis,
difficiliter inveniri possunt testes, qui de visu deponere
226 possint; ne igitur careant facta antiqua probatione, lex
non exigit plenam probationem, ut optime disserit Me-
nochius *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 115. Scac. *lib.* 2. *cap.* 9.
n. 107. & 108. Honded. *loco cit. n.* 54. Bur. *dec.* 111. *n.* 12.
227 estque contenta illis probationibus, quæ haberi possunt,
ad textum *in l. si vicinus*, *C. de nupt. c. cum. causam*, *de*
228 *prob.* ubi glos. *verb. testes*, Hond. Masc. Scac. & Buratt.
loco cit. Et eo magis probant, cum deponunt de fama, li-
cet hoc non sit necessarium, Rimin. jun. *cons.* 23. *n.* 290.
229 Cephal *cons.* 311. *n.* 34. Hond. *d. cons.* 17. *n.* 53. qui alios
citat, & debent tunc testes deponere cum requisitis, quæ
exposcunt DD. nostri *in dict. cap. licet ex quadam*, ubi Glos-
sa *in verb. ab uno*, scilicet, quod audiverint, non ab uno
solum, sed a pluribus, saltem duobus majoribus fide di-
gnis, omni exceptione majoribus, illos designando, &
ante litem motam, Anchar. *in cap. licet*, *de probat.* Tuschus
litt. T. conclus. 180. *a num.* 66. *cum sequentibus*, Rota apud
Put. *decis.* 348. *lib.* 2. apud Eminentissimum Othob. *decis.*
94. *num.* 11. apud Carillum *decision.* 71. *num.* 13. apud
Eminentissimum Cerrum 809. *num.* 5. & *decis.* 276. *num.*
15. *part.* 14. *recent.* Gabriel. *lib.* 1. *tit. de testibus*, *concl.* 3.
230 *num.* 4. Farinac. *de testibus*, *quæst.* 69. *cap.* 3. & in puncto
Matta *cap.* 18. *num.* 15. & deponere debent, illas personas,
a quibus audiverint, esse fide dignas, Eminentissimus Cer-
rus *decis.* 869. *num.* 4. ac etiam esse publicum, & noto-
231 rium, Cerrus ibidem, & *decision.* 66. *num.* 10. Nec sufficit
dicere audisse a diversis personis, ut dicunt Doctores cita-
ti, & vide Tuschum *loco cit.* qui dubitat an hoc exprimere
232 debeat, etiamsi testis non fuerit interrogatus. Quod au-
tem dicatur tempus antiquum, ut testes de auditu fidem fa-
ciant, varie locuti sunt Doctores, ut videre est apud
Hondedeum *loco cit. num.* 55. *cum seqq.* Scacc. *loco cit. a n.*
106. attamen secundum Rotam est tempus 60. annorum,
Rota apud Bichium *decis.* 138. apud Coccin. *decis.* 210.
apud Eminentissimum Cerrum 672. & in puncto in nostra
materia Cantelor. *de Canoniz. Sanct. cap.* 14. *num.* 9. Coc-
cinus *in relat. S. Thomæ de Villanova*, *rub. de fide*, *sub*
vers. quod autem. Cum vero examinantur testes de auditu
in hujusmodi causis, cauti sint Judices, ut deponant ante
motam litem Canonizationis, ut docent DD. citati, juxta
theoricam Abbatis *in d. cap. licet ex quadam.*
233 Hic videndum, an Medici possint decernere opus mi-
raculosum, cum ab aliis de morbo, & sanitate relationem
habuerint, non tamen ipsi observaverint, & sic ex au-
ditu alieno informati, Cantelor. *cap.* 17. *numer.* 12. te-
net, quod sic: Et quod ita fuit conclusum *in relatio-*
ne Sanctæ Franciscæ, *Sancti Ignatii*, & *Sancti Tho-*
mæ de Villanova: quia, perspectis omnibus circum-
stantiis, de quibus deponunt testes, possunt concludere,
factum non potuisse fieri a natura, & ideo miraculosum:
Sed Matta *part.* 4. *cap.* 12. *numer.* 26. dicit, quod hæc
sententia Cantelori cum distinctione est intelligenda: Cer- 234
tum enim erit non plus scire posse Medicum absentem
pro judicando facto miraculoso, quam pro curando ægro-
to; In morbis autem acutis, & celerrimis, qui ingentes
mutationes subeunt, & in eadem statu nunquam perma-
nent: quia Medicus non potest curare infirmum absentem,
neque judicare poterit de miraculo; in morbis autem
chronicis, & diuturnis, qui cum terreo, & frigido hu-
more contumaces eodem omnino modo permanere vi-
dentur, aut saltem lente procedere consuescunt, & sic
longo tempore mutationem accipiunt, dubium non est,
ait Matta, quin Medicus absens super istis ægrotantibus
consulere possit, & per consequens super facto miraculo-
so. Hæc est doctrina Mattæ. Sed Nos consideramus, 235
quod suppositum Mattæ non est certum; negamus enim
non plus scire posse Medicum absentem pro judicando fa-
cto miraculoso, quam pro curando infirmo: nam pro ju-
dicando miraculo, sufficit, ut cognoscatur, quod sanitas
sit habita præter naturæ humanæ vires, nulla intervenien-
te operatione naturæ, & quod instantanee sit acquisita
post alicujus viri Sancti invocationem, ut dictum est; hoc
quidem ex relatione testium, de infirmitate cum qualitate
deponentium, bene haberi potest; at pro sanando infir-
mo ægrotante morbo acuto, vel peracuto, opus est, ut
Medicus oculariter videat infirmum, & observet ejus syn-
tomata, quæ ad horam mutari possunt; unde ab uno ad
aliud nequit inferri, cum diversa sit ratio utriusque: mi-
raculum enim, bene potest arbitrari, factum fuisse, cum
testes dicunt, quod infirmus laborabat tali infirmitate,
cum talibus syntomatibus, & postea statim post invocatio-
nem talis viri sanatus est absque medicamento humano,
vel naturæ ersysi; Medicus enim in hoc arbitramento stat
tanquam Judex, qui secundum regulas medicas debet ar-
bitrari, talem operationem fuisse miraculosam: quod
non est in curando infirmo, in cujus curatione oportet
præsentialiter adesse, & observare omnes infirmi qualita-
tes, & morbi circumstantias; quare, si in morbis chroni-
cis potest arbitrari, sanationem fuisse miraculosam, ita
etiam in acutis; sufficit enim cognoscere, & judicare,
quod naturaliter illa sanatio ita subitanea procedere non
poterat, quod in utroque morbo bene contingere potest;
assentimus tamen Mattæ in his, quæ scribit *part.* 4. *cap.* 7.
præsertim *numer.* 14. quod in morbis intrinsecis, quorum 236
causa, & origo non sit infirmum intuentibus nota, illo-
rum sanationes etiam si fiant in instanti, intellectus tamen
non potest esse certus, & absque hæsitatione, quod sint
miracula, licet miraculosæ videantur: quia naturaliter
accedere possunt; unde in his morbis cautissime agendum
est, in aliis vero morbis extrinsecis, in quibus de origine,
causa, & radice morbi extrinsecus, & intuitive per sen-
sus, clare, & patenter constat, si sanatio contingat in in-
stanti, seu in continenti de morbo transit ad sanitatem,
facilius judicatur miraculum: quia natura non potest ope-
rari in instanti. Vide Mattam *d. c.* 17. *n.* 13. & 14. & Castell.
q. 7. *principali.*
Miracula antiqua, & antiquissima, utrum testibus, 237
deponentibus de fama, & voce publica, probari possint,
ardua est quæstio: (de recentibus extra controversiam est,
quod haud probari possunt;) in hoc dubio multi tenue-
runt, miracula, ultra centum annos operata, sufficienter
probari per testes, deponentes de publica voce, & fama,
Castell. *de Canonizat. Sanct. Martyr. fol.* 61. *versic.* & §.
unde est, qui citat quamplurimos Doctores, qui generali-
ter loquuntur, & dicunt, antiquissima recte probari per
testes de publica voce, & fama, & communiter scribunt
Doctores *in capit. veniens*, *il primo de Testibus*, & Sacra 238
Rota pluries firmavit, quod, cum aliquid probari haud
potest de visu ob temporis diuturnitatem, tunc admittitur
probatio per publicam vocem, & famam, omissis aliis ex
condicto, apud Eminentissimum Cerrum *decis.* 495. *num.*
5. fuit enim hoc dubium pluries in Sacrorum Rituum Con-
gregatione discussum inter scribentes pro Canonizatione,
& Dominum Fidei Promotorem, præsertim in causa B. Gre-
gorii X. in qua scripsit egregius Advocatus Laurentius Ro-
sa, qui fundavit, per testes de publica voce, & fama,
cum aliis adminiculis, bene probari antiqua miracula ultra
centum annos, & fuisse admissam hanc probationem in
quamplurimis causis ostendit, nempe *in relatione Sancti* 239
Francisci de Paula fol. 45. §. *suadentur*, *Sancti Didaci*, *fol.*

31. a

*31. aterg*o, §. *nono increvimus*, & *fol. 35. atergo*, §. *prædicta: Sancti Hyacinthi*, §. *nec prædictorum fides*, & *miraculis* 1. 2. 3. 4. & 5. *Sancti Raymundi par. 2. mirac. 2. in vita*, & *miraculis* 1. 2. & 3. *post. mortem: Sancti Isidori mirac. 1. in vita*, & *mirac. 4. post. mortem: Sanctæ Reginæ Elisabeth mirac.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *in vita*, & 6. *post mortem: Sancti Andreæ Corsini part. 4.* §. 1. & *part.* 5. §. 1. 2. & 3. *Beati Petri de Alcantara, miracul.* 1 & 2. *in vita*; *B. Cajetani Theatini mirac.* 1. *in vita*.

240 Egregie inquam fundavit dictus D. Laurentius, quod,
quando agitur de probandis miraculis antiquissimis, sequutis ultra duo sæcula, tunc, ex communi omnium sententia, sufficiunt probationes per famam, & per chronicas, & historias, antiquas inscriptiones, prout late deducit Sacra Rota *in relatione ejusdem Beati Gregorii in tit. de Sanctitate in genere, vers. secundum est fama*, & *in primo*
241 *miraculo* §. *neque dubitavimus*; Et etiam quia probationes,
& adminicula, adducta pro probandis miraculis, non sunt seorsim, & sigillatim accipienda, sed omnia simul, & conjunctim debent considerari: An scilicet ex illis resultet plena, & concludens probatio, & animus Judicis moveri possit ad credendum, factum illud ita se habere, juxta regulam vulgatam: *multa juncta juvant, quæ singula non prosunt*, late Gabriel. *concl.* 1. *de probat.* & Doctores *in cap. cum causam, de probat.* & *in l. admonendi, ff. de*
242 *jurejurando*. Stante vero probatione miraculorum in ge-
nere pro verificandis singulis miraculis in specie sufficiunt leviores probationes, quæ alias non sufficerent, si non constaret de miraculis in genere, ut firmant Rota *in relatione Sancti Hyacinthi fol.* 30. §. *superioribus annis*, ubi ex quo constabat de fama Sanctitatis, & miraculorum in genere, fuit admissa probatio miraculorum in specie per testes singulares; ibique dicitur, alias fuisse sic observatum per Sanctam Sedem, & Summos Pontifices,
243 Leonem III. Innocentium III. Bonifacium IX. Leonem X.
Sed viceversa D. Prom. Fidei *in d. causa* scripsit, super articulo, an fama probet, distinguendum esse cum Bartolo *in l. de minore*, §. *tormenta, num. 3. versic. mihi autem, ff. de quæstionibus*, scilicet inter casus quando sufficit adesse famam, licet in veritate non sit ita, & casus quando requiritur veritas, quod scilicet ita sit, in illis sufficere famæ probationem; in his vero esse subdistinguendum
244 inter ea, in quibus ipsa fama, seu communis opinio ve-
ritatem inducit, & tunc sufficere ejus probationem ad illam inducendam; & ea, in quibus fama, seu communis opinio, non inducit veritatem, sed ipsa fama inducitur ad aliquid probandum, ut verum; & tunc, neque si probetur originem trahere ex legitimis præsumptionibus præcedentibus, probare hujusmodi veritatem in causis gravioribus, & arduis; quicquid sit in causis modici præjudicii, sed alias probationes coadjuvare; quam doctrinam Bartoli repetere ait Abb. *in cap. veniens, numer.*
245 *8. de testibus*; Nos autem versari in ultimo casu, quia
veritas miraculorum est indaganda in causa Canonizationis, quæ est de majoribus, & arduis, &c. & idem repetiit præfatus *D.* Fidei Promotor *in eadem causa Replicationis ad Responsiones datas oppositionibus*; Et quod testes, deponentes de publica voce, & fama, ut gradum probatio-
246 nis constituant, debeant deponere de fama certa, quæ
habuerit ortum a personis, non habentibus interesse, & ante litem, & hæc duo copulative requirantur, censuit Sacra Rota *part. 8. recent. decis. 167. num. 4.* Emin. Cerrus *decis. 827. num. 3.*

Nos autem diceremus, quod, cum in virorum Canonizatione certa requirantur miracula, ad textum in sæpe citato *cap. venerabili*, ibique omnes Doctores, præser-
247 tim Hostien. *de testibus*: quia, ut diximus, sunt signa
Sanctitatis, Bellamera *cap. mirum, num. 10. & 26. quæst. 3.* Sanctus Thomas *parte 1. quæst. 110. art. 4. ad primum*, & *2. secunda quæst. 128. art. 2. in corpore*, Archidiaconus *in d. cap. venerabili in 2. notab.* Ex fama vero non deducitur aliud, nisi semiplena probatio in genere de miraculis, & quod fuerit vir miraculosus, juxta doctrinam Mariani Soccini *in cap. qualiter*, & *quando, numer. 387. vers. Item aliud est, de accusat.* & Felin. *in cap. licet ex quadam numer. 2. versic. dicit tamen de testibus*; ex hujusmodi autem probatione generica nunquam Sedes Apostolica
248 consuevit aliquem canonizare sine miraculis, in individuo probatis, in puncto Cantelor. *capit. 18. num. 28.* &
249 29. cum aliis tamen adminiculis, nempe historiis, seu chronicis, & inscriptionibus; cum sumus in antiquissimis, bene possunt probari miracula, supposita prius probatione in genere, quod fuit vir miraculosus, ut loquitur Laurentius Rosa; Sola autem probatio miraculorum ex fama, diceremus, quod non sufficeret, salva tamen determinatione Sacræ Congregationis.

Utrum autem probari possint miracula, & virtutes in specie per chronicas, seu historias, tabellas, & alia
publica documenta, vide Doctores citatos, præsertim 250
Mattam *part. 4. cap. 15.* & *cap. 24.* & alios, præsertim Sacræ Rotæ Auditores in relatione B. Gregorii X. Placentini.

Locuti usque nunc fuimus de probandis miraculis in
specie, & ita quoque probandas esse virtutes, etiam in 251
specie; in qua probatione testes singulares non admittendos esse, neque facere probationem aliquam, ut optime Matta *part. 4. cap. 16. num. 18.* & Doctores communiter.
Sed quid dicendum de probatione in genere facienda de 252
miraculis, & virtutibus viri canonizandi, scilicet an hæc probari possint testibus singularibus; & quidem Matta *part. 4. c. 16. num. 14.* existimat, quod in processibus super fama Sanctitatis, & miraculorum in genere testes singulares admitti posse, non sit hæsitandum, citat Farinaccium *quæst. 64. de testibus, a num. 66. & 253. cum sequentibus*: quia quando agitur de probando aliquid in genere, testes singulares admittuntur; Sic testes deponentes diversos actus virtutum, ac miraculorum, probant aliquod
commune, nempe, quod Deus per illum virum suam glo- 253
riam exercuit; & habet locum doctrina, quod ex pluribus actibus semiplene probatis evinciatur aliquod commune, & genericum, & ita quoque tenet Molph. *cons. 46. num. 70.* qui etiam tenet, quod testes singulares junctis adminiculis probant etiam in specie; & ita fuisse practicatum dicit in diversis causis Canonizationum Sanctorum.

At hæc doctrina non transit absque difficultate; nam, 254
licet verum sit, quod multi Doctores scripserint, ex testibus singularibus probari aliquid in genere, quos citat Gabriel. *in tit. de testibus, conclus. 2. num. 18.* & *21.* idem Farinac. *consil. 25.* Pasqualin. *decis. moral. 213.* attamen alii quamplurimi Doctores contrarium scripserunt, nem-
pe ex singularium testium depositionibus non posse desumi 255
probationem in genere, Abbas *lib. 1. cons. 42.* Baldus *in cap. licet causam, num. 11. vers. adde, de probat.* & *in l. 1. C. de testamentis, quæst. 8. consil. 276. lib. 4.* Decius *in dict. cap. licet causam, num. 69. vers. sed contra*, Jason *in l. admonendi, numer. 256. vers. nota etiam, ff. de jurejurando*, Alexand. *consil. 72. numer. 3. lib. 1.* Bertazol. *consil. 41. numer. 31. lib. 1.* & *consil. 452. lib. 2.* Simonetta *de testibus, tit. 64. num. 70.* Covarruvias *var. lib. 3. cap. 3. numer. 4.* Clarus *lib. 5. recep. sent. pract. crim. quæst. 53. numer. 18. cum sequent.* & alii, quos citat, & sequitur Zach. Pasqual. *decis. 213.* qui strenue probat, nunquam testes singulares probare plene aliquid in genere, sed quandiu singulares sunt, manere imperfectam eorum probationem; & in tantum posse Judicem secundum ipsos judicare, in quantum quoad aliquid particulare ad contestes reducantur: quam sententiam multis rationibus probat Pasqualinus *loco cit.* ad quem remittimus Lectorem. Verum ipsemet Pasqual. *num. 12.* dicit, quod, *quando agitur de aliquo probando*
secundum genus, v. g. an aliquis sit fur, & testes deponunt actio- 256
nes singulares, v. g. furti, non tanquam id, de quo testentur, sed tanquam rationem sui dicti, ita ut testificatio procedat de furto in genere; tunc sufficiunt ad plene probandum testes singulares; assignat rationem, *quia licet dicatur probari aliquid in genere, testificatio tamen procedit de aliquo in particulari, v. g. de uno furti; & tunc, licet sint singulares quoad rationem sui dicti: quia unus affert unam rationem, & alius aliam; sunt tamen contestes quoad rem testificatam: quia omnes concordes sunt in eo, quod per se primo deponunt; propterea* Albericus *cap. 1. quæst. 10. numer. 49. & 56. §. si vero aliquis actus, de hæreticis in 6.* Bertaz. *consil. 41. numer. 31. lib. 1.* Lamberteng. *de contract. eorum, glos. 12. numer. 26.* docent, *quod testes singulares probant in genere, quando articulatur genus; secus autem, quando articulantur certi actus*. Hæc Pasqualinus doctissimus vir, & olim amicissimus, & fuit doctrina Felini *in c. licet ex quadam, numer. 2. vers. secundo limita, de probat.* quam secuta est Rota *decis. 52. num. 7 & 8. par. 15.* apud Cellum *decis. 338. num. 4.* & *par. 1. recent. decision. 511. numer. 8.* Qua doctrina posita, bene remanet probata sententia Mattæ, & aliorum, dicentium, ex testibus singularibus bene probari Sanctitatem in genere, quod fit in prima Remissoria, in qua in genere probari debet fama Sanctitatis, & virtutum, de quo agitur, vi-

tam

tam fuisse immaculatam, virtutibus plenam, & miraculis
decoratam, quia agitur de probando genere, & fama
Sanctitatis in genere tantum.
257 Notandum etiam est, quod circa processus super pa-
ritione decretorum Sanctæ Memor. Urbani VIII. quia
in dictis decretis clare habetur, *quod nisi postulator
prius per legitimas juridice susceptas probationes, &c.
præscriptam in nostro decreto formam omnino servatam
extitisse docuerit, &c.* Testes singulares ad probationem
faciendam conjungi non possunt: quia, cum Papa de-
creverit, per legitimas, & juridicas probationes esse
hoc faciendum, intelligi debet de vera, & concluden-
ti probatione, quæ concludit pernecesse, *l. ad proba-
tionem la 2. C. de probat.* Bart. in *l. ait Prætor*, §. 1.
ff. de re judicata; hæc autem probatio per testes singu-
lares non est talis, juxta textum *in c. causam*, & ibi
gloss. *verb. singulares de probat.* bene Matta *quæst. 4. cap.*
258 16. *num* 8. 9. & 10. qui optimum facit dilemma: Aut
agitur de paritione decretorum ex negativa cultus, &
venerationis, & tunc, quia probatio consistit in nega-
tiva, non potest fieri per testes singulares, Farinac. *de
testibus quæst. 65. a num.* 205. aut vero agitur de paritio-
259 ne, seu non contraventione eorundem decretorum ob
casum exceptum, cum centenarius cultus ante decreta
sit probanda, servatis servandis per accessum, & inspe-
ctionem Judicis, citato Subpromotore Fidei; & tunc
in omnibus actibus examinari debent ad minus duo te-
stes, alias non diceretur actus juridicus; subdit Matta,
quod fatuus esset Judex, sive ordinarius, sive delega-
tus, si aliter se gereret; quando vero probetur ccnte-
narius cultus ante *novissima decreta Urbani VIII.* & an
hodie probari possit, vide eundem Mattam *p. 4. cap.
23. per totum*, ubi multa ad rem. Hucusque locuti fui-
mus de processibus in causa Canonizationum facien-
dis pro viris Confessoribus, sive Pontificibus, sive non
Pontificibus; pro canonizandis autem viris cum Mar-
tyrio mortuis, dicendum breviter est, quod de ipso Mar-
tyrio constare debet omnino per testes de visu, etiam
260 si Martyrium fuerit notorium, ut erudite probat Mat-
ta *p. 4. cap. 21. per totum*; ac etiam constare debet de
causa Martyrii, nempe ob Fidem Catholicam, de qua
relate idem Matta *d. par. 4. cap. 22. per totum*, ad quem
remittimus Lectorem.
261 Pro canonizandis autem Martyribus non est opus pro-
bare virtutes; nam constito de causa Martyrii, quæ in
perfectissima charitate consistit, omnes aliæ remanent
probatæ: quia omnes aliæ virtutes ab ista informantur, &
essentiam recipiunt, idem Matta *par. 4. cap. 7. in fine.*
Testes inducti, & jurati, omnes examinandi sunt,
nec est in potestate Postulatoris, seu Procuratoris mul-
262 tos testes inducere, easque citatos, & juratos inexami-
natos relinquere, Cavibar. *decision.* 106. *num.* 7. Thorus
in compendio decision 1. *part. verb. testes, & verb. testes
citati*, & fuit doctrina Innocentii *in cap. præsertim*,
num. 2. de testibus, ibique Felin. *num. 7. vers. prima con-
clusio*; attamen non esset nullus processus, si Subpromo-
tor in partibus constitutus de hoc non se protestave-
rit: quia, licet per juramentum præstitum testes videan-
263 tur facti communes, & jus quæsitum parti adversæ,
ut illos cogere possit ad se subjiciendum examini, In-
nocentius, & Butrius *in cap. præsentium, de testibus*,
Franciscus Aretinus *consil.* 140. *versic. ad quæsitam*, Boer.
decis. 245. tamen non imponitur necessitas producenti
illos examinare, sed si pars voluerit illos examinare fa-
cere, si in tempore debito protestatos fuerit, erunt exa-
minandi, ut dicunt Doctores citati; sed cum Subpromo-
264 tores passi fuerint in partibus absolvi processum absque alia
protestatione, processus erit validus, nec amplius exa-
mini locus erit: quia censetur renunciatum, bene re-
sponderunt *Sribentes pro Canonizatione Beati Felicis de
Cantalicio ad oppositiones Domini Promotoris Fidei*, qui
opposuit contra processum, ex centum testibus inductis
jurasse octoginta tres, & ex istis tantum viginti exa-
minatos fuisse; sed responsioni datæ per dictos *Scri-
bentes, Promotor* acquievit. Diximus supra, quod testes
265 antequam examinentur, debent præstare juramentum,
ad textum *in l. jusjurandi, C. de testibus*, & communi-
ter Doctores ibidem, præsertim Glossa *in verb. jusjuran-
di*, & nostri Canonistæ *in cap. fraternitatis*, per illum
266 textum, & ibi Glossa *in verb. receptis*; & ut diximus,
debent jurare per diem ante, prævia citatione, juxta
stylum Romanæ Curiæ; & admittunt Doctores, quos
citat, & sequitur Farinac. *de testibus, quæst. 4. num.* 33.
Salosius Tiberius *in praxi lib. 2. cap. 13. num.* 23. Ridolph.
part. 1. cap. 11. num. 81. sed quid si testis non juraverit
antea, sed tantum cum subjicitur examini, vel si fue-
rit citatus de mane ad præstandum juramentum, jura-
verit vero ipsa die de vespero hora audientiæ? utrum- 267
que dubium occurrit in causa Abulen. *Canonizationis
B. Petri de Alcantara*, & Dominus *Promotor Fidei*
opposuit pro invaliditate examinis, Advocati vero pro
validitate; sed postea acquievit Dominus *Promotor Fi-
dei*: semper enim, quod Subpromotor præsens fuit, nec
opposuit, examen erit validum; & quod sufficiat jura-
re in actu examinis antequam testis deponat, licet an-
te non juraverit, ita ut sufficiat juramentum præcedere
examen, Farinac. *de testibus, quæst. 74. num.* 31. *cum
seqq.* Et insuper in eadem causa Abulen. *Canonizationis*
fuit disceptatum, an fuerit validum examen unius testis,
qui in tempore Remissoriæ juravit, extensum tamen
fuit expirato tempore Remissoriæ; & quod fuerat va-
lidum bene dixerunt Domini *Sribentes pro Canonizatio-
ne*: quia sufficit, ut testis juret in tempore, cum po-
stea examen reducatur ad illud tempus, Severolus *de re- 268
miss. cap. 7. num. 13. & cap. 37. num. 2.* Vestrius *in praxi
lib. 6. cap. ult. n. 8.* Farinac. *de testibus, quæst 77. num.*
141. & latius *quæst. 80. a num. 77. cum multis sequenti-
bus*, Ridolph. *in praxi part. 1. cap. 12. num.* 98. Rota
apud Ludovis. *decision.* 327. *num.* 7. ubi Oliver. *num.* 17.
Gramm. *consil.* 58. & Tusc. *litt. T. concl.* 167. & Dominus
Promotor Fidei acquievit, ut patet *in ejus replicatione*,
*& in Animadversionibus pro Canonizatione præparato-
ria*; Persistit tamen in oppositione pro testibus, quos
jurasse se ante examen non constavit, & quod duo ju-
raverunt non citati, & in eo, qui juravit ante ci-
tationem; Cum autem contigerit, testem pluries exa-
minari, opus erit, ut idem testis de novo juret, jux- 269
ta textum *cap. fraternitatis, in fine, de testibus*, ibi-
que Hostiens. *num. 1. versic. notandum*, Innocent. *num.*
1. Joann. Andr. *num. 8. versic. item, quod antiquus te-
stis*, Abb. *num.* 1. Butr. *num.* 4. Felin. *num.* 2. & alios
Canonistas, ac alios, quos refert, & sequitur Farinac.
de testibus, quæst. 74. num. 47. & in facti contingentia
sic observavimus in causa *Canonizationis B. Andreæ
Avellini*, in qua fuimus Judices Remissoriales simul
cum Illustrissimo, & Reverendissimo Matthæo Cosen-
tino Episcopo Anglonen. viro, & nobilitate, & vir-
tutibus conspicuo: cum enim in uno teste plures Ses-
siones fecerimus, iterari fecimus juramentum in qua-
libet Sessione.
Notes etiam, quod testes debent præstare juramen- 270
tum die feriato, alias, si die non feriato juraverint, &
examinati fuerint, etiam citata parte, nulliter sunt exa-
minati, præter alios Tuschus *d. concl.* 163. *num.* 24. &
cum juraverunt die feriato, possunt examinari die non
feriato: quia examen refertur ad diem juramenti, Glos-
sa *in clem. 1. de offic. delegat. verb. Judices in medium,
vers. & talis actus*, Farinac. *quæst.* 80. *num* 56. Ridolph.
dict. part. 1. cap. 12. num. 46. ubi alios citat; verum in
Remissorialibus pro dictis causis Summus Pontifex so-
let derogare diebus feriatis, & dare facultatem proce-
dendi in illis, non tamen feriatis in honorem Dei;
sed attendendæ sunt Litteræ Remissoriales, & perscru-
tandum, quæ facultas est tributa; nam illa censetur tri-
buta, quæ expresse conceditur, nec major, & ideo
tantum valent, quantum sonant in verborum proprie-
tate; & ut supra diximus, forma tradita in illis, est
ad unguem observanda sub nullitatis pœna.
In præfatis Remissorialibus Litteris expresse manda- 271
tur, quod in omnibus actis, coram Judicibus Remis-
sorialibus faciendis, citandus sit unus ex Subpromoto-
ribus; Dicitur enim in illis: *Decernimus, & volumus,
quod in omnibus actis coram Amplitudinibus vestris, &
aliis circa præmissa faciendis, citetur aliquis ex Fidei
Subpromotoribus per dictum Reverendum D. Promotorem
nominandis in plico suarum Litterarum, una cum præ-
sentibus transmittendo; pariterque decernimus irritum,
& inane quicquid contra formam præsentium nostrarum
Litterarum scienter, vel ignoranter fuerit executum,
&c.* item ponitur clausula, *nec aliter, nec alias, nec* 272
alio modo. Hinc oritur dubium, num sufficiat pro cita-
tione præsentia Subpromotoris absque eo, quod fuerit
citatus, seu an præsentia suppleat defectum citationis,
eique æquipolleat? Gravis certe articulus, qui acriter
fuit

fuit disputatus in Abulen. *Canonizationis B. Petri de Al-*
cantara, *& Civitatis Ducalis Canonizationis B. Felicis*
de Cantalicio, in quibus causis Illustrissimus qu. *Petrus*
Franciscus de Rubeis Fidei Promotor more suo egregie
scripsit pro processuum invaliditate, nempe in Abulen.
in decima oppositione, *in Civitatis Ducalis in nona op-*
positione: quia ex dictis clausulis citatio Subpromoto-
273 rum requiritur de forma, & natura ablativi absoluti,
citatis, *&c.* quæ importat conditionem, juxta *l. a te-*
statore 118. *ff. de condit. & demonstr. l. evictis*, *in prin-*
cipio, *ff. de usuris*, & quidem expressam, & non taci-
tam, Beec. *consil.* 63. *num.* 2. *vers. & talis*, *lib.* 1. Cyriac.
controv. 424. *num.* 2. & majorem habet efficaciam con-
274 ditio inducta per ablativum absolutum, quam reliquæ
conditiones, Menochius *consil.* 152. *sub num.* 9. *vol.* 2.
Cyriac. *dicta controvers.* 424. *num.* 3. sic etiam dicta clau-
275 sula, *nec alias*, *&c.* habet vim conditionis, Bald. *in au-*
thent. ingressi, *num.* 33. *vers. item*, *C. de Sacrosanctis*
Ecclesiis, Abb. *in cap. insinuante*, *num.* 6. *vers. item qui*
Clerici, *vel Monachi*; & inducit formam Bartol. *in l.*
de his, *num.* 3. *vers. præterea*, *ff. de transact.* Decius *cons.*
528. *num.* 11. Paris. *consil.* 19. *num.* 25. *vol.* 2. Ruin. *consil.*
276 192. *num.* 23. *vol.* 3. & ideo non potest suppleri præsen-
tia, & interventu in ipsis actibus, pro quorum legitima
confectione sunt citandi, Jas. *in* 1. *lect. l.* 1. *num.* 13. *ff.*
de in jus vocando, Gabriel. *cit. conclus.* 1. *num.* 414. &
alii, quos citat, & sequitur Brunus *de citat. quæst.* 18.
num. 23. tanto magis quia gravitas causæ suadet *Sacram*
Congregationem requirere formalem citationem Subpro-
motorum in quolibet actu, ut ad illum accedant instru-
cti, & parati quid agere, dicere, & opponere debeant,
vel pro ipsa qualitate actus maturius, & consultius ge-
rendi, vel pro veritate magis eruenda; præsentia autem
non supplet defectum citationis, quæ non requiritur
277 gratia simplicis admonitionis, ut compareat; sed ad hoc
etiam ut certificatus de actu gerendo se instruat pro de-
fensione, ac pateat, quæ respondurus, vel oppositurus,
vel acturus sit comparendo, Bartol. *in l. furioso*, *num.*
9. *in fine*, & ibi Ripa *num.* 12. *vers. si vero*, *ff. de re*
judic. Bald. *in l. cum fratrem*, *num.* 8. *vers. sed pone*, *C.*
de his, *quibus ut indignis*, *& in l.* 1. *num.* 6. *C. de sent.*
& interlocut. omnium Judic. Jason *in lib.* 1. *num.* 12. *ff. de*
in jus vocando, Ruinus *consil.* 102. *num.* 6. *vers. & quam-*
vis lib. 5. Merenda *lib.* 10. *cap.* 6. Fabius Capye. *contr.*
12. *num.* 32. Ubert. *de citat. qu.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. *vers.*
278 *sed in primis*, Brunus *d. q.* 18. *n.* 26. Ac de citatione de-
bet in actis constare; & non interfuisse, bene probatur
ex actuum revolutione, juxta doctrinam Baldi *in cap. be-*
279 *ne*, *il primo*, *n.* 1. *vers. citatio tamen de electione*, ne-
que Judici asserenti de citatione credendum, Abb. *cons.*
92. *num.* 3. *vers. quinimo par.* 1. *& cons.* 84. *num.* 1. *vers.*
nec verbis, *lib.* 2. Boer. *decis.* 235. *circa finem*. Hæc &
alia allegavit Doctissimus ille vir.

Vice autem versa *Scribentes pro Canonizatione dictorum*
280 *Beatorum*, præsertim Laurentius Rosa *seu* della Rosa, no-
bilis Parmæ ni fallat nos memoria, vir quidem egregiæ do-
ctrinæ respondendo huic objectioni, probavit verissimam
esse sententiam, ab omnibus receptam, quod particularis
281 præsentia partis cum intelligentia illius actus, pro quo
citari debet, æquipollet citationi, & supplet illius defe-
ctum, per text. *in l. etiam*, 29. *§. fin.* ibi: *præsente*, *vel*
ad agendum vocato, & in *l. de unaquaque*, *in principio*, *ff.*
de re judic. in *l.* 1. Jason *in l.* 1. *ff. de in jus vocando*, Fel. *in*
c. 1. *num.* 18. *de Judiciis*, Gabriel. *de citat. concl.* 1. *num.*
411. Baroo. *de citat. q.* 17. *num.* 12. Vant. *de null. ex defe-*
ctu citationis, *a num.* 17. *cum sequentibus*, Cassador. *decis.*
2. *de re judic. decis.* 1. *num.* 5. *de fide instrumentorum*, Se-
raph. *decis.* 305. *num.* 3. Duran. *decis.* 303. *num.* 7. Cavaler.
decis. 117. Rota *decis.* 406. *num.* 3. *par.* 5. *& decis.* 37. *num.*
11. *par.* 6. *recent.* & in puncto examinis testium, quod
pro citatione sufficiat præsentia partis, textus est in *auth.*
282 *sed.*, *& si quis*, *Cod. de testibus*, Glossa *in cap.* 2. *verb.*
admonendus, *de testibus*, & ibi Baldus, *post numer.* 13.
Felinus *num.* 17. Farinac. *quæst.* 72. *numer.* 75. *de testib.*
Pennia *decis.* 556. *num.* 2. quod procedit etiam si citatio
requiratur de forma, Baldus *in l. si omnes*, *C. si minor*
ab hæred. se abstin. Alexander *in l. fin. C. de procurat.*
Brunus *de form. tit. de implenda forma*, *prima fallent.*
vers. hinc, ea ratione, quia citatio tendit ad certum fi-
nem, & effectum, qui est comparitio citati, & ubi ille
fuit præsens actui, æquipollenter fuit satisfactum formæ
283 præscriptæ, ut dicit Brunus, Decius *consil.* 449. *num.* 8.
Cassad. *d. dec.* 2. *de judiciis*, Vantius *de nullitate ex de-*
fectu citationis, *num.* 17. nec Jason allegatus in contra-
rium firmat illam sententiam. Nec officit, quod Subpro-
motor erat citandus, ut veniret instructus: quia quic-
quid sit de doctrina Bartoli, & aliorum; in examine
tamen testium non est necessarium, ut veniat instructus,
& præparatus, & citatio potius est ad comparendum
pro certa die, & hora, quam ad deliberandum, Van- 184
tius *de nullitate ex defectu citationis*, *num.* 8. & ideo in
examine testium cum pars dedit Interrogatoria, non ita
rigorose attenditur defectus citationis. Prætetea cum
Promotor personaliter comparuit & interfuit in actu
examinis, vel alterius actus, præsumitur citatur, Ar-
chid. *in cap. proposuisse* 82. *dist.* Abbas *in cap. bene*, *il*
primo, *de elect.* Baldus *in l.* 1. 5. *notab. ff. de feriis*, Ale-
xand. *consil.* 123. *numer.* 3. *in fine*, *lib.* 2. Felinus *in cap.*
illud, *num.* 8. *de præsumptionibus*, Bellamer. *decis.* 374.
Caputaquen. *decis.* 12. *par.* 1. Seraph. *decis.* 1441. *numer.*
8. Vant. *de nullitat. tit. quibus modis sententia nulla de-*
fendi possit, *num.* 115. Gregor. *decis.* 27. *num.* 7. ubi Ad-
dent. præsertim cum pars, seu Subpromotor non op-
posuerit, & se protestatus fuerit de citatione non facta,
Compostell. *in c. cum dilectus*, *de consuetudine*, Felinus 285
in cap. sicut, 2. *fallent. sub numer.* 28. *de sententia*, *&*
re judicata, Cravett. *de antiq. temp. verb. vidimus de*
verbis enunciativis, *num.* 13. Jason *in l. sciendum num.* 15.
de verb. obligat. Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 41. *num.*
710. Rota *decis.* 23. *numer.* 2. *vers. tum etiam*, *de testi-*
bus, *in novis*, Peonia *decis.* 576. *num.* 3. *ver. quod maxi-*
me. Vel quando Notarius enunciavit, illum fuisse citatum, 286
& subscribit; nam approbat tunc, & confitetur citatio-
nem præcessisse, Bartolus *in l.* 1. *§. si quis igitur*, *num.*
11. *ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, *& in l. emptor*,
§. hujus, *ff. de pactis*, Castr. *cons.* 216. *numer.* 3. *lib.* 1.
Menochius *de præsumptionibus*, *lib.* 3. *præsump.* 66. Ma-
schard. *de prob. conclus.* 1342. *num.* 12. Duran. *decis.* 6.
numer. 7. *& decis.* 536. *num.* 4. *decis.* 533. *num.* 3. Bura-
tus *decis.* 419. *num.* 8. ubi Addent. *sub litteris B.* Hæc
& alia Laurentius della Rosa *in dicta causa Abulen. Ca-*
nonizationis B. Petri de Alcantara.

Quid ergo erit tenendum in hoc dubio? Nobis dicen-
dum videtur, quod aliud est quærere, an ex enunciatione
facta per Notarium, quod Subpromotor fuit citatus, ex 287
præsentia ejusdem in actu, & ejus subscriptione in actu
prædicto, præsumatur legitime citatus, & consequenter
actus sit validus, nec possit opponi de nullitate ex de-
fectu citationis? & isto casu dicimus, quod legitima
est præsumptio, præcessisse citationem, quæ probatur
ex enunciativa Notarii, ex præsentia, & subscriptione
Subpromotoris, quæ præsentia, & subscriptio est quasi
confessio ejusdem, quod fuerit citatus, ac proinde actus
sustinetur, nec potest opponi de nullitate ex defectu
citationis; hoc etiam admisit idem Dominus *Promotor*
Fidei in dicta causa Abulen. in replicatione, *& in ani-*
madversionibus super deductis in Congregatione Præpara-
toria, *vers. decimum inobservatu formæ*; Aliud vero est 288
quærere an, cum nulla præcesserit citatio alicujus ex
Subpromotoribus, nec vera, nec præsumpta, actus sit
validus ex sola præsentia Subpromotoris, quæ æquipol-
lere citationi, ipsumque defectum supplere possit? &
tunc dicimus, quod defectus citationis annullat actum,
neque sustineri potest ex sola interessentia: ratio apud
Nos est clara, quia *Sacra Congregatio* in litteris Remis-
sorialibus ponit formam, quomodo debent Judices pro-
cedere cum geminatis clausulis, *nec alias &c.* & ulterius
declarat *irritum*, *& inane*, *quicquid contra formam di-*
ctarum Litterarum scienter, *vel ignoranter fuerit exe-*
cutum; quibus clausulis contram suam voluntatem de-
clarat, ut adamussim servetur forma in Litteris præscri-
pta, præsertim ut in omnibus actis citetur unus ex
Subpromotoribus Fidei; ideo debet hæc forma ad un-
guem adimpleri, de Scois *consil.* 24. *numer.* 21. *lib.* 1.
Alciatus *in l.* 1. *numer.* 7. *ff. de verb. obligat.* Socc. se-
nior. *consil.* 24. *numer.* 21. *lib.* 2. Rota *decis.* 30. *num.*
30. *p.* 10. *recent.* & apud Emin. Cerrum *decis.* 903. *in*
fine, & receptissima sententia est, quod Judices nihil
immutare, vel præter formam, vel aliter agere possunt,
Cavaler. *decis.* 254. *num.* 1. *in fine*, Rota *decis.* 215. *post*
secundum volum. cons. Farinac. Buratus *decis.* 100. *num.*
11. Boccac. de Litteris Remissorialibus, *cap.* 9. *num.* 27.
Posth. *de manuten. obser.* 91. *num.* 22. & quidem recta
ratione: quia, cum Canonizatio sit de majoribus Ec-
clesiæ

clesiæ Militantis causis, oportet, ut non solum interveniat Subpromotor Fidei, sed etiam prius citetur ad omnem actum, ad hoc, ut instructus accedat, & paratus sit occurrere omni actui faciendo; quod nequit sic faciliter, nisi prius citetur ad interessendum actui, &
289 per talem antecedentem citationem, cognitionem habeat de actu faciendo, ut possit se præparare ad respondendum, protestandum, vel actum impediendum, vel aliquid aliud faciendum, prout sibi melius visum fuerit, ut optime consideravit Dominus *Fidei Promotor in dictis doctis allegationibus*; & quando de facili lædi potest substantia actus, tunc forma non potest adimpleri
290 per æquipollens, Durand. *decis.* 225. *numer.* 17. 18. *& sequent.* & Rota apud Emin. Cerrum *decis.* 215. *num.* 11. ut esset in casu nostro ob rationes adductas. Neque facit replicatio Domini Scribentis, dicendo, quod, cum data fuerint Interrogatoria, Subpromotor non est necesse, quod accedat instructus: quia respondetur, quod hæc replicatio tantum prodesse poterit pro examine testium, non pro aliis actis; Imo neque pro dicto examine testium: quia Subpromotor in examine testium aliquid aliud objicere poterit, quod sit substantiale, & impedire dictum examen testium; Quare existi-
291 mamus, quod defectus citationis Subpromotoris potest actum reddere nullum, & cum omittitur forma præscripta in aliqua parte, vitiat totum processum, ad *textum in cap. cum dilecta §. dictum insuper, in fine, de rescriptis*, ubi Abbas *num.* 4. *& cæteri Scribentes*, Ludovis. *decis.* 518. *numer.* 2. Rota *decis.* 446. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* præsertim propter *decretum irritans*, appositum in Litteris Remissorialibus, inde cauti sint Judices Remissoriales in hac re, & ad omnem actum citare procurent unum ex Subpromotoribus & citationem in actis a Notario Causæ registrari faciant, ut ex actorum revolutione constet de citatione ad omnem actum factam, & ita tollere omnem opponendi prætextum contra processum, & dicendi de nullitate, Domino Fidei Promotori. Aliud restat in hac eadem materia conside-
292 randum, utrum, cum Judices Remissoriales decernunt, Subpromotores esse citandos, si ipsi sint præsentes in hujusmodi monitione, seu citationis expeditione, satisfactum sit formæ Remissorialium? videtur dicendum quod sic: quia tunc habentur pro citatis, seu præsentia in mandato de citando habetur pro citatis, seu præsentia in mandato de citando habetur pro citatione jam executa: quia jam notitiam habet citationis, ut videtur sentire Seraph. *decis.* 388. *numer.* 4. Greg. *decis.* 376. *num.* 1. Durand. *decis.* 305. *num.* 7. Rota *decis.* 79. *num.* 15. *par.* 5. *recent.* Ferentillus ad Burattum *decis.* 118. *num.* 19. Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. & sufficit, ut judicialiter sciat, juxta notata per Ubac. *decis.* 65. *num.* 14. Sed oppositum, nempe quod requiratur citatio, deducitur clare ex *decretis Urb. VIII.* Sanctæ memoriæ, & ex ipsis Litteris Remissorialibus, quæ dant formam præcisam observandam a Judicibus Remissorialibus. Quia testes examinari debent, & interrogari a Dominis Judicibus Remissorialibus cum interventu unius ex Subpromotoribus, ut expresse cavetur in *novis*
293 *decretis fol.* 46. *in principio*; ideo ultra præcedentem citationem, ut constet de præsentia, & assistentia, inolevit praxis, quod Subpromotor, qui interfuit examini, post subscriptionem Judicum ipse quoq; se subscribat, ut infra dicemus.

294 Judices Remissoriales debent destinare locum loci, in quo compilari debet processus, & omnia acta fabricari, & hoc semper exprimi debent in quolibet actu, ut mandant *nova decreta*, secundum quæ expediuntur Litteræ Remissoriales, ibi: *exprimendo semper locum loci, scilicet in Ecclesiis, aut Oratoriis, vel piis locis, & in*
295 *his locum loci*. In qua re potest esse dubium, an Palatium, gentilitium proprium Episcopi (non Episcopale de quo non potest dubitari, quod sit sufficiens) possit destinari pro loco, & pro loco loci Capella dicti Palatii gentilitii? Dubium hoc fuit agitatum in causa *Senarum Canonizationis B. Bernardi Tholomai, Fundatoris Congregationis Olivetanæ*, in qua *adversus relevantia processus super inquisitione generali in quarta oppositione* Dominus *Fidei Promotor* fundatur, perperam Archiepiscopum Senen. & Episcopum Sicanen. Judices Remissoriales elegisse Palatium proprium gentilitium ipsius Archiepiscopi Senen. pro loco, & Capellam dicti Pa-
296 latii pro loco loci: quia in *decretis novissimis*, & in ipsis Litteris Remissorialibus mandatur, ut eligatur pro loco, & loco loci, Ecclesia, Oratorium, vel alius locus pius, quia dictum Palatium est laicale, & Capella, ubi existens pro usu Domini, quantumvis Præsulis, est privata, & non publica, nec Deo perpetuo dicata, quæ non gaudet immunitate, ut præter alios firmant Carlinus *controv. foren. lib.* 2. *cap.* 198. *numer.* 26. *vers. sed animadverte*, Castropal. *par.* 2. *tract.* 11. *disput. unica puncto* 6. *numer.* 22. *vers. sed ob Capellam*; nec de hac re loquitur *textus in cap. idem constituimus* 17. *quæst.* 4. sed de Capella, & Domo Episcopali, scilicet dignitatis: Adversus quam oppositionem D. *Advocatus pro Canonizatione* dixit, quod Remissoria non mandatur præ- 297
cise, quod testium depositiones recipiantur in Ecclesiis & locis Sacris, sed alternative in Ecclesiis, aut Oratoriis, piisque locis; nomine autem Oratorii venit etiam Oratorium privatum ad usum Episcopi, in quo Missa celebratur, de quo non est dubitandum, cum Oratoria hujusmodi quantumvis in Domibus privatorum, dicuntur Oratoria privata, ad differentiam Ecclesiarum; & ideo bene potuit destinari Palatium pro loco, & Sacellum, seu Capella in eo existens pro loco loci. Nec facit, quod Oratorium prædictum, tanquam non sacrum, nec immunitate gaudens, non sit locus congruus; nam 298
sufficit, quod sit locus pius, qualia sunt etiam Oratoria privata, Azorius *instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæst.* 3 in quo Missa celebretur, ad finem ut testes etiam religione loci moveantur ad non pejerandum; Sub censura *Sacræ Congregationis* diceremus, dictum Sacellum, seu Capellam, in Palatio gentilitio proprio Episcopi posse destinari pro loco loci, & non inducere nullitatem actus: quia dicta Capella vere est locus pius, & dicitur Oratorium, quamvis privatum; & bene habetur finis, quem intellexit *Sacra Congregatio*, cum jussit, testium depositiones recipi in loco religioso, & pio, &c. Claustrum vero alicujus Monasterii posse destinari pro loco loci, non erit dubitandum; nam licet Dominus 299
Promotor Fidei in Abulensis *Canonizationis B. Petri de Alcantara* opposuerit, quod non poterat destinari; attamen ipsemet postea hoc admisit, & ab oppositione recessit: quia Claustrum dicitur locus pius, teste Alberico *in dictionario verb. Claustrum*. Potest etiam dubitari si Ec- 300
clesia destinata pro loco, sit parva, & angusta, utrum debeat destinari aliqua pars ejusdem Ecclesiæ pro loco loci? dubium hoc pariter fuit agitatum in *Civitatis Ducalis Canonizationis B. Felicis de Cantalicio*, ex quo Judices Remissoriales simpliciter elegerunt pro loco quandam Ecclesiam Sancti Pancratii, neque assignaverunt aliquam partem ejusdem pro loco loci, juxta *decreta Sanctæ Memor. Urbani VIII.* & formam præscriptam in Remissorialibus; ideo Dominus *Promotor Fidei* opposuit de nullitate processus *in decima oppositione*. At idem Dominus *Promotor Fidei in altera scriptura* dixit, quod hic defectus erat excusabilis, quia dicta Ecclesia Sancti Pancratii erat parva: & optima quidem ratione, quia, cum Ecclesia est parva, habetur idem effectus, ac per assignationem loco loci.

In hoc judicio processus remissorialis debet adesse 301
Postulator, seu Procurator Canonizationis, cum quo debet fieri judicium, ut patet ex *novis decretis Sanctæ Memoriæ Urbani VIII. fol.* 40. & exprimitur in Remissorialibus, ibi: *a personis legitima mandata procuræ habentibus recipietis*, *&c.* quia Papa in Canonizatione Sanctorum debet servare ordinem judiciarium, ut diximus, Rocca *de Canonizat. Sanctorum*, *cap.* 34. quare recedendum est a Cameloro *cap.* 25. *numer.* 50. qui scri- 302
psit non requiri Procuratorem; mandatum autem hoc procurationis debet fieri a Generali Religionis, si est Religiosus canonizandus, vel a Procuratore Generali, si habet facultatem substituendi; habens autem generale mandatum potest substituere in causa Canonizationis, Cantelor. *cap.* 25. *numer.* 59. si autem faciendum 303
sit ab aliqua Communitate, vel Monasterio, cavendum est, ne illud faciant nomine proprio, sed nomine 304
Communitatis, seu Monasterii generaliter: quia si nomine proprio, postea constituentes non possent esse testes, ut opposuit Dominus *Promotor Fidei in Beatificatione B. Baptistæ Januen.*

Mandatum procuræ est in actis exhibendum, præser- 305
tim parte opponente, nempe *Fidei Subpromotore*, Ludovisius *decis.* 330. *num.* 6. Burattus *decis.* 296. Cavaler. *decis.* 473. Ridolph. *in praxi par.* 1. *cap.* 2. *numer.* 181.

cum

cum sequentibus, & si fuerit per Chirographum simplex,
debet recognosci: quia scriptura privata si non fuerit recognita, nullam facit fidem, *l. instrumenta, Cod. de probat. cap. 1. de fide instrumentorum*, Oldradus *consil.* 1. *numer.* 3.
Rota *decis.* 145. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Sed hoc procedit
quando pars opposuerit, seu cum Subpromotor insteterit
306 pro recognitione; illo autem non opponente, si non fuerit recognitum, non inducit aliquam nullitatem, *auth. si quis in aliquo, C. de edendo* Hostiens. *in cap. quoniam contra, vers quaero an productio*, *num.* 15. *de prob.* Verall. *decis.* 99. *numer.* 3. *par.* 2. Bellames. *decis* 539. & Dominus *Petrus Franciscus de Rubeis Promotor Fidei* admi-
307 sit in d. Abulen. *Canonizationis B. Petri de Alcantara*.
Procurator debet jurare de calumnia, juxta *textum in cap. 1. & 2. de juramento calumniae in 6.* in puncto Cantelor. *d. cap.* 25. *n.* 54. atque formam juramenti ponit Matta *par.* 5. *num.* 12. An autem omissio hujus juramenti afferre possit actus, seu processus nullitatem? fuit
308 disputatum in Abulen. *Canonizationis B Petri de Alcantara*, inter D. Fidei Promotorem Scribentem pro nullitate, & Scribentes pro Canonizatione, sustinentes processus validitatem: veritas est, quod, cum fuerit petitum praedictum juramentum, & non fuerit praestitum, actus nullitatem inducit, secus si omissum, quia non fuit petitum, textus est clarus *in dicto cap.* 2. *§. propter omissum, de juramento calumniae in 6.* & ibi Glossa *in verb. annullandus*, Mataeus *de ordine judic. part.* 2. *rub. de juramento calum. numer.* 2. Vestrius *in praxi lib.* 5. *cap.* 2. *numer* 3. Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 3. *numer.* 49. Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 97. & 99. Cavalcan. *decis.* 114. *num.* 5. Gregorius *decis.* 175. *numer.* 1. & ibi Beltraminus, & *decis.* 209. *numer.* 3. Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 47. *cum seq.* & novissime Rota apud Eminentiss. Cerrum *decis.* 395. *num.* 4. Vantius *de null. rubr. de nullitate ex defectu processus*, *numer.* 3. & in puncto Rota *in relatione Sancti Hyacinthi c.* 2. *§. calumniae juramentum*, & ita postea acquievit D. *Promotor Fidei in dicta* Abulen. *Canoniza-*
309 *tionis B. Petri de Alcantara*. Judices Remissoriales conjunctim debent eligere alium Subpromotorem ultra nominatum in plico a Domino Promotore Fidei, qui est semper Promotor fiscalis Curiae Episcopalis loci, in quo conficiendus est processus. Nec potest unus Judex Remissorialis eligere dictum Subpromotorem: quia facultas datur conjunctim, & non insolidum, ad textum *in cap. si duo, de procurat. in 6.* Glossa *in cap. non justo in verb. cum aliis, versic. si vera, extra de procurat.* & expressius *in cap. causam, de off. delegat.* ibi: *quia cum causa duobus committitur, sententia unius non tenet*, Castrus *consil.* 281. *n.* 8. *vers. nam acceptatio*, *lib.* 1. prout recte objecit Dominus Promotor Fidei *in Civitatis Ducalis Canonizationis B. Felicis de Cantalicio in 8. objectione, recteque replicavit responsioni Scribentis pro Canonizatione.*
310 In Remissorialibus adest etiam facultas compulsandi Scripturas, & alia authentica documenta; & cum fit hujusmodi compulsatio, debet fieri semper citata parte, seu uno ex Subpromotoribus, cum expressione loci, diei, & horae, ut notant omnes practici Curiales, inter quos nemini secundus Petrus Ridolph. quem vide *in 1. par. sua praxis cap.* 12. *a numer.* 176. *cum sequentibus*; quare recedendum a Cantel. *d. cap.* 24. *num.* 17. ubi dicit, quod haec citatio non est necessaria in Canonizatione Sanctorum, sed ad bene esse citari debet Promotor Fiscalis; recedendum inquimus, quia ex Litteris Remissorialibus, & ex decretis contrarium clare apparet, neque sufficit sola citatione, absque loci distinatione, in qua debet fieri compulsatio, ut idem Doctor asseruit *sub num.* 15. quia expresse requiritur loci destinatio; sicuti neque sufficit sola praesentia partis, absque citatione, prout ex multis probavit Cantelor. *loc. citat. num.* 14. quia contrarium patet ex dictis supra; assentimus tamen illi dum dicit, quod Judex debet inspicere scripturas exemplandas, juxta doctrinam Abb. *in cap. fin. de fid. instrum.* atque decernere debet esse adhibendam fidem scripturis, Imol. *d. ap. fin. num.* 8. vide ipsum *num.* 12. & 13. *d. cap.* 24.
311 Compilato processu transcribendus est ordine dictorum Judicum, qui possunt mandare cui magis placet, ut transcribat processum, vel ipsi Notario, qui proces-
312 sum actitavit, vel alteri; & si alteri, tunc recipere debent ab eo juramentum de servando secreto, & fide-

liter transcribendo; Si tamen Judices ipsi Notario hoc mandaverint non potest alter transcribere; prout bene
opposuit Promotor Fidei *in Civitatis Ducalis Canoni* 313
zationis B. Felicis de Cantalicio in replicatione, & Animadversionibus super decretis in Congregatione Praeparatoria versic. nec quo ad duodecimam; debet postea collationari, & auscultari processus per dictos Judices, adhibito alio Notario, praestito ei prius juramento, claudi, & sigillari debet sigillis Judicum, & debet consignari certo Portitori fideli, cui etiam est dandum ju-
ramentum, prout haec omnia habentur, & in decre- 314
tis, in Remissorialibus expresse, & facienda sunt in loco destinato; sic enim praecipitur *in Remissorialibus: Caetera vero processus acta in loco solita audientia conficiantur ipsorum testium attestationes, dicta, depositiones nec non acta, citationes, & alia ita quaecunque transcribi fideliter facietis; necnon collationem, seu auscultationem supradictorum omnium per vos ipsos Judices, vel saltem duos ex vobis conjunctim, adhibita alia Notario, qui etiam juramentum praestet ut supra, facietis, omniaque clausula vestris sigillis, aut duorum praevio prius juramento per fidelem Nuncium, seu Portitorem praestita ad Nos transmitti curetis.*
Quibus verbis attentis, Judices Remissoriales debent 315
deputare alterum Notarium pro collatione, seu auscultatione per decretum, de quo constare debet in processu, ut animadvertit Cantelorus *cap.* 24. *num.* 35. a quo tamen recedimus, dum dicit *ibid.* quod ad majorem cautelam Procurator debet totum processum facere collationari; dicimus enim, quod hoc de necessitate fa-
ciendum est; quia expresse praecipitur in Litteris Re- 316
missorialibus; non autem ad cautelam, ut dicit ipse, & collatio debet fieri coram ipsis Judicibus, & de hoc etiam constare debet in processu; nec sufficit, ut talem collationem faciat Notarius Actuarius cum altero deputato, prout etiam expresse dicitur in dictis Litteris, ibi: *per vos ipsos*, &c. neque etiam satis est, ut constet de initio collationis coram Judicibus; sed debet constare de continuatione collationis totius processus, prout videtur clare ex eisdem Litteris, in quo recedimus a Jacobo Pignatello *tom.* 1. *consult.* 234. qui scripsit, quod sufficit, si constet de initio collationis coram Judici-
bus, Transumptum collationatum uterque Notarius de- 317
bet subscribere, cujus rei practicam citato Speculatore *in tit. de instrument. editione*, *§. ostensio num.* 4. posuit Cantelorus *d. cap.* 24. *num.* 35. qui dicit, quod
deinde Notarius Actuarius redigat in publicam formam 318
cum authoritate, & decreto Judicis, totum processum, & hoc ne in controversiam aliquando revocetur, quod
processus discordet ab originali. 319
Dicit etiam Pignatell. *d. tom.* 1. *consult.* 236. quod non inducit nullitatem, si constet de actuali obligatione processus, illiusque consignatione. Hoc dubium fuit agitatum in Abulen. *Canonizationis Sancti Petri de Alcantara*, in quo processu mandarunt, Judices fieri haec, quae praecipiuntur in Litteris, sed non constabat in processu de actuali adimplemento; dicebant enim *Scribentes pro Canonizatione*, quod cum processus fuerit Romae consignatus clausus, & sigillatus, praesumebatur, quod quae mandarunt Judices fuerint executa,
prout *Promotor Fidei* huic responsioni acquievit. An 320
autem processus sit nullus, si non fuerit subscriptus a Dominis Judicibus; negat Pignatellus *consult.* 237. *tom.* 1. Verum Nos dubitaremus; debet enim transumptum scribi a Judicibus, & sigillari propriis sigillis, prout in *sequenti capite* praxim ipsam ponemus; Expresse tamen recedimus a Pignatell. *d. tom.* 1. *consult.* 235 ubi dicit, quod Portitor processus non debet praestare juramentum se fideliter portaturum processum: hoc enim est expresse contra *decreta Sanctae Memor. Ur-*
ban VIII. & formam, traditam in Remissorialibus, 321
ut patet ex verbis supra relatis, & bene advertit Cantelorus *cap.* 25. *numer.* 20. neque haec forma tradita in Litteris Remissorialibus expresse adimpleri potest per aequipollens, ut scilicet consignari possit alicui legali personae non suspectae, ut ex pluribus firmare videtur Cantelor. *loco citato numer.* 21. & 23. *Sacra Congregatio* mandat, ut detur alicui speciali Portitori, &c. quem deputare debet Judices Remissoriales, & ab eo exigere juramentum.
Felix Cantelorus in nostro saeculo praestantissimus Romanae Curiae Advocatus praxim exequendi Litteras Re-

missoriales io hujusmodi causis in *cap. 23. num.* 8. breviter absolvit, dicens: *Prusentato rotulo Judicibus Subdelegatis, eoque, qua decet reverentia, recepto, & ceram Notaria, & testibus, si placet, operto, postquam subdelegationem acceptaverunt, Procurator, seu Promotor causa petit deputari Notarium quo actu causa scribat, & Nuncim, seu mandatarium, qui citationes, seu monitoria exequatur, & uterque jurare debet de fideliter exercendo officium sibi demandatum; & tutius est, ut juramentum, & deputationem Notarii, qui de suo juramento rogari non potest, recipiat alter Notarius, ipse vero Notarius Deputatus recipiat juramentum Nuncii, & alia acta in hujusmodi causa per se ipsum scribat. Deinde instat deputari locum loci, & horam audientia pro testibus recipiendis, & regendis omnibus actis usque tunc factis, juribus, & articulis productis, & in rotulo Remissoria contentis, inducit testes, & petit dicta jura, actu, & articulos probandos admitti, & quemlibet eorum moneri ad subjciendum se examini e & citari ad jurandum de veritate dicenda; & iis perattis recepeoque juramenta cum Judicis decreta deveatur ad examen, & prius testes super omnibus Interrogatoriis, deinde super articulis sigillatim recipiuntur.*

Perfecto examine, Judices ad Procuratoris instantiam decernunt trusumptari, seu fieri copiam processus in forma authentica & probante, & illam collationari, seu auscultari cum suo originali una cum alio Notario, ad hoc specialiter deputato, qui se in fine subscribit. Quod si aliqua jura, seu scriptura sunt compulsanda, seu extrahenda, Judex ad Procuratoris instantiam mandata illa compulsari, & sic compulsata, postquam fuerint collationata cum suis originalibus rite, & recte recognitis, inferuntur in processu. Postmodum interposito per Judices decreto, quod omnia fuerint legitime facta, Procurator instat processum claudi, & sigillari, & tradi alicui portiteri, ut deferat, & consignet Sacra Rit. Congreg. vel Rota Auditoribus, una cum litteris responsivis; super quibus omnibus Judex interponit decretum, & portitor electus jurat de fideliter deferendo, & consignando processum, prout habuit in mandatis. Tandem se subscribunt Notarii, seu Notarius, & Judices subdelegati, & apponunt proprium sigillum, quibus in fine supponitur legalitas facta per Episcopum, sive Communitatem, sive Judices, & processus clauditur, & sigillatur, & traditur portiteri jam electo, una cum litteris missivis, seu responsivis.

Hanc Cantelori praxim genericam magis dilucidare, & ad ipsam praxim methodumque, una cum formulis decretorum, citationum, & instrumentorum pro quolibet actu curavimus, ut *in sequenti capite*, & libenter substituimus hunc laborem pro Dei, ejusque Sanctorum gloria.

PRAXIS, ET MODUS

Exequendi litteras Remissoriales pro conficiendis processibus pro Beatificatione, seu Canonizatione Sanctorum.

Discussis dubiis, quæ oriri possunt io exeqoendis Litteris Remissorialibus pro conficiendis processibus pro Beatificatione, seu Canonizatione virorum, cum fama sanctitatis defunctorum; duximus hic apponere ipsam Praxim, & modum illas exequendi, uoa cum formulis citatioonum, decretorum, & instrumeotorum, quæ in dictis processibus fieri debent. Obtentis igitur litteris Remissorialibus, Procuratot coostitutus, qui versatus esse debet in bujusmodi materiis, debet procurare ut Episcopi, quibus directæ snot litteræ Remissoriales, cooveniant in aliquo loco Diœcesis, io qua fieri debee processus, magis apto, tam peo Episcopis, quam pro testibus examioandis, quibus jam simul unitis, debet eis præsentare memoriale, vel latina lingoa, vel vulgati sermone, conscriptum, ut sibi magis placebit, tenoris sequentis, v. g.

Illustrist. e Reverendist. Signori.

Monsignoe NN. Vescovo di N. Monsignor NN. Vescovo di N. Monsignoe NN. Vescovo di N. Giudici deputati dalla Congregatiooe de' Sacri Riti per la fabbrica del processo della Canoniazatione (o Beatificatiooe) del B. NN. della Congregatione (o Religione) N.

N*N. Sacerdote professo de' PP. NN. supplicando espone a loro Illustrissimi o Reverendissimi Signori, come essendo stato constituto speciale Procuratore nel processo da farsi nella Diocesi N. per la Canonizatione del B. N. dal Reverendissimo Padre Generale* (o pure *dal Molto Rever. Padre N. Procuratore Generale in specie deputato dal Padre Generale di detta Religione*) *cum potestate substituendi altri in partibus, intende intentare, promovere, e proseguire detta causa; & havendo ottenuto le Remissoriali, e Compulsoriali dalla Congregatione de' Sacri Riti, diretteu loro Illustrissimi, e Reverendissimi Signori, con l'altre lettere di Monsignor Illustrissimo Promotore della Fedo, diretto al Promotor fiscale della Corte Vescovale di questa Diocese N. & al Suppromotore eligendo dalle Signorie vostre Illustrissime; desiderando sommamente, che si dia principio alla fabbrica, espeditione del processo sopra tutto quelle, tanto preceduta, come susseguito dopo la Beatificatione del sudetta B. N. per la Diocese di* N. *conforme dicono le dette Lettere Remissoriali, al qual fine presenta il mandato di sua procura; supplica tanto le Signorie Vostre Illustrissime, che si degnino assegnare la giornata, l'hora, e'l luogo, ove possa l'Oratore presentare le Lettere predette Remissoriali, e farsi l'apertura d'esse co' debiti requisitö, & accettarsi la geurisdittione data a loro Illustrissimi Signori dalla detta Sacra Congregatione, destinarsi il Suppromotore della fede, il Notaro del processo, il luoga del luogo, i Cursori, le giornate, con le hore determinate, di matino, o di giorno, per poterse non sola cominciare, ma anche proseguire, e perfettionare il sudetto processo, servatis servandis, che il tutto &c.* si sunt duo Judices, in memoriali debet poni, & exprimi, quod eligit duos, nempe NN. & NN. staote, quod Episcopus N. est impeditus.

Præsentato dicto memoriali a Procuratore coram dictis Episcopis, iisdem debent mandare, ot citetur Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ cum destinatione diei, in qua aperiri debent Litteræ Remissoriales, quam citationem, seu mandatum, debet scribere Secretarius Episcopi Diœcesani in modum subseqoentem.

Illustris. & Reverendis. DD. D. NN. *Episcopus* N. *D.* NN. *Episcopo* N. *D.* NN. *Episcopo* N. *Viso supplici libello, eis porrecto per admodum Reverendiss Procuratorem &c. dictam petitionem admiserunt, si, & in quantum, & mandaverunt, vocari Promotorem Fiscalem Curia Episcopalis* N. *ad interessendum die ... qua computabitur ... Mensis .... anni .... hora .... in Capella sub invocatione Sancti* N. *constructa in Ecclesia Sancti* N. *Terra* N. *Diœcesis* N. *Præsentationi, Aperitioni, & Lectioni Litterarum Remissorialium SS. Rituum Congregationis, Acceptationi Jurisdictionis, Nominationi alterius Subpromotoris, Juramentis ab ipsis præstandis, ac Deputationi Notarii, Cursorum, Locorum, Dierum, & Horarum, pro confectione dicti processus; ac tandem ad dicendum contra mandata procurationis præfati Procuratoris, & Oratoris. Datum &c.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Delegatus Apostolicus.*
D. NN. *Episcopus* N. *Judex Delegatus Apostolicus.*
D. NN. *Episcopus* N. *Judex Delegatus Apostolicus.*
NN. Secretarius.

Deiode statim de hoc actu debet rogari aliquis publicus Noratius, qui de prædictis conficiat actum publicum io hac forma, v. g.

In Dei nomine. Amen. Anno a Nativitate *Domini Nostri Jesu*

Jesu Chirsti millesimo sexcentesimo, &c. Indictione..... die.... Mense.... hora.... Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri N. Divina Providentia Papa....anno ejus... Præsenti publico Instrumenta sit notum cunctis, quod in hac Terra hujus Diœcesis N. (si sit in Civitate, dicitur, quod hac Civitate, absque Diœcesis nominatione,) & proprie in Venerabile Ecclesia Sancti N. Ordinis...quorum Domum (& Conventum, si sit in aliquo Conventu) in habitationem, & locum residentiæ elegerunt Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. N. N. Episcopus N. D. NN. Episcopus N. D. NN. Episcopus N. coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis Episcopis, ut Judicibus specialiter a Sacrorum Rituum Congregatione deputatis ad effectum conficiendi in hac Diœcesi processum in causa Canonizationis B. N. & coram Admodum Rever. D. N. Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis N. meque infrascripto Notario publico, & Apostolica authoritate creato, atque ad hoc specialiter vocato, aliisque inferius exprimendis, comparuit Adm. Rev. D. N. Sacerdos professus ejusdem Religionis specialiter substitutus ad hunc effectum ab Adm. Rev. N. Procuratore generali ejusdem Religionis (si sit a Generali, dicitur, specialiter constitutus a Reverendissimo Generali,) specialiter constituto in dicta causa Canonizationis, cum facultate alios substituendi in partibus a Reverendissimo P. N. Generali, &c. prout docuit per publicum instrumentum, rogatum per NN. publicum Apostolica authoritate Notarium sub die, &c. quod realiter, & cum effectu exhibuit teneris sequentis, v.g. (inseratur totum mandatum procuræ, & in fine † locus signi, & si fuerit substitutus, debet etiam inscribi mandatum procuræ Procuratoris Generalis in specie constituti cum facultate substituendi) & habens præ manibus suis dictum instrumentum Procurationis, illud exhibuit, unacum infrascripto supplici libello in manibus præfatorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum D. NN. Episcopi N. D. NN. Episcopi N. & D. NN. Episcopi N. instando, ut dignarentur acceptare jurisdictionem, a Sacrorum Rituum Congregatione collatam ipsis met, ad finem formandi processum in præsenti causa Canonizationis B. N. non solum de his, quæ supervenerunt post concessam eidem B. N. venerationem; verum etiam quatenus opus sit, de iis, quæ illam præcesserunt; & ulterius assignare diem, & horam, in qua præsentari possint, & aperiri dictæ Litteræ Remissoriales, & Compulsoriales Sacrorum Rituum Congregationis cum litteris Illustrissimi, & Reverendissimi D. Promotoris Fidei pro inceptione prosecutione, & perfectione processus in causa prædicta, ac designari possint Subpromotor Fidei, Notarius Apostolicus, Actuarius processus, Cursores, & quævis alia ad hæc necessaria persona, necnon locus loci, cujus supplicis libelli tenor talis est (inseratur) Qui Illustriss. & Reverendiss. Domini Episcopi NN. N. dictam petitionem admiserunt si, & in quantum, & mandaverunt, citari Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis N. ad interessendum die... quæ computabitur... Mensis... currentis anni... hora... præsentationi, & aperitioni dictarum litterarum, acceptationi Jurisdictionis, nominationi alterius Subpromotoris, deputationi Notarii, Cursorum, dictarum horarum, & loco loci, & tandem ad dicendum contra ipsas litteras Procurationis, prout fuit per me executum. Super quibus omnibus, & singulis idem Procurator petiit a me infrascripto publico Apostolica authoritate Notario, ut unum, vel plura conficerem, atque traderem instrumentum, & instrumenta. Unde acta fuerunt hæc omnia in loco prædicto sub anno, mense, die hora, indictione, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus NN. NN. & aliis pro testibus ad præmissa vocatis, habitis specialiter, atque rogatis, debet immediate subscribi Judices

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Ego D. NN. Promotor Fiscalis Curiæ N. Subpromotor Fidei Deputatus interfui.

Ego D. NN. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, atque ad hunc actum specialiter vocatus, hoc præsens instrumentum subscripsi, meoque solito signo signavi requisitus † Hic facit suum signum.

Hoc instrumentum fit in folio volante.

Rosa de Execut. Lit. Ap.

Postea Notarius prædictus extendit citationem, juxta præceptum Dominorum Episcoporum Promotori fiscali Curiæ Episcopalis; & dicta citatio non erit incipienda a principio folii, sed debet relinqui vacuum pro extendenda relatione Cursoris, se citasse Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, postquam illam executus fuerit, & eam reproducit in actis Notario; ideo Notarius debet relinquere spatium vacuum in dicto folio citationis, proportionatum ad scribendam relationem sequentem.

Die Lunæ... mensis... anni... in Capella... Ecclesiæ Sancti N. Terræ.... (seu Civitatis) de sero hora.... coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & D. NN. Judicibus Deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem causæ Canonizationis B. N. assistentibus Adm. Rever. D. NN. Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis N. meque infrascripto Notario Apostolico, ad hæc specialiter vocato, & aliis, Clericus NN. Nuncius ordinarius dictæ Curiæ Episcopalis N. retulit, se die... mensis... anni.... personaliter citasse prædictum Adm. Rever. D. NN. Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis N. præsentem ad contenta in copia mandati procuræ Adm. Rever. Patris NN. Procuratoris deputati pro præsenti causa, & in citatione, quam sic executam, & per eum subscriptam mihi Notario ad hæc specialiter vocato dedit, & in actis meis dimisit tenoris sequentis, v.g.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. D. NN. Episcopi N. & D. NN. Episcopi N. Judicum deputatorum per Sacrorum Rituum Congregationem in causa Canonizationis B. N. pro Diœcesi N.

NOtum sit Adm. Rever. NN. Promotori Fiscali Curiæ Episcopalis N. qualiter coram nobis comparuit Adm. Rever. NN. Procurator specialiter constitutus (vel substitutus) pro faciendo processu Canonizationis B. NN. ejusdem Religionis (si sit Religiosus) a Reverendiss. Patre NN. Generali, (vel ab Admodum Rever. NN. Procuratore Generali Romæ existente, & Procuratore in specie pro dicta causa deputato a Reverendissimo Patre NN. Generali, cum facultate substituendi in partibus) prout docuit ex mandato Procuræ in authentica forma rogato manu NN. sub die, &c. in actis registrando, ejusdemque copia apud Dominationem suam Adm. Rever. relaxanda: præsentavit retulum Litterarum Remissorialium & Compulsorialium, nobis, ut Judicibus deputatis a Sacrorum Rituum Congregatione, directarum pro conficiendo processu in Civitate, & Diœcesi N. super iis, quæ supervenerunt post indultam eidem Beato venerationem, & quatenus opus sit, quæ illam præcesserunt, cum litteris Illustrissimi, & Reverendissimi Promotoris Fidei, eidem Vestræ Adm. Rev. Dominationi, & alteri Subpromotori Fidei a nobis eligendo directis, & instante dicto Adm. Rever. Patre Procuratore pro præsentatione in forma, & aperitione dictarum Litterarum, tam Remissorialium, quam Illustrissimi D. Promotoris, acceptatione Jurisdictionis, deputatione alterius Subpromotoris, Notarii Actuarii, Cursorum, locorum, dierum, horarum, & cæterorum, quæ aut in ipsis litteris mandantur, aut pro tali confectione processus opportuna videantur. Necnon pro prævia citatione Vestræ Adm. Rev. Dominationi facienda; ideo citatur, monetur, & requiritur Dominatio Vestra Adm. Rev. ad comparendum personaliter post præsentium executionem in Ecclesia Sancti N. & proprie in Capella Sancti N. in eadem Ecclesia constructa, pro die Lunæ, quæ computabitur.... mensis... currentis anni, hora.... ibique interessendum, dicendum contra litteras prædictas Procuratoris, & ad audiendum quodcunque desuper necessarium, & opportunum. Datum &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Delegatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Delegatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Delegatus Apostolicus.

D. NN. Notarius Apost.

Cursor Curiæ Episcopalis exequitur hanc citationem, & personaliter citare debet Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, relicta copia citationis, & mandati procuræ.

Promotor Fiscalis Curiæ debet respondere ita: NN. Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis N. citatus personaliter pro nunc dicit generalia, salvo, &c. & instat, nihil fieri

de reliquis, nisi servatis servandis, & ipso audito, ac præsente, nam in termino comparebit; alias protestatur, salvis, &c.

Postquam responsionem factam a Promotore Fiscali Curiæ, Cursor facit relationem manu Notarii, quam ipse Cursor subscribit manu propria in hanc formam.

Personaliter citavi supradictum Admodum Rever. NN. Promotorem Fiscalem Curiæ N. dimissa copia, tum citationis, tum etiam mandati procura, in manibus ejusdem D. NN. die... Mensis... anni... præsentibus NN.

Io NN. Cursore ordinario della Corte Vescovale N. refero, ut supra.

Executa citatione, Cursor eam consignabit Notario, qui in die intimata pro Sessione, in principio Sessionis eam coram DD. Judicibus, & Curiæ Episcopalis Promotore adducet, & in illa faciet relationem supra positam.

In hac Sessione pro die deputata debent fieri sequentia.

Primo Procurator in loco die, & hora destinatis comparere debet cum Litteris Remissorialibus Sacræ Congregationis; & si adsint Litteræ Subrogationis alterius Judicis, vel prorogationis termini, debet etiam producere, una cum litteris D. Promotoris Fidei, directis Promotori fiscali Curiæ Episcopalis illius Diœcesis, in qua fit processus, illasque præsentare dictis Judicibus, & D. Promotori fiscali; qui Judices, & Promotor fiscalis debent recipere litteras, & debent illas aperire, & tradere alicui Notario publico, ut eas legat; qui Notarius legit primo Litteras Remissoriales, & subrogatorias, vel prorogatorias termini, si quæ sunt; deinde litteras Domini Promotoris Fidei, directas Promotori fiscali Curiæ Episcopalis, &c.

Secundo lectis litteris, DD. Judices debent acceptare jurisdictionem, & se declarare Judices, & executores, juxta formam litterarum. Sicuti Promotor fiscalis debet acceptare dictum onus, & debet exhibere litteras sui officii, & ostendere DD. Judicibus, qui debent mandare exemplari copiam deputationis sui officii Promotoris fiscalis, & in actis conservari.

Tertio Procurator causæ debet instare pro omnimoda executione, prosecutione, & perfectione omnium, & Judices pro Tribunali sedentes in dicto loco destinato debent eligere Subpromotorem Fidei vigore facultatis, ipsis tributæ a Domino Promotore Fidei, & debent eligere virum Ecclesiasticum in aliqua dignitate constitutum, Doctorem bonæ vitæ, & experientiæ, &c. qui debet acceptare, &c. & se promptum ostendere.

Quarto facta dicta electione, & nominatione Subpromotoris, primus Episcopus in dicta Capella flexis genibus, & coram aliis Conjudicibus, Promotore Curiæ Episcopalis, & Subpromotore electo, præstat juramentum de fideliter exercendo, & de servando secretum, jurat super Dei Evangeliis, eaque osculatur, & deinde se subscribit manu propria; & successive secundus, & tertius Episcopus eodem modo, quo primus; deinde Subpromotor electus, & Promotor fiscalis Curiæ, qui etiam dicitur Subpromotor, jurant in manibus Episcoporum, seu Judicum, & in fine cujuslibet juramenti unusquisque se subscribit, & extenditur juramentum sigillatim uniuscujusque.

Quinto post emissa dicta juramenta DD. Judices ibidem adhuc permanentes, eligunt Notarium, & Actuarium processus, qui debet esse Ecclesiasticus, & etiam authoritate Apostolica constitutus, approbatus, fidelis, &c. & bonum erit, si ab alio Episcopo approbetur, qui Notarius, post ostensum suum privilegium, etiam præstat juramentum de fideliter exercendo, & Judices debent ordinare, ut accipiatur copia privilegii, & in actis conservetur; & si adest approbatio alterius in dignitate constituti, etiam ejus copia accipi debet a Notario.

Sexto debent Judices ibidem destinare Cursores pro exequendis citationibus, & mandatis, qui debent ostendere patentes sui officii, & debet accipi etiam copia, & in actis conservari, & etiam debent præstare juramentum de fideliter exercendo suum officium.

Septimo debent destinare locum, & locum loci, dies, horas, de mane, & de vespere.

His peractis, debet de omnibus prædictis confici instrumentum publicum per manum Notarii Apostolici, non tamen deputati pro conficiendo processu, & huic instrumento debent se subscribi Judices, & Subpromotores, nempe electus, & Curiæ Episcopalis Promotor, in sequentem formam.

In Dei nomine Amen. Præsenti instrumento publico cunctis pateat evidenter, & sit notum, qualiter anno a Nativitate, &c. Indictione, &c. die vero Lunæ v. g.... mensis ... Pontificatus autem Sanctissimi, &c. anno ejus, &c. in Civitate, &c. (vel *Terra* N. *Diœcesis* N.) *in Ecclesia Sancti, &c. & proprie in Capella dictæ Ecclesiæ sub invocatione, &c. coram Illustrissimo D.* NN. *Episcopo* N. *Illustrissimo, & Reverendissimo D.* NN. *Episcopo* N. *& Illustrissimo, & Reverendissimo D.* NN. *Episcopo* N (si sunt duo, duo tantum) *Judicibus per Sacrorum Rituum Congregationem deputatis in causa Canonizationis B.* N. (si fuerit Religiosus, ponitur Religio) *ac Adm. Rever. D.* NN. *Promotore fiscali Curiæ Episcopalis* N. *meque infrascripto publico, & Apostolica authoritate Notario, & aliis, comparuit Admodum Rever.* NN. (si fuerit Religiosus ponatur) *Procurator specialiter constitutus* (vel *substitutus*) *a Reverendissimo D. Patre* NN. *ejusdem Religionis Generali* (si sit substitutus dicatur *ab Admodum Rever. P.* NN. *Procuratore Generali, & specialiter constituto ad hanc causam cum facultate substituendi*) *prout ex procurationis mandato in actis præsentis causæ producto, & inserto, ac per me viso, habens, & in ejus manibus tenens litteras Remissoriales, & Compulsoriales in specie pro Diœcesi* N. *a Sacrorum Rituum Congregatione transmissas, Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Episcopis* N. NN. *vel duobus ex ipsis conjunctim Judicibus in causa prædicta Canonizationis B.* N. *clausas, sigilloque Eminentissimi, & Reverendissimi Dom. Cardinalis* N. *dictæ Congregationis Præfecti munitas* (si adsunt litteræ subrogatoriæ, & prorogationis termini, exprimi debet) *pro confectione dicti processus, omni, qua decuit, reverentia, & prædictis Illustrissimis Dominis Judicibus existentibus in dicta Capella Sancti* N. *exhibuit, & præsentavit una cum litteris Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Promotoris Fidei directis Admodum Rever. Promotori fiscali Episcopalis Curiæ* N. *ibique præsenti, & existenti clausis pariter, & sigillatis; quas quidem litteras iidem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D.* NN. *Episcopus* N. *&* NN. *Episcopus* N. *& D.* NN. *Episcopus* N. (si sunt tres) *unus post alium ad se se receperunt, & Dominus* NN. *Promotor prædictus ad se suas recipit; illasque aperuerunt, & mihi Notario infrascripto Apostolica authoritate creato, ad hujusmodi etiam actum ab eisdem præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis assumpto, consignarunt, easque publice legi, & coram omnibus recitari mandarunt; quas mihi consignatas a principio usque ad ultimum, primo loco scilicet Remissoriales, secundo loco litteras subrogatorias Judicis, & prorogationis termini* (si adsunt) *deinde litteras Illustrissimi, & Reverendissimi D. Promotoris Fidei recitavi, quarum litterarum Remissorialium tenor est sequens.*

Foris, &c. intus vero (inserantur totæ)

Tenor vero litterarum subrogationis, & prorogationis termini, talis est. Foris, &c. intus vero (inserantur totæ.)

Tenor denique litterarum Illustrissimi, & Reverendissimi D. Promotoris Fidei, directarum Adm. Rev. Promotori Fiscali Curiæ Episcopalis N. *& alteri Subpromotori Fidei deputando ab Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Episcopis Judicibus, &c. est: Foris, &c. intus vero* (inserantur.)

Audito itaque per eosdem Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos Judices supradictos toto earundem litterarum tenore, atque substantia, illisque recte consideratis a principio, usque ad finem, onus ipsis a dicta Sacrorum Rituum Congregatione in ejusdem injunctam libentissime susceperunt & acceptarunt, sese in Judices Executores omnium, in dictis litteris contentorum, declararunt, & ad unguem tenoris, & continentiæ formam exequi promiserunt, non solum modo, & forma præmissis, verum etiam omni alio meliori modo; sicuti etiam Adm. Rev. NN. *Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. ibidem præsens, prout docuit, mediante exhibitione litterarum deputationis sui officii, quas postquam præfati DD. Judices inspexerunt, eidem restituerunt. Data mihi per eundem illarum copia collationata ad effectum hic inserendi, tenoris inferius inserendi: demandatum sibi munus obedienter acceptavit, & ad illius executionem se promptum, & paratum exhibuit, omni meliori modo, ipsumque, ut nominatum ab Illustrissimo & Reverendissimo D. Fidei Promotore, in Subpromotorem Fidei dicti Domini Judices admiserunt.*

Tenor

Tenor autem supradictarum litterarum deputationis Promotoris fiscalis Curiæ Episcopalis N. talis est NN. Dei, & Apostolicæ, &c. inseratur totus Tenor dictarum litterarum, deinde: extracta est præsens copia a suo proprio originali exhibita ab Adm. Rev. D. NN. coram Illustrissimis, & Rev. Dominis NN. Episcopo N. &c. Judicibus deputatis, meque infrascripto Notario pro exemplanda præsenti copia, ac de mandato Dominorum Judicum Deputatorum eidem Admod. Rev. restituta; & facta per me prius diligenti collatione cum dicto originali, concordat, salvo, &c. & in fidem Ego NN. publicus authoritate Apostolica Notarius in Curia Romana descriptus præsentem feci, & me solito signo rogatus signavi, hac etiam die, &c. † signum, &c.

Super dictis omnibus per eundem Adm. Rev. NN. Procuratorem dictæ causæ auditis, sui muneris vices explendo, tum sui, tum suæ Religionis nomine institit penes eosdem Illustriss. & Reverendiss. Dominos præfatos Judices deputatos pro omnimoda executione, prosecutione, & perfectione omnium, &c. Qui quidem præfati DD. Judices ut supra deputati, pro Tribunali sedentes in medio dictæ Capellæ sub titulo Sancti N. sita in d. Ecclesia Sancti N. auditis instantiis prædicti Procuratoris illasque justas esse agnoscentes, & cum ista petentibus non sit denegandus assensus, munus injunctum explendo, litteris prædictis, & respective mandatis dictæ Sacrorum Rituum Congregationis obtemperando, virtute earundem litterarum, & in earum executionem, ac etiam utentes facultatibus in his Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Promotoris Fidei sibi attributis, in Subpromotorem deputaverunt, & nominaverunt Adm. Illustrem & Adm Rever. V. I. D. NN. ibidem præsentem, & onus hujusmodi in se sponte suscipientem, ter dicendo, terque replicando: Esto Subpromotor in præsentis fabricatione processus, omniaque facito, ad quæ jure teneris, & prædictus Adm. Illustris D. NN. Subpromotor Fidei electus & deputatus, ad unguem & reverenter omnia observare promisit; & immediate post acceptationem supradictæ jurisdictionis a præfatis DD Judicibus, ac deputationem dicti Subpromotoris Fidei præfatus Illustrissimus, & Reverendissimus D. NN. Episcopus N Judex deputatus genibus flexis ante Altare dictæ Capellæ sub titulo N. & coram præfatis DD. NN. Episcopo N. & NN. Episcopo N. Judicibus deputatis, ac etiam præfatis Dom. D. NN. Fidei Subpromotore, & D. NN. Promotore fiscali Curiæ Episcopalis N. & coram Fidei Subpromotore, meque infrascripto Notario, & aliis præsentibus, præstitit juramentum, juxta formam novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, in eisdem supradictis litteris expressam, tenoris sequentis, videlicet, Ego NN. Episcopus N. in præsenti causa Judex Deputatus (inseratur tota formula juramenti, & in fine addatur) & accepto calamo propria manu se subscripsit, videlicet, D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus, juro, ut supra (advertendum est, quod in fine debet tangere, & osculari Evangelia) deinde successive præfatus Illustrissimus, & Reverendissimus D. NN. Episcopus N. genibus flexis ante eodem Altare dictæ Capellæ coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis D. NN. Episcopo N. ac supradictis Subpromotoribus Fidei, meque infrascripto Notario, & aliis, præstitit juramentum ad formam prædictam, dicendo: Ego D. NN. Episcopus N. (inseratur eodem modo cum subscriptione propria, ut supra) & accepto calamo propria manu se subscripsit D. NN. Episcopus N. Judex, &c. juro, ut supra, & si adest tertius Episcopus, dicitur: & deinde successive Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus NN. Episcopus N. genibus flexis ante eodem Altare dictæ Capellæ coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. & supradictis RR. DD. Subpromotoribus Fidei, meque infrascripto Notario, & aliis, præstitit juramentum ad formam prædictam, dicendo: Ego NN. Episcopus N. Judex, &c. inseratur totum juramentum, ut supra, & accepto calamo, sed subscripsit propria manu, videlicet: Ego, &c. juro ut supra.

Et deinde successive coram præfatis DD. Judicibus pro Tribunali sedentibus in Capella prædicta. & Promotore fiscali Curiæ Episcopalis NN. meque Notario infrascripto, & aliis, Adm. Reverendus D. NN. Fidei Subpromotor electus, & deputatus genibus flexis tangendo Sacrosancta Dei Evangelia in manibus ipsorum DD. Judicum præstitit juramentum juxta formam novissimorum decretorum,

Rosa de Exeeut. Lit. Ap.

expressam in litteris Illustrissimi, & Reverendissimi D. Fidei Promotoris, dicendo: Ego &c. inseratur tota formula juramenti, & in fine) & accepto calamo propria manu se subscripsit, videlicet: Ego NN. Subpromotor electus juro, ut sup.

Et postmodum incontinenti prædictus admodum RR. D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. & Subpromotor Fidei deputatus coram præfatis DD. Judicibus, Subpromotore Fidei electo, meque infrascripto Notario, & aliis, tangendo Sacrosancta Evangelia in manibus dictorum DD. Judicum, genibus flexis, præstitit juramentum modo supradicto, dicendo: Ego NN. Promotor fiscalis Episcopalis Curiæ N. Subpromotor fidei (inseratur tota formula juramenti, & in fine) & accepto calamo propria manu se subscripsit: Ego D. NN. Promotor Fiscalis, &c. Subpromotor Fidei &c. juro, ut supra.

Et prosequendo ordinem dictarum litterarum præfati Illustrissimi DD. Judices deputaverunt NN. Clericum (vel Sacerdotem (Notarium authoritate Apostolica creatum, ibique præsentem, & acceptantem, in Actuarium ad fabricandum dictum processum, acta scribendum, & alia pro præmissis necessaria, & opportuna, peragendum, cum facultatibus necessariis, & opportunis; Qui quidem NN. Actuarius Notarius mihi cognitus, & approbatus ab Illustrissimo, &c. prout constat ex approbatione inferius, &c. dixit, se fuisse Apostolica authoritate creatum Notarium mediante sui privilegii exhibitione; quod postquam præfati DD. Judices inspexerunt, eidem restituerunt, data mihi per eundem illius copia collationata ad effectum hic inserendi tenoris sequentis, v. g. (inseratur totum privilegium) Extracta est præsens copia a suo proprio originali in pergamena scripto, mihi exhibito, & exhibenti restituto, cum quo facta collatione concordat, meliori collatione semper salva, & in fidem Ego D. NN. publicus Apostolica authoritate Notarius præsentem feci, & meo solito signo rogatus signavi in Terra N. die . . . mensis . . . . anni . . . .

Ego D. NN. Apostolica authoritate Notar.

† signum, &c.

Si adsit alia approbatio, inseratur.

Et post exhibitionem supradicti privilegii, præfatus NN. Not. Apostolicus, Actuarius deputatus genibus flexis coram præfatis DD. Judicibus, Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, & aliis tangendo Sacrosancta Dei Evangelia, in manibus ipsorum Dominorum Judicum præstitit juramentum, dicendo: Ego, &c. (inseratur) & accepto calamo propria manu se subscripsit: Ego, &c. juro, ut supra.

Pro citationibus vero faciendis, & aliis mandatis, & decretis executioni mandandis, cum facultatibus pariter necessariis, & opportunis, deputarunt Clericos NN. & NN. Cursores Curiæ Episcopalis N. ibidem pariter præsentes, & acceptantes; qui Cursores exhibuerunt patentes officii, quas postquam præfati Domini Judices inspexerunt, eisdem restituerunt, & datis mihi per eosdem illarum copiis collationatis ad effectum hic inserendi tenoris sequentis, v. g. (inserantur ambæ patentes) Extractæ sunt præsentes copiæ a suis propriis originalibus, exhibitis a supradictis NN. & NN. Cursoribus Curiæ Episcopalis N. coram Illust. & Rev. DD. Judicibus, ut supra deputatis, ac Adm. Rev Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario &c. pro exemplandis præsentibus copiis, ac de mandato prædictorum DD. Judicum eisdem restitutis, factis per me prius diligentibus collationibus, concordant cum dictis suis originalibus, melioribus collationibus semper salvis; & in fidem Ego D. NN. authoritate Not. ad hæc specialiter deputatus, hic me subscripsi, & signavi requisitus. In Terra, &c. hac die . . . Mensis . . . anni . . . Ego D. NN. Apostolica authoritate Notarius &c. apponitur signum Notarii †

Et post exhibitionem dictarum litterarum deputationis officii supradicti, Cursores deputati pro præsenti causa NN. & NN. unus post alium, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, & genibus flexis, juraverunt in ipsorum Dominorum Judicum, quod ipsi fideliter, omni dolo, & fraude remotis, eorum officium exercebunt.

Pro loco audientiarum deputaverunt Ecclesiam Sancti N. hujus Terræ (vel Civitatis) pro loco loco examinis, & juramentorum, Capellam prædictæ Ecclesiæ sub titulo Sancti N. ubi Sacra quotidie fiunt; elegerunt pro infirmis eorum Domum respective, salva, & reservata sibi ipsis facultate alia loca eligendi, prout opportunitas suadebit, & ipsis melius, & expediens visum fuerit; quibus in locis,

prout dictum est, mandaverunt, & ordinaverunt, confici processum, acta scribi, instantias, & alia monimenta, testiumque juramenta, & depositiones respective recipi.

Diesque audientiarum esse voluerunt singulos dies, preterquam in honorem Dei, & Sanctorum ejus feriatos, de mane, ab hora ... usque ad ... & de sero ab hora.... usque ad... usque ad mensem ... & post mensem.... de mane ab hora ....usque ad horam....& de sero ab hora .... usque ad horam...

Super quibus omnibus, & singulis premissis, tanquam rite, & recte, valide, & legitime gestis, & factis, petitum fuit per dictum Adm. Rev. NN. Procuratorem, ut in actis, a dictis DD. Judicibus pro Tribunali, ut supra, sedentibus, ut suam, dictique officii auctoritatem pariter, & decretum interponerent, cum suppletione defectuum. Qui Domini Judices, sicut supra, pro Tribunali sedentes, visis, auditis, ac omnibus mature discussis, super iis, suam, propriamque auctoritatem pariter, & decretum interponendum fore, & esse, dixerunt, prout solemniter interposuerunt, sanando omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui forsan in præmissis irrepserint quomodolibet.

Et demum instante supradicto NN. Procuratore, dicti Domini Judices mandaverunt, expediri citationem contra prædictos DD. Subpromotores pro die... Mense.... anni .... ad dicendum contra articulos, in actis de facto datos, nec non jura producta, & illa admitti ad videndum, illos, & illa admitti ad probandum, testes nominari, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum decerni.

Ex adverso autem supradicti Domini Subpromotores institerunt, nihil fieri contra formam dictarum litterarum, & ipsis non citatis, &c. Supradictis omnibus, & singulis a me Notario publico, Apostolica auctoritate creato (prout de tali creatione docui per exhibitionem mei Notoriatus privilegii, quod præfatis DD Judicibus prius ostensum, penes me retinui, relicta copia collationata, juxta mandatum dictorum DD. Judicum, in manibus Notarii Actuarii deputati pro præsenti processu ad finem illam inserendi in actis) petiit idem Admod. Rever. NN. Procurator ut unum, vel plura, publicum, seu publica conficerem, atque traderem instrumentum, vel instrumenta. Acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, die, Indictione, Pontificatu, & loco, quibus supra, præsentibus ibidem, audientibus, & intelligentibus R. D. NN. filio NN. & R. D. NN. filio NN. Provincia, &c. ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis, & in fidem omnium, quæ in hoc publico instrumento notata, & expressa sunt, &c.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex deputatus, & Delegatus interfui.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex deputatus, & Delegatus interfui.

Ego D. NN. Subpromotor Fidei electus, & deputatus interfui.

Ego D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. & Subpromotor Fidei interfui.

Ego D. NN. Subpromotor Fidei electus, & deputatus interfui.

Ego D. NN. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, quia præmissis omnibus interfui, & de illis rogatus extiti, ideo tum de apertione supradictarum omnium litterarum, tum de acceptione jurisdictionis, electione Subpromotoris, ac juramentis propriis manibus subscriptis prædictorum; Tum de deputatione, & electione Notarii Actuarii, Cursorum, dierum, horarum, loci, & loci loco, ac de juramentis dictorum Notarii, & Cursorum tum eorum omnium, quæ in supradictis asseruntur decreta a præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus, &c. pro formatione, prosecutione, & perfectione hujus processus, hoc præsens publicum instrumentum publicavi & subscripsi, meoque solito signo signavi, & sic publicatum NN. Notorio, Actuario, ut supra, deputato consignavi; & in fidem requisitus signavi.

Ego N. N. publicus Apostolica authoritate Notarius.

† ponatur signum,

Advertendum est, quod omnes copiæ productæ, nempe patentes Promotoris fiscalis, copiæ Notariatus, copiæ deputationis Cursorum, sunt in actis producendæ, & inserendæ.

Item advertendum est, quod DD. Judices cum subscribunt citationes, & mandata, non possunt apponere illam particulam *interfui*; sed solum cum subscribunt actus, in quibus interfuerunt.

Demum in hoc instrumento in qualibet copia debet poni signum Notarii, qui exemplavit copias, si est ipsemet Notarius, qui se rogat de instrumento.

Post dictum ultimum instrumentum, Notarius Actuarius deputatus ad scribendum, & conficiendum processum, debet registrare privilegium illius Notarii Apostolici, qui se rogavit de duobus prioribus instrumentis, a primo usque ad ultimum, & authenticare dictam copiam privilegii, dicendo: *Extracta est præsens copia a suo proprio originali scripto in charta pergamena, & exhibito a d.* NN. *Apostolica authoritate Notario, coram Illustriss. & Rev. DD. Judicibus D.* NN. *Episcopo* N. *D.* NN. *Episcopo* N. *& D.* NN. *Episcopo* N. *nec non coram Adm. RR. Fidei Subpromotoribus D.* NN. *Promotore fiscali Curiæ* N. *& coram me infrascripto Not. pro exemplando præsenti copia; ac de mandato prædictorum DD. Judicum Deputatorum, eidem* N. N. *restituto, facta per me prius collatione cum dicto originali, cum quo concordat, meliori semper salva, &c. & in fidem Ego* NN *publicus authoritate Apostolica* Notarius *ad hæc specialiter deputatus hæc me subscripsi, & signavi requisitus.*

† apponitur signum.

Successive procedendo, debet expediri citatio contra RR. Fidei Subpromotores, ad dicendum contra articulos, in actis datos, contra litteras subrogationis, si quæ sit, & contra litteras prorogationis termini, si etiam concessa fuerit; ad videndum articulos, prorogationem, & subrogationem admitti, & testes nominari, cum specificatione, & quodcunque decretum interponitur, quæ citatio fieri debet, seu expediri in antecedenti die ad comparendum altera die feriata, scilicet una die antecedenti pro altera sequenti, etiam feriata, in qua exequi debet. Citatio, ut diximus, scribi debet non in principio folii, sed debet remanere vacuum pro relatione facienda. Tenor vero citationis talis est.

NEAPOLITANA v. g.
Canonizationis B. N. (si sit Religiosus, apponitur.)

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. *Episcopi* N. *& D.* NN. *Episcopi* N. *Judicum Deputatorum.*

Citentur Adm. RR. Fidei Subpromotores D. NN. *Civitatis* N. *& D.* NN. *Promotor fiscalis Curiæ* N. *ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *pro loco Judiciali deputata, pro die Lunæ, quæ erit .... Mensis .... currentis anni.... de sero, hora... ibique ad dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, & excipere voluerint contra articulos, in actis de facto datos, necnon jura producta, & repetita.*

Imo ad dicendum, & excipiendum quicquid dicere, & excipere voluerint contra litteras subrogationis Judicis, & prorogationis termini, ultimo loco concessas a Sacr. Rituum Congreg. ad videndum dictos articulos, jura, & litteras subrogationis termini admitti; Testes nominari cum qualibet earum specificatione, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, & relaxari, pro die Martis, v. g. quæ erit ... mensis .... anni currentis ... de sero. Instante Admod. Rev. N. N. *Procuratore in actis. Datum in Terra* N. *in eadem prædicta Capella die ....mensis currentis anni....*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*

NN. *Civitatis* N. *Notarius Actuarius Deputatus.*

Facta hac citatione consignatur Cursori pro ea exequenda in illa die, quæ sit feriata, & R. D. Subpromotor electus debet respondere: D. NN. *Subpromotor electus citatus contra articulos, & jura producta, & contra litteras subrogationis, & prorogationis termini, pro nunc dicit generalia verba, &c. salvis juribus; & his salvis non posse deveniri ad aliquem actum ulteriorem: nisi servata forma litterarum, & servatis, & adimpletis decretis novissimis Sac. Rituum Congregationis, aliisque de jure servandis, alias protestatur.*

Promotor vero Fiscalis, & Subpromotor respondere potest D. NN. *Promotor Fiscalis Curiæ, & subpromotor Fidei deputatus inhæret replicatis per D. Subpromotorem electum, & instat, omnia fieri ipso, vel d. Domino Subpromoto-*

motore electe citato, præsente, quia comparabit in termino.

Cursor, executo citatione, facit relationem in calce dicendo: *Feci personaliter contra Adm. RR. Fidei Subpromotores, R. D. NN. Subpromotorem deputatum, & R. D. NN. Promotorem Fiscalem Curiæ, dimissa copia in manibus eorum hac die, &c.*

Io NN. Cursore deputato nella presente causa refero, ut supra.

Post intimationem citationis, Cursor eam reproducit in dicta præsentatione citationis executæ, & ideo in capite actis in die, qua cadit sessio destinata, quæ sessio in capite dictæ citationis fit relatio v. g. *die ..... Mensis currentis anni ... de sero, hora ... in Capella Sancti N. erecta in Ecclesia N. & pro loco loci deputata, & coram Illustriss. & Reverendiss. Dominis D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. Judicibus deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem in causa Canonizationis B. N. & coram Ad. RR. Fidei Subpromotoribus NN. & NN. Promotore Fiscali Curiæ &c. meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, NN. Nuntius* (seu *Cursor*) *deputatus retulit, sub die Lunæ Mensis .... anni currentis personaliter citasse prædictos DD. Subpromotores, ibidem præsentes, ad contenta in citatione, quam sic executam, & per eum subscriptam, relicta copia in eorum manibus mihi Notario, & Actuario reddidit, & in actis meis dimisit, tenoris sequentis v. g.* hic sequitur tenor citationis, ut supra.

Deinde in eadem sessione, facta relatione citationis executæ contra Subpromotores, debet comparere Procurator causæ Canonizationis, qui debet instare pro admissione articulorum &c. & debet jurare de calumnia, &c. & in sequentem modum debet scribere Notarius seu Actuarius,

Relatione facta, comparuit Ad. Rev. Pater NN. Procurator in præsenti causa, qui petiit, & instetit, procedi in causa prædicta ad ulteriora, ac repetiit articulos, & jura respective penes me Notarium Actuarium producta, & repetita, cæterasque; & specificavit materias, & nomina, cognomina, & habitationes Testium, juravitque de calumnia, dicta omnia exprimenda per sequentem comparitionem in actis meis registrandam sequentis tenoris v. g. Pro Reverendissimo Patre Generali Religionis &c.

Contra

Admodum RR. Dominos Subpromotores Fidei, & quoscunque,

Coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dom. D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & NN. Episcopo N. meque infrascripto publico, & Apostolica authoritate Notario, Actuario deputato, cum aliis, in termino dictæ citationis ad dicendum contra articulos, &c. pro hac die reproducta, comparet Ad. R. NN. Procurator prout de sua procurationis mandato constat per instrumentum publicum, exhibitum, & dimissum in actu præsentationis litterarum remissorialium; qui ad docendum de bono jure repetit dictam aperitionem litterarum, & instantias, factas coram eisdem præfatis Dominis Judicibus die .... Mensis ...., præsentis anni, ipsasque litteras, aliasque scripturas, jura, & monumenta quæcunque, præfata die producta, & repetita, in partem tamen & partibus favorabilibus tantum, & non alias, de quo &c. nec non medio juramento tactis &c. repetit, seu reproducit materias seu articulos, supra quibus debent examinari testes super iis, quæ supervenerunt post indultam B. N. Venerationem, ac etiam quæ præcesserunt, specificando materias, nomina, cognomina, & habitationes Testium, & respective inducit in testes subscriptas personas, habitantes in subscriptis locis, similique juramento jurat de calumnia in forma, petens &c. omni &c. salvo jure inducendi alios Testes.

Nomina Testium producendorum sunt NN. della Città (seu *Terra N. diocese &c.*) *Dottore dell' una, l' altra lege &c. figlio del quondam NN. e della quondam NN. di detta Città* (seu *Terra*) *habitante nelle proprie case nella N. vicino N.*

Et sic singulis, exprimendo semper proprium officium, & habitationem; & si fuerit fœmina, exprimitur maritus; & si fuerit mortuus, scribitur: *Uxor quondam N.* & cum Testis habitat in alienis domibus, hoc etiam specificandum est.

Post specificationem Testium Fidei Subpromotores citati debent instare, observanda esse quæcunque mandantur in litteris remissorialibus, & a novissimis decretis Sacræ Congregationis in inductione Testium ad præstandum juramentum, ac pro eorum examine, & nihil fieri, ipsis non auditis; & ita debet scribere Notarius: *Ex adverso autem dicti RR. Domini Fidei Subpromotores pro hac die, & hora citati, & ibidem præsentes, instetcrunt, bene observari quæcunque mandantur in litteris Remissorialibus, & a novissimis decretis Sacræ Congregationis in inductione testium ad præstandum juramentum, & pro eorum examine, & nihil fieri, ipsis non citatis; &c. alias &c.*

Deinde Domini Judices debent facere decretum, per quod admittunt articulos, si, & in quantum, & committere recognitionem testium Notario, & debent mandare, quod expediatur citatio contra Subpromotores ad videndum jurare testes, & ad exhibendum interrogatoria, & ita Notarius debet subsequenter scribere.

Qui Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. D. NN. Episcopus N. & D. NN. Episcopus N. Judices deputati, adhuc pro Tribunali sedentes in Capella præfata Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco judiciali destinata, explicatos testes, ac dicta jura, & articulos admiserunt, si, & in quantum, & illorum recognitionem mihi infrascripto Notario, Actuario deputato, commiserunt in forma; & mandaverunt, expediri citationem contra Admodum Rever. Fidei Subpromotores ad videndum jurare testes explicatos, & ad exhibendum interrogatoria pro die Lunæ, v. g. quæ computabitur ... Mensis ... anni præsentis ... in prædicto loco judiciali destinato,

De omnibus gestis in dicta Sessione ad instantiam R. Procuratoris fit instrumentum publicum cum insertione omnium, &c. & Notarius ita stipulatur: *Super quibus omnibus, & singulis, idem Rev. Pater NN. Procurator petiit a me infrascripto Notario Actuario, ut conficerem unum, seu plura instrumenta, publicum, seu publica; unde acta fuerunt prædicta in loco prædicto sub anno, mense, die, Indictione, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus NN. NN. & aliis, pro testibus, ad præmissa habitis, atque rogatis.*

Deinde subscribunt Judices, & Subpromotores.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. N. N. Subpromotor Fidei Deputatus interfui.

D. NN. Subpromotor Fidei promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. interfui.

Ego N. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & Actuarius Deputatus de præmissis requisitus præsens instrumentum subscripsi, & publicavi, meoque solito sigillo requisitus signavi.

† signum Notarii

Expleta hac Sessione, fit citatio contra Subpromotores ad videndum induci, & jurare testes, & ad producendum interrogatoria pro die certo; quæ citatio, ut diximus, non scribitur in principio folii, sed in medio, ut in principio fieri possit relatio in sequenti sessione. Tenor autem citationis talis est,

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N. Ordinis, &c.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dom. D. NN. Episcopi N. D. NN. Episcopi N. & D. NN. Episcopi N. Judicum deputatorum.

Citentur Adm. Rev. Fidei Subpromotores D. NN. & D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. & Fidei Subpromotor, ex adverso principales, ad videndum induci testes, illosque jurare de veritate dicenda in forma in præsenti causa Canonizationis B. N. necnon ad præsentandum interrogatoria, penes ipsos conservata, pro die Lunæ, quæ computabitur ... mensis .... præsentis anni ... de sero, hora deputata. Instante Ad. Rev. NN. Procuratore, ut in actis, Datum in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Subpromotores respondent.

D. NN. Subpromotor Fidei electus instat nihil fieri, nisi ipso præsente, & inhæret replicatis.

D. *NN. Promotor fiscalis, & Subpromotor Fidei, instat omnia fieri servatis servandis, ipso præsente, &c.*

Deinde Cursor facit relationem, se citasse Dominos Subpromotores personaliter, dimissa copia in eorum manibus, die &c. & se subscribit.

Adveniente die destinato, pro qua facta est citatio, existentibus DD. Judicibus in loco loci destinato, & hora audientiæ, Cursor reproducit citationem, & Notarius facit relationem in principio folii citationis: *Die Lunæ Mensis... præsentis anni... hora deputata, de sero in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *coram Illustriss. & Reverendiss. Dominis D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo* N. *Judicibus deputatis a Sacra Congregatione in causa Canonizationis B. N. & coram DD. NN. Subpromotore Fidei electo, & NN. Promotore Fiscali Curiæ* N. *& Subpromotore Fidei, meque infrascripto Notario, Actuario deputato, NN. Cursor in præsenti causa deputatus retulit, se die... mensis...... anni præsentis.... personaliter citasse prædictos Dominos Subpromotores, ibidem præsentes, ad contenta in citatione: quam sic executam, & per eum subscriptam relicta copia in eorum manibus, mihi Notario Actuario tradidit, & in actis meis dedit, &c.*

In dicta Sessione Procurator debet instare pro delatione juramentorum testium, ac pro deputatione dierum & horarum, tam pro juramento, quam pro inchoando examine; & versa vice Subpromotores replicare pro destinatione, &c. & quod testes sigillatim, & seorsim jurent, & non examinari, nisi altero ex eis citato, &c. & Promotor fiscalis, Subpromotor deputatus, debet consignare interrogatoria Judicibus, cum protestatione non aperiendi nisi in actu examinis cujuslibet testis, & semper claudi, donec erunt absolutæ depositiones omnium testium, & idem servari in depositionibus. Et Domini Judices debent recipere interrogatoria, quæ consignant Actuario Notario, &c. cum decreto semper servari clausa, & non aperiri, nisi in actu examinis, & claudi in fine cujuslibet, & signari cum propriis sigillis; & mandaverunt Procuratori, quod adducat testes, unum post alium, &c. Notarius vero ita scribit omnia pro conficiendo instrumento.

Relatione facta, comparuit Adm. Rev. N. N. Procurator dictæ causæ, ut in actis, & eo nomine institit, testibus deferri juramentum, & deputari dies, & horas, tum pro ipsorum juramento, tum pro inchoando, & prosequendo eorum examine, ut possit ad ulteriora procedi in causa prædicta.

Ex adverso autem comparuerunt Adm. RR. D. NN. *Fidei Subpromotor, & D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis* N. *etiam Subpromotor, & institerunt, non posse examinari in causa prædicta aliquos assertos testes, nisi pro die, & hora certis deputatis, ipsis, vel alterutri intimandis, specificatis prius materiis, nominibus, & cognominibus, & habitationibus testium, juramentoque de calumnia, & omnibus, intimatis, &c. & ulterius institerunt, quod testes inducendi, & examinandi, antequam deveniatur ad eorum examen, sigillatim, & seorsim præstent juramentum, juxta formam novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, jussu Sanctissimi Innocentii XI. editorum, in manibus præfatorum DD. Judicum, & per ipsos DD. Judices sigillatim, & diligenter interrogentur, & examinentur; & supradictus Ad. R. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis* N. *& Subpromotor habens in suis manibus interrogatoria Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Promotoris Fidei, penes quem conservabantur clausa, & sigillata in quodam plico, illa exhibuit, & facta produxit cum inscriptione foris tenoris sequentis v. g.* (inferatur subscriptio cum loco sigilli &c.) *quibus inhærendo idem Subpromotor protestatus fuit, illa non aperiri, nisi in actu examinis cujuslibet testis, & semper claudi, donec erunt absolutæ depositiones omnium testium, pro quibus etiam idem esse observandum, alias protestatus fuit de nullitate, omnibusque aliis, licite, & legitime protestandis non solum, &c. sed omni &c. Qui Illustrissimi, & Reverendiss. Dom. D. NN. Episcopus N. D. NN. Episcopus N. & D. NN. Episcopus N. Judices deputati, adhuc pro tribunali sedentes in dicto loco solitæ audientiæ præfatæ Capellæ Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *pro loco judiciali deputato, mihique infrascripto Notario Actuario dicta interrogatoria consignarunt, & jusserunt illa per me conservari, & non aperiri, nisi in actu examinis cujuslibet testis, & claudi in fine cujuslibet sessionis, una cum depositionibus ipsorum testium, usque dum absolvantur: & signari debere cum propriis eorum sigillis, nec posse aperiri, nisi in eorum præsentia, in principio cujuslibet sessionis, juxta novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis; & juxta dicta interrogatoria, decreverunt testes interrogari; & insuper mandaverunt dicto Promotori præsenti, quod induceret successive assertos testes, unum post alium, offerentes se separatim recipere illos, & per ipsosmet examinare, medio eorum juramentis, fideliter, & diligenter, & in omnibus servata forma dictorum novissimorum decretorum, & instantia Adm. Rever. Fidei Subpromotorum, determinando diem Lunæ quæ erit ... Mensis .... præsentis anni .... & successive singulos dies immediatos Martis, Mercurii, Jovis, & Veneris, de mane ab hora .... usque ad ... de sero, ab hora .... usque ad recipienda juramenta testium, & deinde ulterius alios quadraginta dies ad honorem Dei, & Sanctorum non feriatos, tam de mane ab hora .... usque ... quam de sero, ab hora ... usque ad horam .... ad inchoandum, prosequendum, & perficiendum, examen inducendorum testium in causa Canonizationis B. N. quod examen inchoabitur die Lunæ, quæ erit .... Mensis .... præsentis anni .... & continuabitur per totos supradictos dies quadraginta; & tandem mandaverunt expediri citationem contra dictos Dominos Subpromotores Fidei deputatos ad interessendum juramentis testium inchoandis a supradicto die Lunæ, quæ erit, ut supra ... & prosequendis per cæteros sequentes dies, usque ad diem Veneris inclusive, quæ erit .... horis deputatis, tam de mane, quam de sero; Nec non etiam expediri aliam citationem contra assertos testes ad præstandum juramentum in præfatis statutis diebus, & horis, & subjiciendum se examini in cæteris diebus, & horis ad hoc supra deputatis, super articulis præinsertis; & tota causa Canonizationis B. N. in hac Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco judiciali, & pro loco juramentorum, & examinis deputata.*

Deinde Notarius Actuarius facit rogitum, dicens: *Super quibus omnibus, singulis idem Ad. R. NN. Procurator petiit a me infrascripto Notario Actuario, ut conficerem unum, seu plura, instrumentum, & instrumenta, publicum, seu publica; unde acta fuerunt prædicta in loco prædicto sub anno, Mense, die, Indictione, & Pontificatu; quibus supra, præsentibus NNNN & aliis pro testibus, ad præmissa vocatis, habitis, atque rogatis.*

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Subpromotor Fidei electus, & Deputatus interfui.

D. NN. Promotor fiscalis Curiæ N. & Subpromotor electus interfui.

Ego NN. Publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & Actuarius Deputatus, de præmissis rogatus præsens instrumentum subscripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi requisitus.

† Locus signi.

Deinde expediuntur citationes contra Subpromotores ad interessendum præstationi juramentorum in Capella &c. pro diebus Lunæ, Martis &c. & contra testes ad præstandum juramentum in Capella &c. pro diebus &c. & ad subjiciendum se examini.

Tenor citationis contra Subpromotores est tenoris sequentis v. g.

NEAPOLITANA.

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dom. D. NN. Episcopi N. D. NN. Episcopi N. D. NN. Episcopi N. Judicum deputatorum in præsenti causa &c.

Citentur Ad. RR. Domini NN. Subpromotor Fidei electus, & deputatus, & D. NN. Promotor fiscalis Curiæ N. etiam Subpromotor deputatus ad interessendum in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco loci deputata, pro diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, &

Vene

Veneris, quae erunt .... Mensis ..., currentis anni ... de mane, ab hora ... usque ad horam ... de sero, ab hora ... usque ad horam ... juramento testium examinandorum, quorum jam fuerunt specificata materia, nomina, cognomina, & habitationes, suisque joratum de calumnia, & aliis, prout in actis. Instante R. NN. Procuratore, ut in actis. Datum in eadem Capella Sancti N. Ecclesiae Sancti N. in hac Civitate, (vel Terra) die &c.

D. NN *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*
D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*
D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*
NN. Notarius Actuarius, &c.

In hac citatione Subpromotor electus debet replicare, nihil fieri, nisi ipso praesente, & interveniente, & sic Promotor fiscalis Curiae Subpromotor.

Cursor facit relationem, se intimasse personaliter, & reliquisse copiam in manibus dictorum, &c. & subscribit.

Tenor vero citationis testium talis esse debet.

NEAPOLITANA.

Canonizationis B. N

De mandato Illustr. & Rever. Dom D NN. Episcopi N. D. NN Episcopi N. & D. NN. Episcopi N Judicum deputatorum in praesenti causa.

Citentur infrascripti testes nominati pro diebus Lunae, Martis, Mercurij, Jovis, & Veneris, quae erunt .. Mensis ... currentis anni ... de mane ab hora ... usque ad horam ... de sero, ab hora ... usque ad horam ... ad praestandum juramentum, seu jurandum de veritate dicenda; & deinde pro aliis diebus quadraginta, ad honorem Dei, & Sanctorum ejus non feriatis, tam de mane, quam de sero, horis jam supradictis, incipiendo a die ... quae erit mensis ... ad subjiciendum se examini super articulis, seu materiis articulatis, praesentatis, & tota causa Canonizationis B. N. & aliis, prout in actis, in Capella Sancti N. Ecclesiae Sancti N. hujus Civitatis, (vel Terrae) pro loco juramentorum, & examinis deputata. Instante Rev. NN. Procuratore, ut in actis. Datum, &c. in Capella, &c.

D NN. *Episcopus N. Deputatus Apostolicus,*
D NN. *Episcopus N. Deputatus Apostolicus,*
D. NN. *Episcopus N. Deputatus Apostolicus;*
NN. Notarius Actuarius, &c.

Nomina Testium, &c.

In die Lunae, pro qua est facta citatio, cursor reproducit citationes executas contra Subpromotores, & contra testes, & in citatione contra Subpromotores in principio folii fit solita relatio per Notarium, dicendo: *die Lunae .. Mensis ... currentis anni .. in Capella, &c.* pro ut supra in aliis citationibus, eodem modo, & forma, &c. in illa vero contra testes scribit solum *Reproducta die Lunae &c.* in qua debet fieri relatio per cursorem, se citasse testes personaliter in diebus, & se subscribit.

In dicta die Lunae existentibus DD. Judicibus, & Subpromotoribus de mane, hora statuta in dicta Capella Sancti N. Ecclesiae Sancti N. ibidem comparere debet Rever. Procurator, & inducere testes ad praestandum juramentum; qui testes unus post alium, sigillatim, & seorsim, debent praestare juramentum de veritate dicenda, prout in formula, nuper edita jussu Sanctissimi Domini Nostri, & etiam continetur in Remissorialibus, & debent jurare, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, & postea manu propria se subscribere, *Ego &c.* & qui nescit scribere, facit signum Crucis, & qui non intelligit linguam latinam, praestat juramentum praedictum in lingua vulgari, quibus juratis, Notarius conficere debet publicum instrumentum de tali actu, tenoris sequentis, vg.

In Dei nomine. Amen. Anno &c. indictione, &c. die vero Lunae ... Mensis .. intus Capellam Sancti N. Ecclesiae Sancti N. Terrae (vel *Civitatis N.*) *pro loco loco deputata, de mane, hora ....; & coram Illustriss. & Reverendiss. Dom. D.* NN. *Episcopo* N. *D.* NN. *Episcopo* N. *et D. NN. Episcopo N. Judicibus deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem in praesenti causa Canonizationis B. N. & coram Adm. RR. D. NN. Subpromotore Fisci deputato, & D. NN. Promotore fiscali Curiae Episcopalis N. etiam Subpromotore deputato, meque infrascripto Notario, Actuario deputato, & aliis; Constitutus Adm. Rever. NN. Procurator Canonizationis B. N. & eo nomine induxit infrascriptos testes super articulis, & materiis articulatis, & tota praesenti causa; & primo induxit in testem in actis nominatum, & citatum NN. Civitatis N aetatis annorum ... filium quondam NN & NN. qui genibus flexis coram eisdem Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, Actuario deputato, & aliis, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, praestitit in manibus dictorum Dominorum Judicum juramentum, juxta formam novissimorum Decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, dicendo: Ego NN* (inseratur totum juramentum) *et accepto calamo propria manu se subscripsit: Ego NN. juro, ut supra.*

Deinde successive, etc. eodem die mense, loco, ut supra, horis deputatis, et coram eisdem Illustr. et Rever. Dominis Judicibus, et eisdem DD. Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario, et aliis supradictis, R. NN. Procurator induxit in testem, etiam in actis nominatum, et citatum NN. aetatis annorum ... filium, etc. qui genibus flexis, etc. ut supra.

Et sic continuatur, & in instrumento inseruntur juramenta omnium ad verbum, ut supra. Quia vero non omnes possunt jurare in una sessione; ideo sessione dissoluta, Notarius ita debet subjungere.

His praedictis testibus expeditis, Adm Rev. NN. Procurator, ut in actis, reservata sibi facultate alios exprimendi praesentatis, et nominatis testibus in actis inducendi, tam hodie, quam sequentibus statutis diebus, et horis, institit, et petiit a me infrascripto Notario, Actuario, ut de omnibus, et singulis supra jam dictis unum, seu plura, instrumentum, seu instrumenta, publicum, seu publica, conficerem; unde acta fuerunt praedicta in loco praedicto sub anno, die, indictione, et Pontificatu, quibus supra, praesentibus NN. NN. et aliis pro testibus, ad praemissa vocatis, habitis, atque rogatis.

D. NN. Episcopus N. &c. interfui.
D. *NN. Episcopus N. &c. interfui.*
D. NN. Episcopus N. &c. interfui.
D. NN. Subpromotor Deputatus interfui.
D. NN. Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis N. & Subpromotor interfui.

Ego NN. publicus Apost. Authoritate Notarius, & Actuarius deputatus, de promissis rogatus praesens instrumentum subscripsi, & publicavi, & meo solito signo signavi requisitus.

✠ signum &c.

Cum vero sit alia Sessio pro testium juramentis accipiendis, fit eodem modo, & solum mutatur dies, & hora &c. Et cum omnium testium juramenta recepta fuerint in ultima sessione haec infrascripta subjicienda sunt.

Quibus omnibus expeditis, & expletis receptionibus instrumentum, testium in actis nominatorum, ac etiam citatorum, Ad. NN. Procurator, reservata sibi facultate nominandi, & inducendi alios testes, si opus fuerit, pro interim institit designari, & statui diem ad inchoandum examen dictorum testium, ad hunc effectum expediri citationem praeviam contra dictos Ad. RR. Subpromotores Fidei ad interessendum dicto examini &c. necnon aliam praeviam citationem contra dictos testes ad subjiciendum se examini. Et ex adverso Domini Subpromotores institerunt, dictum examen non inchoari, nisi ipsis praesentibus pro certis diebus, & horis, intimatis, &c.

Qui Illustrissimi, & Reverendissimi Judices mandaverunt, expediri dictas citationes pro die Lunae, quae erit .. Mensis ..... currentis anni ... & aliis triginta novem diebus sequentibus, in honorem Dei, ejusque Sanctorum non feriatis, tam de mane, quam de sero, horis deputatis, ut supra etiam decreverunt, prout illico per me fuerunt expedita.

Super quibus omnibus, et singulis idem praefatus Adm. R. D. NN. Procurator petiit a me infrascripto Notario, et Actuario, etc. ut in aliis supra. *Acta sunt etc. praesentibus* ut supra in aliis rogatis,

D. NN. Episcopus N. etc. interfui.
D. NN. Episcopus N. Judex etc. interfui.
D. NN. *Episcopus* N. *Judex etc. interfui.*
D. NN. *Subpromotor electus interfui,*
D. NN. *Promotor fiscalis, etc. et Subpromotor interfui,*
Ego NN. *Publicus etc.* ut in aliis supra.

✠ signum, &c

Deinde expediuntur citationes, tam contra Subpromotores ad interessendum in loco &c. pro die &c. & hora &c. & contra testes ad subjiciendum se examini pro die &c. & hora &c. in loco &c.

Tenor citationis contra Subpromotores talis est.

NEA-

NEAPOLITANA.
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. NN. &c. ut sup.

Citentur Ad. RR. Fidei Subpromotores, & D. NN. &c. & D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. & eo nomine ex adverso principales, ad comparendum pro die Lunæ, quæ computabitur .. Mensis ... currentis anni ... de mane, ab hora ... usque ad horam ... & de sero, ab hora ... usque ad horam .... in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. Terræ N. pro loco examinis deputata, ibique interessendum examini testium in actis nominatorum, ac juratorum, per D. NN. Procuratorem, ut in actis inductorum; quod examen pro dicta die deputata inchoabitur in eisdem horis supra jam deputatis, tam de mane, quam de sero, non solum dicta die Lunæ, sed etiam per alios quadraginta dies sequentes, ad honorem Dei ejusque Sanctorum non feriatos continuabitur. Instante eod. R. N. N. Procuratore, &c. Datum in Ter. (vel Civitate &c.) in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. die &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus, & ita subscribunt alii, ut supra.

NN. Notarius Actuarius Dep.

In hac citatione respondere debet primus Subpromotor, non inchoari examen, nisi ipso præsente; nam comparebit in termino, sibi notificato. Promotor fiscalis, & Subpromotor inhæret replicatis, & nihil fieri, nisi servatis servandis.

Cursor debet facere relationem, se citasse personaliter dictos relicta copia, ut in aliis relationibus, & se subscribit.

Tenor vero citationis testium est v. g.

NEAPOLITANA.
Canonizationis B. N.
De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum, &c. ut supra *Judicum, &c.* ut supra.

Citentur infrascripti testes nominati ad subjiciendum se examini super articulis, seu materiis articulatis in tota præsenti causa Canonizationis B N. & aliis, prout in actis, intus Capellam Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. hujus Civitatis (vel Terræ) pro loco examinis deputatam: quod examen inchoabitur die Lunæ, quæ erit ... de mane, ab hora ... usque ad horam .. & de sero, ab hora .. usque ad horam ... tam de mane, quam de sero, non solum in dicta die Lunæ, sed etiam per quadraginta dies sequentes, ad honorem Dei, ejusque Sanctorum non feriatos, prodictum examen continuabitur. Instante R. D. NN. Procuratore &c. Datum &c. in Terra &c. in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. die &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Apostolicus Delegatus. Et ita alii Judices &c.

Nomina Testium &c.

NN. Notarius Actuarius Dep. &c.

Proponuntur nomina testium, & per cursorem fit relatio in die, qua eos citavit.

In die Lunæ destinata pro examine de mane, existentibus DD. Judicibus in Capella, &c. cursores præsentant citationes, & in illa contra RR. Subpromotores in capite folii, ut diximus, ita scribere debet Notarius relationem v. g. *Die Lunæ ... Mensis ... currentis anni ... de mane, hora deputata in Terra &c. intus Capellam Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco examinis deputatam, coram Illustr. & Rever. Dom. NN. &c.* (ut supra) *Judicibus deputatis pro Tribunali sedentibus, & Adm. RR. DD. NN. & Fidei Subpromotoribus deputatis, &c. NN. Promotore fiscali Curiæ N. etiam Subpromotore deputato, meq. infrascripto Notario Actuario; NN. & NN. Nuncii, & cursores in præsenti causa electi retulerunt, ipsos citasse personaliter diebus ... Mensis. ... currentis anni ... testes descriptos in sequenti citatione ad contenta in ipsa. Nec non etiam præfatus NN. cursor retulit, se die Martis .. Mensis .. currentis anni ... personaliter citasse supradictos Ad. RR. Fidei Subpromotores, hic ibidem præsentes, ac contenta in citatione; quas citationes sic executas, & per eos subscriptas, mihi Notario deputato tradiderunt, & in actis meis dederunt: tenens, &c.* ut supra.

Facta hac relatione Judicibus sedentibus in dicta Capella cum assistentia Subpromotorum, vel uno ex dictis, Procurator inducit primum testem exprimendo nomen, cognomen parentum, patriam, habitationem, & ætatem; qui testis coram eisdem Judicibus, & Subpromotoribus præstat de novo juramentum manibus, ut supra, & se de novo subscribit in fine juramenti; quo præstito discedit Promotor, & alii, si adsunt, remanentibus duntaxat Judicibus, Subpromotoribus, & Actuario, aperiantur interrogatoria & testis examinatur prius super interrogatoriis; deinde super articulis; & expleto examine, debet legi statim testi, qui illud debet ratificare, & injungitur ei præceptum denuo de servando secreto. Clauduntur interrogatoria, & depositio sub plico sigillatu sigillis DD. Judicum, & Subpromotorum, & testis firmat suam depositionem. Notarius autem extendit totum hunc actum examinis.

In Dei Nomine. Amen. Anno, &c. indictione &c. die &c. Pontificatus, &c. intus Capellam &c. locum destinatum ad examen, &c. coram Illustr. &c. NN. *&c. pro Tribunali sedentibus, & Ad. RR* NN. *Subpromotore deputato &c. & D.* NN. *Promotore fiscali &c. meque infrascripto Notario Actuario, &c. Constitutus Ad. R. D.* NN. *Procurator, ut in actis, et eo nomine induxit in testem super articulis, et materiis articulatis in tota præsenti causa Canonizationis B. N. Magnificum* NN. *ætatis suæ annorum ... Terra, etc. Provinciæ, etc. ibidem commorantem in suis propriis Domibus in Platea .. hue vocatum, et præsentatum, ac in actis nominatum, et citatum, filium quondam* NN. *et* NN. *Provincia prædicta, qui per supradictos DD. Judices admissus fuit, et alias præstitit juramentum, juxta formam novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, et iterum hodie ad majorem cautelam repetiit, et reiteravit juramentum, genibus flexis, et tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, in manibus ipsorum Judicum dicendo: Ego, etc.* (& inseritur juramentum) *et accepto calamo propria mano se subscripsit, videlicet: Ego, etc. juro ut supra.*

Quo expleto, et etiam secloso dicto Adm. Rever. N. *Procuratore, processum fuit per eosdem DD Judices ad examen supradicti testis, ut supra, qui primo super interrogatoriis Fisci, quæ per me in quodam plico bene clauso, et sigillato, fuerunt præsentata in manibus dictorum DD. Subpromotorum, et ab ipsis exhibita præfatis Illustr. et Reverendissimis DD Judicibus deputatis, in quibus observato prius sigillo Illustr. et Rever. Domini Fidei Promotoris, ac suprascriptione ejusdem plici, fuerunt aperta, et deinde super articulis, seu materiis articulatis, ac tota præsenti causa; et ab eisdem Illustr. DD. Judicibus interrogatus præsentibus prædictis Ad RR. DD. Fidei Subpromotoribus ut infra, dixit, et deposuit v. g.*

Interrogatus juxta primum interrogatorium sibi lectum, et per ipsum bene auditum, et intellectum, ut asseruit.

Respondit, etc.

Juxta secundum, etc. interrogatus.

Respondit, etc. & sic de singulis.

Finitis interrogatoriis.

Et deinde ad articulos in præsenti causa. In primis super primum articulum, etc. interrogatus.

Respondit, etc.

Super secundo articulo, etc. interrogatus.

Respondit, etc. & sic super aliis; quibus finibus finitis, Notarius legit depositionem totam ipsi testi, & deinde subjungit.

Et finito dicto examine, in continenti lecta per me Notarium etc. de mandato dictorum Illustrissimorum Judicum ad eorum præsentiam, Subpromotorum, et testis, integre de verbo ad verbum tota depositione, in eadem dictus testis perseveravit, ac illam ratificavit; et recordato ipsi juramento jam facto de servando secreto in omnibus, quæ dixit, aut audivit, mihi mandaverunt; quod factis subscriptionibus, tum testis, tum propriis, et Subpromotorum, ac mei Notarii, tam interrogatoria, quam depositiones in quodam plico bene clauderentur, ac sigillis propriis, et Subpromotorum sigillarentur, non aperienda de novo, nisi in eorum præsentia, et in principio alterius Sessionis, juxta novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis. Testis autem, accepto calamo propria mano, se subscripsit, videlicet.

Io N. N. *ho deposto per verità quanto di sopra, mano propria.*

Ego D. NN. *Episcopus* N. *Judex deputatus Apostolicus inserfui.*

Et sic

Et sic alii Judices se subscribunt.

Ego N. N. Subpromotor Fidei electus interfui.

Ego N. N. Promotor fiscalis Curiæ N. & Subpromotor electus interfui.

Ita est N. N. Notarius Actuarius Deputatus, &c.

Omnes Sessiones, in quibus testes examinantur, & ipsa testium examina incipi, & finiri debent, ut supra positum est, & solum mutatur dies, in quo continget examen, & etiam mutatur si fuerit de mane, vel de sero, & semper apponitur hora, locus, &c. juxta præcedentem formulam.

Si vero in una Sessione non potuerit finiri examen unius testis, ut sæpe contigit, tunc dimittitur examen in terminis, in quibus reperitur, & Actuarius dicit: *Fuit dimissum examen ob tarditatem horæ animo continuandi, & iterum interrogandi: & lecta per me Notarium de mandato Illustr. & Rever. DD. Judicum integre jam facta depositione ad intelligentiam ipsorum Subpromotorum & testis, hic in eadem perseveravit, & illam ratificavit; & recordato ipsi testi juramento jam factu de servando secreto in omnibus, quæ dixit, & audivit; mandaverunt, quod factis subscriptionibus, tum testis, tum propriis, tum Subpromotorum, ac mei Notarii, tam interrogatoria, quam depositiones jam facta clauderentur, & obsignarentur sigillis propriis; ne Subpromotorum, in quodam plico, non aperienda de novo, nisi in eorum præsentia, & in principio alterius examinis, juxta novissima decreta, &c. Testis autem, accepto calamo, propria manu se subscripsit.*

Io N. N. ho deposto per verità quanto di sopra, mano propria.

Ego N. N. Episcopus N. Judex Apostolicus Delegatus interfui, &c.

Et ita alii duo Episcopi.

Ego N. N. Subpromotor electus interfui.

Ego N. N. Promotor Fiscalis Curiæ, &c. Subpromotor electus interfui.

Ita est N. N. Notarius, Actuarius Deputatus.

Cum vero incipitur alia Sessio pro continuando examine ejusdem testis, tunc principium fit: *Eadem die de sero, vel die ... de mane, hora ... intus &c. & coram Illustr. & Rever. DD. N. N.* ut supra &c.

Constitutus Adm. Rever. N. Procurator, (prout supra & additur) *de novo induxit supradictum N. N. testem in actis nominatum, citatum, hic præsentem, ad finem continuandi suum examen, qui dato de novo juramento in manibus Illustr. & Rever. DD. Judicum, dicendo, &c.* (inseritur de novo juramentum cum ejus subscriptione.)

Quo expleto, &c. (sequitur, ut supra.)

Et finito dicto examine, in continenti lecta, &c. ut supra, & subscribit testis, ut supra.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Sic subscribunt alii Episcopi.

Et subscribunt Subpromotores, ut sup.

Ita est N. N. Notarius Actuarius Deputatus, &c.

Notandum est, quod primum instrumentum primi examinis, est idem cum omnibus subsequentibus in assertiva, & formula; differt tamen primum a subsequentibus: quia in primo fit tantum mentio de plico interrogatoriorum sigillato sigillo Domini Promotoris Fidei; in sequentibus autem, non solum fit mentio dictorum interrogatoriorum, sed etiam depositionum jam factarum, sigillatarum cum sigillis Judicum, & Subpromotorum, &c.

Et post juramentum dicitur: *Quo expleto, & etiam secluso extra Adm. Rever. D. N. N. Procuratore, processum fuit ad examen dicti testis, qui ab ipsismet Illustr. DD. Judicibus Deputatis, præsentibus Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, fuit examinatus, & interrogatus, &c. aperto prius ab eisdem Illustr. DD. Judicibus plico, in quo erant clausa, & eorum sigillis, ac Subpromotorum bene obsignata, interrogatoria, & depositiones jam facta, &c. unde, &c.*

Et ad hunc modum semper continuatur examen testium; & si contingat examinari rudes, vel fœminas, juramentum extenditur in lingua vulgari, & in lingua etiam vulgari inseritur, &c. & postea Notarius dicit: *Et quia scribere se nescire dixit, ideo accepto calamo propria manu signum Crucis designavit,* v. g. ✠

Item notandum est, quod, cum non finitur in una Sessione examen unius testis, in altera Sessione non incipitur examen, *In nomine Domini,* sed sufficit dicere, & incipere, ita: *Eadem die, de sero,* v. g. *hora &c. vel die.... de mane, hora, &c. intus, &c. & coram eisdem, &c.* ut supra.

Finito testium examine, & proprie in illa Sessione, in qua finitur examen Rever. Domini Subpromotores instare debent DD. Judicibus, ut procedatur ad electionem, & deputationem aliorum testium, ex officio examinandorum, juxta novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis jussu Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XI. & actus fit in hanc formam.

Eadem die Lunæ, v. g *mensis ... anni &c. coram præfatis Illustriss. & RR. DD. N. N. &c. adhuc pro Tribunali sedentibus, in Capella supradicti Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. meque infrascripto Notario Actuario, deputato, Constitutus Ad. Rev. N. N. Subpromotor deputatus, cui etiam inhærens D. N. N. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N etiam Subpromotor, ibidem præsens, institit, quod, cum jam fuisset completum examen omnium testium nominatorum in actis, & per Rev. NN. Procuratorem inductorum, procedatur ad nominationem, & electionem aliorum testium ex officio vocandorum, & examinandorum pro observatione decretorum novissimorum Sacrorum Rituum Congregationis, jussu Sanctissimi Domini editorum; ideo cum effectu institit, procedi per dictos Dominos Judices ad dictam nominationem, ad finem exequendi mandata dictæ Congregationis Sacrorum Rituum, & perficiendi processum in causa prædicta, servatis servandis.*

Qui Domini Judices, audita supradicta, & consideratis decretis Sacrorum Rituum Congregationis, & præcipue primis, & secundis, sedulo consulentes inter se circa talem electionem, & nominationem testium de consilio, & approbatione dictorum Dominorum Fidei Subpromotorum, assistentium, audientium, acceptantium, nominaverunt dictos testes examinandos in causa prædicta ex eorum officio servata forma dictorum decretorum, videlicet Rev. D. NN. & D. NN. utpote bene informatos, & de gestis in hac Civitate (vel Terra) fideque dignos illos existimantes; & præfati DD. Judices mandaverunt mihi infrascripto Notario Actuario deputato, expediri citationem contra prædictos testes ad se præsentandum coram ipsis, ad finem præstandi juramentum, juxta formam novissimorum decretorum, ac se subjiciendum examini, tam super interrogatoriis, quam super articulis in actis præsentatis pro tota præsenti causa Canonizationis B. N. decernendo diem Jovis v. g...... *Mensis .... anni ... pro receptione juramentorum de mane hora .... & quatuor sequentes dies, tam de mane, quam de sero, horis deputatis pro inchoando, & perficiendo eorum examine. Nec non expediri aliam citationem contra dictos Dominos Subpromotores Fidei ad interessendum juramentis, & examinibus prædictorum testium intus hanc eandem Capellam Sancti N. hujus Ecclesiæ Sancti N. statutis diebus, & horis.*

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a me Notario Actuario infrascripto, ut unum, vel plura, conficerem, ac traderem, publicum, seu publica, instrumentum, vel instrumenta, die, mense, anno, quibus supra.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita alii Domini Episcopi.

Ego D. NN. Subpromotor Fidei Deputatus interfui.

Ego D. NN. Promotor fiscalis Curiæ N. & Subpromotor Deputatus interfui.

Ita est NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Deinde fit citatio contra Subpromotores, ad videndum juramentum testium, videlicet,

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum &c. (ut supra.)

Citentur nominati &c. NN. Subpromotor deputatus, NN. Promotor fiscalis Episcopalis Curiæ N. & Subpromotor deputatus, ad interessendum juramentis testium, nominatorum per dictos Illustrissimos Dominos D. NN. Episcopum N. (& sic de aliis) *Judices &c. ex officio examinandorum in tota præsenti causa Canonizationis B. N.*

juxta

juxta novissima decreta &c. ut supra pro die Jovis ...... Mensis ... anni ... de mane hora ... in Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. pro loco juramentorum, & examinis deputata. Datum &c.

Quam subscribunt Judices, ut supra.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotor respondet, quod juramenta recipiantur juxta formam decretorum &c.

Sic Promotor fiscalis Curiæ &c. inhærendo protestatur, &c.

Deinde fit relatio, ut supra.

Expeditur etiam citatio ad testes.

N E A P O L I T A N A

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum, &c. ut supra.

Citentur infrascripti testes nominati ex officio per Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos præfatos Judices ad comparendum in Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. Terra, &c. pro loco juramentorum, & examinis deputata, coram eisdem Illustrissimis Dominis Judicibus, ad præstandum juramentum in eorum manibus super Sancta Dei Evangelia, juxta formam &c. pro die Jovis, v. g. quæ erit ... Mensis ... currentis anni ... de mane hora ... & deinde ad subjiciendum seipsos examini pro tota præsenti causa Canonizationis B. N. in quatuor sequentibus diebus, ad honorem Dei, & Sanctorum ejus, non feriatis, tam de mane, ab hora ... usque ad horam ... quam de sero, ab hora ... usque ad horam ... incipiendo a die Veneris, v. g. ... Mensis ... anni ... Instantibus Adm. RR. Fidei Subpromotoribus. Datum in prædicta Capella die, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic alii Domini Episcopi.

Nomina Testium, &c.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Fit relatio cursorum.

Adveniente die Jovis de mane, existentibus Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus in dicta Capella, cursores præsentant citationes executas, & in illa testium scribit Notarius: *reproducta die Jovis ... Mensis ... anni ....*

Contra Subpromotores in initio folii citationis, ut supra dictum est, facit solitam relationem incipiendo: *die Jovis ... Mensis ... &c. de mane hora, &c. in Terra, &c. seu in Civitate, &c. intus Capellam Sancti N. Ecclesia Sancti N. pro loco juramentorum, & examinis deputatis pro Tribunali sedentibus, & coram Ad. RR. D. NN. Fidei Subpromotore, & D. NN. Promotore fiscali, Curia Episcopalis N. Subpromotore deputato, meque infrascripto Notario Actuario deputato, NN. & NN. cursores, & nuncii in præsenti causa* (si vero fuerit unus nuncius, fit in numero singulari) *retulerunt, se citasse personaliter diebus ... testes, in sequenti citatione descriptos, ad contenta in ipsa, necnon supradictus NN. nuncius retulit, se die ... Mensis ... anni, &c. citasse personaliter supradictos Dominos Fidei Subpromotores, ibidem præsentes ad contenta in citatione, quas sic executas, & per eos subscriptas, mihi Notario deputato tradiderunt, & in actis mei Notarii dederunt.*

Eadem die de mane, & ibidem existentibus DD. Judicibus cum Subpromotoribus, & debent testes ex officio citati præstare juramentum, &c. & Notarius debet conficere rogitum publicum tenoris sequentis v. g.

In Dei Nomine. Amen. Anno a Nativitate, &c. Indictione ... die vero Jovis, quæ computatur ... mensis .... de mane, hora ... Pontificatu, &c. intus Capellam Sancti N. Ecclesia Sancti N. Civitatis, &c. pro loco juramentorum, & examinis deputata, & coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B. N. & coram Adm. RR. Dominis D. NN. & D. NN. Subpromotoribus Fidei, omnibus pro Tribunali sedentibus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, constitutis personaliter R. D. NN. ætatis suæ annorum ... filius quondam NN. & NN. ætatis suæ annorum ..... filius qu. NN. Testes jam electi, & nominati per dictos Illustriss. & Reverendissimos Dominos Judices ex officio examinati in supradicta causa Canonizationis B. N. pro observantia novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis; qui per dictos Dominos Judices admissi, flexis eorum genibus, & tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, in manibus ipsorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Judicum, præsentibus NN. & NN. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Actuario deputato, & aliis, præstiterunt juramentum juxta formam prædictorum decretorum, unus post alium, & primo præfatus NN. dicendo: Ego, &c (inferatur juramentum) *& calamo accepto propria manu se subscripsit. Ego, &c. & deinde immediate in eodem loco, & coram eisdem in manibus prædictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D.* NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *præstitit suum juramentum, dicendo: Ego, &c.* (inferatur) *& calamo accepto, &c. Ego, &c.*

Quibus expeditis, præfati Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices decernendo sequentem diem Veneris ..... mensis ... currentis anni ... pro inchoando examine prædictorum testium mandarunt mihi infrascripto Notario Actuario deputato, ut expedirem citationem contra Ad. Rev. Fidei Subpromotores, ad interessendum examini, inchoando dicta die Veneris de mane, & de sero, horis deputatis, & continuando per alios tres dies sequentes, in honorem Dei, ejusque Sanctorum non feriatos, tam de mane, quam de sero, horis deputatis; eandemque expedirem etiam contra testes prædictos examinandos ex officio, prout illico fuerunt per me expedita, &c. & tandem, ut de prædictis omnibus publicum, seu publica, conficerem, atque traderem, instrumentum & instrumenta, &c. Unde acta fuerunt prædicta in loco prædicto, sub anno, mense, die, indictione, Pontificatu, quibus supra, præsentibus NN. NN. *filiis quondam* NN. *&* NN. *&c. & aliis pro testibus ad præmissa vocatis, habitis, atque rogatis.*

D. N. N. *Episcopus* N. *Judex, &c. interfui;* & sic alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. *Notarius Apostolicus Actuarius, etc. de præmissis, etc.* ut supra in aliis.

Statim vero expeditur citatio ad Subpromotores ad interessendum examini, & ad testes ad se subjiciendum examini.

Tenor citationis ad testes talis erit.

N E A P O L I T A N A

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum Deputatorum, etc.*

Citentur Adm. RR Fidei Subpromotores D. NN. *et D.* NN. *ex eorum nominibus, ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesia Sancti* N. *Terra, etc. pro die Veneris, quæ erit ... mensis ... anni .... de mane hora ... ibique ad interessendum examini testium per præfatos Illustr. et Rever. Dom Judices ex officio nominatorum, quod examen dicta die inchoabitur de sero, et continuabitur etiam per alios tres subsequentes dies, ad honorem Dei, ejusque Sanctorum, non feriatos, tam de mane, quam de sero horis deputatis; ita mandantibus dictis Illustrissimis, etc. pro observantia decretorum novissimorum Sacrorum Rituum Congregationis. Datum etc. in dicta Capella, etc.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Apostolicus deputatus, etc.* Et ita alii.

NN. *Notarius Actuarius de mandato.*

Subpromotor electus respondebit, *non procedi etc. nisi ipso præsente, etc.*

Promotor fiscalis, & Subpromotor inhærebunt dictæ responsioni.

Fieri debet a cursore modo, ut supra.

Tenor citationis ad testes.

N E A P O L I T A N A

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (ut sic de aliis) *Judicum Deputatorum, etc.*

Citen-

Citentur infrascripti testes, nominati ex officio per præfatos Illustrissimos DD. Judices juxta mandata novissima, &c. ad subjiciendum seipsos examini in tota præsenti causa Canonizationis, &c. & alii, prout in actis in Capella, &c. Ecclesia, &c. Terra, &c. pro loco examinis deputata, pro die Veneris, quæ computabitur.... Mensis.... anni... de mane, hora, &c. quod examen continuabitur dicta die sero, & per alios tres subsequentes dies, ad honorem, &c. tam de mane, hora... quam de sero, hora... ita mandantibus præfatis Illustr. & Reverendiss. Dominis Judicibus, &c. Datum in Capella, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, &c. & ita alii duo Judices &c.

Nomina citandorum.

NN. Notarius Actuarius Deputatus, &c.

In die autem destinata de mane pro inchoando examine testium ex officio, convenientibus DD. Judicibus, Fideique Subpromotoribus, cursores reproducunt citationes jam executas, & in illa contra testes scribitur solum: *Reproducta die Veneris*, &c. quæ &c. In altera vero contra Subpromotores, &c. in principio folii fit relatio modo, & forma, quibus supra.

Die Veneris &c. de mane, hora.. in Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. pro loco examinis deputata, coram Illustrissimis, &c. & coram NN. NN. Fidei Subpromotoribus, NN. Cursor retulit, se personaliter citasse testes in hac sequenti citatione descriptos die.. Mensis... anni.. &c. ad contenta in ipsa; ac etiam personaliter citasse supradictos RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes ad contenta in d. citatione, die... Mensis, &c. quas citationes, sic executas, &c. ut supra in aliis relationibus.

Finita relatione, incipit examen, quod incipitur, prout in aliis testibus, videlicet:

In Dei Nomine. Amen. Anno &c. die vero Veneris, quæ computatur... Mensis.... hora... intus Capellam Sancti N. Ecclesia Sancti N. Terra, &c. pro loco examinis deputatam, & coram Illustriss. & Reverendiss. Domino D. NN. Episcopo N. (& sic de aliis,) *Judicibus deputatis, & coram Ad. R. NN. & NN. Fidei Subpromotoribus, &c. omnibus pro Tribunali sedentibus, meque infrascripto, &c. personaliter constitutus ex mandato præfatorum Dominorum Judicum, &c. R. NN. Terra N. ætatis suæ annorum... habitans, &c. filius NN. Testis ex officio electus per præfatos Illustriss. & Reverend. Dom. Judices pro observantia novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregatione, præcedente instantia Ad. RR. DD. Subpromotorum, & alias præstitit juramentum juxta formam, & iterum nunc repetiit, & reiteravit ad majorem cautelam in manibus dictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Judicum, & accepto calamo, propria manu se subscripsit, &c.*

Quo expleto processum fuit per eosdem Dominos Judices ad examen dicti testis; qui primo super interrogatoriis fisci, quæ per me una simul cum antecedentibus depositionibus in quodam plico prædictorum sigillis obsignato, fuerunt præsentata in manibus Ad. RR. Dominorum Subpromotorum, & per ipsos in manibus dictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Judicum, & ab ipsismet aperto, & deinde super articulis, seu materiis articulatis pro tota præsenti causa Canonizationis B. N. & a prædictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus, præsentibus Adm. RR. Dominis Fidei Subpromotoribus, fuit immediate examinatus, & interrogatus, ut supra.

Interrogatus juxta primum, &c. Respondit, &c. ut supra, & sic de aliis interrogatoriis; *Et deveniendo ad articulos in præsenti causa datos, &c. in primis, &c.* ut supra, & sic aliis.

Et finito dicto examine, &c. (ut supra, dictum est in aliis testibus.)

Testis autem accepto calamo, &c. ut supra.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus, Apostolicus interfui.

Et sic alii Episcopi, & Subpromotores, ut supra.

Ita est NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Si vero examen non finitur in una Sessione, observandum est, ut supra.

Deinde examinatur alius testis ex officio modo, & forma, ut sup. & incipitur examen ut supra. *In Dei Nomine. Amen, &c.* & semper examen uniuscujusque testis ita incipitur; licet si non finiatur in una sessione, tunc in alia sessione examen non ita sit incipiendum, sed ut diximus: *Eadem die, vel die, &c. hora in eadem Capella, &c. & coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis, &c.* ut supra, & si testis evacuasset interrogatoria in primo examine, & solum deponere debeat super articulis, non dicitur: *Et primo super interrogatoriis, deinde super articulis*; sed dicendum est: *Cum jam interrogatoria essent evacuata in præcedenti sessione, fuit examinatus, & interrogatus super articulis, & super primo dixit, &c.* ut supra.

In ultima sessione examinis, & finalis depositionis testis dicitur: *Et finito dicto examine, incontinenti lecta per me Notarium, &c. de mandato Illustr. & Rever. Dominorum Judicum, tota jam facta depositione integre ad præsentiam ipsorum Dominorum Judicum, & Subpromotorum, testis hic eadem perseveravit, & ratificavit, et approbavit; et recordato ipsi testi juramento jam facto de servando secreto in omnibus, quæ dixit, et quæ audivit, mandarunt præfati Illustriss. et Reverendiss. Domini Judices mihi infrascripto Notario, etc. quod factis subscriptionibus testis propriis, Subpromotorum, ac mei Notarii, tam interrogatoria Illustr. et Rever. Fidei Promotoris, quam præsentes, ut omnes antecedentes depositiones, cum jam esset completum examen, in processu præsenti causa Canonizationis B. N. reponerem, prout fuerunt reposita.*

Testis autem accepto calamo, etc. Ego, etc.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

D. NN. Subpromotor Fidei Deputatus interfui, etc.

D. NN. Promotor fiscalis Curiæ Episcopalis N. Subpromotor interfui.

Ita est NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Expleto examine, si Procurator causæ vult præsentare scripturas pro dicta causa, debet comparere coram Dominis Judicibus, in dicto loco existentibus, instare pro earum receptione, & Judices debent mandare, ut citentur Subpromotores, quibus auditis admittere debent scripturas &c. & actus fit hoc modo per instrumentum, seu rogitum publicum Notarii Actuarii.

In Dei Nomine. Amen. Anno Domini.. indictione... Pontificatu, etc. die vero Jovis.... mensis.... intus dictam Capellam, etc. pro loco loci Judiciali deputatam, coram Illustrissimis, etc. Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, etc. Adm. Rev. NN. Subpromotoribus Fidei, omnibus pro Tribunali sedentibus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, et aliis, comparuit Adm. R. NN. Procurator, ut in actis, qui exhibuit nonnullas scripturas, pertinentes ad cultum, et venerationem B. N. &c. quapropter, ut actus ipse debita solemnitate non careat, ad hoc ut possint recipi, et in processu præsentis causa reponi, instetit citari Adm. R. Fidei Subpromotores ad diem certam, et destinatam ad videndum illas admitti, recognosci, et in processu reponi. Ex adverso autem Domini Subpromotores insteterunt dictas scripturas bene observari, nihil fieri, nisi ipsis intimatis pro certa die. Qui Illustrissimi, et Reverendissimi, etc. audita instantia supradicti Rever. Procuratoris, scripturas prædictas mihi infrascripto Notario Actuario consignarunt, ad finem illas recognoscendi; necnon mandarunt, expediri citationem contra Ad. Rever. Fidei Subpromotores, ad videndum illas exhiberi, et admitti, ad dicendum, et excipiendum quicquid etc. ad diem Veneris, quæ erit... mensis... de mane, hora.. in Capella, etc. prout illico fuit expedita.

Super quibus omnibus, et singulis petitum fuit, etc. unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, etc. ut in aliis.

Ego NN. *Episcopus* N. *etc.* (ut supra) *interfui.*

Et ita alii Domini Judices subscribunt, ac etiam Subpromotores, ut supra.

Ego NN. *publicus authoritate Apostol. Notarius Actuarius deputatus de præmissis, etc. præsens instrumentum, etc.*
✠ signum, &c.

Expeditur citatio.

NEA-

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. &c. (semper pooouotur nomina Judicum) *Judicum Dep.*

C*Itentur Adm. Rever. NN. & NN.* ut supra, *Fidei Subpromoteres, ad comparendum in Capella, &c. pro loco, &c. ad diem Veneris, quæ erit ... Mensis .... currentis anni ... de mane hora .. coram præfatis Illustr. &c. ad videndum exhiberi aliquas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. ejusque Canonizationem, illasque admitti, & in processu præsentis causæ reponi; necnon ad dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, & opponere voluerint, &c. contra, & adversus dictas scripturas. Instante Ad. Rev. NN. Procuratore, ut in actis. Datum, &c. in Capella, &c.* Et subscribunt Judices more solito.

Executa citatione, io qua respondere debent Subpromotores: *Placet*; & subscripta a cursore cum relatione, ut supra, debet reproduci in die sessionis deputatæ; & in principio folii a Notario fit relatio, ut in aliis citatioibus dictum est.

Io die sessinnis facta relatiooe, prout io aliis, Procurator debet de nuvn instare cerram Judicibus, & Subpromotoribus, pro Tribuoali sedeotibus in Capella; Et Nos ita scribere debet.

Relatione facta, comparuit Ad. R. NN. Procurator, ut in actis, & repetiit scripturas per ipsum jam exhibitas coram Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, & per eosdem mihi infrascripto Notario, Actuario traditas, ad effectum illas recognoscendi, &c. & institit, cum effectu illas admitti, & in processu reponi; & ex adverso DD. Subpromotores insteterunt, velle illas adhuc recognoscere, & bene observare, antequam aliquid de ipsis decernatur. Et statim fuerunt exhibita per me infrascriptum Notarium prædicta scriptura jam per me recognita, in manibus dictorum Dominorum Judicum, & Fidei Subpromotorum; quarum prima incipit, &c. (inseratur) *secunda, incipit, &c.* inseratur; & sic de aliis, si plures sint.

Quas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. per dictos Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos D. NN. Episcopum N. (& sic de aliis Judicibus) *Judices deputatos in causa prædicta, visas, auditas, lectas, & recognitas, observatis etiam subscriptioibus, sigillis, & legalitatibus, in eis existentibus, nil in contrarium opponentibus Admodum Reverendis DD. Fidei Subpromotoribus, illas admiserunt, si, & in quantum; & mihi infrascripto Notario Actuario consignarunt, mandaruntque, illas reponi in processu hujusmodi causæ, prout fuerunt per me reposita in actis præsentis processus, &c.*

Subsequuntur debitæ subscriptiones Judicum, & Subpromotorum per verbum *interfui*.

Si vero Procurator velit producere personas, in quibus miracula patrata sunt, & eorum sanitatem superviventium dedocere, quod valde est utile; io hac etiam Sessiooe post admissas scripturas debet instare, se velle præsentare personas, quæ aut vitam, aut sanitatem miraculose recepissent ex intercessione B. N. cum cæteris annexis, &c.

Et tuoc Notarius post dicta verba: *Fuerunt reposita in actis præsentis processus*, statim subjungit: *Et quia prædictus Admodum Reverendiss. D. NN. Procurator, &c. ulterius institit, velle præsentare personas aliquas, quæ aut vitam, aut corporis sanitatem miraculose fatebantur, vel per ipsos, vel per suos parentes recepisse, & intercessione, & invocatione prædicti B. N. cum cæteris annexis; et per incolumitatem, qua adhuc ad præsens fruuntur, magis miracula, qualia esse supponebat, elucescerent, magisque constaret, quam potens sit apud Deum intercessio dicti B. N. ideo adhunc finem, ut actus ipse sua solemnitate non careat, institit, debere etiam expediri citationem contra Adm. Rever. Subpromotores Fidei ad interessendum certa die pro dicta præsentatione, &c.*

Qui Illustriss. &c. Judices, &c. adhuc pro Tribunali sedentes, maodarunt, etiam dictam citationem expediri contra &c. ad comparendum in dicta Capella pro die Lunæ, &c. de mane, &c. hora, &c. ibique dicendum, &c. quicquid dicere voluerint, &c. contra dictam præsentationem, & videndum quodlibet, &c. Datum, &c. & sic postea fioitur actus, & Sessio cum solito rogitu *Super quibus omnibus, &c.* cum debitis subscriptioibus, ut dictum est.

Citatio est tenoris sequentis.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis Judicibus) *Judicum, &c.*

C*Itentur Ad. RR. NN. & NN. Subpromoteres Fidei ad comparendum in Capella &c. pro loco &c. pro die Lunæ, quæ computabitur &c. ... mensis &c. anni &c. de mane, vel sero, coram dictis Illust. &c. ibique ad interessendum præsentationi aliquarum personarum, quas intendit, et institit producere Ad. Rev. NN. Procurator in attestationem miraculorum, ab ipsis receptorum; ad quæ probanda dicebat testes induxisse, ut per incolumitatem, qua fruuntur, adhuc ad præsens magis obtineatur intentus; necnon ad dicendum, et excipiendum quicquid, etc. contra, et adversus dictam præsentationem, et scripturas, quæ ad ipsam facerent. Instante, etc. Datum etc. in Capella, etc.*

Subscribunt Judices dictam citationem, ut supra.

Ego NN. Notarius, etc.

Cursor, seu nuncius, citat Subpromotores, qui respondere debent, & instare nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & cursor facit relationem solitam.

Die destinata pro sessiooe, cursor reproducit citationem, & Notarius io principio folii facit relatiooem, ut supra coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus.

Facta relatione, existentibus Judicibus io loco, &c. pro Tribuoali, &c. debet Procurator producere sigillatim unamquamque personam, in qua miraculum est patratum, & fit rogitus publicus.

In Dei Nomine. Amen. Anno etc. Indictione, etc. Pontificatu, etc. die, etc. de mane, etc. in Capella, etc. coram Illustrissimis, et Reverendissimis Dominis D. NN. *Episcopus* N. *etc.* (& sic de aliis) *Judicibus, etc. et Ad. RR.* NN. *et* NN. *Fidei Subpromotoribus, constitutus Ad. Rever.* N. *Procurator, etc. ut in actis, præsentavit* NN. *filium* NN. *ætatis annorum ... ad finem, ut videatur, et agnoscatur prout dictus* NN. *Pater, dicta* NN. *Mater Conjuges, habitantes, etc. ibique præsentes delato ipsis juramento ad Sancta Dei Evangelia, declaraverunt, et deposuerunt* (hic narratur miraculum) & sic successive de aliis.

Deinde fit rogitus, ut supra in aliis instrumentis, & in fine: *Acta sunt hæc, etc. anno, etc. loco, etc. præsentibus, etc.*

Subscribunt Judices, & Subpromotores per verbum *interfui*.

Ego NN. *Notarius præsens, etc.* & finit prout in aliis.

✠ signum, &c.

Si vero compulsari debent scripturæ, penes alios existentes; tunc Judices debent mandare conservatoribus scripturarum, ut infra aliquem competentem terminum exhibeant in actis Notarii Auctuarii scripturas originales ad effectum trasumptandi; & productis scripturis origioalibus penes eos existentibus debent citari Subpromotores, ad dicendum contra jura producta, & repetita, & ad videndum mandari extrahi copiam jurium in actis productorum, illaque transumptari, & transumpta collationari cum suis originalibus, modo, & forma, quibus supradictum est, &c. cum eisdem citatioibus, & decretis, mutatis mutandis; & quando jura indigent recognitione, debent examinari testes super eorum recognitione, citatis Subpromotoribus, & post recognitionem dictarum scripturarum fit transumptio earum, ut dictum est, citatis, &c.

Completis omnibus, debet Procurator comparere in loco destinato, &c. & ibi coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, repetere jura omnia producta, & instare citari Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura, &c. & videndum interponi decretum judiciale, ac declarari per Dominos Judices, o-

omnia

omnia, & singula fuisse acta juxta formam Litterarum remissorialium, & Notarius conficere debet instrumentum, ut sequitur:

In Dei Nomine. Amen. Anno &c. Indictione, &c. Pontificatu, &c. die Martis..., Mensis.. de mane, hora.. intus Capellam, &c. Deputatum, &c. coram Illustriss. & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. &c. (& sic de aliis) *Judicibus &c. & coram Adm. RR. NN. Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, comparuit Ad Rev. NN. Procurator, ut in actis, & eo nomine repetiit omnia jura prædicta; & petiit, decerni citationem contra Adm. Reverendos Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura prædicta quæcunque, & quandocunque producta, reproducta, & repetita, & videndum interponi decretum Judiciale, & declarari per Dominos Judices, ut supra, omnia, & singula fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, & Compulsorialium, ac novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis.*

Ex adverso autem prædicti Domini Fidei Subpromotores institerunt pro quocunque actu faciendo servari debere omnia, quæ in dictis Litteris, &c.

Qui Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, adhuc pro Tribunali sedentes, mandarunt, expediri citationem contra præfatos Reverendos Subpromotores Fidei ad dicendum contra jura producta, & repetita; & videndum per eos interponi decretum judiciale, & declari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum, & novissimorum decretorum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad diem Jovis.... Mensis.... anni.... in eadem Capella, &c. de mane, hora deputata. Super quibus omnibus, & singulis, &c. petiit, &c. præsentibus, &c. ut supra.

Subscribunt DD. Judices, & Subpromotores per verbum *interfui*.

Ego N. Notarius, &c.

Locus ✠ signi &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.*

Citentur NN. NN Fidei Subpromotores ex adverso principales ad comparendum in Capella, &c. pro die Jovis.... Mensis.... currentis anni, &c. de mane hora .. ad dicendum contra jura quæcunque, & quomodocunque producta, & repetita, & ad videndum interponi decretum judiciale, & declarari, omnia fuisse servata juxta Litteras Remissoriales, & Compulsoriales, ac novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, instante, &c. Datum in prædicta Capella, &c. Terra, &c. hac die, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus. Et ita alii.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Cursor exequitur citationem personaliter, ut supra, & facit relationem, ut supra, & Promotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, &c. nam comparebit, &c.

Die destinata in loco sessionis, cursor, seu nuncius, producit citationem, & in ea, seu in principio folii, & coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus, Notarius facit relationem, modo, quo supra; & facta relatione Notarius in eadem sessione dicit: *Facta relatione mox, & incontinenti, & coram eisdem DD. Judicibus, & Subpromotoribus pro Tribunali in eadem Capella sedentibus, comparuit NN. Procurator, & eo nomine repetiit, & reproduxit, & pro repetitis habere velle declaravit, omnia, et singula in actis hujusmodi processus hactenus producta, et exhibita, acta, & actitata quæcunque, in quantum, etc. & non alias, etc. de quo expresse protestatus fuit, et protestatur, non solum ipse, sed omnis, etc. necnon petiit, et institit, per dictos Illustrissimos, et Reverendissimos Dominos Judices pro Tribunali sedentes judiciale decretum interponi, et declarari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium, et novissimorum decretorum, etc. et quodcunque aliud decretum interponi necessarium, et opportunum, etc. Ex adverso autem præfati DD. Subpromotores pro hac die, et hora dixerunt generalia contra, et nihil fieri contra litteras, et decreta, etc. Et tunc præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Domini pro Tribunali sedentes prædicta omnia, et singula, quandolibet producta, repetita, et exhibita, admiserunt, & etiam quantum; et ulterius declararunt, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium Sacrorum Rituum Congregationis, ac novissimorum decretorum, etc. ac proinde judiciale eorum decretum interposuerunt, supplendo omnes defectus, si qui, etc. et insuper, instante eodem R. N. Procuratore, mandarunt expediri citationem contra supradictos Ad. RR. Fidei Subpromotores ad comparendum in hac prædicta Capella ad diem Lunæ, quæ computabitur... Mensis ....anni... etc. ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus, per Notarium Actuarium, etc. vel alium, Dictumque transumptum postea collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputando, et quodcunque aliud decretum desuper necessarium, et opportunum fieri, et interponi, etc. Super quibus omnibus, et singulis petitum fuit, etc. ut unum, vel plura, etc.* ut supra, Præsentibus, &c.

Ego NN. Episcopus N. etc. interfui.

Et sic alii Domini Episcopi, & Subpromotores, &c.

Ego NN. *Publicus, etc.*

Signum ✠ Notarii,

Citatio est tenoris sequentis, v. g.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum etc.*

Citentur Ad. RR. Domini NN. *et* NN *Subpromotores Fidei, et eo nomine ex adverso principales ad comparendum in Capella, etc. ad diem... quæ erit .... Mensis ...anni... etc. de mane, hora.... ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus per Notarium Actuarium hujus causæ; Dictumque transumptum postea mandari collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputando, et quodcunque aliud decretum desuper, etc. instante, etc.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*, & sic alii duo Episcopi.

NN. *Notarius, etc.*

Nuncius, seu cursor, ut supra, debet facere relationem, se personaliter citasse Subpromotores, &c. & copiam reliquisse, ut supra.

Subpromotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, & sic alius Subpromotor, quoniam comparebit, &c.

Adveniente die, pro qua est facta citatio, seu destinata sessio, Nuncius reproducit, ut supra, citationem, in qua Notarius in principio folii, ut dictum est, facit relationem, & incipit: *Die... Mensis... anni.... etc. de mane, hora ... in Capella, etc.* juxta formulam alias suprapositam.

In hac sessione fit deputatio Notarii ad transumptandum processum, & expeditur citatio pro collatione, & electione alterius Notarii, & Notarius deputatus pro exemplando processu juramentum præstat.

Deinde subdit Notarius: *Relatione facta, comparuit NN. Procurator, et institit fieri confectionem transumpti processus per me infrascriptum Notarium, illoque peracto, fieri illius collationem, etc. se tamen expresse protestando, per actum præsentium non intelligi fieri aliquod præjudicium authoritatibus prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum Judicum, continuandi processum prædictum, toties, quoties opus fuerit; nam expresse petit, illum continuari prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum DD. Judicum authoritatibus; instando de his hucusque actitatis pro nunc fieri transumptum ad finem illud transmittendi ad Romanam Curiam,* seu ad *Sac. Rituum Congregationem.*

Ex adverso Domini Fidei Subpromotores dixerunt, omnia fieri, juxta formam Litterarum Remissorialium Sacrorum

crorum Rituum Congregationis, & servatis servandis, &c.

Et tunc supradicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis) Judices deputati in præsenti causa, &c. pro Tribunali sedentes in prædicta Capella, &c. præsentibus præfatis Adm. RR. DD. NN. N. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario, &c. & aliis, audita supradicta instantia, illam admiserunt, si, & in quantum, & mandaverunt, prædictum processum transumptari per me Notarium Actuarium deputatum hujus processus, ita approbantibus etiam dictis Ad. R. DD. Fidei Subpromotoribus. Necnon mandarunt, ad majorem cautelam, iterum a me dari juramentum, juxta formam novissimorum decretorum, &c. prout ego in manibus prædictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Judicum præstiti juramentum flexis genibus, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia, & dicendo: Ego, &c. inseratur.

Et deinde post dictum juramentum a me præstitum, dicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices mandarunt, dictum fieri transumptum processus per me Notarium Actuarium intra numerum dierum .... incipiendum a die ... qua computabitur ... Mensis ... anni .... & finiendum ad diem ... qua erit ... mensis ... anni, &c.

Necnon decreverunt, citationem fieri, expediri, & exequi, contra prædictos Adm. Reverend. DD. Fidei Subpromotores ad comparendum in Capella prædicta post terminum assignatum dierum ... pro faciendo transumpto in prima die non impedita, nec ad honorem Dei ejusque Sanctorum feriata, & videndum fieri collationem, seu ausculationem supradicti transumpti cum originali processo, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu auscultatione facienda, illique deferri juramentum, juxta formam novissimorum, &c. & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi. Instante eodemmet Rev. D. NN. Procurator, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. a me infrascripto Notario, & Actuario, &c. (ut supra in aliis instrumentis) Præsentibus NNN. &c.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et sic cæteri Episcopi, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, &c. ut in aliis.

† signum, &c.

Deinde expeditur citatio contra Subpromotores, ut post terminum datum compareant, ut supra.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum, etc. ut supra.

Citentur Adm. Rev. DD. NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nomine ex adverso principales, ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ, &c. Civitatis, &c. pro loco judiciali deputata, pro die Lunæ, qua erit .... mensis .... anni &c. prima die non impedita post terminum dierum .... assignatum pro transumptione processus, numerandum a die ... mensis ... anni .... & coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & videndum mandari fieri collationem, seu auscultationem transumpti processus præsentis causæ cum originali processo, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu auscultatione, illique deferri juramentum, & quodcunque illud decretum, &c. Instante, &c. Datum in Capella, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

In hac citatione debent respondere Domini Fidei Subpromotores (quilibet pro se) nihil fieri, nisi servatis servandis, & ipso præsente, & sic etiam alius Subpromotor, & cursor facit debitam relationem, se citasse personaliter, &c.

Adveniente tempore statuto, & die, pro qua cadit citatio, scilicet facta transumptionem processus, in principio Sessionis in dicta Capella, coram DD. Judicibus, & Subpromototibus Fidei, pro Tribunali, &c. Cursor reproducit citationem, in qua in principio folii Notarius scribit relationem cursoris eo modo, prout dictum est, & facta relatione Notarius Actuarius scribit.

Relatione facta, comparuit Admodum Rev. D. N. N. Procurator, ut in actis, & institit, quod, cum jam esset completum transumptum dicti processus infra terminum jam præfixum, & deinde, cum esset decretum, procedendum ad collationem, seu auscultationem faciendam prædicti transumpti cum originali; quapropter institit, cum affectu mandari fieri dictam collationem, seu auscultationem cum originali, & deputari alium Notarium adjunctum, illique deferri juramentum: Ex adverso autem DD. Subpromotores Fidei institerunt nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & audientibus, & pro certa die intimatis, & pro nunc cætera fieri, servatis servandis, alias &c.

Et tunc Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis Judicibus) Judices, &c. adhuc pro Tribunalibus sedentes in præfata Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. assistentibus dictis Admod. Rev. Dominis Fidei Subpromotoribus, & me infrascripto Notario Actuario Deputato, & aliis; mandaverunt, coram ipsis, & prædictis Dominis Fidei Subpromotoribus, fieri petitam collationem, & auscultationem, & ad hunc effectum deputarunt R. D. NN. publicum, & Apostolica authoritate Notarium pro dicta collatione facienda, una mecum infrascripto Notario Actuario deputato; & pro effectu prædicto mandarunt dicto Rev. D. NN. Notario adjuncto, ibidem præsenti, præstare juramentum, juxta forma novissimorum, &c. (ut supra) prout illico dictus Rev. D. NN. genibus flexis coram prædictis, meque Notario Actuario, & aliis, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia in manibus ipsorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Judicum, etc. præstitit juramentum, dicendo: Ego, etc. (inseratur) et accepto calamo propria manu se subscripsit. Qui dictus Rev. D. NN. Notarius adjunctus, ad docendum de ejus Notariatu, alias in prima Sessione præsentis processus exhibuit litteras patentes, seu privilegii, quod fuit illi restitutum, relicta copia in actis collationata.

Et successive præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Judices deputati mandarunt, dictam collationem coram ipsis, et Subpromotores, a me Notario, et altero adjuncto inchoari die Jovis, quæ erit .. Mensis .. currentis anni .. cum aliis .. sequentibus diebus, non tamen in honorem Dei, ejusque Sanctorum feriatis, tam de mane, ab hora ... usque ad horam ... quam de sero, ab hora ... usque ... ad horam .. salva facultate prorogandi, donec fuerit completa dicta collatio, ad quem effectum decreverunt, expediri citationem contra prædictos Subpromotores Fidei, ad interessendum dictæ collationi pro dictis statutis diebus, et horis, etc. Instante prædicto R. D. NN. Procuratore.

De quibus omnibus, et singulis petitum fuit per dictum Procuratorem a me Notario Actuario deputato, ut unum, vel plura. etc. ut supra. Unde acta fuerunt, etc. Mense ... die .... loco, etc. præsentibus etc. præsentibus etc. ut supra in aliis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita subscribunt alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, et Apostolica, ut supra.

† signum, &c.

Tenor citationis est.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis Judicibus) Judicum etc. ut supra.

Citentur Admod. RR. D. D. Fidei Subpromotores D. NN. NN. et eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum fieri collationem, seu auscultationem transumpti processus præsentis causæ Canonizationis B. N. pro die ... qua erit ... Mensis .. anni ... cum aliis diebus decem sequentibus, ad honorem Dei, ejusque Sanctorum

ctorum non feriatis, tam de mane, ab hora... usque ad horam... &c. quam de sero, ab hora ... usque ad horam ... & quousque non fuerit completa dicta collatio, illique ad interessendum coram Nobis in eadem Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. Civitatis, &c. pro loco loci deputata, instante eodem R. N. N. Procuratore, &c. Datum in prædicta Capella, die, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic alii, &c.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores respondere debent, quod statuta die comparebunt, & nihil fieri, &c.

Nuncius facit debitam, & solitam relationem, &c. Die statuta pro sessione de mane stantibus, & sedentibus pro Tribunali DD. Judicibus, & Subpromotoribus in Capella, &c. Nuncius, seu Cursor, producit citationem cum sua relatione, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, ut supra in aliis, &c.

Et postea sequitur sessio, & incipit auscultatio, &c. & Notarius ita scribit.

Relatione facta, comparuit præfatus Admod. R. D. NN. Procurator, ut in actis, & coram antedictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus NN. & NN. & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus NN. & NN. meque infrascripto Notario Actuario deputato; & institit, inchoari collationem transumpti processus originalis præsentis causæ, illamque continuari usque ad complementum illius; eaque completa, interponi decretum super legitima illius confectione.

Ex adverso autem Admodum RR. supradicti Fidei Subpromotores, inhærendo protestationibus alias factis, institerunt omnia fieri servatis servandis, ipsisque præsentibus. Et tunc præfati Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices deputati, pro Tribunali sedentes in Capella prædicta, assistentibus dictis Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, mandaverunt, petitam collationem inchoari, & continuari per me Notarium Actuarium deputatum una cum R. D. NN. Notario adjuncto, usque ad illius complementum, coram eisdem in hoc die, & hora, & in cæteris prædictis diebus, tam de mane, quam de sero, horis deputatis; illaque completa, citari dictos Admodum RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super illius legitima confectione, &c. Et statim Ego NN. Notarius Actuarius deputatus hujusmodi præsentis causæ, tenens originalem processum, illumque legens alta, & intelligibili voce, & antedictus R. D. NN. alter mihi Notarius adjunctus, tenens illius transumptum, inchoavimus prædictam collationem coram prædictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis, & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, omnibus audientibus, & intelligentibus, & sic fuit inceptum a folio primo, & deventum usque ad folium .... hujus transumpti, & postea fuit dimissa collatio animo continuandi hac eadem die sera, hora deputata, & in fidem.

Ego D. N. N. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Ita est Ego NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Ita est Ego NN. Notarius adjunctus, &c. Prosequitur Collatio.

De sero autem Notarius Actuarius dicit.

Die, &c. de sera, hora ... in eadem Capella coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. (& sic de aliis Judicibus, ut supra.) *Judicibus, &c. & coram Admodum Reverendis Fidei Subpromotoribus NN. & NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum Notarium Actuarium deputatum, & per D. NN. Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... usque ad folium ... prædicti transumpti, & postmodum fuit dimissa collatio animo continuandi die sequenti de mane, hora deputata, &c.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores.

Ita est NN. *Notarius Actuarius Deputatus.*

Ita est NN. *Notarius adjunctus.*

Et ita continuatur usque ad finem; in ultima vero sessione, in qua finitur collatio, ita debet scribere Notarius.

Rosa de Execut. Lit. Ap.

Eadem die de sero (si fuerit in eadem die) vel *die ... hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *pro loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* NN. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & coram Adm. RR. DD.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum* Notarium *Actuarium deputatum, & per me* NN. *Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... fuit deventum, usque ad folium ... prædicti transumpti, ad quod folium ... perveniendo fuit perfecta, & completa dicta Collatio. De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit a nobis infrascriptis Notariis, ut unum, vel plures, actos conficeremus, ut infra; unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, diebus, horis, & loco, quibus supra, & in fidem, &c.*

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

Et ita subscribunt alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Et statim subsequuntur fides Notariorum.

Fidem facio Ego NN. *publicus, & Apostolica Auctoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, qualiter die Jovis ... Mensis ... anni ... de mane,* (vel *de sero*) *hora ... & coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N. N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) N. *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram Adm. Rev.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus semper assistentibus, intelligentibus, & audientibus, ac pro Tribunali sedentibus, in Capella Sancti* N. *&c. Terra* (vel *Civitatis*) N. *Instante Ad. R. D.* NN. *Procuratore &c. fuit per me una simul cum* NN. *Notario adjuncto inchoata collatio hujus transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *& sic fuit continuata nedum post prandium ejusdem met prædicti diei, sed etiam per alios duos sequentes dies non feriatos, videlicet .... tam de mane, quam de sero, horis deputatis, & hac eadem die Lunæ ... Mensis ... anni ... fuit completa, & perfecta collatio prædicti transumpti, & concordat in omnibus cum processu originali hujus causæ Canonizationis B.* N. *In cujus fidem hic me subscripsi, & signavi requisitus.*

† signum, &c.

Similem fidem debet facere Notarius adjunctus; & advertendum est, quod, si in aliqua die fuit intermissa collatio, explicandum est in fide, &c. & cum dicitur, *Fuit continuata per dies, &c.* subjungi debet, *præter talem diem de mane,* vel *de sero.*

Dictæ Fides, seu actus, debent fieri per dictos Notarios, etiam in originali processu, cum hac tantum variatione, quod in illis, quæ fiunt in transumpto, dicitur, ut supra: *Inchoata fuit collatio hujus transumpti cum originali processu;* in originali vero dicitur: *Inchoata fuit collatio transumpti cum hoc originali processu;* & semper dicti actus, seu Fides, debent fieri manu propria dictorum Notariorum, tam in transumpto, quam in originali.

Ab isto actu, usque ad finem omnes alii actus, tam in transumpto, quam in originali, extenduntur manu propria Notarii Actuarii, & fieri debent actus duplicati, seu instrumenta duplicata; unum debet inseri in transumpto, alterum vero in originali; & in illo, quod inseritur in transumpto, scribitur *duplicatum*.

Facta collatione debet comparere Procurator causæ coram DD. Judicibus, & instare pro decreto legitimæ collationis, & ad hunc finem citare Fidei Subpromotores, & fit instrumentum tenoris sequentis v. g.

In Dei nomine. Amen. Anno, &c. indictione, &c. Pontificatu, &c. die vero Lunæ, v. g. ... *mensis ... anni .. de mane, hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram Admod. Rev.* NN. *&* N.N. *Promotore Fiscali Curiæ* N. *Fidei Subpromotoribus deputatis, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, comparuit Adm. Rev.* N. N. *Procurator præsentis causæ, ut in actis, & exponens, quod est jam completa, & perfecta collatio transumpti cum processu originali causæ Canonizationis B.* N. *institit, relaxari citationem contra Adm. RR Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super legitima con-*

fectione dicta collationis, &c. *Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei iasteterunt, nihil fieri, aisi ipsis præsentibus, & intimatis, ac servatis servandis. Qui Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices depotati mandarunt, fieri, & expediri citationem ad diem... quæ erit... Mensis... curreatis anni... de mane, hora deputata, prout executum. Soper quibus omnibus, & singulis*, &c. (ut supra) *unde fuerunt acta*, &c. (ut supra) *die... mensis... in præfata Capella*, &c. *præsentibus NN. NN. Testibus*, &c.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic cæteri Judices, & Subpromotores.

Ego NN. Publicus, & Apostolica authoritate Notarius, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum*, &c.

Citentur Ad. RR. Fidei Subpromotores D. NN. D. NN. etiam Promotor. Fisc. &c. *& eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum pro die Jovis, v. g. quæ erit... Mensis.. anni.. de mane, hora... interponi decretum quodcunque necessarium, & opportunum de, & super legitima confectione collationis transumpti cum processu originali præsentis causa; ad comparendum proinde dicta die in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. pro loco judiciali deputata. Instante Ad. Rev. N. N. Procuratore*, &c. *Datum in dicta Capella*, &c. *die*, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices tantum.

NN. Notarius &c.

Subpromotores Fidei debent respondere, nihil fieri, nisi &c. ipsisq. &c. præsentibus, &c.

Cursor, seu nuncius, facit relationem.

Die, pro qua est facta citatio, existentibus Judicibus, & Subpromotoribus Fidei in Capella, &c.

Cursor producit citationem, & in ea Notarius in principio folii facit relationem, ut supra dictum est, & Procurator causæ de novo facit instantiam, & Notarius scribit, & facit actum, ut supra.

Relatione facta, comparuit Ad. R. D. N. Procurator causæ, coram supradictis Illustr. & Rever. Dom. Judicibus, & Ad. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, & institit, interponi decretum super legitima confectione collationis transumpti cum originali processu hujus causa, &c. *quo peracto mandari, expediri citationem contra supradictos Ad. RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti ad Romanam Curiam*, sive *ad Sacrorum Rituum Congregationem*, &c.

Ex adverso autem supradicti Adm. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes, institerunt, omnia fieri servatis, quæ mandantur in litteris Sacrorum Rituum Congregationis.

Et tunc præfati Illust. & Rever. Dom. D. N. N. Episcopus N. (& sic de aliis) *Judices* (ut supra) *in primis mandaverunt, expediri citationem contra Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti processus præsentis causa ad Romanam Curiam* (seu *ad Sacrorum Rituum Congregationem*] *illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, pro die Veneris, v. g. quæ erit... mensis... anni.... de mane, hora deputata, in solita Capella, pro loco loci deputata. Tandem adhuc pro Tribunali sedentes, & assistentibus dictis Adm. RR Fidei Subpromotoribus, & aliis, declaraverunt, auscultationem, & collationem dicti transumpti cum ejus originali processu coram ipsis, & Subpromotoribus Fidei, per me Notarium Actuarium, & NN. Notarium adjunctum rite, & recte, ac legitime factam fuisse; ideoque eandem fidem ipsi transumpto adhibendam esse, & præstari debere, qua adhiberetur originalibus, si ostenderentur, non solum præmisso, sed etiam omni alio meliori modo*, &c. *In cujus rei testimonium has præsentes subscripserunt, ac propriis sigillis munivierunt iidem Illustrissimi, & Reverendissimi prædicti DD. Judices, easdem subscribentibus etiam præfatis Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, ut infra.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Ego D. NN. Curiæ Episcopalis N. Promotor Fiscalis, & Fidei Subpromotor interfui.

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario, & Actuario per prædictum Rev. D. NN. Procuratorem, ut unum, vel plura, publicum, seu publica, conficerem, atque traderem, instrumentum, & instrumenta; Unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, die, hora, & loco, quibus supra. Præsentibus, &c.

Ego D. N. N. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio contra Subpromotores ad videndum destinari Portitorem transumpti, eique deferri juramentum.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis) *Judicum Deputatorum.*

Citentur Ad RR. D NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum pro die Lunæ, v. g. quæ erit.. Mensis.. anni.. &c. de mane, hora.. in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. Civitatis, [vel *Terræ*) *N. pro loco loci deputata; ibique videndum eligi, & deputari Portitorem, ad effectum illi consignandi processum, seu transumptum illius, exemplatum, & collationatum cum originali processu, & ab eo deferendum ad Romanam Curiam* (sive *ad Sacrorum Rituum Congregationem*) *illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum desuper fieri, & interponi*, &c. *Instante Ad. R. D. N. N. Procuratore*, &c. *Datum in Capella*, &c.

D. N. N Episcopus N. Judex Deput. Apostolicus.

Et sic alii Judices. &c.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Cursor debet exequi citationem contra Subpromotores, qui debent respondere, & nihil fieri, nisi ipsis præsentibus; nam in termino, &c. Cursor facit relationem, ut supra, in citatione.

Die destinata pro Sessione, existentibus, &c. cursor, seu nuncius, producit citationem cum sua relatione, & in principio folii citationis Notarius facit debitam relationem modo, & forma, ut supra, & facta relatione, Procurator iterum instare debet coram Judicibus, & Subpromotoribus pro destinatione Portitoris, & deferri ei juramentum, & Notarius Actuarius ita extendit.

Relatione facta, comparuit Admod. Rever. N. N. Procurator, &c. *coram supradictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis in præsenti causa, ac Admod. Rev. Fidei Subpromotoribus, meque, etc.* ut supra (*& institit provideri, prout in citatione, stante jam relatione facta. Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei, ibidem præsentes, institerunt, eligi, & deputari debere in Portitorem personam fidelem, et idoneam, deferrique ei juramentum, cæterasque de jure servandis, etc. Et tunc præfati Illustriss. et Reverendissimi Domini D.* NN. *Episcopus* N. (& sic de aliis) *Judices deputati in præsenti causa, pro Tribunali sedentes, assistentibus ipsis etiam Fidei Subpromotoribus prædictis, elegerunt, et deputaverunt NN. in Portitorem ad deferendum, & præsentandum ad Romanam Curiam* (*vel ad Sacrorum Rituum Congregationem*) *quanto citius potuerit, processum, sive transumptum illius, ut supra, collationatum cum originali processu præsentis causæ Canoniza*

nizationis B. N. illic ibidem præsentem. Qui NN. genibus flexis coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, ac Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, in prædicta Capella pro loco loci deputata juramentis, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, præstiterunt juramentum de fideliter, bene, & diligenter officium suum exercendo. Et successive instante supradicto Adm. Rev. D. N. N. Procuratore hujus causæ, iidem Illustrissimi, & Reverendiss. Judices deputati pro Tribunali sedentes decreverunt, expediri citationem contra prædictos Admod. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes pro die Lunæ v. g. quæ erit .... Mensis ... anni ... ad comparendum in hac eadem Capella, ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu transumptum prædictum, transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & sigillari, seu obsignari, clausumque, & sigillatum consignari supradicto Portitori Deputato, & jurato, dictique processus originalia mandari claudi, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis N.

Super. quibus, omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario Actuario deputato, ut unum. &c. ut supra.

Unde acta fuerunt, &c. ut supra. *Præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui*, & ita alii Judices, & Subpromotores Fidei, &c.

Ego NN. *Notarius &c.*

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.* ut supra.

Citentur Adm. RR. Fidei Subpromotores NN. NN. *& eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *Civitatis*, (vel *Terra*) N. *pro loco loci deputata, pro die Lunæ, v. g. quæ erit ... Mensis ... anni ... de mane, hora .. ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu ejus transumptum collationatum cum originali processu præsentis causæ Canonizationis B.* N. *transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & obsignari, clausumque, & sigillatum Portitori deputato consignandum, dictique processus originalia mandari claudi, obsignari, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *& quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad dictam diem, &c. Instante R.* N. N. *Procuratore, &c. Datum in dicta Capella, &c.* ut supra.

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*,

Sic alii duo Judices.

NN. *Notarius Actuarius &c.*

Subpromotores Fidei replicare debent omnia bene fieri juxta decreta novissima, &c. ut supra.

Cursor facit suam relationem, ut *supra*, se personaliter citasse, &c.

Die vero, pro qua est facta citatio, seu sessio destinata, DD. Judicibus in Capella deputata existentibus, Nuncius, seu Cursor, reproducit citationem, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, dicens: *Die, &c. in Capella, &c. & coram, &c.* ut supra.

Facta relatione, de novo Procurator instat, prout supra, & Notarius extendit actum, &c. videlicet.

Relatione facta, comparuit Adm. Rev. N. *Procurator hujus causæ, prout in actis, coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *pro Tribunali sedentibus, etiam Adm. RR.* NN. NN. *Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, &c.* ut supra, *& aliis; & institit, provideri, prout in dicta citatione, se tamen protestando, per talem actum nullum sibi præjudicium fieri, ut Procuratori, sed integra sibi, & suæ Religioni remaneant jura continuandi processum, si opus fuerit eisdem authoritatibus. Ex adverso autem DD. Fidei Subpromotores institerunt, omnia fieri, servata forma decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, &c. Et tunc prædicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, audita supradicta instantia, mandarunt, subscribi, & legalizari processum, seu ejus transumptum ab originalibus præsentis causæ Canonizationis B.* N. *ipsumque in fine præsentis actus ab ipsismet Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis Judicibus, dictisque Adm. RR. Dominis Fidei Subpromotoribus, ac me Notario, subscriptum claudi, & eorum sigillis, tam in fine præsentis actus, quam ab extra, sigillari, & obsignatum consignari Portitori deputato, & jurato, salvis juribus, competentibus Procuratori præsentis causæ continuandi processum eisdem authoritatibus, prout servatum fuit. Originale vero, sive originalia, eodem modo subscripta, ac obsignata claudi, ejusdemque sigillis obsignari, & clausa, & obsignata custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *prout incontinenti fuit executum: Ego enim infrascriptus* Notarius Actuarius *deputatus omnia prædicta originalia clausi, dictis sigillis obsignavi, & sic obsignata consignavi R. D.* NN. *Archivistæ dictæ Curiæ Episcopalis N. custodienda in dicto Archivio, & non aperienda, nisi de mandato Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel Sacrorum Rituum Congregationis jussu.*

De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit per dictum R. N. N. Procuratorem a me Notario Actuario *deputato infrascripto, ut unum, vel plura*, (&c. ut supra) *unde acta fuerunt*, (&c. ut supra) *anno ... mense ... die ... hora ... in hac eadem Capella, &c. præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Fidei Subpromotor Deputatus interfui.*

Ego D. NN. *Promotor Fiscalis Curiæ* N. *& Subpromotor Deputatus interfui.*

Subscriptis DD. Episcopis, & Subpromotoribus, impressisque sigillis Episcoporum, debet Procurator instare coram Episcopo Diœcesano, ut interponat legalitatem Notariis, Actuario scilicet, & Notario adjuncto, quam ille solus facere debet, & Notarius ita prosequitur.

His habitis, instante eodemmet Adm. Rev. D. NN. *Procuratore præsentis causæ, Illustrissimus, & Reverendissimus D.* NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus adhibuit legalitatem, tam respectu mei* Notarii, *& Actuarii, quam prædicti* N. N. *Notarii adjuncti, ut infra.*

Ego D. N.N. *publicus, & Apostolica authoritate* Notarius, *& in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito signo signavi requisitus.*

† signum Notarii.

Postea immediate sequitur legalitas Episcopi Diœcesani.

D. NN. *Episcopus* N.

In præsenti causa Canonizationis B. N. *Judex Apostolica authoritate specialiter deputatus.*

Universis, &c. notum facimus atque testamur, retroscriptum Clericum (vel *Sacerdotem*) N. N. *Notarium, Apostolica auctoritate creatum, & hujus causæ Actuarium Deputatum, ac R. D.* N. N. *Notarium Apostolicum, & pro collatione hujus transumpti ab originalibus hujus causæ Canonizationibus B.* N. *esse tales, quales se asseruerunt, legales, & fideles; eorum scripturis, subscriptionibus, & signis, semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi plenam, & indubitatam fidem, sive in judicio, sive extra. In quorum fidem, &c. manu nostra subscriptam, nostri sigilli impressione munitam; & per infrascriptum Notarium Secretarium scribi fecimus, in quorum fidem &c.*

D. N. N. Secretarius.

Duplicatum hujus legalitatis etiam ponitur in processu originali, dempta tamen illa particula *hujus*

His omnibus peractis processus originalis, qui cooperitur charta pergamena, & super quam scribitur charactere majusculo.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

In primo folio processus in frontispitio scribitur.

Hic est processus.

In causa Canonizationis B. N. Civitatis, (vel *Terræ N. Diœcesis N.*) *Sacerdotis dum vixit* (si fuerit Regularis, ponitur Religio) *formatus*, *& fabricatus coram Illustr. & Rever. Dominis D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. in præsenti causa deputatis*, *& delegatis Apostolicis super his*, *&c. quæ supervenerunt post ejus Beatificationem*, *sub rogitu mei NN. publici*, *& Apostolica auctoritate Notarii in hac causa electi per prædictos Illustr. & Rever. Dominos Judices in Actuarium*, *cœptus*, *continuatus*, *& perfectus tempore*, *loco*, *modo*, *& forma sequentibus*, *qui asservatur in Archivio Curiæ Episcopalis N.*

† signum, &c.

Transumptum, seu copia involvitur in folio magno bene clauso, & in omnibus angulis, & mediis apponuntur sigilla impressa in cera rubea, & ligatur cum aliqua ligula serica, in qua etiam imprimuntur sigilla Episcoporum antequam ligetur, in frontispitio a Notario fit hæc inscriptio.

Hæc est copia processus causæ Canonizationis B. N. Regni.. Sacerdotis, *dum vixit*, *Religionis*, *&c.* (si fuerit Religiosus) *fabricati coram Illustr. & Reverend. Dominis D. N. N. Episcopo N. D. N. N. Episcopo N. & D. N N. Episcopo N. Judicibus Deputatis*, *& Delegatis per Sacrorum Rituum Congregationem*, *super his*, *quæ supervenerunt post concessam eidem Beato venerationem*; *imo etiam*, *quæ præcesserunt*, *pro Diœcesi N. vigore Litterarum Remissorialium*, *& Compulsorialium Eminentissimi*, *& Reverendissimi D. NN. Cardinalis N. dictæ Sac. Rituum Congregationis Præfecti*, *sub rogitu mei infrascripti Notarii*, *Actuarii deputati*, *cœpti*, *continuati*, *& perfecti*, *tempore*, *loco*, *modo*, *& forma*, *ut intus*, *quæ copia transmittitur ad dictam Sacrorum Rituum Congregationem die... mensis... anni...*

Ego NN. Neapolitanus, v. g. *Publicus*, *& Apostolica auctoritate Notarius*, *& prædictæ causæ Actuarius.*

† signum Notarii.

Advertendum est, quod Notarius, ut diximus, debet esse persona Ecclesiastica, qui in omnibus subscriptionibus debet ponere suam Patriam, etiam alius Notarius adjunctus, & alii, qui interfuerunt, dicendo: *Ego Clericus* (vel *Sacerdos*) NN. *Neapolitanus*, v. g. *Notarius*, *& Actuarius*, *&c.* Item semper in rogitus exprimere testium parentes, & Patriam. Item semper qualitas Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis illius loci, in quo fabricatur processus, debet exprimi, tam in rogitus, quam etiam in aliis actibus, & in propria subscriptione.

Si alter Subpromotor electus habeat aliquam dignitatem, exprimi debet semper a Notario in omnibus actibus.

Si processus non fuerit absolutus intra terminum, primo loco concessum, peti debet alia prorogatio termini; qua obtenta, illam præsentabit Procurator coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, & debet instare, procedi ad ulteriora, intendens processum inceptum perficere; Qua facta petitione, debent Judices decernere citationem contra Subpromotores ad dicendum, & excipiendum quicquid dicere, & excipere voluerint contra Litteras concessionis novi termini, & ad videndum procedi ad ulteriora, & audiendum decretum, &c. pro certa die, & in dicta Capella, modo, & forma, quibus supra dictum est, cum debita citatione, &c. & postea adveniente die, pro qua est facta citatio, & facta relatione, ut supra, inserere decretum a Dominis Judicibus interpositum, & fit instrumentum in hunc modum.

In Dei Nomine. Amen. Anno, *&c. Indictione.. die vero Lunæ 4. v. g. mensis.. de mane*, *hora.. Pontificatus*, *&c. anno ejus*, *&c. in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco judiciali deputata*, *coram Illust. & Rever. D. D. N. N. Episcopo N.* (& sic de aliis) *Judicibus deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem in causa Canonizationis B. N. & coram Ad. RR. NN. & NN. Fidei Subpromotoribus*, *meque infrascripto Notario Actuario deputato*, *& aliis*, *comparuit Ad. R. D. NN. Procurator hujus causæ*, *ut in actis*, *& exposuit*, *quod suspensa fuit continuatio processus causæ prædictæ Canonizationis*, *ex eo*, *quia fuit jam expletus terminus unius anni a dicta Sacrorum Rituum Congregatione concessus ad confectionem hujus processus*; *quapropter fuit eidem Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum pro concessione novi termini ad continuandam fabricationem dicti processus*, *qui non potuit absolvi intra tempus primi termini assignati*, *quæ benigne concessit novum terminum alterius anni*; *& impetratis litteris dictæ concessionis easdem præsentat*, *& producit in promptu*; *instat propterea cum effectu procedi ad ulteriora*, *intendens judicium*, *& processum inchoatum continuare*, *perficere*, *& fine debito terminari facere*, *& ante omnia expediri citationem contra Adm. Rev. Fidei Subpromotores*, *ad dicendum contra litteras concessionis novi termini*, *& ad videndum procedi ad ulteriora in statu*, *& terminis*, *in quibus causa prædicta reperitur*, *& quodcunque aliud decretum necessarium*, *& opportunum fieri*, *ad rite procedendum*, *& ita*, *&c.*

Ex adverso præfati Ad. Rev. Fidei Subpromotores institerunt debere ante omnia bene considerari, *& observatis servandis omnia fieri*, *juxta ea*, *quæ mandantur in Litteris Sacrorum Rituum Congregationis*, *& ipsis semper intimatis*, *& præsentibus*, *aliàs*, *&c.*

Et tunc Illust. & Rever. præfati D. Judices dictam petitionem admiserunt, si, *& in quantum*, *& mandarunt*, *pro in ea contentis citari Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores pro die*, *quæ erit.. mensis.. currentis anni in Capella Sancti N. Ecclesiæ S. N. pro loco loci deputata*, *de mane*, *hora..*

Super quibus omnibus, *& singulis*, *&c.* prout in aliis rogitis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui.

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, *& Apostolica auctoritate Notarius &c.*

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. N N. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum Deputatorum*, *&c.*

Citentur Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores NN. & NN. & Promotor fiscalis (&c. ut supra in aliis) *& eorum nominibus ex adverso principales*, *ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. pro loco judiciali deputata*, *pro die Martis v. g. quæ erit.. mensis.. anni.. de mane hora.. ibique dicendum*, *& excipiendum*, *quicquid dicere*, *& excipere voluerint contra litteras concessionis novi termini*, *a Sacrorum Rituum Congregatione concessi pro continuando*, *& perficiendo processu Canonizationis B. N. ad videndum procedi ad ulteriora in præsenti causa*, *in statu*, *& terminis*, *in quibus reperitur*; *& quodcunque aliud decretum desuper necessarium*, *& opportunum interponi. Instante etc. Datum in Capella prædicta die etc.* ut supra.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores debent respondere generaliter, & non deveniri ad aliquem actum, nisi servata forma litterarum, & adimpletis aliis novissimis decretis &c.

Cursor facit solitam relationem, se citasse personaliter Subpromotores relicta copia.

Die vero deputata in citatione, existentibus &c. (ut supra in aliis) cursor reproducit citationem, in qua in principio folii facit solitam relationem, prout in aliis; deinde scribit.

Relatione facta, *comparuit Ad. R. D NN. Procurator hujus causæ coram Illust. et Rever. DD. Judicibus deputatis*, *ac Ad. RR. Fidei Subpromotoribus*, *meque infrascripto Notario*, *Actuario deputato*, *et aliis*, *repetiit litteras concessionis novi termini per me conservatas*; *et iterum exhibuit prædictis Illust. et Rever. DD. Judicibus deputatis*, *qui prædictas litteras ad se receperunt*, *et mihi infrascripto Notario de novo consignarunt*, *easque publice legi*, *et recitari mandarunt*: *quas mihi consignatas*, *a principio usque ad finem*, *recitavi*, *et earum tenor est sequens* 13. *foris etc. intus vero etc.* (& inseruntur totæ) *Audita itaque per eosdem Illust. DD. Judices supradictus toto earundem litterarum tenore*, *atque substantia*, *aliisque recte consideratis illas admiserunt*, si, *et in quantum*; *et deinde instatum fuit per eundem Ad. R. D. NN. Procuratorem*, *ut in actis*, *penes eosdem præfatos Illust. et Rever. DD. Judices*, *ut ad ulteriora procederent pro continuatione*, *prosecutione*, *et fabricatione processus causæ Canonizationis B. N. in statu*, *et terminis*, *in quibus reperitur. Et quia erat continuandum examen testium ad Ulteriora*, *et juratorum*;

rum; instatum fuit per dict. R.D.N.N. Procuratorem expediri citationem contra dictos Ad. RR. D. Fidei Subpromotores, ad interessendum in Capella deputata pro loco examinis, & examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum. Ex adverso autem praefati DD. Fidei Subpromotores instecerunt, debere intimari pro certa die, & de eclique nihil fieri, nisi servatis servandis, &c. & tunc Illustrissimi, & Reverendissimi praefati DD. Judices, audita praedicta instantia, mandarunt, procedi ad ulteriora in statu, & in terminis, in quibus reperitur, in causa Canonizationis d. B.N. & decreverunt, expediri citationem contra assertos Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad interessendum in Capella deputata examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum, pro die ... mensis .... anni .... de mane, hora ... de sero, hora ... & sic cum continuatione per alios dies non feriatos ad honorem Dei, ejusque Sanctorum, statutis horis de mane, & de sero &c.

Super quibus, &c. prout factum est in aliis rogitis.

Ego D. NN. *Episcopus* N. *Judex Apostolicus deputatus*, & sic alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. *Notarius Actuarius.*

Continuatur processus, prout supra.

Interdum in litteris remissorialibus datur facultas visitandi Sepulchrum Beati, ad finem probandi venerationem, & populi devotionem ex votis, & tabellis, &c. & quandoque ordinatur in litteris, ut hic accessus fiat immediate post litterarum aperitionem, & jurisdictionis acceptationem; & tunc in secundo instrumento in quo fit apertio litterarum, & acceptatio jurisdictionis, in citatione, in qua diximus citari debere Subpromotores ad dicendum contra articulos, dicitur: *Demum instante R.D.* NN. *dicti DD. Judices mandaverunt, expediri citationem contra praed. DD. Subpromotores pro die, &c. hora, &c. ad videndum mandari fieri accessum ad Venerabilem Ecclesiam S.*N. *in qua est erecta Capella d. B. & ad visitandum ejus Sepulchrum, illudque describendum, tam secundum interiorem formam, quam etiam exteriorem, una cum memoriis, reliquiis, & caeteris circumstantiis, juxta formam litterarum, &c.*

Si vero in litteris mandatur, ut fiat accessus post examen, tunc post omnium scripturarum receptionem ante processus transumptationem, Procurator debet comparere coram DD. Judicibus, & instare pro accessu ad Sepulchrum; & actus fit hoc modo, videlicet.

In Dei nomine. Amen, &c. anno, &c. indictione &c. die Lunae v. g. qua &c. de mane &c. hora &c. Pontificatu &c. intus Capellam S. N. *Ecclesia S. N. pro loco judiciali destinata coram Illustr. & Reverend. DD. NN. Episcopo N.* (& sic de aliis) *Judicibus, & in praesenti causa &c. & coram Adm. RR. Fidei Subpromotoribus D. NN. & D. NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, meque &c. & aliis, comparuit Adm. R.D.N.N. Procurator hujus causae, ut in actis, & instetit, ad magis verificandum cultum, & venerationem, quae B.N. praestatur, ad quam etiam probandam induxit cultus, & scripturas, debere fieri per d. Illustr. & RR. DD. Judices accessum ad Venerabilem Ecclesiam Sancti N. ad fiacm describendi sepulchrum, Capellam, memorias &c. & reliquias &c. prout etiam mandant litterae Remissoriales Sacrorum Rituum Congregationis, & interim expediri citationem contra supradictos Adm. RR. Subpromotores, ad videndum mandari fieri talem accessum, & quodcunque decretum, &c. necessarium &c.*

Ex adverso autem Adm. RR. *Subpromotores Fidei insteterunt, omnia fieri, juris ordine servato, & juxta ea, quae praecipiuntur in litteris Sacrorum* Rituum *Congr. & ipsis semper intimatis. Et tunc praedicti Illustr. & Reverendiss. DD Judices dictam petitionem admiserunt,* si, *& in quantum, & mandarunt expediri citationem contra praefatos DD. Fidei Subpromotores, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam &c pro die ... Mensis ...*

Super quibus omnibus, & singulis, &c. ut supra in aliis.

D. NN. *Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

Et sic alii DD. Judices, & Fidei Subpromotores.

NN. *Notarius Actuarius.*

Notandum est, quod, si in litteris remissorialibus non sit ordinatus accessus, non ponitur in instrumento supradicto, sed tantum dicitur: *Ad probandam etiam venerationem &c.*

Citatio.

N E A P O L I T A N A
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (ut sic de aliis) *Judicum Deputatorum, etc.*

C*itentur Adm. RR DD. Fidei Subpromotores D.* NN. *et D.*NN. *ex eorum nominibus, ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesiae Sancti* N. *pro loco judiciali deputata, pro die ... quae erit ... Mensis ... anni ... hora ... coram praefatis Illustr. & Reverendiss. DD. Judicibus deputatis, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam Sancti* N. *in qua erecta est Capella, & asservantur reliquiae d. B.* N. *et ad videndum, et observandum illius memorias, tabellas, &c.* (*pro observantia Litterarum Sacrorum* Rituum *Congregationis*, si accessus fuerit ordinatus; sin minus omissis verbis *pro observantia &c.* dicitur:) *ad magis verificandam percrebrescentiam cultus, & venerationis erga dictum B.* N. *instante Rever. D.* NN. *Procuratore, &c.*

D. NN. *Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus*, & sic alii Judices.

NN. *Notarius Actuarius Deputatus.*

In citatione fit debita relatio a Cursore, qui illam executus fuerit, personaliter, &c. & DD. Fidei Subpromotores respondere possunt, nihil fieri, nisi ipsis praesentibus, & servatis servandis.

Die, in qua cadit citatio, & sessio, Cursor reproducit citationem, & in ea Notarius facit debitam relationem, prout in aliis, & deinde subsequitur Notarius.

*Relatione facta, comparuit Ad. Rev. D.*NN. *Procurat. ut in actis, coram praef. Illustr. & Rev.* DD.NN. *Episc.* N. (& sic de aliis) *Judicibus, &c. in praesenti causa etc. in praesentibus etiam praedictis Adm.* RR.DD. *Fidei Supromoter. meque infrascripto* Not*ario, & aliis, & instetit destinari diem juridicam certam, pro accessu faciendo ad Venerabilem Ecclesiam Sancti* N. *ubi est erecta Capella, & adest Sepulchrum d. B.* N. *ad magis verificandam, &c.* (si non fuerit ordinatus accessus) vel *pro observantia &c.* si fuerit ordinatus.

Ex adverso autem praefati DD. *Fidei Subpromotores instecerunt, omnia praedicta fieri ordine servato, &c.*

Et tunc praefati Illustr. & Reverend. Domini *Judices, adhuc pro Tribunali sedentes in dicta Capella, &c. audita supradicta instantia, mandarunt, prout mandant, fieri accessum praedictum ad dictam Ecclesiam Sancti* N. *in qua est Sepulchrum d. B.*N. *& ibidem est erecta Capella; ac designarunt, & praefixerunt, prout designant, & praefigunt diem, quae erit ... mensis ... anni ... hora ... & jusserunt mihi* No*tario, &c. ut monerem ambas partes, tam dictos Adm. Rev. Fidei Subpromotores, quam d. Adm. Rev.* D. NN. *ad comparendum coram praefatis, &c. Procuratorem, prout fuerunt per me judicialiter moniti, &c. praedicta die, hora, &c. in hoc eodem loco judiciali deputato, ad finem hinc accedendi ad Ecclesiam praedictam, &c. ibique dicendum, & opponendum, &c. quicquid, &c. Qui quidem* DD. *Subpromotores, & Procurator dicunt, se esse promptos, & paratos, & quod in termino comparebunt, &c.*

Super quibus omnibus, &c. prout in aliis; & semper apponitur: *Capella pro loco loci judiciali deputata.*

Ego D.N.N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui.

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Vel etiam in decreto accessus potest dici, quo Decretum accessus, dies, & hora dicti accessus intimentur DD. Subpromotoribus, & tunc fit intimatio sequenti modo.

N E A P O L I T A N A
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum, etc.*

I*ntimetur Ad. RR. Fidei Subpromotoribus* NN.NN. *qualiter die .... Mensis .... currentis anni .... de sero, hora .... fiet accessus ad Ecclesiam Sancti* N. *ad effectum visitandi, recognoscendi, & describendi Capellam, Sepulchrum, memorias, & reliquias, ibidem existentes, B. N. & alia faciendi concernentia Canonizationem d. B. ideo interessendum, &c. quatenus, & alias etc. Instante Adm. Rev.* NN. *Procuratore, etc.*

Domini Judices subscribunt more solito,

Die, & hora deputatis DD. Episcopi Subpromotores, Procurator, & testes discedunt a loco solitæ Audientiæ; & cum pervenerint ad Ecclesiam, facta prius oratione ante Sanctissimum Sacramentum, accedunt ad Sepulchrum, & observare debent dictam Capellam, seu Sepulchrum, Reliquias, Tabellas, vota, &c, Quibus omnibus observatis sigillatim, Procurator causæ debet instare, quod de omnibus formetur publicus rogitus. Et Notarius debet formare de omnibus publicum actum, seu rogitum, sequenti modo,

In Dei nomine. Amen. Anno, &c. die vero Jovis ... mensis .... anni ... de sero, hora..... Pontificatus autem, &c. Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. *Episcopus* N. (& sic de aliis) *Judices Deputati in præsenti causa Canonizationis B. N. Ad. Rev. Fidei Subpromotores D.* NN. *& D.* NN. *Adm. Rev.* NN. *Procurator præsentis causæ, ut ex actis; Ego infrascriptus Notarius Actuarius Deputatus, una cum infrascriptis testibus simul congregatis in* N. N. *loco solitæ Audientiæ, &c. inde discessimus, & personaliter accessimus ad Ecclesiam Sancti* N. *& ingredientes absque ullo strepitu, sed omni possibili quiete, per Januam majorem Ecclesiæ, accepta prius aqua benedicta, genuflexi aliquantulum, oravimus coram Augustissimo Sacramento, deinde assurgentes; & vocatis Adm. Rev. Priore, v.g. & Sacrista ejusdem Ecclesiæ, diligenter observavimus Ecclesiam, & Capellam dicti B. N. cum eisdem memoriis, reliquiis, & tabellis;* hic extenduntur omnia.

Super quibus omnibus, &c. Notarius facit rogitum, sicuti in aliis, & deinde se subscribunt Judices, Fidei Subpromotores, & testes per verbum *interfui*, & Notarius, prout se subscripsit in aliis instrumentis; & in hoc instrumento duntaxat se subscribunt testes, in aliis vero sufficit, ut Notarius nominet testes.

Forma Juramenti Judicum ante inchoationem Processuum.

EGo infrascriptus, tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro & promitto, fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem Processus in Causa Beatificationis, & Canonicationis Servi Dei N. juxta formam Decretorum Sac. Congregationis Rituum, & præcipue novissimorum, quæ confirmata fuerunt a Sanctissimo D. N. Innocentio XI. Necnon juro, & promitto, religiose servare secretum, tam de contentis in Interrogatoriis, quam de Testium depositionibus super iisdem, & super Articulis; nec de iis loqui cum aliqua persona, exceptis aliis Judicibus, & Subpromotore, ac Notario pro eodem Processu deputatis; & in Curia, excepto etiam Protonotario, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ; a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo, absolvi possim. Et ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Idem juramentum præstabitur a Subpromotore, & Notario, & in Curia etiam a Protonotario, mutatis mutandis.

Forma Juramenti Testium.

EGo infrascriptus, tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro dicere veritatem, tam super Interrogatoriis, quam super Articulis, super quibus examinabor; necnon servare secretum, tam contenta in iisdem Interrogatoriis, quam responsiones, ac depositiones a me factas, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ; a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo, absolvi possim. Et ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

F I N I S.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES,

Adjunctæ ad Tractatum

D. THOMÆ DE ROSA,

De Executoribus Litterarum Apostolicarum.

INNOCENTIO DECIMO.

Neocastren. Parochialis.

Luna prima Februarii 1610.

ARGUMENTUM.

Manutentio datur interiori possessori, etiam instrumentali, si alius non possidebat prius, vel anterior non habuit se pro spoliato, & possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa; dataque a Judice, a cujus sententia datur appellatio, non est manutenibilis.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutenendo in Parochiali datur anteriori possessori, etiam quod possessio sit instrumentalis, si alius non possidebat.*

2 *Possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa, nec impedit manutentionem anteriori possessori, si non habuit se pro spoliato.*

3 *Possessio, etiam data a Judice, non est manutenibilis, si fuit capta intra decem dies datos ad appellandum, ac est nulla, & attentata.*

4 *Sententia lata ab Executore mixto, qualis dicitur datus cum clausula*, Vocatis vocandis, *est appellabilis, & num. 5. & seq. Executor qui dicatur merus; quive mixtus, ibidem.*

DECISIO I.

PRo informante, nempe mandatum de manuteoendo in
possessione Parochialis, de qua agitur, dandum esse
Joanni Antonio, de cujus anteriori possessione constat ex
instrumento illius adeptionis: & licet fuerit instrumen-
1 talis; alio tamen tunc in ea non existente est manutenibilis,
Rota *dec. 21. de restit. spoliat. in antiq.* Bisignet. *dec. 8. eod.
tit.* & fuit sæpissime decisum, non obstante possessione
2 Joannis Francisci, quæ tanquam junior præsumitur clan-
destina, & turbativa, & non impedit quominus Joanni
Antonio, qui non habuit se pro spoliato, detur manuten-
tio, Bart. *in l. 1. §. interdictum autem, n. 2. & in l. si duo, n.
2. ff. uti possid.* Covar. *pract. quæst. cap. 17. circa fin.*
3 Neque relevat, quod Joannes Franciscus adeptus fuerit
possessionem Judicis auctoritate, ad *text. in l. juste possidet,
ff. de acquir. possess. cum simil.* Quia cum fuerit capta intra de-
cem dies datos ad appellandum, fuit nulla, & attentata, *c.
non solum ubi gloss. in verbo innovata*, & ibi Doctores com-
muniter, *de appell. in 6.* & per consequens non est manute-
nibilis, nec potest impedire manutentionem Joannis An-
tonii, Abb. *in c. conquerente, n. 8. de restit. spoliat.* Rip. *in
l. naturaliter, §. nihil commune, n. 6. & seq. ff. de acquir. pos-
sess.* Bald. *cons. 135. n. 2. lib. 2.*
Nec potest dubitari, quin a sententia Vicarii Episcopi
Cathacensis, qui Joannem Franciscum in possessionem hu-
4 jus Parochialis immisit, daretur appellatio; Quia, cum
esset datus Executor cum clausula, *vocatis vocandis*, dice-
batur Executor mixtus, qui propterea tenebatur assumere
partes Judicis, ut per Doctores *in c. fin. de præsumpt.* ubi præ
aliis Felin. *n. 23. & in c. exhibita n. 4. de judic.* Card. *cons. 63.
in princ.* Et per consequens ab ejus sententia dabatur appel-
latio, & ipse appellationi deferre tenebatur, ut post Card.
in d. cons. 63. n. 3. tradit Felin. *in d. c. exhibita sub n. 4. & in c.
de cæteris n. 10. in fin. de judic.* & fuit resolutum *in Causa Syracusana Beneficii 19. Martii 1597.* coram Illustriss. Card. Pamphilio &c.

CÆSARAUGUSTANA CANONICATUS.

Ven. 12. Februarii 1610.

ARGUMENTUM.

Examen testium factum absque citatione ad videndum illos jurare, sanatur, si dentur exadverso interrogatoria, & cum illis fuerint testes examinati; Et quid ad hunc effectum operetur commissio sanatoria cum clausula, *Arbitrio*: quodque defectus jurisdictionis non noceat, si non sit totalis; & quando Judicium privilegiatum sit prius terminandum, & non possit fieri cumulatio petitorii, & possessorii vigore clausulæ, *Arbitrio*.

SUMMARIUM.

1 *Testes examinati sine citatione ad videndum illos jurare, non dicuntur nulliter examinati, si data fuerunt interrogatoria, & cum illis examinati.*

2 *Rota, stante Commissione sanatoria cum clausula*, Arbitrio, *solet examen sustinere, & testibus fidem adhibere.*

3 *Defectus jurisdictionis ob non factam citationem ad dicendum contra Breve, non procedit, ubi non adest totalis defectus.*

4 *A. C. non est omnino Judex incompetens in Causis Beneficialibus, quia in suis facultatibus est Executor quarumcunque Litterarum Apostolicarum.*

5 *Item non est incompetens omnino, quando Breve fuit insertum in monitorio illius vigore emanato, ac intimato, & cujus vigore Procurator coram A. C. comparuit, & dedit interrogatoria, cum quibus testes fuerunt examinati.*

6 *Arbitrium regulatur a Jure.*

7 *Possessorium de Jure non cumulatur cum petitorio, quia illud est prius terminandum, quam deveniatur ad istud.*

8 *Spolium ut magis privilegiatum, quam alia Judicia, est prius terminandum.*

9 *Spolium cessat, vel alias redditur turbidum, quando datur magnus fumus justificationis Brevis, & tunc admittitur cumulatio possessorii, & petitorii.*

10 *Spoliatus Judicis auctoritate ob illius præsumptionem, quæ stat pro Judice, non debet de facili restitui.*

11 *Sententia quando non sit justificanda ex eisdem, sed possit fieri ex noviter deductis.*

12 *Clausula*, Arbitrio, *debet aliquid operari, & per eam solet aliquid relaxari de Juris rigore.*

DECISIO II.

FElic. rec. Clemens VIII. Sæcularizatione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ inter alia mandavit erigi 24. Canonicatus, & quorum omnimodam dispositionem a primæva illorum erectione Sedi Apostolicæ reservavit. De uno ex dictis Canonicatibus Sanctissimus per suas Litteras in forma Dignum mandavit provideri Martino Barlo, qui de

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. &c. (semper ponuntur nomina Judicum) *Judicum Dep.*

Citentur Adm. Rever. NN. & NN. ut supra, *Fidei Subpromotores, ad comparendum in Capella, &c. pro loco, &c. ad diem Veneris, qua erit . . . Mensis . . . . currentis anni . . . de mane hora . . coram præfatis Illustr. &c. ad videndum exhiberi aliquas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. ejusque Canonizationem, illasque admitti, & in processu præsentis causæ reponi; necnon ad dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, & opponere voluerint, &c. contra, & adversus dictas scripturas. Instante Ad. Rev. NN. Procuratore, ut in actis. Datum, &c. in Capella, &c.* Et subscribunt Judices more solito.

Executa citatione, in qua respondere debent Subpromotores: *Placet*; & subscripta a cursore cum relatione, ut supra, debet reproduci in die sessionis deputatæ; & in principio folii a Notario fit relatio, ut in aliis citationibus dictum est.

In die sessionis facta relatione, prout in aliis, Procurator debet de novo instare coram Judicibus, & Subpromotoribus, pro Tribunali sedentibus in Capella; Et Not. ita scribere debet.

Relatione facta, comparuit Ad. R. NN. Procurator, ut in actis, & repetiit scripturas per ipsum jam exhibitas coram Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, & per eosdem mihi infrascripto Notario, Actuario traditas, ad effectum illas recognoscendi, &c. & institit, cum effectu illas admitti, & in processu reponi; & ex adverso DD. Subpromotores insteterunt, velle illas adhuc recognoscere, & bene observare, antequam aliquid de ipsis decernatur. Et statim fuerunt exhibita per me infrascriptum Notarium prædicta scriptura jam per me recognita, in manibus dictorum Dominorum Judicum, & Fidei Subpromotorum; quarum prima incipit, &c. (inseratur) *secunda, incipit, &c.* inseratur; & sic de aliis, si plures sint.

Quas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. per dictos Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos D. NN. Episcopum N. (& sic de aliis Judicibus) *Judices deputatos in causa prædicta, visas, auditas, lectas, & recognitas, observatis etiam subscriptionibus, sigillis, & legalitatibus, in eis existentibus, nil in contrarium opponentibus Admodum Reverendis DD. Fidei Subpromotoribus, illas admiserunt, si, & in quantum; & mihi infrascripto Notario Actuario consignarunt, mandaruntque, illas reponi in processu hujusmodi causæ, prout fuerunt per me reposita in actis præsentis processus, &c.*

Subsequuntur debitæ subscriptiones Judicum, & Subpromotorum per verbum *interfui*.

Si vero Procurator velit producere personas, in quibus miracula patrata sunt, & eorum sanitatem supervivientium deducere, quod valde est utile; in hac etiam Sessione post admissas scripturas debet instare, se velle præsentare personas, quæ aut vitam, aut sanitatem miraculose recepissent ex intercessione B. N. cum cæteris annexis, &c.

Et tunc Notarius post dicta verba: *Fuerunt reposita in actis præsentis processus*, statim subjungit: *Et quia prædictus Admodum Reverendiss. D. NN. Procurator, &c. ulterius institit, velle præsentare personas aliquas, quæ aut vitam, aut corporis sanitatem miraculose fatebantur, vel per ipsos, vel per suos parentes recepisse, & intercessione, & invocatione prædicti B. N. cum cæteris annexis; ut per incolumitatem, qua adhuc ad præsens fruuntur, magis miracula, qualia esse supponebat, elucescerent, magisque constaret, quam potens sit apud Deum intercessio dicti B. N. ideo adhunc finem, ut actus ipse sua solemnitate non careat, institit, debere etiam expediri citationem contra Adm. Rever. Subpromotores Fidei ad interessendum certa die pro dicta præsentatione, &c.*

Qui Illustriss. &c. Judices, &c. adhuc pro Tribunali sedentes, mandarunt, etiam dictam citationem expediri contra &c. ad comparendum in dicta Capella pro die Lunæ, &c. de mane, &c. hora, &c. ibique dicendum, &c. quicquid dicere voluerint, &c. contra dictam præsentationem, & videndum quodlibet, &c. Datum, &c. & sic postea finitur actus, & Sessio cum solito rogito *Super quibus omnibus, &c.* cum debitis subscriptionibus, ut dictum est.

Citatio est tenoris sequentis.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis Judicibus) *Judicum, &c.*

Citentur Ad. RR. NN. & NN. Subpromotores Fidei ad comparendum in Capella &c. pro loco &c. pro die Lunæ, qua computabitur &c. . . mensis &c. anni &c. de mane, vel fere, coram dictis Illust. &c. ibique ad interessendum præsentationi aliquarum personarum, quas intendit, et institit producere Ad. Rev. NN. Procurator in attestationem miraculorum, ab ipsis receptorum; ad quæ probanda dicebat testes induxisse, ut per incolumitatem, qua fruuntur, adhuc ad præsens magis obtineatur intentus; necnon ad dicendum, et excipiendum quicquid, etc. contra, et adversus dictam præsentationem, et scripturas, quæ ad ipsam facerent. Instante, etc. Datum etc. in Capella, etc.

Subscribunt Judices dictam citationem, ut supra.

Ego NN. Notarius, etc.

Cursor, seu nuncius, citat Subpromotores, qui respondere debent, & instare nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & cursor facit relationem solitam.

Die destinata pro sessione, cursor reproducit citationem, & Notarius in principio folii facit relationem, ut supra coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus.

Facta relatione, existentibus Judicibus in loco, &c. pro Tribunali, &c. debet Procurator producere sigillatim unamquamque personam, in qua miraculum est patratum, & fit rogitus publicus.

In Dei Nomine. Amen. Anno etc. Indictione, etc. Pontificatu, etc. die, etc. de mane, etc. in Capella, etc. coram Illustrissimis, et Reverendissimis Dominis D. NN. *Episcopus* N. *etc.* (& sic de aliis) *Judicibus, etc. et Ad. RR.* NN *et* NN. *Fidei Subpromotoribus, constitutus Ad. Rever.* N. *Procurator, etc. ut in actis, præsentavit* NN. *filium* NN. *ætatis annorum . . . ad finem, ut videatur, et agnoscatur prout dictus* NN. *Pater, dicta* NN. *Mater Conjuges, habitantes, etc. ibique præsentes delato ipsis juramento ad Sancta Dei Evangelia, declaraverunt, et deposuerunt* (hic narratur miraculum) & sic successive de aliis.

Deinde fit rogitus, ut supra in aliis instrumentis, & in fine: *Acta sunt hæc, etc. anno, etc. loco, etc. præsentibus, etc.*

Subscribunt Judices, & Subpromotores per verbum *interfui*.

Ego NN. *Notarius præsens, etc.* & finit prout in aliis.

✠ signum, &c.

Si vero compulsari debent scripturæ, penes alios existentes; tunc Judices debent mandare conservatoribus scripturarum, ut intra aliquem competentem terminum exhibeant in actis Notarii Actuarii scripturas originales ad effectum trasumptandi; & productis scripturis originalibus penes eos existentibus debent citari Subpromotores, ad dicendum contra jura producta, & repetita, & ad videndum mandari extrahi copiam jurium in actis productorum, illaque transumptari, & transumptata collationari cum suis originalibus, modo, & forma, quibus supradictum est, &c. cum eisdem citationibus, & decretis, mutatis mutandis; & quando jura indigent recognitione, debent examinari testes super eorum recognitione, citatis Subpromotoribus, & post recognitionem dictarum scripturarum fit transumptio earum, ut dictum est, citatis, &c.

Completis omnibus, debet Procurator comparere in loco destinato, &c. & ibi coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, repetere jura omnia producta, & instare citari Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura, &c. & videndum interponi decretum judiciale, ac declarari per Dominos Judices, o-

omnia

mnia, & singula fuisse acta juxta formam Litterarum remissorialium, & Notarius conficere debet instrumentum, ut sequitur.

In Dei Nomine. Amen. Anno &c. Indictione, &c. Pontificatu, &c. die Martis... Mensis.. de mane, hora.. intus Capellam, &c. Deputatum, &c. coram Illustriss. & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. &c. (& sic de aliis) *Judicibus &c. & coram Adm. RR. NN. Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, comparuit Ad Rev. NN. Procurator, ut in actis, & eo nomine repetiit omnia jura prædicta; & petiit, decerni citationem contra Adm. Reverendos Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura prædicta quæcunque, & quandocunque producta, reproducta, & repetita, & videndum interponi decretum Judiciale, & declarari per Dominos Judices, ut supra, omnia, & singula fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, & Compulsorialium, ac novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis.*

Ex adverso autem prædicti Domini Fidei Subpromotores insteterunt pro quocunque actu faciendo servari debere omnia, quæ in dictis Litteris, &c.

Qui Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, adhuc pro Tribunali sedentes, mandarunt, expediri citationem contra præfatos Reverendos Subpromotores Fidei ad dicendum contra jura producta, & repetita; & videndum per eos interponi decretum judiciale, & declari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum, & novissimorum decretorum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad diem Jovis.... Mensis.... anni.... in eadem Capella, &c. de mane, hora deputata. Super quibus omnibus, & singulis, &c. petiit, &c. præsentibus, &c. ut supra.

Subscribunt DD. Judices, & Subpromotores per verbum *interfui.*

Ego N. Notarius, &c.

Locus ✠ signi &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.*

Citentur NN. NN Fidei Subpromotores ex adverso principales ad comparendum in Capella, &c. pro die Jovis.... Mensis.... currentis anni, &c. de mane hora ..ad dicendum contra jura quæcunque, & quomodocunque producta, & repetita, & ad videndum interponi decretum judiciale, & declarari, omnia fuisse servata juxta Litteras Remissoriales, & Compulsoriales, ac novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, instante, &c. Datum in prædicta Capella, &c. Terra, &c. hac die, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus. Et ita alii.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Cursor exequitur citationem personaliter, ut supra, & facit relationem, ut supra, & Promotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, &c. nam comparebit, &c.

Die destinata in loco sessionis, cursor, seu nuncius, producit citationem, & in ea, seu in principio folii, & coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus, Notarius facit relationem, modo, quo supra; & facta relatione Notarius in eadem sessione dicit: *Facta relatione mox, & incontinenti, & coram eisdem DD. Judicibus, & Subpromotoribus pro Tribunali in eadem Capella sedentibus, comparuit NN. Procurator, & eo nomine repetiit, & reproduxit, & pro repetitis haberi velle declaravit, omnia, et singula in actis hujusmodi processus hactenus producta, et exhibita, acta, & actitata quæcunque, in quantum, etc. & non alias, etc. de quo expresse protestatus fuit, et protestatur, non solum sic, sed omni, etc. necnon petiit, et institit, per dictos Illustrissimos, et Reverendissimos Dominos Judices pro Tribunali sedentes judiciale decretum interponi, et declarari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium, et novissimorum decretorum, etc. et quodcunque aliud decretum interponi necessarium, et opportunum, etc. Ex adverso autem præfati DD. Subpromotores pro hac die, et hora dixerunt generalia contra, et nihil fieri contra litteras, et decreta, etc. Et tunc præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Domini pro Tribunali sedentes prædicta omnia, et singula, quandolibet producta, repetita, et exhibita, admiserunt, si, et in quantum; et ulterius declararunt, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium Sacrorum Rituum Congregationis, ac novissimorum decretorum, etc. ac proinde judiciale eorum decretum interposuerunt, supplendo omnes defectus, si qui, etc. ac insuper, instante eodem R. N. Procuratore, mandarunt expediri citationem contra supradictos Ad. RR. Fidei Subpromotores ad comparendum in hac prædicta Capella ad diem Lunæ, quæ computabitur... Mensis .... anni ... etc. ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus, per Notarium Actuarium, etc. vel alium. Dictumque transumptum postea collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputando, et quodcunque aliud decretum desuper necessarium, et opportunum fieri, et interponi, etc. Super quibus omnibus, et singulis petitum fuit, etc. ut unum, vel plura, etc.* ut supra, Præsentibus, &c.

Ego NN. Episcopus N. etc. interfui.

Et sic alii Domini Episcopi, & Subpromotores, &c.

Ego NN. *Publicus, etc.*

Signum ✠ Notarii.

Citatio est tenoris sequentis, v. g.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum etc.*

Citentur Ad. RR. Domini NN. *et* NN *Subpromotores Fidei, et eo nomine ex adverso principales ad comparendum in Capella, etc. ad diem... quæ erit .... Mensis ... anni... etc. de mane, hora .... ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus per Notarium Actuarium hujus causæ; Dictumque transumptum postea mandari collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputando, et quodcunque aliud decretum desuper, etc. instante, etc.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*, & sic alii duo Episcopi.

NN. *Notarius, etc.*

Nuncius, seu cursor, ut supra, debet facere relationem, se personaliter citasse Subpromotores, &c. & copiam reliquisse, ut supra.

Subpromotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, & sic alius Subpromotor, quoniam comparebit, &c.

Adveniente die, pro qua est facta citatio, seu destinata sessio, Nuncius reproducit, ut supra, citationem, in qua Notarius in principio folii, ut dictum est, facit relationem, & incipit: *Die... Mensis... anni.... etc. de mane, hora ... in Capella, etc.* juxta formulam alias suprapositam.

In hac sessione fit deputatio Notarii ad transumptandum processum, & expeditur citatio pro collatione, & electione alterius Notarii, & Notarius deputatus pro exemplando processu juramentum præstat.

Deinde subdit Notarius: *Relatione facta, comparuit NN. Procurator, et institit fieri confectionem transumpti processus per me infrascriptum Notarium, illoque peracto, fieri illius collationem, etc. se tamen expresse protestando, per actum præsentium non intelligi fieri aliquod præjudicium authoritatibus prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum Judicum, continuandi processum prædictum, toties, quoties opus fuerit; nam expresse petit, illum continuari prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum DD. Judicum authoritatibus; instando de his hucusque actitatis pro nunc fieri transumptum ad finem illud transmittendi ad Romanam Curiam,* seu ad *Sac. Rituum Congregationem.*

Ex adverso Domini Fidei Subpromotores dixerunt, omnia fieri, juxta formam Litterarum Remissorialium Sacrorum

crerum Rituum Congregationis, & servatis servandis, &c.

Et tunc supradicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis) Judices deputati in præsenti causa, &c. pro Tribunali sedentes in prædicta Capella, &c. præsentibus præfatis Adm RR. DD. NN. N. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario, &c. & aliis, audita supradicta instantia, illam admiserunt, si, & in quantum, & mandaverunt, prædictum processum transumptari per me Notarium Actuarium deputatum hujus processus, ita approbantibus etiam dictis Ad. R. DD. Fidei Subpromotoribus. Necnon mandarunt, ad majorem cautelam, iterum a me dari juramentum, juxta formam novissimorum decretorum, &c. prout ego in manibus prædictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Judicum præstiti juramentum flexis genibus, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia, & dicendo: Ego, &c. inseratur.

Et deinde post dictum juramentum a me præstitum, dicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices mandarunt, dictum fieri transumptum processus per me Notarium Actuarium intra numerum dierum.... incipiendum a die... quæ computabitur... Mensis ... anni .... & finiendum ad diem... quæ erit...mensis... anni, &c.

Necnon decreverunt, citationem fieri, expediri, & exequi, contra prædictos Adm. Reverend. DD. Fidei Subpromotores ad comparendum in Capella prædicta post terminum assignatum dierum ...pro faciendo transumpto in prima die non impedita, nec ad honorem Dei ejusque Sanctorum feriata, & videndum fieri collationem, seu asculationem supradicti transumpti cum originali processu, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu ausculatione facienda, illique deferri juramentum, juxta formam novissimorum, &c. & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi. Instante eodemmet Rev. D. NN. Procurator, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. a me infrascripto Notario, & Actuario, &c. (ut supra in aliis instrumentis) Præsentibus NNN. &c.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et sic cæteri Episcopi, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, &c. ut in aliis.

† signum, &c.

Deinde expeditur citatio contra Subpromotores, ut post terminum datum compareant, ut supra.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum, etc. ut supra.

Citentur Adm. Rev. DD. NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nomine ex adverso principales, ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ, &c. Civitatis, &c. pro loco judiciali deputata, pro die Lunæ, quæ erit .... mensis .... anni &c. prima die non impedita post terminum dierum .... assignatum pro transumptione processus, numerandum a die ... mensis ... anni .... & coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & videndum mandari fieri collationem, seu ausculationem transumpti processus præsentis causæ cum originali processu, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu ausculatione, illique deferri juramentum, & quodcunque illud decretum, &c. Instante, &c. Datum in Capella, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
NN. Notarius Actuarius Deputatus.

In hac citatione debent respondere Domini Fidei Subpromotores (quilibet pro se) nihil fieri, nisi servatis servandis, & ipso præsente, & sic etiam alios Subpromotores, & cursor facit debitam relationem, se citasse personaliter, &c.

Adveniente tempore statuto, & die, pro qua cadit citatio, scilicet facta transumptionem processus, in principio Sessionis in dicta Capella, coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus Fidei, pro Tribunali, &c. Cursor reproducit citationem, in qua in principio folii Notarius scribit relationem cursoris eo modo, prout dictum est, & facta relatione Notarius Actuarius scribit.

Relatione facta, comparuit Admodum Rev. D. N. N. Procurator, ut in aliis, & institit, quod, cum jam esset completum transumptum dicti processus infra terminum jam præfixum, & deinde, cum esset decretum, procedendum ad collationem, seu ausculationem faciendam prædicti transumpti cum originali; quapropter institit, cum effectu mandari fieri dictam collationem, seu ausculationem cum originali, & deputari alium Notarium adjunctum, illique deferri juramentum: Ex adverso autem DD. Subpromotores Fidei institerunt nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & audientibus, & procerea die intimatis, & pro nunc cætera fieri, servatis servandis, alias &c.

Et tunc Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis Judicibus) Judices, &c. adhuc pro Tribunalibus sedentes in præfata Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. assistentibus dictis Admod. Rev. Dominis Fidei Subpromotoribus, & me infrascripto Notario Actuario Deputato, & aliis; mandaverunt, coram ipsis, & prædictis Dominis Fidei Subpromotoribus, fieri petitam collationem, & ausculationem, & ad hunc effectum deputarunt R. D. NN. publicum, & Apostolica authoritate Notarium pro dicta collatione facienda, una mecum infrascripto Notario Actuario deputato; & pro effectu prædicto mandarunt dicto Rev. D. NN. Notario adjuncto, ibidem præsenti, præstare juramentum, juxta forma novissimorum, &c. (ut supra) prout illico dictos Rev. D. NN. genibus flexis coram prædictis, meque Notario Actuario, & alius, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia in manibus ipsorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Judicum, etc. præstitit juramentum, dicendo: Ego, etc. (inseratur) et accepto calamo propria manu se subscripsit. Qui dictus Rev. D. NN. Notarius adjunctus, ad docendum de ejus Notariatu, alias in prima Sessione præsentis processus exhibuit litteras patentes, seu privilegii, quod fuit illi restitutum, relicta copia in actis collationata.

Et successive præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Dominini Judices deputati mandarunt, dictam collationem coram ipsis, et Subpromotores, a me Notario, et altero adjuncto inchoari die Jovis, qua erit .. Mensis .. currentis anni .. cum aliis .. sequentibus diebus, non tamen in honorem Dei, ejusque Sanctorum feriatis, tam de mane, ab hora ... usque ad horam ... quam de sero, ab hora ... usque ... ad horam .. salva facultate prorogandi, donec fuerit completa dicta collacio, ad quem effectum decreverunt, expediri citationem contra prædictos Subpromotores Fidei, ad interessendum dictæ collationi pro dictis statutis diebus, et horis, etc. Instante prædicto R. D. NN. Procuratore.

De quibus omnibus, et singulis petitum fuit per dictum Procuratorem a me Notario Actuario deputato, ut unum, vel plura. etc. ut supra. Unde acta fuerunt, etc. Mense ... die .... loco, etc. præsentibus etc. præsentibus etc. ut supra in aliis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita subscribunt alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, et Apostolica, ut supra.

† signum, &c.

Tenor citationis est.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis Judicibus) Judicum etc. ut supra.

Citentur Admod. RR. D. D. Fidei Subpromotores D. NN. NN. et eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum fieri collationem, seu ausculationem transumpti processus præsentis causæ Canonizationis B. N. pro die ... quæ erit ... Mensis .. anni ... cum aliis diebus decem sequentibus, ad honorem Dei, ejusque Sanctorum

ctorum non feriatis, tam de mane, ab hora... usque ad horam... &c. quam de sero, ab hora... usque ad horam ...& quousque non fuerit completa dicta collatio, ibique ad interessendum coram Nobis in eadem Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. Civitatis, &c. pro loco loci deputata, instante eodem R. N. N. Procuratore, &c. Datum in prædicta Capella, die, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic alii, &c.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores respondere debent, quod statuta die comparebunt, & nihil fieri, &c.

Nuncius facit debitam, & solitam relationem, &c. Die statuta pro sessione de mane stantibus, & sedentibus pro Tribunali DD. Judicibus, & Subpromotoribus in Capella, &c. Nuncius, seu Cursor, producit citationem cum sua relatione, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, ut supra in aliis, &c.

Et postea sequitur sessio, & incipit ausculatio, &c. & Notarius ita scribit.

Relatione facta, comparuit præfatus Admod. R. D. NN. Procurator, ut in actis, & coram antedictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus NN. & NN. & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus NN. & NN. meque infrascripto Notario Actuario deputato; & institit, incheari collationem transumpti processus originalis præsentis causæ, illamque continuari usque ad complementum illius; eaque completa, interponi decretum super legitima illius confectione.

Ex adverso autem Admodum RR. supradicti Fidei Subpromotores, inhærendo protestationibus alias factis, insteterunt omnia fieri servatis servandis, ipsisque præsentibus. Et tunc præfati Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices deputati, pro Tribunali sedentes in Capella prædicta, assistentibus dictis Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, mandaverunt, petitam collationem incheari, & continuari per me Notarium Actuarium deputatum una cum R. D. NN. Notario adjuncto, usque ad illius complementum, coram eisdem in hoc die, & hora, & in cæteris prædictis diebus, tam de mane, quam de sero, horis deputatis; illaque completa, citari dictus Admodum RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super illius legitima confectione, &c. Et statim Ego NN. Notarius Actuarius deputatus hujusmodi præsentis causæ, tenens originalem processum, illumque legens alta, & intelligibili voce, & antedictus R. D. NN. alter mihi Notarius adjunctus, tenens illius transumptum, inchoavimus prædictam collationem coram prædictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis, & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, omnibus audientibus, & intelligentibus, & sic fuit inceptum a folio primo, & deventum usque ad folium .... hujus transumpti, & postea fuit dimissa collatio animo continuandi hac eadem die sero, hora deputata, & in fidem.

Ego D. N. N. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Ita est Ego NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Ita est Ego NN. Notarius adjunctus, &c. Prosequitur Collatio.

De sero autem Notarius Actuarius dicit.

Die, &c. de sero, hora ... in eadem Capella coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. (& sic de aliis Judicibus, ut supra.) *Judicibus, &c. & coram Admodum Reverendis Fidei Subpromotoribus NN. & NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum Notarium Actuarium deputatum, & per D. NN. Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... usque ad folium ... prædicti transumpti, & postmodum fuit dimissa collatio animo continuandi die sequenti de mane, hora deputata, &c.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores.

Ita est NN. *Notarius Actuarius Deputatus.*

Ita est NN. *Notarius adjunctus.*

Et ita continuatur usque ad finem; in ultima vero sessione, in qua finitur collatio, ita debet scribere Notarius.

Rosa de Execut. Lit. Ap.

Eadem die de sero (si fuerit in eadem die) vel *die ... hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *pro loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* NN. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & coram Adm. RR. DD.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum* Notarium *Actuarium deputatum, & per me* NN. *Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... fuit deventum, usque ad folium ... prædicti transumpti, ad quod folium ... perveniendo fuit perfecta, & completa dicta Collatio. De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit a nobis infrascriptis* Notariis*, ut unum, vel plures, actus conficeremus, ut infra; unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, diebus, horis, & loco, quibus supra, & in fidem, &c.*

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

Et ita subscribunt alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Et statim subsequuntur fides Notariorum.

Fidem facio Ego NN. *publicus, & Apostolica Auctoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, qualiter die Jovis ... Mensis ... anni ... de mane,* (vel *de sero*) *hora ... & coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N. N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) N. *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram Adm. Rev.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus semper assistentibus, intelligentibus, & audientibus, ac pro Tribunali sedentibus, in Capella Sancti* N. *&c. Terra* (vel *Civitatis*) N. *Instante Ad. R. D.* NN. *Procuratore &c. fuit per me una simul cum* NN. *Notario adjuncto inchoata collatio hujus transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *& sic fuit continuata nedum post prandium ejusdemmet prædicti diei, sed etiam per alios duos sequentes dies non feriatos, videlicet .... tam de mane, quam de sero, horis deputatis, & hac eadem die Lunæ ... Mensis ... anni ... fuit completa, & perfecta collatio prædicti transumpti, & concordat in omnibus cum processu originali hujus causæ Canonizationis B.* N. *In cujus fidem hic me subscripsi, & signavi requisitus.*

† signum, &c.

Similem fidem debet facere Notarius adjunctus; & advertendum est, quod, si in aliqua die fuit intermissa collatio, explicandum est in fide, &c. & cum dicitur, *Fuit continuata per dies, &c.* subjungi debet, *præter talem diem de mane,* vel *de sero.*

Dictæ Fides, seu actus, debent fieri per dictos Notarios, etiam in originali processu, cum hac tantum variatione, quod in illis, quæ fiunt in transumpto, dicitur, ut supra: *Inchoata fuit collatio hujus transumpti cum originali processu;* in originali vero dicitur: *Inchoata fuit collatio transumpti cum hoc originali processu;* & semper dicti actus, seu Fides, debent fieri manu propria dictorum Notariorum, tam in transumpto, quam in originali.

Ab isto actu, usque ad finem omnes alii actus, tam in transumpto, quam in originali, extenduntur manu propria Notarii Actuarii, & fieri debent actus duplicati, seu instrumenta *duplicata;* unum debet inseri in transumpto, alterum vero in originali; & in illo, quod inseritur in transumpto, scribitur *duplicatum.*

Facta collatione debet comparere Procurator causæ coram DD. Judicibus, & instare pro decreto legitimæ collationis, & ad hunc finem citare Fidei Subpromotores, & fit instrumentum tenoris sequentis v. g.

In Dei nomine. Amen. Anno, &c. indictione, &c. Pontificatu, &c. die vero Lunæ, v. g. *... mensis ... anni .. de mane, hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram Admod. Rev.* NN. *&* N.N. *Promotore Fiscali Curiæ* N. *Fidei Subpromotoribus deputatis, meque infrascripto* Notario *Actuario deputato, & aliis, comparuit Adm. Rev.* N. N. *Procurator præsentis causæ, ut in actis, & exponens, quod sit jam completa, & perfecta collatio transumpti cum processu originali causæ Canonizationis B.* N. *institit, relaxari citationem contra Adm. RR Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super legitima con-*

fectione dicta collationis, &c. Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei insteterunt, nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & intimatis, ac servatis servandis, Qui Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices deputati mandarunt, fieri, & expediri citationem ad diem... quæ erit..., Mensis... currentis anni... de mane, hora deputata, prout executum. Super quibus omnibus, & singulis, &c. (ut supra) *unde fuerunt acta, &c.* (ut supra) *die... mensis... in præfata Capella, &c. præsentibus NN. NN. Testibus, &c.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic cæteri Judices, & Subpromotores.

Ego NN. Publicus, & Apostolica authoritate Notarius, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.*

Citentur Ad. RR. Fidei Subpromotores D. NN. D. NN. etiam Promotor. Fisc. &c. & eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum pro die Jovis, v. g. quæ erit... Mensis.. anni.. de mane, hora... interponi decretum quodcunque necessarium, & opportunum de, & super legitima confectione collationis transumpti cum processu originali præsentis causæ; ad comparendum proinde dicta die in Capella S. N. Ecclesia S. N. pro loco judiciali deputata. Instante Ad. Rev. N. N. Procuratore, &c. Datum in dicta Capella, &c. die, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices totum.

NN. Notarius &c.

Subpromotores Fidei debent respondere, nihil fieri, nisi &c. ipsisq. &c. præsentibus, &c.

Cursor, seu nuncius, facit relationem.

Die, pro qua est facta citatio, existentibus Judicibus, & Subpromotoribus Fidei in Capella, &c.

Cursor producit citationem, & in ea Notarius in principio folii facit relationem, ut supra dictum est, & Procurator causæ de novo facit instantiam, & Notarius scribit, & facit actum, ut supra.

Relatione facta, comparuit Ad. R. D. N. Procurator causæ, coram supradictis Illustr. & Rever. Dom. Judicibus, & Ad. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, & institit, interponi decretum super legitima confectione collationis transumpti cum originali processu hujus causæ, &c. quo peracto mandari, expediri citationem contra supradictos Ad. RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti ad Romanam Curiam, sive *ad Sacrorum Rituum Congregationem, &c.*

Ex adverso autem supradicti Adm. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes, insteterunt, omnia fieri servatis, quæ mandantur in litteris Sacrorum Rituum Congregationis.

Et tunc præfati Illust. & Rever. Dom. D. N. N. Episcopus N. (& sic de aliis) *Judices* (ut supra) *in primis mandaverunt, expediri citationem contra Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti processus præsentis causæ ad Romanam Curiam* (seu *ad Sacrorum Rituum Congregationem*] *illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, pro die Veneris, v. g. quæ erit... mensis.., anni.... de mane, hora deputata, in solita Capella, pro loco loci deputata. Tandem adhuc pro Tribunali sedentes, & assistentibus dictis Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, & aliis, declaraverunt, auscultationem, & collationem dicti transumpti cum ejus originali processu coram ipsis, & Subpromotoribus Fidei, per me Notarium Actuarium, & NN. Notarium adjunctum rite, & recte, ac legitime factam fuisse; ideoque eandem fidem ipsi transumpto adhibendam esse, & præstari debere, quæ adhiberetur originalibus, si ostenderentur, non solum præmisso, sed etiam omni alio meliori modo, &c. In cujus rei testimonium has præsentes subscripserunt, ac propriis sigillis muniverunt iidem Illustrissimi, & Reverendissimi prædicti DD. Judices, easdem subscribentibus etiam præfatis Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, ut infra.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Ego D. NN. Curia Episcopalis N. Promotor Fiscalis, & Fidei Subpromotor interfui.

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario, & Actuario per prædictum Rev. D. NN. Procuratorem, ut unum, vel plura, publicum, seu publica, conficerem, atque traderem, instrumentum, & instrumenta; Unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, die, hora, & loco, quibus supra. Præsentibus, &c.

Ego D. N. N. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio contra Subpromotores ad videndum destinari Portitorem transumpti, eique deferri juramentum.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis) *Judicum Deputatorum.*

Citentur Ad RR. D NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum pro die Lunæ, v. g. quæ erit.. Mensis.. anni.. &c. de mane, hora.. in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. Civitatis, [vel *Terræ*) *N. pro loco loci deputata, ibique videndum eligi, & deputari Portitorem, ad effectum illi consignandi processum, seu transumptum illius, exemplatum, & collationatum cum originali processu, & ab eo deferendum ad Romanam Curiam* (sive *ad Sacrorum Rituum Congregationem*) *illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum desuper fieri, & interponi, &c. Instante Ad. R. D. N. N. Procuratore, &c. Datum in Capella, &c.*

D. N. N Episcopus N. Judex Deput. Apostolicus.

Et sic alii Judices. &c.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Cursor debet exequi citationem contra Subpromotores, qui debent respondere, & nihil fieri, nisi ipsis præsentibus; nam in termino, &c. Cursor facit relationem, ut supra, in citatione.

Die destinata pro Sessione, existentibus, &c. cursor, seu nuncius, producit citationem cum sua relatione, & in principio folii citationis Notarius facit debitam relationem modo, & forma, ut supra, & facta relatione, Procurator iterum instare debet coram Judicibus, & Subpromotoribus pro destinatione Portitoris, & deferri ei juramentum, & Notarius Actuarius ita extendit.

Relatione facta, comparuit Admod. Rever. N. N. Procurator, &c. coram supradictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis in præsenti causa, ac Admod. Rev. Fidei Subpromotoribus, meque, etc. ut supra (*& institit provideri, prout in citatione, stante jam relatione facta. Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei, ibidem præsentes, insteterunt, eligi, & deputari debere in Portitorem personam fidelem, et idoneam, deferrique ei juramentum, cæterisque de jure servandis, etc. Et tunc præfati Illustriss. et Reverendissimi Domini D.* NN. *Episcopus* N. (& sic de aliis) *Judices deputati in præsenti causa, pro Tribunali sedentes, assistentibus ipsis etiam Fidei Subpromotoribus prædictis, elegerunt, et deputaverunt NN. in Portitorem ad deferendum, & præsentandum ad Romanam Curiam* (*vel ad Sacrorum Rituum Congregationem*) *quanto citius potuerit, processum, sive transumptum illius, ut supra, collationatum cum originali processu præsentis causæ Canoniza*

nizationis B. N. illic ibidem præsentem. Qui NN. genibus flexis coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, ac Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, in prædicta Capella pro loco loci deputata juramentis, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, præstitit juramentum de fideliter, bene, & diligenter officium suum exercendo. Et successive instante supradicto Adm. Rev. D. N. N. Procuratore hujus causæ, iidem Illustrissimi, & Reverendiss. Judices deputati pro Tribunali sedentes decreverunt, expediri citationem contra prædictos Admod. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes pro die Lunæ v. g. quæ erit .... Mensis ... anni ... ad comparendum in hac eadem Capella, ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu transumptum prædictum, transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & sigillari, seu obsignari, clausumque, & sigillatum consignari supradicto Portitori Deputato, & jurato, dictique processus originalia mandari claudi, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis N.

Super quibus, omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario Actuario deputato, ut unum. &c. ut supra.

Unde acta fuerunt, &c. ut supra. *Præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui*, & ita alii Judices, & Subpromotores Fidei, &c.

Ego NN. *Notarius &c.*

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.* ut supra.

C*itentur Adm. RR. Fidei Subpromotores* NN. NN. *& eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *Civitatis*, (vel *Terræ*) N. *pro loco loci deputata, pro die Lunæ, v. g. quæ erit ... Mensis ... anni ... de mane, hora .. ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu ejus transumptum collationatum cum originali processu præsentis causæ Canonizationis B.* N. *transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & obsignari, clausumque, & sigillatum Portitori deputato consignandum, dictique processus originalia mandari claudi, obsignari, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *& quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad dictam diem, &c. Instante R.* N. N. *Procuratore, &c. Datum in dicta Capella, &c.* ut supra.

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus.*

Sic alii duo Judices.

NN. *Notarius Actuarius &c.*

Subpromotores Fidei replicare debent omnia bene fieri juxta decreta novissima, &c. ut supra.

Cursor facit suam relationem, ut supra, se personaliter citasse, &c.

Die vero, pro qua est facta citatio, seu sessio destinata, DD. Judicibus in Capella deputata existentibus, Nuncius, seu Cursor, reproducit citationem, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, dicens: *Die, &c. in Capella, &c. & coram, &c.* ut supra.

Facta relatione, de novo Procurator instat, prout supra, & Notarius extendit actum, &c. videlicet.

Relatione facta, comparuit Adm. Rev. N. *Procurator hujus causæ, prout in actis, coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *pro Tribunali sedentibus, etiam Adm. RR.* NN. NN. *Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, &c.* ut supra, *& aliis; & institit, provideri, prout in dicta citatione, se tamen protestando, per talem actum nullum sibi præjudicium fieri, ut Procuratori, sed integra sibi, & suæ Religioni remaneant jura continuandi processum, si opus fuerit eisdem authoritatibus. Ex adverso autem DD. Fidei Subpromotores institerunt, omnia fieri, servata forma decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, &c. Et tunc prædicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, audita supradicta instantia, mandarunt, subscribi, & legalizari processum, seu ejus transumptum ab originalibus præsentis causæ Canonizationis B.* N. *ipsumque in fine præsentis actus ab ipsissimis Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis Judicibus, dictisque Adm. RR. Dominis Fidei Subpromotoribus, ac me Notario, subscriptum claudi, & eorum sigillis, tam in fine præsentis actus, quam ab extra, sigillari, & obsignatum consignari Portitori deputato, & jurato, salvis juribus, competentibus Procuratori præsentis causæ continuandi processum eisdem authoritatibus, prout servatum fuit. Originale vero, sive originalia, eodem modo subscripta, ac obsignata claudi, ejusdemque sigillis obsignari, & clausa, & obsignata custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *prout incontinenti fuit executum: Ego enim infrascriptus Notarius Actuarius deputatus omnia prædicta originalia clausi, dictis sigillis obsignavi, & sic obsignata consignavi R. D.* NN. *Archivistæ dictæ Curiæ Episcopalis N. custodienda in dicto Archivio, & non aperienda, nisi de mandato Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel Sacrorum Rituum Congregationis jussu.*

De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit per dictum R. N. N. Procuratorem a me Notario Actuario deputato infrascripto, ut unum, vel plura, (&c. ut supra) *unde acta fuerunt*, (&c. ut supra) *anno ... mense ... die ... hora ... in hac eadem Capella, &c. præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Fidei Subpromotor Deputatus interfui*

Ego D. NN. *Promotor Fiscalis Curiæ* N. *& Subpromotor Deputatus interfui.*

Subscriptis DD. Episcopis, & Subpromotoribus, impressisque sigillis Episcoporum, debet Procurator instare coram Episcopo Diœcesano, ut interponat legalitatem Notariis, Actuario scilicet, & Notario adjuncto, quam ille solus facere debet, & Notarius ita prosequitur.

His habitis, instante eodemmet Adm. Rev. D. NN. *Procuratore præsenti causa, Illustrissimus, & Reverendissimus D.* NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus adhibuit legalitatem, tam respectu mei Notarii, & Actuarii, quam prædicti* N. N. *Notarii adjuncti, ut infra.*

Ego D. N. N. *publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito signo signavi requisitus.*

† signum Notarii.

Postea immediate sequitur legalitas Episcopi Diœcesani.

D. NN. *Episcopus* N.

In præsenti causa Canonizationis B. N. *Judex Apostolica authoritate specialiter deputatus.*

Universis, &c. notum facimus atque testamur, retroscriptum Clericum (vel *Sacerdotem*) N. N. *Notarium, Apostolica auctoritate creatum, & hujus causæ Actuarium Deputatum, ac R. D.* N. N. *Notarium Apostolicum, & pro collatione hujus transumpti ab originalibus hujus causæ Canonizationibus B.* N. *esse tales, quales se asseruerunt, legales, & fideles; eorum scripturis, subscriptionibus, & signis, semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi plenam, & indubitatam fidem, sive in judicio, sive extra. In quorum fidem, &c. manu nostra subscriptam, nostri sigilli impressione munitam; & per infrascriptum Notarium Secretarium scribi fecimus, in quorum fidem &c.*

D. N. N. Secretarius.

Duplicatum hujus legalitatis etiam ponitur in processu originali, dempta tamen illa particula *hujus*

His omnibus peractis processus originalis, qui cooperitur charta pergamena, & super quam scribitur charactere majusculo.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

In primo folio processus in frontispitio scribitur,

Hic est processus.

In causa Canonizationis B. N. Civitatis, (vel *Terræ N. Diœcesis N.*) *Sacerdotis dum vixit* (si fuerit Regularis, ponitur Religio) *formatus*, *& fabricatus coram Illustr. & Rever. Dominis D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. in præsenti causa deputatis*, *& delegatis Apostolicis super his*, *&c. quæ supervenerunt post ejus Beatificationem*, *sub rogitu mei NN. publici*, *& Apostolica auctoritate Notarii in hac causa electi per prædictos Illustr. & Rever. Dominos Judices in Actuarium*, *cœptus*, *continuatus*, *& perfectus tempore*, *loco*, *modo*, *& forma sequentibus*, *qui asservatur in Archivio Curiæ Episcopalis N.*

† signum, &c.

Transumptum, seu copia involuitur in folio magno bene clauso, & in omnibus angulis, & mediis apponuntur sigilla impressa in cæra rubea, & ligatur cum aliqua ligula serica, in qua etiam imprimuntur sigilla Episcoporum antequam ligetur, in frontispitio a Notario fit hæc inscriptio.

Hæc est copia processus causæ Canonizationis B. N. Regni.. Sacerdotis, *dum vixit*, *Religionis*, *&c.* (si fuerit Religiosus) *fabricati coram Illustr. & Reverend. Dominis D. N. N. Episcopo N. D. N. N. Episcopo N. & D. N N. Episcopo N. Judicibus Deputatis*, *& Delegatis per Sacrorum Rituum Congregationem*, *super his*, *quæ supervenerunt post concessam eidem Beati venerationem*; *imo etiam*, *quæ præcesserunt*, *pro Diœcesi N. vigore Litterarum Remissorialium*, *& Compulsorialium Eminentissimi*, *& Reverendissimi D. NN. Cardinalis N. dictæ Sac. Rituum Congregationis Præfecti*, *sub rogitu mei infrascripti Notarii*, *Actuarii deputati*, *cœpti*, *continuati*, *& perfecti*, *tempore*, *loco*, *modo*, *& forma*, *ut intus*, *quæ copia transmittitur ad dictam Sacrorum Rituum Congregationem die... mensis... anni...*

Ego NN. Neapolitanus, v. g. *Publicus*, *& Apostolica auctoritate Notarius*, *& prædicta causa Actuarius.*

† signum Notarii.

Advertendum est, quod Notarius, ut diximus, debet esse persona Ecclesiastica, qui in omnibus subscriptionibus debet ponere suam Patriam, etiam alius Notarius adjunctus, & alii, qui interfuerunt, dicendo: *Ego Clericus* (vel *Sacerdos*) NN. *Neapolitanus*, v. g. *Notarius*, *& Actuarius*, *&c.* Item semper in rogitis exprimere testium parentes, & Patriam. Item semper qualitas Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis illius loci, in quo fabricatur processus, debet exprimi, tam in rogitis, quam etiam in aliis actibus, & in propria subscriptione.

Si alter Subpromotor electus habeat aliquam dignitatem, exprimi debet semper a Notario in omnibus actibus.

Si processus non fuerit absolutus intra terminum, primo loco concessum, peti debet alia prorogatio termini; qua obtenta, illam præsentabit Procurator coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, & debet instare, procedi ad ulteriora, intendens processum incœptum perficere; Qua facta petitione, debent Judices decernere citationem contra Subpromotores ad dicendum, & excipiendum quicquid dicere, & excipere voluerint contra Litteras concessionis novi terminis, & ad videndum procedi ad ulteriora, & audiendum decretum, &c. pro certa die, & in dicta Capella, modo, & forma, quibus supra dictum est, cum debita citatione, &c. & postea adveniente die, pro qua est facta citatio, & facta relatione, ut supra, inserere decretum a Dominis Judicibus interpositum, & fit instrumentum in hunc modum.

In Dei Nomine. Amen. Anno, *&c. Indictione.. die vero Lunæ 4. v. g. mensis.. de mane*, *hora.. Pontificatus*, *&c. anno ejus*, *&c. in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco judiciali deputata*, *coram Illust. & Rever. D. D. N. N. Episcopo N.* (& sic de aliis) *Judicibus deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem in causa Canonizationis B. N. & coram Ad. RR. NN. & NN. Fidei Subpromotoribus*, *meque infrascripto Notario Actuario deputato*, *& aliis*, *comparuit Ad. R. D. NN. Procurator hujus causæ*, *ut in actis*, *& exposuit*, *quod suspensa fuit continuatio processus causæ prædictæ Canonizationis*, *ex eo*, *quia fuit jam expletus terminus unius anni a dicta Sacrorum Rituum Congregatione concessus ad confectionem hujus processus*; *quapropter fuit eidem Sacrarum Rituum Congregationi supplicatum pro concessione novi termini ad continuandam fabricationem dicti processus*, *qui non potuit absolvi intra tempus primi termini assignati*, *quæ benigne concessit novum terminum alterius anni*; *& impetratis litteris dictæ concessionis easdem præsentat*, *& producit in promptu*; *instat propterea cum effectu procedi ad ulteriora*, *intendens judicium*, *& processum inchoatum continuare*, *perficere*, *& fine debito terminari facere*, *& ante omnia expediri citationem contra Adm. Rev. Fidei Subpromotores*, *ad dicendum contra litteras concessionis novi termini*, *& ad videndum procedi ad ulteriora in statu*, *& terminis*, *in quibus causa prædicta reperitur*, *& quodcunque aliud decretum necessarium*, *& opportunum fieri*, *ad rite procedendum*, *& ita*, *&c.*

Ex adverso præfati Ad. Rev Fidei Subpromotores institerunt debere ante omnia bene considerari, *& observatis servandis omnia fieri*, *juxta ea*, *quæ mandantur in Litteris Sacrorum Rituum Congregationis*, *& ipsis semper intimatis*, *& præsentibus*, *alias*, *&c.*

Et tunc Illust. & Rever. præfati D. Judices dictam petitionem admiserunt, *si*, *& in quantum*, *& mandarunt*, *pro in ea contentis citari Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores pro die*, *quæ erit.. mensis.. currentis anni in Capella Sancti N. Ecclesia S. N. pro loco loci deputata*, *de mane*, *hora..*

Super quibus omnibus, *& singulis*, *&c.* prout in aliis rogitis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui.

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, *& Apostolica authoritate Notarius &c.*

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum Deputatorum*, *&c.*

Citentur Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores NN. & NN. & Promotor fiscalis (&c. ut supra in aliis) *& eorum nominibus ex adverso principales*, *ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. pro loco judiciali deputata*, *pro die Martis v. g. quæ erit.. mensis.. anni.. de mane hora.. ibique dicendum*, *& excipiendum*, *quicquid dicere*, *& excipere voluerint contra litteras concessionis novi termini*, *a Sacrorum Rituum Congregatione concessi pro continuando*, *& perficiendo processu Canonizationis B. N. ad videndum procedi ad ulteriora in præsenti causa*, *in statu*, *& terminis*, *in quibus reperitur*; *& quodcunque aliud decretum desuper necessarium*, *& opportunum interponi. Instante etc. Datum in Capella prædicta die etc.* ut supra.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores debent respondere generaliter, & non deveniri ad aliquem actum, nisi servata forma litterarum, & adimpletis aliis novissimis decretis &c.

Cursor facit solitam relationem, se citasse personaliter Subpromotores relicta copia.

Die vero deputata in citatione, existentibus &c. (ut supra in aliis) cursor reproducit citationem, in qua in principio folii facit solitam relationem, prout in aliis; deinde scribit,

Relatione facta, *comparuit Ad. R. D. NN. Procurator hujus causæ coram Illust. et. Rever. DD. Judicibus deputatis*, *ac Ad. RR. Fidei Subpromotoribus*, *meque infrascripto Notario*, *Actuario deputato*, *et aliis*, *repetiit litteras concessionis novi termini per me conservatas*; *et iterum exhibuit prædictis Illust. et Rever. DD. Judicibus deputatis*, *qui prædictas litteras ad se receperunt*, *et mihi infrascripto Notario de novo consignarunt*, *easque publice legi*, *et recitari mandarunt*: *quas mihi consignatas*, *a principio usque ad finem*, *recitavi*, *et earum tenor est sequens 13. foris etc. intus vero etc.* (& inserantur totæ) *Auditæ itaque per eosdem Illust. DD. Judices supradictos toto earumdem litterarum tenore*, *atque substantia*, *aliisque recte consideratis illas admiserunt*, *si*, *et in quantum*; *et deinde instatum fuit per eundem Ad. R. D. NN. Procuratorem*, *ut in actis*, *penes eosdem præfatos Illust. et Rever. DD. Judices*, *ut ad ulteriora procederent pro continuatione*, *prosecutione*, *et fabricatione processus causæ Canonizationis B. N. in statu*, *et terminis*, *in quibus reperitur. Et quia erat continuandum examen testium ind[u]ctorum*, *et iuratorum*;

rum; instatum fuit per dict. R.D.N.N. Procuratorem expediri citationem contra dictos Ad. RR. D. Fidei Subpromotores, ad intereffendum in Capella deputata pro loco examinis, & examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum. Ex adverso autem praefati DD. Fidei Subpromotores institerunt, debere intimari pro certa die, & de reliquo nihil fieri, nisi servatis servandis, &c. & tunc Illustrissimi, & Reverendissimi praefati DD. Judices, audita praedicta instantia, mandarunt, procedi ad ulteriora in statu, & in terminis, in quibus reperitur, in causa Canonizationis d. B.N. & decreverunt, expediri citationem contra assertos Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad intereffendum in Capella deputata examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum, pro die ... mensis ... anni ... de mane, hora ... de sero, hora ... & sic cum continuatione per alios dies non feriatos ad honorem Dei, ejusque Sanctorum, statutis horis de mane, & de sero &c.

Super quibus, &c. prout factum est in aliis rogitis.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Apostolicus deputatus, & sic alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. Notarius Actuarius.

Continuatur processus, prout supra.

Interdum in litteris remissorialibus datur facultas visitandi Sepulchrum Beati, ad finem probandi venerationem, & populi devotionem ex votis, & tabellis, &c. & quandoque ordinatur in litteris, ut hic accessus fiat immediate post litterarum aperitionem, & jurisdictionis acceptationem; & tunc in secundo instrumento in quo fit aperitio litterarum, & acceptatio jurisdictionis, in citatione, in qua diximus citari debere Subpromotores ad dicendum contra articulos, dicitur: Demum instante R.D. NN. dicti DD. Judices mandaverunt, expediri citationem contra praed. DD. Subpromotores pro die, &c. hora, &c. ad videndum mandari fieri accessum ad Venerabilem Ecclesiam S. N. in qua est erecta Capella d. B. & ad visitandum ejus Sepulchrum, illudque describendum, tam secundum interiorem formam, quam etiam exteriorem, una cum memoriis, reliquiis, & caeteris circumstantiis, juxta formam litterarum, &c.

Si vero in litteris mandatur, ut fiat accessus post examen, tunc post omnium scripturarum receptionem ante processus transumptationem, Procurator debet comparere coram DD. Judicibus, & instare pro accessu ad Sepulchrum; & actus fit hoc modo, videlicet.

In Dei nomine. Amen, &c. anno, &c. indictione &c. die Lunae v. g. qui &c. de mane &c. hora &c. Pontificatu &c. intus Capellam S. N. Ecclesiae S. N. pro loco judiciali destinata coram Illustr. & Reverend. DD. NN. Episcopo N. (& sic de aliis) Judicibus, & in praesenti causa &c. & coram Adm. RR. Fidei Subpromotoribus D. NN. & D. NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, meque &c. & aliis, comparuit Adm. R.D.N.N. Procurator hujus causae, ut in actis, & institit, ad magis verificandum cultum, & venerationem, quae B.N. praestatur, ad quam etiam probandam induxit cultus, & scripturas, debere fieri per d. Illustr. & RR. DD. Judices accessum ad Venerabilem Ecclesiam Sancti N. ad finem describendi sepulchrum, Capellam, memorias &c. & reliquias &c. prout etiam mandant litterae Remissoriales Sacrorum Rituum Congregationis, & interim expediri citationem contra supradictos Adm. RR. Subpromotores, ad videndum mandari fieri talem accessum, & quodcunque decretum, &c. necessarium &c.

Ex adverso autem Adm. RR. Subpromotores Fidei institerunt, omnia fieri, juris ordine servato, & juxta ea, quae praecipiuntur in litteris Sacrorum Rituum Congr. & ipsis semper intimatis. Et tunc praedicti Illustr. & Reverendiss. DD Judices dictam petitionem admiserunt, si, & in quantum, & mandarunt expediri citationem contra praefatos DD. Fidei Subpromotores, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam &c pro die ... Mensis ...

Super quibus omnibus, & singulis, &c. ut supra in aliis.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et sic alii DD. Judices, & Fidei Subpromotores.

NN. Notarius Actuarius.

Notandum est, quod, si in litteris remissorialibus non sit ordinatus accessus, non ponitur in instrumento supradicto, sed tantum dicitur: Ad probandam etiam venerationem &c.

Citatio.

NEAPOLITANA
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (ut sic de aliis) Judicum Deputatorum, etc.

Citentur Adm. RR DD. Fidei Subpromotores D. NN. et D. NN. ex eorum nominibus, ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti N. Ecclesiae Sancti N. pro loco judiciali deputata, pro die ... quae erit ... Mensis ... anni ... hora ... coram praefatis Illustr. & Reverendiss. DD. Judicibus deputatis, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam Sancti N. in qua erecta est Capella, & asservantur reliquiae d. B. N. et ad videndum, et observandum illius memorias, tabellas, &c. (pro observantia Litterarum Sacrorum Rituum Congregationis, si accessus fuerit ordinatus; sin minus omissis verbis pro observantia &c. dicitur:) ad magis verificandam percrebrescentiam cultus, & venerationis erga dictum B. N. instante Rever. D. NN. Procuratore, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic alii Judices.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

In citatione fit debita relatio a Cursore, qui illam executus fuerit, personaliter, &c. & DD. Fidei Subpromotores respondere possunt, nihil fieri, nisi ipsis praesentibus, & servatis servandis.

Die, in qua cadit citatio, & sessio, Cursor reproducit citationem, & in ea Notarius facit debitam relationem, prout in aliis, & deinde subsequitur Notarius.

Relatione facta, comparuit Ad. Rev. D. NN. Procurat. ut in actis, coram praef. Illustr. & Rev. DD. NN. Episc. N. (& sic de aliis) Judicibus, &c. in praesenti causa etc. in praesentibus etiam praedictis Adm. RR. DD. Fidei Supromotor. meque infrascripto Notario, & aliis, & institit destinari diem juridicam certam, pro accessu faciendo ad Venerabilem Ecclesiam Sancti N. ubi est erecta Capella, & adest Sepulchrum d. B. N. ad magis verificandam, &c. (si non fuerit ordinatus accessus) vel pro observantia &c. si fuerit ordinatus.

Ex adverso autem praefati DD. Fidei Subpromotores institerunt, omnia praedicta fieri ordine servato, &c.

Et tunc praefati Illustr. & Reverend. Domini Judices, adhuc pro Tribunali sedentes in dicta Capella, &c. audita supradicta instantia, mandarunt, prout mandant, fieri accessum praedictum ad dictam Ecclesiam Sancti N. in qua est Sepulchrum d. B N. & ibidem est erecta Capella; ac designarunt, & praefixerunt, prout designant, & praefigunt diem, quae erit ... mensis ... anni ... hora ... & jusserunt mihi Notario, &c. ut monerem ambas partes, tam dictos Adm. Rev. Fidei Subpromotores, quam d. Adm. Rev. D. NN. ad comparendum coram praefatis, &c. Procuratorem, prout fuerunt per me judicialiter moniti, &c. praedicta die, hora, &c. in hoc eodem loco judiciali deputato, ad finem hinc accedendi ad Ecclesiam praedictam, &c. ibique dicendum, & opponendum, &c. quicquid, &c. Qui quidem DD. Subpromotores, & Procurator dicunt, se esse promptos, & paratos, & quod in termino comparebunt, &c.

Super quibus omnibus, &c. prout in aliis; & semper apponitur: Capella pro loco loci judiciali deputata.

Ego D.N.N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui;

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Vel etiam in decreto accessus potest dici, quod Decretum accessus, dies, & hora dicti accessus intimentur DD. Subpromotoribus, & tunc fit intimatio sequenti modo.

NEAPOLITANA
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) Judicum, etc.

Intimetur Ad. RR. Fidei Subpromotoribus NN. NN. qualiter die .... Mensis .... currentis anni .... de sero, hora .... fiet accessus ad Ecclesiam Sancti N. ad effectum visitandi, recognoscendi, & describendi Capellam, Sepulchrum, memorias, & reliquias, ibidem existentes, B. N. & alia faciendi concernentia Canonizationem d. B. ideo interessendum, &c. quatenus, & alias etc. Instante Adm. Rev. NN. Procuratore, etc.

Domini Judices subscribunt more solito,

Die, & hora deputatis DD. Episcopi Subpromotores, Procurator, & testes discedunt a loco solitæ Audientiæ; & cum pervenerint ad Ecclesiam, facta prius oratione ante Sanctissimum Sacramentum, accedunt ad Sepulchrum, & observare debent dictam Capellam, seu Sepulchrum, Reliquias, Tabellas, vota, &c, Quibus omnibus observatis sigillatim, Procurator causæ debet instare, quod de omnibus formetur publicus rogitus. Et Notarius debet formare de omnibus publicum actum, seu rogitum, sequenti modo,

In Dei nomine. Amen. Anno, &c. die vero Jovis ... mensis ... anni ... de sero, hora ... Pontificatus autem, &c. Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. *Episcopus* N. (& sic de aliis) *Judices Deputati in præsenti causa Canonizationis B. N. Ad. Rev. Fidei Subpromotores D.* NN. *& D.* NN. *Adm. Rev.* NN. *Procurator præsentis causæ, ut ex actis; Ego infrascriptus Notarius Actuarius Deputatus, una cum infrascriptis testibus simul congregatis in* N. N. *loco solitæ Audientiæ, &c. inde discessimus, & personaliter accessimus ad Ecclesiam Sancti* N. *& ingredientes absque ullo strepitu, sed omni possibili quiete, per Januam majorem Ecclesiæ, accepta prius aqua benedicta, genuflexi aliquantulum, oravimus coram Augustissimo Sacramento, deinde assurgentes; & vocatis Adm. Rev. Priore, v. g. & Sacrista ejusdem Ecclesiæ, diligenter observavimus Ecclesiam, & Capellam dicti B. N. cum eisdem memoriis, reliquiis, & tabellis;* hic extenduntur omnia.

Super quibus omnibus, &c. Notarius facit rogitum, sicuti in aliis; & deinde se subscribunt Judices, Fidei Subpromotores, & testes per verbum *interfui*, & Notarius, prout se subscripsit in aliis instrumentis; & in hoc instrumento duntaxat se subscribunt testes, in aliis vero sufficit, ut Notarius nominet testes.

Forma Juramenti Judicum ante inchoationem Processuum.

EGo infrascriptus, tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro & promitto, fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem Processus in Causa Beatificationis, & Canonicationis Servi Dei N. juxta formam Decretorum Sac. Congregationis Rituum, & præcipue novissimorum, quæ confirmata fuerunt a Sanctissimo D. N. Innocentio XI. Necnon juro, & promitto, religiose servare secretum, tam de contentis in Interrogatoriis, quam de Testium depositionibus super iisdem, & super Articulis; nec de iis loqui cum aliqua persona, exceptis aliis Judicibus, & Subpromotore, ac Notario pro eodem Processu deputatis; & in Curia, excepto etiam Protonotario, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ; a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo, absolvi possim. Et ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Idem juramentum præstabitur a Subpromotore, & Notario, & in Curia etiam a Protonotario, mutatis mutandis.

Forma Juramenti Testium.

EGo infrascriptus, tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis, juro dicere veritatem, tam super Interrogatoriis, quam super Articulis, super quibus examinabor; necnon servare secretum, nec alicui penitus revelare, tam contenta in iisdem Interrogatoriis, quam responsiones, ac depositiones a me factas, sub pœna perjurii, & excommunicationis latæ sententiæ; a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam majori Pœnitentiario) præterquam in mortis articulo, absolvi possim. Et ita promitto, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

F I N I S.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES,

Adjunctæ ad Tractatum

D. THOMÆ DE ROSA,

De Executoribus Litterarum Apostolicarum.

INNOCENTIO DECIMO.

Neocastren. Parochialis.

Lunæ prima Februarii 1610.

ARGUMENTUM.

Manutentio datur interiori possessori, etiam instrumentali, si alius non possidebat prius, vel anterior non habuit se pro spoliato, & possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa; dataque a Judice, a cujus sententia datur appellatio, non est manutenibilis.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutenendo in Parochiali datur anteriori possessori, etiam quod possessio sit instrumentalis, si alius non possidebat.*

2 *Possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa, nec impedit manutentionem anteriori possessori, si non habuit se pro spoliato.*

3 *Possessio, etiam data a Judice, non est manutenibilis, si fuit capta intra decem dies datos ad appellandum, ac est nulla, & attentata.*

4 *Sententia lata ab Executore mixto, qualis dicitur datus cum clausula,* Vocatis vocandis, *est appellabilis, & num. 5. & seq. Executor qui dicatur merus; quive mixtus, ibidem.*

DECISIO I.

PRo informante, nempe mandatum de manutenendo in
possessione Parochialis, de qua agitur, dandum esse
Joanni Antonio, de cujus anteriori possessione constat ex
instrumento illius adeptionis: & licet sit mere instrumen-
1 talis; alio tamen tunc in ea non existente est manutenibilis,
Rota *dec.* 21. *de restit. spoliat. in antiq.* Bisignet. *dec.* 8. *eod.*
tit. & fuit sæpissime decisum, non obstante possessione
2 Joannis Francisci, quæ tanquam junior præsumitur clan-
destina, & turbativa, & non impedit quominus Joanni
Antonio, qui non habuit se pro spoliato, detur manuten-
tio, Bart. *in l.* 1. *§. interdictum autem*, *n.* 2. *& in l. si duo*, *n.*
2. *ff. uti possid.* Covar. *pract. quæst. cap.* 17. *circa fin.*
3 Neque relevat, quod Joannes Franciscus adeptus fuerit
possessionem Judicis auctoritate, ad *text. in l. juste possidet*,
ff. de acquir. possess. cum simil. Quia cum fuerit capta infra de-
cem dies datos ad appellandum, fuit nulla, & attentata, *c.*
non solum ubi gloss. in verbo innovatum, & ibi Doctores com-
muniter, de *appell. in* 6. & per consequens non est manute-
nibilis, nec potest impedire manutentionem Joannis An-
tonii, Abb. *in c. conquerente*, *n.* 8. *de restit. spoliat.* Rip. *in*
l. naturaliter, *§. nihil commune*, *n.* 6. *& seq. ff. de acquir. pos-*
sess. Bald. *cons.* 135. *n.* 2. *lib.* 2.
Nec potest dubitari, quin a sententia Vicarii Episcopi
Cathacensis, qui Joannem Franciscum in possessionem hu-
4 jus Parochialis immisit, daretur appellatio; Quia, cum
esset datus Executor cum clausula, *vocatis vocandis*, dice-
batur Executor mixtus, qui propterea tenebatur assumere
partes Judicis, ut per Doctores *in c. fin. de præsumpt.* ubi præ
aliis Felin. *n.* 23. *& in c. exhibita n.* 4. *de judic.* Card. *cons.* 63.
in princ. Et per consequens ab ejus sententia dabatur appel-
latio, & ipse appellationi deferre tenebatur, ut post Card.
in d. cons. 63. *n.* 3. tradit Felin. *in d. c. exhibita sub n.* 4. *& in c.*
de cætero n. 10. *in fin. de judic.* & fuit resolutum *in Causa Syracusana Beneficii* 19. *Martii* 1597. coram Illustriss. Card. Pamphilio &c.

CÆSARAUGUSTANA CANONICATUS.

Ven. 12. *Februarii* 1610.

ARGUMENTUM.

Examen testium factum absque citatione ad videndum illos jurare, sanatur, si dentur exadverso interrogatoria, & cum illis fuerint testes examinati; Et quid ad hunc effectum operetur commissio sanatoria cum clausula, *Arbitrio*: quodque defectus jurisdictionis non noceat, si non sit totalis; & quando Judicium privilegiatum sit prius terminandum, & non possit fieri cumulatio petitorii, & possessorii vigore clausulæ, *Arbitrio*.

SUMMARIUM.

1 *Testes examinati sine citatione ad videndum illos jurare, non dicuntur nulliter examinati, si data fuerunt interrogatoria, & cum illis examinati.*

2 *Rota, stante Commissione sanatoria cum clausula,* Arbitrio, *solet examen sustinere, & testibus fidem adhibere.*

3 *Defectus jurisdictionis ob non factam citationem ad dicendum contra Breve, non procedit, ubi non adest totalis defectus.*

4 *A. C. non est omnino Judex incompetens in Causis Beneficialibus, quia in suis facultatibus est Executor quarumcunque Litterarum Apostolicarum.*

5 *Item non est incompetens omnino, quando Breve fuit insertum in monitorio illius vigore emanato, ac intimato, & cujus vigore Procurator earum A. C. comparuit, & dedit interrogatoria, cum quibus testes fuerunt examinati.*

6 *Arbitrium regulatur a Jure.*

7 *Possessorium de Jure non cumulatur cum petitorio, quia illud est prius terminandum, quam deveniatur ad istud.*

8 *Spolium ut magis privilegiatum, quam alia Judicia, est prius terminandum.*

9 *Spolium cessat, vel alias redditur turbidum, quando datur magnus fumus justificationis Brevis, & tunc admittitur cumulatio possessorii, & petitorii.*

10 *Spoliatus Judicis auctoritate ob illius præsumptionem, quæ stat pro Judice, non debet de facili restitui.*

11 *Sententia quando non sit justificanda ex eisdem, sed possit fieri ex noviter deductis.*

12 *Clausula,* Arbitrio, *debet aliquid operari, & per eam solet aliquid relaxari de Juris rigore.*

DECISIO II.

FElic. rec. Clemens VIII. Sæcularizatione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ inter alia mandavit erigi 24. Canonicatus, & quorum omnimodam dispositionem a primæva illorum erectione Sedi Apostolicæ reservavit. De uno ex dictis Canonicatibus Sanctissimus per suas Litteras in forma Dignum mandavit provideri Martino Barlo, qui de

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. &c. (semper ponuntur nomina Judicum) *Judicum Dep.*

Citentur Adm. Rever. NN. & NN. ut supra, *Fidei Subpromotores, ad comparendum in Capella, &c. pro loco, &c. ad diem Veneris, quæ erit . . . Mensis . . . . currentis anni . . . de mane hora . . coram præfatis Illustr. &c. ad videndum exhiberi aliquas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. ejusque Canonizationem, illasque admitti, & in processu præsentis causæ reponi; necnon ad dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, & opponere voluerint, &c. contra, & adversus dictas scripturas. Instante Ad. Rev. NN. Procuratore, ut in actis. Datum, &c. in Capella, &c.* Et subscribunt Judices more solito.

Executa citatione, in qua respondere debent Subpromotores: *Placet*; & subscripta a cursore cum relatione, ut supra, debet reproduci in die sessionis deputatæ; & in principio folii a Notario fit relatio, ut in aliis citationibus dictum est.

In die sessionis facta relatione, prout in aliis, Procurator debet de novo instare coram Judicibus, & Subpromotoribus, pro Tribunali sedentibus in Capella; Et Not. ita scribere debet.

Relatione facta, comparuit Ad. R. NN. Procurator, ut in actis, & repetiit scripturas per ipsum jam exhibitas coram Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, & per eosdem mihi infrascripto Notario, Actuario traditas, ad effectum illas recognoscendi, &c. & institit, cum effectu illas admitti, & in processu reponi; & ex adverso DD. Subpromotores institerunt, velle illas adhuc recognoscere, & bene observare, antequam aliquid de ipsis decernatur. Et statim fuerunt exhibita per me infrascriptum Notarium prædicta scriptura jam per me recognita, in manibus dictorum Dominorum Judicum, & Fidei Subpromotorum; quarum prima incipit, &c. (inseratur) *secunda, incipit, &c.* inseratur; & sic de aliis, si plures sint.

Quas scripturas, pertinentes ad cultum, & venerationem B. N. per dictos Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos D. NN. Episcopum N. (& sic de aliis Judicibus) *Judices deputatos in causa prædicta, visas, auditas, lectas, & recognitas, observatis etiam subscriptionibus, sigillis, & legalitatibus, in eis existentibus, nil in contrarium opponentibus Admodum Reverendis DD. Fidei Subpromotoribus, illas admiserunt, si, & in quantum; & mihi infrascripto Notario Actuario consignarunt, mandaruntque, illas reponi in processu hujusmodi causa, prout fuerunt per me reposita in actis præsentis processus, &c.*

Subsequuntur debitæ subscriptiones Judicum, & Subpromotorum per verbum *interfui*.

Si vero Procurator velit producere personas, in quibus miracula patrata sunt, & eorum sanitatem superviventium deducere, quod valde est utile; in hac etiam Sessione post admissas scripturas debet instare, se velle præsentare personas, quæ aut vitam, aut sanitatem miraculose recepissent ex intercessione B. N. cum cæteris annexis, &c.

Et tunc Notarius post dicta verba: *Fuerunt reposita in actis præsentis processus*, statim subjungit: *Et quia prædictus Admodum Reverendiss. D. NN. Procurator, &c. ulterius institit, velle præsentare personas aliquas, quæ aut vitam, aut corporis sanitatem miraculose fatebantur, vel per ipsos, vel per suos parentes recepisse, & intercessione, & invocatione prædicti B. N. cum cæteris annexis; ut per incolumitatem, qua adhuc ad præsens fruuntur, magis miracula, qualia esse supponebat, elucescerent, magisque constaret, quam potens sit apud Deum intercessio dicti B. N. ideo adhunc finem, ut actus ipse sua solemnitate non careat, institit, debere etiam expediri citationem contra Adm. Rever. Subpromotores Fidei ad interessendum certa die pro dicta præsentatione, &c.*

Qui Illustris. &c. Judices, &c. adhuc pro Tribunali sedentes, mandarunt, etiam dictam citationem expediri contra &c. ad comparendum in dicta Capella pro die Lunæ, &c. de mane, &c. hora, &c. ibique dicendum, &c. quicquid dicere voluerint, &c. contra dictam præsentationem, & videndum quodlibet, &c. Datum, &c. & sic postea finitur actus, & Sessio cum solito rogitu *Super quibus omnibus, &c.* cum debitis subscriptionibus, ut dictum est.

Citatio est tenoris sequentis.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis Judicibus) *Judicum, &c.*

Citentur Ad. RR. NN. & NN. Subpromotores Fidei ad comparendum in Capella &c. pro loco &c. pro die Lunæ, quæ computabitur &c. . . mensis &c. anni &c. de mane, vel sero, coram dictis Illust. &c. ibique ad interessendum præsentationi aliquarum personarum, quas intendit, et institit producere Ad. Rev. NN. Procurator in attestationem miraculorum, ab ipsis receptorum; ad quæ probanda dicebat testes induxisse, ut per incolumitatem, qua fruuntur, adhuc ad præsens magis obtineatur intentus; necnon ad dicendum, et excipiendum quicquid, etc. contra, et adversus dictam præsentationem, et scripturas, quæ ad ipsam facerent. Instante, etc. Datum etc. in Capella, etc.

Subscribunt Judices dictam citationem, ut supra.

Ego NN. Notarius, etc.

Cursor, seu nuncius, citat Subpromotores, qui respondere debent, & instare nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & cursor facit relationem solitam.

Die destinata pro sessione, cursor reproducit citationem, & Notarius in principio folii facit relationem, ut supra coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus.

Facta relatione, existentibus Judicibus in loco, &c. pro Tribunali, &c. debet Procurator producere sigillatim unamquanque personam, in qua miraculum est patratum, & fit rogitus publicus.

In Dei Nomine. Amen. Anno etc. Indictione, etc. Pontificatu, etc. die, etc. de mane, etc. in Capella, etc. coram Illustrissimis, et Reverendissimis Dominis D. NN. *Episcopus* N. *etc.* (& sic de aliis) *Judicibus, etc. et Ad. RR.* NN. *et* NN. *Fidei Subpromotoribus, constitutus Ad. Rever.* N. *Procurator, etc. ut in actis, præsentavit* NN. *filium* NN. *ætatis annorum . . . ad finem, ut videatur, et agnoscatur prout dictus* NN. *Pater, dicta* NN. *Mater Conjuges, habitantes, etc. ibique præsentes delato ipsis juramento ad Sancta Dei Evangelia, declaraverunt, et deposuerunt* (hic narratur miraculum) & sic successive de aliis.

Deinde fit rogitus, ut supra in aliis instrumentis, & in fine: *Acta sunt hæc, etc. anno, etc. loco, etc. præsentibus, etc.*

Subscribunt Judices, & Subpromotores per verbum *interfui*.

Ego NN. *Notarius præsens, etc.* & finit prout in aliis.
✠ signum, &c.

Si vero compulsari debent scripturæ, penes alios existentes; tunc Judices debent mandare conservatoribus scripturarum, ut infra aliquem competentem terminum exhibeant in actis Notarii Actuarii scripturas originales ad effectum trasumptandi; & productis scripturis originalibus penes eos existentibus debent citari Subpromotores, ad dicendum contra jura producta, & repetita, & ad videndum mandari extrahi copiam jurium in actis productorum, illaque transumptari, & transumptata collationari cum suis origionalibus, modo, & forma, quibus supradictum est, &c. cum eisdem citationibus, & decretis, mutatis mutandis; & quando jura indigent recognitione, debent examinari testes super eorum recognitione, citatis Subpromotoribus, & post recognitionem dictarum scripturarum fit transumptio earum, ut dictum est, citatis, &c.

Completis omnibus, debet Procurator comparere in loco destinato, &c. & ibi coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, repetere jura omnia producta, & instare citari Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura, &c. & videndum interponi decretum judiciale, ac declarari per Dominos Judices, o-

omnia

mnia, & singula fuisse acta juxta formam Litterarum remissorialium, & Notarius conficere debet instrumentum, ut sequitur.

In Dei Nomine. Amen. Anno &c. Indictione, &c. Pontificatu, &c. die Martis ... Mensis .. de mane, hora .. intus Capellam, &c. Deputatum, &c. coram Illustriss. & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. &c. (& sic de aliis) *Judicibus &c. & coram Adm. RR. NN. Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, comparuit Ad Rev. NN. Procurator, ut in actis, & eo nomine repetiit omnia jura prædicta; & petiit, decerni citationem contra Adm. Reverendos Dominos Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura prædicta quæcunque, & quandocunque producta, reproducta, & repetita, & videndum interponi decretum Judiciale, & declarari per Dominos Judices, ut supra, omnia, & singula fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, & Compulsorialium, ac novissimorum decretorum Sacrorum Rituum Congregationis.*

Ex adversa autem prædicti Domini Fidei Subpromotores institerunt pro quocunque actu faciendo servari debere omnia, quæ in dictis Litteris, &c.

Qui Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, adhuc pro Tribunali sedentes, mandarunt, expediri citationem contra præfatos Reverendos Subpromotores Fidei ad dicendum contra jura producta, & repetita; & videndum per eos interponi decretum judiciale, & declari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum, & novissimorum decretorum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad diem Jovis .... Mensis .... anni .... in eadem Capella, &c. de mane, hora deputata. Super quibus omnibus, & singulis, &c. petiit. &c. præsentibus, &c. ut supra.

Subscribunt DD. Judices, & Subpromotores per verbum *interfui*.

Ego N. Notarius, &c.

Locus ✠ signi &c.

Expeditur citatio.

N E A P O L I T A N A

Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.*

Citentur NN. NN Fidei Subpromotores ex adverso principales ad comparendum in Capella, &c. pro die Jovis, ... Mensis .... currentis anni, &c. de mane hora .. ad dicendum contra jura quæcunque, & quomodocunque producta, & repetita, & ad videndum interponi decretum judiciale, & declarari, omnia fuisse servata juxta Litteras Remissoriales, & Compulsoriales, ac novissima decreta Sacrorum Rituum Congregationis, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, instante, &c. Datum in prædicta Capella, &c. Terra, &c. hac die, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus. Et ita alii.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Cursor exequitur citationem personaliter, ut supra, & facit relationem, ut supra, & Promotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, &c. nam comparebit, &c.

Die destinata in loco sessionis, cursor, seu nuncius, producit citationem, & in ea, seu in principio folii, & coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus, Notarius facit relationem, modo, quo supra; & facta relatione Notarius in eadem sessione dicit: *Facta relatione mox, & incontinenti, & coram eisdem DD. Judicibus, & Subpromotoribus pro Tribunali in eadem Capella sedentibus, comparuit NN. Procurator, & eo nomine repetiit, & reproduxit, & pro repetitis habere velle declaravit, omnia, et singula in actis hujusmodi processus hactenus producta, et exhibita, acta, & actitata quæcunque, in quantum, etc. & non alias, etc. de quo expresse protestatus fuit, et protestatur, non solum ista, sed omni, etc. ac non petiit, et institit, per dictos Illustrissimo, et Reverendissimos Dominos Judices pro Tribunali sedentes judiciale decretum interponi, et declarari, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium, et novissimorum decretorum, etc. et quodcunque aliud decretum interponi necessarium, et opportunum, etc. Ex adversa autem præfati DD. Subpromotores pro hac die, et hora dixerunt generalia contra, et nihil fieri contra litteras, et decreta, etc. Et tunc præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Domini pro Tribunali sedentes prædicta omnia, et singula, quandolibet producta, repetita, et exhibita, admiserunt, &, etiam quantum; et ulterius declararunt, omnia fuisse servata, juxta formam Litterarum Remissorialium, et Compulsorialium Sacrorum Rituum Congregationis, ac novissimorum decretorum, etc. ac proinde judiciale eorum decretum interposuerunt, supplendo omnes defectus, si qui, etc. et insuper, instante eodem R. N. Procuratore, mandarunt expediri citationem contra supradictos Ad. RR. Fidei Subpromotores ad comparendum in hac prædicta Capella ad diem Lunæ, quæ computabitur ... Mensis .... anni ... etc. ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus, per Notarium Actuarium, etc. vel alium, Dictumque transumptum postea collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputando, et quodcunque aliud decretum desuper necessarium, et opportunum fieri, et interponi, etc. Super quibus omnibus, et singulis petitum fuit, etc. ut unam, vel plura, etc. ut supra,* Præsentibus, &c.

Ego NN. Episcopus N. etc. interfui.

Et sic alii Domini Episcopi, & Subpromotores, &c.

Ego NN. *Publicus, etc.*

Signum ✠ Notarii.

Citatio est tenoris sequentis, v. g.

N E A P O L I T A N A

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum etc.*

Citentur Ad. RR. Domini NN. *et* NN *Subpromotores Fidei, et eo nomine ex adverso principales ad comparendum in Capella, etc. ad diem ... quaerit .... Mensis ... anni ... etc. de mane, hora .... ad videndum mandari fieri transumptum præsentis processus per Notarium Actuarium hujus causæ; Dictumque transumptum postea mandari collationari, et auscultari una cum Notario adjuncto ad id deputanda, et quodcunque aliud decretum desuper, etc. instante, etc.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*, & sic alii duo Episcopi.

NN. *Notarius, etc.*

Nuncius, seu cursor, ut supra, debet facere relationem, se personaliter citasse Subpromotores, &c. & copiam reliquisse, ut supra.

Subpromotores debent respondere (quilibet pro se) nihil fieri, nisi ipso præsente, & sic alius Subpromotor, quoniam comparebit, &c.

Adveniente die, pro qua est facta citatio, seu destinata sessio, Nuncius reproducit, ut supra, citationem, in qua Notarius in principio folii, ut dictum est, facit relationem, & incipit: *Die ... Mensis ... anni .... etc. de mane, hora ... in Capella, etc.* juxta formulam alias suprapositam.

In hac sessione fit deputatio Notarii ad transumptandum processum, & expeditur citatio pro collatione, & electione alterius Notarii, & Notarius deputatus pro exemplando processu juramentum præstat.

Deinde subdit Notarius: *Relatione facta, comparuit NN. Procurator, et institit fieri confectionem transumpti processus per me infrascriptum Notarium, illoque peracto, fieri illius collationem, etc. se tamen expresse protestando, per actum præsentium non intelligi fieri aliquod præjudicium authoritatibus prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum Judicum, continuandi processum prædictum, toties, quoties opus fuerit; nam expresse petit, illum continuari prædictorum Illustrissimorum, et Reverendissimorum DD. Judicum authoritatibus; instando de his hucusque actitatis pro nunc fieri transumptum ad finem illud transmittendi ad Romanam Curiam,* seu *ad Sac. Rituum Congregationem.*

Ex adverso Domini Fidei Subpromotores dixerunt, omnia fieri, juxta formam Litterarum Remissorialium Sa-

crorum

crorum Rituum Congregationis, & servatis servandis, &c.

Et tunc supradicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis) Judices deputati in præsenti causa, &c. pro Tribunali sedentes in prædicta Capella, &c. præsentibus præfatis Adm RR. DD. NN. N. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario, &c. & aliis, audita supradicta instantia, illam admiserunt, si, & in quantum, & mandaverunt, prædictum processum transumptari per me Notarium Actuarium deputatum hujus processus, ita approbantibus etiam dictis Ad. R. DD. Fidei Subpromotoribus. Necnon mandarunt, ad majorem cautelam, iterum a me dari juramentum, juxta formam novissimorum decretorum, &c. prout ego in manibus prædictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Judicum præstiti juramentum flexis genibus, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia, & dicendo: Ego, &c. inseratur.

Et deinde post dictum juramentum a me præstitum, dicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices mandarunt, dictum fieri transumptum processus per me Notarium Actuarium intra numerum dierum.... incipiendum a die... quæ computabitur... Mensis ... anni .... & finiendum ad diem ... quæ erit ... mensis ... anni, &c.

Necnon decreverunt, citationem fieri, expediri, & exequi, contra prædictos Adm. Reverend. DD. Fidei Subpromotores ad comparendum in Capella prædicta post terminum assignatum dierum ... præ faciendo transumpto in prima die non impedita, nec ad honorem Dei ejusque Sanctorum feriata, & videndum fieri collationem, seu asculcationem supradicti transumpti cum originali processu, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu auscultatione facienda, illique deferri juramentum, juxta formam novissimorum, &c. & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi. Instante eodemmet Rev. D. NN. Procurator, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit per dictum D. NN. Procuratorem, &c. a me infrascripto Notario, & Actuario, &c. (ut supra in aliis instrumentis) Præsentibus NNN. &c.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et sic cæteri Episcopi, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, &c. ut in aliis.

† signum, &c.

Deinde expeditur citatio contra Subpromotores, ut post terminum datum compareant, ut supra.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum, etc. ut supra.

Citentur Adm. Rev. DD. NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nomine ex adverso principales, ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ, &c. Civitatis, &c. pro loco judiciali deputata, pro die Lunæ, quæ erit .... mensis .... anni &c. prima die non impedita post terminum dierum .... assignatam pro transumptione processus, numerandum a die ... mensis ... anni .... & coram præfatis Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & videndum mandari fieri collationem, seu auscultationem transumpti processus præsentis causa cum originali processu, & ad hujusmodi effectum deputari alium Notarium pro dicta collatione, seu auscultatione, illique deferri juramentum, & quodcunque illud decretum, &c. Instante, &c. Datum in Capella, &c.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.
NN. Notarius Actuarius Deputatus.

In hac citatione debent respondere Domini Fidei Subpromotores (quilibet pro se) nihil fieri, nisi servatis servandis, & ipso præsente, & sic etiam alius Subpromotor, & cursor facit debitam relationem, se citasse personaliter, &c.

Adveniente tempore statuto, & die, pro qua cadit citatio, scilicet facta transumptionem processus, in principio Sessionis in dicta Capella, coram DD. Judicibus, & Subpromotoribus Fidei, pro Tribunali, &c. Cursor reproducit citationem, in qua in principio folii Notarius scribit relationem cursoris eo modo, prout dictum est, & facta relatione Notarius Actuarius scribit.

Relatione facta, comparuit Admodum Rev. D. N. N. Procurator, ut in actis, & institit, quod, cum jam esset completum transumptum dicti processus infra terminum jam præfixum, & deinde, cum esset decretum, procedendum ad collationem, seu auscultationem faciendam prædicti transumpti cum originali; quapropter institit, cum effectu mandari fieri dictam collationem, seu auscultationem cum originali, & deputari alium Notarium adjunctum, illique deferri juramentum: Ex adverso autem DD. Subpromotores Fidei institerunt nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & audientibus, & pro certa die intimatis, & pro nunc cætera fieri, servatis servandis, alias &c.

Et tunc Illustrissimi, & Reverendissimi Domini D. NN. Episcopus N. (& sic de aliis Judicibus) Judices, &c. adhuc pro Tribunalibus sedentes in præfata Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. assistentibus dictis Admod. Rev. Dominis Fidei Subpromotoribus, & me infrascripto Notario Actuario Deputato, & aliis; mandaverunt, coram ipsis, & prædictis Dominis Fidei Subpromotoribus, fieri petitam collationem, & auscultationem, & ad hunc effectum deputarunt R. D. NN. publicum, & Apostolica authoritate Notarium pro dicta collatione facienda, una mecum infrascripto Notario Actuario deputato; & pro effectu prædicto mandarunt dicto Rev. D. NN. Notario adjuncto, ibidem præsenti, præstare juramentum, juxta forma novissimorum, &c. (ut supra) prout illico dictus Rev. D. NN. genibus flexis coram prædictis, meque Notario Actuario, & aliis, tangendo Sacrosancta Dei Evangelia in manibus ipsorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Judicum, etc. præstitit juramentum, dicendo: Ego, etc. (inseratur) et accepto calamo propria manu se subscripsit. Qui dictus Rev. D. NN. Notarius adjunctus, ad docendum de ejus Notariatu, alias in prima Sessione præsentis processus exhibuit litteras patentes, seu privilegii, quod fuit illi restitutum, relicta copia in actis collationata.

Et successive præfati Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Judices deputati mandarunt, dictam collationem coram ipsis, et Subpromotores, a me Notario, et altero adjuncto inchoari die Jovis, quæ erit .. Mensis .. currentis anni .. cum aliis .. sequentibus diebus, non tamen in honorem Dei, ejusque Sanctorum feriatis, tam de mane, ab hora ... usque ad horam ... quam de sero, ab hora ... usque ... ad horam .. salva facultate prorogandi, donec fuerit completa dicta collatio, ad quem effectum decreverunt, expediri citationem contra prædictos Subpromotores Fidei, ad interessendum dictæ collationi pro dictis statutis diebus, et horis, etc. Instante prædicto R. D. NN. Procuratore.

De quibus omnibus, et singulis petitum fuit per dictum Procuratorem a me Notario Actuario deputato, ut unum, vel plura. etc. ut supra. Unde acta fuerunt. etc. Mense ... die .... loco, etc. præsentibus etc. præsentibus etc. ut supra in aliis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita subscribunt alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, et Apostolica, ut supra.

† signum, &c.

Tenor citationis est.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis Judicibus) Judicum etc. ut supra.

Citentur Admod. RR. D. D. Fidei Subpromotores D. NN. NN. et eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum fieri collationem, seu auscultationem transumpti processus præsentis causa Canonizationis B. N. pro die ... quæ erit ... Mensis ... anni ... cum aliis diebus decem sequentibus, ad honorem Dei, ejusque Sanctorum

ctarum non feriatis, tam de mane, ab hora ... usque ad horam ... &c. quam de sero, ab hora ... usque ad horam ... & quousque non fuerit completa dicta collatio, illique ad interessendum coram Nobis in eadem Capella Sancti N. Ecclesia Sancti N. Civitatis, &c. pro loco loci deputata, instante eodem R. N. N. Procuratore, &c. Datum in prædicta Capella, die, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic alii, &c.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores respondere debent, quod statuta die comparebunt, & nihil fieri, &c.

Nuncius facit debitam, & solitam relationem, &c. Die statuta pro sessione de mane stantibus, & sedentibus pro Tribunali DD. Judicibus, & Subpromotoribus in Capella, &c. Nuncius, seu Cursor, producit citationem cum sua relatione, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, ut supra in aliis, &c.

Et postea sequitur sessio, & incipit auscultatio, &c. & Notarius ita scribit.

Relatione facta, comparuit præfatus Admod. R. D. NN. Procurator, ut in actis, & coram antedictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus NN. & NN. & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus NN. & NN. meque infrascripto Notario Actuario deputato; & instetit, inchoari collationem transumpti processus originalis præsentis causæ, illamque continuari usque ad complementum illius; eaque completa, interponi decretum super legitima illius confectione.

Ex adverso autem Admodum RR. supradicti Fidei Subpromotores, inhærendo protestationibus alias factis, instetерunt omnia fieri servatis servandis, ipsisque præsentibus. Et tunc præfati Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices deputati, pro Tribunali sedentes in Capella prædicta, assistentibus dictis Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, mandaverunt, petitam collationem inchoari, & continuari per me Notarium Actuarium deputatum una cum R. D. NN. Notario adjuncto, usque ad illius complementum, coram eisdem in hoc die, & hora, & in cæteris prædictis diebus, tam de mane, quam de sero, horis deputatis; illaque completa, citari dictos Admodum RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super illius legitima confectione, &c. Et statim Ego NN. Notarius Actuarius deputatus hujusmodi præsentis causæ, tenens originalem processum, illumque legens alta, & intelligibili voce, & antedictus R. D. NN. alter mihi Notarius adjunctus, tenens illius transumptum, inchoavimus prædictam collationem coram prædictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis, & Admodum RR. Fidei Subpromotoribus, omnibus audientibus, & intelligentibus, & fuit inceptum a folio primo, & deventum usque ad folium .... hujus transumpti, & postea fuit dimissa collatio animo continuandi hac eadem die sero, hora deputata, & in fidem.

Ego D. N. N. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Ita est Ego NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Ita est Ego NN. Notarius adjunctus, &c. Prosequitur Collatio.

De sero autem Notarius Actuarius dicit.

Die, &c. de sero, hora ... in eadem Capella coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D. NN. Episcopo N. (& sic de aliis Judicibus, ut supra.) *Judicibus, &c. & coram Admodum Reverendis Fidei Subpromotoribus NN. & NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum Notarium Actuarium deputatum, & per D. NN. Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... usque ad folium ... prædicti transumpti, & postmodum fuit dimissa collatio animo continuandi die sequenti de mane, hora deputata, &c.*

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

Et ita alii, & Subpromotores.

Ita est NN. *Notarius Actuarius Deputatus.*

Ita est NN. *Notarius adjunctus.*

Et ita continuatur usque ad finem; in ultima vero sessione, in qua finitur collatio, ita debet scribere Notarius.

Rusa de Execut. Lit. Ap.

Eadem die de sero (si fuerit in eadem die) vel *die ... hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *pro loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* NN. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis, &c. & coram Adm.* RR. *DD.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus pro Tribunali sedentibus, per me infrascriptum* Notarium *Actuarium deputatum, & per me* NN. *Notarium adjunctum, fuit continuata collatio dicti transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *modo, quo supra fuit inchoata, & a folio ... fuit deventum, usque ad folium ... prædicti transumpti, ad quod folium ... perveniendo fuit perfecta, & completa dicta Collatio. De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit a nobis infrascriptis* Notariis, *ut unum, vel plures, actos conficeremus, ut infra; unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, diebus, horis, & locis, quibus supra, & in fidem, &c.*

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus* A*postolicus interfui.*

Et ita subscribunt alii, & Subpromotores Fidei, &c.

Et statim subsequuntur fides Notariorum.

Fidem facio Ego NN. *publicus, & Apostolica Auctoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, qualiter die Jovis ... Mensis ... anni ... de mane,* (vel *de sero*) *hora ... & coram Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) N. *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram Adm. Rev.* NN. & NN. *Fidei Subpromotoribus, omnibus semper assistentibus, intelligentibus, & audientibus, ac pro Tribunali sedentibus, in Capella Sancti* N. *&c. Terra* (vel *Civitatis*) N. *Instante Ad. R. D.* NN. *Procuratore &c. fuit per me una simul cum* NN. Notario *adjuncto inchoata collatio hujus transumpti cum processu originali præsentis causæ Canonizationis B.* N. *& sic fuit continuata nedum post prandium ejusdemmet prædicti diei, sed etiam per alios duos sequentes dies non feriatos, videlicet .... tam de mane, quam de sero, horis deputatis, & hac eadem die Lunæ ... Mensis ... anni ... fuit completa, & perfecta collatio prædicti transumpti, & concordat in omnibus cum processu originali hujus causæ Canonizationis B.* N. *In cujus fidem hic me subscripsi, & signavi requisitus.*

† signum, &c.

Similem fidem debet facere Notarius adjunctus; & advertendum est, quod, si in aliqua die fuit intermissa collatio, explicandum est in fide, &c. & cum dicitur, *Fuit continuata per dies, &c.* subjungi debet, *præter talem diem de mane*, vel *de sero*.

Dictæ Fides, seu actus, debent fieri per dictos Notarios, etiam in originali processu, cum hac tantum variatione, quod in illis, quæ fiunt in transumpto, dicitur, ut supra: *Inchoata fuit collatio hujus transumpti cum originali processu*; in originali vero dicitur: *Inchoata fuit collatio transumpti cum hoc originali processu*; & semper dicti actus, seu Fides, debent fieri manu propria dictorum Notariorum, tam in transumpto, quam in originali.

Ab isto actu, usque ad finem omnes alii actus, tam in transumpto, quam in originali, extenduntur manu propria Notarii Actuarii, & fieri debent actus duplicati, seu instrumenta duplicata; unum debet inseri in transumpto, alterum vero in originali; & in illo, quod inseritur in transumpto, scribitur *duplicatum*.

Facta collatione debet comparere Procurator causæ coram DD. Judicibus, & instare pro decreto legitimæ collationis, & ad hunc finem citare Fidei Subpromotores, & fit instrumentum tenoris sequentis v. g.

In Dei nomine. Amen. Anno, &c. indictione, &c. Pontificatus, &c. die vero Lunæ, v. g. ... *mensis ... anni .. de mane, hora ... in Capella Sancti* N. *Ecclesia Sancti* N. *loco loci deputata, coram Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *& coram* Admod. *Rev.* NN. & N.N. *Promotore Fiscali Curiæ* N. *Fidei Subpromotoribus deputatis, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, comparuit Adm. Rev.* N. N. *Procurator præsentis causæ, ut in actis, & exponens, quod est jam completa, & perfecta collatio transumpti cum processu originali causæ Canonizationis B.* N. *instetit, relaxari citationem contra Adm. RR Fidei Subpromotores, ad videndum interponi decretum super legitima con-*

fectione dictæ collationis, &c. Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei institerunt, nihil fieri, nisi ipsis præsentibus, & intimatis, ac servatis servandis. Qui Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Judices deputati mandarunt, fieri, & expediri citationem ad diem... quæ erit..., Mensis...currentis anni...de mane, hora deputata, prout executum. Super quibus omnibus, & singulis, &c. (ut supra) unde fuerunt acta, &c. (ut supra) die...mensis...in præfata Capella, &c. præsentibus NN. NN. Testibus, &c.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus, & sic cæteri Judices, & Subpromotores.

Ego NN. Publicus, & Apostolica authoritate Notarius, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) Judicum, &c.

Citentur Ad. RR. Fidei Subpromotores D. NN. D. NN. etiam Promotor. Fisc. &c. & eorum nominibus ex adverso principales, ad videndum pro die Jovis, v. g. quæ erit...Mensis..anni..de mane, hora...interponi decretum quodcunque necessarium, & opportunum de, & super legitima confectione collationis transumpti cum processu originali præsentis causæ; ad comparendum proinde dicta die in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. pro loco judiciali deputata. Instante Ad. Rev. N. N. Procuratore, &c. Datum in dicta Capella, &c. die, &c.

D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices tantum.

NN. Notarius &c.

Subpromotores Fidei debent respondere, nihil fieri, nisi &c. ipsisq. &c. præsentibus, &c.

Cursor, seu nuncius, facit relationem.

Die, pro qua est facta citatio, existentibus Judicibus, & Subpromotoribus Fidei in Capella, &c.

Cursor producit citationem, & in ea Notarius in principio folii facit relationem, ut supra dictum est, & Procurator causæ de novo facit instantiam, & Notarius scribit, & facit actum, ut supra.

Relatione facta, comparuit Ad. R. D. N. Procurator causæ, coram supradictis Illustr. & Rever. Dom. Judicibus, & Ad. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, & institit, interponi decretum super legitima confectione collationis transumpti cum originali processu hujus causæ, &c. quo peracto mandari, expediri citationem contra supradictos Ad. RR. DD. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti ad Romanam Curiam, sive ad Sacrorum Rituum Congregationem, &c.

Ex adverso autem supradicti Adm. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes, institerunt, omnia fieri servatis, quæ mandantur in litteris Sacrorum Rituum Congregationis,

Et tunc præfati Illustr. & Rever. Dom. D. N. N. Episcopus N. (& sic de aliis) Judices (ut supra) in primis mandaverunt, expediri citationem contra Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad videndum eligi, & deputari portitorem dicti transumpti processus præsentis causæ ad Romanam Curiam (seu ad Sacrorum Rituum Congregationem] illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, pro die Veneris, v. g. quæ erit...mensis...anni....de mane, hora deputata, in solita Capella, pro loco loci deputata. Tandem adhuc pro Tribunali sedentes, & assistentibus dictis Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, & aliis, declaraverunt, auscultationem, & collationem dicti transumpti cum ejus originali processu coram ipsis, & Subpromotoribus Fidei, per me Notarium Actuarium, & NN. Notarium adjunctum rite, & recte, ac legitime factam fuisse; ideoque eandem fidem ipsi transumpto adhibendam esse, & præstari debere, quæ adhiberetur originalibus, si ostenderentur, non solum præmisso, sed etiam omni alio meliori modo, &c. In cujus rei testimonium hus præsentes subscripserunt, ac propriis sigillis muniverunt iidem Illustrissimi, & Reverendissimi prædicti DD. Judices, easdem subscribentibus etiam præfatis Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, ut infra.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Fidei Subpromotor electus, & deputatus interfui.

Ego D. NN. Curiæ Episcopalis N. Promotor Fiscalis, & Fidei Subpromotor interfui.

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario, & Actuario per prædictum Rev. D. NN. Procuratorem, ut unum, vel plura, publicum, seu publica, conficerem, atque traderem, instrumentum, & instrumenta; Unde acta fuerunt hæc omnia sub anno, mense, die, hora, & loco, quibus supra. Præsentibus, &c.

Ego D. N. N. publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito, &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio contra Subpromotores ad videndum destinari Portitorem transumpti, eique deferri juramentum.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendiss. Dominorum D. NN. Episcopi N. [& sic de aliis) Judicum Deputatorum.

Citentur Ad RR. D NN. & NN. Fidei Subpromotores, & eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum pro die Lunæ, v. g. quæ erit..Mensis..anni.. &c. de mane, hora..in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. Civitatis, [vel Terræ) N. pro loco loci deputata; ibique videndum eligi, & deputari Portitorem, ad effectum illi consignandi processum, seu transumptum illius, exemplatum, & collationatum cum originali processu, & ab eo deferendum ad Romanam Curiam (sive ad Sacrorum Rituum Congregationem) illique deferri juramentum, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum desuper fieri, & interponi, &c. Instante Ad. R. D. N. N. Procuratore, &c. Datum in Capella, &c.

D. N. N Episcopus N. Judex Deput. Apostolicus.

Et sic alii Judices. &c.

NN. Notarius Actuarius Deputatus.

Cursor debet exequi citationem contra Subpromotores, qui debent respondere, & nihil fieri, nisi ipsis præsentibus; nam in termino, &c. Cursor facit relationem, ut supra, in citatione.

Die destinata pro Sessione, existentibus, &c. cursor, seu nuncius, producit citationem cum sua relatione, & in principio folii citationis Notarius facit debitam relationem modo, & forma, ut supra, & facta relatione, Procurator iterum instare debet coram Judicibus, & Subpromotoribus pro destinatione Portitoris, & deferri ei juramentum, & Notarius Actuarius ita extendit.

Relatione facta, comparuit Admod. Rever. N. N. Procurator, &c. coram supradictis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Judicibus deputatis in præsenti causa, ac Admod. Rev. Fidei Subpromotoribus, meque, etc. ut supra (& institit provideri, prout in citatione, stante jam relatione facta. Ex adverso autem præfati Domini Subpromotores Fidei, ibidem præsentes, institerunt, eligi, & deputari debere in Portitorem personam fidelem, et idoneam, deferrique ei juramentum, cæterisque de jure servandis, etc. Et tunc præfati Illustriss. et Reverendissimi Domini D. NN, Episcopus N. (& sic de aliis) Judices deputati in præsenti causa, pro Tribunali sedentes, assistentibus ipsis etiam Fidei Subpromotoribus prædictis, elegerunt, et deputaverunt NN. in Portitorem ad deferendum, et præsentandum ad Romanam Curiam (vel ad Sacrorum Rituum Congregationem) quanto citius potuerit, processum, sive transumptum illius, ut supra, collationatum cum originali processu præsentis causæ Cano-

niza-

nizationis B. N. illic ibidem præsentem. Qui NN. genibus flexis coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Judicibus, ac Adm. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, in prædicta Capella pro loco loci deputata juramentis, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, præstitit juramentum de fideliter, bene, & diligenter officium suum exercendo. Et successive instante supradicto Adm. Rev. D. N. N. Procuratore hujus causæ, iidem Illustrissimi, & Reverendiss. Judices deputati pro Tribunali sedentes decreverunt, expediri citationem contra prædictos Admod. RR. Fidei Subpromotores, ibidem præsentes pro die Lunæ v. g. quæ erit .... Mensis ... anni ... ad comparendum in hac eadem Capella, ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu transumptum prædictum, transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & sigillari, seu obsignari, clausumque, & sigillatum consignari supradicto Portitori Deputato, & jurato, dictique processus originalia mandari claudi, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis N.

Super. quibus, omnibus, & singulis petitum fuit a me infrascripto Notario Actuario deputato, ut unum. &c. ut supra.

Unde acta fuerunt, &c. ut supra. *Præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui*, & ita alii Judices, & Subpromotores Fidei, &c.

Ego NN. *Notarius &c.*

† signum, &c.

Expeditur citatio.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum, &c.* ut supra.

Citentur Adm. RR. Fidei Subpromotores NN. NN. *& eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesiæ Sancti* N. *Civitatis*, (vel *Terra*) N. *pro loco loci deputata, pro die Lunæ, v. g. quæ erit ... Mensis ... anni ... de mane, hora .. ibique videndum subscribi, authenticari, & legalizari processum, seu ejus transumptum collationatum cum originali processu præsentis causæ Canonizationis B.* N. *transmittendum ad Sacrorum Rituum Congregationem; illumque claudi, & obsignari, clausumque, & sigillatum Portitori deputato consignandum, dictique processus originalia mandari claudi, obsignari, & custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *& quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi, ad dictam diem, &c. Instante R.* N. N. *Procuratore, &c. Datum in dicta Capella, &c.* ut supra.

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*,

Sic alii duo Judices.

NN. *Notarius Actuarius &c.*

Subpromotores Fidei replicare debent omnia bene fieri juxta decreta novissima, &c. ut supra.

Cursor facit suam relationem, ut supra, se personaliter citasse, &c.

Die vero, pro qua est facta citatio, seu sessio destinata, DD. Judicibus in Capella deputata existentibus, Nuncius, seu Cursor, reproducit citationem, & Notarius facit solitam relationem in principio folii citationis, dicens: *Die, &c. in Capella, &c. & coram, &c.* ut supra.

Facta relatione, de novo Procurator instat, prout supra, & Notarius extendit actum, &c. videlicet.

Relatione facta, comparuit Adm. Rev. N. *Procurator hujus causæ, prout in aliis, coram eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis D.* N.N. *Episcopo* N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis in præsenti causa Canonizationis B.* N. *pro Tribunali sedentibus, etiam Adm. RR.* NN. NN. *Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, &c.* ut supra, *& aliis; & institit, provideri, prout in dicta citatione, se tamen protestando, per talem actum nullum sibi præjudicium fieri, ut Procuratori, sed integra sibi, & suæ Religioni remaneant jura continuandi processum, si opus fuerit eisdem authoritatibus. Ex adverso autem DD. Fidei Subpromotores institerunt, omnia fieri, servata forma decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, &c. Et tunc prædicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices, audita supradicta instantia, mandarunt, subscribi, & legalizari processum, seu ejus transumptum ab originalibus præsentis causæ Canonizationis B.* N. *ipsumque in fine præsentis actus ab ipsismet Illustrissimis, & Reverendiss. Dominis Judicibus, dictisque Adm. RR. Dominis Fidei Subpromotoribus, ac me Notario, subscriptum claudi, & eorum sigillis, tam in fine præsentis actus, quam ab extra, sigillari, & obsignatum consignari Portitori deputato, & jurato, salvis juribus, competentibus Procuratori præsentis causæ continuandi processum eisdem authoritatibus, prout servatum fuit. Originale vero, sive originalia, eodem modo subscripta, ac obsignata claudi, ejusdemque sigillis obsignari, & clausa, & obsignata custodiri in Archivio Curiæ Episcopalis* N. *prout incontinenti fuit executum: Ego enim infrascriptus Notarius Actuarius deputatus omnia prædicta originalia clausi, dictis sigillis obsignavi, & sic obsignata consignavi R. D.* NN. *Archivistæ dictæ Curiæ Episcopalis N. custodienda in dicto Archivio, & non aperienda, nisi de mandato Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel Sacrorum Rituum Congregationis jussu.*

De, & super quibus omnibus, & singulis, petitum fuit per dictum R. N. N. Procuratorem a me Notario Actuario deputato infrascripto, ut unum, vel plura, (&c. ut supra) *unde acta fuerunt*, (&c. ut supra) *anno ... mense ... die ... hora ... in hac eadem Capella, &c. præsentibus* NN. NN. *&c.*

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.

† ponitur sigillum Episcopi.

Ego D. NN. Episcopus N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

† sigillum Episcopi.

Ego D. N. N. *Fidei Subpromotor Deputatus interfui.*

Ego D. NN. *Promotor Fiscalis Curiæ* N. *& Subpromotor Deputatus interfui.*

Subscriptis DD. Episcopis, & Subpromotoribus, impressisque sigillis Episcoporum, debet Procurator instare coram Episcopo Diœcesano, ut interponat legalitatem Notariis, Actuario scilicet, & Notario adjuncto, quam ille solus facere debet, & Notarius ita prosequitur.

His habitis, instante eodemmet Adm. Rev. D. NN. *Procuratore præsenti causæ, Illustrissimus, & Reverendissimus D.* NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus adhibuit legalitatem, tam respectu mei Notarii, & Actuarii, quam prædicti* N. N. *Notarii adjuncti, ut infra.*

Ego D. N. N. *publicus, & Apostolica authoritate Notarius, & in præsenti causa Actuarius deputatus, de præmissis rogatus, præsens instrumentum subscripsi, meoque solito signo signavi requisitus.*

† signum Notarii.

Postea immediate sequitur legalitas Episcopi Diœcesani.

D. NN. *Episcopus* N.

In præsenti causa Canonizationis B. N. *Judex Apostolica authoritate specialiter deputatus.*

Universis, &c. notum facimus atque testamur, retroscriptum Clericum (vel *Sacerdotem*) N. N. *Notarium, Apostolica auctoritate creatum, & hujus causæ Actuarium Deputatum, ac R. D.* N. N. *Notarium Apostolicum, & pro collatione hujus transumpti ab originalibus hujus causæ Canonizationibus B.* N. *esse tales, quales se asseruerunt, legales, & fideles; eorum scripturis, subscriptionibus, & signis, semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi plenam, & indubitatam fidem, sive in judicio, sive extra. In quorum fidem, &c. manu nostra subscriptam, nostri sigilli impressione munitam; & per infrascriptum Notarium Secretarium scribi fecimus, in quorum fidem &c.*

D. N. N. Secretarius.

Duplicatum hujus legalitatis etiam ponitur in processu originali, dempta tamen illa particula *hujus*

His omnibus peractis processus originalis, qui conperitur charta pergamena, & super quam scribitur charactere majusculo.

NEAPOLITANA

Canonizationis B. N.

In primo folio processus in frontispitio scribitur.

Hic est processus.

In causa Canonizationis B. N. Civitatis, (vel *Terra N. Diœcesis N.*) *Sacerdotis dum vixit* (si fuerit Regularis, ponitur Religio) *formatus, & fabricatus coram Illostr. & Rever. Dominis D. NN. Episcopo N. D. NN. Episcopo N. & D. NN. Episcopo N. in præsenti causa deputatis, & delegatis Apostolicis super his, &c. quæ supervenerunt post ejus Beatificationem, sub rogitu mei NN. publici, & Apostolica auctoritate Notarii in hac causa electi per prædictos Illustr. & Rever. Dominos Judices in Actuarium, coeptus, continuatus, & perfectus tempore, loco, modo, & forma sequentibus, qui asservatur in Archivio Curiæ Episcopalis N.*

† signum, &c.

Transumptum, seu copia involvitur in folio magno bene clauso, & in omnibus angulis, & mediis apponuntur sigilla impressa in cæra rubea, & ligatur cum aliqua ligula serica, in qua etiam imprimuntur sigilla Episcoporum antequam ligetur, in frontispitio a Notario fit hæc inscriptio.

Hæc est copia processus causæ Canonizationis B. N. Regni.. Sacerdotis, dum vixit, Religionis, &c. (si fuerit Religiosus) *fabricati coram Illostr. & Reverend. Dominis D. N. N. Episcopo N. D. N. N. Episcopo N. & D. N N. Episcopo N. Judicibus Deputatis, & Delegatis per Sacrorum Rituum Congregationem, super his, quæ supervenerunt post concessam eidem Beati venerationem; imo etiam, quæ præcesserunt, pro Diœcesi N. vigore Litterarum Remissorialium, & Compulsorialium Eminentissimi, & Reverendissimi D. NN. Cardinalis N. dictæ Sac. Rituum Congregationis Præfecti, sub rogitu mei infrascripti Notarii, Actuarii deputati, cœpti, continuati, & perfecti, tempore, loco, modo, & forma, ut intus, quæ copia transmittitur ad dictam Sacrorum Rituum Congregationem die... mensis... anni...*

Ego NN. Neapolitanus, v. g. Publicus, & Apostolica auctoritate Notarius, & prædictæ causæ Actuarius.

† signum Notarii.

Advertendum est, quod Notarius, ut diximus, debet esse persona Ecclesiastica, qui in omnibus subscriptionibus debet ponere suam Patriam, etiam alius Notarius adjunctus, & alii, qui interfuerunt, dicendo: *Ego Clericus* (vel *Sacerdos*) NN. *Neapolitanus*, v. g. *Notarius, & Actuarius, &c.* Item semper in rogitis exprimere testium parentes, & Patriam. Item semper qualitas Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis illius loci, in quo fabricatur processus, debet exprimi, tam in rogitis, quam etiam in aliis actibus, & in propria subscriptione.

Si alter Subpromotor electus habeat aliquam dignitatem, exprimi debet semper a Notario in omnibus actibus.

Si processus non fuerit absolutus intra terminum, primo loco concessum, peti debet alia prorogatio termini; qua obtenta, illam præsentabit Procurator coram Dominis Judicibus, & Subpromotoribus, & debet instare, procedi ad ulteriora, intendens processum incœptum perficere; Qua facta petitione, debent Judices decernere citationem contra Subpromotores ad dicendum, & excipiendum quicquid dicere, & excipere voluerint contra Litteras concessionis novi terminis, & ad videndum procedi ad ulteriora, & audiendum decretum, &c. pro certa die, & in dicta Capella, modo, & forma, quibus supra dictum est, cum debita citatione, &c. & postea adveniente die, pro qua est facta citatio, & facta relatione, ut supra, inserere decretum a Dominis Judicibus interpositum, & fit instrumentum in hunc modum.

In Dei Nomine. Amen. Anno, &c. Indictione.. die vero Lunæ 4. v. g. mensis.. de mane, hora.. Pontificatus, &c. anno ejus, &c. in Capella Sancti N. Ecclesiæ Sancti N. pro loco judiciali deputata, coram Illust. & Rever. D. D. N. N. Episcopo N. (& sic de aliis) *Judicibus deputatis per Sacrorum Rituum Congregationem in causa Canonizationis B. N. & coram Ad. RR. NN. & NN. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario Actuario deputato, & aliis, comparuit Ad. R. D. NN. Procurator hujus causæ, ut in actis, & exposuit, quod suspensa fuit continuatio processus causæ prædictæ Canonizationis, ex eo, quia fuit jam expletus terminus unius anni a dicta Sacrorum Rituum Congregatione concessus ad confectionem hujus processus; quapropter fuit eidem Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum pro concessione novi termini ad continuandam fabricationem dicti processus, qui non potuit absolvi intra tempus primi termini assignati, quæ benigne concessit novum terminum alterius anni; & impetratis litteris dictæ concessionis easdem præsentat, & producit in promptu; instat propterea cum effectu procedi ad ulteriora, intendens judicium, & processum inchoatum continuare, perficere, & fine debito terminari facere, & ante omnia expediri citationem contra Adm. Rev. Fidei Subpromotores, ad dicendum contra litteras concessionis novi termini, & ad videndum procedi ad ulteriora in statu, & terminis, in quibus causa prædicta reperitur, & quodcunque aliud decretum necessarium, & opportunum fieri, ad rite procedendum, & ita, &c.*

Ex adverso præfati Ad. Rev Fidei Subpromotores institerunt debere ante omnia bene considerari, & observatis servandis omnia fieri, juxta ea, quæ mandantur in Litteris Sacrorum Rituum Congregationis, & ipsis semper intimatis, & præsentibus, aliàs, &c.

Et tunc Illust. & Rever. præfati D. Judices dictam petitionem admiserunt, si, & in quantum, & mandarunt, pro in ea contentis citari Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores pro die, quæ erit.. mensis.. currentis anni in Capella Sancti N. Ecclesiæ S. N. pro loco loci deputata, de mane, hora..

Super quibus omnibus, & singulis, &c. prout in aliis rogitis.

Ego D. N. N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui.

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Ego NN. publicus, & Apostolica authoritate Notarius &c.

† signum, &c.

Expeditur citatio.

N E A P O L I T A N A
Canonizationis B. N.

De mandato Illustr. & Rever. Dom. D. NN. Episcopi N. (& sic de aliis) *Judicum Deputatorum, &c.*

Citentur Adm. RR. DD. Fidei Subpromotores NN. & NN. & Promotor fiscalis (&c. ut supra in aliis) *& eorum nominibus ex adverso principales, ad comparendum in Capella S. N. Ecclesiæ S. N. pro loco judiciali deputata, pro die Martis v. g. quæ erit.. mensis.. anni.. de mane hora.. ibique dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, & excipere voluerint contra litteras concessionis novi termini, a Sacrorum Rituum Congregatione concessi pro continuando, & perficiendo processu Canonizationis B. N. ad videndum procedi ad ulteriora in præsenti causa, in statu, & terminis, in quibus reperitur; & quodcunque aliud decretum desuper necessarium, & opportunum interponi. Instanto etc. Datum in Capella prædicta die etc.* ut supra.

D. NN. Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus.

Et sic alii Judices.

NN. Notarius Actuarius Dep.

Subpromotores debent respondere generaliter, & non deveniri ad aliquem actum, nisi servata forma litterarum, & adimpletis aliis novissimis decretis &c.

Cursor facit solitam relationem, se citasse personaliter Subpromotores relicta copia.

Die vero deputata in citatione, existentibus &c. (ut supra in aliis) cursor reproducit citationem, in qua in principio folii facit solitam relationem, prout in aliis; deinde scribit.

Relatione facta, comparuit Ad. R. D NN. Procurator hujus causæ coram Illust. et Rever. DD. Judicibus deputatis, ac Ad. RR. Fidei Subpromotoribus, meque infrascripto Notario, Actuario deputato, et aliis, repetiit litteras concessionis novi termini per me conservatas; et easdem exhibuit prædictis Illust. et Rever. DD. Judicibus deputatis, qui prædictas litteras ad se receperunt, et mihi infrascripto Notario de novo consignarunt, easque publice legi, et recitari mandarunt: quas mihi consignatas, a principio usque ad finem, recitavi, et earum tenor est sequens 13. foris etc. intus vero etc. (& inseruntur totæ) *Auditis itaque per eosdem Illust. DD. Judices supradictos toto earumdem litterarum tenore, atque substantia, illisque recte consideratis illas admiserunt, si, et in quantum; et deinde instatum fuit per eundem Ad. R. D. NN. Procuratorem, ut in actis, penes eosdem præfatos Illust. et Rever. DD. Judices, ac ad ulteriora procederent pro continuatione, prosecutione, et fabricatione processus causæ Canonizationis B. N. in statu, et terminis, in quibus reperitur. Et quia erat continuandum examen testium inductorum, et juratorum;*

rum; instatum fuit per dict. R.D.N.N. Procuratorem expediri citationem contra dictos Ad. RR. D. Fidei Subpromotores, ad interessendum in Capella deputata pro loco examinis, & examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum. Ex adverso autem praefati DD. Fidei Subpromotores institerunt, debere intimari pro certa die, & de reliquo nihil fieri, nisi servatis servandis, &c. & tunc Illustrissimi, & Reverendissimi praefati DD. Judices, audita praedicta instantia, mandarunt, procedi ad ulteriora in statu, & in terminis, in quibus reperitur, in causa Canonizationis d. B.N. & decreverunt, expediri citationem contra assertos Ad. RR. Fidei Subpromotores, ad interessendum in Capella deputata examinibus caeterorum testium inductorum, & juratorum, pro die ... mensis ... anni ... de mane, hora ... de sero, hora ... & sic cum continuatione per alios dies non feriatos ad honorem Dei, ejusque Sanctorum, statutis horis de mane, & de sero &c.

Super quibus, &c. prout factum est in aliis rogitis.

Ego D. NN. *Episcopus* N. *Judex Apostolicus deputatus*, & sic alii Judices, & Subpromotores.

Ego NN. *Notarius Actuarius*.

Continuatur processus, prout supra.

Interdum in litteris remissorialibus datur facultas visitandi Sepulchrum Beati, ad finem probandi venerationem, & populi devotionem ex votis, & tabellis, &c. & quandoque ordinatur in litteris, ut hic accessus fiat immediate post litterarum aperitionem, & jurisdictionis acceptationem; & tunc in secundo instrumento in quo fit aperitio litterarum, & acceptatio jurisdictionis, in citatione, in qua diximus citari debere Subpromotores ad dicendum contra articulos, dicitur: *Demum instante R.D.* NN. *dicti DD. Judices mandaverunt, expediri citationem contra praed. DD. Subpromotores pro die, &c. hora, &c. ad videndum mandari fieri accessum ad Venerabilem Ecclesiam S.* N. *in qua est erecta Capella d. B. & ad visitandum ejus Sepulchrum, illudque describendum, tam secundum interiorem formam, quam etiam exteriorem, una cum memoriis, reliquiis, & caeteris circumstantiis, juxta formam litterarum, &c.*

Si vero in litteris mandatur, ut fiat accessus post examen, tunc post omnium scripturarum receptionem ante processus transumptationem, Procurator debet comparere coram DD. Judicibus, & instare pro accessu ad Sepulchrum; & actus fit hoc modo, videlicet:

In Dei nomine. Amen, &c. anno, &c. indictione &c. die Lunae v. g. *qua &c. de mane &c. hora &c. Pontificatu &c. intus Capellam S.* N. *Ecclesia S. N. pro loco judiciali destinata coram Illustr. & Reverend. DD. NN. Episcopo N.* (& sic de aliis) *Judicibus, & in praesenti causa &c. & coram Adm. RR. Fidei Subpromotoribus D. NN. & D. NN. omnibus pro Tribunali sedentibus, meque &c. & aliis, comparuit Adm. R.D.N.N. Procurator hujus causae, ut in actis, & institit, ad magis verificandum cultum, & venerationem, quae B.N. praestatur, ad quam etiam probandam induxit cultus, & scripturas, debere fieri per d. Illustr. & RR. DD. Judices accessum ad Venerabilem Ecclesiam Sancti N. ad finem describendi sepulchrum, Capellam, memorias &c. & reliquias &c. prout etiam mandant litterae Remissoriales Sacrorum Rituum Congregationis, & interim expediri citationem contra supradictos Adm. RR. Subpromotores, ad videndum mandari fieri talem accessum, & quodcunque decretum, &c. necessarium &c.*

Ex adverso autem Adm. RR. *Subpromotores Fidei institerunt, omnia fieri, juris ordine servato, & juxta ea, quae praecipiuntur in litteris Sacrorum Rituum Congr. & ipsis semper intimatis. Et tunc praedicti Illustr. & Reverendiss. DD Judices dictam petitionem admiserunt, si, & in quantum, & mandarunt expediri citationem contra praefatos DD. Fidei Subpromotores, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam &c pro die ... Mensis ...*

Super quibus omnibus, & singulis, &c. ut supra in aliis.

D. NN. *Episcopus N. Judex Deputatus Apostolicus interfui.*

Et sic alii DD. Judices, & Fidei Subpromotores.

NN. *Notarius Actuarius.*

Notandum est, quod, si in litteris remissorialibus non sit ordinatus accessus, non ponitur in instrumento supradicto, sed tantum dicitur: *Ad probandam etiam venerationem &c.*

Citatio.

NEAPOLITANA
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (ut sic de aliis) *Judicum Deputatorum, etc.*

Citentur Adm. RR DD. Fidei Subpromotores D. NN. *et D.*NN. *ex eorum nominibus, ex adverso principales, ad comparendum in Capella Sancti* N. *Ecclesia Sancti* N. *pro loco judiciali deputata, pro die ... quae erit ... Mensis ... anni ... hora ... coram praefatis Illustr. &* Reverendiss. *DD. Judicibus deputatis, ad videndum mandari fieri accessum ad Ecclesiam Sancti* N. *in qua erecta est Capella, & asservantur reliquiae d. B.* N. *et ad videndum, et observandum illius memorias, tabellas, &c. (pro observantia Litterarum Sacrorum* Rituum *Congregationis*, si accessus fuerit ordinatus; sin minus omissis verbis *pro observantia &c.* dicitur:) *ad magis verificandam percrebrescentiam cultus, & venerationis erga dictum B.* N. *instante Rever. D.* NN. *Procuratore, &c.*

D. NN. *Episcopus* N. *Judex Deputatus Apostolicus*, & sic alii Judices.

NN. *Notarius Actuarius Deputatus.*

In citatione fit debita relatio a Cursore, qui illam executus fuerit, personaliter, &c. & DD. Fidei Subpromotores respondere possunt, nihil fieri, nisi ipsis praesentibus, & servatis servandis.

Die, in qua cadit citatio, & sessio, Cursor reproducit citationem, & in ea Notarius facit debitam relationem, prout in aliis, & deinde subsequitur Notasius.

*Relatione facta, comparuit Ad. Rev. D.*NN. *Procurat. ut in actis, coram praef. Illustr & Rev.* DD.NN. *Episc.* N. (& sic de aliis) *Judicibus, &c. in praesenti causa etc. in praesentibus etiam praedictis Adm.* RR.DD. *Fidei Supromoter. meque infrascripto Notario, & aliis, & institit destinari diem juridicam certam, pro accessu faciendo ad Venerabilem Ecclesiam Sancti* N. *ubi est erecta Capella, & adest Sepulchrum d. B.* N. *ad magis verificandam, &c.* (si non fuerit ordinatus accessus) vel *pro observantia &c.* si fuerit ordinatus.

Ex adverso autem praefati DD. *Fidei Subpromotores institerunt, omnia praedicta fieri ordine servato, &c.*

Et tunc praefati Illustr. & Reverend Domini *Judices, adhuc pro Tribunali sedentes in dicta Capella, &c. audita supradicta instantia, mandarunt, prout mandant, fieri accessum praedictum ad dictam Ecclesiam Sancti* N. *in qua est Sepulchrum d.B.*N. *& ibidem est erecta Capella; ac designarunt, & praefixerunt, prout designant, & praefigunt diem, quae erit ... mensis ... anni ... hora ... & jusserunt mihi* Notario, *&c. ut monerem ambas partes, tam dictos Adm. Rev. Fidei Subpromotores, quam d. Adm. Rev.* D. NN. *ad comparendum coram praefatis, &c. Procuratorem, prout fuerunt per me judicialiter moniti, &c. praedicta die, hora, &c. in hoc eodem loco judiciali deputato, ad finem hinc accedendi ad Ecclesiam praedictam, &c. ibique dicendum, & opponendum, &c. quicquid, &c. Qui quidem* DD. *Subpromotores, & Procurator dicunt, se esse promptos, & paratos, & quod in termino comparebunt, &c.*

Super quibus omnibus, &c. prout in aliis; & semper apponitur: *Capella pro loco loci judiciali deputata.*

Ego D.N.N. Episcopus N. Judex Dep. Apostolicus interfui.

Et sic alii Domini Judices, & Subpromotores.

Vel etiam in decreto accessus potest dici, quo Decretum accessus, dies, & hora dicti accessus intimentur DD. Subpromotoribus, & tunc fit intimatio sequenti modo.

NEAPOLITANA
Canonizationis B. N.

De mandato Illustrissimorum, et Reverendissimorum Dominorum D. NN. *Episcopi* N. (& sic de aliis) *Judicum, etc.*

Intimetur Ad. RR. Fidei Subpromotoribus NN.NN. *qualiter die .... Mensis .... currentis anni .... de sero, hora .... fiet accessus ad Ecclesiam Sancti* N. *ad effectum visitandi, recognoscendi, & describendi Capellam, Sepulchrum, memorias, & reliquias, ibidem existentes, B.* N. *& alia faciendi concernentia Canonizationem d. B. ideo interessendum, &c. quatenus, & alias etc. Instante Adm. Rev.* NN. *Procuratore, etc.*

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES,

Adjunctæ ad Tractatum

D. THOMÆ DE ROSA,

De Executoribus Litterarum Apostolicarum.

INNOCENTIO DECIMO.

Neocastren. Parochialis.

Luna prima Februarii 1610.

A R G U M E N T U M.

Manutentio datur interiori possessori, etiam instrumentali, si alius non possidebat prius, vel anterior non habuit se pro spoliato, & possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa; dataque a Judice, a cujus sententia datur appellatio, non est manutenibilis.

S U M M A R I U M.

1 *Mandatum de manutenendo in Parochiali datur anteriori possessori, etiam quod possessio sit instrumentalis, si alius non possidebat.*

2 *Possessio junior præsumitur clandestina, & turbativa, nec impedit manutentionem anteriori possessori, si non habuit se pro spoliato.*

3 *Possessio, etiam data a Judice, non est manutenibilis, si fuit capta intra decem dies datos ad appellandum, ac est nulla, & attentata.*

4 *Sententia lata ab Executore mixto, qualis dicitur datus cum clausula,* Vocatis vocandis, *est appellabilis, & num. 5. & seq. Executor qui dicatur merus; quive mixtus, ibidem.*

D E C I S I O I.

PRo informante, nempe mandatum de manotenendo in
possessione Parochialis, de qua agitur, dandum esse
Joanni Aotonio, de cujus anteriori possessione constat ex
instrumento illius adeptionis: & licet sit mere iostrumen-
1 talis; alio tamen tunc in ea non existente est manutenibilis,
Rota *dec. 21. de restit. spoliat. in antiq.* Bisignet. *dec. 8. eod.
tit.* & fuit sæpissime decisum, ooo obstante possessione
2 Joannis Francisci, quæ tanquam junior præsumitur clan-
destina, & torbativa, & non impedit quominus Joanni
Antonio, qui noo habuit se pro spoliato, detur manuten-
tio, Bart. *in l. 1. §. interdictum autem, n. 2. & in l. si duo, n.
2. ff. uti possid.* Covar. *pract. quæst. cap. 17. circa fin.*
3 Neque relevat, quod Joannes Franciscus adeptus fuerit
possessionem Judicis auctoritate, ad *text. in l. juste possidet,
ff. de acquir. possess. cum simil.* Quia cum fuerit capta infra de-
cem dies datos ad appellandum, fuit nulla, & attentata, *c.
non solum ubi gloss. in verbo innovata*, & ibi Doctores com-
muniter, de *appell. in 6.* & per consequens non est manute-
nibilis, nec potest impedire manutentionem Joannis An-
tonii, Abb. *in c. conquerente, n. 8. de restit. spoliat.* Rip. *in
l. naturaliter, §. nihil commune, n. 6. & seq. ff. de acquir. pos-
sess.* Bald. *cons. 135. n. 2. lib. 2.*
Nec potest dubitari, quin a sententia Vicarii Episcopi
Cathacensis, qui Joannem Franciscum in possessionem hu-
4 jus Parochialis immisit, daretur appellatio; Quia, cum
esset datus Executor cum clausula, *vocatis vocandis*, dice-
batur Executor mixtus, qui propterea tenebatur assumere
partes Judicis, ut per Doctores *in c. fin. de præsumpt.* ubi præ
aliis Felin. *n. 23. & in c. exhibita n. 4. de judic.* Card. *cons. 63.
in princ.* Et per consequens ab ejus sententia dabatur appel-
latio, & ipse appellationi deferre tenebatur, ut post Card.
in d. cons. 63. n. 3. tradit Felin. *in d. c. exhibita sub n. 4. & in c.*
de cætero n. 10. in fin. de judic. & fuit resolutum *in Causa Syracusana Beneficii 19. Martii 1597.* coram Illustriss. Card. Pamphilio &c.

CÆSARAUGUSTANA CANONICATUS.

Ven. 12. Februarii 1610.

A R G U M E N T U M.

Examen testium factum absque citatione ad videndum illos jurare, sanatur, si dentur exadverso interrogatoria, & cum illis fuerint testes examinati; Et quid ad hunc effectum operetur commissio sanatoria cum clausula, *Arbitrio*: quodque defectus jurisdictionis non noceat, si non sit totalis; & quando Judicium privilegiatum sit prius terminandum, & non possit fieri cumulatio petitorii, & possessorii vigore clausulæ, *Arbitrio*.

S U M M A R I U M.

1 *Testes examinati sine citatione ad videndum illos jurare, non dicuntur nulliter examinati, si data fuerunt interrogatoria, & cum illis examinati.*

2 *Rota, stante Commissione sanatoria cum clausula,* Arbitrio, *solet examen sustinere, & testibus fidem adhibere.*

3 *Defectus jurisdictionis ob non factam citationem ad dicendum contra Breve, non procedit, ubi non adest totalis defectus.*

4 *A. C. non est omnino Judex incompetens in Causis Beneficialibus, quia in suis facultatibus est Executor quarumcunque Litterarum Apostolicarum.*

5 *Item non est incompetens omnino, quando Breve fuit insertum in monitorio illius vigore emanato, ac intimato, & cujus vigore Procurator coram A. C. comparuit, & dedit interrogatoria, cum quibus testes fuerunt examinati.*

6 *Arbitrium regulatur a Jure.*

7 *Possessorium de Jure non cumulatur cum petitorio, quia illud est prius terminandum, quam deveniatur ad istud.*

8 *Spolium ut magis privilegiatum, quam alia Judicia, est prius terminandum.*

9 *Spolium cessat, vel alias redditur turbidum, quando datur magnus fumus justificationis Brevis, & tunc admittitur cumulatio possessorii, & petitorii.*

10 *Spoliatus Judicis auctoritate ob illius præsumptionem, quæ stat pro Judice, non debet de facili restitui.*

11 *Sententia quando non sit justificanda ex eisdem, sed possit fieri ex noviter deductis.*

12 *Clausula,* Arbitrio, *debet aliquid operari, & per eam solet aliquid relaxari de Juris rigore.*

D E C I S I O II.

FElic. rec. Clemens VIII. Sæcularizatione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ inter alia mandavit etiam 24. Canonicatus, & quorum omnimodam dispositionem a primæva illorum erectione Sedi Apostolicæ reservavit. De uno ex dictis Canonicatibus Sanctissimus per suas Litteras in forma Dignum mandavit provideri Martino Barlo, qui de

mense Septembris 1605. decessit; per cujus obitum Hiero-
nymus Cosida obtinuit sibi a Santissimo provideri de eo-
dem Canonicatu tanquam de reservato, sub prætexta, quod
adhuc vacaret a primæva illius erectione ea eo, quod Mar-
tinus decesserit Litteris nondum Ordinario, cui directæ
erant, præsentatis, nec executis, minusque possessione
Canonicatus habita; ac etiam obtinuit Breve de capienda
possessione nomine Cameræ A. C. directum, a quo contra
Joannem Bardexi ea provisione Capituli in possessione exi-
stentem, fuit lata sententia declaratoria incursus Censura-
rum ob non paritionem dicti Brevis: Unde commissa mi-
hi Causa in gradu appellationis, cum clausula, *Parita Bre-
vi*, post paritionem per Joannem factam sub die prima Ju-
lii præteriti proposui Dubium, An Joannes esset reintegran-
dus ad possessionem Canonicatus, de quo agitur? Quod
cum non fuisset resolutum, dictus Hieronymus adivit San-
ctissimus, & obtinuit mihi committi, ut rejectis nullitate
examinis testium, & spolio per Joannem intentato, pro-
cederem in petitorio simul, & semel unica tantum senten-
tia, Arbitrio Rotæ: propterea supradicta die dubitavi,
an intraret Arbitrium? & Domini utraque Parte informan-
te, intrare censuerunt.

Et quantum ad effectum adhibendi fidem testibus, non
obstante nullitate illorum examinis ea defectu citationis ad
1 videndum jurare, moti fuerunt ea eo, quod testes fuerunt
examinati cum interrogatoriis pro parte Joannis datis, quo
2 casu Rota, stante commissione sanatoria cum clausula,
Arbitrio, solet examen sustinere, & testibus fidem adhibe-
re, Cresc. *dec. 4. num. 4. de testib.* Put. *dec. 301. lib. 3.* Anton.
Augustin. *de testib. num. 9.* Cæsar. de Graff. *dec. 11. n. 18. de
prob.* & fuit sæpissime decisum.

Nec obstat allegatus defectus jurisdictionis ea eo, quod
Joannes non fuerit citatus ad dicendum contra Breve: quia
3 præter id quod objectum procedit, ubi adest totalis defe-
ctus jurisdictionis, quæ in A. C. considerari non potest,
cum in suis facultatibus sit datus Executor quarumcunque
Litterarum Apostolicarum, illud quoque in casu isto ces-
sat ea eo, quod Breve, fuit insertum in monitorio illius vi-
gore emanato, & in Partibus Joanni intimato, qui post
4 hujusmodi intimationem mandatum ad Urbem transmisit,
5 cujus vigore Procurator coram A. C. comparuit, ac pro-
duxit interrogatoria, cum quibus testes fuerunt examina-
ti; quo casu præsumitur, Joannem fuisse citatum ad di-
cendum contra Breve, ut in simili fuit dictum *in Ripana
Parochialis* 10. *Decembris* 1608. coram R. P. D. meo Or-
tembergo.

Quo vero ad cumulationem possessorii, & petitorii, li-
6 cet de iure, a quo Arbitrium regulatur, Bart. *extravag.
ad reprim. verb. videbitur*, *n. 8.* Cæs. de Graff. *dec. 7. num. 6.
in fin. & seq. & dec. 8. n. a. de re judic.* non admittatur cumu-
7 latio, & possessorium sit prius terminandum, quam peti-
torium, *l. Ordinarii*, *C. de rei vendic. l. incerta*, *C. de In-
terdic.* præsertim quando, prout in casu isto, prætenditur
spolium ex eo, quod Breve non fuerit coram A. C. legiti-
me iustificatum, quod est magis privilegiatum, quam alia
judicia Possessoria, Clement. 1. *& ibi gloss. verb. spoliatus
de causa possess. & propriet.* Gozzad. *cons. 10. n. 3. & seq. cum
aliis allegatis*. Nihilominus fuit consideratum ex proba-
8 tionibus coram A. C. factis, & aliis coram me deductis, &
haberi magnum fumum, quod Breve fuerit iustificatum,
quo casu cessat spolium, vel saltem redditur adeo turbidum,
ita ut sit admittenda huiusmodi cumulatio, *ut fuit decisum
in causa Romana Cottivi 6. Maji* 1606. coram R. P. D. meo
Saerato, *& in Vicen. Parochialis* 10. *Decembris* 1608. co-
9 ram R. P. D. meo Manzanedo. Maxime cum simus in
spolio, quod prætenditur auctoritate Judicis commissum;
10 unde non debet, ita de facili restitui spoliatus propter præ-
sumptionem Juris, quam habet Judex pro se, Felin. post
alios in *cap. dilectus il 1. de rescript.* & tradit Aym. *cons. 102.
num. 3. & fuit dictum in d. Romana Cottivi*.

Nec visum fuit relevans, quod dicebatur, sententiam
A. C. esse iustificandam ex eisdem, non autem ex noviter
deductis; Quia, ultra quod admittitur nova probatio ad
coadiuvandum, ut per Put. *dec. 391. l. 2.* cum aliis allega-
11 tis, fuit decisum in processu A. C. non deficere totalem iu-
stificationem Brevis, sed adesse talem probationem, ut Ju-
dex posset inducere animum suum ad credendum, narrata
in Brevi esse vera; quo casu, licet propter concursum Pro-
visi ab Ordinario posset dubitari de illius sufficientia; ta-
men ad tollendum hanc difficultatem, & primæ probatio-
nis convalidationem, possunt attendi novæ probationes
jam factæ, ut post *dec.* Cæs. de Grass. 20. *in fin. de probat.*
fuit dictum *in Causa Cæsaraugustana portionis de Exea* 16.
Novembris 1605. coram bon. mem. Justo. Præsertim stan-
te clausula, *Arbitrio*; quæ debet aliquid operari, & per
eam solet aliquid relaxari de rigore Juris, Barr. in *l. 1. n. 4.* 12
vers. ad istam secllaram, *& num. 5. C. de leg.* Cresc. *dec. 4. n.
3. de testib.* & fuit resolutum in *Causa Narnienum confinium*
7. *Aprilis* 1608. coram R. P. D. meo Coccino. & alias sæ-
pius.

Et ita decisum &c.

CROTONEN. DECANATUS.

Mercurii 10. Maji 1613

ARGUMENTUM.

Quod Executor mixtus, qualis dignoscitur ex clausulis in Litteris Apostolicis, debeat procedere Juris ordine servato, alias nulliter, & injuste procedit, nec privat possessorem sua possessione.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de manutenende dari debet anteriori possessori, & a 2. in fine.*

2 *Anterior possessio probatur tam ex instrumento adeptionis illius, quam ex confessione Partis emissa in sua gratia.*

3 *Executor, sive Judex, qui nulliter, vel injuste procedit, non privat possessorem anteriori possessione.*

4 *Citatus coram Executore non tenetur comparere, nisi in citatione fuerit insertus tenor Litterarum Apostolicarum, ut sciret illius jurisdictionem.*

5 *Executor mixtus, qualis reputatur constitutus cum clausula*, Amoto illicito detentore, & vocatis vocandis, *non potest procedere, nisi ordine prædicto.*

6 *Narrativa Gratia, nisi fuerit iustificata, prout fieri debet ab impetrante, etiam quod in negativa consistat, causa injustitiam ipsius Gratia.*

7 *Sententia nulla, vel iniusta in iudicatum transire non potest.*

8 *Possessio civilis sola animo potest retineri, & illius ratione competit manutentio.*

DECISIO III.

DOmini censuerunt, mandatum de manutenendo dan-
dum esse Joanni Paulo, de cujus anteriori possessio-
ne constat tam ea instrumento illius adeptionis, quod alio 1
non possidente probat possessionem, *l. prædia cum ibi nota-
tis*, *ff. de acquir. possess.* Cæsar. de Grass. *dec. 5. in princ. de
caus. possess. & propriet.* quam etiam ex confessione Joannis 2
Francisci in eius Gratia, quæ pariter huiusmodi anterio-
rem possessionem probat, ut tenuit Rota in *Causa Pennen.
& Adrien. Beneficiorum 4. Julii 1504. relat. inter impressas
dec.* 802. *part. 1. divers.* in qua propterea Joannes Paulus
est manutenendus, Bart. *in l. si duo*, *n. 4. vers. si vere testes
ff. uti possid.*

Non obstat posterior possessio capta per Joannem Fran-
ciscum authoritate Executoris; Quia cum nulliter, & in- 3
iuste processerit, non potuit Joannem Paolum eius ante-
riori possessione privare, ut tenuit Rota *in d. dec.* 802. *sub
num. 7. part. 1. divers. in Causa Sancti Severini Bonorum* 20.
Decembris 1610. coram Reverendiss. D. meo Damasceno.

Quod nulliter processerit, deducitur ex eo, quia Joan-
nes Paulus, ut apparet ex processu, fuit coram eo citatus, 4
non inserto tenore Litterarum Apostolicarum in citatione,
qui propterea non tenebatur comparere, cum non esset
certus de iurisdictione Executoris, Bart. *in leg. 2. num. 6. ff.
Si quis in jus voc. non ier.* Guido pap. *dec. 286. num. 4. & dec.
445. n. 2.* cum aliis adductis per Addent. ad Vestr. *lib. 7. c. fin.
n. 39.* Nec aliter potuit Judex valide procedere ad executio- 5
nem Litterarum, cum esset Executor mixtus, qui tenetur
assumere partes Judicis, stante in eis clausula, *Amoto*,
Joanne Paulo, *& quolibet alio illicito detentore*, Felin. *in c.
de cætero n. 9.* & ibi Abb. *n. 8. de re judic.* Aechil. *dec. 6. n. 3.
super regul. de triennali, & fuit dictum in causa Zamoren.
Confraternitatis* 14. *Junii* 1591. coram Gipsio, & clausula
vocatis vocandis, Rot. *dec. 3. de rescript. in nov.* Felin. *in d.
cap. de cætero*, *n. 15. de re judic.* Capuaquen. *dec. 284. n. 4.
part. 2.* & fuit alias sæpe decisum.

Quo

Quod autem injuste processerit, clare colligitur, quia
Joannes Franciscus in gratia narravit Decanatum vacare
ex eo, quia Joannes Paulus ad Presbyteratus Ordinem infra
annum sibi a jure præfixum, cessante legitimo impedimen-
to, se promoveri minime fecerit, licet is dictum Decana-
6 tum nullo alio de novo quæsito titulo, jurisve adminiculo
sibi desuper suffragante ultra annum detinuerit, quæ narra-
tiva non reperitur justificata, prout requiritur; cum enim
is modus vacandi fuerit in Litteris depositive narratus, de-
bet ab impetrante justificari, ut tenuit Rota in causa *Bono-
nien. Canonicatus 1. Decemb.* 1589. coram bonæ memoriæ
Cardinale Pamphilio; etiam quod in negativa consistat.
Paris. *cons.* 138. *n.* 2. *l.* 4. Gabr. *de probat. conclus.* 6. *n.* 1. *& seq.*
Ægid. *dec.* 254. cum aliis adductis in causa *Salamantina Pa-
rochialis* 21. *Junii* 1593. coram Orano.

Et ex his cessat, quod Executor declaraverit per senten-
tiam Joannem Paulum a dignitate Decanatus removendum
fore, illamque conferendam, & assignandam esse Joanni
Francisco, & successive declaraverit hujusmodi sententiam
transitum fecisse in judicatum, adeo ut bene potuerit exe-
cutioni demandari; quia cum ex supradictis appareat, sen-
7 tentiam fuisse nullam, in judicatum transire non potuit, *l.* 4.
*§. condemnatum, ff. de re judic. l. ea, qua, & l. ut preponis,
C. quomod. & quando Jud.*

Cessat etiam quod a supradicta sententia Joannes Paulus
8 non appellaverit, bene potuit saltem animo retinere civi-
lem possessionem, cujus ratione competit sibi manutentio
contra occupantes naturalem. Natt. *cons.* 172. *n.* 27. *lib.* 3.
cum aliis adductis per Menoch. *de retin. remed.* 3. *n.* 26. *&* 35.

Et ita decisum.

R. P. D. CALATAJU.

Colonien. Canonicatus.

Ven. 11. *Martii* 1672.

ARGUMENTUM.

Beneficium censetur vacare per obitum Resignatarii, si ante ejus obitus expeditæ fuerint Litteræ Resignationis in forma gratiosa, etiamsi obierit ante adeptam possessionem. Et quod in eo casu sufficiat Supplicatio datata cum consensu Resignantis; Et hoc non obstante defectu Supplicationis Resignationis, si Resignatarius moriatur intra terminum ad resignandum.

SUMMARIUM.

1 *Concordata Germania dant facultatem Ordinariis conferendi Beneficia vacantia in Mense Februarii.*

2 *Possessio actualis vigore collationis Ordinarii est manutenibilis.*

3 *Beneficium dicitur vacare per obitum Resignatarii, si expedita fuerint Littera in forma dignum, licet Resignatarius moriatur ante possessionis apprehensionem.*

4 *Vacatio dicitur consumpta ex causa Resignationis litteris expeditis in forma dignum ante adeptam possessionem.*

5 *Forma gratiosa tribuit plenum jus ante possessionem.*

6 *Amplia ut num.* 7.

7 *Possessio est quid separatum a titulo Beneficii.*

8 *Gratia in forma gratiosa perficitur statim ac supplicatio fuit signata, & datata, & præstitus consensus a Resignante.*

9 *Litterarum expeditio deservit ad majorem tantum probationem gratia.*

10 *Data supplicationis die gratia perfecta censetur. Amplia quod non admittatur probatio in contrarium, & quare? num.* 11.

12 *Publicatione deficiente, Resignatarius nullum jus acquirit in Beneficio, nec pro ejus obitum vacat. Limita quando Resignatarius obit infra tempus ad publicandum, num.* 13.

13 *Publicationis onus non facit gratiam conditionalem, sed solum quod sit resolubilis, publicatione intra tempus non facta.*

14 *Clausula restrictivæ apposita efficiunt, ut Pontifex non censeatur voluisse providere, nisi ex capite in supplicatione assignato. Et præservant jus, & provisionem Collatoris Ordinarii, num.* 16.

DECISIO IV.

PEr liberam consignationem in manibus Sanctissimi fa-
ctam de Mense Septemb. 1664. a VVernero Franchen.
Decano Collegiatæ Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Co-
loniensium fuit de illo provisus Christianus Eller, qui Lit-
teris Apostolicis in forma gratiosa expeditis, sed possessio-
ne non habita decessit de Mense Februarii subsequentis;
quapropter ejusdem Ecclesiæ Canonicus Turnarius, qui in
dicto Mense juxta Concordata Germaniæ est ordinarius
Collator, Canonicatum contulit Joanni Ranero Mulhe-
mio; dictus vero Decanus Franchen. tum supposito, quod
vacaret ut prius propter resignationem non effectuatam, &
possessionem non habitam, illum denuo a Sanctissimo im-
petravit reportando litteras Apostolicas in forma dignum,
& cum clausulis restrictivis ibi; *non tamen per obitum vacet,
& dummodo illius collatio ad nos hac vice pertineat.*

Commissa igitur mihi causa debet dubium, An, & de
cujus bono Jure constet ad effectum manutentionis? quod
favore Mulhemii resolutum fuit, ea ratione quia nititur
collatione sui Ordinarii habentis liberam facultatem con-
ferendi omnia Beneficia vacantia extra Romanam Curiam
de Mense Februarii, juxta Concordata Germaniæ relata in 1
Constitutione Nicolai V. in ordine la prima §. 4. *in Bullar. tom.*
1. quæ fuit effectum sortita mediante actuali possessione ap- 2
prehensa & sic manutenibili, *vulgato §. retinendæ instit. de
interdict.*

Vacasse autem Canonicatum per obitum Resignatarii
secutum de Mense Februarii, redditur manifestum; nam 3
cum ad ejus favorem essent die 3. Septembris præcedentis
expeditæ litteræ resignationis in forma gratiosa, *Summario
Mulhemii n.* 1. non autem in forma dignum, seu mandati
de providendo (ut supponebatur) consumpta remansit præ- 4
cedens vacatio ex causa resignationis, & Beneficium vacas-
se dicitur per obitum Resignatarii, quamvis possessionem
non fuerit adeptus, Lotter. *de re benef. l.* 3. *q.* 1. *n.* 15. *cum
seq.* Rota coram Durano *dec.* 293 *n.* 12. *dec.* 33. *n.* 7. coram
Dunoz. Jun. *& d.* 172. *n.* 6. *&* 191. *n.* 9. coram Eminentiss.
Celso. Per dictam enim gratiosam provisionem tribuitur 5
plenum Jus Resignatario etiam ante adeptam possessio- 6
nem, quæ est quid separatum a titulo Jure Beneficii, Re- 7
buff. *cons.* 48. quem sequitur Paris. *de resign. l.* 11. *q.* 6. *n.* 54.
Rot. *d. dec.* 512. *n.* 4. *& seq. part.* 3. *divers.*

Nulla habita consideratione, de quo tempore Litteræ
Apostolicæ plumbatæ fuerint, quoniam gratia in forma, 8
gratiosa substantiatur, & perficitur statim ac supplicatio
fuit signata, & datata, & præstitus consensus a resignan-
te; Litterarum vero expeditio, & reliqua deserviunt ad 9
majorem tantum probationem, Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 15.
§. 1. *n.* 33. Corrad. *in praxi benef. l.* 3. *cap.* 5. *n.* 22 Cassador.
dec. 2. *n.* 10. *de pens.* Put. *d.* 275. *n* 2. *lib.* 3. Duran. *decis.* 263.
n. 12. Merlin. *dec.* 282. *n.* 6. *& seq.* Bich. *dec.* 388. *n.* 8. Et o-
mnia ad supplicationis datam retrotrahuntur, ac si ipso da- 10
tationis die gesta fuissent. Mandos. *cons.* 16. *num.* 1. *&* 6. Ga-
briel. *cons.* 193. *n.* 5. *&* 6. Rot. *dec.* 425. *n.* 6. *& seq. & dec.* 614.
n. 8. *par.* 3. *recent.* In tantum ut non admittatur probatio in 11
contrarium, quia esset redarguere ipsummet Pontificem,
qui in suis Litteris profitetur se sub d. die 3. Septembr. 1664.
d. Eller Canonicatum contulisse, Lotter. *de re benef. lib.* 2.
q. 23. *n.* 13. *&* 25. Merlin. *d. dec.* 281. *n.* 13. & in *Patavina
pensionis* 14. *Martii* 1664. cor. R. P. D meo Taja.

Non obstat quod ob non factam publicationem ad for- 12
mam Gregorianæ Constitutionis Resignatarius nullum Jus
acquisiverit in Canonicatum, qui proinde non potuit per
ejus obitum vacare; quia cum decesserit in novem Menses
datos ad publicandum, non vacavit Canonicatus ob non
publicationem, sed per obitum Resignatarii, Garz. *de re
benef. par.* 11. *c.* 3. *de ren. n.* 281. Gonzal. *super regul.* 8. *Can-
cell.* Gloss. 15. §. 2. *n.* 53. *et* 54. Massobr. *in praxi haben. con-
curs. dub.* 39. *nu.* 52. & confert Paris. *de resign. l.* 10. *tom.* 2.
q. 6. *n.* 54. Cassador. *dec.* 24. *et* 27. *super regul. Cancell.* Du-
noz. Jun. *dec.* 33. *n.* 7. Et ratio est, quia onus per Constitu-
tionem impositum non facit gratiam conditionalem, sed 13
solum quod sit resolubilis, publicatione intra tempus legiti-
mum non facta, Rot. coram Bichio *dec.* 358. *n.* 17. & co-
ram bonæ mem. Cardinali Celso *dec.* 172. *n.* 9.

Hinc gratia obtenta a VVernero sub erroneo supposito,
quod Canonicatus vacaret ut prius per resignationem inef-
fectuatam tamquam subreptitia non potest sustinere, ma-
xime propter clausulas restrictivas ibi: non tamen per obi- 14
tum vacet, & ibi: dummodo illius collatio ad nos hac vi-
ce pertineat; ex quibus aperte colligitur Pontificem no-

luisse

15 luisse providere, nisi de reservato ex capite ineffectuatæ ra-
signationis, Burat. *dec.* 150. *n.*7. & præservasse Jus, & pro-
16 visionem Ordinarii Collatoris, Barbos. *claus.* 43. *n.* 2. & *seq.* Rot. coram Greg. *dec.*153. *n.*4.

Et ita utraque.

R. P. D. PRIOLO.

Leodien. Beneficii.

Luna 30. Maji 1672.

ARGUMENTUM.

Permutatio Beneficii quod quis non habet, est nulla, & Beneficium dicitur vacare, maxime si Resignatarius sit incapax Beneficii. Et quædam ad dignoscendam permutationem fraudulentam. Resignatio Beneficii facta Laico non convalidatur per subsequentem Clericatus susceptionem.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium adjudicari debet justificanti Litteras Apostolicas suæ provisionis.*

2 *Litteræ Apostolicæ, ut justificentur, sufficit verificatio unius partis alternativæ vacationis.*

3 *Ordines Sacros suscipiens, & in eis exercens ante ætatem fit irregularis, potestque Beneficio privari, & num.4.*

5 *Batismatis fides bene probat ætatem.*

6 *Baptizari solent pueri paucis ad saltem diebus post ipsorum nativitatem.*

7 *Suspicio magna in civilibus falsitati æquiparatur, & sufficit pro adimenda fide scripturis.*

8 *Ignorantia crassa supina, & affectata non excusat.*

9 *Resignans scienter incapaci ab omni jure in Beneficio cadit.*

10 *Beneficium vacat, si Resignatarius est incapax Beneficii resignati.*

11 *Resignatio Beneficii facta Laico non reconvalidatur per subsequentem Clericatus susceptionem.*

12 *Pro sententia præsumitur, donec contrarium probetur.*

13 *Sententia lata inter alios, & forsan collusive non citato tertio, ei non præjudicat; maxime stante lite inter alios num.14.*

15 *Permutatio Beneficii facta stante lite super Beneficio, cum scientia permutantis præsumitur fraudulenta; maxime si permutans neglexerit accipere possessionem Beneficii sibi permutati, n.16.*

17 *Permutatio Beneficii controversi cum Beneficio nullius valoris, aut inæqualis, & exigui, redolet fraudem, n.18. Amplia quod importat nullitatem permutationis factæ coram Ordinario, n.19.*

20 *Permutatio Beneficii sine causa fieri non potest coram Ordinario.*

21 *Beneficium qui non habet, non potest transferre.*

DECISIO V.

PEndente lite inter Gregorium Provisum Apostolicum, & Natalem Resignatarium occasionem sumpsit Gerardus resignans extorquendi quandam sententiam super nullitate resignationis, & Beneficium quod jam ad favorem dicti Natalis resignaverat permutavit cum Joanne, inter quem, & præfatum Gregorium orta lite super adjudicatione ejusdem Beneficii; Responderunt hodie Domini ad-
1 judicandum esse Gregorio, qui Litteras Apostolicas suæ provisionis justificavit, Gloss. *in cap. si de concess. Præb. in* 6. Ubald. *dec.*268. *n.*1. Cavaler. *dec.* 363. *num.* 4. & Dunoz. Jun. *dec.*897. *n.*1.

2 Fundantur enim Litteræ in alternativa vacatione, vel quia Gerardus resignans ob Ordinationem extra statutum tempus esset irregularis, vel quia Natalis Resignatarius tempore ejus provisionis Clericali charactere non esset insignitus: verificatur autem in præsenti utraque pars alternativæ, etiam si verificatio alterius duntaxat sufficeret, *c. in alternativis* 70. *de reg. Jur. in* 6. L. *si heredi*, *ff. de condit. Instit. L. si quis ita stipulavit* 129. *ad finem*, *ff. de verb. signif.* Lotter. *de re benef. l.*3. *q.*8. *n.*4. Rota coram Pen. *dec.* 013. *n.*2. coram Coccino *dec.*263. *pariter num.*2 & *in Regiren. Presbyter* 13. *Maji* 1566. §. *Quia Conclusio vers. stcat autem*, coram me.

Probatur prima pars, quæ respicit irregularitatem, quia cum Gerardus ante ætatem à Conc. Trid. determinatam ad 3 Sacros Ordines promoveri præsumpserit, imo & ad illorum exercitium devenerit, remansit irregularis, potuitque hoc Beneficio privari, juxta *Constitutionem bona m. Pii Secundi sub Datum* 15. *Kal. Decembris* 1401 *impressam in Bullario novo, tom.* 1. *const.*7. *in ordine*, innovatam in *regul.*24. *Cancellariæ de male promotis*, & confirmatam ab aliis Pontificibus, Barbos. *de potest. Episcopi p.*2. *alleg.* 17. *n.* 10. & 11. & in *explicatione ad Concil. sess.* 25. *de reformat. c.* 15. *n.* 5. Navar. *in manual. c.*25. *n.*69. *in fine vers. si irregularis*, & *n.*70. Rota *dec.*48. *n.*2. *p.*2. *rec.*

Fert enim Sanctio litteralis Sac. Conc. Trid. *sess.*23. *c.*12. *de reform.* quod nullus ab Subdiaconatus Ordinem ante 22. 4 ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratus ante 25. suæ ætatis annum promoveatur. Idcirco Gerardus ad Subdiaconatum die 20. Novembris 1659. & ad Presbyteratum 7. Junii 1664. citra incursum d. irregularitatis promoveri non potuit, deficiente legitima ætate, cum natum fuisse appareat de Mense Julii 1641. ut ex fide Baptismatis, quæ probat æta- 5 tem, ut in his præcisis terminis Rot. *d. dec.* 481. *n.* 2. *vers. natus enim*, *p.*2. *rec.* & generaliter coram Celso *dec.* 214. *n.* 4. & *dec.*297. *n.*8. quia a communiter accidentibus pueri so- 6 lent baptizari paucis diebus post eorum nativitatem, Castr. *cons.*231. *n.*1. *volum.*1. Mascard. *de prob. concl.*662. *n.*2. Rot. coram Buratto *dec.* 116. *num.* 1.

Non obstat alia fides Baptismatis Gerardi de Mense Januarii 1636. nam fuit extracta a partita libri Parochialis superaddita in extrema, & insolita parte folii, ac fuit exarata atramento diverso, manu incognita, caractere fere deleto, litterisque compressis, & coactis: juncta impossibilitate, quod alias eadem Mater spatio duodecim mensium tres vitales partus separatim ediderit, dum de aliis duobus sub tali tempore datur justificatio, ex fide Baptismatum. Rursus constat de quadam emancipatione Gerardi sub die 13. Junii 1658. expressa ætate 17. vel 18. annorum. Item de Curatoris deputatione de anno 1659. continuata usque de anno 1664. qua Gerardus obtinuit dispensationem 14. mensium, ut ad Presbyteratum ordinari posset, quæ omnia sicut adamussim concordant cum fide Baptismatis anni 1641. aperte discordant in consequentiam cum alia partita anni 1636. Quidquid autem sit an ea productis probetur manifesta falsitas hujus partitæ, dubitare non possunt de magna illius suspicione, quæ in Civilibus falsitati æqui- 7 paratur, & sufficit pro adimenda fide scripturis, ad text. *in lege jubemus*, *C. de probat.* Menoch. *consil.* 199. *numer.*5. Rota *dec.* 117. *num.* 7. *in fine versic. cum in Civilibus*, & *in dec.* 452. *num.* 4 *part.*3. *rec. dec.* 464. *num.* 6. *vers. maxime quia sola suspicio*, coram Royas, & *dec.*280. *num.*5. & 14. coram Card. Celso.

Non attenta allegata ignorantia ætatis pro excusatione Gerardi; non agitur enim de discrepantia dierum, vel mensium, sed quinque annorum, quæ in juvenilibus ætatibus est nimis aperte perceptibilis, & percepta docetur ab ipso Gerardo, qui ex intimatione personali d. emancipationis de anno 1658. cum expressione ætatis 17. vel 18. annorum, ac ex deputatione Curatoris, qui ab ann. 1664. curam exercuit, fuit patenter edoctum de ejus insufficienti ætate. In omnem vero casum debuisset investigare veritatem ætatis præcisæ, alias resultaret nimis crassa inverisimilis supina, & affectata ignorantia, quæ non excusat, per text. *in l. nec* 8 *supina*, & *l. regula est*, §. *sed facti*, *ff. de Juris*, & *facti ignorantia*, & in punctualibus terminis Rot. *d. dec.* 181. *n.*6. *p.*2. *rec.*

Ex alio etiam capite non poterat Gerardus hujusmodi Beneficium permutare cum Joanne, quia ab omni ejus jure ceciderat per liberam resignationem sponte factam in manibus Sanctissimi ad favorem Natalis, quem ipse Laicum, 9 & incapacem esse sciebat; Inde enim non solum resignans absque ulla difficultate ab omni jure cecidit, Paris. loquens in hiscemet terminis in *tract. de resignat. lib.*4. *q.* 2. *num.* 26. *vers. quia si sciret*, *lib.* 9. *q.* 21. *num.* 8. & similibus Rot. *in Hispalen. Beneficii* 27. *Januarii* 1668. §. *Tum quia*, *in fine*, & 30. *Maji* 1668. §. *non attento*, coram me, & *in Calaguritana Archidiaconatus de Barbarigo* 10. *Junii* 1670. supra utroque dubio coram R. P. D. meo Emeria. Verum etiam quia Resignatarius Laicus juxta secundam alternativæ vo- 10 cationis expressæ in Litteris Gerardi erat incapax Beneficii resignati, *c. cum adeo de rescript. cap.*7. *tit. de transact.* & *c.* 2. *de Instit.* & in puncto Paris. *de resignat. d. l.*4. *q.*2. *num.* 1, & pluribus sequentibus, ubi plenissime referuntur concordantes,

dantes, etiamsi deinde Natalis Clericali charactere fuerit
11 insignitus, quia cum illo carceret de tempore gratiæ ad ejus
favorem factæ, resignatio remanet nulla, & per subsequen-
tem Clericatum non revalidatur, Frideric. de sen. *cons.* 290.
n. 8. *in princ. vers. nec sibi prodesset*; Paris. *de resignat. loco*
mox allegato n. 5. Grass. *de effect. Cleric. effect.* 13. *n.* 9. *&* 10.
Corrad. *in praxi benef. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 101. *& seq.*

Neque obstat sententia lata ad favorem Gerardi super
nullitate resignationis, & regressus ad Beneficium resigna-
tum; si enim fundatur in eo quod Gerardo resignanti vi-
ctus necessarius aliunde non remanet, excluditur ex eo,
quod fuerit ordinatus ad titulum patrimonii, prout cogno-
vit Executor Litterarum Apostolicarum Natalis, qui non
obstante tali conditione apposita in iisdem Litteris pro illa-
rum verificatione, & executione sententiam protulit, pro
12 qua præsumitur, donec contrarium justificetur, Burat.
dec. 842. *n.* 4. Contrarium vero non inducitur ex dicta sen-
tentia ad favorem Gerardi, quia lata fuit inter alios, &
13 forsan collusive, non citato Gregorio proviso Apostolico,
cap. licet Episcopus de Præb. in 6. *& toto titulo C. res inter*
alios acta, Bich. *dec.* 426. *n.* 6. imo etiam pendente lite in-
14 ter ipsum Gregorium, & Natalem Resignatarium cum
scientia ejusdem Gerardi Resignantis, ad tradita per Ro-
tam *dec.* 209. *n.* 7. *part.* 10. *rec.*

Cæterum ex diversis facti circumstantiis fraudulenta e-
15 tiam arguitur hujusmodi permutatio, sive attendatur quod
fuit facta lite pendente inter Gregorium, & Natalem cum
scientia Gerardi permutantis, Paris. *de resignat. lib.* 13.
16 *q.* 4. *n.* 5. *&* 9. sive ponderetur quod Gerardus neglexit ac-
cipere possessionem Beneficii ex permutatione assecuti,
Rota cor. Durano *dec.* 162. *n.* 6. *vers. & Joseph illius posses-*
sionem: sive etiam habeatur ratio permutationis controver-
si Beneficii cum alio de Pertica, seu nullius valoris, quæ
17 proinde non solum redolet fraudem, Paris. *de resignat. d.*
lib. 13. *q.* 4. *n.* 8. Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 31. *n.* 27. *& seq.* ubi
etiam si Beneficium esset inæqualis, & exigui valoris, Rot.
18 cor. Merlino *dec.* 559. *in princ. & n.* 1. & coram Durano *d.*
dec. 162. *n.* 6. *&* 7. sed etiam importat nullitatem ejusdem
permutationis hujusmodi Beneficii factæ cor. Ordinario,
19 Merlin. *dec.* 176. *n.* 6. *& seq. & dec.* 389. *n.* 8. 9. cor. quo nec
fieri potuit permutatio sine causa, Garz. *de benef. par.* 10.
20 *c.* 4. *n.* 44. Ricc. *dec.* 195. *n.* 1. *& seq. par.* 3. Rota cor. Du-
rano *d. dec.* 163. *n.* 5. *cum seq.*

Apparet igitur ex tot rationibus Beneficium esse adjudi-
candum Gregorio, excluso in consequentiam Joanne Per-
mutatario, in quem profecto transferri non potuit Bene-
21 ficium, quod apud Gerardum permutantem non erat,
Bald. *in c. dudum lib.* 2. *n.* 2. *vers. dummodo plene habeat, de*
elect. Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 4. *n.* 19. Rota *in Calaguri-*
tana Archidiacon. de Barbarigo super bono Jure 16. *Januarii*
1671. *sub princ. v. alterum de Bexo*, cor. me. Et ita utraque,
eidem Gregorio adjudicandum esse, Rota pronunciavit
prævia decisione 30. Maji 1672. cor R. P. D. meo Priolo.

Causa autem appellationis mihi commissa postquam sine
præjudicio suorum Jurium Gregorius sequestrum obtinuit,
prævia decisione 16. Novembris præteriti coram me ema-
nata: renovata hodie principali disputatione ad ejusdem
favorem sententiam confirmandam esse Domini responde-
runt.

Sicut enim validitas apparet ex actis, juxta vulgatam de- 1
cisionem Caputaqueos. 260. *par.* 2. ita & justitia deducitur
ex dicta *dec.* 30. *Maji* 1672. coram R. P. D. meo Priolo, in
qua ostensum fuit Litteras Apostolicas suæ provisionis Gre-
gorium justificasse tam in ea parte, in qua narravit, Ge-
rardum resignantem ante statutam ætatem ad Sacros Ordi- 2
nes promotum fuisse, & ad illorum exercitium devenisse,
quo posito irregularis effectus fuit, ac Ecclesiastici Benefi-
cii incapax, juxta text. cum ibi *notat.* in Concil. Trident.
sess. 23. *de reformat. cap.* 12. *in Constitutione* 7. *Pii II. & in*
regula 24. *Cancellar.* quam in altera parte, in qua expresse-
rit Natalem Resignatarium tempore suæ provisionis Cleri-
cali charactere insignitum non fuisse, sine quo Laicus Be- 3
neficium Ecclesiasticum assequi nequit, juxta *litteram text.*
in cap. Cum ideo 7. *de rescript. in cap.* 2. *de instit. & cap. ex*
litteris 6. *de Transact.* Ideoque consequens est, ut Benefi-
cium præfato Gregorio adjudicetur, in ejusque possessio- 4
nem immittatur, non secus ac hæres scriptus in bonorum
possessionem immittatur vigore *leg. fin. C. de edict. divi Adr.*
tollen. prout probat *text.* expressus in *cap. Pastoralis* 5. ubi
Canonistæ communiter notant *de caus. possess. & propriet.*
speculat. part. 2. *illo eod. tit. in rubr. n.* 2. *& seq.* Faber *in §. seq.*
n. 2. *Instit. de Interdict.* Menoch. *de adipiscen. remed.* 6. *nu.*
34. *& seq.* & optime distinxit Bald. *in lib.* 2. *&* 65. *&* 66. *C.*
de servit. & Aqu. fuitque antiqua Rotæ sententia coram
Mohed. *dec.* 13. *lite pendente*, in qua hucusque permansit
in decisionibus relatis in *Conchen. Beneficii* 2. *Decembris*
1671. §. Et Domino coram me.

Non attenta sententia lata ad favorem Gerardi super
nullitate resignationis, & subsecuta ipsius Beneficii permu-
tatione; quia præter alias responsiones deductas in dicta
decis. R. P. D. mei Prioli a §. *neque obstat*, *usque ad finem*,
placuit illa, quod cum lis hæc non sine dolo acta fuerit a Ge- 5
rardo optime conscio litis pendentis inter ipsum Grego-
rium, & Natalem Resignatarium, a nullitatis vitio excu-
sari non potest, ex ratione *text. in c.* 3. ubi Scribentes *de*
conclusione det egen. & in cap. 2. *de renunciat. in* 6. cum aliis
per Rebuff. *cons.* 22. *& in prax. benefic. tit. de subrogat. n.* 33.
Azor. *instit. Moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæst.* 5. Paris. *de re-*
signat. lib. 13. *quæst.* 4. *n.* 5. *&* 9. Lancellot. *de attent. part.* 1.
cap. 3. *num.* 19. *&* 20. Garz. *de benefic. part.* 11. *c.* 4. *n.* 29. &
dixit Rot. *in novis decis.* 3. *alias* 56, *ut lit. pend.* coram Ae-
guell. *dec.* 8. *n.* 8. *&* 9. *& in Calaguritana Archidiaconatus de*
Barbarigo 16. *Januarii* 1671. *in princip.* coram R. P. D. meo
Priolo. Neque potuit Gerardus in Joannem transferre, me-
diante permutatione, Beneficium, quod sibi non debeba- 6
tur, cum omnis permutatio intelligatur, quatenus in Be-
neficio permutatio jus habeatur, ad *text. in cap. unico*, ubi
Canonistæ *de rer. permutatione in* 6. cui conformis est *regu-*
la 40. *Cancell.* disponens neutri permutantium jus acquiri,
nisi quilibet ipsorum jus habuerit in Beneficio, Bald. *in cap.*
dudum 55. *sub num.* 2. *de elect. de benefic. par.* 11. *cap.* 4. *nu.* 8.
16. *&* 19. Rota coram Merlin. *dec.* 176. *numer.* 4. *& in dicta*
Calaguritana Archidiaconatus de Barbarigo 10. *Maji* 1669.
§. *reintegratio*, coram Eminentissimo Cerro, *&* 15. *Janua-*
rii 1671. *in principio*, coram R. P. D. meo Priolo.

R. P. D. RONDININO.

Leonien. Beneficii.

Luna 6. *Februarii* 1673.

ARGUMENTUM.

Permutatio Beneficii, cujus permutans fuit incapax ratione irregularitatis provenientis ex Ordine sacro suscepto ante ætatem cum exercitio, aut ex Laicali qualitate, non valet; & Beneficium vacare censetur, cum nullum jus habeat in Beneficio.

SUMMARIUM.

1 *Sententiæ validitas, & justitia ex actis probatur.*
2 *Ad Ordines Sacros ante ætatem promotus, si exerceat, fit irregularis, ac Beneficii incapax.*
3 *Laicus Beneficium Ecclesiasticum assequi nequit.*
4 *Beneficium adjudicandum est probanti suam intentionem, & collitigantium exclusionem.*
5 *Nullitatis vitio subjicitur lis cum dolo acta.*
6 *Permutatio ut sit valida, permutans debet habere jus in Beneficio permutato, & n.* 7.

DECISIO VI.

POstquam Gerardus controversum Beneficium resignasset Natali, inter quem, ac Gregorium provisum lis agebatur, obtenta quadam sententia super nullitate resignationis, illud cum Joanne permutavit, inter quem, ac prædictum Gregorium reassumpta lite hujusmodi Beneficium

R. P. D. BOURLEMONT.

Monasterien. Canonicatum.

Luna 20. *Maji* 1673.

ARGUMENTUM.

Magistralis est, & docta ista decisio, in qua probatur, quod quoties quis obtinet a Summo Pontifice Beneficium ob malam resignationem in manibus Collatoris Ordinarii, tenetur ad publicationem suæ provisionis, alias Beneficium valide obtinetur ob non factam talem publicationem, etiam si alias sit litigiosum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Verba*: Ex tunc vires, & effectum decernimus non habere, *habent vim decreti irritantis*.

2 *Constitutio* 58. *S. Pii V. non inducit novam vacationem*.

3 *Beneficium obtentum jure devoluto propter resignationem male factam indiget publicatione*.

4 *Provisio nulla non consumit præcedentem vacationem*.

5 *Provisio Pontificis de Beneficio est publicanda, quoties Ordinarius, sive alius Collator providit nulliter de Beneficio in ejus manibus libere resignato*.

6 *Vacatio per resignationem probatur ex verbis supplicationis, quoties Papa in Litteris tam vacationem approbat*.

7 Lotter. *de re Benef. l.* 3. *quæst.* 21. *n.* 7. *explicatur*.

8 *Dimissio in vim decreti de dimittendo non est vera, & propria resignatio*.

9 *Publicatio non est necessaria in cessione libera Beneficii in manibus Papæ*.

Secus de resignatione in manibus inferioris, ibid.

10 *In resignatione in manibus Ordinarii subest suspicio fraudis*.

11 *Constitutio Gregorii XIII. de publicandis resignationibus afficit etiam provisos Apostolicos, & n.* 11.

12 *Publicatio in resignationibus requisita comprehendit etiam Beneficia litigiosa, & n.* 13.

DECISIO VII.

CUm Canonicus Turnarius Cathedralis Monaster. nul-
liter contulisset Canonicatus in ejus manibus libera
resignatos Consanguineis Resignantium contra tenorem
Constitutionis 58. S. Pii V. in hac Diœcesi observatæ, re-
spondit Rot. 15. Februarii coram me, illos adjudicandos es-
se Provisis Apostolicis: Quia tamen in revisione Decisio-
nis DD. de horum Juribus dubitarunt propter omissam eo-
rum gratiæ publicationem, juxta præscriptum Bullæ S. mem.
Gregorii XIII. & ex cujus defectu novam gratiam obtinue-
runt Provisi a Turnario; ideo 20. Febr. proxime præteriti
dilata resolutione, ordinarunt, quod videretur stricte,
an fuerit necessaria publicatio; & demonstrata hodie illius
necessitate, ex hoc tandem capite a Decisis recesserunt.

Etenim publicationis necessitas, cujus omissio est in con-
fesso inter partes inevitabilis visa est, quamvis Papa provi-
derit propter malam collationem Turnarii, qui resignatio-
nes admiserat; quia cum provisio Turnarii in personis
Consanguineorum resignantium irrita remanserit ex dicta
Constitutione S. Pii V. propter Decretum irritans, cujus
1 vim habent illius verba, ibi: *Id totam ex tunc vires, & ef-
fectum decernimus non habere*, ut in *fine* §. 5. *tom.* 2. *Bull.*
2 *Cherubin.* in specie Coccin. *decis.* 2060. *n.* 3. merito Canoni-
catus fuerunt obtenti a Papa Jure devoluto, non quidem ex
3 nova vacatione, quam Constitutio S. Pii V. non inducit,
sed ex antiqua propter resignationem cum omnibus suis
qualitatibus, ut in specie Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 5.
num. 12. 13. 14. Rot. coram Seraph *decis.* 1309. *num.* 3. &
decis. 1363. *num.* 4. coram Corduba *in Mediolanen. Beneficii*
23. *Januarii* 1597. relata per Garz. *de benefic. par.* 11. *cap* 3.
post num. 284. *post med. vers. nam placuit Responsio*. Et ge-
4 neraliter quod provisio nulla non consumat præcedentem
vacationem, quæ ideo nequit dici nova vacatio, coram
Manzaned. *dec.* 842. *num.* 8.

5 Et per consequens cum necessitate in obtinentibus a Sum-
mo Pontifice publicandi Litteras eorum gratiæ, ut in spe-
cie de provisione Pontificis publicanda, quoties, ut hic
Ordinarius, sive alius Collator providit nulliter de Benefi-
cio in ejus manibus libere resignato contra formam Bullæ
S. Pii V. articulo mature discusso, juxta mentem, & verba
Constitutionis Gregorii XIII. firmat Paris. *de resign. dicto l.*
11. *q.* 5. *n.* 10. & *seq.* cumque sequitur Kocch. *ad Reg. Canc.
regul.* 36. *n.* 24. quod probe noverunt iidem impetrantes,
dum in supplicationibus confessi sunt Canonicatus vacare
per resignationem, ibi, *adhuc per resignationem vacare noscantur*, & ibi, *per resignationem vacaverint, & vacent ad
præsens*, *hodierno Summario Provisorum a Turnario, n.* 1. ex
quibus Confessionibus a Papa in Litteris approbatis vaca- 6
tionem per resignationem probari, dixit in specie Rot. co-
ram Zarat. *dec.* 57. *n.* 2.

Nec movit DD. authoritas Lotter. *de re benef. l.* 3. *quæst.* 7
21. *n.* 7. quia fundatur in *dec.* Rotæ 599. *part.* 4. *div.* & *dec.*
296. *part.* 2. *recent.* in longe diverso casu loquentibus; in
casu namque *dec.* 599. ante resignationem, seu dimissio-
nem Beneficii præcesserat vacatio ejusdem ipso Jure per as-
secutionem incompatibilis; unde non mirum si ex eadem
persona sine novo titulo supervenienti non potuit induci
nova vacatio ex resignatione sive dimissione, quia propter
jam inductam vacationem ob incompatibilitatem dimissio
subsecuta intelligitur quoad detentionem, & retentionem
Beneficii, non autem quod operetur veram resignationem
secum trahentem necessitatem publicationis, maxime quia
fuit dimissio coacta, & necessaria in vim soliti Decreti de
dimittendo, quæ esto quod dici velit resignatio, attamen 8
nunquam esse poterit vera, & propria cum non sit volun-
taria, de qua Constitutio Gregorii intelligi debet, ut disse-
rit *eadem dec. num.* 1. & 2. & in eisdem terminis vacationis
propter assecutionem incompatibilis, non autem propter
resignationem, loquitur Coccin. *dec.* 2060. *a n.* 4. *usque in fin.*

Dec. vero 296. *n.* 4. *in fin.* loquitur fieri præcedens de ces- 9
sione libera in manibus Papæ, in qua, ut subdit decisio,
non est necessaria publicatio; hic autem agitur de resigna-
tione in manibus inferioris Collatoris, in quibus cum ad-
huc subsit suspicio fraudis etiam ante hanc Constitutionem 10
Gregorii, necessaria erat publicatio, ut contradistinguen-
do inter Papam & Ordinarios, ponderat Lotter. ubi supra
l. 3. *q.* 21. *num.* 9.

Minus subsistit quod Constitutio Gregorii tanquam edi- 11
ta pro evitandis fraudibus non afficiat Provisos Apostoli-
cos, in quibus illæ considerari nequeunt, dum in eadem
Constitutione contrarium legitur ad Litteram, quod scili-
cet teneantur publicare non solum primi Resignatarii, ve-
rum etiam ii omnes, qui ex capite non factæ publicationis
secundo, vel tertio impetrarunt, ut in §. 50. ejusdem Bul-
læ post med. ibi. *Et quicunque si impetrans ut gratiam etiam
motu simili habeat, ea omnia, quæ cadent a Jure prædicto de-
bebat, præstare teneatur*, ex quibus uti clatis rejecerunt
DD. generalia argumenta ex fraude proposita, juxta regu-
lam *text. in lib. ille aut ille*, §. *cum in verbis ff. de leg.* 3.

Litis denique impedimentum justam præbere non potuit 12
excusationem publicationis non factæ; quia in eadem Bul-
la quoad Beneficia litigiosa, demandatur publicatio per hæc
verba in § 3. & *si propter litem, aut aliud legitimum impe-
dimentum nequiverit, saltem Litteras Apostolicas cum ea-
rum publicatione, si tunc facta erit, Judici, seu Executori
illarum, vel alii, ad quod pertinet per se, vel Procurato-
rem suum legitimum, intra idem tempus præsentare, & qui-
dem illum, vel illas pro ipsarum litterarum executione insta-
re, & possessionem hujusmodi instanter petere teneatur*. Et
in §. *seq. ad me*, ibi, *sine pacificis, sive in possessorio liti-
giosis*, *Bull. Cherub. tom.* 2. & articulo discusso firmavit Rot.
in Burgen. Canonicatus, coram Pamphilio, apud Marches.
de Commiss. p. 2. *fol.* 544. 2. 2. *in Firmana, seu nullius Benefi-
cii* 4. *Julii* 1668. §. *sed quod*, *post med.* coram Reverendissi-
mo Bevilaqua, & aliis adductis in *Burgen. Abbatiæ* 17. *Junii*
1659. §. *fin.* coram Reverendissimo Decano.

Hinc non adaptantur in præsenti Barbos. *de Jur. Univ. l.* 3. 13
c. 15. *n.* 193. & Rot. *dec.* 252. *n.* 6. *par.* 8. *recent.* quia loquitur
simpliciter de legitimo impedimento non defenden. ad il-
lius species, per quas recenseri non potest impedimentum li-
tis, dum ex eadem Constitutione non excusat a publicatio-
ne. Ideoque receden. a decisis censuerunt Canonicatus ad-
judicandos esse provisis a Turnario, ex nova tamen gratia
a Sede Apostolica impetrata ob non factam publicationem
ex prædictis necessariam ex hodierno *Summario n.* 3. quod
etiam continet provisionem, *si neutri*,

Et ita, utraque, &c.

INDEX MATERIARUM

Quæ in utraque Parte hujus Tractatus continentur.

Ref-

A S S E N S U S.

A T T E N T A T A.

B

B E N E F I C I A R I I.

B E N E F I C I A.

benefi-

BENEPLACITUM.

BREVE.

BULLA.

C

CANCELLARIA.

CANONICATUS.

CANONICUS.

CAUSÆ.

CITATIO.

CLAUSULÆ.

Clau-

C L E R I C A T U S.

C O M M I S S I O.

CONTRADICTOR.

COPULA.

CORRECTIO.

CURA ANIMARUM.

D

DATA.

DATARIA.

DATARIUM.

Delega-

DENUNCIATIONES MATRIMONIALES.

DIGNITAS.

DISPENSATIO.

DISPENSATUS.

E

ECCLESIA.

EPISCOPUS.

EXAMEN.

EXCEPTIO.

EXECUTIO.

Exe-

Execu-

E X P E D I T I O.

Expedi-

Geor-

H

HÆREDES.

Honel-

I

IGNORANTIA.

IMMISSIO.

INCOMPATIBILITAS.

INDULTA.

INDUSTRIA.

IRREGULARITAS.

JUDEX.

Si Clau-

IUDICIUM.

JURAMENTUM.

JURISDICTIO.

JUSPATRONATUS.

L

L I S.

L I T T E R Æ.

Litte-

Jurisdi-

N E G A T I V A.



O B I T U S.

O B R E P T I O.

O R A T O R I U M.

PENSIONARIUS.

PONTIFEX.

POSSESSIO.

POSSESSOR.

PRÆBENDA.

PROFESSIO FIDEI.

PROVISIO.

Rosa de Execut. Lit. Apost.

PUBLICATIO RESIGNATIONUM.

Ac

RESERVATIO.

RESIGNATIO, RESIGNATARIUS, ET RESIGNANS.

ROTA.

S

SEDES APOSTOLICA.

SENTENTIA.

SIGNATURA.

SUBDELEGATIO, SUBDELEGATUS.

SUBREPTIO.

Subre-

SUBROGATIO, SUBROGATUS.

Cale-

S U P P L I C A T I O.

D. Ex-

S U S P I C I O.

T

TACITURNITAS.

THEOLOGALIS.

V

V A C A T I O.

V A L O R.

valor

INDEX MATERIARUM

Quæ in Additionibus ad Capita Primæ Partis continentur.

Digni-

Litig-



F I N I S.





